
AMBROSIUS CALEPINUS BERGOMATES: PROFESSOR DEUOTUS ORDINIS...

Ambrogio Calepino




AD USUM
F. GAUDENTII REBER,
O. E. S. P. AUGUSTINI.



Ambrosius Calepinus Bergomates: professor deuotus ordinis Eremitarum sancti Augustini: Dictionum latinarum e greco pariter diriuantiũ: earũdẽq3 interpretationũ collector studiosissim⁹: oĩmq3 Cornucopię vocabulorũ insertor sagacissimus: ita vt in vnũ coegit volumen Noniũ marcellũ/ Festũ/ Pompeiũ. M. Varronẽ/ Pedianum/ Seruiũ/ Donatũ/ Vallensemq3: et Suidę plurimũ Argiuo functus officio/ litterariaq3 palęstra.

CALEPINVS AD LIBRVM.

Mos est putidus & nou⁹ repertus:
Ingens materia ut queat videri:
Præclarusq3 liber bonusq3 totus:
Versus addere nominis probati:
Mentitis titulis: rubore nullo:
Obscuriq3 viri: rudisq3 vatis:
Auctor sic quasi tunc bonusq3 fiat.

Nullis mobile veritas: fidesq3 est.
His demptis liber exeas aperta.
In vulgus facie: fauore nullo:
Et graiis galeatus: & latinis
Nam (credas) alii magis: q3 ipse
Quærent auxilium: petas ab illis.
Sed si flatus olet: proba/ legasq3.

Hexasticon: F. Danielis Agricolæ:


In Calepinũ.

Momento nusq3 manet illecebrosa uoluptas
Subsannans: stabilẽ descit habere pedem.
Ocia nempe tulit: venas aperit calepinus
Lympharum Latij: soluit & arua Graij.
Secludit Cythercam sponsat pallada gnaram.
Nempe feret cũctis hic Calepinus opem.




Basil. 1512.

F. Daniel Agricola Minoritanus/Leonardo Alantsee Fœlicitatem.



Tsi plerosq; Leonarde Bibliopola/quoad sollicite parturientes Dictionum codices perlegerim: quorum alter in immensum excreuerit nemus: alter vero q̄q̄ copiosa redundaret vocabulorum multitudine: Tamen omnibus nostrum antecellere: & correctionis lima/ & scaturitionis vena/ Calepinum videre videor: quem e pluribus sagacitate quadam peculiari unum delegeras. Illud sane ausim perspecto volumine & cognito auctore: ut nulli secundus succedat asserere. Nulla profecto alterius (pace omniũ dixerim) doctrina perspicacior/eruditio diaphanior: nulla deniq; studiosorum utilitati accommodatior. Hac itaq; opera tua omnium studentium tibi deuinxisti mentes: & eo amplius quo Adam noster de Langendorff hypoplastes/ Calcographiæ solertia: Calepinum uniuersis/& castigatum & sæpius reuisum: litteris excussum decusatumq; exhibuit. Vale ergo prouide vir Leonarde. Ex Basilea Sextadecima die mensis Februarias: Anno. 1512.

Ambrosius Calepinus Eremitanus/Senatui Populoq; Bergomensi: Salutem plurimam dicit.



LVRES ANNI SVNT MAGNIFICI CONSVMmatissimiq; viri: exquo vel a prophanis: tum veteribus: tum recentibus: vel a catholicis: & his sane doctissimis/sanctissimisq; viris: cõplurimas dictionũ interpretationes: quæ mihi ad pernoscendas auctorꝝ sententias idoneæ viderentur: excerpere/atq; in unũ cœpi cogere. Quod plane opus sic a me suscæptum esse velim existimetis: ut alijs/& mihi in primis: usui quãdoq; futurũ esse considerẽ. Non eñ tam instruendorꝝ aliorꝝ/q̄ mei exercendi ingenij gratia id efficere aggressus sum. Nam cũ a teneris (ut aiũt) unguiculis: inter sacratorꝝ numerũ fauentibus superis relatus fuissem: & neq; declamationibus refragante natura me dedendũ putarem: neq; percipiendæ philosophiæ ulla mihi a patribus facultas daretur. Quippe qui in id tẽporis incidissem: quo de saluandis animis tm̃modo cogitandũ foret: cũ nec tẽpus omino frustra terendũ ducerem: haud iniqua res visa est/ea me amplecti studia: quæ certam præ se ferrent humanitatẽ. Neq; vero eo vel temeritatis/vel dementiæ redactus sum: ut bonarꝝ artiũ studiosis satis me facere posse existimẽ: quãdo nemo (licet sapientissimus) id unq̄ præstare potuerit: certoq; sciam me nec tanto ingenio/tantave litteratura præcellere: ut quæ a Nonio marcello/Festo/Põpeio/Pediano/Seruio/Donato/Varrone: cæterisq; latinæ linguæ luminibus/elucubrata fuerint: egoipse magis religioni dedicatus/q̄ cuipiã disciplinæ/clarius/aut enucleatius scribere posse cõsiderẽ. Verũ quia in præstãtissimis illis litterarꝝ antistitibus plurima desiderabantur: ego (ut cõi studiosorꝝ utilitati consulerẽ: ac meis pro viribus suscæpti muneris officio cumulatissime satisfacerẽ) ea carptim ex omniũ pene disciplinarum monumentis expromere conatus sum: multa cõtra Laurentiũ vallã/contra Priscianũ: aliosq; auctores præstantiorꝝ auctoritate nixus. Plus eñ apud me Ambrosij/Hieronymi vel Augustini grauitas: & doctrina valet/& græcorꝝ: q̄ Laurentij vallæ studiosa reprehensio. Id autẽ bene maleve fuerim assecutus/iudicẽt alij. Hoc unũ affirmare ausim nostrũ hoc opus: & vocabulorꝝ multitudine/ & præpositionũ interpretamẽto/& auctorꝝ citatione: ordineq; dictionaria cuncta superare. Quod cũ in volumen amplũ excreuisset: ac illud multorꝝ rogatu emittere statuissem: patriam delegi/cui id dedicarẽ. Nam cui potissimũ consecrari opus de re litteraria debuit/nisi patriæ: & illi quidẽ patriæ/in qua magno & excellenti ingenio viri sunt: qui de grauitate/de iuris prudentia: deq; omni scientiarꝝ genere præclare meriti essent: quos ego tanq̄ obices oblatrãtibus cõstitui opponere. Fere eñ plærïq; omnes qui in litteris præsertim aliquid edidere: id principi/vel senatui cuipiã inscripsere: quærentes ut ab eorꝝ potentatu ac magnitudine: laboribus suis apud omnẽs auctoritatẽ/& ab inuidis tutelam/munimenq; pararent. Prudenter id quidẽ/quãdo ita veteri consuetudine fieri videmus: ut omni in re quæ principes probant: ea cæteri laudent/cupiant/tueant̃. Scio nãq; futuros esse: qui labori nostro detrahant. Ita eñ fit: ut quæcunq; mortales agãt: siue priuatim/siue publice: calumniæ subiacere certũ sit: nec diuinis operibus maledica lingua parcit/tantũ sibi humanus arrogat intellectus. Ego non nisi volentibus hæc legenda trado. Multa sane fateor a me tradita sunt/quæ alij probent/ab alijs vitio dentur: quod plærisq; (etiam doctissimis) usu venisse compertum est. Velle suum cuiq; est (inquit Poeta) nec voto viuitur uno. Domus quæ apud forum extructa est: q editior sit vel depressior q̄ æquũ videatur/sæpe contẽditur. Difficile reor omnibus placere posse. Sed ego non solũ cuipiã me nõ præpono: sed nec æquiparo quidem: eligens cũ propheta abiectus esse in domo dei. Quare si meũ opus a vobis accæptum fuerit/illudq; probasse videamini: abesse non poterit: quin a tam grauibus/tam doctis/tamq; eloquentibus viris laudatum: laudandũ quoq; reliqui existiment. Multa vero: immo pene innumerabilia desunt in hoc opere. Quis eñ uniuersa multis etiam queat comprehendere voluminibus? Verum ne longius epistolã euagari patiar: finem dicendi faciam: si modo hoc unum vos monitos effecero/quod ad rem plurimũ conducere videtur: quippe quod unãquãq; dictionẽ inuentu facilẽ reddit. Nã omnes orationis partes/aut simplices sunt/aut cõpositæ. Quæ simplices sunt: suo quoq; loco pro duarꝝ triumve litterarꝝ præcedentiũ ordine collocant̃. Cõpositarꝝ alias cum simplicibus/alias per se: ꝑm variam multiplicemq; earum significantiã coaptaui: ab A littera initium sumens.

Ambrosij Calepini Bergomatis Eremitani Dictionarium cum additionibus.

A Nomen est littere prime hebreis etiã grecisq͂ similiter ⁊ latinis q̃ aspirationẽ accipiẽs interiectio fit que pars humanorũ affectuũ expressiua est qui fere cõtẽtiore voce: qd̃ suũ aspiratiõis est/ efferũt. Aspirat itaq͂ ah interiectio in fine p̃ter vocaliũ morem: quoniã grece ita scribitur cum ψιλη και περισπωμηνη estq͂ particula idignãtis hominis: vt Homerus lib. iliad. ω. pagina. viij. α και σου ι δασεν αρχηφωνη εστι τυπτομενου και κατα αναδιπλωσιν αα και ενιοτε ζερητικον μονιον ωσ ακλιτοσ και ακοι μητοσ ενιοτε αυξητικον ωσ ακοιτισ. Itaq͂ vel negatiua vł alia grece est ne forte latinã putares: aspirandi ñ̃o causa fuit ppt̃ afflatũ pñũciãdi ⁊ differẽtiã p̃positiõis: Et modo admirãtis est: vt apud Plau. Ah quid ais: Modo dolentis seu cõmiserantis. Virgi. Spem gregis ah silice in nuda connixa reliqui. Et alibi: Ah tibi ne teneras glacies secet aspera plãtas. Modo ridẽtis ⁊ duplicat/triplicaturq͂ interdũ. Teren. in Eu. Ah/ ah/ ah/ perũ defessa iam misera sum te ridendo. Est ⁊ a preposito sed sine aspiratiõe ablatiuo per appositionem deseruiens: ⁊ ratio est quoniã descendit ab greca απο remota vltima syllaba πο remanet in latino psile eadẽ si enim aspiraret/ esset cõtra grecam doctrinã: ⁊ non solũ a p̃positio venit a greco/ sed etiã ab quoniã απο excludit o/ p̃sertim in collisionib⁹ vocalium: ⁊ remanet απ: id est ap: sed π tenuis vertit latine in β suã mediã: ⁊ dicit ab ομοιωσ και εξ φωνηεντοσ ουτοσ εν αρχη τησ λεξεωσ και εκ συμφωνου παροντοσ και το εθοσ και εικων τοισ λατινοισ εκ και ε. Et motũ de loco significat. vt A summo ad imũ descẽdisti. Quãdoq͂ significat post. Pli. Et virus equi a coitu statim collectũ: hoc est statim post coitũ. Sic dicimus a partu/a tergo/a funere/a cõmeatu/ qd̃ est post partũ/ post tergũ/ post fun⁹ post cõmeatũ. Suetonius in Cesare: Plebs statim a funere ad domũ Bruti ⁊ Cassij cum facibus tetendit: hoc est/ post celebratas exequias. Idem in Tiberio. A cõmeatu castra repetentes. Quãdoq͂ significat de. Teren. A villa mercẽnariũ vidi. Quãdoq͂ significat q̃: vt est apud apostoluz. Existimo me nihil minus fecisse a magnis aplis. Sic ab: vt paulopost. Nihil minus feci ab his qui sunt supra modum apostoli. Quãdoq͂ propter: vt Ve mundo a scandalis: id est propter scandala vel pro scandalis. Quãdoq͂ habet vim defensionis ⁊ significat pro. Cice. in Bruto. Nec ho. M. Celiũ p̃tereũdũ arbitror quecũq͂ eius in exitu vel forma vel mens fuit: qui q̃diu auctoritati mee paruit: talis tribunus ple. fuit: vt nemo contra ciuiũ perditoꝝ popularem/ turbulentiãq͂ dementiam a senatu ⁊ a bonorũ causa steterit constanti⁹ vbi qd̃ a senatu ait ⁊ a causa bonorũ: perinde est ac si dixisset pro partibus senatus ⁊ bonorũ. Sic dicimus a questionibus/ a testibus a voluntate: que locutio crebrerrima est apud idoneos auctores. Inuenitur etiã alijs modis positũ: vt cum dicimus aliquẽ esse a studijs/ intelligatur qui p̃est studijs alicui⁹/ puta principis: vtpote vir eruditissimus: cui⁹ opera in studijs litterarũ vtatur. Consimiliter Abepistolis/ arationibus/ alibellis: qui epistolis/ ratiõibus/ libellis/ supplicibus p̃est. Sueto. in Clau. Superbos polybium astudijs/ narcissum abepistolis ⁊ paliantẽ arationib⁹ quos decreto quoq͂ senatus/ non p̃mijs modo ingentibus/ sed ⁊ questorijs/ p̃torijsq͂ ornamentis ornari libenter passus est. Asecreto siue asecretis quẽ est secretarius. Acõmentarijs qui p̃est cõmẽtarijs. Hiero. in lib. ij. Reg. Iosaphat erat acõmentarijs. hunc Asconius appellat cõmentariensem. Abatis q̃ p̃est mẽsuris: vł q̃ annonã mẽsurẽ diuidit. Batus enim vasis genus est ⁊ grecũ est: βατοσ ου και ελληνιζι καδοσ και καδισκοσ λεγεται και βατιοσ eo q̃ sit portatile modo huc/ illuc eat ab βαινω ο θεν και α βατοσ. Non enim ab βαδιζω ortographie littere declarant si ad formationẽ verba greca canonizẽtur. Preterea Theodo. Gaza in pedia cyri. acaliculis q̃ p̃est caliculis: que sunt vasa. Apunctis/ q̃ p̃est redditui aquariorũ: vt est apud Frontoniũ lib. ij. de aqueductibus. Amemoria cuius officiũ est suggerere principi res obeundas: ⁊ que sint agenda in memoriã illius reuocare ex p̃scripto. A voluptatib⁹/ qui studiũ hab; inueniẽdi voluptates. Nã olim xerses edixit se p̃miũ ei daturũ/ qui nouũ voluptatis genus repperisset. Sueto. in Tibe. Deniq͂ officiũ instituit a voluptatibus p̃posito equite Rom. T. Cesonio prisco. Amanibus siue amanu dicuntur scribe: quorum manu ad litteras scribẽdas p̃ncipes vti solent. Sue. in Cesa. Nunq̃ nocere sustinuit philomenem amanu seruũ: qui necem suam per venenũ inimicis promiserat. Hi alio nomine admanũ dicũtur. Cice. lib. iij⁹ de Orat. Liciniuz seruum sibi Gracchus habuit ad manũ. Similiter amanuenses eos Sueto. alibi vocat. Apedibus quoq͂ vocantur: quorum pedibus ad eundum vtimur. Cice. ad Atticum Pollucem seruũ apedibus Romã missum. Mar. Cur non mẽsa tibi ponitur apedibus. Idem adpedes eos appellat/ cuz inquit: Illic retro flexus adpedũ turbã. Alibi: Lagenam adpedes replet. Et sciendũ apedibus per omnes casus eadem terminatione dici. Recte enim interrogaueris quid agũt apedibus? intelligitur enim ibi serui apedibus. Misi apedibus: Dedi apedibus meis. Hi etiam circumpedes vocantur. Vnde ait. Agretius Circũpedes sunt obsequia seruorũ Antepedes amicoꝝ. Cice. Circumpedes autem homines formosos ⁊ litteratos suos esse dicebat. Apugione dicitur qui principis pugionem gestat eiq͂ semper p̃sto est. Lãpridius in Cõ. Inter quos libertinus qui apugione appellatus est. Multa sunt alia hmõi nomina que vt Taci. scribit: sunt summe cure ⁊ medicamenta. A composita plerũq͂ separationẽ significat: vt Amoueo/ auello. Quãdoq͂ priuationem: vt Amens/ sine mente. Sciẽdũ est q̃ licet a/ ab ⁊ abs eãdem habeãt significationẽ: significãt enĩ id qd̃ apud grecos απο in appositione tamen dicimus a domo non ab domo q̃ a consonãtibus/ aut vocalibus vim consonantiuz habentibus: vt A Cicerone/ a Ioue/ a Venere. Ab vero duabus liquidis ⁊ i consonanti: vt Ab lege/ ab re/ ab Ioue: licet quãdoq͂ etiã apud Liuium consonantibus iungatur. Cõnectimus quoq͂ a in compositionibus cũ m ⁊ u consonãte: vt Amolior/ auoco. Ab cum a. d. e. f. i. l. n. o. r ⁊ u. vt Abactor abduco aberro/ abfore/ abiuro/ ablacto/ abnuo/ aborior/ abrogo/ abundo. Notantur aufero ⁊ aufugio: in

quibus b. euphonie causa mutatur in u. Et in compositione quidem ab nonnun͞q̃ significat priuationem: vt Absimilis/non similis. Nonnun͞q̃ separationem vt in ablacto/aufugio. Ponitur interdū pro extra: vt Abduco: ⁊ pro contra. vt Abusus/contra vsum. Aliquādo superflua est: vt apud Liui. Flauiꝰ supplemētum ab roma abduxerat. In appositione ſ̃o modo motū de loco denotat: vt ab ethere christus promicat. Modo sumitur pro post. Iuue. Exul ab octaua Marius bibit. Abs/tam in appositione/ q̃ in compositione iungit̃: vt Abs te/abstineo: separata etiam q. vt absq̃ abs quolibet/abs quiuis. Teren. Abs quiuis homine cum est opus beneficiū accipere gaudeas. Componit̃ autē cum c. vt abscondo: significatq̃ retractionē in partem posteriorē/sicut in abstraho. Et aliquādo priuationē: vt in Abstemius quasi sine themeto. Ab posita pro ex poni consueuit. Terē. in Ecy. Ab sese suā voluptatem vt expleat. Ex abs fit compositum absq̃.

A Ante B

Abax acis. a cuius genitiuo greco formatꝰ est nominatiuus latinus Abacus abaci. penul. cor. quo nomine significat̃ coquorū tabula: ⁊ etiā mensa qua tā ad edēdum/q̃ ad bibendū vasa exponūtur. In quē sensum Iuuen. dixit: Urceoli sex ornamentū abaci. Est ⁊ mathematicorū tabula in qua linee numeri ⁊ figure deduci solēt. Persi. Nec qui abaci numeros ⁊ secto in puluere metas/scit risisse vafer. Apule. in Magia. Uerumetiā abaco ⁊ puluisculo dee dedisses. Mar. lib. Sco. Abacus nuncupat̃ res depingendis/designandisq̃ oportuna formis. Sunt etiā abaci colūnarum ornamenta: hoc est tabule quadre que supponūtur epistilijs λεγεται γαρ ... τοσ καμαξ colūna trabs pertica postea cū επι. Unde Uitru. li. iij. scribit abac... debere esse longū ⁊ latū q̃ crassa columna est, Huius diminutiuū est abaculus.

Abaculus sumit̃ ꝓ calculo. Plin. lib. xxxvij. Ueluti cū calculi fiunt quos quidā abaculos appellāt.

Abaccidentibus/qui accidentia scribit: hoc est cui datū est: vt occurrētia litteris mandet: vt est apud Esduā.

Abarimon/scythie regio: in qua syluestres homies degunt/auersis post crura plantis q̃ maximā habēt velocitatē passimq̃ cū feris vagant̃. Auctor Pli. li. vij.

Abalieno abalienas/remoueo/abstraho. Plau. in cur. Nec prohibere quid/nec prohibebit: nisi mors animum meū abs te abalienauerit. Hinc Abalienatus dicitur quem quis a se remouerit. Alienatus ſ̃o qui alienus factus est.

Abana pe. cor. fluuius damasci in radicibus libani exortus in syriacū effundit̃ mare.

Abenec pe. cor. cingulū sacerdotale sicut docet Hiero. poly. Mira arte ex cocco purpura hyacinthoq̃ contextū: ita vt flores atq̃ gēme ī eo viderent̃ eē distincte.

Abbarim pe. cor. mons excelsus diuidens terrā amon ⁊ euphratis a terra promissionis contra hierico iordanē vsq̃ fluuiū procedēs radicem: insignis est Mosis inclyti iudeorū ducis morte.

Abba per geminū bb. syra dictio est: latine dicit̃ pater. qd̓ apl's exposuit: In quo clamamus abba pater.

Abbas atis. ab abba similit̄ pater dicit̃. Quo etiā nomine significat̃ ipsa abbatis dignitas: sed in hoc disputatio est inter doctiores linguarū: ꝙ vnico b scribi oporteat contra vulgi opinionē.

Abbatissa se. ab abbate. Hiero. de modo viuēdi cū a semitis iustitie deuiāt ipamet etiā abbatissa cognoscat

Abbacia e. a recētioribus capitur tam ꝓ abbatis dignitate/q̃ pro loco in quo habitat abbas: sed quoniā nimis male sonat grecos imitatus per th. scriberē semper abathia penul. longa.

Abas antis per vnū b. nomen est argiuorū regis ꝓ quo Abantes ppl'i ionū inter achiuos sūt Herodi. scribit

Abatos pe. cor. latine dicit̃ inaccessibilis. Fit eni ab α priuatiua vt diximus ⁊ βαινω: in cuius aoristo est sine agumento more ionico βηνβησ βηοθεν βατοσ και αβατοσ est autē βαινω verbū anomalum multa significans/vado/ascendo/venio/descendo ⁊ pleraq̃ alia. Quo nomie dicta est insula in extremis egypti palude mēphitica posita/ꝙ ad illā ꝓpter limū ⁊ papyrorū copiā difficilimus sit aditus: vbi primū nilus magno fragore descendit/dicente Luc. libro. x. Hinc abaton quā nostra colit veneranda vetustas. Terra potens. Hoc noie etiā vocatus est locus vltra egyptū ⁊ ethyopas.

Abacti dicebantur magistratus qui coacti deposuerāt imperium.

Abactores qui sint: quere in dictione abigeus.

Abaphus pen. cor. latine dicit̃ non tinctus. Sic dibapha dicuntur bis tincta οτιασтερητικον μοριον και βαπτω το λουω και το χρωματιζω οθεν βαπτισγησ και βαπται πτροων αριστο φανησ quare bapte sacerdotes vel baptista nihil aliud significat q̃ immersores.

Abauus penul. cor. dictus est pater proaui: ꝙ non longe sit ab auo. Sic abauia mater proaui.

Abdera pe. pro. vrbs trachie. Democriti phi ⁊ protagore sophiste patria quā Diomedis soror condidit: ⁊ a se cognominauit. De hac Ouid. Aut te deuoueat certis abdera diebus. Hec postea collapsa Clazomene a clazomenijs ex asia venientibus qui eā in maiorē formā redegerunt/vocata est: iuxta quam bystonium stagnū fuisse dicitur: in quo cuncta natantia demergunt̃: vnde nomen habet βυσтαω neco/demergo. Hinc fit nomen patriū abderita.

Abdico as. pe. cor. expello/quasi longe dico/amoueo. Unde ⁊ abdicare filiū dicimus: qd̓ est bonis priuare ⁊ quasi extra familiā abijcere/dū pater adhuc viuit. Exheredatio ſ̃o post mortē patrū ꝓprie fieri dicitur. Lactā. lib. ij. Que facta cū pater recognouisset/abdicauit atq̃ expulit filiū. Et abdicare est renūciare: qd̓ pertinet ad magistratū. Liui. lib. iiij. Dictator bello ita gesto: vt nō tam fortune defuisse videret̃: felicitatem q̃ gloria maior in vrbem rediit/magistratuq̃ se abdicauit. Item Repudiare. Ter. Sed ex Glicerio natū vt vidit puerulū Chremes recusat nuptias generū abdicat. Item negare. Pac. in Atlanta regno expellunt/consanguineā esse abdicant.

Abdico is. pe. pro. xi. tū. significat abnego/detestorq̃.

Abdo is. didi. itum. ex ab ⁊ do. significat abscondo. Liui. lib. ij. Abdito/intra vestem ferro proficiscit̃. Uirgi. ꝓ includo posuit: Sed pater omnipotens speluncis se abdidit atris.

Abdo indeclinabile nomen ꝓphete est: ⁊ apud nos seruus eius interpretat̃: debet pronūciari sic απδω.

Abdomē penul. prod. significat pinguedinē que spine adheret: ⁊ in qua renes iacent: dictū ꝙ abditū sit. Iuue. Montani q̃q̃ vēter adest abdomine tardꝰ. Cor. Cel. lib. iiij. Ipsa autē ilia inter coxas ⁊ pubē in imo ventre posita sunt: a quibꝰ ac pube abdomen sursum versus ad p̃cordia peruenit. Plau. in Cur. Pernam abdomen suis glandiū. Quidā abdomen intelligūt sumen: hoc est suillas cum lacte suo mammas a lacte iam fugato et abdito ex vicino sumpta occasiōe cuius abdomen interius sit. Sumen vero exterius. Plinius libro. xj. Huius ⁊ sumen optimum si modo fetus non hauserit ciectitie deterrimū antiqui abdomen vocant.

Abduco is. penul. prod. significat inde seu extra duco. Sal. Reliqs Catilina per montes asperos magnis itineribus in agr̄ Pistoriensem abducit. Lactā. lib.

sit. pro violēter ducere posuit atq abigere. Postremo capti abductiq Babylonem/pęnas impietatis suę graui seruitio perpenderūt. Sic Curtius cū ait/ armentū omne abductū. Interdū abducere est a loco vel a psona abstrahere/alienare. Qu. Metel. Me interea nec domesticus dolor/nec cuiusq iniuria ab repub. abducet. Cice. lib. j. Tus. p translationē dixit. Magni ē ingenij reuocare mētē a sēsib⁹/ꝛ cogitationē a ꝯsuetudine abducere. Interdū ponit̄ p simplici. Liui. Flaui⁹ supplemētū omē ab Roma abduxerat.

Abeo is. iui vel ij. itum. discedo. Li. li. j. Hec locutus sublimis abijt. Inde Abitus ꝛ abitio p discessu. Terē. in heau. Propter eā hęc turba atq abitio venit. Et abire dicit̄ qđ nos paulatim deserit. Idē i adelp. Menses abierūt decē. i. effluxerunt. Et abi dicimus quasi herēti morātiq. Idē. Vos istec intro auferte: abite. Qñq abire denotat motum ad quē qđ est ire. Quis ꝛ motum de quo inclusum habeat. Hiero. lib. j. Regū. Abijt ergo Dauid ꝛ viri eius in cellā.

Abellinę pe. pd. dictę sunt auellanę: ab abellino campanię oppido vbi abundant.

Aberceo es. ex ab et arceo: significat prohibeo. Plau. Atq eam abarcet domo.

Aberro as. valde erro: longe digredior. Lac. libro. iiij. A q hi duo riui si aberrauerint/arescāt necesse ē. Cice. lib. v. Tusc. Sed redeat vñ aberrauit oratio. In de aberratio profugiū. Idē Cassio. Verūtamen aliam aberrationē a molestijs nō habemus.

Aberunco cas. componitur ex duabus prępositionibus: scz e. cū runco/et ab cum erunco. Runcare vo est vellere. Nam proprie de herbis dicitur cū euelluntur. Columel. libro. ij. Frequentem tamē exigunt sarritionē et runcationem vt herbis liberent̄. Erunco similiter. Idem de Medica. Cū seueris eam sepius irrigato. Paucos deide post dies vbi cęperit fruticare: omes alterius generis herbas erūcato. Aberunco aūt p translationē. Cicero de fi. bo. posuit pro auerto/depello/euerto. Dij maluerunt meliora: atq vtinā amentiā aberūcassent meā. Liui⁹ li. viij. Placuit ad aberuncandā deorum iram victimas cedi.

Abfore pe. cor. significat absuturum esse. Quę duo per b. scribuntur: ne si per geminū ff. scriberent̄: compositā quis crederet ex ad: quę oppositū significaret. Nā vt illa nō futux dicunt cū ad tempus deneget: sic ista cū aduenturū tēpus designāt. Oui. Esse quoq in fatis reminiscit̄ affore tps. Licet Sta. li. j. The. accipere videat̄ i significatiōe psentis. Sensit manifesto numine ductos affore quos nexis ambagib⁹ augur Apollo. Sic abforē p abessē: afforē adessem. Virg. Atq vtinā rex ipse noto cōpulsus eodē Afforet enęas. De alijs a fore cōpositis vide in dictione forē.

Abgrego as. pe. cor. ab grege duco: vel ex plurib⁹ gregibus partes subduco. Huic contrarium est aggrego quod est addo/et quasi in gregem duco. Disgrego vo et segrego/pro disiungo poni solent: quibus contrarium est congrego.

Abhinc vna pars et cum actō: significat ante hac. Teren. in And. Interea mulier quędā abhinc trienniū ex andro cōmigrauit huic vicinię. Sic dicim⁹. Abhinc decē annos/pro ante decē annos.

Abhorreo es. rui. mō cū actō/mō cum ablō iungitur. Liu. lib. iiij. Parū abhorrēs famā ampliarā. Suet. de aug. Nā pumillos atq distortos/et omis generis eiusdē: vt ludibria naturę/maliq omis abhorruit. Lactā. lib. iij. Nō est sapientia si certū hominū abhorret. De ablō abunde reperiuntur exempla. Nec mirū si accusatiuū regit et ablm̄: quoniā cū simplex horreo duplici significatione fungitur: hoc est horridus sū. Hiero. Horrebāt sacco mēbra deformia. Et timeo. Virg. lib. iij. Geor. Nec varios horret strepitus. Et in altera ablō/in altera construitur actō: hoc facit abhorreo: cuius significatio duplex est/duplicique casu construit̄. Cū eni accusatiuo iungit̄: i simili fere significatione sumit̄ qua horreo. Tūc eni quasi rē proximā audire vel aspicere id primescimus execramurq. Cum vo ablō: tunc pcul nos esse ab eo quod nō placet/vel qđ refugimus demonstramus: vt si dixero: hanc rē abhorreo: significat execror et pati nequeo. Abhorreo ab hac re. i. alienus factus sum/vel procul esse volo. A multis eni pcul esse volumus/vt a rebus venereis: licet nostris sensibus plerūq odio se non sint: sed animi moderatione ab illis abesse studemus/ne nobis officiant. Forte decepit Lau. vallā ab ppositio: q ablatiuū exigere videt̄. Sed si hoc in plerisq verbis fiat/nō tamē in omibus: sicut in aboleo/abluo/et huiusmodi: quę accusatiuū/nō ablatiuū postulant. Amb. lib. j. offic. hoc verbo vsus est absolute cū inquit: Legim⁹ officiū dici a nobis posse: nec ratio ipsa abhorret. i. aliena est. Quandoquidem ab efficiendo dictū putamus/quasi efficiū.

Abhorresco: valde timeo/seu in horrorē habeo: ꝛ quasi videre nō patior. Lactātius de ira. Quē terra contremiscit: cęlumq et mare/et latebrę tartareę/et dęmones abhorrescunt.

Abies abietis: penultima correpta: arbor dicta ꝙ pręceteris arboribus longe eat. Hanc quidā gallicā vocant propter candorē. Hęc arbor pulcherrima in trabibus: vt inquit Plinius libro decimosexto. Pręcipua autem dos est crispantibus et intorto quodā discursu venax preciosis. Pondus sustinere in edificijs valida est. Abies etiā in transuersum posita renititur ponderi: nec temere rumpitur priusq cariecq viribus deficit. Abies arborum altissima rectissimaq est: cuius pars inferior enodis est/et sappinus vocat̄: superior nodosa duriorq est: et fusternā vocāt. Quādo pręcipit Cato prelū ex sappino faciendū intelligi vult ex abiete enodi: quę pars a terra est. Huius diminutiuū est abiecula. Grece dicitur ελατη: forsan ab ελαω: impello/produco/prolongo.

Abiegnus na. num. quod est materiatum ex abiete: vt abiegnę trabes.

Abietarius: faber lignarius/negociator ab abietibus et alijs lignorum generibus: vt apud Exod. Faciant opera abietarij. Hi etiam materiarij dicuntur a materie: cuius noie ligna quę ad ędificandū fulciendūq necessaria sunt/intelligēda esse declarat iurecōsult⁹.

Abijcio cis. penultima correpta/ꝛ per geminū. ij. quia mutatur a in i. quę tamen in pręterito conuertitur in e. Est autem abijcere: a se longe iacere/reijcere/vilipendere. Lactantius libro quarto. Docerentq iusticiā: quā populus perfidus abiecerat. Unde abiecti dicuntur viles ac contempti.

Abiecto abiectas frequentatiuum: significat frequenter abijcio.

Abigo gis. penultima correpta: ex ab et ago: significat rem odiosam/molestam damnosamq/a loco fugo: vt abegi canes a cęnaculo/et aues a segete. Quandoq abigere est abducere: et hoc siue vi siue dolo fiat. Liuius. Herculē in ea loca geryone interempto/boues mira specie abegisse ferūt. Refertur qñq ad homines/quandoq ad res spūales. Plautus. Abigam ego iam illū aduenientē ab ędibus. Leo papa. Abigatur prope terrenarū caligo rationū. Huic simile est amoueo/sed mitius. Plautus. Amoui a foribus maximā molestiam. Quandoq significat simpliciter ante pellere: vt fit cū boues ad pascua mittūtur. Var. lib. ij. Itaq greges ouiū longe abiguntur ex Apulia in samniū estiuatū.

Abigeus et abactor: vtrumq ab abigo. Et est abactor quicunq greges abducit. Nā abactores vocantur

pecuariorū animaliū fures latrūculive. Abigei autē (vt auctor est Vlpianus) pprie dicunt qui pecora de pascuis vel ex armētis subtrahūt/ et quodāmodo depredantur: et abigendi studiū quasi artē exercent: equos de armentis/ vel oues de gregibus abducentes. Ceterum si quis ouē oberrantē/ vel equos in solitudine relictos abduxerit: non est abigeus/ sed fur potius. Scribit et Claudius. Quantitas discernit furem ab abigeo. Qui em̄ vnā suē surripuerit/ vt fur coercebitur. Qui gregem/ vt abigeus.

Abigeatus tus. ipse abigendi actus/ siue crimen abactionis intelligitur.

Abyla/ penultima producta. Potest tamen esse dichrona. Stephanus Byzantius multa in libro de populis et vrbibus: Et Dionysius libycus αλλητοι πυμάτη μεν αγαυων εστιν ιβηρορυτει των ακεανιο προσ εσπερ ου εν δεοι ακριζη λαων αλυβη κει ται μια της δευ πευερθε ταρτησσοσ χαριεσσα vbi multa Eustachius scribit. Et notandū est alybā dici a grecis et nō abylam: nisi dicamus esse metathesin: sed sit vt lubeat: omnino per y psilon scribi oportere/ clarū est: mons est excelsus calpe qui in Hispania est oppositus: quos ambos Herculis columnas dicunt.

Abintegro penul. cor. significat denuo: quasi res perfecta rursus inchoetur.

Abintestato aduerbiū significat sine testamento.

Abiudico. as. pe. cor. significat rem de qua controuersia est per iudiciū: aufero alienove. Vnde ager abiudicatus a Liuio dictus: quē Romani per iniquū iudiciū intercęperant eripuerātq;. Cice. in ver. acti. ii. Nulla res cuiusq; tam patria atq; auita fuit: quę nō imperio istius abiudicaret. Huic cōtrariū est abiudico quod est p sententiā et iudiciū tribuo assignove: vt est illud. Et abiudicauit fieri petitionē eoꝝ.

Abiungo. is. separo. Virgilius libro. iii. Geor. It tristis arator. Merentē abiungēs fraterna cede iuuencū. Huic contrariū est adiungo. is.

Abiugo. as. penul. cor. pprie a iugo alieno: sed p trāslationē significat a re cui dicatus sū disiungo. Pac. Quę res a stabulis abiugat certū est loqui. Huic cōtrariū est adiugo/ quod est iuxta iugo: quod fit cū duo boues ad vnū iugū iungunt. Plau. p trāslationē dixit. Mater est aia adiugat voluntatē. Et Lactan. de opi. At em̄ puisū est in singulis quibuscūq; fingēdis: quaten9 et ministerio mēbroꝝ ad necessaria vitę vterent: et quatenus adiugatis corpibus et lata soboles vniuersas generatim conseruaret animātes.

Abiuro. ras. penul. produ. significat rem mihi creditā iureiurando nego. Plau. in Cur. Egon a lenone quicq; mancipio accipio: quibus sui nihil est nisi vna lingua: qui abiurauit si quid creditū est. Et abiurare est contra ius aliquid tenere. Virgi. lib. viii. Abstractęq; boues abiuratęq; rapinę.

Abiurati dicuntur: qui vinculo quodā amicicię astricti sunt. Hi ab aliis deuoti appellantur. Pli. in prologo. Scito conferentē me auctores deprehēdisse ab abiuratissimis et proximis veteres transcriptos neq; nominatos. i. coniunctissimis.

Ablacto as. a lacte remoueo. Hierony. in li. j. Regū. Non vadā donec ablactetur infans.

Ablaqueo queas. a laqueis expedio: sed in frequentiore vsu significat quod vulgo dicitur discalcio: quod fit cum circū arbores fodimus terrā: et radices superiores recidimus/ vt magis fructificent. Columella libro tertio. Vinea vetus neq; ablaqueāda est: ne radices quas in sūmo habet inarescant: neq; aranda: ne radices abrumpantur. Palladius. Januario mense locis tēperatis ablaqueandę sunt vites: quod Itali excodicare appellant: id est circa vitis codicē dolabra terrā diligenter aperire: vt solis temporibus et imbribus prouocentur.

Ablatiuus casus quādoq; p genitiuo ponitur. Virgi. Illa ferax oleo est. Quandoq; p accusatiuo: vt Gratior et pulchro veniēs in corpore virtus.

Ablego as. penul. pro. Inde aliquo mitto. Liui9 libro j. Pueros venatū ablegauit. Dicit et de aialibus. Columella lib. vii. Itaq; cū ablegabunt in ea loca pducēda erunt: quibus nullū impascit pecus.

Abligurio abligur1 penultima correpta: ligurīedo absumo. Teren. in Eu. Itidem patria qui abligurierat.

Ablepsia αβλεψια latine cęcitas et incon(bona.)siderantia: et habet accentū in penultima λεγεται και τυφλοτησ οτι αστιρητικη ιστι και βλεπωτο ορασ.

Abluo is. vide in dictione lauo as. Similiter abluo quęre in eius simplici luo.

Abloco as. penul. cor. aliis affícto. Vide i dictiōe loco.

Abnego gas. penult. cor. maxime nego quod maxime pfiteri debeo: vt fidem/ pietatē/ et hmōi: quod vulgo renegare dicit. Lactan. lib. quinto. Nec em̄ poterūt retinere pietatē: qui cōmunē omniū patrē deū tanq; pdigi atq; rebelles liberi abnegassent.

Abnepos penultima correpta/ filius pronepotis: quasi seiunctus a nepote. Est enim inter ipsum et nepotem pronepos.

Abnormis: sine norma. Horati9 libro Ser. Rusticus abnormi sapiens.

Abnuo abnuis. nui. nutū. ex ab et nuo: significat capite aliquid semel nego/ quāuis et oculis et manibus id fieri possit. Nuere em̄ apud veteres pro velle ponebatur. Vnde nut9 et numen: quod est dei nutus: hoc est imperiū et potestas. Virgili9. Meo sine numine venti audetis. Nutus ꝙo significat quod fit oculis/ vel capite/ vel manibus. Idē. Annuit: et totum nutu tremefecit olympū. Ponitur et pro voluntate quę ex huiusmodi signo declinat: siue affirmādo/ siue negando. Liuius. Sub vmbra Scipionis ciuitatē dominam orbis terrarū latere nutus eius pro decretis patrum/ pro populi iussis esse. Plinius libro primo epistolarū: docet nutū dici quando annuimus: renutū quando recusamus. Sic em̄ ait. Nam ego quoq; simili nutu ac renutu respondere voto tuo possū. Suetonius ꝙo in Vespa. nutū accipit p renutu/ cū ait: Adolescentulū fragrantē vnguento cū pro impetrata pfectura gratias ageret: nutu aspernatus voce etiā grauissima increpuit. Maluissē aliū oboluisses. Litterasq; reuocauit. A nuo fit nuto nutas frequentatiuū: quod est sępe capite hmōi signū facio. Quandoq; etiam nutare ponitur pro moueri: et quasi ruinā minari/ tractū a motu capitis: quod inclinādo affirmamus/ concutiendo negare solemus. Vnde nutare edificia dicimus/ cū male solidata ruinā minitātur. Transfert etiā ad animū: et pro titubare: id ē dubitare sumit in quā partē ꝯtendū sit. Abnuto penultima producta: est sępe signo capitis vicinis quidpiam nego. Plautus in captiu. Quid mihi abnutas? Cōtraria huic verbo abnuo sunt: nuo/ annuo pro assentior: et nutu assensū pręsto/ faueo. Innuo: signo aliquo voluntatē meā ostendo: siue affirmē siue negem aliqd. Terē. Nihil nisi abiens mihi innuit. Renuo: refuto. Nonius inter nutare/ nuere et nictare hoc interesse scribit: q nutare capitis sit inclinādo aut gyrū mouendo. Nuere nariū vel labiorū. Nictare oculoꝝ patefaciendo eos: aut claudendo/ vel vtrūq; vel alterū. Plaut9 i Asina. Nec illa vlli homini nutet/ nictet/ annuat. Hoc est. Nec capite signū faciat: nec facienti assentiat: nec oculis quicq; indicet.

Aboleo aboles penultima correpta: leui. vel lui. etum vel itum. significat casso/ tollo/ abrado/ destruo: vt ne

odor quidē eius relinquatur. Lactan. libro .i. Decretū est vt hi libri abolerentur.

Abolesco: ad nihilum redigor. Columella libro quarto. Eademq; nec imbribus putrescit: nec siccitatibus abolescit.

Abolla: vestis senatoria/quasi abulla: ꝙ vndiq; sit bullata. Alii accipiunt abollam pro veste duplici panno confecta/ vt scholastica. ⁊ grece diploide: que etiā quandoq; ꝓ veste militari sumit̄: vt est apud Iuuenalē. Nescit cui dederat tyriā crispin⁹ abollā. Quādoq; ꝓ veste cynici philosophi. Nā greci milites et philosophi palliati seu chlamydati incedebant. Vñ Martian⁹ de cynico phō. Cerea quē nudi tegit vxor abolla grabati: Huis χλαμυσ κλαμυδοσ λεγεται απο του χλιαινειν τροπη του ν εισ μ σημαινει ιματια την θερμοτητα. Ita scribit Nicolaus Acciacus et Moscopulus: et proprie chlaena dicitur: id est sagū: supra vestisq; neq; chlamys significat id genus indumenti: quod vulgus appellat cupponem: nā greci nō habebant: nec in grecia etiā illis tēporibus vtuntur: vt ostendit Homerus vbiq;: et ideo vide ne erres: sed vtebantur (vt ita dicā) vno correcto: vt videmus in Grecia.

Abominor penultima correpta: ex ab ⁊ ominor: de quo infra. Est autē abominari execrari/fastidire: et quasi ꝓ malo omine habere. Plinius. Abominamur recedēte aliquo ab epulis simul verri solū: aut bibēte qui ua mensā vel repositoriū tolli inauspicatissimū iudicatur. Grece dicit̄ βδελυττομαι.

Aborigines penultima correpta: quasi sine origine dicti sunt populi antiquissimi/qui tenuerunt agrū: qui nūc ē populi Romani: quia vagi ⁊ sine laribus erāt: aut quasi quod primi visi sint tanq̄ editi sine patribus: aut ꝙ ex varia gentium colluuione mixti erant. Hi postea aduentu Aenee phrygibus iuncti: latini vno noīe appellati sunt. Possunt tñ et aliarū vrbiū aborigines dici primi cultores: ac si sint terra geniti hoīes a ꝑncipio ibi cōmorantes ελληνιστι προτερογενεισ καλεονται προτεροσ και γεννασ λεγονται και εγχωριοι.

Aborior eris. vel iris. abortiuū facio. Varro. Vinum quod ibi natum sit in quodam loco si pregnās biberit fieri vt aboriatur. Gellius libro .xi. Nituntur vt fetus quoq; ipsi in corpore suo concepti aboriantur. Hinc abortus aborta abortū: et abortus tus. dictus ꝙ nō sit tempestiue ortus. Plinius. Extat in monumentis medicorum: et quibus talia consectari cure fuit vno abortu duodecim puerperia. Nonius: Aborior etiam aborsum facit: quod tamē ab ordior magis est: ⁊ hāc inter abortū et aborsū signat distantiā: ꝙ aborsus ille dicēdus sit/qui est in primis mēsibus cū cōceptui exordiū factū est. Abortus ꝑe tp̄s parit̄ di: tunc em̄ morit̄ qđ nascit̄: grece εκτιτρωσκω dicitur: et inde εκτρωμα εκτρωματοσ abortiu⁹ dicitur ab εξ και τιτρωσκω.

Abortiuus abortiua abortiuū: penul. produ. quod abortū facere potest. Plini⁹. Oscitatio quidē i enixu letalis est/sicut sternutasse a coitu abortiuū.

Abortiū idē qđ abortus. Hieronym⁹ ad Pāma. Dū crebris abortūs ⁊ experta fecūditate cōcepta iā desperat liberos: passa est aliquid de Rachelis exemplo.

Abortio onis. idē quod abortiuū. Gellius lib. iii. Cum abortio quibusdā nō partus videret̄ intēpestiuitas. Per translationē. Ci. ꝓ Clue. posuit. Sed hec solutio legatorū/nō merces abortionis appellāda sit.

Abortio is. iui. itū. immaturū fetū edo. Columella lib. viii. Nec tñ ea sola cū abortit: sed etiā glans cū citra satietatē data est. Est ⁊ abortior depon̄es.

Aborto abortas: est eiusdem significationis cum abortio: nam significat abortiuū facere. Julius firmicus libro sexto matheseos. Abortauit filios geminos.

Abrado dis. penul. producta: de aliquo quidpiā aufero. Columella libro .iii. Arida ⁊ vetera: que falce amputari nō possunt: acuta dolabra abradito.

Ab re: quasi preter rem/preter rationem. Hoc est indecens preter propositū/sine causa. Suetonius in Augusto: Et quando ad hoc ventum est: non abre fuerit subtexere: que ei priusq̄ nasceretur in ipso natali die deinceps euenerint: id est preter ꝓpositū/sine ratione siue incōueniēs. Liuius. Hec si omnis diuini humaniq; iuris memoria aboleuit: noua peregrinaq; oia ꝓscis ac patriis ꝓferēdo: haud ab re duxi verbis quoq; ipsis vt tradita nuncupataq; sunt referre.

Ab re tua: significat a negociis tuis familiarib⁹/seu cōtra cōmodū tuum. Terētius in Heau. Tantū ne est ab re tua tibi: aliena vt cures que nihil ad te attinēt. Huic contrariū est ex re tua: quod est ex vtilitate ⁊ cōmodo tuo: sicut E republica/ ex vtilitate et cōmodo publico. Idē dicit̄ e re: hoc est ex vtilitate: vt. ff. si certū petatur. l. e re est ⁊c̄. Vbi misere sudat interpres: dubitans an legendū sit here pro hereliter ⁊c̄.

Abrenuncio abrenuncias: ex ab ⁊ re ⁊ nuncio: significat a me renūciando/amoueo/renuo. Et tam datiuo q̄ accusatiuo iungitur.

Abripio abripis penultima correpta: quasi aufero est. Nam de his dicitur que auferri possunt: vt vestis/liber/⁊ huiusmodi. Aliquādo abripere est vt abducere: vt virum/mulierē/iumenta. Terentius in Eunucho. Ex attica hāc abreptā. Cice. ad Quirites. Nec patiamini me a meis liberis abstractum/a coniuge abreptū/ ab aris focisq; innocentē proiectū vitā degere in exilio. Nam ab ꝓprie rei ablationē denotat. Huic contrariū est arripio: quod ex ad ⁊ rapio cōponitur: que attractionē significat. Vnde ⁊ pro accipio ponit̄. Cicero in Catone. Nō cani/non ruge repente auctoritatē arripere possunt: sed honeste acta superior etas fructus capit auctoritatis extremos. Aliquādo significat vehemēter ad me rapio: vt fit cū celeri quadā animi corporisq; vehemētia ad nos trahim⁹. Liuius libro primo. Cum Tarquinius necessitate: iam etiam ipsa cogente vltima audere. multo ⁊ etate et viribus validior medium Seruium arripit: elatumq; e curia in inferiorem partem per gradus deiicit. Aliquando subito eleuo. Plautus in curcu. Vix foras me arripui. Aliquādo celeriter rapere/inuadere. Virgilius. Hanc arripe velis.

Abrogo abrogas penultima correpta: infirmo. Seruius. Abrogatur legi cum prorsus tollitur lex: derogatur cum pars sustollitur. Cicero ad Herennium. Illa defensio tenuis est/cum ostenditur id factū esse quod ea lex sanciat: cui legi abrogatū vel derogatū sit. Dicimus autē: abrogatur legi/ et abrogatur lex. Interdū abrogare est per rogationē auferre. Cui cōtrariū est arrogare. Liuius libro tertio. Vt quicquid vi tribunitia arrogatum esset: id comitiis ibi abrogaretur. Interdum est simpliciter auferre. Cicero libro primo ad Heren. Nā et periculosum est nequādo plus minusue dicamus: et suspitionē affert auditori meditationis ⁊ artificii: que res fidē abrogat orationi. Abrogati quoq; (vt scribit Gel.) dicuntur: qui cū sui iuris sunt: in alienā sese potestatē tradunt: eiusq; rei ipsi auctores sunt.

Abrotanū penultima correpta: herba calide virtutis. Horaci⁹. Abrotanū egro nō audet nisi q̄ didicit dare. Sed Aeti⁹ amilin⁹ li. i. simpliciū: multa ð abrotano: ⁊ Galenus de simplici medicina/et diascorides.

Abrodiet⁹ cognomē fuit Vlyssis pictoris nobilissimi: qđ latine significat delicatū atq; elegās. Talē aūt se ipse putauit herculēq; pingi fecit: asseuerās cū a se talē pictū qualē sepe in quiete vidisset.

Abrotonion nomen mulieris: ab ἄβρον τὸ τρυφερὸν quod est glabrum siue delicatũ latine: amplexibus apta dicitur. In quo vocabulo id iubet adnotare: quę apud grecos in on exeunt apud nos in um exire. In um autẽ exeuntia omnia esse neutra/ pter mulierũ propria quę feminina sunt: vt glyceriũ/ philotium/ custobiũ/ et similia. Licet ergo vtriq; sexui conueniant: vt scortum et mancipiũ: et pluralia in a. pro hominibus ponãtur: vt seruitia p seruis: ministeria pro ministris. Et licet flumen notent: vt rhenum/ crustumiũ: aut fructuũ nomina pro arborũ nominibus ponãtur: vt poma apud Tibullũ: aut q̃uis animalia (quę paucissima sunt: et quę masculina/ aut feminina/ aut cõmunia esse debent) significent/ vt ostrea: tamen qr in um exeunt/ aut singulariter per um terminẽt: supradicta omnia censebunt neutra.

Abrumpo: incido/ interrumpo/ disiicio/ auello. Virgilius libro tertio Georgicorũ. Nec somnos abrumpit cura salubres. Unde loca abrupta diuulsa/ atq; ob id inuia dicunt. Hieronymus libro pmo Regũ. Perrexit Saul ad inuestigandũ Dauid/ etiã sup abruptissimas petras: quę solis ibicibus peruię sunt. Huius significationis est prerumpo.

Abs significat id quod apud grecos ἀπό. Et vt in littera a. tactũ est: gaudet preponi incipientibus ab q. et t. Terentius. Abs quiuis homine beneficiũ accipere gaudeas. Sic diligor abs te dicimus.

Abscedo abscedis penultima producta: ex abs et cedo significat recedo. A quo abscessus et abscessio: quę fere idem significant: cum tamen accessus accessio sępe differant: nam accessus est aggressus: accessio instrumentũ et interdũ aggressio: de quibus alibi latius dicemus. Aliqñ tamẽ abscessus dicitur cõcursus mali humoris in aliquã partẽ corporis: ex quo suppuratio fit: quã greci vocant apostema.

Abscido abscidis penul. pro. ex abs et cedo: significat inde seco: vt est illud. Et abscidit auriculam eius dextrã. Quod tamẽ media correpta quidã pronunciant tanq̃ ab abscindo sit preteritũ: cuius media interdũ corripitur: vt Aenei. iij. Hesperiũ siculo latus abscidit: aruaq; et vrbes etc. Quinetiã frequẽtior est vsus verbi abscindo q̃ abscido: cũ contra precido frequẽtius q̃ prescindo reperiatur.

Abscindo abscindis/ in de Scindo. Iuuen. Quid tamẽ expectant phrygio quos tempus erat iã More superuacuam cultris abscindere carnem?

Abscio scis. Abscire ẽ de memoria exire. Descire autẽ (vt suo loco dicem⁹) ẽ ab obediẽtia ꝑoris duc ꝰ discedere.

Abscõdo dis. abscõdi: abscõditũ vel abscõsu oc culto. Unde absconsum: abditũ occultum.

Absimilis: multũ dissimilis. Columella libro quarto. Materiã fructumq;: nisi q duplicem nõ absimilem minor germanę gerit. Frequens autẽ est huius vocabuli cũ negatione vsus: vt haud aut nõ absimilis etc. Quę locutio figurata est: et fere p liptoten plus innuit cũ minus dicat: vt hic: Nõ absimilẽ dixisse videtur pro plane et multum similẽ.

Absentio absentis/ absensi absensũ: significat dissentio nã qui minime conuenit dissentire videtur.

Absynthiũ: herba amara: a qua populi quidam cognominati sunt: qui iuxta pontũ habitant: vbi mõs eiusdem nominis habetur. Ouidius libro quinto de tristibus. Cana prius gelido desint absynthia ponto. Grece ἀψίνθιον τὸ ἀψίνθιον vulgo dicunt medicum: vel assenzo/ hortorum est.

Absis absidos siue grecorum: apsis fornix et curuatura proprie in curribus ἀπὸ τοῦ ἅπτειν. Id est tangendo: licet multa significet: quia rotę cum voluuntur contingant terram. Sed in cęlo absides capiuntur pro circulis ἀψῖσ ἀψῖδ pro macula rotis. Homerus libro quinto Iliados. Estq; curuatura rotę: scz lignum supra rotas tenens scalas. Immo curuatura rotarum/ in qua figuntur radij: vt libro secundo Hesiodus: ἄξονα δ' ἑπταπόδην ταμέειν· μάλα γάρ νύ τοι ἄρμενος οὕτω· εἰ δέ κεν ὀκταπόδην, ἀπὸ καὶ σφῦραν κε τάμοιο· τρισπίθαμον δ' ἄψιν τάμνειν δεκαδώρῳ ἀμάξῃ: id est axẽ septẽ pedum. Valde enim vtiq; tibi sufficiens sic: si autẽ octopedalem: etiã malleum abscinderes trium palmorum absidem decem lignis compacto currui: ita sunt de verbo ad verbũ traducta: sed quoniam locus iste hesiodi est dubius: videamus interpretẽ Manuel ita moscopulus interpres ibi sic scribit: εἰς κατασκευὴν δὲ ἁψῖδος τέμνε ξύλον τριῶν σπιθαμῶν ἕνεκα ἀμάξης δεκαδώρου, ἵνα ποιήσῃς ἅμαξαν, τουτέστι τὸν τροχὸν τῆς ἀμάξης δεκαδώρων τὴν διάμετρον ἔχοντα. Sed demetrius moschus dicit: quid est dicere hoc? intellige autẽ tu textũ qui est clarissimus sic: trium spithamarũ latitudine diametri in circumferentia rotę incide curuaturã rotarum: quia non sunt graues bobus ad trahendũ: incide dico currui compacto ex decem lignis: id est qui currus fit ex pluribus lignis: et decanus est numerus qui est perfectus: nã δοῦρον dicit lignũ: sed dorice ου vertitur in ω. et dicit δῶρα lignũ: q̃uis sit etiam genus mensurę spithama ẽ mẽsura a cuspide pollicis ad extremitatẽ annularis digiti.

Absisto absistis: a loco siue inde discedo. Virgilius. Nec prius absistit/ q̃ septem ingentia victor Corpora fundat humi. Huic contrarium est assisto. Sed cum locus exprimitur abscedo tm̃ significat. Idem libro septimo. Centum ęrei claudunt vectes ęternaq; ferri Robora: nec custos absistit limine Ian⁹. Qñq; absistere ponitur p desistere/ desinere/ abstinere. Liui⁹ libro nono. Legatos misere ad consulẽ romanum: vt receptis equitibus qui causa belli essent absisteret obsidione. Claudi. Absiste rogari. In quorum vltimo exemplo nõ videtur ita verbi proprietas obseruata vt in superioribus. Nã sistere nõ est absolute stare/ aut presentẽ esse/ sed facere stare aut adesse. Unde est illud poete. Annam chara mihi nutrix huc siste sororem. Quocirca absistere nõ tã est desinere: vt i Claudiani exemplo: pro quo sępe desistere vsurpatur/ q̃ abscedere: vt in liuiano dicto.

Absoleo es. pe. corre. Absolere ẽ ab vsu recedere. Uñ absoletus: locus neglectus et sordidus dicit.

Absoluo absoluis: perficio/ finio. Gellius libro secundo. Septima fere hebdomadę: id est nono et quadragesimo die tot⁹ homo in vtero absoluitur. Item absoluere est parcere/ et precio reddito dimittere/ liberare. Liuius libro secũdo. Latę deinde leges: quę cõsulem regni suspitione absoluerẽt: id est liberarent. Sed cũ de peccato siue de peccati pęna agitur: genitiuum regere potest. Cicero libro secundo ad Herenniũ. Cecilius iudex absoluit iniuriarũ illum qui L. Actiũ poetam in cęna nominatim lęserat. Plinius libro. xiiij. Inuenimus egnati vxorẽ cum vinũ bibisset e dolio/ interfectã fuisse a marito: eumq; cedis a Romulo absolutũ. Item euadere. Plautus i Amphitrione. Curauit vno vt fętu fieret: vno vt labore absoluat erumnas duas. Itẽ expedire: vt apud eundem in Cur. Sequere hac te absoluã/ qua aduenisti gratia. Et in Epi. Te absoluã breui.

Absonus na. nũ. pe. cor.: qd ẽ pui soni et fere sine sono/ vl nõ recte sonãs siue nihil ꝯgruẽs sed aduersãs. Li. libro. j. Nec ferme romulo regnante domi militieq; gesta: quorum nihil absonũ fidei. Cicero ꝓ rheto. Sed sũt quidã aut lingua ita hesitãtes/ aut ita voce absoni.

Absono absonas, penultima correpta: dissono/ male so

no. Vide in Sono.

Absorbeo absorbes absorbui absorbitũ: ⁊ absorbo absorbis absorpsi ptũ. valde siue in totũ sorbeo/deuoro.

Absqꝫ prepositio separatiua est: vt absqꝫ pecunia difficile vitã traducas. Aliquando est aduerbiũ. Terentius in Hecyra. Ꝯ fortunatus sum ceteris rebus absqꝫ vna hac foret hanc matrẽ habẽs. Ubi potius legetur: absqꝫ vna hec foret/ꝙ̃ hac foret. Nam sensus est: absqꝫ.i.nisi hec vna.s.res: videlicet coniũx ex alieno (vt tũc putabat) pariens esset. Et licet absqꝫ est separatiua ꝓpositio: ab tamen ⁊ abs passionẽ aut discessionẽ notãt: vt diligor abs te: discedo abs quolibet improbo. Ceterũ ab/abs ⁊ au: nihil differre videntur preterꝙ̃ in consonantia. Nam vni verbo in diuersis temporibus non mutata significatione prepostia per compositionẽ comperiũtur. Dicimus in presenti ⁊ eius temporibus: aufero/auferebam/auferam/aufer/auferrẽ ⁊c. In preterito autem ⁊ inde deductis abs: vt abstuli/abstuleram/abstulissem/abstulero/abstulisse. Porro in supino ⁊ ab eo natis ab: vt ablatum/ablatu/ablatio ⁊c. Mirum autem est/ꝙ qꝫ particulaque cum alijs significationẽ auget: siue affirmatiuam/vt atqꝫ: siue negatiuam/ vt neqꝫ: cũ abs posita inueter: nã absqꝫ fere idẽ ẽ qḋ sine. Sed de his satꝫ est.

Abstemiꝰ: qui se a temeto.i.vino abstinet: cõponitur ex abstineo ⁊ temeto. Sed nota ꝙ aliter sentio ꝙ̃ latini in hac dictione: quoniã μεθη grece dicitur ebrietas. Unde per litterarum transpositionem addendo ton/latini dixerunt themeton: ergo prima est longa: et cum th. scribi oportet: quia fortasse aliquis interrogaret quereretqꝫ inde θημιοσ cũ απογιγνεται αποθημιοσ: sed elisa o. vertitur π tenuis in suã aspiratã: ⁊ dicitur ἀφθημιοσ aphthemiꝰ: nõ ergo temeton dicit̃ ꝙ teneat mentẽ: neqꝫ sic scribi debet/abstemius: nisi ob eam regulam latinorum: ꝙ greca parte in latinũ detorqueant̃: postea in femino dicitur/Absthemia. Ouidius libro.xv. Clitorio quicunqꝫ sitim de fonte leuauit. Uina fugit gaudet qꝫ meris absthemius vndis.

Absterreo res. significat amoueo/repello/ꝓhibeo.

Abstineo abstines penultima correpta: ex abs ⁊ teneo: significat tẽpero ⁊ fere contineo. Terẽtius. Nõ manũ abstines mastigia. Iungitur quandoqꝫ genitiuo. Horatiꝰ libro tertio Carmi. Mox vbi lusit satis abstineto dixit iratũ. Quandoqꝫ ablatiuo cũ prepositione. Plautus in Amphitrione. Qui possũ hic fortis a me/vt abstineat manũ. Iusti. lib. j. sine ꝓpositione dixit. Cõtentiqꝫ victoria imperio abstinebãt.

Abstinentia est virtus qua ab alienis abstinemus: nihil cuiqꝫ̃ eripientes.

Aegeria nympha fuit que colebatͬ in aricino lacu: cum qua Numa Pōpilius ⁊ cōnubium ⁊ colloquium se habere simulauit sub cultum religionum quo armorum ⁊ prędę studio flagrantē po. Rom. abstraheret. Unde Ouid. Aegeria est q̄ prębet aquas dea grata camęnis. Illa nume coniunx consiliūq̄ fuit.

Aegis idis munimentū pectoris ęneum cū gorgonis capite. Quod si a pectore numinis egis. Si in corpore hominis Lorica dicitur. Et a capra nomen deductū est: quia de corio eius fiebat. Et ideo Mineruą habere Gorgon in capite dicitur: quia prudentia sua quasi alios saxeos reddidit

Aegiochus dictꝰ est iupiter ꝙ corio capellę amalthęę vsus fuerit pro scuto q̄n contra Titanas dimicauit vt inquit Lactantius libro primo.

Aegides p. p. patronymicū est ab ęgeo Thesei patre Ouidiꝰ. Perfidus ęgides ducētia fila secutus.

Aegylos: est abscessus inter nares ⁊ angulū maiorem oculorū per quem pituita assidue distillat: ⁊ si negligatur ad ossa vsq̄ dehiscit in fistulā. Differt ab Aegylope: id quod Crithen hoc est Ordeum vulgo ordeolum appellāt: ⁊ galenus Posthiā Crithe abscessus est pusillus oblongusq̄ sub ipsum palpebrę torulū: hoc est vt ait Celsus super pilorum locum. Officit luminibus. Et qđ vocatͬ ancylos siue ancyloblepharos quo palpebre coalescunt inter se: apeririq̄ non potest oculus. Cui nō admodum absimilis est morbus qui enchantis vocatur: in ipso angulo tuberculum quod palpebras parum deduci patitur. Sed ⁊ si membrorū articuli sic herent velut comprensi Ancyla et Ancylosis vocatur.

Aegina: pe. produ. fuit Asopi Boetię regis filia a qua vrbs peloponeso adiacens contra Atticam Aegina vocatͬ. Et a qua Aeacus eiusq̄ posteri genus duxisse feruntͬ. De hac Ouidiꝰ li. vj. meta. Aeacus Aeginā genitricis noie dixit. Hinc Aeginenses dicti sunt.

Aegysthus Tyestis filius: qui a capris nutritus fuisse perhibetur.

Aegle nympha solis ex Neera filia: latine splēdor dr.

Aegloga penul. cor. caprarū seu rerum pastoraliū sermo dicitͬ. Aegon enī caprarum: logos sermo dicitur At egloga sine diphton. electio vel explanatio elegātia dicitur vt inquit Pli. lib. iiij. epistolarum. ⁊ Euse. lib. iiij. eccl. historię contra Torcelium.

Aegon: nomen pastoris ⁊ caprile significat. Quo etiā nomine promontoriū lemni dictum est.

Aegocephalus penul. cor. vt Aristo. lib. ij. de animalibus inquit: auis est quę lyenę omnino caret.

Aegonomus pe. cor. caprarū ductor qui ⁊ epolus dicitͬ. οτι αιξ αιγος και νεμω το βοσκω οθεν το νε

μοσ Του γε μόσ imo locus aptus capris depascēdis: id ostendit propria deriuatio.

Aegolethron: herba in ponto alba/ dicta a capris interimendis αιγα greci caprā nominant ολεθριον perniciosum: exitiale.

Aegoceros: otis vel egoceron pe. cor. aial: alio nomie capricornus dicit. Hiero. cōtra Joui. Magna iniuria nuptiarū: vt inter scorpios quidē et centauros et cancros et pisces et egrocerotas. i. capricornos vxorē maritūq; cōstituerint λεγεται οτι Το κερα και αι Lu. Aegoceron cancrūq; tenet.

Aegos thracie fluuius: ad cuius ostia classis atheniensium a Lysandro capta fuit. Pli. li. ii. Idq; factū interdiu in thracie parte adegos flumen cuius loci Accole Aegopotamite nominant.

Aegypanes sunt nudi leues caprinos pedes habentes. Veteres huiusmodi monstra pro semideis siue pro syluestrib' dijs coluerunt: quēadmodū Faunos syluanosq;. Faunos ac Satyros nemorū deos esse dicentes: panas agrorū Syluanos syluarū. Vide in dictiōe Satyri. Ouidi'. Sunt mihi semidei: sunt rustica numina nymphę. Et fauni satyriq; et monticole syluani. Quos qm̄ celi nondum dignamur honore. Pōp. mela scribit vltra athlātē Mauritanie mōtē noctu plerūq; visa lumia et crepit' cymbalorū ac fistularum cantus auditos: nec die repertum quemq;. Idcirco pro constanti habitū: hos faunos esse ac satyros

Aeger a um: ab ago is: per contrarium: q actione vacet: siue q qui morbo correptus est: grauius agitetur. Et dicimus hic est eger pedibus: et hic est pedibus egris. Valerius maximus li. v. dixit. Pulsu venarum cōperit cuius morbi eger esset.

Aegero es: eger sum: a quo Aegresco: quod magis est in vsu: eger fio. Plinius libro . Corui ante solsticiū generant. Item egrescunt sexagenis diebus siti maxime anteq; fici coquantur autumno.

Aegre aduerbium: significat moleste/ dolenter: iniquo animo. Terentius in Hecy. Sed reprimam me ne egre quicq; ex me audiat. Item egre male: difficulter Virgi. libro. iiii. Geor. Ergo egre rastris terras rimantur. Columella libro. i. Seruos quoq; qui secuturi patrēfamilias sunt: non egre pedibus ingredi id est inuite vel difficulter.

Aegroto as. penultima producta. Infirmus sum: a quo egrotatio quę sic ab egritudine distinguitur: vt docet Hieronymus super Joel. q egritudinem animi dicimus: alioquin corporis non egritudo/ sed egrotatio dicitur. Idem ad Julianum diaconum. Qq; ita me iugis tam corporis egrotatio q; animę egritudo consumpserit: vt morte imminente nec mei pene memor fuerim. Cicero. Sed proprie vt egrotatio in corpore sic egritudo in animo nominatur. Unde ipse libro. iiii. Tuscu. diffinit quid sit egritudo. Stulta egritudo est qua afficiuntur: in malis opinatis animosq; dimittunt et contrahunt: rationi non obtemperantes. Inuenitur tamen eger dici etiam de corpore et egrotus de animo. Salustius. Antonius pedibus eger qui prelio adesse nequibat. Horati' in Ser. Quo me egrotare putes animi vitio. Ab egroto fit coegroto. Hieronymus. Et si ipsa langueret coegrotandū est et nunq; ab eius lectulo cedendum.

Aegrimonia: penultima correpta idem est quod egritudo Plaut'. in Ru. Tātisper dum abscedat a me hec egrimonia.

Aegyptus regio in aphryca: vel sm̄ aliquos aphrycę proxima ab egypto Danai fratre sic appellata prius eria dicta. Hęc teste Plinio libro. v. Ab oriente rubro mari: assyriecq; coniungitur: ab occasu Cyrenen et aphrycę residuum habet: a meridię vsq; in ethiopiam protēditur: a septētrione habet mare egyptiū. Eius insignes vrbes sunt Thebe Abedos Alexandria Babylon et Mēphis. In hac (vt Plato inqt) nunq; visum est pluere: sed nili inundatione secundatur. Eius figura triquetra est quam efficit nilus ita se diuidens. Ab egyptus fiunt adiectiua. Aegyptius a um: et egyptiacus a um.

Aegyptini penultima producta dicuntur ethiopes qui egyptijs sunt finitimi.

Aelius et ęlia nomina sunt propria rom. carent aspiratione.

Aelia regio in Asia inter Mysiam et Joniam. Est et vrbs quędam calabrię a qua ęlianus a um.

Aelurus: penultima producta: latine Catus et Felis dicitur. Aristoteles libro de aialibus. Aeluri et ichneumones tot numero pariunt quot canes. Aelianus eliorum mas quidam libidinosissimus est: fęmina autem amantissima prolis fugit coitum cum maribus quoniam semen mittunt calidissimū: et quasi ignē genitalia adurēs. Hoc cernens mas cōmunem fętum dilaniat: illa vero prolis desiderio mares libidine ardentes adit rursus. Gellius libro. xx. Aelurorum quoq; oculi ad easdem vices lunę maiores fiunt aut minores.

Aemiliam: gentem appellatam dicunt a Mamerto Pythagore philosophi filio cui propter vnicam humanitatem cognomen fuit emiles. Nam emiliam greci sermonis lepiditatem vocant. Hęc familia emiliana Romę honestissima fuit: a qua emilianus appellatus est Scipio africanus minor: quasi emilii filius qui per adoptionem insertus fuit familię scipionum Aemilia via ab Aemilio consule dicta est quę a placentia ariminum vsq; perducta est: emiliana: ędificia erāt extra Romā: de quib' Cornelius Tacit' plus infamię ad incendium habuit: qui a predijs Tigilini emilianis proruperat. Aemilia regio Italię quę et flaminea. Romandiola etiam dicitur. In qua sunt vrbes Ariminum Cesena: Sassina: Rauenna: Fauentia. Immola: Forumliuii: Bononia et Ferraria.

Aemonia: penultima correpta regio: quę postea dicta est Thessalia. Ab aemone Deucalionis filio: prius Pyrrhea dicta: a Pyrrha Deucalionis vxore. Quidam tamen cum aspiratione scribunt Hemonia.

Aemulor: penultima correpta (vt Apulei' inquit) ab amo descēdit: vnde et primam vocalem accepit: amare significat inuidere per antiphrasim. Aemulari igitur: inuidere est a contrario sensu: vt in actibus apostolicis. Et patriarchę emulantes Joseph vendiderunt in egyptum. In Esaia: Effraim non emulabitur Judam: et Judas non pugnabit contra Effraim Aliquando emulari significat imitari. Unde emulus dicitur eiusdem rei studiosus et sectator: hoc est qui aliquem imitatur et sequitur: quod non nisi amore fieri potest. Cicero pro Marcel. Illo emulo atq; incitatore studiorum meorum atq; laborum. Differunt tamen emulatio et imitatio: q imitatio simplex est et liuorem non admittit: emulatio autem habet quidem imitandi studium: sed cum malicię operatione: licet hoc sine vitio esse possit vt cum meliorem videamus conamur non inuidia/ sed amore ipsius virtutis reddere nos pares aut superiores. Unde est illud. Stimulos dedit emula virtus. Aliquando emulari est participem esse: vt Noli emulari in malignantibus.

Aenaria insula a statione nauium enee dicta: vt ait Plinius. Hęc et Inarinę dicitur pithecusaq;. Nunc Ischiade nomine oppidi ostendicis imaginē preferentis in monte.

Aenna ciuitas est in meditullio et vmblico Sicilię collocata quę cum ob prefecti seuitiam a Romanis desciuisset: Qui ad cōcionē cōuocatos ennēses vltima internecione clā submissis militibus armatis deleuit.

Aeneas penultima producta nomē viri troiani a Virgilio celebrati dictus Aeneas/ vt quidam putant ab αινεω εισ. qđ est laudo. Nam αινοσ laus latinę dicitur: qui tamen procedere non poterunt in rei veritate sic (non dico citemus totam greciam) sed vel solum versiculum Homeri adduxerim⁹ quem volo legant. Τω δε και εγειασ ονομεσ σεται και τα λοιπα. Ab Aeneę dicti sunt eneade Troiani.

Aenea vrbs in regione Cressia. Liu. in libro quadragesimo. Proficiscūtur a Tessalonica Aeneam ad statutum sacrificium.

Aeni vt auctor est Ptolomeus: insula est iuxta arabicum sinum.

Aenus genus vasis: ab ęre quod et Cacabus siue caldaria dicitur. Diuiditur quandoq; diph. per dieresim: et tunc vt Ser. docet aspiratio interponitur/ vt apud Horatium: Sub noctem gelidam lignis calefactat ahenum. Virg. Aut foliis vndā tepidi despumat aheni. Huius diminutiuū est Aenulus.

Aeneus ęnea ęneum penultima correpta. Idem est qđ ęreus: et similiter dieresim quandoq; patitur. Horatius in epistolis. Si recte facies hic murus aheneus esto. Aliquando ponit̄ pro forti. Horati. Inclusam danaen turris ahenea.

Aeneatores dicti sunt tubicines ab aenea tuba. Amianus lib. xix. Cum superesset exiguum noct⁹ ęneatorum clangore ductore vrbem vt mox casurā terribili corona cinxerunt. Et libro xxiiii. Aeneatorū accentu signo dato ꝓgrediendi ad pugnā ad arma ꝯcursū est.

Aenobarbus dictus est Domiti⁹ qm̄ Castor et pollux cum de victoria nunciarent Domitio: ipseq; minime credens narrantibus esset malas barbāq; manibus ꝯmulserunt ⁊ ex fusca in flauā ꝯuerterūt. Vñ a barba rutila ęneiq; coloris enobarbi dicti: Quod post ea Domitiorū cognomen fuit.

Aenigma atis. obscura allegoria vel questio obscura quę difficile intelligitur nisi aperiat̄: vt illud in libro Iudicū. De comedente exiuit cibus: ⁊ de forti egressa ē dulcedo. Ab αινιττω obscure loquor innuo Innuitur enim quiddam quod pluribus explicandum est. Hinc Aenigmatistes qui enigmata facit seu proponit. Hiero. contra Ioui. Sed quid ad nostrum. αινιγματιστην enigmatisten cuius libros multo difficilius est nosse q̄ vincere. Huius significatiōis est Aenigmaticus.

Aeolus penultima correpta Iouis filius: a quo Aeolia: et ventorum rex appellatur latine varius siue dolosus dicitur.

Aeolia regio duplex est. Vna in Asia grecorū colonia media inter Mysiam et Ioniam. Alia ab Aeoliis septem insulis intra Siciliam et Italiam quarū nomina sunt hec Hiera Strongile Didyme Eriphusa Phenicusa et Enonymos. Stra. lib. vi. Plyni. lib. tertio Solinus mella de Aeoliis quę aliis nominibus a nostris vulcanie: ephestiades a grecis nuncupātur. Dicte ęolie ab Aeolo Iouis filio. Dicit̄ etiā lipara a liparo Ausonis regis filio qui eā ante ęolū rexit. Hinc Aeolium mare dictum ē quod Asiatico littori adiacet ab Aeoliis pulsis olim colonis. Nā antea mysium dicebatur.

Aeon grecę: Aeuum latinę dicitur.

Aepolus penultima correpta Caprarius: Aepolium Caprarum grex.

Aepy vrbs Nestoris in montibus sita. Nam Aepy sublime denotat. Aepys altus.

Aequus a. um. planus ab aqua: ꝙ ęquam superficiem habere videat̄ ita vt imaginē tanq̄ speculū reddat. Per translationē ponit̄ pro iusto: quia nullā in partē inclinatur. Equus ꝓ animali nō diphthongatur.

Aeque aduerbium significat iuste. Seneca. Iudex qui parte inaudita altera aliquid statuit etiā si ęque statuerit: haud ęquus fuit. Interdum significat tam vel tm̄ vł similiter: vt Tu es ęque bon⁹: ac doct⁹. Suet. in Ces. Nihil eque ac iudicis acerbitas ꝓfuit. Virg. lib. ii. Geor. Negant alios ęque serpentibus agros Dulcem ferre cibum.

Aequo equas explano. Plyni. Aequato deinde paulimento infunditur oleum. Et aequare est cum ęquitate diuidere. Virgili⁹. Operumq; laborem partibus ęquabat iustis. Aliquando continuare. Idem. Felix si protinus illum ęquasset nocti ludum. Huius composita Adequo/ coequo/ exequo/ ⁊ ꝑequo: quę ſm ꝓpositiones significant.

Aequamentum ęquatio est quod et libramētum dicit̄. Nam equimentum aliud significat.

Aequanimis penultima cor. qui est ęqui animi: qui nec prosperis extollitur: nec aduersis frangitur. Hinc equanimitas quę est fauor et ꝓpitius anim⁹. Terē. in Adel. Facite vt ęq̄nimitas vestra poetę ad scribēdum augeat industriam Aequanimiter moderate: patienter: ęquo animo.

Aequitas: modo planiciem: modo iustitiam significat cuius contrarium est iniquitas.

Aequeuus/ coetaneus/ ab ęqualitate ęui dictur.

Aequalis/ planus. Vnde ęqualis campus. Aliq; pro simili ponit̄ et exequo. Plyni. Cum ⁊ ipse ęqualem fortunam expertus fuissem. Quādoq; ꝓ coetaneo. Cicero in Cato. Nec cum ęqualibus solū qui pauci admodū restāt. Differūt tñ ab inuicē ꝙ ęquales sunt eorundem annorum. Coetanei in eodem tēpore sed diuersis annis ⁊ disparibus: vt Cicero ⁊ Augustus fuerunt coetanei/ licet Cicero maior natu fuerit: sed non ęquales. Hinc ęqualitas similitudo: paritas. Aequaliter: similiter pariter.

Aequabilis idem quod ęqualis. Cice. Et vox reducit̄ in sonum quendā ęquabilem atq; constantem.

Aequilaneum: ex toto dimidium significat: dictum a lotione lanę que dicit̄ ęquilaneo redire cū dimidium decidit sordibus.

Aequimanus penultima cor. qui vtraq; manu vtitur et ita leua operatur sicut dextra.

Aequilibriū ęquatio librę quod ⁊ ęquamentū et libramentū dicit̄. Trutina cū pro bilancis seu statere lingua/ sumit̄. Gel. Nam cui mēbrū ab alio ruptū est si ipse itidē rūpere ꝑ talionē velit: quero an efficere possit rūpēdi pariter mēbri ęquilibriū. In qua re primū ea difficultas ē inexplicabilis Quin si mēbrū inquit alter imprudēs ruperit. Quod eñi per imprudentiā factū est retaliari per imprudentiā debet.

Aequinoctiū ex ęqualitate noctiū dicitur/ ꝙ tunc dies et nox horarum spacio ęquales sint. Duo sūt autem ęquinoctia vernale. s. et autūnale: vernale fit quarto Idus Martias vel circa. viii. Calendas Aprilis et in octaua parte Arietis conficit̄: autumnale decimooctauo Calendas Octobres ad vergiliarū occasum diebus. xl. quia annum olim in duas tantum partes diuidebant hoc est in ęstiuum ⁊ hyemale solstitium. Ab ęquinoctium fit adiectiuum ęquinoctiale: vt tempus ęquinoctiale.

Aequidiale dictum ab antiquis/ qđ nūc dicimus ęquinoctiale: quia nox diei potius q̄ dies nocti annumerari debet. Sic etiā ęquidium qđ nūc ęquinoctium.

Aequipolleo les. ꝑ duplex ll. parem potestatē habeo. Vnde ęquipollentia ęquiualentia.

Aequiparo as. penultima correpta significat cōparo: siue ęquo.

Aequiualeo ęquiuales equiualet/ penultima correpta quasi ęque possum.

Aequiuocum penulti. correp. est qđ greci dicūt homonymon: et a Martiano vocatur pluriuocū: quando

pluribus rebus eadem est appellatio.

Aequor ab aqua nomen deductum ꝙ ęquam superficiem habeat: cũ non fluctuat/ et ꝓprie denotat superficiem. Ambro. lib. Hex. Et cũ sit altitudo diuersa indiscreta tamē dorsi ei⁹ ęqualitas. Vñ ⁊ ęquor appellatũ arbitror ꝙ superficies ei⁹ ęqualis sit: quia aquę licet fluctuãtes velut mõtes erigant: sedat̃ tñ sursũ tēpestatibus adequant. Hinc dicim⁹ ęquora campi et ęquora ponti. Cic. lib. ij. Acad. Ab ęquo .i. plano vocabulũ accepisse cõfirmat: ꝙ tã plane videt̃ ꝙ̃ mare ęquum. De campo Virg. lib. iij. Georg. At prius ignotũ ferro ꝙ̃ scindim⁹ ęquor Idem: De mari ęquora ponti. Nec solũ de mari sed etiã de fluuio dicitur: vt apd̃ eundē Viridesq; secãt placido ęquore siluas. Accipit̃ tamē q̃nq; pro ipo mari: vt Bis denis phrygium conscendi nauibus ęquor. Quãdoq; pro aere: Aspice bissenos volitantes ęq̃re cygnos. Ab ęquor fit Aequoreus a. um.

Aer ꝓprie dicitur medium spatiũ inter cęlum ⁊ terrã. Est eñ inanitas plurimũ habens ad mixtũ raritatis ꝙ̃ cetera elemẽta. Virg. Longa per inanes Dictus aer απο του αιρειν ab eo ꝙ ferat terrã: vel ꝙ feratur. Sʒ credo potius dici αηρ οτι αημι το ωρεω vnde ꝓducit vltimã. Luc. lib. j. Aer et longi voluēt titana labores: q̃ corripiũt ipsi viderint te: nec Claudian⁹ dicit: Lucid⁹ vmbroso miscebitur aer auerno: quia sensus esset contrarius ⁊ syllaba falsa: sed dicit Aris vel orbis. Hic autem aer partim ad terrenam partim ad cęlestem materiã pertinet. Nam ille subtilis vbi ventosi ac ꝓcellosi motus nõ possunt existere ad cęlestem ptinet partem: iste vero turbulentior qui exhalationibus humidis corporescit terrę deputat̃ quiq; ex se multas species reddit. Nam commotus vẽtos facit: vehemẽtius ꝯcitatus ignem ⁊ tonitrua: cõtractus nubila: conspissatus pluuiã: cõgelat̃ nubibus niuem: turbulentius congelantib⁹ densioribus nubibus grandinẽ: distentus serenũ efficit. Distatq; a terra: vt inquit possido. stadijs. xl. Aliq̃n aer dicit̃ ventus/ spiritus/ vel flatus modicus. Virg. Aera dimouit tenebrosum et dispulit vmbras. Aliq̃n dicit̃ sonus. Var. Anima vt cõclusa in vessica q̃n est arcte ligata si perculeris aera reddet.

Aerius a. um. per i. vel aereus per e. modo significat altum: vt aerea turris: modo quod constat ex aere vt corpus aerium: fulgor aerius.

Aeripes penultima correpta celer quasi aerios pedes habēs. Quidã tñ cõpositũ nomē putant ab ęs ęris. Virg̃. synęresin fecit. Fixerit ęripidem ceruam.

Aerope penulti. correp. Atrei vxor ex qua Thyestes duos filios suscepit. Et non est diphthongus. Nam scribitur a grecis αερόπη. Ouid. lib. ij de trist. Si nõ Aeropem frater sceleratus amasset. Conuersos solis non legeremus equos.

Aerumna απο του αιρω ero leuo tollo. ꝓprie erumnę dicuntur furcinule quibus viatores sarcinas suas religatas tabella interposita ferre ꝯsueuerint. Quę q̃m a Mario institutę/ sũt Muli mariani postea vocatę. Hinc factum est vt labores onerosi erumnę dicãtur: vnde herculis erumna. Similiter erũna dicit̃ miseria/ calamitas/ infęlicitas. Vnde erũnosum dicitur quod est laboribus ac miserijs afflictum. Cicero libro. ij. de fi. Aerumnas maiores nostri labores nõ fugiendos nominauerunt.

Aes ęris sumitur ꝓ omni metallo sed precipue ꝓ eo quod est coloris rubri: deductum nomen putant aliqui ab auri similitudine. Alij a greco deriuant αια terra. Var. ab asse. Accipiturq; pro pecunijs q̃m ęs fuit in precio magis aurumq; iacebat vt ait Lucre. Nũc (versa vice) iacet ęs: aurum summo successit honore. Et primo ex ęre pecunia signata. Ouidius in Fast. Aera dabant olim melius nunc omē in auro est. Victaq; ꝯcessit prisca moneta nouę. Cato. Fundum ęribus suis emptum possidebant Seruius rex primus post vrbē conditã signare ęs cępit: cuius in altera parte nota fuit Janus gemin⁹: ex altera rostrũ nauis. Nã q: Saturnũ classe deuectũ hospitio Janus acceperat: ⁊ ab illo peritiã ruris edoctus ferã illã ac rudē añ fruges cognitas vitã in meli⁹ redegerat regni eũ consociũ fecit: ⁊ q̃m naui fuerat aduect⁹ in signãdo ęre: ex vna quidē parte sui capitis effigiē: ex altera nauis rostrũ impressit: vt quantũ in eo esset Saturni memorię cõsuleret: ne accepti beneficij immemor esse videretur. Ponitur etiam quandoq; ꝓ tubis: quoniam ex ęre fiunt. Virg. Aere ciere viros. Vnde ęneatores tubicines dicuntur.

Aereus rea. um. quod ex ęre est sicut Aheneus.

Aera e. numeri nota est puta in moneta notabat̃ numerus quem valebat. Lucil. Hęc est ratio peruersa ęra numeri est subducta improbe. Astrologi quoq; initium a quo supputationes incipiunt ęram vocant. Dicta ęra ex eo ꝙ omĩs orbis ęs reddere professus est reipub. Aera etiam greca dictio est quę apud nos lolium significat vt inquit Diosco. Hinc ęrineus a. um. ꝙ ex ęre factum est. Diosco. Panis vero cum melle et ęrinea farina .i. loliacea.

Aerarius a. um. quod est ęris siue ex ęre. Plyni. libro xxxiij. Laudationē eandē in ęrarijs metallis et proximam in argentarijs fieri compertum est. Inde

Aerarij tribuni a tribuendo ęre. Nam vt Var. scribit. Tributa erat eis pecunia quam in litibus redderēt. Idq; quod attributũ: dicebat̃ ęs militare.

Aerarij milites dicti sunt ab ęre ꝙ stipendium facerẽt: ęs enim stipem quoq; dicebant. Vnde stipendium.

Aerarium. ęris repositorium: hoc est nummorũ similiumq; rerum preciosarum atq; opum: quę vtilitatem reipub. allaturę erant: sic dictum ꝙ ęra in eo principaliter inferebantur.

Aero as. significat ęs misceo: ęre adultero/ siue ęre orno. Vnde ęratę fores apud Virg. Pris. A metallorum quoq; nominib⁹ solent nasci verba/ vt ab auro. auro as. ab ęre Aero as: vnde auratus et ęratus. Hui⁹ verbi cõposita sunt Obero ⁊ subero. Persi⁹. Nequa suberato mendosum tinniat auro.

Aerosus a. um. ex quo ęs fit. vt Lapis ęrosus quē alio nomine Cadmiam nuncupant. Et ęrosa ab antiquis Cyprus insula dicebat̃: ꝙ in ea plurimũ ęris nascat̃: vel ꝙ primo ibi inuentum sit ęs.

Aerificium quod ex ęre factum est. Var. Polite enim quasi ęrificio videbantur.

Aere diruti: milites vocabantur quibus ꝓpter ignominiam stipendium subtrahebatur.

Aeruscare veteres dixerũt ꝓ pecunias vndiq; colligere

Aerugo penul. pro. idem quod rubigo: et ꝓprie in ęre vel argẽto ⁊ viridescit. Rubigo vero in ferro ⁊ segetibus de quo loco suo Plyni. lib. xxxiiij. refert ęra extersa celerius rubiginē trahere ꝙ̃ neglecta: nisi oleo perungant̃. Eruginis in medicina magnus vsus cuius vis est collirijs oculorũ aptissima. Apud Hora. et Juue. accipitur erugo pro pecunia quę ex ęre fit. Hic eruginosus a. um. Sen. lib. de breui. vitę Maiorem dierũ partē in eruginosis lamellis consumit.

Aes nostrum dicitur quod nobis alij debet. Aes alienum quod nos alijs debem⁹. Aes suum quod alij et de quo loquimur debent.

Aes militare dicebatur quod tribunis ęrarijs attributum erat vt militibus redderet̃. Plau. in Aul. Cedit miles: ęs petit.

Aes ductile: quod facile ducitur attenuaturq; in laminas. Aes caldarium quod funditur tantum: et malleis frangibile est.

Aeschines penulti. producta nomen proprium oratoris greci demosthenis emuli. Fuere etiam alij septem hoc nomine vocati.

Aeschylus penul. cor. nomē poete tragici. Horatius. Post hunc persone palleque repertor honeste Aeschilus et modicis instrauit pulpita tignis. Hic cū esset caluus & in aprico forte quiesceret: testudo ab aquila in altum delata cum decidisset: caput eius confregit interemitque.

Aesculapius: nomen est Appollinis filij: qui medicine artē vel laude vel opere ampliauit. Ob eamque rem in deorum numerum receptus fertur: cuius duo filij Podalyrius & Machaon bello troiano Agamēnonem secuti non mediocrē opē cōmilitonib' attulere.

Aesculus arbor glandifera cuius fructu cū in primeua etate homines vescerent: ab edo pro cōmedo deduci putat: Quis edo primā breuē habeat quidam tñ sine diphthongo scribūt ab esca nomē trahentes: quod ante vsum frumenti hec arbor mortalib' victū prebebat. Hinc Aesculeus a. um. Palla. Asseres querne cū esculeis non misceant. Aesculū neutri ge. et sine diphthongo ciuitas in agro piceno.

Aesis ciuitas vmbrie a qua Aesinates populi. Ply. lib. xj. Caseū inquit esinatez ex vmbria. Ptol. quoque hanc vrbem esiam ab esi fluuio nominat.

Aesopus pe. produ. nomē fabulatoris clarissimi. Inde Aesopianus Hic. Iuxta Aesopianam fabulā. Hic miser vita/miser morte/et miser forma: vnde Maxi. Planudi' de ipso ita scribit αισωποσ το μεγεν οσ εξ αμορι ου της φρυγιασ τεν Δετυχην γεγονε λου λοστυχαν Δεων ουμορον λουλοσ αλλακαι λυσει λεστα τα τοντεαν του πανδον αυθρωπον ει χε καιγαρ θοξοσ ην σι.μοσ τηρριν ασιμοσ τον τραχηλον προχειλοσ μελασ οθεν καιτου ονομα ασ ευχε ταυτον γαραισω ποστω αιθιοπε.

Aestimo as. penulti. cor. significat apprecio taxo compositum ab es τιμη precium quasi ere taxo. Et cōstruitur cum ablatiuo: vel genitiuo horum nominū tanti/quāti/quātiuis/tantidē/quāticūque/magni: parui/pluris/minoris/maximi/plurimi/nihili: et si qua huiusmodi reperiant: licet etiā ablatiuis horū noim sine substantiuis iungi huic verbo inueniant. Boe. in prolo. lib. topi. Ingratū quidez si magna trebatij merita quibus ipse vsus fuerit paruo estimare videretur cū nullā eis gratiā restituēdā putaret. Hier. in leui. Si statim ab anno īcipiēte iubilei vouerit agrū quanto valere potest: tanto estimabit. Frequentius tñ cū genitiuis iungit. Cice. lib. Acad. Alia pluris esse estimanda alia minoris. Liu. Utrunque casum cōpletus est mancipia minora annis. xx. que post proximum lustrum decē milibus eris aut pluris venissent: ea quoque decem tanto pluris quam quanti essent estimarentur. Similem significationē habent: pendo: facio curro est/ interest et refert cum precium iungitur: quia pro estimo/siue estimatur ponūtur: vt parui facio nihili pendo & huiusmodi. Inuenitur etiā estimo sine ablatiuo vel genitiuo. Hieroni. in Leui. Si pauper fuerit & estimationem reddere nō valebit: stabit corā sacerdote/et quantum ille estimauerit: tm̄ dabit. Sciendum quoque in sacris litteris vt Fulgentius docet duobus modis estimatio poni solet. Nā qui aliquid certissime scit: et qui putat aliquid esse quod non est estimare dicitur. Ad estimationem incerte sciētie seu cognitiōis pertinet quod dicit Aestimabat se visum videre. Nomine autē estimatiōis certissima scientia ponitur in libro sapientie. Scit preterita: de futuris estimat id est certissime scit. Et aplus. Aestimo quod nō sunt condigne passiones huius temporis ad futurā gloriā. i. certe scio. Ab estimo fit existimo diphthongo in i longam conuersa: quasi ex estimatione statuo atque decerno. Prius enī rem estimam'. i. pōsideram' deinde qualis sit estimamus. i. iudicamus. Terenti. Nam ea res dedit existimādi copiā quotidiane vite psuetudinē. Quinti. Uelauit ei caput & suo cuiusque animo dedit estimandum.

Aestimabile quod facile estimari potest: Cuius cōtrarium est inestimabile.

Aestas significat tempus quod incipit ab equinoctio vernali et finitur equinoctio autumnali constatque sex mensibus: et totus annus in estatem hyememque diuiditur. Particularius tamen ponitur pro quarta anni parte: hoc est pro tribus mensibus qui incipiūt sole cancrum ingrediente. Nam sole ingrediente libram autumnus est: ingrediente capricornū hyems ingrediente arietem ver.

Aestiuus a. um. penul. pdu. qd̄ est estatis. Greg. Aestiuū tēpus qd̄ corpori meo valde contrariū est.

Aestiua dicuntur loca vmbrosa nemorosa in quib' per estatē vitatur solis ardor. Sta. Et vmbrosi patuere estiua lycei. Qñque ponit pro ipsis gregib' in estiuo cōmorantibus. Uirgili'. lib. iij. Georg. Nec singula morbi corpora corripiūt: sed tota estiua repēte. Qñque estiua appellant loca in quibus & armenta & greges & milites estate sunt: sicut hyberna vbi habitant hyeme. Qñque vocantur que estate fiunt. Plyni'. lib. xviij. Aestiua estate que ante vergiliarū exortū serun tur: vt milium panicum.

Aestiuo as. sicut hiberno: et est estiuare propter estum euitandum alicubi morari. Plynius libro. xij. Intra sepem eam estiuant pastores opacam pariter & muratam vallo arboris.

Aestus us. calor & solis flagrantia. Uirg. lib. iij. Georg. Aestibus in mediis vmbrosam exquirere vallē. Ponitur interdum pro estiuo tempore. Idē. Propiusque estus incēdia voluunt. Inde per trāslationē. estus qñque dicit desyderiū/cupiditas/libido/amor: & huiusmodi. Preterea estus vocat impetus marin' vel cōmotio: quod feruore quodam id fieri videat nam ē maris accessus vel recessus. i. inquietudo. Sic etiā dicitur vis ventorum procella vel fluctus. Plau. in Asi. Quo magis te in altum capessas: tam estus te in portum referet. Lucre. lib. iiij. Frigus vt a pluuiis calor absolet estus ab vndis.

Aestuo as. ferueo/flagro. Ambrosi. Psalmi de torcularibus inscribuntur eo quod in his mysteria dominice passionis spiritusancto feruente ardentius estuarūt. Aliquādo estuare est fluctuare agitari. Aug. lib. viij. de ciui. dei. Omēs turbellas & tēpestates animi qb' demones estuare atque fluctuare asserit nos vera religio deponere iubet. Huius cōpositū est exestuo qd̄ est extra estuo exeādo incremēto. Uirg. Fundoque exestuat imo. Iuf. lib. j. Que materia in illis locis passim e terra exestuat Hierony. Ad coitū semp exestuant. Sue. Fossas omēs quas nilus exestuat oblimatas longa vetustate militario opere detersit.

Aestuosus a. um. qd̄ est calore plenū. Colu. lib. iiij. Celū neque niuale: vinea nec rursus estuosum desiderat.

Aestuaria loca dicuntur per que mare vicissim tum accedit tum recedit: siue que marinis aquis referta sūt ex inundationibus pelagi. Plyni. lib. iij. Illirici ora mille amplius insulis frequentat natura vadosi maris estuarijs tenui alueo intercursantibus clare ante ostia timaui calidorum cum estu maris crescentium iuxta istrorum agrum.

Aetas grecum est αιωραιτοροσ inde latine euum cuius euitas etas p syncopā: sed etas plerūque generalē iter dicit: vt etas senectutis: etas iuuētutis. Sex enī sunt hoim etatē grad'. Infantia/pueritia/adolescentia/iuuētus/grauitas/atque senectus: in his sex spaciis

Sex hom etatis grad

philosophi vitā descripserūt humanā quib⁹ mutat ⁊ currit ⁊ ad mortis terminū peruenit. Var. quinq; gradus facit. In primo vsq; ad annū .xv. pueros dictos: ꝙ sint puri.i. impuberes. Scđo ad trigesimū annū adolescentes ab adolescendo nominatos. In tertio q̄ erat vsq; ad quadraginta annos iuuenes appellatos: eo ꝙ rempub. in re militari iuuare possent. In quarto autē gradu: vsq; ad sexagesimum annum seniores nūcupatos: ꝙ tūc corpus senescere incipiat. Inde vsq; i finem vite vniuscuiusq; quintū gradum factū: in quo qui essent senes appellatos: ꝙ ea etate corpus iam senio laboraret. Horū tñ singuli triphariā diuidunt vt p̄ma pars viridis sit: deinde adulta: postea preceps. Unde Virg. Viridisq; iuuēta. Alij aliter diuidunt etates. Aetas vero mūdi. Prima ab Adam vsq; ad noe. Secūda a Noe vsq; ad Abraā. Tertia ab Abraā vsq; ad Dauid. Quarta a Dauid vsq; ad trāsmigrationē Iudee in Babyloniā. Quinta deinde vsq; ad aduentū saluatoris i carne. Sexta que nūc agit vsq; quo mūdus iste finiat. Interdum etas accipit pro anno. Virg. Ubi quarta accesserit etas. Var. Aetatē vix decimā egressus. Interdum pro .xxx. annorū spacio. Cice. Tertiam iam etatē hominū viuebat. Sic Plu. ostendit etatē esse spacium .xxx. annoꝝ secūdū heraclitū. Interdū p centū annis. Ouid. Annos vixi bis centū: nunc tertia viuit etas. Ponit et pro quouis tp̄e humane vite longissimo. Diciturq; etas vt inquit Apul. per syncopam quasi euitas ab euum. Greci etatem στρεασ dicunt: etas mala dicta est senect⁹. Plau. Cōfitus sum senectute onustum gero corpus: vires reliquerūt vt etas mala est mors mala ē: ergo ecōtrario bona etas Iuuētus appellat. Cic. Quod seipsis voluptatib⁹ bona etas fruit libentius primū paruulis fruit rebus.

Aetate aduerbium significat diu. Plau. Aetate ambo ambobus sint obnoxii. Idem Aetate velim seruire libanum: vt coueniam modo.

Aetatula diminutiuū.i. etas modica.

Aeternus quasi euiternus: perpetuus a quo sempiternus: quasi semper eternus. Aeternitas perpetuitas. Differunt tñ eternum ⁊ sempiternum ꝙ sempiternū dicunt deum esse qui semp fuit/eritq;. Aeternos homines qui principiū quidē habuerint ⁊ tamē animo sunt immortales/atq; perpetui.

Aeterno as. perpetuū facio. Varro. Litterisq; ac laudibus eternare: Sūt tamē qui eternus ⁊ eterno aspirent quando ab etherea deducant.

Aeta nomen est montis in thessalia.

Aethalia insula in ligustico mari. Vide infra in dictione ethalia.

Aetiologia cause redditio. Nam αιτια causa est ⁊ logia ratio. οτι αιτια και αιτιαομαι και απο του λεγω λογοσ ωσ απο του τρεχω τροχοσ.

Aether summus est vbi stelle sunt. Grece αιθηρ ponitur ab aliquib⁹ pro elemento ignis. Nā ꝯm Var. Celum diuiditur in ethera et aera. Terra in aquam et humum: e quibus summum esse ethera: secundum aera: tertium aquam: infimū terrā esse scribit. Augu. libro. viij. de ciuitate dei Aether longe a terra altusq; suspensus: aer vero etheri terreq; contiguus. Ouidius libro .j. me. Hec superimposuit liquidū ⁊ grauitate carētem Aethera nec quicq̄ terrene fecis habentem ab αιθω ardeo. Anaxag. Aetheris nomine ignem significauit ꝙ superiora igne plena sunt. Aristoteles ē hera celū dixit ex αει semp et θεω voluo curro quasi perpetuā volubilitatē indicet. Nam lib. j. meteorologie sic scribit. Corpus em̄ cyrculare semper curreret: simul diuinū quippiam inesse opinātes Aethere n noiari statuerūt. Vñ Ouid. ad Cesarem. Sic habites terras: vt te desyderet ether. Alij accipiunt p aere. Apul. Aqua/tellus/ether/ignis. Virg. Resonatq; fragoribus ether. Ab ether fit Aethereus a. um. Idem Aetherea quos lapsa plaga Iouis ales aperto Turbabat celo.

Aethera e. gener. feminini. nominatiuus formatus ab accusatiuo greco. etherem vel ethera: sicut lampas lampadem vel lampada. hec lampada. Thorax thoracem vel thoraca: hec thoraca. Et ponitur p aere. Unde canimus: Quem terra pontus ethera colūt: adorant: predicant.

Aethra e. splendor etheris/et p aere ponitur. Virgili⁹ libro. iij. Nam neq; erant astrorum ignes: nec lucidus ethra Sydera polus. Hoc etiā nomine dicta ē thesei mater. Alia fuit mater pithei: de qua Ouid. in epistola ariadnes.

Aethrusci dicti sunt: vt quidā putant ab Aethria ciuitate quā Diomedes cōdidit. Postea atria dicta siue απο τησ αιθρασ και ασ κειν ethera et ascheín propter auguriorꝫ peritiā quasi de celo seruātes ⁊ exercentes ethera. Alij απο τησ αιθρασ ethras que serenitatē significat maxime ꝙ ethruria ab omni aere caligine nebulaq; remota videat. Seruius vero hetruriā dicit esse Italie prouinciā ꝙ eius fines p̄tensi sunt vsq; ad primā ripam tyberis Heteron em̄ alterum. οροσ finis dicitur. Roma em̄ antea vnā tantū tyberis ripam tenebat. Unde Iuue. Imperij fines tyberinū virgo natauit. Liu. lib. j. Pax inter hetruscos ⁊ latinos ita cōuenerat vt hetruscis latinisq; albula quam nunc tyberim vocāt finis esset. Sūt tamē qui sine diphthongo ⁊ sine aspiratiōe scribant quoniam prima eius dictionis corripiat. Mar. Quātū sollicito fortuna parentis hetrusco.

Aethiopia: vt auctor ē Ambrosi⁹ lib. de paradiso vilis et abiecta latina interpretatiōe significatur: ab ethiope Vulcani filio cui ꝓfuit sic dicta vt ait Ply. Vel a greco αιθω cremo ω ꝉ ops aspectus facies. Nā solis vicinitate torret. Est em ibi iugis estus. Quicquid eius est sub meridiano cardine est Circa vero occiduum montuosa est/arenosa in medio. Ad orientalem plagam deserta. Cui⁹ situs ab occiduo atlantes montes ad orientē vsq; in egypti fines porrigit. A meridie oceano. A septētrione nilo flumine claudit: plurimas habens gentes diuerso vultu et monstruosa specie horribiles. Ferarū quoq; et serpentiū referta est multitudine. In ea em̄ rhinoceros camelleon: pardus: basiliscus: dracones ingētes. Quidam bifariam diuidunt ethiopiam et vnam quidem asie: alteram africe assignant. Altera ad orientem vergit: altera est sub ipso meridie.

Aethiops Vulcani filius: qui a se ethiopiam denominauit. Et ethiops dicitur qui ex ethiopia est: qui et ethiopicus: ⁊ ethiopus dr ꝯm Ser. necnon ⁊ ethiopissa. Sunt qui ethiopes dictos putent a Cus filio Cham. Cus enim hebraica lingua ethiops interpretatur. Hi quondā ab indo flumine consurgentes iuxta egyptū inter nilum et oceanū in meridie sub ipsa solis vicinitate insederūt: quorū tres sūt populi hesperi garamātes ⁊ indi. Hesperi sunt occidētes: garamantes tripolis: indi. orientes.

Aetna mons Sicilie perpetuo clarus incendio a poetis decantatus. In cuius ascensu est opidū eiusdem nominis quod mōtem ascensuros excipit atq; transmittit: multumq; distat ab Enna ciuitate cum mons littori adiaceat catanēsi. Enna vero in medio insule sit constituta. Quare autem Aetna flāmas euomat: Trogus lib. iiij. explicat Sicilia terra est cauernosa ⁊ fistulosa: quo fit vt ventoꝝ flatib⁹ pateat. Vñ ignis ꝯcipit: intrinsec⁹ sulphur habet et bitumē vbi vent⁹ p spiramēta cauernarū incūbit diu luctatus concipit ignē Sic eṫne durat incendiū. Motus ergo ventoꝝ

causa incendii est. Ab ętna fit ętneus a.um.

Aetolia grecię regio in tertio sinu europę epiro arcananię et locris finitima greci αιτωλιαι dicunt vnde debet scribi sine h: dicta ab Aetolo Martis filio Hinc ętolus a.um. penul. pro. Vir. lib. xi. Non erit auxilio nobis etolus et arpi Similiter. Aetolicus: vt ager ętolicus.

Aethon equus Phebi dictus est: siue Hectoris: fuere autē vt in fabulis ferū quattuor equi solis: phlegon .s. pyrois/ heous/ et ethon quib⁹ significant quattuor dici horę. Nam flego inflāmo significat. Pyrois ardēs: heous splendēs/ ęthon ardens vel splendidus.

Aeuū grecę αιων proprie tempus et ętas longa siue perpetua u. interiecta vt inquit Apul. Inde ęuitas et ęuiternus ſm Priscianum quod per syncopā ętas et eternus dicitur pro senectute longeuitateq̧. Hinc deducuntur coeuus equeuus grandeuus longeuus et primeuus.

A Ante F

Affabilis penulti. cor. ex ad et fabilis: qui se facilem ad audiendum prebet: hinc affabilitas.

Affatim aduerbium prima non media acuta: vt Quintilian⁹ lib. iiii. docet: significat abunde: large nō dicibiliter. Li. Affatim edi bibi lusi. Hiero. Affatim diues ē qui in christo paup est. Et hęc: ab affaris deducuntur de quo in dictione faris.

Affabre penulti. correpta aduerbium significat artificiose sicut infabre sine artificio. Pacu. Barbariem pestem nostris nauibus obtulit noua figura factam cōmissam infabre.

Afficio is. penul. correp. ex ad et facio significat affectionem quandā siue dispositionem induco. Et ad animum et ad corpus siue in bonū siue in malū ptinet: vt hęc res afficit me gaudio. i. affert mihi vel inducit in me gaudium. Hęc res afficit me dolore. Affeci te letali vulnere. i. intuli tibi: vel induxi in te letale vulnus. Inuenitur quandoq̧ absolute positum: vt multa sunt quę afficiunt hominem. i. affectiones siue affectus inducūt. Cor. Cel. Pulmo totus afficitur. i. maceratur/ leditur/ corrumpitur. Et afficior quasi animor. i. istius animi sum. Cice. in Lel. Vt eodem modo erga amicum affecti simus: quo erga nosipsos. Postea sequitur: vt quemadmodum in se quisq̧ sit: in amicum sit animatus.

Affectus a.um. participium cum absolute ponitur sumitur pro languente. Proper. Juppiter affecte tandē miserere puellę. Liu. lib. v. Vires corporis affectę Affecta ędificia et cetera hmōi dicunt quę nō ad finē ipsum sed proxime ad finem sunt deducta. Cice. Bellum affectum videmus: et vt vere dicam pęne confectum. Idem significat profligatum.

Affectus us. siue affectio ē: vt leticia cupiditas affectiones a Cice. affectus ab aliis appellantur. Et affectiones si recte sūt: virtutes vocāt: si a recta ratiōe auersę sunt. vitia fiunt et perturbationes. Cicero in rhe. diffinit. Affectio est quędam ex tempore aut ex negociorum euentu: aut administratione: aut hoim studio cōmutatio rerum. Aug. lib. ix. de ciuita. dei. Quę sūt sententię philosophoꝝ de his animi motib⁹ quos greci παθεα nostri aūt quidam sicut Cic. affectiōes vel affectus. Quidā vero de greco expressius passiones vocant. Poetę ꝓ desyderio accipiunt. Proper. Et tibi ad affectum vires det Cęsar. et est honesta locutio. Res tibi danē ad affectū. i. quemadmodū cupis Juuena. Si res ampla domi similisq̧ affectib⁹ esset.

Affecto as. significat cum affectu et anxie quęro. Virg. Viamq̧ affectat olympo. Cic. ad Heren. Non tam affectanda q̄ superiores: sed tn̄ adhibenda nōnunq̄ Hinc affectata oratio quę nimis anxie et curiose quęsita est: et affectatio curiositas et nimia diligētia. Affectate curiose. Aliquādo affectare ē afficere. Plau. in hac Tria flagitia aut damna quibus patrem et meteq̧ amicosq̧ omnis affectas tuos. Est etiā affector deponēs. Var. Affectatus est regnum.

Affines: sūt viri et vxoris cognati: dicti ab eo q̧ duę cognatiōes quę diuersę inter se sunt: per nuptias copulantur: et altera ad alterius cognationis finem accedit ex ad et finis. Nomina eorum hęc sunt: Socer: socrus/ gener/ nurus/ vitric⁹/ nouerca/ priuignus/ priuigna. Gradus affinitatis. Et quidē viri pater vxorisq̧/ socer/ mater eorū socrus appellatur. Filiū vxor Nurus. Filię vir Gener. Vxor liberis ex alia vxore natis Nouerca dicitur. Matris vir ex alio viro natis Vitricus appellatur. Eoꝝ vterq̧ natos aliūde priuignos priuignasq̧ vocāt. Viri frater est Leuir. Viri soror dr̄ Glos. Duoꝝ fratꝝ vxores Janitrices dicūē. Potest etiā sic diffiniri. Socer est vxoris mee pater: ego illius sum gener: Socer magn⁹ dicitē vxoris mee auus: ego illi⁹ sum progener. Et retro. Pater meus vxoris mee socer. Hęc illi nurus. Et auus meus socer magnus est: illa illi pronurus. Itē prosocrus mihi vxoris mee auia est/ ego illius sum progener. Et retro. Mater mea vxoris mee socrus est: illa huic nurus. Et auia mea socrus magna est: vxor mea illi pronurus est. Priuignus est vxoris mee fili⁹ ex alio viro natus: Ego illi⁹ vitricus. Et in cōtrariū vxor mea liberis quos ex alia vxore habeo nouerca dicitē. Liberi mei illi priuigni. Hos inter se qr̄ affinitatis causa parentum liberorūq̧ loco habenē in matrimonio copulari nefas est.

Affirmo ꝓprie iuxta firmo: Quis plerumq̧ ꝓ asseuero persisto ponatur: hinc affirmatio: quę est enunciatio alicuius de aliquo: vt Socrates ē. Hierony. in prolo. Salo. Nonnulli scriptoꝝ veterum hūc esse iudei philonis affirmant.

Affligo is. penul. pro. Vide in dictione Fligo. Huius frequentatiuum est afflicto as. quod est sepe affligo vnde et illud Archytę. O te infelicē q̄ te afflictarem nisi iratus essem. Cice. lib. iiii. Tus. Afflictatio egritudo cum vexatione corporis.

Afflo as. ad aliquid spiro. Liu. Afflabat vis frigoris acrior. Vide latius in dictione Flo.

Affluo/ abundo: vt Affluo diuitiis. Dicim⁹ etiā diuitię affluunt mihi. Aliquando affluere est vehementer decurrere. Col. lib. i. Ne cū a vertice torrēs imbrib⁹ conceptus affluxerit: fundamenta cōuellat.

Africa λεγεται δε οτι αμοριον εστι το στερητικον και φρικη και φριττω οτι θερμοτης μεγιστη αυτου ηλιου sed penul. cor. regio sic dicta vt Joseph. lib. antiqui. inquit ab Afro vno ex posteris Abrahę de Cethura qui dicitur duxisse aduersus libyam exercitum: et ibi deuictis hostibus cōsedisse. Incipit a finibus ęgypti pergens iuxta meridiē per ęthiopiā vsq̧ Atlantē montē: a septentrionali parte mediterraneo mari cōiuncta claudiē: et in Gaditano freto finiē. Habet prouincias lybiā cyrenensem: pentapolim byzantiū/ carthaginē/ numidiā. Sūt q̄ africā diuidāt in maiorē et minorē. Et minorē ab occasu numidiā habere: ab ortu cyrenaicā a septētriōe mediterraneo mari terminari. In eaq̧ olim fuisse carthaginem: vticā: hipponē rhegiū et fluuiū bragadā. Maiorem vero esse quę a meridie incipit et vsq̧ ad occasum protendiē. Hinc Africus ca. cum. vt afric⁹ ventus qui ab occidente flat contra vulturnū: dictus ab Africa vbi primū incipit African⁹ a.um. vt gens africana. Et Afer idem quod africanus.

Africane absolute dicuntur panthere quę et varię quoniam id genus in ea regione creberrimum fuit. Plinius Senatusconsultum fuit: ne liceret africanas

in Italiam aduchere.

A ante G

Agamus penul. correpta latine dicitur sine viro: seu sine vxore. Gamos enim nuptie.

Agathos penultima correpta: bonus latine dicit: inde dicitur agatha.

Agalma atis: apud nos indicat simulachrū et laruam et statuam.

Aganipe es. fons boetie a cadmo monstrat⁹ musis sacer: quasi valde ab equo format⁹ αγαν agan valde hippos equus. Qui fons potus dictus est prestare facundiam. Hinc aganippis idis denominatiuum: et Aganippeus a. um. Ouidius libro sexto fastoꝝ. Dicite que fontes aganippidas hippocrenes. Grata medusei signa tenetis equi. Proper. Par aganippe ludere docta lyre.

Agapetus penultima producta nomē viri: et latine dicitur dilectus: ab agapao diligo.

Agar nomen ancille Abrae: et interpretatur aduena: a qua Agareni populi qui nunc saraceni a Sara vxore Abrae.

Agaricon penultima correpta fungus ē in arboribus nascēs colore candido medicine vim habēs. Nascit circa bosphoꝝ cīmis ⁊ i gallia etiā cisalpina inueniat.

Agaso penul. pro. equorū vel asinoꝝ ductor. Plini⁹ li. xxxv. Pinxit et in vna tabula: quaq₃ maxie inclaruit agasonem cum equo. Liui. Acceptos ab Agasonib⁹ equos cum rex ascensurus erat admouebant. Est et Agaso nomen proprium serui. Horatius. Si patinam pede lapsus frangat Agaso.

Agathyrsi populi scythis vicini vt inquit Hier. Qui multum habent auri sine auaritia sine inuidia. Hos Pli. scribit habere capillos ceruleos. Unde et picti dicunt qm versicoloribus vestibus induunt. Virgil. libro iiij. Cretesq₃ dryopesq₃ fremūt: pictiq₃ agathyrsi. Dicti agathyrsi ab Agathyrso Herculis filio.

Agathyrsum siue agathyrsa ciuitas. De qua Sir ius. Defuerāt agathyrsa magnus geminoq₃ lacone Tindaris.

Agenealogetos: latine sine nuptijs dicit imo vilis genere.

Agenor penulti. producta nomen regis phenicum: et Beli filij. Hic genuit Taygetam: et europam filias: filios vero Cilicem cadmū et phenicē. Agenor etiā dictus fuit Anthenoris filius.

Agelastus: latine mestus ⁊ sine risu. Quo noie dictus est crassus auus crassi in parthis interempti quē tradunt semel tantum in vita sua risisse: Quod factū est cum vidisset asinum carduos comedētem: dixissetq₃ ob id similem habent labra lactucam. Factum hoc dictumq₃ festiuissimū risus subsecutus est: qm a ασ Τερη Τι και Γελαω οθεν και αΓελασ Τοσ.

Agis vel agides lacedemoniorum rex: qui cum atheniensibus cruentissima bella gessit.

Agylla vrbs tuscie alias cerete vocata et Agyllina a noie conditoris: quā Virgil. lib. viij. ex lydia venisse ostendit cū ait. Haud procul hinc saxo incolitur fundata vetusto Urbis agylline sedes vbi lydia quōdā Gens bello preclara iugis insedit etruscis.

Ago is. grecum est αγω. μ. αξω. egi actum multa significat. Nā agere est operari. Plau. in amph. Dū hec aguntur. Virg. lib. iij. Alpheū fama est huc elidis amnē occultas egisse vias: proprie tñ ad animū refertur. Uñ de rep. dicim⁹ agere: q₂ vt inquit Uar. in huiusmodi re ē cura animi. Qñq₃ agere ē inducere seu impellere. Lact. libro. vj. Tres sunt affect⁹ qui hoies in oīa facinora precipites agūt/ira/cupiditas/libido. Qñq₃ audire. Teren. in An. Hoccine agis an non? i. audis vt exponit Do. Sic Plaut⁹. Uos agite spectatores. Qñq₃ ducere viuere. Terē. in An. Primū hec pudice vitā parce ac duriter agebat: lana tela victum queritās. Qñq₃ dicere. Idē in Adel. Sed ē ne hic ipsus de quo agebā: Qñq₃ pnūciare. Cice. de opti. gene. dicēdi. Diserti deformitate agendi multi infantes putati sunt: vt iam nō sine causa Demosthenes tribuerit pmas et scdas ⁊ tertias partes actiōi. Qñq₃ cogitare. Virgil. Id qdē ago ⁊ tacit⁹ lycida mecū ipse voluto. Qñq₃ effingere: vt Ago stultū. i. fingo siue repñsento me stultū. Uñ actores comediarū dicunt q diuersoꝝ hoim gestus agūt in scena. Qñq₃ ire: vt nudus ago. Pōpo. mella. Exercēt bellādo animos: corpora ad ꝯsuetudinē laboꝝ maxime ad frigora nudi agunt anteq₃ puberes sint. Idē paulo post. Lino alij vestiunt aut lanis quas vt diximus sylue ferūt harūdinū. Alij auiū ferarūq₃ pellibus pars nudi agunt: pars tñ obscena velāt. Ual. Max. sic locut⁹ est sed nō in eo sensu Experiri volui an scires consul agere. i. fungi consulis officio. Idē Pub. Rutil. nō publican⁹ in Sicilia egit sed opas publicanis dedit. Cū actō vero frequentius. Unde dicim⁹ Agit publicanū. Agit senatorē. Agit amicū pro eo qd ē facit officiū publicani senatoris et amici. Hora. Letum agit cōuiuā. Et subauditur se. Quod Virg. posuit. Ecce gubernator sese palinur⁹ agebat. Est qñ agere significat extendere porrigere: vt vera gloria radices agit atq₃ etiā porrigitur. Item sursum ducere ab imo pectore. Uñ et p mori vsurpatū ē addēdo aiam. Seneca epist. xxvj. Quid egerī tūc apparebit cū aiam ages. Item agitare. Plaut. Edepol eā agā verberib⁹. Virg. Prodigijs actis celestibus ossa piabunt. Itē tractare. Mar. Semp agis causas. Aliqñ cōstruitur cū prepositiōe. Ci. in Lel. Cū eñ sepe mecū ageres vt de amicitia aliquid scriberē. Et nō agit de pecunia sed de capite. Agis mecū tabellis obsignatis: dicit qñ quispiā diuersa dicit ab ijs q alias approbauit. Tūc eñ solemus tabulas illius manu scriptas obsignatasq₃ proferre ad coarguendū quibus cōtinet quid alio tpe senserit. Quod est cōuincis me testimonio litterarū mearū. Itē succedere siue in bona conditione esse: aut mala. Ual. Max. Bene egissent athenienses cū Melciade: si eū post trecēta milia persarū Baratone deuicta in exiliū protinus misissent. Frequētius per impersonale vtimur hoc modo Bene meli⁹ optime tecū agitur. Male mecū actū est: ⁊ peius pessimeq₃ cū illo. Cice. Cum illo vero quis nescit actū esse pclare: mecū incōmodi⁹. Sȝ cū dicim⁹ actū est. Res acta ē: semp in malā partē sumit: vt actū ē de republica. i. extincta est res mea tua illius acta est: id est assumpta siue deperdita siue elapsa est. Terent. in Heau. Unā ei cenam atq₃ eius comitibus dedi. Qr si iterum mihi sit danda actū siet. Idem Acta hec res est perij. Actū agere puerbium est qd in summa rerū desperatione ponitur. i. nihil agere. Idem in phor. Actum aiūt ne agas. Qd eñ iure semel iudicatum fuerit rescindi ⁊ iterū agi nō potest. Ponitur interdum agere p vertere. Virg. Ipse ter adducta circum caput egit habena: pro vrgere persequi. Idem. Pastor agens telis Pro Iurgari. Cice. Perinde ac si furti cum eo egisset. Pro Regere. Virg. Tros tyriusq₃ mihi nullo discrimie aget. Pro antepellere: vt Et potū pastas age tytire. Pro vehere producere. Uarro. Nō hos pactolus aureas vndas agens eriperet vnq₃ emiseriis. Pro foras pellere fugare vt Mēbris agit atra venena. Pro rependere: ⁊ hoc dūtaxat verbis ostendere id habuisse gratū. Nā gratias habere est in animo cū memorem accepti beneficij mentē animumq₃ habeo et inuicē gratificādi voluntatem. Referre est verbis: sed reddere gratias est facto: vt si a me subleuatus aliquo beneficio vicissimq₃ aliquo modo me

sublevaveris: gratias rettulisti reddidistiq;. Et licet Seneca nolit malas gratias referri posse: sed reddi: Cice. tamē in Sal. ait. Nā q ista inusitata rabie in uxorē et filiam meam invasisti: que se facilius mulieres abstinuerunt a viris: q tu vir a viris: satis docte ac perite fecisti. Nō enī sperasti me mutuā tibi gratiam relaturum ut vicissim tuos compellerē. Referre tamē hic verbo etiā dicitur nō solum facto. Referre igitur gratiam tam in malū q̄ in bonum dicitur cum sit facto beneficium aut iniuriā acceptam cōpensare. Rectiusq; huic verbo gratiā q̄ gratias iūgimus: cū habere aut agere gratias nō gratiā dicamus. Livi. Satiatus tandem complexu filij. Renūciate inquit gratias regi me agere referre gratiā aliam nunc non posse: q̄ ut suadeam non ante in aciem descendat q̄ in castra me redisse audierit. Cice. Cui pro me sanatus gratias agendas putauit ego a me gratiam referendam non putem. Respondere quoq; officijs est satisfacere gratiasq; referre. Plā. Cic. Immortales tibi ago gratias: agamq; dum vivam. Nā relaturū me affirmare non possum. Tantis enim tuis officijs non video mihi respondere posse. Preterea agere pertinet ad omnes actus humanos. Nā qui sedet: qui stat: qui cogitat: qui iacet: qui morit: aliquid agere dicitur: ita et nullus qui modo vivat esse vnq̄ possit sine actione. Quippe vivere agere est: unde et vitam agere dicimus. Componitur Ago cum ad: ut Adigo: cū ab: ut abigo: cum am: ut ambigo: cū con ut cogo: Circum: ut circumago: quod est circūduco. De ut Dego. Ex ut Exigo. Per ut perago. Pro ut Prodigo. Re ut Redigo. Sub: ut Subigo: a quo fit Prosubigo. Trans: ut Transigo. Sūt etiam qui putent castigo: mitigo: levigo: litigo: & nego composita esse cum ago: ut sit castigo caste ago: mitigo mitem ago: levigo leve ago. i. planū: fustigo fuste ago: litigo lite ago. Sed cum sint prime coniugationis habeantq; quedam i productam non videntur ab Ago composita. Ab ago sunt actor: actio actus. ta. tum: et actus us.

Agere reum est accusare: peragere reū est condēnare.

Agere forum est iura reddere et causas audire.

Agere cum populo: est populum rogare: ut suffragijs suis quid iubebat aut vetet.

Age adverbiū adhortantis: singularem numerum desiderat. Agite pluralem. Agēdum utrūq;. Quinti. Agedū si videtur extra portas prospicite. Proper. Nos agedū. Dicim⁹ & Agitedū sed in plurali semp. Livius lib. vij. Agitedum ite mecum.

Agito as. penul. cor. crebro facio. Sal. Ita varie per omnē exercitū leticia meror luct⁹ atq; gaudia agitabantur. Et agitare stimulare compellere: quo pacto agi solēt equi cū eos calcarib⁹ urgem⁹. Plau. Nam iam agito quadrupedē calcari. Itē observare. Vir. lib. ij. Geor. Ipse dies agitat festos. Itē Perturbare molestare. Sal. Rēpu. agitavere honestz cū noib⁹ alijs sicuti ppli iura defenderēt. Plau. in Cur. Tum te igit morb⁹ agitat hepatari⁹. Itē sectari seu sectādo interdū pulsare. Vir. lib. j. Geor. Sepe oleo tardi costas agitator aselli: vilib⁹ aut onerat pomis. Itē insectari qd vernacula lingua dicim⁹ dar la caza. Ci. lib. iij. offi. Sūt ne igit insidie tendere plagas etiā si excitatur⁹ nō sis nec agitatur⁹. Ipse enī fere nullo insequēte sepe incidūt. Itē exercitare. Lact. Nisi virt⁹ agitet pficimus parū. Itē ɔtinuo ducere seu facere. Sal. Iā tū vita hoim agitabat sine cupiditate. Itē cruciare: ut apud eūdē. Agitabat magis: magisq; in dies ferox anim⁹ inopia rei familiarz et ɔsciētia scelerū. Itē sepe administrare. Sal. In pace ꝟo beneficijs magis q̄ metu imperiū agitabat. Itē sepe ɔsiderare: cogitare: recogitareq;. Idē Sz ea que mente agitavi oēs iam antea audistis. Terē. in phor. Ego quoq; id quidē agitās mecū sedulo inveni: ut opinor remediū huic rei. Itē Sollicitare. Salust. Minari interdū ferro nisi obnoxia foret. Postremo ferocius agitare q̄ solebat. Itē sepe oñdere. Idē. Ciceronem ad celū tollere veluti servitute erepta gaudiū & leticiam agitabat. Cui⁹ cōpositū est exagito.

Agea penul. p. via in navi dicta q in ea maxime queq; res agi soleant. Ennius. Multa foro ponēs ageaq; longa repletur. Fori fororū dicunt etiam.

Agyia per y. sequēte i. latina dicit via. Unde fit Aegyieus. Quo noie dictus ē Appollo: quia in vijs publicis solebant sacrificare Apollini.

Agelas penultima correpta: nomē statuarij generosi: et polycleti magistri.

Ager ab ago is. q in eo aliquid agat: vl ut Do. inquit: q in eo multa sunt agenda. Quinti. autē lib. j. scribit grecū esse. Nā αγρος latine rus dici pōt. Significatq; ager qñq; circūiectū territoriū alicuius urbis seu pvincie. Salust. Reliquos Catilina p mōtes asperos in agrū pistoriēsem abducit. Vñ dicim⁹ ager cāpanus: ager privian⁹. Et includit in se nemora saltus pascua lacus flumina & oia q̄ i territorio illo sūt. Quādoq; significat partē quandam ipsius territorij urbis q̄ privatim ab aliquo possidetur: quam etiam possessionem dicere solemus: ut cum dicimus. Hic emit vnā pulchram possessionē. Et esse videtur rus in quo & domus & omnia q̄ in agro sunt generaliter continētur. i. que p captu ipsius partis esse possunt. Et sic agrum puto significare rus. unde. Terenti. in Eun. Ex meo propinquo rure hoc capio commodi. Et sequitur. Neq; agri: neq; urbis odiū me vnq̄ percipit. Ubi satietas cepit fieri: cōmuto locum. Idem in Heau. Agrum in his regionibus meliorem neq; precij maioris nemo habet. Et paulo post. Talenta duodecim coegi: agrū hūc mercat⁹ sum: hic me exerceo. Ex his innuitur sub agri noie et domū & oia alia que in agro cōtinēt: cōprehēdi: ideq; esse agrū rus et possessionē. Notandū tñ q nec rus nec ager villa est: sed villa in rure: sive agro dr esse. Qñq; ager significat locū in rure: quē colimus sive arādo: sive cōserēdo & singularē pluralemq; numerū habet. Columel. li. j. Nā ubi sedulo colit ager plerūq; cōpēdiū nūq̄ nisi si celi maior vis aut predonis incessit detrimētū affert Liu. lib. iiij. Pestilentem annū inopia frugum neglecto cultu agroz ut plerūq; fit excepit. Interdū tamē ager dicit campus quia ut ait Var. primum ex agro plano fructus capiebāt. Est aūt campus planities terre ampla et grandis. Locus vero angustior area vocat. Interdū dicitur fundus q pecudū & pecunie videbatur esse fundamentum.

Agellus diminutivū significat parvū agrum. Terent. in adel. Agelli est hic sub urbe paulum quod locitas foris huic demus q̄ fruatur. Hinc fit aliud diminutivum agellulus. Ambro. Qui fidei exercet militiam: ab omni usu negotiationis abstinere debet: agellulē sui contentus fructibus.

Agrarius. ij. qui agros possidet. Cicero in phil. Num rursus reprobos decoriabit: num sollicitabit rursus agrarios. Agrarius a Livio etiam dicitur suffragator legis agrarie.

Agrarius a. um. qd ad agros pertinet: ut lex agraria: Li. lib. ij. Tum primū lex agraria pmulgata est.

Agripete penul. cor. qui petunt ex agrorum divisione portionem que viritim dabatur.

Agreste dicit quod rusticū est et ad agros pertinet. Vñ Agreste vocam⁹ qd in agris non in ortis nascit. Virgili⁹. Cuncta tibi cererē pubes agrestis adoret. Idem. Dicendū et que sunt duris agrestibus arma. Itez agrestis dicitur: qui silvestrem vitam agit et le-

ram: sicut apud grecos dicitur ferus. Unde in compositione Onager dictus est asinus ferus.

Agricola penultima correpta qui agricultor est Idem agriculator dicitur.

Agger eris. per duplex gg. mas. gene. significat proprie lapidum aut terre coaceruationē: que facto vallo pro pius ponit. Improprie dicitur cuiuslibet rei coaceruatio vñ fosse aut valles impleri possunt. Quin. Et muros & munimēta aggerē dici voluit. Ser. Virg. Quin. intrāt portas atq ipsis prelia miscent aggeribus. Et agger dicitur media vie eminentia ex aggeratis lapidibus strata. Idē. Qualis sepe vie deprensus in aggere serpens.

Aggero as. penul. correpta significat accumulo. Col. Omnes arbores fructifere circūfosse aggerare debēt. Amb. Etenim dum augere opes: aggerare pecunias: occupare terras possessionib⁹ cupim⁹: prestare diuitijs iusticie formā exuim⁹. Hinc fiūt cōposita adaggero. Col. lib. vj. Deinde terrā circa arborem adaggerato vsq ad ipsum insitū. Exaggero vehementer aggero: et per translationem augmēto: extollo vt significat. Aug. lib. iiij. de ciui. dei. Quid si cōmemorare voluissem & exaggerare illa mala nō que sibi inuicē hoīes faciūt: sicut sunt vastationes euersionesq bellantiū: sed q ex ipsi⁹ mūdi elementis terrenis accidūt reb⁹.

Aggero is. penul. cor. ssi. ssum. iuxta gero. Ambro. lib. .j. offic. Fouent ocium astutia & improbitate: aggerūt diuitiarum aceruos; sed exoluent seram licet nequitie sue penam.

Agilis pe. cor. leuis dexter qui se facile agit: vel pron⁹ aut voluntari⁹ est ad agendū. Hora. Oderūt hilarē tristes: tristēq iocosi. Sedatū celeres: agilē nauūq remissi. Col. Symmachus Malo inquit vni⁹ agilē industriam: q decem hominum negligentem et tardam operam. Hinc agilitas dexteritas corporis celeritas. Col. libro primo. Eiusdem agilitatis homo frugi melius q nequam faciet.

Agina penulti. pro. Est in qua inseritur scapus trutine .i. in quo trutina agitur et vertiur ab agendo dicta

Aginor penultima producta vilia negocior. Aginator qui paruo lucro mouetur.

Agglutino as. penulti. cor. ad aliquid glutino: copulo. Plautus in Aul. Ita mihi ad malum male res plane se agglutinant.

Aggrauo as. penulti. correpta: valde onero: vel valde grauis fiō. A quo aggrauasco qđ ē valde grauis fio.

Aggrego as. penul. corre. Vide in dictione abgrego.

Aglyphos penultima correpta: latine non sculptus. Nam α sine: γλυφω sculpo.

Agnati penul. pro. dicunt qui per virilis sexus personas cognatione coniuncti sunt: q̄si a patre ꝯgeniti inquit Cai⁹ iurecō. Veluti frater eodē patre nat⁹ fili⁹ fratris nepos siue ex eo. Inter agnatos & cognatos h interest ꝙ in agnatis cōtinent cognati: in cognatis non vtiq agnati: vt puta: frater patris .i. patru⁹ est agnatus & cognat⁹. Matris ꝟo frater .i. auūcul⁹ cognat⁹ est sz nō agnat⁹. Gentilitas ꝟo & agnationē & cognationē ꝯplectit. Agnatū etiā dicim⁹ quicquid vltra debitū natū est. Vñ agnescentia & agnata mēbra appellant que abundant. Ply. Membra animalib⁹ agnata inutilia sunt sicut sextus homini semper digitus.

Agnomen penultima producta: dicitur ab Agnatione in qua quis natus est.

Agnosco ex ad et nosco: sed d. euphonie causa mutat in g. licet annomino p duplex nn. scribat. Et agnoscere quidē dr de ꝓpinquis & sanguine ꝯiūctis: vt Vir. Agnoscitq suos: letusq ad menia ducit. De hoc etiam in dictiōe cognosco ab γνωω. μ. γνωσω.

Agmen significat multitudinē. Virg. Vocat agmina seua sororum. Interdum ordinatam multitudinem vt est exercitus incedētis: vt Lōgū per valles pascit agmen. Interdum impetū: vt apud eundem. Et leni fluit agmine tybris.

Aggredior ad aliquē gradior. Et hoc quādoq amice. Plau. in Asi. Etiam tu here hūc amoue abs te atq me aggredere. Qñq hostiliter vt sit aggredi inuadere. Sal. Ex laterib⁹ ceteros aggredit. Iustin⁹. Quos ex improuiso aggressus facile fudit. Est em̄ aggredi gradatim ire et cū insidijs ꝓpriū gladiatorū qui gradatim eunt ad dimicādū. Fit etiā qñq aggressio verbis. Virg. Talib⁹ aggredit Venerē saturnia dictis. Aliqñ aggredi ponit ꝓ incipere. Lact. lib. v. Omnes tamē illud arguebant: ꝙ illo potissimum tempore id operis esset aggressus quo furebat odiosa crudelitas. Aliqñ pro tentare. Sal. in Iug. Omnes asperitates supuadere naturā etiā loci vincere aggredit. Sciendū est ꝙ hec verba Aggredior/ adorior/alloquor: et similia: ad ꝯpositiōe eis adiūcta cū actō solo elegantius ponūtur q si simplicia eorum actō ad prepôsita iūgātur: vt aggredior hominē: nō gradior ad hoiem. Dicimus etiam aggredior te dictis: quasi cum calliditate. Virg. Talibus aggredit dictis.

Agrigentum: vrbs Sicilie. Vñ Empedocles philosophus: et phalaris tyrannorum seuissimus originem duxerunt. Hinc agrigentinus a. um. penultima producta: vt tyrannus agrigentinus.

Agrippinēsis colonia dicta ē ab agrippina Neronis matre: que vt vim suam externis quoq nationibus ostentaret in oppidū Vbiorū qui sunt in Germania inferiore in quo genita erat coloniam deduxit.

Agrippe seu Aegrippe ab egro partu vt docet Gelli. dicuntur: quorum in nascendo non caput: sed pedes primi exierūt: qui partus difficillimus et egerrim⁹ habetur: ab egritudine & pedibus appellati Cōtros autē pueros esse in vtero: Varro scribit: capite infimo nixos: sursum pedibus elatis nō vt hominis natura est/sed vt arboris. Nam pedes cruraq arboris appellant ramos: caput stirpem atq radicem. Quādo inquit contra naturā forte conuersi in pedes brachiūsq plerumq deductis retineri solent: egrius tūc mulieres enituntur.

Agrios: latine dicitur agrestis/ferox/immitis. Agnus. Vide infra in aspirandis αγνοσ purus castus: inde Christus agnus dei dicitur: est etiam arbuscula qua vie omnes ornabantur athenis in festo palladis: dicta ab α priuatiua et γεννάω genero. quoniam inducit castitatem.

Agogus penulti. produ. latine dr ductor: dux vie αγωγοσ απο του αγειν ο πολλα σημαινει.

Agolum penultima correpta/pastoralis baculus quo pecudes aguntur.

Agon locus certaminis Rome qui circus flaminius dicebatur: plerumq ponit ꝓ ipso certamine: quādoq etiam ꝓ studio. Est et Agon victimari verbum: pro agone. Oui. li. j. fast. Qui calido strictos tincturus sanguine cultros: Semp agat ne rogat: nec nisi iussus agit. et Seneca lib. iij. controuersiarum Carnifex manum tollat deinde respiciat ad patrē & dicat agon: quod fieri solet victimis.

Agonia pe. cor. orum. et agonalia orū vel ium. Ludi qui fiebant in honorē agonij dei ab α sine & γωνία angulus: quia loc⁹ in quo huiusmodi ludi fiebāt erat sine angulo. Ouid. lib. j. fast. Et prius antiqu⁹ dicebat agonia sermo. Sūt qui agonia dicta velint sacrificia: que fiebant in monte: qm̄ agones mōtes vocitarēt. Unde mōs Quirinalis agon⁹: et Collina porta Agonensis est appellata: sed etiam ἀγωνία timor sollicitudo: cōcertatio vt Isocrates in Anagora et αγονία sterilitas quedam pariendi.

Agonia e. penultima correpta hostia que immolabat.

Antiqui enim agonias ab agendo hostias vocabant. Rursus agonia accipitur pro timore ⁊ sollicitudine que mentē vexat: vt in euangelio. Et factus in agonia prolixius orabat.

Agonius dicebatur deus q̄ p̄sideret rebus gerendis. Et agonius dies erat quo rex agoniā hostiā imolabat. Et agonius molestiā inferens dicitur.

Agonisma atis. certamē: vt de diuo Anastasio legitur. Suū agonisma gratanter suscepit. Proprie tñ palma seu p̄mium agonisma dicitur.

Agonista: qui in agone cōtendit. Grece ἀγονίστης dicitur certator/pugil.

Agonisticus a. um. certatorius: qđ ad agonē pertinet. Aug⁹ in psal. interpretatione. Agonistica ista vana et ludicra nō debet affectare christianus.

Agonotheta penul. cor. munerari⁹: q̄si agonis dispositor seu p̄fect⁹: qui p̄miū certātibus in quolibet ludorum genere ꝓponit: qualis Aeneas apud Uirgiliū. Cōponit enim sic: αγωνα αγωνοσ: certamen: et τιθεισ τεθευτοσ: posit⁹ dispositor. Aug⁹. Nō audis athletā dn̄i ab agonotheta petētē adiutoriū pugne. Hiero. Iste agonotheta nō ꝓpterea nos pugnare voluit/vt nos possit benedicere.

Agoniço penul. ꝓduc. neu. et Agoniçor depo. significat dimico/cōtendo. Hiero. in eccle. Agoniçare pro aīa tua ꝓ iusticia. Cyprian⁹ ad Moysen. Ois q̄ agoniçatur in omnibus cōtinens est.

Agoranomus penultima correpta: apud Plautū edilē significat: qui in Cap. ait. Euge edictiōes edilitias hic quidē habet: mirūq3 adeo est nisi hunc fecerūt sibi ętoli agoranomū. Dictus agoranomus a foro rerū venalium cui regulā p̄scribit: sed si grecā linguā audire volum⁹/aliud significat: quoniā αγορα και αγορευω το φθεγγομαι και απο του νεμειν νομοσ: quasi qui fori ius haberet.

Agoreus: a nostris nundinarius vilia emens: ab agoraço emo. Hora. Daume defende dec⁹ camene Lenis agoreę. Agora enim forū venalium dicitur: quod etiā ꝓ concione/ ꝓ precio rei/ ꝓ re vendita: et ꝓ foro iudiciali q̄nq3 ponitur.

Agraphus pe. cor. latine nō scriptus dicitur.

Agyrini siue agyrinēses: dicti sunt populi ab vrbe agyrio siue augurio.

A ante H

Ahenus na. num. idem quod ęreus. Uirgilius. Et luce coruscus ahena.

A ante I

Aio is. it. aiebā bas. bat. Ai aisti ait: aimus aistis. August. Uos adiicientes in malo aistis. Plaut⁹ in Asi. Me vnice vnū ex omnibus/atq3 illā amare aiebas. Neuius. Uel ai vel nega. Cice. de fi. bo. Quasi ego id curē ꝙ ille aiat aut neget.

Aius deus a Romanis dictus est ab eo ꝙ aiebat. Nā olim Romę audita vox est silētio noctis clarior humana voce: que iuberet magistratibus nunciari gallos aduentare: ⁊ vt ꝓuiderent ne Roma a gallis caperetur: et eo dictus est deus Aius. i. loquens: sicut docet Cice. lib. ij. de diui.

A ante L

Ala: qua aues volant. A cuius similitudine ala etiā dicitur locus ille cōcauus subter brachiū in homine: quia in eo pili quasi penne nascuntur. Plini. lib. xi. Elephas tñ sub armis duas sex mām̄as: nec in pectore sed citra in alis occultas. Hinc hircinus odor ille concipitur: ꝓprie tñ vocatur axilla/a qua fit ala. Cōtra Prisci. qui vult axillā per diminutionē fieri ab ala/et maxillā a mala. Ciceronis hec sunt verba. Quinctiā verba sępe contrahuntur/nō vsus causa sed auriū. Quō autē vester axilla ala factus est nisi fuga litterę vastioris: quā litterā etiā e maxillis ⁊ axillis/ et vexillo et pauxillo cōsuetudo elegans latini sermonis euellit. Sed hoc nomen quidā aspirant. Dicitur ⁊ ascella: vt in sacris litteris. Abscōdit piger manū sub ascella. Preterea ala dicta est equitū turma: ꝙ pedites tegat alarū vice. Nā in equitū ordinibus circū legiones dextra sinistraq3 tanq̄3 alę auiū corporibus locabantur. Uir. lib. iiii. Dū trepidant alę saltusq3 indagine cingūt. Inde dicti sunt equites alares vel alarij.

Alari⁹ a. um. qđ est alę equitū turmę. Ūn̄ alarij eq̄tes.

Alatus a. um. ab ala auiū: quod habet alas. Allat⁹ ꝓo per duplex ll. apportatus.

Alauda auis: q̄ olim galerita vocabatur: quia apicē habet: hoc est plumā elatā in capite ad similitudinē galeri siue galeę. Uar. appellat galericū: ⁊ a grecis corydalus dicitur. Postea gallico vocabulo Alauda vocata est quędā legio apud Romanos. Galli enim hoc nomine vocant galeā. Unde milites qui galeis vtūtur dicti sunt alaudę. Scribit Plinius libro. xi. alaudā auiculā appellatā quondā galeritā gallico vocabulo etiā legioni nomen dedisse. Ideoq3 cęsar cū ex galliis legionē conscriberet/alaudā appellauit. De qua legione Cice. ad Atticū sic scribit. Antonius cū legione alaudarū ad vrbē pergere/pecunias municipiis imparare. Militaria enim vocabula traducta sunt ab ipsis rebus quę ita nominantur ꝓprie: quarū rex in acie struēda sui cuiusq3 vocabuli imagines ostēduntur.

Alabarches: latine salis p̄fectus: vt est apud Iosephū in vltimo antiquitatis libro. Et fuit apud ęgyptios ⁊ iudęos honoris appellatio.

Alabande Ionię ciuitas Apollonio rhetore nobilitata. Hinc alabandes ex alabandicus: quę sic ab inuicem differunt: ꝙ alabandicus siue alabandiacus nomen est possessiuū. Unde alabandiacos libellus pro barbaris et ineptis gręci capiunt. Alabandes ciues oppidi dicuntur. Unde carbūculos p̄fectos alabandes quasi municipes appellant impolitos atq3 rudes alabandicos.

Alabastrū genus marmoris perlucidi et coloribus distincti: ex quo fiebāt vasa vnguentaria. Mar. Quot cosmi redolēt alabastra fociq3 deorum. Dicitur et alabastrus: qm̄ Pli. scribit seruādis vnguētis maxime idoneū nasci circa thebas: ęgyptias et Damascū syrię: q̄ prisci romani: sicut aliq̄ magnates nūc romę p̄stando per fenestras lumine vtebantur. Silr alabaster dicitur. Ci. lib. ij. Acad. Quib⁹ etiā alabaster plen⁹ vnguenti putrescere videtur. Et lapis alabastrites penul. ꝓd. Plini. lib. xxxvi. Hunc aliqui lapidē alabastriten vocant: quem cauant ad vasa vnguentaria. Hunc lapidē etiā vocant onycen. Sunt etiā mirothecia et narthecia vnguentorum loculamēta: sed (vt puto) tales dictiōes improprie capiuntur a latinis: greca enim lingua manifesta est ὅτι ασπερει και λαμβανω in numero plurali τα αλαβαστρα ꝓprie pixides vnguentorum et vnctionū sine ansulis. Calimachus tñ in hymnis palladis in genere mas. posuit: itaq3 ab odoribus potius q̄3 odores a lapide dicuntur.

Alabia grece αλαβια latine innocentia dicitur. Sed est dictio in greco et in latino corrupta. Grece enim scribi debet: αβλαβεια ὅτι βλαβη κακουργια εστι απο του βλαπτειν. Et ideo latine debet dici alabęa penultima ꝓducta: quoniā ει diphthōgus mutatur in ę longum: vt κυθερεια citherea πηνελοπεια penelopea.

Alacer et alacris penul. cor. dicitur is qui ingentis est sensus: hoc est: qui viget sensibus vniuersis: vt inquit Ascō. quod est indiciū erecti animi atq3 sublimis: et cui sensus ois in suo loco degit sicut econtrario. La

cer dicit amputatis in corpore mẽbris: hoc est auri/
bus/oculis/manibus: quod & ad animũ sepe transfer
tur. Illud quoq; intelligit aliud esse alacrẽ/ aliud le/
tum. Do. Alacer dicit nõ letus neq; tristis. Interdũ
ponitur pro celeri & pmpto: quasi sit alis acer. Teren.
Quid tu es tristis? quid non es alacris? Cice. li. j. ad
Here. Si huic sit remissũ multos alacriores ad ma/
lẽficia futura. Idẽ. Nam cũ feras bestias videamus
alacres et erectas euadere: vt alteri bestie noceant:
non est incredibile putandũ &c. Interdũ pro leto & ve/
luti in spem aliquã gestienti. Hinc alacritas: que sm
Dona. proprie est mutatio quedã vultus gestientis
in spem aliquã: et est media inter leticiã atq; tristiciã.
Interdũ dicit volũtaria celeritas seu pmptitudo ar
dorve. Liuius libro. iij. Postq̃ ingẽti alacritate cla/
mor est sublatus: quod bene vertat: gesturũ se illis
morẽ: posteroq; die in aciẽ educturũ affirmat. Cice/
ro libro pmo Tus. in malũ accepit. Vir igitur tem/
peratus/constans/sine metu/sine egritudine/sine ala
critate: nulla libidine vexatus.

Alania regio est Scythie europe: que ad Meotides
paludes pertingit.

Alanus penul. pduc. Scythie fluuius: a quo alani po/
puli dicti sunt: iuxta quos sunt Toxolani. Amianus
scribit alanos dici/quos prisci masagetas dixerunt.
Hi carnibus vescunt: et panẽ nõ manducãt. Mar.
Nec te sarmatico transit alanus equo. Iul. Capi ala
nos in parte Dacie collocat.

Alba nomen est duarum vrbium: quarũ vna est in la/
tio: a qua albani populi et alban⁹ mons: sub quo asca
nius ciuitatẽ hanc albã condidit: que (vt Liuius scri
bit) a situ porrecte in dorso vrbis/longa alba vocata
est. Vulgatior fama est ab omine porce ibidẽ inuen/
te: dũ a Troia cũ patre pfugo venisset. Altera est ad
lacũ fulcinũ: a qua albenses dicunt: Quis etiã albani
quãq; vocent. Alba etiã sacerdotis camisia dicit.

Albana vrbs felicis arabie est: sicut docet ptolemeus.

Albanus nomẽ est montis & laci nõ procul ab vrbe: vnde
vaticiniũ fuit nunq̃ romanos velum capturos ni p/
mo ex albano lacu emitteretur aqua. Itẽ albanus no
men est duarũ vrbiũ: quarum vna est in Macedonia
mediterranea. Altera in maiori armenia/ vbi diuus
Bartholomeus fuit decoriat⁹. Hoc etiã nomine di/
ctus est fluuius albanie. Albanus a. um. quod est ab
alba latij vrbe. Vnde albani patres.

Albania regio in oriente a colore populi vocata: eo q̃
albo crine nascantur. Hec ab oriente sub mare caspi/
um surgens per orã oceani septẽtrionalis vsq; ad meo
tidas paludes per deserta ostendit. In ea albania ciui/
tas & albanus fluui⁹. Apud hanc habent canes fero
cissimi/qui tauros & leones occidunt.

Albia fluuius Boemie oritur in montibus qui Mora
uiã boemiãq; diuidũt: & magno aquarũ auctu medi/
am ferme diuidit boemiã i occidentẽ prius mox i se/
ptentrionẽ fluẽs: vbi exit boemiã per angustas fauces
montiũ in saxoniã penetrat: & in oceanũ voluitur.

Albus a. um. a greco αλφη quod candorẽ significat.
Sabini alpũ dicunt. Et color q̃ opponit nigro. Plau
tus i Mene. Dic mihi hoc qd te rogo: albũ an atrũ
vinũ potas? Interdũ alb⁹ ponit pro pallido: vñ & exal
besco: pallid⁹ fio. Interdũ pro bono: sicut ecõtrario ni/
grũ pro malo. Persi. Per me eqdẽ sint oĩa ptin⁹ alba.
Hor. Hic niger ẽ: hũc tu romane caueto. Iuue. Ma
neãt q̃ nigrũ i cãdida vertunt. Sed hec per trãslationẽ.

Album substãtiuũ: dicit qd greci vocãt λευκωμα: ta
bula gipsata: in qua iudices notari pretorumq; iura
scribi solebãt. Si quis vo albũ corrupisset punieba/
tur: q2 pretoris maiestas cõtẽpta videbat. Pau. Si fa
milia alicu⁹ albũ corruperit: nõ silr hic edicit vt i fur
to. Iudex inquit Seneca lib. iiij. de bñficijs: ex turba

electorum quẽ census in albũ & equestris hereditas mi
sit. Hoc & pictariũ quoq; dicit: vt in Alexãdro Cesa
re. Lãpridius vulgo matrix appellata. Similiter ea
tabula dicitur albũ in qua singulorũ annorum acta lit/
teris mandabantur a pontifice maximo: proponeba
turq; domi eius/vt potestas esset populo cognoscen
di. Hiq; nunc annales maximi nominãtur: vt auctor
est Cice. libro secundo de Orat. Est & album decuri/
onum & cytharedorum. Nam in digestis titulus est
de albo scribendo: vbi docet Vlpianus quo ordine
decuriones in albo scriptos esse oporteat.

Albarium dicitur quod illinitur tectorio: cũ paries pin
gendus nõ est: quod fit ex calce.

Albidus da. dum. penul. cor. quod aliquãtulũ album:
vt granũ extrinsecus albidum intus candẽti sile con/
spicitur. Aug⁹ lib. xxj. de ciui. dei pro albo posuit. La/
pides igne candente percocti & ipsi fiunt candidi. Et
Quis ille magis rubeat: illi albido colore nitescant:
congruit tñ illi luci quod albũ est/sicut nigrum tene/
bris. Hinc subalbidus: parũ siue aliquãtulũ albus.
Pli. Ramos habet candidos/folia subalbida.

Albedo/albitudo & albor pro cãdore accipiunt. Plau
tus in Tri. Et itẽ alterum ad istanc capitis albitudi/
nẽ callidẽ aiebat vocari.

Albor: albedo. Hiero. in Leui. Q si sursum fuerit i al/
borẽ cõuersa: sacerdos eum mundũ decernet. Albo/
rẽ etiã Apitius vocat: quod est album in ouo: quod
Plinius albuginẽ appellat: medici albumen.

Albugo penul. produ. macula in oculo. Pli. libro. xxj.
Qua alligata oculo albugines tolli dicunt. Idẽ al/
buginẽ vocat album in ouo.

Albumen penultima producta: quod est in ouo album.
Vitellus vo croceus.

Albeo albes: albus sum: vt Cãpi niuibus albẽt. Hinc
albesco: albus fio. Virgilius libro primo Georgico/
rum. Sepe etiã stellas vento impendente videbis
Precipites celo labi noctisq; per vmbras: Flãmarũ
longos a tergo albescere tractus. Huius cõpositum
est exalbesco.

Albico as. pe. cor. aliquãtulũ albus sum. Pli. lib. xxij.
Solidũ semẽ conijcit i oculum/nec turbat/sed i se ca
liginẽ cõtrahit: mutat colorẽ: sed ex nigra albicare in
cipit: et tumescat. Silr accipiuntur vellico/fodico/cã
dico/nigrico/nutrico: que formant ab eorum verbis in
sco desinẽtibus/diminutis litteris e. & s. et mutata e
in i. vt albesco/albico/cãdesco: cãdico. Descenduntq;
ab actiuis & neutris: vt nutrio nutrico/vello vellico/
fodio fodico: q̃ sine dubio diminutiua sunt. Nã fodi
co min⁹ est q̃ fodio: qd nõ somniculose legẽtib⁹ pate/
bit. In significatiõe verborum i sco Prisc. interptat⁹ est
albico/dicẽs albico pro albesco: & Horacij affert exem
plũ. Nec prata canis albicãt pruinis. Sunt q̃ ea ap/
paritiua nominẽt: qm apparentiã significent.

Albo as. album facio. Cuius passiuũ est albor: alb⁹ fio.
Vnde et dealbo et dealbor: quod est multum/ siue a
summo vsq; deorsum albũ facio. Curi⁹ Cic. Nec so/
lere duos parietes de eadem fidelia dealbare. Et il/
lud. Lauabis me et super niuẽ dealbabor.

Albogalerus: pileum capitis quo flamines diales vte
bant. Fiebant eñ ex hostia alba ioui cesa.

Alburnus: lucanie mõs: a cãdore verticis dictus.

Alburnum: adeps arboris. Pli. Humor et cortici ar/
borum est qui sanguis eorum intelligi debet. Est eñ in to/
to corpore arborum & reliquorum aialiũ cutis/sanguis/ca
ro/nerui/vene/ossa/ medulle. Pro cute cortex: hũor
sãguis primi plerisq; adipes. Hi vocant a colore al/
biurnum. Hinc exalburno as. qd est alburnum detra
ho. Idẽ. E reliquis arboribus siccissima lotos: dein/
de robur exalburnatum/cui nigricans color.

Alburnea: fons iuxta Tibur. Virgilius libro. vj. La/

eosq subacta Consulit albunea nemorū quę maxi/ma sacro fonte sonat.

Albegmina: partes extorum quę diis immolabantur: a candore eorum dicta.

Albula pe.cor. fluui⁹ ab albo colore aquę: q postea ty/beris a Tyberino filuio albanorum rege ibi extincto di/ctus est. Liui. Pax ita conuenerat/ vt etruscis latinisq fluui⁹ albula (quē nūc tyberim vocāt) finis esset. Itē albula dicta est aq̄ qdā in agro tiburtino: q vt Stra. testat vulnerib⁹ medet. Mar. Canaq sulphureis albula fumat aq̄s. Dicit et albulę psalit. Idē. Qd siccę redolet palus lacunę crudarum nebulę qd albularum.

Albion insula britannię/ dicta ab alpis rupib⁹ q̄s mare abluit. Postea anglia dicta. Vide in Anglia.

Albis fluuius qui in duo spacia germaniā disterminat: vt testatur Stra. libro. j. De hoc Luc. libro. ij. Fundat ab extremo flauos aquilone sueuos Albis: et indomitū rheni caput.

Albinga: oppidum ligurū colonia ad mare deducta: cuius incolę ligures ingauni vocantur. Ex hoc loco ad moneci portū stadia sunt. lxx. Dicit et albigaunū.

Albeus per diminutionē albeolus cū accentu in antepe. tabula lusoria. Cice. de fi. bo. Aut albeolū poscere/ aut quęrere quempiā ludū. Pli. M. Mesalla cōsul pridie Calendas Octobres diē natalis sui egit: transtulit albeū cum tesseris lusoriū e gēmis duabus latum pedes tres.

Alceus cū diphthōgo: nomen poetę lyrici mytelenei. Hic magnific⁹/ breuis/ diligēs et plurimū Homero

Alces is. seu Alces e. gręcorū more: animal est (silue. e gallia transalpina inuentu rarum: olfactu e longinquo venatorē sentiens: statimq in specus et latibula se cōdens: media inter camelum et ceruū similitudine. Sed mares ex his in supercilijs habent cornua. De his animalibus Cesar lib. vj. et Julianus capitolinus mentionē faciunt.

Alceste es. siue alcestis alcestidis: fuit Perilai filia: admeti Phereorum regis cōiunx: quę maritū tanto amore dilexit: vt pro eo perire nō recusauerit. Cū em maritus egrotaret: oraculo nunciatū est ei/ posse adhuc viuere si foret aliquis ex affinitate vel amicitia qui pro eo spōte mortē subiret. Cęteris id abnuentibus/ sola vxor pmisit. Juue. Spectāt subeuntē fata mariti Alcestē. Hiero. Alcestin fabulę ferunt pro admeto spōte defunctā. Sed multa essent dicenda: sed vide tragediā Euripidis alcestin quę impressa est.

Alcyone penul. corre. duę fuisse leguntur. Altera Ceycis vxor: quę viso cadauere mariti in littus eiecto: se deiecit in mare: iussuq Amphytrites in aues cōuersi fuerūt ambo. Altera fuit Eueni fluminis filia: quę postea Marpesa dicta est.

Alcedines sunt quędā aues dictę quasi algedines: q frigidis tēporibus in mari pariant. Plautus. Nā hercle tu peristi/ nisi illā mihi tā tranquillā facis q̄ mare est olim: cū alcedo pullos educit suos. Dicta est a gręcis Alcyone alcyones: vel Alcyon alcyonis. Ambrosi⁹ libro. ij. Hexa. Alcyone est auis maritima: q in littoribus fęt⁹ suos edere solet: ita vt in harenis oua deponat medio fere hyemis: nā id tēpore fouendis habet deputatū partubus/ quando maxime insurgit mare: littoribusq vehementior fluctus illiditur: quo magis repentinę placiditatis solennitate auis hui⁹ eluceret gratia. Nāq vbi vndosū fuerit mare: postis ouis subito mitescit: et omnes cadunt ventorum procellę: flatusq aurarū quiescunt: ac placidū ventis stat mare/ donec oua fouet alcyone sua: septem dies fętus sunt: quibus decursis educit pullos/ Jllico alios septē adiungit dies quibus enutriat partus suos/ donec incipiant adolescere. Tantā autem gratiā minusula auis diuinitus indultā habet: vt hos quattuordecim dies nautici pręsumpte serenitatis obseruēt quos et alcyoniadas vocant: quib⁹ nullos mot⁹ procellosę tēpestatis horrescant. Ferunt hanc aut paulo maiorē passere: pennis purpureis candidis admixtis: collo gracili et procero/ raro visā. Aristoteles libro. viij. de animalibus/ Alcyonū duplex genus esse scribit. Alterū vocale harundinibus insidens: alterū mutū ampliori corpore. Ab alcyone fit alcyonius a. um. vt Alcyonij dies. Fitq a greco ἁλσ: quod mare significat: licet aspiret.

Alcamenes penultima correpta: nomen sculptoris proprium: qui sicuti Plinius libro. xxxiiij. scribit) Phidię discipulus fuit.

Alcmane lydia Sardensis poeta lyricus/ filius Damantis: claruit. xxvij. olympiade: cū apud lydos regnaret Ardis pater Aliate: et cum nimio amore puellam quandā deperiret: amatorios cantus primus inuenit. Fertur phthiriasi morbo interiisse: quoniam φθειρωθειν φθειρ φθειροσ και φθειριασισ: id est pediculis: quoniā ex putrefactione humorū in poris carnis oriuntur.

Alcinous penul. cor. nomen iustissimi Pheacū regis/ a poetis laudati: cuius ędes fuerunt magnificentissime extructę: et viridaria bifera erant. Unde Papi. Quid referā alcinoi pomaria: vosq: Qui nūq vacui pdistis in ethera rami. Dicit etiā alcinus de q in odyssea multa Homerus quę nota sunt.

Alcides penult. producta. Hercules gręca significatione a virtute appellatur. Nā αλκη alce virtus robur fortitudo dicitur.

Alcibiades pe. cor. nomen atheniensis imperatoris fami: qui genere et forma pręcipuus omnibus rebus aptus fuit. Diues pterea: affabilis/ patiens/ et omni deniq virtute preditus. Ex (qd mirū est) vitijs etiā plenissimus fuit. Eius vitā Plutar. luculēter scripsit. Proditū est q vniuersa ciuitas Atheniensiū oculos in illū suspēsa ora cōuerterāt: et quasi de cęlo missū cōtuētes admirabant. Fuit hic ex primatibus: qui cū esset pclivis ad luxū et ad cęteras voluptates: ad bonā disciplinā traduct⁹ est a Socrate. Nā discendi studio et sapiētię amore pellectus: exēplo multis amatoribus adulatoribusq repulsis/ ad socraticā disciplinā alm [illegible] nunq recedēs a latere phi sapientissimi.

Alcmena penul. pdu. nomen pprium fuit matris Herculis: de qua qui velit multa itelligere: legat την ασπιδα τουησιοδου ηοιη ωρολιπουσα δομουσ και πατριδα γαιαν ηλυθεν εσ θηβασ μεταρηιον αμφιτρυωνα αλκμηνη θυγατηρ λαοσσοου ηλεκτρυωνοσ.

Alea. ludus tabulę: ab Alea quodā milite in ocio troiano. Horacius in epistolis. Quē damnosa Venus: quē pręceps alea nudat. Et cū alea dicatur omis ludus in varietate fortunę consistens. Unde Mar. de nucibus. Alea parua nuces et nō damnosa videtur. Sępe tamen pueris abstulit illa nates. Factū est vt nō solū pro fortuna/ sed etiā pro periculo periculiq dubitatione sumatur: et ille dicatur aleā iacere: qui se periculo fortunęq cōmittit. Liui. Jn dubiā imperij seruitijq aleā im⁹. Est et Alea nomen vrbis ab Aleo conditore. Papi. in siluis. Aut alee lucis vidit tegees sacerdos. Plut. Jn vita Cęsaris αὐηρ ριφθω κυβοσ: id est iactus sit taxillus.

Aleator et aleo onis. qui sępe alea ludit. Catu. Nisi impudicus et vorax et aleo. Nunc aleator dicit.

Aleatoriū apud Sidoniū sumitur pro ludo aleę. Hic em. Atq illic aleatoriū lassis cōsumpto sphęristerio satiat. Suet. vocat aleatoriū forum.

Alecto: vna est ex furiis infernalibus: et latine incessans interpretatur: ab α priuatiua/ et ληγω desino: quia cupiditas nunq satiatur.

Allectorius: lapis qui in ventriculo galli inuenit. Gallus eñ grece αλεκτωρ dicitur.

Ales: quelibet auis: ab alis gerẽdis: sicut volucris omne volatile: et tã mascu. ꝙ fe. generis profertur. Virgilius. Nãq; volans fuluus Iouis ales i ethra. Ponitur qñq; ꝓ veloci: vt alite planta. In gtõ plurali alitum ⁊ alituũ ẜm Pris. Vir. xj. lib. Alituũ pecudũq; genus sopor altus habebat. Auis est que parit oua/ et pennis est predita/ ꝑter vespertilionẽ.

Alecula. diminutiuũ ab alec. Colu. libro. ix. Datur camarus et riualis alecula: vel si q̃ sunt incrementi paruj fluuiorũ animalia.

Alec: vide infra in dictione halec.

Alemani penul. ꝓducta: populi inhabitãtes iuxta Lemanum lacũ.

Alexandria: vrbs egypti nõ longe a nili ostio: vt Solinus ait ab Alexãdro macedone/ vnde illi nomẽ cõdita. Vrbs fertilissima: quã Dinocrates architect⁹ cõmẽsurat⁹ est mirabili ingenio q̃ndecim miliũ passuũ laxitate ad effigiẽ macedonice chlamydis orbe gyrato laciniosã anguloso dextra leuaq; ꝓcursu. Mareotis lacus ad meridianã vrbis partẽ euripo canopico ostio mittit. Habuit olim scholas oim disciplinarũ liberaliũ. Fuitq; ob cõmoditatẽ maximũ toti⁹ orbis emporium. Sunt et alie alexãdrie. Una in Scythia sup Tanaim. Alia in Asia: ⁊ alie alibi ẜm Ptole.

Aleopetra: insula in Meotide.

Alexicacon: remediũ quod fit ad depellenda mala. Sic Hercules dictus fuit Alexicacos/ ab eo ꝙ defensor esset hoim: hoc et amuletũ dicitur.

Alga herba que nascitur in aquis marinis: dicta a mari ab algore aque: siue ꝙ pedes alliget: quia crassa est foliis et parte supernatantibus. Virgilius lib. vij. Lateriq; illisa refunditur alga.

Algor oris. algus us. ⁊ algus gi. dolor/ tristicia: ꝑ trãslationẽ ponitur ꝓ frigore. Plau. in Aul. Inopiã/ luctum/ merorẽ/ paupertatẽ/ algum/ famẽ. Luca. li. iiij. Sollicite euolitant morbis algoq; fameq;. Plau. in Ru. Vel suda vel peri algu: vel etiã egrota.

Algeo es. alsi vel alxi. sum. a greco αλεωοθηρΐὸ ἄλγοσ αλγεοσ: doleo/ patior: vt sit frigus dolor qui dã mẽbrorũ rigore contractus. Ponitur tñ algere ꝓ frigidũ esse. Aug⁹ libro. xxj. d' ciui. dei. In estibus diei sic alget/ vt bibi nõ posset.

Algidus penul. correpta: mons ab vrbe duodecim passuum milibus distans: ab assiduo frigore sic dictus. Hora. Queq; auentinũ tenet algidumq;. Et ab hoc quoq; silua algida dicta est huic monti subiacẽs. In cuius ingressu regillus lacus est.

Algedon: latine cruciatus.

Alius a. ud. genitiuo alius penult. produc. vel alij e. ij datiuo alio e. o. Cicero. Si res tote alie rei necesse est sim̃r sit. Et idẽ est quod diuersus: vt alia est facies eius a facie mea. Accedit quandoq; ad vim cõparatiõis. Quintil. At quãto alius fuit: ille infelicissimus iuuenis affectus. Quo modo autẽ differat ab alter: vide in dictione alter.

Alias res agis. i. nõ intendis ad id quod dicit': vt nulla sit in eis attentio: aut nugatorias res agis.

Alias aduerbium: significat alio in loco/ vel aliter/ vel alio tẽpore/ vel aliqñ. Pli. lib. xxxiiij. Alias fragile et crosũ: rotarumq; vsibus ⁊ clauis maxime fugiendũ. Gellius. Nequid tñ semꝑ esse fieri dixisset: sed ales ocyus fieri/ alias serius: id est aliquãdo.

Alienus a. um. quãdoq; alienatus dicitur. Sal. Postq̃ alienũ se videt. Quãdoq; diuersus/ dissimilis/ dispar/ dissonus. Idẽ. Neq; solum illis aliena mẽs erat. Quãdoq; nõ cõscius: vt apud eundẽ. Ille eos in domũ Decij bruti perducit/ ꝙ foro ꝓpinqua erat: neq; aliena cõsilij/ ꝓpter Semproniã.

Alieno as. alienũ vel aduersarium facio/ seu a proposito remoueo repulsando. Plau. Ne alienabis nũq̃ quin noster sim. i. a proposito remouebis. Salus. Neq; falsa suspitione alienatũ esse sentiebã. i. repulsum. Terent. Ita nos alienauit. i. aduersarios fecit. Paul. iurecõ. Alienationis verbo vsucapionẽ cõtineri putat. Vix est eñ vt nõ videat' alienare qd pati tur vsucapi. Eum quoq; alienare dicimus qui nõ vtẽdo amisit seruitutes. Huius verbi cõpositũ est abalieno: quod est abinuicẽ separo. Ci. in arte veteri. Si auditoris studiũ defatigatio abalienabit.

Alienigenus a. um. pe. ꝓ. nomẽ cõpositũ a genere. et significat qd est externum vel alieni generis/ vel inter alienos genitũ. Vale. lib. j. Adijci nostris duo eiusdẽ generis alienigena exẽpla nõ absurde ꝑ̃re.

Alienigena cõ. ge. vel ẜm Probũ ois generis: sumitur in eodẽ significato cum alienigenus.

Aliter aduerbium fit ab alis huius alis pro alius: sicut declinabãt antiqui: ⁊ significat cõtrario modo. Vir. Dijs aliter visum. Teren. in prol. And. Vez aliter euenire multo intelligit. i. contra.

Alibi: alio loco. Aliubi ꝓ alicubi. Nã dicimus solẽ totum aliubi: aliubi dimidiũ hoibus adimi.

Aliunde. ex alio loco.

Alioquin et alioqui vtroq; modo dicitur: et habet penul. produc. significatq; alio modo: vel ꝙ si nõ vel ꝑter hoc/ vel etiã. Plini. Hos tibi dedicaui libellos. Nã nec ingenij sunt capaces: quod alioquin nobis perq̃ mediocre erat.

Aliorsum: versus alium locum/ in aliã partẽ. Teren. in Eu. Vereor ne illud grauius tulerit: neve aliorsum atq; ego feci acceperit.

Aliquis: quasi alius q̃s: ⁊ habet vim pluralẽ: q̃uis singulariter dicatur. Nõ eñ est aliquis nisi de multis. Unde et apud veteres vario genere numeroq; proferebat'. Teren. Aperite aliquis actutũ ostium. Idẽ est quod quisq̃/ quispiã ⁊ vllus. Et Aliquo ad aliquẽ locum. Aliqua: ꝑ aliquẽ locum. Alicunde: ex aliquo loco. Aliquorsum: versus aliquẽ locũ.

Aliquotiens seu (vt quibusdã videtur) aliquoties sine n. significat aliquot vicibus siue aliquãdo.

Aliquot tñ pluraliter declinat': ⁊ ẜm Dona. significat idẽ quod nec multi nec pauci.

Aliquantus a. um. ponitur pro aliquot. Amb. Factũ est autẽ vt ꝑ aliquãtos annos ad cõstantiã hoc factũ ab his qui viderant narraret'. Hiero. ad Pãma. Cũ aliquãti ex vrbe venientes in eadẽ lectitarent/ que se ro me excepisse referebãt.

Aliquãtulus diminutiuũ: et quãtitatẽ significat. Aug⁹ libro. j. de ciui. dei. Illi autẽ infirmiores qui terrenis his bonis: q̃uis ea nõ ꝑponerent christo: aliquãtula tñ cupiditate coherebãt.

Aliquãtũ mõ nomẽ est: vt aliquãtũ ociũ/ quasi aliq̃ q̃ntitas. Mõ aduerbium: vt tu es aliquãtũ ociosus.

Aliquãtisper aduerbiũ: significat aliquãto tpe.

Aliquãdo cum accentu in antepenul. sed tẽporibus nostris nõ seruatur/ etiã a doctissimis viris: neq; in Virgilio vel Ouidio aut Luca. vel alijs poetis antiq̃s inuenitur in vsu illã corripi positura: habet tria tẽpora: presens/ preteritũ ⁊ futurum: ⁊ significat aliquo tẽpore/ sicut ⁊ qñq;. Ponitur et pro tandẽ. Cic. Valerio. Aliquãdo nos reuisas.

Aliquatenus penult. correpta: significat vsq; ad aliquã partẽ/ siue ex aliq̃ parte/ aut aliqua ratõe. Quintil. Verũ hoc aliquatenus tẽporũ mutatio est cõditione. Aug⁹ libro. xiij. de ciuit'. dei. Corpus est mortale: quoniã a vita quã habet deseri potest: nec per se ipsum aliquatenus viuit.

Aliquid substãtiuum est: vt aliquid vtile. Aliquod adiectiuum: vt aliquod templũ.

Alica penul. corre. potio: dicta q corpus alat. Hec fit ex zea: que a nostris spelta dicitur. Tunditur granũ eius in pila lignea: vel lapidis duricia conteritur: excussis inde tunicis conciditur medulla. Hinc alicarij: qui eã conficiunt venduntve.

Alicastrum etiã videtur dici ea forma ab alica derivari / sicut siliquastrum a siliqua.

Alipedes penult. correpta: equi veloces / quasi alas ĩ pedibus habentes.

Aliptes vnctor. Et is erat cui⁹ cure tradebãtur hi qui ĩ sacris certaminibus pugnarent. Dictus απο του αλειφοιν: id est vngẽdo. αλειφω: vngo. Aliphe vnctio siue pingue dicitur: tñ grece dicitur αλειφαρ αλειφατοσ και αλλειμμα. Mar. Nec capit ĩmeritas sordibus vnctor opes. Dicit etiã aliptes: q vulnera curat. At medicus qui mala valẽtibus et in lecto iacentibus medet Clinicus appellatur. Itẽ aliptes fuit fons apud Ephesum.

Allia generis fe. nomen fluuij: qui e crustumĩs montibus preealto defluens alueo Tiberino amni miscet. xj. ab vrbe lapide: vbi magna strage romani a gallis ꝓfligati sunt. Hinc Alliensis dies dictus est tãq̃ infaustus. Huius nois prima semp producit. Syl. Maior et horrificis sese extulit allia ripis. Ouidi⁹. Hec erat in fastis cui dat grauis allia nomẽ. Luc. Et dãnata diu romanis allia fastis. Sic Virgl. lib. vij. Quosq̃ secãs infaustũ iterluit allia nomẽ. Ubi Seruius dicit aliud l. esse interpositũ. Nã q Luca. libro vij. dicat. Nõ istas habuit pugne pharsalia pres: q̃s alie clades. Nõ de flumine allia intelligẽdũ est: cum ibi ostẽdat omes clades quas romani superiorib⁹ tẽporibus passi sunt: nõ esse cum pharsalica clade cõparãdas / que als superauit. Alie igitur cum ibi pma correpta sit / est ab alius a. aliud.

Alliũ genus holeris qð comedit: quod nomẽ quidã ab olendo / quidã ab halãdo deriuãt. De hoc infra cum ab halãdo aspirari debeat. Silr ⁊ halecatũ grece dicitur σκοροδαρον et σκοροδαριον: purgamẽta allij. Est ⁊ hoc noie vrbs inter Pyrgũ et Ostiã.

Alliatum: ab allio pulmentariũ: et intinctus genus est. Plautus. Sine alliato fungi fortunas meas. Ascẽ. Ego sic intelligo. Sine. i. pmitte mihi alliato. i. allio nutrito aut illito ⁊c̃.

Alo is. lui. alitũ. Unde alitus vel altus: significat nutrio / alimentis sustento. Salust. in Jug. Et omnẽ etatem arpini altus. In rebus tñ incorporeis Alere frequentius pro crescere ponitur. Quinti. Sed alere facundias: vires augere eloquẽtie. Virgl. Nos successus alit. i. augescere facit. Et licet altum vel alitũ supinum faciat: tñ vt docet Diom. melius dicit alitus q̃ altus / vitãde ambiguitatis gratia.

Alimentũ qð dat ad vite sustentationẽ. Scribunt iureconsulti alimentis legatis / cibaria ⁊ vestitus ⁊ habitatio debebit: q2 sine his ali corpus nõ potest.

Alimẽtarius a. um. quod ad alimentũ ptinet: vt lex alimentaria: que ꝓuidebat vt filij alerẽt parentes.

Alimonia pe. cor. idẽ quod alimentũ.

Alma: sancta siue pulchra vel alẽs: ab alẽdo dicta.

Altilis / et in plurali altilia: pe. cor. quicq̃d domi vel in villis vel in viuarijs saginatur: siue sit auis siue quadrupes siue piscis: ab alẽdo / q̃si alitilis. Et nõ solũ ꝓ pingui / sed etiã ꝓ opulento ponit. Plau. ĩ Cis. Pro bibet diuitijs maximis dote altili atq̃ opima.

Alumnus dicit filius vel discipulus: qui ab aliquo velut a patre alitur: siue victu / siue moribus / siue doctrina. Cice. Dolobelle. Mihi ṽo gloriosũ te iuuenẽ cõsulẽ florere laudibus / quasi alumnũ discipline mee. Idẽ in ver. Italia autẽ alumnũ suũ seruitutis extremo summoq̃ supplicio fixũ videret. Serui. pro educato et educatore ponit ab alendo deductũ. August. libro. vij. de ciuitate dei. Jouẽ alumnũ cognominauerunt / q omnia aleret. Sic Plini⁹ libro tertio ĩ actiua significatione dixit de Italia. Terra omniũ terrarũ alumna: eadẽ et parẽs numine deũ electa. Cur. libro. vij. Oro queso q̃ ne humanarũ rez terminos adeuntẽ alumnũ cõmilitonẽq̃ vestrũ ne dicã regẽ deseratis. Fallit ergo Ualla sup alumni significatione.

Aluus: locus corporis ex quo sordes defluunt: q in eũ cibi quibus alimur e ventre delabunt. Sal. Insimulãs sibi aluũ purgari. Proprie venter femine ab alẽdo dicta. Uenter est qui videtur. Interdũ dicit vas cauatũ / vbi quid reponit. Et est tã mascu. q̃ fe. generis. Cuius dimi. est aluulus.

Aluini dicti sunt: qui aluo languescunt. Pli. li. xxj. Uinea punica aluinis imposita multũ ꝓdesse dicit.

Aloe aloes grecũ est: et significat herbã amarissimi succi. Juue. Plus aloes q̃ mellis habet: grece αλοη.

Aloeus nomen gygãtis: cuius filij marte dicunt vulnerasse: a quo patronymicũ aloides.

Alopecia: morbus in capite humano ⁊ barba ex vitio humorz: qui fit cũ profluuio capillorz: dicta a vulpe: quã greci αλωπηκα απο του αλωπαι: id est a capiendo: qm difficilis sit captu: cũ anial sit astutissimũ: q ea crebro id genus morbi patiat. Pli. Lingua herba est / que circa fontes nascit: cui⁹ radix cõbusta et trita alopecias emendat.

Allabor penult. produc. iuxta fluo / siue iuxta nauigo. Clau. Siculis allabitur oris. Hinc allapsus us. August. lib. x. confessi. Ubi per diẽ fuero / multitudo allapsa blãditur mihi.

Allegoria cũ accentu in penult. dicitur alieniloquiũ / vel potius inuersio: vt aliud verbis / aliud sensu ostẽdat. Uer. Claudite iam riuos pueri sat prata biberunt. Hoc est: Desinite iã plura canere: quia satis audiuimus. Eius species sunt septẽ. Ironia / Antiphrasis / Aenygma / Charientismos / Paremia / Sarcasmos / Asteismos. Sed ita dicitur: quoniam αλλοσ αλλη αλλο και αγορευομμαι. Id ẽ aliud dicimus / ⁊ aliud intelligimus.

Allego gis. penult. correpta: adscribo / annoto: quasi iuxta lego. Unde apud Juuenalẽ. Capit olinũ scribitur. M. Antoniũ philosophũ multos ex amicis ĩ senatu allegisse cum edilitijs ac pretorijs dignitatibus. Liuius libro decimo. Ceterũ quia de plebe allegebantur: eandẽ egre passi patres. Hinc Allecti dicebantur / qui propter inopiã ex equestri ordine in senatorz numerũ assumpti fuerant. Nã patres dicebãtur qui erant patricij generis. Conscripti: qui senatui sunt scriptis annotati. Allectus ṽo ab allicio: idẽ est quod attractus.

Allego gas. penult. produc. ad hoc mitto. Plautus in Casi. Quin ea ipsa me allegauit / qui istã accerserẽ. Et allegare est adducere. Plinius. Tũ multa allegauit / que ad rẽ propositã pertinere minime videbãtur. Itẽ deputare / constituere / cõmittere. Plautus ĩ Casi. Filius autẽ armigerũ allegauit suũ: qui sibi eã vxorẽ poscat.

Allelu ya: due dictiones sunt: quibus significat: Laudate dñm. Allelu eñ (vt Augustinus ait) imperatiui modi est: et significat laudate: ya vero vniuersalẽ / vel vniuersaliter / scz deũ. Hiero. ya apud Hebreos / vnũ est de decem noibus. Et in illo psalmo vbi legimus: Laudate dñm qm bonus est psalmus. In hebreo est allelu ya. sunt due partes hebraice.

Allicio cis. penultima correpta: allexi allectũ: ex ad et licio: significat attraho. Inuenitur et alliceo allices / allicui ĩ eadẽ significatione. Piso libro historiarz primo. Huius vnius premio multorũ allicuit animos. Sepius tamen in tertia coniugatione q̃ in secunda vtimur. In infinitiuo autẽ difficulter dignoscitur:

cuius magis sit coniugationis: quale est illud Ciceronis libro .j. Tusculanaꝝ. Fieri autē potest vt recte quis sentiat: et id quod sentit polite eloqui non possit: sed mādare quēq̄ suas cogitationes: qui eas nec disponere/nec accurate illustrare possit: nec delectatione aliqua allicere lectorē: hoīs est abutentis intēperāter/et ocio et litteris.

Allecto as. frequentatiuū: per blādicias attraho. Col. libro .ij. Ad aquā duci oportet/sibiloq̄ allectari/quo libentius bibant.

Allicefacio cis. eiusdē significationis est: a quo allicesio. Suetonius in Vitel. Pronus vero ad cuiusq̄ et quacunq̄ de causa necem atq̄ suppliciū nobiles viros condiscipulos ęquales suos omnibus blandiciis tm̄: nō ad societatē imperij allicefactos/ vario genere fraudis occidit.

Alleuo uas: penultima correpta: in altū tollo/vel de imo: et vbi quid iacet atq̄ proiectū est sursum leuo. Quintilianus. Vidi multos quoꝝ supercilia ad singulos vocis conatus alleuarentur. Inde per translationē ad qualitatē fortunę: vt idē. Non petit vt afflictum alleuetis/nisi et probauerit se infęliciorē. Eiusdē significationis est subleuo. Sue. Dūq̄ surgit inter manus subleuantium extinctus est.

Alleuio as. pōdus aufero/diminuo vc.

Allex et allux: dicitur pollex scandens proximū digitum/q̄ velut insiluisse in alium videtur. Nam grece αλλωμαι salio.

Alleothbeta latine: dici potest aliter posita. αλλώσ enī aliter: θετα posita. A Prisciano dicitur variatio. Nā allocus diuersus/ varius dicitur. αλοιοω permuto: αλοιωσισ permutatio. Confundit autē numerū: vt/ Pars in frusta secāt. Casus: vt Tu mihi quodcunq̄ hoc regni/pro hoc regnū. Genus. Ver. Dulce satis humor depulsis arbutus hędis. Lenta salix feto pecori: mihi solus amynthas. Ad dulce enī quod est neutrū: tā masculina q̄ feminina reddidit.

Allido dis. penult. produc. impingo: quod est interficiendi causa contra aliquid iacio. Lactan. libro .iiij. Et in conspectu suo vexari acerbissime coniuges suas cernerent violari/ac prostitui virgines: diripi pueros: allidi paruulos.

Amussis per duplex ss. fabroꝝ et lapicidaꝝ regula/ qua ad dirigenda ligna saxaq3 vtunt. Sed late ꝑ omni ordine ponitur. Unde amussim aduerbiū/ ꝛ ab eo cōposita adamussim et examussim: id est recte castigate/ regulariter. Gel. lib. j. Ad hec scripta oīa antiquiora tā curiose expectabat/ aut virtutes pensitabat/ aut vitia rimabatur: vt iudiciū eē factū adamussim diceres. Examussim/ examinare ad regulā. Plau. in Am. Si vera hec loquitur examussim est optima. Hinc emussitata dicunt que ad amussim facta sunt.

Amycle pluraliter: nomen est vrbis laconie. Tindari regio: in qua nati sunt Castor et Pollux. Alia est in Italia inter Tarracinā et Fundos in paludibˀ/ a Laconibus cōdita: vt inquit Seruius. Hinc amycleus a. um. Amyclei cū pythagoricā sectā sequerentur/ vt abstinerent cede animaliū: nec vicine paludis serpentes interimerent/ ab illis deleti sunt. Sed cū ꝑ hoc nūciatus esset aduentus hostiū: postea cautū est ne quis amplius nunciaret. Inde ex improuiso capte sunt amycle. Hinc prouerbiū. Loqui volo: nā scio amyclas tacendo periisse.

Amydon penul. cor. ciuitas Peonie: de qua auxilia missa fuerunt troianis. Iuue. Est hic amydone relicta.

Amygdala le. pe. cor. nux greca: grecaq3 est dictio: que ꝛ Thasia dicit. Hiero. in li. numeroꝝ. Qui foliis dilatatis i amygdalas deformati sunt: amygdalū etiā neutro genere dicit ꝑ fructu. Palla. Greci asserunt nasci amygdala scripta/ si apta testa nucleū sanū tollas ꝛ in eo quodlibet scribas: ꝛ iteꝝ luto ꝛ porcino stercore inuolutū reponas. Amygdalus ꝑ arbore. Col. li. iij. Amygdalus si paꝝ ferax erit: forată arborē lapidē adigito. Hiero. in Eccle. Amygdalus florebit: impinguabit locusta. Hinc amygdalinˀ na. nū. pe. cor. Sere. Fert amygaline succˀ nucis esse bibendus.

Amyris genˀ arboris ē: vt inqt Hiero. qd latini putantes myrrhā dictū/ vnguēta interpretati sunt. De cuiˀ arboris noticia hoc solū ad nos puenire potuit: qz odorē solū habeat suauē. nullū tñ afferat fructum.

Amylum pe. cor. latine sine mola factū: vulgo amydū dicit: Nā α priuatiua particula est. μυλοσ mola: quasi sine mola. Fit ex triticeo lacte expsso: cum triticum ꝑ aliquot dies in aqua purgatū est.

Amythaon melāpodis pater fuit: qui inter medicos preclarus habitus est. Sicr ꝛ Chiron.

Amystis (vt aiunt) potio quedā est apd Thracas. Alii volūt esse speciē poculi: eo ꝙ necesse sit vno ductu potionē haurire. Hora. libro. j. car. Bassum threicia vitat amystide. Forsan ab α priuatiua et μιγνυμι misceri: ꝛ sic per i. latinum in ꝑncipio esset scribendū.

A ante N

An aduerbiū interrogandi: et pro nūquid ponitur. Cicero. An pro Romulus ille aut pastores aut conuenas congregasse: aut sabinorū connubia coniunxisse: aut finitimorū repressisse eloquētia videtur. Sed aliquando transit in vim coniunctionis/cū sermo dubitatiuus est: et tunc fere subiunctiuo iungitur: vt/ Nescio an viuat pater: dubito an viuat pater: dubito an vera loquaris. Sed qū sermo opinionis est/ꝑ indicatiuū potius loquimur: vt opinor ꝙ pater aut mortuus est/aut grauiter ęgrotet.

Anna per duplex nn. interiectio est deprecātis: et nomen mulieris ꝓpriū: quod interpretat̃ gratia eius.

Ana per simplex n. dictio greca est: ⁊ apud nos mō sursū/modo re significat ανα.

Anabasus. αναβασιοσ. ascēsorius. Hiero. cōtra Rufinū. Iccirco ne cereales et anabasą tui ꝑ diuersas ꝓuincias cucurrerūt/vt laudes meas legerent.

Anabathra: pulpita/ gradus superiores scansiles/ aut instrumenta scabellorū/ aut subsellia. Dicta anabathra ab αναβεγω: quod est sursū ascendo. Iuuena. Et quę conducto pendēt anabathra tigillo. αναβαθραι scala vel pulpitum.

Anabolagiū seu anaboladiū/ gręco vocabulo dicitur: eo ꝙ de inferioribus ad superiora eleuetur/pectoriqȝ iungatur. Unde et pro amictorio ponitur quo humeri operiuntur: quod syndonē vocāt αναβαλλωμαι: veste reiicior.

Anaetis idis. nomen deę cuiusdā: que a Lydis colebatur: quę a Strabone anaitis dicitur. Erat et Anaitis quędā Armenię regio. Plinius libro. v. Fluit Euphrates dersenē primū: mox anaeitā regiones Armeniā a capadocia disludens.

Anaximenes philosophus fuit Emystrati filius/Anaximandri discipulus successorqȝ: qui eo die obijt quo Sardis capta fuit.

Anauros fluuius thessalię: quasi absqȝ aura dict⁹. Luc. lib. vi. Quiqȝ nec humentes nebulas/ nec rore madentē. Aera nec tenuē ventos aspirat anauros. De hoc fluuio vel potius torrente Apollonius poeta in argonauticis lib. iij. plura scribit/etiā in nono versu a principio. Ex Pelio mōte Thessalię fluit.

Anacephaleosis pe. ꝓdu. breuis recapitulatio in quā repetitio rerū sūmatim fit. Hiero. cōtra Ioui. Rursū in iudiciū volumine quasi viuēs resurgēsqȝ describitur: et sub anacephaleosi opera illius prędicātur. Grece ανακεφαλεωσισ.

Anacharsis phs ex Scytharū genere/sapientię admirandę: vt scribit Cicero libro quinto Tusculanarū. Apud sordidissimos scythas sapiens floruit Solonis temporibus: cuius imaginibus inscriptū est linguā ventre pudendis abstinendū esse. Plinius tradit: Anacharsim inuenisse rotā figuli: cuius circūitu vasa formātur. Sed si (vt inquit Seneca) apud Homerū longe antiquior inueniatur figuli rota: non video quomodo Anacharsis esse auctor huius rei potuit. Ibat nudis pedibus: dormiebat in terra: et famē ꝓ pulmēto habebat. Hic leges araneis telis simillimas esse dicebat.

Anaclteriū: lectulus: vulgo Materacius super quo quiescimus interdiu: qualia celebrantur Florentię tuscanica. Et apud Lampridiū in Heliogaballo accubita: ab alijs Sibadia dicuntur. ανακαι κλινω και καικλινηλεχοσ.

Anadiplosis penult. produc. dici potest reduplicatio. ex ανα: quę in cōpositione significat re: et διπλωσισ: a verbo διπλοω/duplico. Duplicatio. Est em̄ congeminatio dictionis in vltima parte pręcedentis versus/⁊ prima sequentis. Uer. Certēt et cygnis vlulę sit tityrus Orpheus. Orpheus in siluis: inter delphinas arion.

Anachorita penult. producta: eremita. Anachoresis eremus: vnde monachi anachoritę eremū incolētes: quoniā χωροσ locus dicitur: cum ανα verbum: αναχωρεω secedo.

Anacreon nomen viri propriū poetę lyrici: a quo metra anacreontica dicta sunt. Teus patria fuit a Teo ionię ciuitate. Ex qua etiā Hecchateus historic⁹ amauit puerū noie Batillū/visenda pulchritudine spectabilē. De quo Horaci⁹. Nō aliter samio dicūt arsisse batillo Anacreonta teū. Perijt acino vuę passę strāgulatus.

Anemos penul. ꝓd. latine exanguis dicit̃. nā αιμαι sanguis a grecis dicit̃: ⁊ a particula est priuatiua: inseritur autē n. ne collidāt inter se vocales. Anemos pro pe. cor. ventus est ανεμοσ.

Anaglypha penult. ꝓducta: nomen habēt ab asperitate: vt Triglypha celaturis inęqualibus eminentibusqȝ: ob id: quia nō sunt lenia seu aspera et plebeia voce Releuia dicūtur: ανα em̄ super: γλυφω sculpo: anaglyptes sculptor/anaglyptices ars sculpendi. Plinius. Nunc anaglypta in asperitatēqȝ incisa circūlata auro. Hinc anaglyptıcus ca. cū. Sidoni⁹: anaglyptico metallo.

Anagnostes latine lector dicit̃. Nā αναγγνωσκω lego. Anagnosis: recognitio/lectio.

Anagoge ges. penul. ꝓduc. latine recessus dicit̃: subtilis siue excelsa/aut superior intelligentia. ab ανα και αγωοθεν αναγωγη ductio.

Analecta: purgamenta cęnarū/et quisquilię ciborum: quas sub mensa cadentes vt asportare possint scoparij verrentes pauimentū colligunt. Mar. In precio scopas testat̃ palma fuisse. Ocia sed scopis nūc analecta dabunt.

Analesia dicta est: eo ꝙ sanas partes capitis sensu priuet. Fit aut nascit̃ ex negligentia stomachi: aut ex nimio cibo/aut ex luxuria/aut pot⁹ frigidos: vel nimiū cogitādo/bibēdo/vel ex indigestione cibor.

Analogos: latine ꝓportionalis/similis. Analogia penul. ꝓdu. ꝓprietas/ꝓportio siue cōuenientia/ similitudo. Cice. Or analogiā stoici nos appellemus conuenientiā/nō placet. Quint. lib. i. institutionū. Analogia pręcipue: quā ꝓprime ex gręco trāsferentes in latinū ꝓportionē vocauerūt: hęc est eius vis: vt id qđ dubiū est: ad aliquid simile de quo nō quęrit̃ referat: vt incerta certis ꝓbet: vt si quęrat̃ funis masculini an fęminini generis sit/ ex eius diminutiuo cognoscat̃: qa funiculus generis masculini est.

Anapestus pes ex duab⁹ syllabis breuib⁹ ⁊ tertia lōga: Cōponit̃ ex ανα re: et παιω ferio: eo ꝙ repercutiat dactylū sono reciproco. A gręcis antidactylus: quasi dactylo cōtrarius. Cice. lib. ij. Tu. Nō adhibetur spartbis vlla sine anapestis pedibus restitutio.

Anaphe penult. corre. insula sponte in mari enata: vt scribit Pli. lib. ij. Ammianus quoqȝ. Emerserūt inquit delos/et hiera/et anaphe/et rhodus. Dicta anaphe ab argonautis: quia tēpestate laborantibus intermestri luna ex insperato cōparuisset.

Anapolegeros: latine inexcusabilis.

Anaphora penult. corre. figura quā nos relationē seu repetitionē dicere possumus: ana em̄ re/et phora latio. Anaphoricos/relatiu⁹: anaphoro/refero. Hęc fit cū eadē dictio bis sępiusve ꝑ principia versuū repetitur: vt apud Uer. Nate meę vires mea magna potentia solus. Nate patris sūmi qui tela typhoea tēnis. Hāc quidā Epanaphorā vocāt. Anaphorę etiā scāsiones seu ascensiones signorū vocātur: ab oriente circū actu mūdi quotidiano factę.

Anathema atis. penult. producta: seiunctio quędā dicitur et alienatio: vt est apud Apostolū ad Romanos. Optabā ego ipse anathema esse a Christo pro fratrib⁹ meis. Rursus anathema dicit̃ ab ανα και

τιθη.μι ἀνάθημα oblatio/sacrificium.

Anathematiço cas. deuoueo/detestor.

Anapis pe. pdu. Sicilie fluuius leniter decurrens.

Anarchus: sine principe vel principio. Am. libro Uer. ra. Dedit ergo principium mundo: dedit etiam creature infirmitatem: ne anarchon/ id est principio carentem crederemus.

Anastrophe penul. corre. inuersio vel reuersio dicitur. Est enim (vt dicit Diodemes) duorum verborum ordo speruerus: vt Italia contra/ pro contra italiam.

Anas feminini generis. Marti. Tota tibi ponatur anas: sed pectore tm̄ Et ceruice sapit: cetera redde coco. Dicta anas ab assiduitate natandi. Et anatum genere quedam germanie dicuntur: quod plus ceteris nutriat. Huius diminutiuum protulit Plautus in Asi. Dic igitur me anaticulam columbam vel catellum. Cice. po libro. ii. de fin. masculino genere dixit: Serpere anguiculos/ volare merulas/ natare anaticulos: cornibus vti videmus boues. Hinc anatinus na. num. penul. pdu. Plau in Ru. Ut fortunati sunt fabri ferrarii: qui apud carbones assident: semper calent: vtinam fortuna anetina nunc vterer: vt cum exissem ex aqua/ arerem tamen. Est et anas nomen fluuii in Hispania. Et anatem morbum dixerunt/ quo vetule laborant.

Anatarius ria. rium. quod ex anate est: vt anatarie plume. Siue quod ad nates pertinet: vt anataria aquila: que anates venatur. Anatarius anatarii: qui anates custodit pasciturve.

Anatomias vel anatomia: greci dissectiones dicunt. Inde anatomia fieri dicitur/ cum humanum corpus dissecatur: vt vene/ nerui et cetera a medicis conspici possint: ab ανα et τεμνω incido. Inde etiam επιτομη.

Anatarchus nomen proprium philosophi abderite/ secratorisque Democriti. Hic habuit inimicum Nicocreontem Cypri tyrannum: a quo comprensus/ coniectusque in pilum ptisane siue mortarium saxeum: quod greci ολμον vocant. Ibique ferreis malleis contusus/ adeo toleranter pertulit asperrimos illos cruciatus: vt verbum illud memorabile conduplicauerit: Tunde tunde Anatarchi follem: anatarchum enim non tundis. Ad vltimum amputationem lingue minitante tyranno/ protinus dentibus abscissam commanducatam linguam in os eius ita patulum conspuisse dicitur.

Anaxagoras penul. corre. Clazomenius philosophus fuit in physicis precellens. Hic non modo generis gloria et diuitiis/ verum animi quoque magnitudine clarissimus fuit quippe: qui totum patrimonium suis sponte reliquit. Et cum ab eis negligentie insimularetur: Quid ergo inquit: nonne vos ista curatis? Mox abscedens ad speculandum rerum naturam se contulit: studio doctrinarum flagrans. rei et priuate et publice omnino negligens et incuriosus: adeo vt cuidam se ita compellanti: Nulla ne tibi patrie cura est? Dixit: Mihi po patrie cura et quidem summa est/ digitum in celum intendens. Hic cum post diutinam peregrinationem in patriam reuenisset: possessionesque desertas vidisset. Non essem inquit ego saluus nisi iste periissent: qui pluris faciens culturam ingenii quam prediorum: famigeratus fuit inter phos. Lampsaci periit.

Anaxilides: nomen philosophi: de quo Hiero. contra Ioui. scribit: quod is lib. ii. philosophie ferat petitionem matrem Platonis phantasmate Apollinis oppressam et sapientie principem: non aliter arbitretur nisi de partu virginis editum.

Anaxus fluuius qui fluit per seltrensem agrum.

Ancesa dicta sunt ab antiquis vasa que celata vocamus: quod circumcedendo talia fiant: ipsumque celare verbum ab eadem causa dictum est. d. cum l. permutata.

Anceps a caput compositum est: cum genitiuum in tis faciat: sicut alia composita biceps itis/ triceps/ quatriceps multiceps et preceps. Nam que in pis exeunt/ a capite di significatione veniunt: vt princeps/ manceps/ municeps/ et huiusmodi. Dictus est ergo anceps/ quasi dubii capitis. Est enim anceps duplex. Lucil. Nemo hos ancipites ferro efferri cardines. Interdum anceps dicitur quod ex vtraque parte acutum est. Idem. Uerte atque ancipiti ferro effringam cardines. Interdum ponitur pro ambiguo. Uer. Anceps pugna diu.

Anchiale ciuitas: de qua Stra. Post çephirium inquit anchiale supra mare Sardanapoli opus. Ex hac vrbe fuit Athenodorus: qui non a Sardanapalo/ sed ab anchiale Iapeti filia conditam vult Cydmi matre: a quo nomen vicino flumini.

Anchises: nomen proprium patris enee et capis filii.

Ancille dicte sunt ab anco Martio: quod is bello magnum feminarum numerum ceperit: siue quod antiqui anculare dicebant ministrare. Ex quo dii quoque ac dee feruntur coli: quibus nomina sunt anculi et ancule.

Ancillula diminutiuum est.

Ancillor aris. ministro vel dedico me ad ministrandum ac seruiendum more ancillarum: que suis ministrant ac seruiunt heris. Cicero in Sal. Non enim vni priuatim ancillatus sum: sed quantum quisque reipu. studuit/ tantum mihi fuit aut amicus aut aduersarius.

Ancile per simplex l. et penul. pdu. scutum breue non rotundum: sed ita ex vtroque latere erat recisum: vt nullus angulus videri posset: et summum infimumque eius latus medio pateret: dictum ab am et cesum/ quasi ancisum. Uel ab αγκων quod est cubitus: vel ab ακος remedium: quoniam pestilentie remedium fuit. Fert Nume pompilii tempestate de celo descendisse: vnaque editam vocem: omnium potentissimam fore ciuitatem quamdiu id in ea mansisset. Itaque facta sunt eiusdem generis plura quibus id misceretur: ne internosci celeste posset. De hoc Ouidius libro. iii. fastorum. Ecce leui scutum versatum leniter aura Decidit: a populo clamor ad astra venit. Et lib. v. Atque ancile vocant quod ab omni parte recisum est. Quaque oculis spectes angulus omnis abest. Liui. lib. i. Alios item duodecim marti gradiuo legit: tunicequae picte insigne dedit: et super tunicam eneum pectori tegmen celestiaque arma que ancilia appellant/ ferre: ac per vrbem ire: canentes carmina cum tripudiis/ solenniquae saltatu iussit. Hora. lib. iii. car. Hoc ancilium declinauit magis auctoritate sua fretus/ quam regula declinandi anciliorum nois et toge. Iuue. po adiectiuum posuit cum dixit/ clypeis ancilibus.

Anculi et ancule: dii deeque ancillarum putabantur.

Ancus: qui aduncum brachium habet: et exporrigi non potest. Unde quartus romanorum rex Nume/ ex filia nepos sic cognominatus est a cubito quem incuruum habebat.

Ancona seu ancon more greco: cubitus vel curuus dicitur. Quo noie dicta est vrbs piceni super adriatico mari posita. Solinus. Anconem quis ignorat a Siculis conditam? Pli. lib. iii. A siculis ancon colonia promontorio chimerico appellata est in ipso flectentis se ore cubito. Et ancones non solum in hoibus/ sed in parietibus et promontoriis conflexa in cubitos/ aut confracta in humeros dicuntur: vt auctor est Uictru. Nam de humeris Papi. Consedit viridesque humeros. Sunt et in montibus articuli. Pli. in calce operis.

Anchora penul. corre. dens ferreus: quasi anca curua manus. dicta quod per hominis manus scopulos comprendat. Anchoram primi Tyrrheni inuenisse feruntur. Hoc nomen Ser. asserit contra regulam recipe aspirationem. Tamen ego aperte video esse non latinam dictionem sed grecam αγχυρα απο του αγκυλου καὶ ρεω: sed quod latine cum ch scribatur/ ratio est: quoniam κ tenuis vertitur in χ suam aspiratam.

Anchorarius ria. rium. quod ad anchoram pertinet/ vt funes anchorarii. Hircus. Storias autem ex funi-

bus anchorarĳs tres fecerunt.

Anchorarius: qui curam anchorę habet: vt eam vel demittat vel eleuet.

Ancyra nomen duarū vrbiū: quarū altera est phrygię/ altera galathię. Hinc synodus ancyritana in iure pōtificio sępe nominatꝰ. Dicta ancyra/ ab anchoris nauiū captarū a Mitridate: quas Ptolemeus ęgypti rex suppetias gallogręcis miserat.

Andrago pe. pduc. mulier animū virilē habens ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς καὶ ἄγειν ab homine agendo.

Andron spacium inter duos parietes: in quod pluuia descēdit. Pli. Tam alti abditiq; secreti illa ratio est: ꝙ interiacens andron parietē cubiculi hortiq; distinguit. Quidā accipiunt p loco in domo angustiori: in quo viri plurimū versantur: vt gynecciū in quo mulieres. Est etiā hoc nomine (sicut scribit Ptolemeꝰ) oppidum interioris regionis Nili.

Andros insula vicina Samo cū oppido eiusdē nominis: quę Asię adiacet, ex opposito ad ephesū. De qua Ouid. lib. xv. meta. Et totidē natis andros fraterna potita est. Hęc primo dicta fuit Lauros: postea Antandros. Hinc andrius andria andriū.

Andricꝰ penul. cor. Cilicię mons: vt inquit Stra. Quo etiā nomine dictū est flumen apud Pli. lib. v.

Andronitis pe. pdu. locus in domo vbi soli viri habitant/ sicut Gyneconitis vbi solę mulieres. Vitru. li. vi. Andronites dicūꝰ ꝙ i his viri sine iterpellatiōibꝰ mulierū versantur: qm̄ ἀνὴρ ἀνδρὸς καὶ ἀνδρὸς virū denotat: vnde androgynus.

Androginos pe. cor. qui vir est ⁊ fęmina. Hermaphroditus: ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς καὶ γυνή. i. ab homine ⁊ fęmina. Augꝰ lib. xvi. de ciuit. dei. Androgyni quos etiā hermaphroditos nuncupāt: quis admodū rari sint in quibus sic vterq; sexus apparet: vt ex quo potius debeant accipere nomen incertū sit.

Androgynę sunt populi in aphrica: vt li. vii. Pli. scribit vtriusq; naturę inter se vicibus coeuntes. Dextera māma his virilis/ lęua muliebris.

Andrachne herba est quę portulaca dicitur.

Andegauia regio gallię: turonibus ac bituricensibꝰ finitima/ oceanoq; proxima.

Androdus nomen pprium filĳ codri athenienfiū regis q ephesum condidit: ⁊ Ioniū regē ibi constituit.

Andromon nomē est eius q colophonē ędificauit.

Anromache pe. cor. Hectoris troiani vxor: quę a virili pugna nomē sortita est. Nā viri pugna interpretatur. ἀνδρὸς μάχη: quasi viris depugnās. Fuit eīm virili animo septa/ ⁊ veluti quędā virago.

Andromede penul. corre. Cephei et Cassiopes filia: a perseo amata et in vxorē ducta. Quę Mineruę beneficio inter astra collocata dicitꝰ propter persei virtutē: ꝙ eā Ceto propositā a periculo liberarat. Oritur in parte piscīū duodecima.

Anethū cū h. genus herbę boni odoris.

Anfractus ab origine duplici fluxum habet. hoc est ab ambitu et frangendo. Am. Tenaces sermonis accępti ipsos esse anfractus aurium ipse vsus nos docet. Siquidē vel in concauis montiū/ vel in recessu rupium/ vel in anfractu fluminū vox auditur dulcior: ⁊ responsa suauia referens echo resultat.

Angelus latine nuncius. Nam officĳ nomen est/ nō naturę. Semp eīm spūs sunt: sed cū mittunꝰ/ vocanꝰ angeli.

Anger genus serpētis: qui cruciator ⁊ spatari/us dicitur: est ⁊ nomen fluuĳ in Illyrico.

Angor corporis vel animi cruciatus. Sic anxietas et anxietudo. Ci. li. iiii. de rep. Quartaq; anxietudo prona ad luctū ⁊ mœrens/ semp seipsa sollicitans.

Ango gis. xi. anctū facere debuit sicut plāgo. At Dio. Anxus pręteritū ab angor dixit: nō anxius quod nomen est. Ideo anxū ab ango supinū esse, conuenit: qđ tū minime legi. Est autē angere cruciare/ suffocare/ pmere/ vexare. Et ad animū ⁊ ad corpus/ et ad vtrūq; pmiscue pertinet. Ad animū Gelli. Milo q̄stabilis homo sapiētię quonā vsq; debuerit contra legem/ cōtraq; ius pro amico progredi: eaq; res in fine quoq; vitę ipso animū anxit. Ad corpus Co. libro. viii. Cauendū est vt tenerior separetur a validioribus: quia robustus angit imbecillū. Ad vtrunq; pmiscuū Gel. Dū pyrrhus rex iuxta Italiā esset: ⁊ vnā atq; alterā pugnā aspere pugnauisset/ satisq; angeretur. Ro. et pleraq; Italia ad regē descivisset. Plau. p absurto posuit in Aul. Tū anxisse aquā si quis petet. Tū grecū est ἄγχω. id est suffoco.

Angina penul. produ. genus morbi acutissimi quo fauces anguntur ac strangulātur: qui et tonsille dicitur. Imperitū vulgus medicorū squinantiā vocat: cum Hippocrates et Galenus synanchē appellitarunt. Pli. Tonsillas se iungit ab angina. Dicta angina ꝙ angat. Plautus. Vellē me in anginā verti: vt huic aniculę fauces pręoccuparē. Macer. Subuenit anginę melli vinoq; iugatę. Fest. Anginā vinariā habere dicunꝰ qui vino suffocantur.

Angiportus et angiportū vtroq; modo dicitur: quem alĳ dicunt esse viam sine exitu: alĳ vicū angustū ⁊ flexuosum in modū anguis. Varro libro. i. de lin. lati. Quod exitū nō habet ac peruiū/ nō est angiportū: ⁊ id angustū ab angendo et portu. Alĳ ꝙ inter portus sit angustus locꝰ: hoc est inter domos: quas vel portus vel insulas veteres dixerūt. Alĳ artas vias: quas gręci στενωπούς appellant. Fest. Angiportus est iter cōpendiariū in oppido: quasi angustus ad portū aditus. Nā quę sunt latiores ferreq; militares prętorię cōsulares platez nominantur: vt inquit Vict. Ul. Angiportū a portu dictū est: portus ꝓo cōclusus ⁊ munitus locus est quēadmodū ⁊ statio: ab importādis exportādisq; mercibꝰ nomē habēs. Teren. in Adel. Id quidē angiportū nō est puiū. Et i Phor. Sed hinc concedā in angiportū hunc desertū.

Angustus a. um. strictus: a quo angusto as. quod est stringo. Unde et coangusto: vt apud Euangel. Et coangustabunt te vndiq;.

Angustia: strictitudo quę tam ad animū q̄ ad corpus pertinet. Ambrosiꝰ. Et inter angustias animi et corporis anhelo cruciabatur spiritu.

Angulę populi in aphrica ad garamātas. Fertur eorū fęminas nocte qua nubunt omniū stupro patere/ i reliquum pudicas esse.

Angulus penul. corre. locus est quē duo parietes iungunt: dictus ꝙ ibi angustus sit locus.

Anglia/ quę Britānia ab eruditis dicitur: insula insignis in oceano: quę vndiq; a circūfuso mari complexa est: nusq̄ iuncta cōtinēti: sed ab omni orbe nostro diuisa: quę quondā ab albis rupibus quas mare abluit Albion dicebaꝰ. Hāc primū Troes incoluerūt: qui Troia disiecta fugerunt excisam patriā: palladisq; oraculo classe in hanc insulā migrauerunt: atq; gygantes tunc insulā tenētes/ multis victos pręlus expugnauerūt. Hanc postmodū lōgo tēpo⁊ tractu: saxones qui sunt illustres alemānię populi oppressere: agrosq; ⁊ opes inter legatos/ saxonū regina Angela diuisit. Atq; vt linguę pariter et gentis memoria in deuicta insula sempiternū foret: ab Angela/ cuiꝰ ductu victa est: Angliā tellurē illā vocauit: q̄q; plerīq; Angliā velut nostri orbis angulū pdicent dictā. Situs ipsius est/ vt contra aspectū gallię ⁊ hispanię sita sit. Eius ambitus quadragesies octies ⁊ septuagintaquinq; milibus passuū constat. De hac insula vide in Britonū historia/ ⁊ in dictione Britānia.

Anguis tam fę. q̄ mascu. generis: p serpente in aquis degente. Val. lib. i. L. Sylla consul sociali bello cū

in agro Nolano ante ꝑtoriũ imolaret subito ab vna parte arę prolapsam anguẽ ꝓspexit. Frequẽtius tñ masc. genere ꝓfert. Unde ⁊ anguiculus diminutiuũ facit: vt apud Cice. Serpe anguiculos. Anguis quã do senuerit perdit aspectuz. Et si voluerit redire ad iuuentutẽ ieiunat. xl. diebus: vt laxetur pellis eius/ et sic angustũ foramen inquirit/ vt dum nititur exire in de pellem senectutis dimittat.

Anguimanus vocati sunt elephãti: quia ꝓboscis quã manũ diximus vocari ad omnẽ partẽ vertitur. Lucre. lib. v. Anguimanus belli docuerũt vulnera pęni Sufferre ⁊ magnas martis turbare catervas.

Anguifer: qui a grecis dicitur οφιουχοσ.

Anguillę pisciũ sole exanimes nõ fluitãt. Non ouo/ nõ coitu eas ꝓcreari scribit. Arist. Dictę anguillę ꝙ spe cie anguẽ repñsentant. Var. Ex parte a similibus aliq̃ rebus sunt translata: vt anguilla ⁊ lingula.

Anhelo as: pe. p. ex am ⁊ halo. m. in. n. mutata signifi cat anxie halo. Unñ ⁊ ꝓ ardẽter cupio ꝑ trãslationem poni ꝯsueuit. Aug. Ibat spirãs ⁊ anhelans cędes.

Anhelitus us: pe. cor. ipse spiritus anxie actus.

Anhelus a um pe. pro. Vir. Et senibus medicantur an helis. Amb. Anhelo cruciabat spiritu.

Anhelator: qui id vitiũ patitur. Pli. li. xxii. Anhelatori bus: ⁊ in tussi vetusta cum porro ex aceto datur.

Animus ⁊ anima in hoc differunt: ꝙ aia sit vitę. In ho mine autẽ q̃ttuor aias esse cõstat. Vitalez. s. quę ⁊ in vermibus est: qui tantũ mouent. Sensualẽ vt in bru tis animalib⁹ in q̃bus est sensus ⁊ timoris et gaudij Intellectualẽ: q̃ est in hoibus tantũ q̃ ⁊ cogitare ⁊ iu dicare possunt. Et quę infra oẽs est physicam: hoc est naturalẽ vt ea quę est in arboribus et herbis: quę ⁊ si non mouentur: vitam tamen habent cum nascantur: crescant et pereant. Animus consilij licet hęc a poę tis plerũq; abusiue vsurpent. Aug. Animus est sub stantia quędã rõnis particeps regendo corpori acco data. Ci. li. i. Tus. sic disserit. Animũ autem alij ani mã etiã fere nostri declarant nominari. Nam et age re animã: ⁊ efflare animã dicimus. Et anios et bene animatos et ex animi sentẽtia. Ipse autẽ animus ab aia est dictus. Sciendũ tñ est ꝙ animus ꝓ anima plę rũq; sumitur: vt apud eundẽ in Cato. Qui si in hoc erro ꝙ animos imortales credã: libẽter erro. Et iter̃. Sic mihi persuasi: sic sentio cum tanta celeritate ani morũ ⁊c. Eius contrariũ est inanimis: qui aia caret. Similiter exanimus siue exanimis. Semianimus q̃ semiuiuus est. Sumitur pro ingenio siue intellectu. Sal. Omnis homines patres con. qui de rebus du bijs consultant ab omni odio/ amicitia/ ira/ atq; mise ricordia vacuos esse decet: haud facile animus verũ prouidet: vbi illa officiunt: neq; quisq; omniũ libidini simul et vsui paruit. Ubi enim intẽderis ingeniũ va let. Si libido possidet ea dominat: animus nil valet. Aliquando pro voluntate siue affectu et delectatiõe vt apud eundez. Ita semꝑ imperiũ ad optimũ quęq; animus bono transfertur. Plau. i epi. Captiuã ado lescentulã de pręda mercatus est. Quid ego a te au dio? hoc qđ fabulor. Cur eam emerit? Animi causa. Quot ille animos habet? Var. lib. iij. de re rus. Hic illud alteruz genus ornithonis: qui animi causa con stitutus a te sub casino fertur. Hic fit vnanimis qui vnius est animi voluntatis. Quandoq; pro spiritu si ue flatu ac vẽto. Lac. li. de opi. Alij sanguinẽ animã esse dixerunt: alij ignẽ: alij ventum: vnde ania vel ani mus nomẽ accępit qđ grece ventus ανεμοσ dicit. Cice. lib. i. Tuscu. Si ania animus est: fortasse dissi pabitur. i. ventus. Et iterum. Siue illi animi sint ani males. i. spirituales. Teren. in adel. Animũ recipe. i. spiritũ siue flatum recupera seu quiesce. Nõnunq̃ ꝓ ira. Unde illud. Pone animos ⁊ pulsus abi. Sed re ctius de anima dicit. Pli. Ergo et hęc animi asperi tas siue potius animę dulciore succo mitigatur. In terdum pro memoria: Vir. Omnia fert ętas animũ quoq;. Sepe etiaz pro fortitudine: Unde animosus magnanimus ⁊ pusillanim⁹. De anima ꝓo ⁊ a qua animatur corpus et a qua animus esse dicitur Sal. At nobis est domi inopia: foris ęs alienuz: mala res spes multo asperior: deniq; quid reliqui habemus ꝓ ter miseram animã. Iuue. Nunc et ventis animam cõmitte dolato: Confisus ligno: digitis a morte re motis: Quattuor: aut septem. si sit latissima theda. Similiter anima ponitur pro mente id est pro anio. Macro. Tunc eñ anima libera est ⁊ nulla corporis contagione impedita. Aliquãdo ponitur pro vento siue spiritu aut flatu et oris odore. Virg. Quantum ignes/ animęq; valent. Hor. Impellãt animę littora Trachię. Plau. in Asi. Dic amabo an fętet aia vxo ris tuę. Virgi. Animas et olentia medi Ora fouent illo. Greci aiam. ψυχην vocãt q̃si αναψυχη ꝙ re spirando refrigeret. Causa eñ corporis viuendi est respirandi et refrigerandi vim exhibens: vel quasi φυσικην ꝙ scz physim. i. naturã. Auctor Plutarc. in cratillo. Orige. in li. Periarchon. Terẽ. Hoc vbi audiui ad fores suspenso gradu placido ire perrexi. accessi: astiti: aiam cõpressi: aurẽ admoui. Plau. Ne quid emittat animę dormiens. Et anima capitur pro ira. Plau. Animã cõprime. Hic animosus et anima tus pro iracundo. Sumitur et pro aqua. Idem. Ni ego illi puteo si occepso animã omnez intertraxero. Varro posuit animã pro somno. Et phrygias audi re animas. Virg. pro ipso homine. Ite ait egregias animas quę sanguine nobis hãc patriã peperere suo

Animula diminutiuũ ab aia. Ser. Sul. In vnius mu lierculę animula iactura facta est.

Animal ab anima est: et eñ substantia aiata sensibilis.

Animalis et hoc animale qđ est ex animali: siue qđ ha bet animã. Unde veteres animales deos dixerũt q̃ de animalibus essent facti: vt pęnates. Et aialis dicit spiritualis. Ci. lib. Tusc. Siue illi animi sint aiales. Huius contrarium est exanimalis: qui nõ est animal vel ꝙ sine anima est. Plau. in Bac. Nam neq; bello na mihi vnq̃ neq; mars credidit in illum exanimalẽ faxo niue exheredẽ fecero vitę suę. Hinc animalitas pro ipsa animalis essentia.

Animans generis fę. et aliquãdo neutri. Cice. de natu. Animantiũ alię corijs tectę: alię villis vestitę. Et si gnificat qđ habet animã sicut qñ est adiectiuũ. Cice. lib. iiij. ad heren. Sed inuẽtio similiũ facilis erit si q̃s res sibi oẽs animãtes et inanimãtes mutas et elo quẽtes. Dicuntur inter se animãtia et animalia. Nã animantia superiorẽ tenent locum et animalia sub se habent atq; cõplectunt tanq̃ genus speciem. Sunt eñ quędã quę animã habẽt nec sunt aialia: sed animã tia sicuti satis et arbustis aiam halentẽ inesse tradũt: quã philosophi recẽtiores vegetatiuam appellant: itaq; viuere et mori illa dicimus: nec animalia tñ sed animantia nuncupantur: vt docet Sene. lib. viij. epi stolarũ moralium. Interdũ tamen animãtia dicunt animalia. Unde dicimus Animantiũ tria esse gene ra. Terrenum/ volatile/ et aquatile.

Animosus habens in se vehementiã animi: siue qui est elati spũs. Oui. Pyrrh⁹ achilleides animosus ima gine patris. Ci. in Cato. Ex quo fit vt animosior etiã senectus sit q̃ adolescẽtia. Et animosus dicitur iracũ dus. Vir. Quos aiosi euri assidue frãgũtq; feruntq; Et ea pars aię in qua irę sedes est: vocat animosa.

Animulus dimi. Plau. Mi animule mi olympio.

Animo as: fortem reddo: delibero ⁊ quasi animũ indu co/ siue animũ incito. Et sic ab anim⁹ descẽdit. Clau. li. iij. Qualis pestiferas aiare ad ꝓlia taxos: Torus

Megera ruit. Hiero. ad Eusto. Sic ordinata: sic ratióni conformia mãdata sororibus preferas: vt etiã depravate suggbie mentes animẽtur ad obediẽtie semitas. Macro. Animati sunt ergo veteres ad faciẽdã discretionẽ. Aliqñ animare est animã inducere et vivificare. Tuncq3 ab anima sive ab aio cum pro aia capitur fit. Lactã. li. j. Id incõveniẽs est deo: qui verus pater est: per quẽ sumus: et cui⁹ toti sum⁹: a quo fingimur/ animamur/ et illuminamur. Col. li. ix. Diebus quibus animant oua: et in speciẽ volucrũ cõformant. Inde fit aiatus et inanimat⁹. Ci. li. ij. offi. Partim inquit sunt inanimata: vt aurũ et argentũ. Participiũ tñ presentis tẽporis animãs sicut pauloante dictum est/ significãt qđ habet animã: vt apud eundem lib. j. offi. Principio generi animãtiũ omni a natura tributũ est/ vt se vitam corpusq3 tueatur. Huius verbi compositum et contrarium est exanimo quod est anima privo.

Animatus etiam ab animo fit: sicut a tunica tunicatus: a galea galeatus: cum animus sumitur pro voluntate. Cice. D. Bru. Ita paratus seu animatus esse debes vt nihil facias nisi iussus. i. eam voluntatẽ habere debes. Aliquando animatus dicitur iratus. Idẽ. Ego vo nihil ita animato homine miserius dicerem.

Animaduerto. i. aim illuc verto: hoc est sensus in illud qđ fit intendo/ cogito/ intueor/ considero. Hie. in lib. iiij. Reg. Animaduertite qđ occasiones qrat. Plau. Aiaduerte hominẽ sbalbidũ. Ci. li. j. de di. Exprecta nutrix aiaduertit dormientẽ circũplicatum serpentis amplexu. Aliqñ aiaduertere significat punire/ oppugnare/ verberare/ iram exercere: sed cũ actõ mediante in: vt aiaduersum in quosdã inquit Sueto. Inde aiaduersiões dicte et animaduersi ipsi puniti. Pau. Corpora aiaduersoꝝ quibuslibet petẽtib⁹ ad sepulturam danda. Plau. Is cũ herũ aiaduertisset graviús. i. iram cõuertisset. Ter. in An. alter posuit. Ea primũ aiaduertẽda iniuria est. i. castigãda et vindicãda. Hinc aiaduersio qđ modo cõsiderationẽ: modo punitionẽ significat. Et aiaduersor punitor. Apu. Expona breviter qđ animaduersor meus fecit.

Ania: Romana mulier/ que cũ eã propinquus moneret: vt alteri viro nuberet. Esse eñ ei et etatem integram et faciem bonã. Nequaq3 hoc faciã inquit. Si eñ virum bonũ invenero vt ante habui: nolo timere ne perdam. Si malum quid necesse est post bonuz pessimum sustinere.

Anio anienis: pe. pro. nomen fluuiũ in agro tyburtino q e sublimi in vallẽ subiectaz preceps fertur. Hor. Et preceps anio et tyburti luc⁹. Hinc anien⁹ a um. Prop. Sive aniena tuus tinxerit vnda pedes. Anieni nomen indidit Anius rex etruscoꝝ/ qui insequẽs Cethegũ filie raptorẽ: cũ eum assequi nõ posset in fluviũ insiluit: ibiq3 extinctus: vt anio vocaret effecit.

Annitor pe. pro. contra nitor: opitulor. Salu. Postea Piso in citeriorem hispaniã questor pro pretor missus est annitente Crasso q eũ infestũ inimicũ. Cn. Pompeio noverat. Et anniti est valde sive intẽtius niti. et conari: incũbere ad aliqđ agendũ. Ci. in Lel. Sic natura solitariũ nihil amat: semperq3 ad aliud tanq3 adminiculũ annitit: qđ in amicissimo quoq3 dulcissimũ est

Annascor iuxta nascor. Gel. Dentes quoq3 et in septem primis mẽsibus: et septenos ex vtraq3 parte gigni et cadere annis septimis et geminos annasci annis fere bis septenis. Hinc agnatus et agnatio in quibus subtrahitur n. que pro d. poneret: et ponit g.

Annoto as: pe. cor. iuxta sive ad aliquid noto: intitulo: signo. Lactã. li. v. Et ausus est libros suos nefarios ac dei hostes annotare.

Annus a circuitu tẽporis: cũ veteres am pro circũ ponant et nare fluere. Ser. ab anulo dici existimat: q in se redeat: quasi anulus. Vir. Atq3 in se sua per vestigia voluit annus: sed tunc Virgilius. περιφραστικως expressit ενιαυτον. Nam mensibus in se incurrẽtibus voluitur. Sol eñ per duodecim zodiaci signa excurrens annũ cõficit: vnde apud egyptios ante inventas litteras dracone picto suã mordentẽ caudam qui in se recurreret indicabatur. Alii ab annotatione deriuant ab ανα et νεοω. renovo quia semper renovatur. Alii a greco ενον. Vnde apud nos dicim⁹ trienniũ illi τριενον. Est autẽ triplex annus lunaris. xxx. dies habens. Solstitialis qui duodecim continet mẽses: Qui dicitur solis anfractus cũ peractis. ccclxv. diebus et quadrãte ad eadem sydeꝝ loca redit. Qui etiã annus vertẽs dicit. Et magnus annus quẽ esse voluerũt omnibus planetis in eundẽ locum recurrẽtib⁹. Et hoc fit sm Cicerones ad hortẽsiũ post annos duodecies mille noningentos quinquaginta quattuor solstitiales.

Annus triplex

Annales dicuntur res geste que de anno in annũ in historias redigũtur: nostriq3 tẽporis esse possunt. Vñ Vir. Et vacet annales nostroꝝ audire laborũ. Historia res gestas narrat: et ab etatis nostre memoria remotas. Ci. lib. ij. de ora. Erat eñ historia nil aliud nisi annaliũ confectio. Gel. sic habet. Recte annales historias appellaveris. Sed nõ continuo quicqđ historia fuerit annales appellare possis. Sunt eñ vtreq3 rerũ gestarũ narratio. Earũ tñ proprie rerũ sit historia quibus gerendis interfuit is qui narret. Annales vo cum res geste pluriũ annorũ servato cuiusq3 anni ordine memorie tradunt. Cum autẽ nõ per annos sed per dies singulos res geste scribuntur: diariũ vocat.

Annalis et hoc annale qđ ad annos ptinet. Vnde legẽ annalẽ dixerunt que prescribebat legitimã ad petendum magistratũ etatẽ. Ci. li. de legibus. Civitatẽ annali lege servato. Dicit et tẽpus annale qđ est anni. Var. Et quoniã tẽpora duo z generũ sunt: vnũ annale qđ sol circuitu suo finit. Alterũ menstruũ qđ luna circũiens cõprehendit.

Annarius a. um idẽ qđ annalis: vt lex annaria ab antiquis dicebat qua finiunt anni magistratus capiendi vt inquit Festus.

Annilis et hoc annile: pe. pro. dicitur quasi senilis et etate grandis. Col. lib. j. Parentẽ omniũ terrã: sicut mulierẽ iam etate annili iam confectã pro generãdis esse fetibus inhabilem. Anilis vero per simplex n. ab anu vetula fit.

Annicularis et hoc anniculare: idẽ est qđ annilis. Aug. Delyrare tibi videor avare cũ hec loquor: annicularia tibi videntur hec verba.

Anniculus a um: qđ est vnius anni: vt anniculus puer annicula puella: anniculũ iumentũ. Nec de animalibus tantũ: sed etiã de inanimatis: vt anniculũ vinũ. Pli. lib. xvij. Ergo plãtaria instituãt: anniculasq3 trãsferãt et iterũ bimas. De pueris tñ magis dicitur per diminutiuũ: vt bimulus puer: quia intra hos annos adhuc parvus est.

Annuus a um: qđ vnius anni spacio cõtinetur: sicut diurnus qđ diei: annuũ quoq3 dicimus quod fit singulis annis. Virgili⁹. Atq3 annua magne sacra refer ceteri. Annua absolute dicunt alimenta in singulos annos. Iuvena. Sunt que tortoribus annua prestent. Vlp. Si cui annuũ fuerit legatũ relictum sine adiectione sũme id videri relictuz. Sueto. de Tyberio. Peculio cõcesso a patre prebitisq3 annuis fraudavit per speciem publici iuris.

Anniversarius a um: quod singulis vertentibus annis fieri solet.

Annuatim adverbiuz ab anno. Plinius lib. ij. Hiero. teste. Qui tradit singula milia talentum annuatim thuris pensitasse arabes regibus persarum.

Anniuersarius a um: quod singulis annis statutis temporibus reuertitur: sicuti sacra anniuersaria. Scribit Val. q antipater Sidonius poeta omnibus annis vno die natali tantū corripiebat febre. Sue. de Aug. Quasdam et anniuersarias: ac certo tempore recurrentes experiebatur.

Anniuersalis et hoc anniuersale: anni circulus.

Annosus a um: qd est vetustū quasi multorum annorū.

Anno as: annū ago: a quo fit compositum perenno qd significat annum perficio.

Annona ne. penul. pro. ab anno inclinari videtur et est prouentus frugū vnius anni: quasi alimonia nō frumenti solū: sed etiā aliarū rerū. Col. li. ix. Vel lactis annona pmittit. Abusiue tñ pro ipso victu capitur. Cice. li. ii. de diui. Putarā annonā in macello cariorem fore. Annonā etiā veteres menstruā vel annuā mercedē ac stipendiū nominarunt. Vege. de re mili. Torques aureus solide virtutis pmiū fuit quē qui meruisset pter laudē duplas psequebat annonas. Hinc annonaria pulsio: et annonarie leges dicte sunt.

Anus us: generis fe. et prima cor. vetula dicit ab annorū multitudinē vocata: cū antiq cōsonantē nō geminarēt. Vel ab α et νουσ sensus: vel intellectus ab νοεω intelligo: inde νοοσ et p sincrisim νουσ q iam sit sine sensu. Hinc fit anilis et hoc anile quod est anus/ vel qd ad anum pertinet.

Anicula diminutiuū pro vetula. Dicitur et ancilla vt docet Varro.

Anus ni: generis masculini et prima pducta: pars posterior verēda: quo nole dictus est et fluuius quidā.

Annulus per duplex. nu. paruus annus dicitur: p simplex aliud significat: scilicet paruas nates et ornamētum digitorum.

Anulus pro digitorum ornamēto a circuitu vocatus est/ siue a rotūditate qsi annus: greci a digitis dactylon appellauerāt a nostris dicit etiā digiti. Plau. in pe. Atq vt opinor digitos in manibus nō habēt: qd iam qz incedūt cū anulatis auribus. Apud nos prisci vngulū et vnguinū vocabāt postea et nri et greci symbolū dixere. Nā symbolus nota est et signū et anuli militie note erant. Condulū quoq et condaliū veteres anulū nūcupauere. Plau. i Tri. In thermopolio cōdaliū es oblitus. Et paulo post. Inter eos ne hoies condaliū te redipisci postulas? Mos fuit veterū gerere anulū in digito sinistre manus qui est minimo pximus. Causa est quoniā vt Macro. scribit, infectis humanis corporibus repertū est neruum quendam tenuissimū: ab eo digito ad cor hominis puenire. Et ideo visum veteribus vt ille digitus anulo tanq corona circūdaretur.

Anellus diminutiuū ab anulo. Horatius in Ser. Sepe notatus cū tribus anellis modo leua priscus inani. Cicero. Cuius imaginē non modo in tabulis nri familiares: sed etiā in poculis et in anellis habebāt.

Anularis ad anulū pertinens. Anulatus anulis plenus.

Anomaluz penultima correpta: dicitur inequale: quia dissimile est: ab α sine νομοσ lex: quasi extra regulam: anomalū etiā dicit asperum: variuz. Anomalia inequalitas: et grecum est/ ανωμαλοσ.

Anonymum: penultima correpta: sine nomine et obscurum. Legimus autem populos esse in aphrica athlātes dictos: qui sunt anonymi: hoc est sine pprijs nominibus: qui in vniuersum athlantes tantū vocitant sic semper per ypsylon in penulti. ονομα vertitur: vt Hieronymus.

Anophytus penultima correpta: latine dicitur desup natus: ab ανω και φυω οθεν Το φυΤον.

Anodyna vocantur que leuationem doloris somnum accersendo molliunt: ab α priuatiua et ωδιν dolor pariendi: sed interponitur ν ne collidantur vocales vt reco: redeo.

Anibal nomen viri carthaginensis in re militari prestantissimi: qui cum minor vigintiquinq annis esset: Imperator electus Hispaniā bello subegit. Alpes transiuit: que inuie videbantur. Romanorum duces tribus prelijs vicit. Romanosq maxima clade apud cānas affecit. Grece tñ dicitur. ανειβασ ανε ιβαν.

Anquirere circūquerere est.

Anquina penultima producta: funis: nauis: quo ad malum antenna cōstringitur. De qua Cinna. Atq anquina regat stabilem fortissima cursu.

Anquiromachus penultima correpta gen⁹ nauigij dictus: q celeritate sui anchoris et instrumentis reliquis nautū vehendi sit aptus.

Ansa vasis auris vtrinq prominens: qua. s. manibus teneri solet. Virgilius. Et grauis attrita pendebat cantharus ansa. Ponitur quandoq pro fibula: seu fixula que calceis insuitur. Tibul. Ansaq compressos alligat arta pedes.

Ansula diminutiuū ab ansa: quo vsus est Augustinus libro. viij. con. pro annulo: quo fiunt cathene licet per translationem. Ex voluntate (inquit) peruersa facta est libido. Et dum seruitur libidini: facta est consuetudo. Et dum consuetudini non resistitur/ facta est necessitas: quibus quasi ansulis quibusdam sibimet innexis: vnde cathenam appellaui tenebat me obstrictum dura seruitute.

Ansanctus dicitur omni ex parte sanctus.

Anser: ocha ab anatando. auis est/ que nocturnas excubias celebrat. Vigilias enim suas cantus assiduitate testatur. Hinc anserinus na num. Plinius. Tubera et quecunq emolliri opus sit: efficacissime anserino adipe curantur.

Antandros phrygie vrbs ad meridiez posita quam habitauere leleges finitimi ciliicibus aborigines olim cum habitarēt acarnaniam a duce lelege/ leleges appellati sunt. Et ab eius nepote Teleboo Teleboi. Hi migrauerunt in Asiam et dicti fuere Cares. Sed de hoc latius in dictione leleges. De hac Virgilius Classemq sub ipsa antandro. Antandrum vero saxum magis q insula inter Tenedum et Chium: qua Aegeus sinus panditur a dextera nauigantibus.

Antacites: penultima correpta: amnis asie: a quo pisces antacei salsamentum nobile. Importantur antacei et ex borysthene vt inquit Herodotus.

Ante: modo aduerbiuz: modo prepositio est: aduerbiū quando nulli deseruit casui: et significat antea. Virgilius Ante leues ergo pascentur in ethere cerui. Hoc accidit enim multis prepositionibus. Nec mirum quando aduerbijs etiam quibusdam liceat vim prepositionis assumere: vt pridie nonas. Itaq apud: circum/ ante/ post/ et reliqué tunc prepositiones iure appellantur: quando casibus adiuncte transitionem facere ostenduntur/ quod est proprium ipsarū. Quādo vero sine casibus sunt aduerbia. Sed cum est prepositio seperari et componi solet. Separata quandoq personam: quandoq locum: quādoq tempus denotat: vt ante ora parentum: ante templum: ante duos annos. Composita plerumq significat: et componitur cum dictione incipiente a c. vt antecapio. e: vt anteeo. f. vt antefero. g. vt antegradior. l. vt antelucanus. p. vt antepono. s. vt antesto. Ab ante fiunt deriuatiua: vt Antica/ Antiquus/ antes/ antenna/ et huiusmodi.

Anti prepositio greca que in compositione plerumq contradicit: et aliquando significat re. et aliquando pro. Extra compositionem construitur apud eos cuz genitiuo. Et tunc apud nos significat pro.

Anterius: antehac et ab hoc tempore. Fit enim ab ante sicut a post posterius: et a sub subterius, quo vsus.

est Boetius. Sidonius ad Domitiū. Que nā potissimū anterius e aulibus nostris culina fumaret.

Ante alios: super alios: plus alijs: prius alijs: vel preter alios.

Anteambulo as. Vide in dictione ambulo.

Antarcticus: penultima correpta quartus circulus celi eo ꝙ contrarius sit circulo quem arcticon nominamus. A nostris dicitur polus meridionalis.

Ante. arum tantum pluraliter: ostiorum latera dicuntur a quibus antipagmenta.

Antea aduerbium eiusdem significationis cuz ante: cōponitur ex ante et ea / vt ostendit Priscianus: q̃uis tantum tempus denotet.

Anteeo is: tam datiuo q̃ accusatiuo iungitur: et significat ante vado: precello. Plau. in Am. Virtus omnibus rebus anteit. Salustius in Jugur. Et cum omnis gloria anteiret: omnibus tñ charus erat.

Anteos apud nos idem est quod contrarius: propriuz nomen gigantis terre filij: magno ac procero corpore in libya apud lixum oppidum a flumine mauritanie eiusdē nominis ita vocatū: q̇ locus Antei regio dr: robore ac fortitudie nemini cedētis. Quotiēs mēbra labore defecta tactu terre essent recreabanẗ quē Hercules palestra pectori astrictū expirare coegit.

Antarium: bellum qđ ante vrbem geritur.

Antecapio is: preuenio / anticipo. Salustius. Consul optimuz factu ratus: nocte que instabat antecapere ne quid spacio nouaretur.

Antecedo penultima producta: precedo / anteuado / et construitur tam cum accusatiuo q̃ cum datiuo. Decius Brutus Ciceroni. Biduo me Antonius antecessit itinere: multo maiora fugiens q̃ ego sequens. Cicero pro archia Celeriter antecedere omnibus ingenijs contigit.

Antecello idem est quod precello. Cicero pro Cornelio. Qui eloquētia ceteris antecellis.

Antecenium: cibus qui ante cenam sumitur. Vulgo merenda.

Antefero: penultima correpta. antepono. Cicero. Lecinne. Cum vel iniquissimam pacem iustissimo bello antetferam. Ambro. Fuit sapientie deo credere nec filij gratiam anteferre authoris precepto.

Antefixa dicuntur que ex opere figulino: sub tectis affiguntur sub stillicidio.

Antegradior: anteuado. Cice. Quicquid est qđ deceat id apparet cum antegressa est honestas.

Antegradior: veteres pro valde ⁊ pro statim vtebanẗ quasi anteq̃ res gereretur.

Antehac: non modo significat ante hoc: vt Terentius in And. Nam quod antehac fecit nihil ad me attinet id est ante hoc tempus siue hactenus vel vsq; modo sed etiam ante illud tempus: sicut post hac non tantum post hoc: verūetiam post illud tempus. Salust. Sic erat accēsa libidine vt sepius peteret viros q̃ peteretur: sed ea spe antehac fidē pdiderat.

Antilena: qua pectus iumenti cingitur: sicut postilena que sub cauda ponitur

Anteloquor: prius loquor: a quo antiloquium primus in dicendo locus / siue prior locutio. Macrobius. Hic assensi omnes pretextato anteloquiū detulerūt.

Anteluco / antelucas / siue antelucor penul. producta significat ante lucē vigilo.

Antelucanus antelucana antelucanū: quod est ante lucem. Cice. M. Catoni. Ex antelucano tempore vsq; ad horam diei decimam magna multitudine hostium occisa. Item contra Catil. Quorum omnis industria vite et vigilandi labor in antelucanis cenis exprimiẗ

Antelucani venti qui aut ex fluminibus aut ex aliquo sinu feruntur.

Antica. Vide in dictione postica.

Anticatones dicti sunt duo libri quos Cesar contra Catonem scripsit. Suetonius. Reliquit et de analogia duos libros: et anticatones totidem: nomen est compositum ex greco et latino. Nam vt Quintilia. inquit. Ex peregrino et nostro componuntur dictiones: vt epitogiū ⁊ anticato.

Antemalorum: gyphen est. id est subunio: quia sub vno accentu due dictiones proferuntur. Est enim vnitas quasi cōpositio. Nam significat preteritorū maloꝝ.

Antemon: penultima producta: velum quod potest facilius obliquari: quo naute in summo tempestatis discrimine vtuntur.

Antemne: cum m. ante n. vrbs ante amnē dicta: ꝙ eam amnis preterfluat. De qua Vir. lib. vij. Antemneq; tegmina tuta cauant capitum.

Antenna: p duplex nn. lignuz p trāsuersum in malo positum in quo velum alligatur: a circūtenendo dicta. Plinius libro. j. Non antennas solum: verum ipsa nauigia contorta frangens.

Ante oculos minus est q̃ coram. Nam corā proximitatem significat: Ante oculos potest etiam longe intelligi. Terentius in Eu. Que mihi ante oculos coram.

Antae: lapides sunt qui vtrūq; latus ostij muniūt. alio nomine parastade authore Victruuio.

Antes nomen ab ante deductum: quo significātur eminentes lapides: siue vltime columne quadrate quibus sustinetur fabrica. Hinc dicti videntur antiani magistratus in vrbibus: qui semestrem magistratum exercēnt qui velut antes columne totius vrbis onere incumbente eam sustinent: ad quam ethymologiam etiam extremos ordines vinearum possumus trahere qui antestant. Virgi. li. ij. Georg. Jam canit extremos effetus vinitor antes. Alij macerias accipiunt quibus vineta clauduntur que fiunt de siccis lapidibus: sic dicte a lapidibus eminētioribus qui interponūtur ad macerīā sustentandā.

Antepono is: prefero. Cice. in Lel. Vt amicitiam omnibus rebus anteponatis.

Antesignanus: signorum hoc est vexilloruz propugnator siue defensor. Nam signum pro vexillo ponitur. Liuius lib. iiij. Signa nunc resistentia deferuntur ab antesignanis: nunc inter suos manipulos recipiuntur. Signifer est qui vexillum defert. Ideo Liuius ibi nō solum de antesignanis sed signifero ita loquitur. Ita primo statim prelio cum dictator equitatum immisso antesignanos hostium turbasset legionum: inde signa inferri ppe iussit: signiferūq; ex suis vnuz cunctantem occidit.

Antesto as: cum datiuo construitur. Gel. lib. ix. Qui et viribus et magnitudine et adolescentia simulq; virtute ceteris antestabat: id est antecellebat. Sed hoc per translationē. Nam proprie significat sicut sonat. Vnde antistes ⁊ antistitor.

Antistes antistitis: ex ante ⁊ sto / tam feminini q̃ masculini generis / qui in aliqua re excellit: vt si dicamus Cicero eloquentie antistes: quasi ante stans princeps. Valerius maximus lib. j. Ne dee vetustis ritibus perita deesset antistes. Liuius lib. j. Poticij ab Euandro edocti antistites sacri.

Aquiliferi dicti sūt signiferi in romana militia ab aqui/ la quam Romanis legionibus Marius in secundo consulatu suo proprie dicauit. Habuerūt et romani q̄ttuor alia signa: videlicz lupos/ minotauros/ equos: apros: quę singulos ordines anteibant. scribit Ve/ ge. Primū signum totius legionis esse aquilā quam aquilifer portat. Idem draconarios appellat signi/ feros a draconibus: qui per singulas cohortes fere/ bantur ad prelium.

Aquilo penulti. correpta: ventus dictus a vehemētissi mo volatu instar aquilę. Hic boreas grece dicit̃ sic/ cus et frigidus. De quo Ouid. li. vi. met. Apta mihi vis est qua tristia nubila pello. Et freta concutio: no/ dosaq̄ robora verto: Induroq̄ niues ⁊ terras gran dine pulso. Idem ego cum fratres cęlo sum nactus aperto. Nam mihi campus is est tanto molimine luctor: Ut medius nostris ꝯcursibus insonet ęther. Exilianto̵q̄ cauis elisi nubibus ignes. Idem ego cur subii cōuexa foramina terrę Supposuiq̄ ferox imis mea terga cauernis: Sollicito manes totumq̄ tre/ moribus orbem. Flat ab ęstiua ⁊ solistitiali plaga orientis: aquilones etiam dicuntur venti: qui octo ferme diebus exortū caniculę antecedunt: et perflant diebus. xl. quos vocant etesias et prodromos quasi precursores.

Aquifolia arbor ex genere ilicis: quam gręci similacem vocant.

A Ante R

Ara quę ansa vt Varroni placet dicta est. Vasa enim erant quę tripodes dicebantur: ꝙ esset necessarium a sacrificantibus teneri: ansis autem teneri vasa solere manifestū est. Qm̄ ergo qui immolabant non modo deos voce precabant̃: sed etiā manib⁹ aras appren/ debant: primo ansę dictę: deinde cōmutatiōe littera/ rum arę vocari cępte. Hinc Virg. Talibus orantē dictis arasq̄ tenentē. Sunt qui aras ab ardendo de/ riuēt ꝙ in his victimę adolerent̃. Alii ab αραομαι verbo gręco quod est oro. Et αρα oratio dicitur: ꝙ in sacrificādo oretur. Et habet primam ꝓductā. Est etiam Ara ciuitas arabię regia: necnon ⁊ insula ara/ bię adiacēs: vt scribit Ptolo. Hara vero cū h. habet primā correptā: ⁊ significat porcorꝫ seu suiū stabulū. Ouid. Tertius immundę cura fidelis harę. Quidā etiā aiūt haram significare auē quandā auguralem. Unde deducunt̃ hariolus/ hariolor/ haruspex/ haru/ spicium/ haruspicina/ et haringa.

Arachosia/ regio maioris asię: in qua alexādria et ara/ chotus ciuitates.

Arabia regio inter Iudeam et Aegyptum: ab arabo Apollinis ex Babylone filio. Solinus arabiam in/ terpretatur sacrā. Est autem triplex arabia ƒm Ply. lib. ii. Una fęlix. Altera petrea. Alia deserta. Quidā arabiam panchaiam ⁊ sabeorū gentez eandem esse existimāt in qua thus nascitur. Virgilius. Solis est thurea virga sabeis. Idem. Totaq̄ thuriferis pan/ chaia pinguis arenis. In ea mons syna qui et Oreb in quo Moyses legem accępit. In ea Phęnix auis nascitur et sardonix gemma. Ab arabia fiunt adiecti ua/ arabs/ arabius/ arabus/ arabicus: pro eo ꝙ est ex arabia. Virg. lib. vii. Hyrcanisue arabisue parant. Proper. Nec si qua arabio lucet bombyce puella. Et alibi. Et domus in tectis te tremit arabię: vbi vi/ det̃ ꝙ debeat scribi per geminū. rr.

Arabarches/ arabū princeps/ vel ex p̄mis arabię sicut lybiarches lybię p̄nceps. Iuuena. Atq̄ triūphales inter quas ausus habere: Nescio quis titulos egy/ ptius atq̄ arabarches.

Arachne nomen mulieris lydę quę de lanificio ausa est cū pallade certare: sed victrix dea arachnem percus/ sam radio in araneā cōmutauit. Hoc a poetis fictū est: constat eñ auctore Plyn. Arachnen linū ⁊ retia inuenisse cui⁹ filius closter fusos in lanificio inuenit. Hoc etiā nomine (vt scribit Liuius) dicta ē ciuitas thessalię: cur autē dicat̃ et quid sit magnis ratiōibus

nib[us]q[ue] rerũ ꝓprietatib[us] accõmodauerunt denominationes non aũt ad placitũ. Unde Suidas ita scribit αραχνει ον γιμα και μιτος ο λεπτυνατος και αράχνη θηλυκος τουφασμα αράχνης δε αρσενικός το ζωφιον παρα το αραιαιχνη εχειν.

Araneus masculi. genere: animal. Aranea fe. retia que araneus facit. Catullus. Furis quo neq[ue] seruus est: neq[ue] arca/nec cimex: neq[ue] aranẽ/neq[ue] ignis. Ouid. lib. iiij. metamor. Stamina non summo que pendet aranea tigno. Reperit q[uo]q[ue] tñ aranea ꝓ aiali. Vir. lib. 4. Geor. Laxos in forib[us] suspẽdit aranea casses. Et Ouid. libro. vj. met. Stamen ⁊ antiquas exercet aranea telas: hinc et aragne vel arachne dicitur: ab αράω qd est cõpono apto cõgruo vl vt supra: multa sunt aũt araneoꝝ genera omnesq[ue] greco vocabulo: sz apud latinos vsitato phalangia dicunt. Unũ est genus formice simile sed multo maius: ruffo capite reliqua corporis nigra: albis guttis respersũ: viuit maxime circa furnos et molas. Secũdũ phalangũ gen[us] lupum vocant. Tertiũ lanuginosum: capite magno quo dissecto inueniuntur duo vermiculi qui conceptum impedire dicũtur alligati mulieribus in pelle ceruina ante solis ortum: ꝓpterea atotius dr. Greci ατοκιον παρα το τικτω τη ξο. μαι ετεκον vocãt omne medicamentũ quod sterilitatem inducit. Alia sunt etiã araneorum genera de quibus apud Sipontinum abunde tractatur.

Araneolus cum accentu in antepenultima diminutiuũ est ab araneus. Uirgil[ius] de culice. Atq[ue] vt araneoli tenuem formauimus orsum.

Araris penul. correpta/⁊ per apocopen. Arar. fluuius gallie narbonensis per fines heduorum ⁊ sequanorum in rhodanum fluens. Luc. lib. vj. Rhodanũq[ue] fluentem precipitauit arar.

Ararus penultima correpta: scytharum fluuius.

Araxis armenie fluuius. Luc. lib. vij. Armeniũq[ue] bibit Romanus araxem: hic ab eodẽ monte quo Euphrates descẽdit: qui plane mons a Strabone abon siue abam. a Plynio agam vocatur. Armeniam et atropatiam disterminat.

Araxum vt inquit Plyn. promontoriũ est peloponesy.

Aracythus mons etholie minnerue sacer vt testis est Plyni. vel vt Martianus acarnanie.

Aratrum penulti. producta: dictũ ab eo q[uod] eruat terrã. Sed et greci αροτρον dicunt.

Arabis siue arbis fluuius esse videt[ur] qui apud Plyni. lib. ij. Sarbis scribitur qui ab arianis montibus per drangas ⁊ gedrossos in oceanũ defluit.

Arbea ciuitas iudee sic dicta: quia ibi tres patriarche sepulti fuere ⁊ quartus Adam.

Arbiter penulti. corre. Judex non a lege sed ab his qui litigãt electus qui totius rei habet potestatẽ: dictus ab arbitrãdo. i. existimãdo. Eius officiũ ẽ existimare nõ prout iuris sit/ sed prout ipse equũ esse existimet. Judex vero ex officio dictus est. Aliqñ arbiter dicit[ur] speculator. Plaut. in Aul. Hinc ego ⁊ huc ⁊ illuc potero qd agant arbitrarier. Et in geñ. Accidit autẽ vt Joseph operis quidpiam absq[ue] arbitris faceret. Dicit[ur] ⁊ arbitra. Ambro. lib. j. offi. Conscientia quo innocẽtium ⁊ flagitiosorũ merita discernit: vera atq[ue] incorrupta penarum p̃miorumq[ue] arbitra.

Arbitrium sentẽtia est q̃ ab arbitro statuitur. Interdũ dicitur potestas arbitro data. Unde arbitriũ suscepisse dr qui vim iudicis suscepit. Interdũ opinio: vt Omnia ꝓ meo arbitrio facio. i. vt mihi videtur: et vt opinor faciendum. Quidã arbitramentũ ꝓ arbitrio vsurpant hoc est ꝓ arbitri sententia.

Arbitrariũ dicit[ur] cum adhuc res apud arbitrũ agitur. vel cũ in potestate arbitri seu iudicis est pro arbitrio id est ꝓ opiniõe sua iudicare. Unde arbitraria pena dr que nõ lege statuta est sed iudicis arbitrio relicta.

Arbitror penultima correpta: existimo.

Arbor et arbos in ntõ a robore vt quidã putant. Cui[us] appellatione continentur vites arundines et huiusmodi. Sed cũ planta adeo tenera ẽ: vt herba potius videatur arboris loco haberi non debet. Diminutiuum ab arbos est arbuscula.

Arboreus a. um. quod est arboris. Virg. lib. j. Georg. Arborei fetus alibi.

Arborator nomen verbale ab arboro as. et significat eũ qui arbores putat/ qui ⁊ frondator dicit[ur]. Plyni. lib. xviij. Frondẽ medio die arborator ne cedito.

Arborescere: arborẽ fieri vel in arborẽ crescere. Ply. lib. xix. Tradũt authores in arabia maluas septimo mense arborescere.

Arbutus penul. cor. arbor folio citro simili. Vir. Et q̃ vos rara viridis tegit arbutus vmbra. Arbutũ vero pomũ rubrũ syluarũ quod Plyni[us] orodon vocat q[uod] asperitate sua plura edi nõ possint. Vir. lib. ij. Geor. Dãt arbuta sylue. Alio noie dicit[ur] vnedo et a grecis comarus tam ꝓ arbore q̃ pro fructu.

Arbusta: arbores in quibus extendunt[ur] vites vel arbores vitibus maritate atq[ue] vitifere: que in ordinẽ diriguntur. Docẽt Plynius et Col. quo modo arbustũ sit faciẽdũ. Unde vitis arbustiua ⁊ vimen arbustiuũ quod ex huiusmodi arboribus est collectũ. Rursus arbustum locus est in quo arbores sunt ad fructum consite: sicut salicetũ in quo sũt salices hoc ⁊ arboretum aliqui vocant vt inquit Gellius.

Arbustiuũ genus vitiũ quod arboribus applicatur et in sublime ꝓcedit. Palladius. Locũ quẽ arbustiuis vitibus destinabis implere.

Arbusto as. agrum arboribus cõsero ad maritandas vites. Ply. Trãspadana Italia p̃ter supdicta cornu populo tilia acere orno carpino arbustat agros.

Arceo es. cui. citum s[ecundu]m analogiam cõpositorũ facere debuit: quoniã coerceo coercitum: exerceo exercitũ: sed arcitum in vsu nõ est: sicut nec arcitus nec arciturus. Et nihilominus pro mẽbro artus: et arctus adiectiuum pro strictus a quo formatũ esse cõuenit arcto as. aut certe arcto tanq̃ frequentatiuum ab arctum quasi supino verbi arceo: vt arctum vl' arcitũ fecerit licet neutrum eorum reperiat[ur]. Nam arceo ꝓ stringo in vsu est: vt apud Virg. Teneras arcebant vincula palmas. Ita vt non mirum sit: si arctum eius supinũ fuerit: arcitũ vero facere debere eius cõposita declarant. Interdũ etiã arcere continere est. Unde coercere continere dicimus: et arcus in edificiis q[uod] seipse contineat. Interdum procul siue de longe vetare ne accedant qui veniunt. Unde arx dicta est q[uod] procul a se hostes remoueat. Transfertur etiam ad incorporea. Cice. in parad. Que vis ẽ que magis arceat homines ab improbitate q̃ si senserint nullũ in delictis esse discrimen. Differunt autẽ inter se. Arcere Prohibere Inhibere Abigere ⁊ Vetare. Nam arcere ꝓcul pulsare est vl' obsistere ne aduersarius nocere ꝓpe queat. Liu. libro primo. Ad arcendam vim aduenarũ armati ex vrbe atq[ue] agris concurrunt. Prohibere est de loco vel de re aliq̃ detrudere vl' amouere dicto siue facto: ne quis obtineat qd vult. Inhibere est aliquid concessum vel promissum reuocare/ vl' inceptum vetare ne ꝓgrediat[ur]. Abigere de loco fugare vel pecora ⁊ hmõi abducere. Vetare precipere vl' minari: vel facto ꝓhibere: ne quid secus dicatur aut fiat q̃ ipse vult. Et generale est significatione verborũ p̃dictorũ. Ponit[ur] tñ q[uo]q[ue] arcere pro fugare. Col. lib. j. Sic emunita sola et latera hoim tectorũ ꝓhibẽt curculionẽ: quod genus exitij cũ incidit multi opinãtur arceri posse. Sciẽdũ est q[uod] arceo vltra accusatiuũ

non solū ablatiuū cum ꝓpositione/sed etiā sine ꝓpositione requirit metri vel ornatus causa. Li.lib.j. Ceteros metus non curia modo sed etiā foro arcebat. Et in eodem. Inde ad leuam versi: q̄ dextera tyberis arcebat cū magna trepidatiōe agrestiū populabanť. Hui⁹ verbi cōposita sunt abarceo/coerceo/exerceo/ et perarceo: de quibus locis suis.

Arcesso is. ab arceo/nascitur et accuso siue ad accusandum eo significat. Etenim accusare alium: est a maliciis eū arcere. Et hoc modo ꝯstruiť cum gtō/et aliq̄n cū ablatiuo. Cic. lib. j. ad Herē. Arcessiť cepio maiestatis. Idē lib. ij. offi. Atq̄ etiā hoc preceptum officij diligenter retinendū ē ne quē vnq̄ innocentē iudicio capitis arcessas. Est et arcesso ꝓ aduoco/siue aduocandū eo. Ab arceo d. in r. mutata. Antiqui eñ teste Pris. d. literā mutabant in r. nos in c. Interdū arcessere est preoccupare/vť ante tēpus distrahere. Cice. Quādo arcessentur quo genere vecture.

Arca dicta est vt inquit Varro: ꝙ ab ea clausa arceanť fures. Arcula diminuti. parua arca: a quo arcella: sed in frequentiore vsu est arcula. Cicero. lib. ij. offi. Premittebat q̄ de stipatoribus suis qui scrutarēťur arculas muliebres et ne quod in vestimentis telum occultaretur exquirerēt. Est ꝛ arcula auis que in auspicijs aliquid fieri vetabat.

Arcanum: dicitur secretum/abscōsum: Ab arca in qua que clausa sunt tuta manent. Potest et ab arce dici q̄ tutissima pars vrbis est.

Arcera: ab arca deducitur: et significat plaustrū tectū vndiq̄ et tabulis quasi arca quedā magna vestimentis instrata: vt inquit Asco. Quo vehiculi genere senes ꝛ egroti cubantes vectabantur.

Arcesilas penulti. correpta: nomen philosophi ꝓpriū qui ex pythana eolica ciuitate ortus relicto genitali solo sardis perrexit/mox athenas profect⁹ in academiā se ad cratonem contulit quē platonicā philosophiam omnino commutasse nouamq̄ quandā constituisse ferūt: cauillator vocabať qui cum nihil se scire diceret nec alios scire quicq̄ patiebať omnes turbās sophismatib⁹. Obijt cum merū immodice hausisset de hoc Persius. Non ego curo esse quod arcesilas erumnosiq̄ solones.

Archarius ꝓfect⁹ et moderator diciť. Pau. ad Rom. Salutat vos Erastus archarius ciuitatis.

Archos: latine princeps diciť: a quo fiunt multa cōposita: vt patriarcha princeps patrum.

Arche nobis principiū a quo αρχω impero presum.

Archias nomen poete: quo latine significať principat⁹ de quo extat Ciceronis oratio. Alter fuit Tarentin⁹ philosophus pytagoricus floruit Platonis tēpore. Alius Mitylenei⁹ musicus. Alius de agricultura scripsit. Alius epigrāmatum scriptor. Alius de agricultura librum edidit.

Archiatri dicūť medicorū ꝓncipes: qui ꝛ protomedici.

Archigenes penulti. cor. princeps generationis diciť. Est ꝛ nomen celeberrimi medici. Sed pro greculis vel similibus poni consueuit qui se pre omnibus sui generis sciolos ostendunt.

Archigrāmatei dicti sunt scribarum principes. Unde scribit Pluta. Eumenē cardianū fuisse archigrāmatea Alexandri magni: vulgo cancellarij vocantur.

Archimedes penultima ꝓducta: nomen ꝓprium viri Syracusij qui geometrice ac machinalis syderalisq̄ sciencie cōsultissimus fuit ꝛ celeberrim⁹: testimonio Liuij Plynij et Plutrachi. Hic veluti de⁹ terrenus mechanico artificio spherā vitreā fecit in qua mira cōuersione dissimili motus circulorum visebantur. De qua sic scribit Claud. Iura poli rerūq̄ fidē/legēq̄ deorū. Ecce syracusi⁹ trāstulit arte senex. Percurrit propriū mētitus signifer annū. Et simulata nouo cynthia mense redit. Marcellus in expugnatione syracusarum interdixit ne archimedes vnus violareť. Verū cum syracuse caperenť ꝛ ipse animo ac oculis in terra defixis formas geometricas describeret: ab ignaro milite quis esset interfectus est.

Archilochus penul. correpta: nomen poete lacedemonij floruit Rome regnante Tullo hostilio in quo vt Quin. inquit sūma vis elocutiōis fuit: de quo Hor. Archilochum ꝓprio rabies armauit iambo. Alius fuit archilochus Nestoris filius qui patrē in expeditione troiana secutus a Mennone interfectus est. Alius fuit siculus qui ariciam vrbē condidit.

Archetypus penul. corre. adiectiuū dicitur exemplare ex αρχη que est principalis ꝛ τυποσ figura quasi ex principali ꝛ naturali figura trahať. Nā est quodcunq̄ ita primum fabricatū est vt exemplar reliquis sit. Plyni. ad Anthonium. Ut eñ pictoris pulchrā absolutamq̄ raro nisi peius effingūt: ita ego ab hoc archetypo labor ꝛ decido. Aug. lib. xv. de ciuita. dei Hinc primo exēplo et vt greci appellant archetypo quedam sui generis imago respondit. Sūt qui exponant archetypos ꝓ antiquis. ab eo ꝙ archeos antiquus diciť: et typos forma. Mar. Si tanq̄ tabulas scyphosq̄ paule omnes archetypos habes amicos. Nec refert ꝙ secundā syllabā Archeus producat et eandē archetypus corripiat: cū in plerisq̄ alijs idem soleat inueniri vt in geometria et archeronte.

Archelaus philosophus atheniēsis seu millesius quē patrem habuit Apollodorum et fuit auditor successorq̄ Anaxagore a quo socrates philosophiā audiuit. Hic phisicam philosophiam ex ionia athenas inuexit. Estq̄ physicus appellatus ꝙ in eo defecerit philosophia naturalis socrate ethicē introducente: q̄q̄ ne hic quidē ethice rudis fuit: qui de legibus de honesto et de equo philosophatus est. Fuit et alter archelaus Antenoris troiani fili⁹ quē Homer⁹ scribit rei militaris peritissimū fuisse. Alius fuit geographus qui terram omnem ab Alexandro peragratā descripsit. Alius de rerum naturis carmine scripsit. Alius oratoriam docuit.

Archeptolemus: fili⁹ Iphiti auriga Hectoris enipeo interfecto a Diomede interfectus.

Archimandrite: penul. pro. dicunť prepositi ꝯsectanee turbe haud longe dissimiles cū episcopali dignitate ꝙ ꝓncipes mandre et agminis sint. Mandre eñ veterinorū et animantiū brutorū agmen diciť. Mar. Nec dať obstantes mulorū scandere mādras.

Architectus ꝛ architector nomina cōposita ex archos princeps ꝛ τεκτων faber principalis: faber fabricandi artem habens vel qui structuris edificiorū preest. Unde Victruui⁹ librū de architectura condidit. i. de edificijs construendis: fabri autem qui aliquid manu faciūt in edificijs alteri fūgunť ingenio: alteri opera valent. Cicero. Var. Si quis adhibere volet non modo vt architectos: verumetiam vt fabros ad edificandam rempublicam.

Architector aris. compono. Idē lib. ij. de fi. An ꝙ ita classi das vt optime possit architectari voluptates.

Architectura edificandi scientia.

Architriclinus penultima ꝓducta: qui principalis est in aula discumbentium. Compositum nomē ex αρχη ꝛ τρεισ ꝛ κλινη. que lectos significat. Nam in aula tres toros in tribus aule dimēsionib⁹ collocabant vbi conuiuantes discumbere cōsueuerunt. Iuuenalis. Tertia ne vacuo cessaret culcitra lecto. Architriclini erat curare vt edulium variorum fercula seriatim et in tempore conuiuis exhiberenť: vt recte omnia disposita essent.

Archimagirus penulti. producta: princeps ꝛ magister coquorum qui coquine preest. μαγειροσ eñ latine

coquus. Iuue. Pariter librarius archimagiri.

Archytas penulti producta. Tarētinus philosophus pytagoricus: fuere et alii hoc noie vocati.

Archiuum. penultima pro. armarium librorum.

Archidamus: nomen viri Spartani. Hic rogantibus socijs quantum pecuniarum foret satis ad bellum peloponensiacum: scienter respondit: Bellum ordinata non querit.

Archippus nomē philosophi qui thebis scholas habuit: vt scribit Hiero. et pythagore auditor fuit.

Archemolus penultima correpta. Rheti regis Marrubiorum in Italia filius. De quo Virgili⁹. Et rheti de gēte vetusta Archemolum thalamum ausum incestare nouerce.

Archemorus penul. correpta. Lucurgi Thracum regis filius qui a serpente occisus fuit: vt apud Statiū lib. Thе. sic dictus ꝙ futurum apud thebas regib⁹ ostenderit exitium. Hic Hypsiphilem nutricem habuit: que cum sitientibus qui ad thebaicam expeditionem proficiscebantur lāgiam fontem ostenderet: Archemorum puerum super viridi herba deposuit qui a serpente vulneratus periit. Unde fons ille Archemorus vocitat⁹ est: et annuus agon in pueri illi⁹ memor iam celebrari ceptus.

Arcadia: peloponesi regio et achaie pars a mari vndique remota. Ab Archade Iouis filio Ex calistone Lycaonis Archadie regis sic apellata. Hec vt Eusta. docet aliquādo dicta est pelasgia a pelasgo rege magno et sapiēte viro qui vite cultior authos eis fuit: et victum ex stirpibus herbarum arborumque frondibus transtulit ad glandem: maximeque phagineam. Aliquando etiam Lychaonia. Aliquando Gigantiga: et aliquando Parrhasia. Arcas autē cum pelasgos in deditionem redegisset: eorum regionē arcadiam nominauit. Scribit Ply. Hanc totam montuosā in qua sunt asini ceteris maiores ac prestātiores. In ea Erymanthus fluuius: lernea pal⁹ et lapis Asbestos inextinguibilis.

Arcas arcadis: nomen Iouis filij: et adiectiuū ab Arcadia: vt populi arcades.

Arcadicus/arcadica/arcadicū: quod est ex Arcadia: vt arcadici mores.

Archander: Danai socer nomen proprium.

Arctos latine vrsa: que quia i modum plaustri vertitur nostri eam septētrionem dixerūt. Et inde arctous septentrionalis et borealis. Et Arcticus polus. i. borealis: de quo Cice. lib. ij. de natura deorum. Hunc circum Arctoe due feruntur nunꝙ occidentes. Ex his altera quidem apud Graios Cynosura vocatur: altera elyce. Nam elyce maior est vrsa que et Calisto vocata fuit Cynosura vero minor arctos. vn̄ Ouidius libro. iiij. Fas. Esse duas arctos quarum Cynosura petat Sydonijs: elycē graia carina notet. Artos vero sine c. panis dicitur.

Arctophilax: penultima correpta: arctoe siue vrse philax. i. custos. Cicero. Arctophilax: vulgo qui dicitur esse bootes. Hic plaustrū vehit. Ideo rustici septentrionem dicūt. Is fuit arcas Iouis filius ex calisto. Effigiatur. xiiij. stellis.

Arcturus penulti producta: stella in signo boote post septentrionem: cuius ortus et occasus tempestates facit: et dicit vrse cauda. Oritur a canicula fere post diem quinquagesimum.

Arctous ab arcto idem est quod septentrionalis et arcticus similiter septentionalis.

Arctus a. um. strictus: vt arcta est via que ducit ad vitam: ab arceo fit. Columel. lib. iij. In tribulum fictile vel cornu arcte inserito.

Arcto as. frequentatiuū est ab arceo.

Arcus ab arceo pro contineo: fornix edificij est ꝙ se ipse contineat. Quis ab opere erigendo in altitudinē quidam dici velint. Cicero. Iam eñ atriolum et arcus duos absoluerat: Et arcus iris celest: et tam secūde ꝙ quarte declinationis: in vtraque significatiōe. Cice. de natura deorū. Cur autem arci species non in deorum nūero reponat. Hie. in Ezech. Vidit velut aspectum arcus cū fuerit in nube in die pluuie. Enni⁹ ge. se. protulit. Formatur autem hoc modo arcus celestis. Dum enim sol in nubibus rarescentibus ex aduerso refulserit: radiosque suos directa linea hūori nubilo transfundēs impresserit: fit repercussio splendoris eius in nubibus: ex quibus fulgor emicans arcus speciē format. Sicut enim impressa cera anulo imaginem exprimit: sic nubes econtrario ex rotunditate solis figurā sumentes orbem efficiunt: et arcus effigiem fingunt. Apparet autē hoc modo semper: sed cū rarescunt nubila celi. Nam rursus cū coeunt in se nubes atque densantur cōfestim arcus forma resoluitur. In nubium eñ densitate arcus imperfecto gyro cōplectitur. Denique sine sole et nubibus nunꝙ apparet arcus. Quadricolor aūt est: qr ex omnib⁹ elementis in se rapit species. De celo enim trahit igneum colorem: de aquis purpureum: de aere album: de terris colligit nigrum. Arcus vero quo sagitte iaciuntur tantum quarte declinationis est ab arceo cum significat a longe vero: ꝙ missis sagittis non sinat hostem accedere. Quod nomen etiam per q. apud antiquos scribebatur Arquus. Unde arquites arcu preliātes qui et sagittarij dicūtur. Et arquatus. Grece autem τοξον. latine dicitur arcus. Inde argyrotoxos apollo argenteū arcū gerens: et hyppotoxate equestres sagitarij.

Arcuatus ta, tum. in modum arcus curuat⁹: ab arcuo arcuas. Plynius. libro. xix. Illam autem que arcuatur greci sepam vocant. Liuius lib. i. Ad id sacrariū flamines bigis curru arcuato vehi iussisti. Heronymus in ꝓlogo Iosue. Unde cesset arcuato vulnere contra nos insurgere scorpius. Hinc arcuatim aduerbium more arcus.

Arcatus: ab arcus arci: quasi in modum arci factus. Ouidius libro. xj. Meta. Iris et arcato celum curuamine signans.

Arquatus ab arquus: et is dicitur cui color et oculi virent a colore. s. arqui celestis: quem morbum quidā appellant demoniacū: quidā aquariū: quidā aurugi nem: quidam regiū: quidam ictericum.

Arculus diminutiuum ab arcus: a quo fit aliud diminutiuum arcellus: et arculus dictus est deus qui tutelam gereret arcarum. Item arculus dicebatur circulus qui capiti imponebatur ad sustinenda commodius vasa que ad sacra publica capite portabant apud Athenienses.

Arcula circuli qui e farina in sacrificijs fiebant.

Arcima: gen⁹ modici plaustri quo homo gestari solet.

Ardeo es. si. sum. quod et ardo is dicitur significat cōcremor. Virgilius. Namque volans liquidis in nubibus arsit harundo. Et in euangelio. In ignem mittent et ardet. Per translationē ardere ponitur ꝓ ardenter/seu impatiēter amare. Et sic modo cū accusatiuo: modo cū ablatiuo cōstruitur. Virgi. Corydon ardebat alexim. Horatius. Non aliter samio dicunt arsisse batillo Anacreonta teum. Iñterdū ꝓ festinare. Unde ardens ꝓ festinante ingenioso acutoque ponit: ꝙ instar ignis oīa penetret: sicut econtrario segnis dicitur tardus quasi sine igne. Virgili. Instant ardentes tyrij. Interdū pro fulgorē emittere. Idē. Tyrioque ardebat murice lena Vn̄ et ardēs pro candido a candore flamme. Idem Ardentesque auertit equos. Interdum pre dolore irasci: vt apud eūdem lib. x. Proxima queque metit gladio latūque ꝑ agmen.

Ardens agit limitem ferro te turne superbum: Cede noua querēs. Interdum pro consumi. Cice. Quoniam nimio videndi te desiderio ardebā. Interdum ꝓ optare. Plyni. Ardeo te videre. Virg. Patrieq; mori ꝓ menibus ardent. Huius composita sunt exardeo/inardeo/⁊ perardeo: in quibus prępositio auget vim significationis.

Ardesco is. ardens fio. Grego. Sed ad hęc audita inardescit animus: iamq; illic cupit assistere vbi se sperat sine fine gaudere.

Ardelio: hō inquietus: et huc atq; illuc sę volitās saliens ⁊ oīb⁹ negocijs sese immiscens.

Arduus a. um. altus et difficilis. Ouidius. Ardua prima via est.

Ardea: auis quędam quasi ardua: quoniam volando alta petit. A grecis dicitur ερωδιοσ. Virgili⁹. Atq; altam supra volat ardea nubem. Huius diminutiuū est ardeola. Est et ardea nomen vrbis in latio a feruore regiōis sic dicta: quę xviij. miliaria ab vrbe est posita. Mar. Ardea solsticio pestanaq; rura petantur. Quiq; cleoneo sydere feruet ager.

Ardeates populi sunt ardeę incolę: habet penul. pro.

Area proprie dicitur locus purus in vrbe sine ędificio: quem gręci plateam dicunt. Dicta area ꝙ ardore solis sit facta arida et non possit quicq; generare: quidam ab ara deducūt: ꝙ sicut hęc ara pura est: ita areę in vrbe siue i domo loca pura sunt id est sine ędificio. Vel ꝙ sicut arę flammis: Ita areę e solis ardore torrentur. Valla. Cāpus ē planities ampla et grandis/ideoq; spaciosę placeę areę vt campi nomen accipiunt. Vnde Romę campus martius. Nam locus huiusmodi vocatur area. Sueto. tamen in Cęsa. posuit aream ꝓ loco puro accōmodato foro extruendo cum inquit. Forum de manubijs inchoauit cui⁹ area super sestertium millies con[illegible]it. Item area dicitur solidum/terrenum/planities glabra: id ē locus purgatus coęquatusq; et cylindro consolidatus plateis amplitudine similis: vbi frumēta arescunt ⁊ teruntˀ. de qua Virgilius lib. j. Georgico. Area tum primū ingenti est ęquāda cylindro. Columella libro tertio. Area quoq; si terrena erit: vt sit ad trituram satis habilis primum raditur. Et area est per diminutionem areola subacta est terra probe atq; sata seu serenda: quales sunt in hortis in quibus quadrata quędam et bene subacta atq; coęquata spacia i quę mox semina iaciantur. Columella. Areę sic informādę sunt vt facile runcantium manus ad dimidiam partem latitudinis perueniant. Columella lib. sexto. Crebro putrem terram duos alte digitos insternemus ⁊ modice rigabimus stramentisq; areas cooperiemus. Ex huiusmodi areis locatis magni prouētus capiebantur. Cice. in Para. Etenim si isti callidi rerū estimatores prata ⁊ areas quasdam magni estimant ꝙ eius generi quasi nocerēt: nihil potest ⁊c. Itē area vocatˀ morbus in capite cum capillorum profluuio. Item Area siue Aria media producta insula est in ponto versus colchos marti sacrata.

Areola cum accentu in antepenultima diminutiuū ab area. Columel. lib. vj. Cum terram bene subegeris areolas facito. Hieron. in Can. Gene illi⁹ sicut areolę aromatum consitę a pigmentarijs.

Areator: qui aream purgat et in ea frumētum triturat. Columella libro secundo. Atq; hoc supremum areatoris emolumentum percipiendorum seminum quę terrę crediderat.

Aridus a. um. penulti. cor. siccum quod naturalem humorem amisit. Ambro. Arida terra dicta est nō solū ad gen⁹/sed etiam ad speciem terrarū refertur: vt sit vtilis sicca habilis et apta culturę. Arida aūt expressio naturę est. Terra appellatio quędam simplex nec gocij. Interdum Aridum ponitur ꝓ puro ⁊ lucido. Plautus in Rud. Argento arido. Interdum pro horrifico acuto cum de sono loquimur: quia ea q̄ arida sunt cum frangi ceperint nimium atq; horrificum sonum edunt. Virg. lib. j. Georgico. Et aridus altis montib⁹ audiri fragor. Huius diminutiuū ē aridul⁹.

Ariditas: quę ⁊ aritudo dicitˀ pro siccitate. Var. Frig⁹ calore atq; humore ariditudinem miscet.

Areo ares arui arid⁹ sum. Plautus in Rud. Vtinam fortuna nunc anatina vterer: vt cum exissem ex aqua arerem tamē. Quidam hoc verbū ab ara deducunt: in qua quę dijs immolabantur torreri solebant. Alij vero ab ara: sed per contrarium sensum. αρω του αρδειν quod significat irrigare ꝙ aridū minime sit irrigatum. Hui⁹ composita sunt adareo Exareo Inareo Obareo Perareo et Subareo.

Aresco: aridus fio. Cicero lib. ij. ad Herenniū. Nihil lachryma citius arescit. Adaresco probe aresco sicut Exaresco. Cato de re Rustica. Vestimenta ne tineę tangāt amurcam decoquito ad dimidium: et vngito fundum arcę ⁊ extrinsecus et pedes et angulos: vbi ea adaruerit vestimēta condito. Inaresco intus siue penitus aresco. Columella lib. j. Deinde cū q̄dictū tectorium inaruit. i. aridum intus penitusue factum est. Obaresco circum siue omnino aresco. Lactanti. libro de opificio. Acies. i. membrana illa perlucens quā siccari ⁊ obarescere nō oportet: nisi humore tersa pure niteat obsolescit. Peraresco valde aresco.

Arefacio: aridū facio. Cui⁹ passiuū est arefio ꝑ exiccor.

Arelate: ciuitas est in mediterraneo narbonēsis gallię a Plynio dicta colonia Sextanorū quoniā ex sexta legione coloni deducti sunt.

Ares grece αρησ quattuor significat. Ferrū interdū bellum. Aliquando vulnus: sępius vero Martem. quo nomine et nos et ferrū et bellum: et vulnus significamus. Ab ἀρησ Aries quasi martialis sicut a marte martius: nā etiā mathematici dicūt martis esse domū arietē ⁊ scorpionē vt etiā ob ꝯuenientiam influxus dicatˀ aries a marte: a gręcis tn̄ deducendo.

Arete grece αρητε latine virtus. Vnde philaretus proprium nomen: et significat amatorē virtutis. Est etiā arete nomē mulierꝭ vxorꝭ alcynoi regꝭ pheacū.

Areopagos: penul. correp. Martis vicus: nā αρεοσ Martis παγοσ vicus. Nam vicus erat Athenis a templo martis sic cognominat⁹ vbi primū iudiciū capitis actum fuisse dicit Plini. lib. vij. Et inde

Areopagitę illi dicebantur: qui in templo Martis iudicabant: quod iudicium exquisitissimū habebatur. Nam cum Mars qui grece dicitˀ αρησ homicidij crimine reus fieret: iudicantibus duodecim dijs in eo pago sex sententijs absolutus est. vt Stephan⁹ Byzantius docet ⁊ multi alij gręci: verū quid ageretur in areopago Julius quidem pollux libro. viij. scribit de magistratibus atheniensium et eorū locis: Areopagitarum magistratus erat iudicare de cede: et de statu reipubli. prouidere vnde ait οἱ δε εννεα αρχοντεσ οι καθεκαστον ετι αυτον μετα τοασ ευθυνασ αει τοισ αρεοπαγιτα ισ προσετιθουτο υπαιθρι δι δε εδικαζον το του φονου: sed multa essent dicēda: que Pausanias scribit de gręcia illustrata et alij.

Arethous rex fuit in arna vrbe boetię.

Aretalogus: penultima correpta Porphirione teste garrulus ⁊ loquax dicitur in ostentatiōe virtutis vnde nomen deducitur ἀρετη enim grece virtus: et logos sermo siue verbum/sententia/ratio/prosa/cura/studium: ⁊ multa alia. Suetonius in Augusto. Frequentius aretalogos et festos ⁊ solemnes nonnūq; tantum iocularitatem celebrat. Iuuena. Et mendax aretalogus. Aretalogus etiā dicitur qui fingendis

mendaciis auditores mouet arte verborum. Sed tunc esset cõtra Porphyrionẽ. Nõ eñ ab αρετησ/sed ab αρεσκω placeo: sed αρεσοσ id est placid⁹/et logos sermo: quasi aretalogos/vir placidi sermonis/blãd⁹ multa delectatione/affabil'/mitis ꝛ dulcis.

Arethusa penultima producta: virgo venatrix/ Dianę comes ab Alpheo amata: in fontẽ Sicilię apud Syracusas conuersa est. Virgilius. Et tandẽ positis velox arethusa sagittis. Unde et Syracusę arethusides dictę sunt/ab arethusa fõte formata patronymica fęminina. Ouidius libro quarto Fasto. Utq; syracusas arethugides abstulit armis. Claudius. Fuit et Arethusi⁹ fons Smyrnę. Tertius in chalcidia. Quartus in Itaca. Est et Arethusa locus syrię munitus iuxta emesã sexdecim milib⁹ passuũ/a qua arethusij: vt inquit Strabo.

Aretiũ ciuitas Thuscię: a gręcis cõdita eo tpe quo populus Israel sub iudicibus regebatur.

Aretissa: lac⁹ maioris armenię: de quo Pli. lib. vj. Tygris influit in lacũ aretissã: oia illata põdera sustinentẽ. Solin⁹ vocat eũ arethusã/Strabo Arsenẽ.

Arena: tenuissimus puluis aridus. Ideoq; ab ariditate deductũ nomen quidã existimant. Caret eñ omni humore ꝛ succo: vnde et plurimã aquę ebibit. Et ita sine aspiratione scribi debet. Nec quẽq; mouere debet ꝙ arena habeat primã breuẽ/areo vero productã: cum deriuatiua non semper primitiuorũ naturã seruent. Alij ab herendo/ꝙ sibiinuicem propter tenuitatem cohęreant: vel ꝙ cum calce parietibus inhęreat: sicut in fabricis videmus. Et sic cum h. scribunt. Eius vero tres sunt species/sc3 fossitia/ fluuiatica/et marina. Inter quas grossior ꝫabulum nuncupatur. Quandoq; tamen Arena ponitur pro loco in quo pugnabant gladiatores. Suetonius in Augustum. Quodã autem muneris die parthorũ obsides tunc primũ missos per arenã mediam ad spectaculum induxit. Hinc arenarij dicti sunt gladiatores qui in arena depugnant. Quandoq; forum arena dicit: quia illic sic depugnant actores causarum/vt in arena gladiatores decladiabantur. Seneca. Hoc ita habitũ est scholam quasi ludum esse forum arenam. Hinc Plinius Arenam suam appellat centumuiros: quoniam in iudicio centumuirali certabat frequenter, telis oratorijs. Hoc nomen licet pluralem numerum non habebat. Virgilius tamen dixit: Quã multę ꝫephyro turbantur arenę.

Arenaceus a.um. quod ex arena est.

Arenarius ria. rium. quod ad arenã pertinet: vt/ Iuppiter arenarius.

Arenosus a.um. quod arena abundat. Pli. Littus nõ arenosum/sed alga ꝛ fluuiorum sordibus plenũ.

Arenatus a.um. quod ex calce et arena factũ: sicut marmoratũ quod ex marmore. Plinius. In gręcia tectorijs etiã arenatũ quod ducturi sunt prius in mortario ligneis vectibus subigunt.

Arenula dimi. ab arena: quę est tenuissima. Pli. libro xxx. Arenulę quę inueniuntur in cornibus cochlearũ cauis dentiũ inditę statim liberãt dolore.

Arguo guis. gui. gutũ. imputo siue accuso: et cũ genitiuo sępius ꝗ ablatiuo construitur. Curtius. O: sinem modo auaricię/interdũ et defectiõis arguebat. Cicero lib. ij. ad Herenniũ. Ut si quisq; furti arguat dicat eũ esse hominẽ improbũ/auarũ/fraudulentum. Similiter quando significat reprendo cum ratione ꝛ argumentis: vt in Geñ. Certe mendacij nos arguere non poterit. Plautus in Amphy. Et eccũ video qui me miseram arguit stupri dedecoris. Si vero id quo quis arguit non exprimit/accusatiuũ tñ habet. Lactan. lib. iij. Tui ergo te libri arguũt. Proprie tñ arguere est ostendere. Virg. Degeneres animos timor arguit. Huius cõposita sunt Coarguo et redarguo. Salu. Lentulũ dissimulantẽ coarguunt sermonibus: quos ille habere solitus erat. Sciendũ est/ꝙ licet Arguo argutũ supinũ faciat: ex quo argut⁹ participiũ: tñ futuri tpis est arguiturus. Salu. lib. ij. histo. Quos aduersũ multi ex bytinia volentes occurrere falsũ filiũ arguituri. Nã vt docet Prisci. Quędã sunt verba in utũ supinũ formantia: quorum participia futuri terminãt in iturus/et verbalia in itio: vt argutũ arguiturus/tutũ tuiturus: sputũ sputur⁹: sputio: plutũ pluiturus pluitio.

Argutus a.um. participiũ. Plaut⁹ in pseu. Argut⁹ malorum facinorum. Qñq; vero est nomen modo pro malicioso et falso: qui cũ lepore quodã quę cupit dicit facitve: quasi arguens acute et inuestigans. Modo pro canoro resonãtiq;. vt arguta hirundo. Et arguti holes qui multũ et celeriter loquuntur ab argo naue: quę a celeritate dicta est. αργοσ eñ velox dicit. Vir. Argutos inter strepere anser holores. Modo pro exili breui ꝛ quasi acuto. Idẽ lib. iiij. Geor. Argutũq; caput/breuis aluus/obesaq; terga.

Argutia e. dicitur acute et maliciose dictũ vel factum. Plau. in Mus. Exi a culina sis foras mastygia: q̃ mihi inter patinas exhibes argutias.

Argutor penul. produ. deponens: ab argutus fit: et significat procaciter ꝓloquor. Neuius. Quãdo ad ludos venit: alij cũ tacerent totũ diẽ argutatur quasi cicada. Est ꝛ argutari subsilere. Titu. Terra hęc est noua qua tu solitus argutari pedibus cretã dum cõpescis/vestimentaq; leuas. Reperitur et arguto in eadem significatione.

Argutulus dimi. contemptui deriuatũ/ꝛ nõ blandiendi causa: vt homunculus et homulus.

Argumentũ (vt a Quintil. diffinitur) est ratio probatione pręstans/ qua colligitur aliud per aliud: et quę quod est dubiũ per id quod dubiũ nõ est/ confirmat. Sumitur interdũ etiã pro materia. Cicero. Quoniam nullũ scribendi argumentũ mihi relictum est. Interdũ pro coniectura. Interdũ pro verisimili probatione: vt sunt argumenta comediarum. Interdũ ꝓ summa versibus exposita.

Argumentatio est explicatio et enarratio argumenti. Accipitur et pro eo quod mente cõponitur. Ambro. Cognito ꝙ Heliseus esset qui consilijs ꝛ argumẽtationibus eius obuiaret.

Argumẽtor: rationibus nitor ad aliquid ꝓbandũ.

Argẽmissa vel argemussa: insula ad continentẽ troadis prope argenicũ promontoriũ locata. Iuxta quẽ locum Alcibiades extinctus est.

Argenos latine: dicit albus/splendidus. Festus. Argenum argentũ percandidũ. αργυροσ.

Argetos significat velocẽ ꝛ candidũ/splendidũ ꝛ stre(nuũ.

Argus nomen ꝓpriũ regis argiuorum. Hic fili/ us apis fuit: ex cuius noie argi argiui appellati sunt. Quo regnante cępit vti frugibus gręcia: et habere segetes in agricultura/delatis aliũde seminibus. Et post obitũ deus haberi cępit templo et sacrificijs honoratus. Fuit et alius Arg⁹: qui a poetis oculis plenus fingitur: custodisse Iunonis imperio Inachi filiã eius deę pellicẽ i bouis speciẽ conuersã. Qui postea a Mercurio interfectus fuit. Unde et argiphontes cognominatus est ꝙ Argũ peremerit. Unde centum stellarum luce distinctũ Argus dicit. Et argus vocatus fuit nauis architect⁹: a quo Argonautę. Est et argus adiectiuũ ꝓ argiuis: vt est apud Plau. Nat⁹ amphitrio argis ex Argo patre.

Argo generis fę. nauis quã Iason duxit ab Argo architecto. De quo Flaccus ad Charũ. Tritonia deuolat argũ molliri. Hunc puppẽ iubet ꝛ demittere ferro robora. Seu ab argon quod est velox: vt inquit

Diod. Inde arguti(vt sentit Probus) dicti sunt: q̄ multū et celeriter loquunt. Alij autumant argo nominatā esse ab argiuis: hoc est grecis. Qđ sentire videt Cicero lib. j. Tus. cum ait. Et eas angustias per quas penetrauit ea que est nominata argo: q2 argiui in ea delecti viri vecti petebant pellē inauratā arietis. Inde argonaute dicti sunt.

Argos in sing. gene. neutri: in plu. mas. vt hi argi. Hora. Aptum dicit equis argos ditesq̄ mycenas. Virgili⁹ lib. x. Herculis anthorē comitē q̄ missus ab argis. Est autē ciuitas nō longe ab Athenis peloponnesij caput: et omnib⁹ ciuitatib⁹ grecie antecellebat. Cui⁹ rex prim⁹ Phoroneus fuit. Dicta argos ab Argo rege: vt scribit Aug⁹ libro. xviij. de ciui. dei. Hinc argiui greci dicti sunt: et argolic⁹ sin⁹/ et argolici duces/ et argolica regio. Alia est ciuitas Argos thessalie qđ pelasgicon dicunt. Alia in Achaia nō longe a mycenis: que et Hippion vocat. Et in Acarnania amphilogicum. Est et argos quedam grecie pars. Omnis quoq̄ littoralis ora dicebatur argos: et ante danaū argiade: hoc est argiui. Argos quoq̄ grece dicitur tardus. Hinc iocus in endecasyllabo Mar. Non nautas puto vos/ sed argonautas. Ubi allusio est ad famigeratos nautas: ⁊ intelligi tn̄ vult pigros et lentos nautas. Et argos nauis signū celeste orit pridie Idus Martij.

Argis aduerbialiter i loco. Plini⁹ libro. xvj. Argis etiam olea durare dicit.

Argeus a. um. idē qđ argiu⁹. Hora. libro. iiij. Car. Tibur argeo positū colono: ab argos vrbe. Et argeus mons est ab vna parte Cappadociā cingens.

Argei (teste Uarro.) dicebant scyrpee effigies que per virgines vestales iacebant singulis annis in Tyberim per pontē sublicii. Argei etiā dicebant loca sacra Rome argeorum. Uarro. Reliqua vrbis loca olim discreta: vt argeorum sacraria argeos dictos a principibus: q̄ cū Hercule argiuo Romā venerunt

Argia pe. pd. nomen Adrasti regis Argiuorum filie: que conuersa fuit in fontē sui nominis.

Argie pluralis numeri tm̄: oppidū est Laconie.

Argolic⁹ a. um. idē qđ argiu⁹: vt regio argolica.

Argonaute dicti sunt heroes illi q̄ cum Iasone in Colchos pfecti sunt: ex quib⁹ pcipue fuere Castor ⁊ Pollux/ Telamon/ Orpheus/ Hercules et Hilan puer: sic cognominati a naue quā innauigauerunt: qui fuerunt supra quinquaginta: vt Orpheus libro primo/ et Apollonius in cathalogo heroum.

Argiletū/ ab argo dictū: ꝙ is eo venerit: ibiq̄ sepultus sit. Nā Argolus siue argus dux argeorum apud Euandrum hospitatus est. Cum in suspitionē regni veniret: clā noctu ab arcadibus est interfectus/ vt volunt inscio Euandro. Cui Euander tumulū fecit: et loco nomē iposuit a leto: id est morte Argoli siue argi Argiletū. Uar. scribit Argilletū etiā dici ab argilla/ id est creta: cui⁹ copia illic erat. Erat autē argiletū loc⁹ i vrbe prope palatium: vbi taberne bibliopolarum erāt/ que argiletane dicebant. Mar. Argiletanas mauis habitare tabernas.

Argilla: est terra cretosa et candida/ qua figuli vtuntur ad vasa facienda. Iuuenalis. Argyllā atq̄ rotā citius properate.

Argema: morbus oculorum: cum vlcus circulū oculi infestat: quē greci Irim dicunt. Latini se albugo vocat: et leucoma etiā grece a candore. Videt esse idē fere qđ leucomata: i. albugines a candore.

Argyrippa: ciuitas in Apulia/ quā Diomedes edificauit: a qua argyrippini dicunt.

Argyrio latine argentū: a q̄ argyrocop⁹ argētari⁹ ἀρ-
Argyrologus: questor que- (γυρος καὶ κοπτω.
rens argentum: ἀπο τοῦ λεγειν

Argyrondes: Etolie fluuius propter argenteum aque (candorem.

Argyraspidas dicimus eos qui argentea scuta ferunt. Unde sicut refert Lamp. Alexander imperator romanus/ non solum fecit argyraspidas/ sed et chrysaspidas: ita ab aureis clypeis nominatos/ ασπις.

Argyrotoxos: argenteum arcum gerens: quo nomine dictus est Apollo. το τοξον.

Argentū primo signatum est anno vrbis quingentesimo octogesimoquinto. Quin. Fabio consule/ quinq̄ annis ante bellum punicum primū nota argenti bige ⁊ quadrige. Inde bigati et quadrigati nūmi appellati sunt. Aureus vero nūmus sexagesimoscđo anno post argenteū percussus est: in quo primo consulum: deinde imperatorum capita imprimi ceperunt: et ab his sepe nomina accepere. Argentum candidum est: vnde et a grecis argyros dicit. In puteis reperitur: excoqui nō potest nisi cū plumbo nigro/ aut cum vena plumbi: que iuxta argenti venas plerūq̄ reperitur Gallenā vocant. Aliqñ argentum ponitur pro suppellectili argentea/ puta cyphis/ cochlearib⁹/ alijsq̄ que ad mensā ornandā exhibent. Plau. Tu esto lecti sternator: tu argentum eluito.

Argentari⁹: vulgo cāpsor siue mensarius: a grecis colybista ⁊ trapezita dicit. Unde Plau. in Cur. Trapezitā et argentariū p eodē accipit. Sed iurecousult⁹. ff. de edendo ostendit argentarios maiores mēsarios: et quorum officium atq̄ ministeriū publicā habet causam. Hicq̄ rationes cōficiunt. Auctor est Seneca: argentarios preesse publicis actionibus.

Argestes: vent⁹ occidētalis frigid⁹. de quo Pli. lib. ij. Ab occasu equinoctiali fauoni⁹: ab occasu solstitiali corus/ zephyron et argesten vocant.

Ariadne: nomen pprium eius: quā desertā a Theseo bacchus rapuisse dict⁹ est a poetis.

Aricia: vrbs in Italia: abest ab vrbe ad decimum lapidē: quā edificauit Hippolit⁹ thesei filius: et a nomine coniugis Ariciā appellauit. Iuxta hanc vrbem erat nemus/ quod aricinum dicebat: in quo egeria nympha erat: cum qua loqui solitū ferunt Numā romanorum regē. Erat et aricin⁹ lacus/ quod speculū Diane vocabat: in quo nūc quoq̄ insule cum proceris arboribus nobiles conspiciunt.

Aries etis. penul. corre. qui inter oues integer est: ⁊ tenetur ad generandam sobolem. Uerucx vero cui inuersi vel adēpti sunt testiculi: Ab ara dictus aries/ ꝙ aris imponi ad sacrificia soleret. A cuius similitudine bellica machina appellatur: materia ac tabularis testudo contexitur: que ne flāmis exuri possit: corio siue cilitio vestitur. Intrinsecus recipit trabem: que si adunco prefigitur ferro/ falx vocatur: ab eo ꝙ incuruata est: vt ex muris lapides extrahat. Si vero caput ipsius ferro tegitur Aries appellatur/ ꝙ instar arietini capitis fieri soleret: vel ꝙ habet durissimā frontem qua subruat muros: vel ꝙ more arietum retrocedit/ vt vehementius feriat. Testudo autem a similitudine nature testudinis vocabulū sumpsit: quia sicut illa modo reducit caput: modo profert: ita huiusmodi machina interdum reducit trabē: interdum effert/ vt vehementius feriat. Est et Aries celeste signum primū in zodiaco. Aries etiam marinus piscis siue marina belua est candore tantū cornibus assimilatis: grece κριοσ dicitur. Sed rem mirificam tradit Aelianus discipulus pausanie/ libro septimo. λεγουσι λαραβεσ οτι αραπαρ αυ-
τοισποιμνι απιαιρεται υπομουσι κησ μαλ
λορην πο του χιλιου.

Arietinus na. num. pe. prod. quod est ex ariete. Plini. Arietinū iecur ad id vtile est.

Arieto as. pe. corre. percutio: tractū ab arietū similitu-

dine: cuius firmissimũ caput & solidissima cornua faciunt: vt magno impetu quicquid obieceris percutiant.

Aribel quidam putant esse Areopolim, ab idolo Martis quod illic situm est. Interpretatur autẽ Leonẽ dei, hierusalẽ figuraliter significans.

Arion cythared⁹ optim⁹ ex lesbo insula. De quo Herodotus scribit, q cũ a nautis coactus esset, se e naui in pelagus demergere a Delphine exceptus: ab eoq; in Laconiam deportatus fuerit, anteq̃ nautę illuc ap(plicuissent.

Ariminum ciuitas Italię a flumine propinquo eiusdem nominis sic dicta. Hęc quondam Vmbrorum colonia fuit, sicut et Rauenna: verum vtraq; Roma accepit inquilinos. Habet autem hęc ciuitas portum ędificata anno ante Christi exortum cclxx. Ptolemeo lagi filio egypt9 imperãte: Pub. Sempronio et Apio claudio consulibus. Ad quam visendam compositis Sicilię rebus Sempronius nauigauit. Eam Octauianus ampliauit: et a Liburnis dirutã Diocletian⁹ reposuit: fusisq; liburnis arcum triumphalẽ in ea extruxit.

Arimphei sunt populi Asię septentrionalis ppe riphe os mõtes: habent p domibus nemora, p alimentis baccas: & tã fęminę q̃ mares comas tondent.

Arimaspbi populi Scythię Europę versus Aquilonis exortũ: vt libro septimo refert Plini: qui vnicum in media fronte habent oculũ: et cum gryphis continue pręliantur.

Aristippus nomen philosophi cyrenaici: et apud nos dicit optimus equus. Hic dicere solebat, q lautior victus nullo erat impedimento ad bene viuendum. Hic socraticus auditor fuit: prim⁹ socraticorũ mercede philolosophatus est: habuit ingeniũ ad omnia pro tẽpore, loco et persona simulanda omnino promptũ. Et ob hoc Dionysio pręter omnes erat charus. Et vt pręsentibus voluptatibus libenter fruebat, ita & absentes facile contemnebat. Hic cũ e patria in Gręciam philosophandi causa proficisceretur: iussit seruos aurũ proiicere, vt expeditiores ad iter capessendũ essent. Summũ bonũ posuit i leui motu ad sensũ emananti: id est in voluptate corporis sensus titillante. Qui ab eo fluxerunt, & in dogmate permanserãt: ab hominis patria Cyrenaici sunt appellati. Tradunt Platonẽ dixisse soli Aristippo et chlamydẽ et pannum ferre datũ est. Hora. Omnis aristippum decuit status et color et res. Fuit et alter Aristippus huius nepos ex filia Metrodidactus: dictus quasi a matre doctus. Hic in nauigio a tẽpestate deprensus, timuit & expalluit. Et interrogatus quare phs timeret: cũ ipse cõtra nihil timeret: festiuiter respondit nõ eandẽ sibi et illi causã esse: quoniã is non esset magnopere sollicitus pro anima nequissimi nebulonis: ipsũ autẽ pro Aristippi anima timere.

Aristrocratia: optimatuũ principatus. vbi optimates rẽpubli. tractant. αρισΐοσ καί κραΐοσ υποκρ(οτειρ.

Aristoclides penult. correpta: Orcomeni tyrannus: qui Stymphalidẽ virginẽ adamauit. Vide in dictione Stymphalus.

Aristoteles penultima correpta: nomen philosophi peripateticorum principis. A quo Aristoteleus et aristotelicus adiectiua.

Aristoxenus pe. pro. nomen proprium musici.

Aristomenes penult. corre. nomen messeni viri: qui iustissimus (vt scribit Hiero.) victis lacedemoniis: et quodã tempore nocturna sacra celebrantibus q̃ vocabantur iacynthina: rapuit de choris ludentiũ virgines. xij. et tota nocte gradu concito fugiens: excessit de finibus sparthanorũ. Cũq; eas comites ei⁹ vellent violare: monuit quantũ potuit ne hoc facerẽt: et ad extremũ quosdã nõ parcentes interfecit. Ceteris metu coercitis: redẽptę postea a cognatis puellę: cũ Aristomenẽ viderent cedis reũ fieri: tãdiu ad patriã nõ sunt reuersę q̃diu iudicum aduolutę genibus: defensorẽ pudicitię suę cernerent absolutum.

Aristo phs cognomento scepticus: qd latine quęstor & cõsiderator dicit. Semp em in quęrendo considerandoq; fuit. Vide in dictione Pyrrho.

Aristides pe. pro. princeps atheniẽsis: cui cognomẽ fuit iustus: alter fuit pictor insignis.

Aristophanes pe. cor. nomen ppriũ phi et comici valde maledici: cuius noie comędię sunt impressę.

Aristobolus nomen pprium iudęorũ regis.

Aristophorũ pe. cor. vas quo prandiũ defert: latine discus. απισΐον em prandiũ dicit: φορω porto.

Arista ab ariditate dicitur, q sit omnino arida. Est em prima pars quę primo arescit: vel quia seges cũ arescit secatur. Et proprie aristę quasi tela spicę frumenti sunt siue spinę: siue aculei quibus a morsu auium minorum illa tueantur. Cicero in Cato. Fundit frugem spicę ordine structã: et contra auiũ minorũ morsus munitur vallo aristarũ. Ponitur tamen quandoq; arista pro frumẽto. Virgili⁹. Chaoniã pingui glãdem mutauit arista.

Arithmus: latine numerus. Inde arithmetica.

Arithmetica: numeralis sciencia: quę tractat de numeris et supputandi ratione. Hęc inter disciplinas mathematicas prima esse dicitur: quoniã ipsa vt sit nulla alia indiget disciplina. Musica autẽ & geometria et astronomia istius auxilio egent.

Armus: humerus. Virgilius libro tertio Geor. Densa iuba & dextro iactata recũbit i armo. Differt tñ armus ab humero. Nã humeri ppie eorũ sunt q recte i cęlũ spectãt. Vnde soli homini humeros esse dicim⁹. Virg. Os humerosq; deo similis. Armi pro sunt brutorũ: q̃uis de hominib⁹ quãq; dicant.

Armigatus ta. tũ. qd est ad armũ ligatum. Hiero. li. ij. Reg. Et dauid percutiebat in organis armigatis.

Arma ab armis dicunt. i. humeris dependentia, inquit Festus: vt scutum, gladius, & ea quibus pręliamur tela. Ser. docet arma esse quę armos tegunt. Var. ab arcendo arma dicta existimat: q his arceamus hostes: vt fustes, lapides, & hmõi. Sed reuera non solũ hoc noie bellica, sed etiã oim fere artiũ instrumenta intelligunt. Sic etiam Pollux οπλα ruralia prosequitur: q̃uis Virgil. largius pollicitus: tamen defecisse videatur. Sunt em martis arma instrumẽta oia quibus in bello vtimur. Vnde fraudes & consilia arma dicunt. Virg. Et quęrere conscius arma. Arma rusticorũ: rastra, ligones, & hmõi. Idẽ. Dicendũ & quę sint duris agrestibus arma. Arma coquinaria: lebes patella, tripos, olla. Plaut⁹. Quã eleganter instructum coquinariis armis. Arma studiosorũ: stilus, pugillares libri. Plini⁹. Cuius arma erant, nõ venabulũ & lancea, sed stilus et pugillares. Nautarũ quoq; & pistorũ instrumenta arma dicunt. Virg. lib. v. Colligere arma iubet validisq; incumbere remis. Et libro j. Cerealiaq; arma Expediunt. Quãq; arma accipiuntur p bello, sicut toga pro pace: vt Cedãt arma togę. Quãq; dicunt insignia: quale nõnulli intelligũt illud Virg. Armaq; fixit Troia. Cõsueuerunt em antiq suspẽdere arma in postibus tẽplorũ. Est autẽ hoc nomen arma pluraliter tñ declinatũ: qm vniuocũ sit, & plures res significet: quarũ singulę habẽt sua noĩa: vt gladius, scutũ, et hmõi. Vel ne ab armo artu corporis obliqui eius casus pferri censeant.

Armo as. armis induo seu munio. Lactant. lib. ij. Cũ em natura hominis imbecillior, q̃ cęterorũ animaliũ quę vel ad perferendã vim temporũ: vel incursiones a suis corporibus arcendas: naturalibus munimentis prouidẽtia cęlestis armauit. Liui⁹ libro. ij. de bel. pun. Itaq; et muri reficiebantur, et propugnaculis

armabant. Composita sunt dearmo/quod est armis exuo. Idē libro.iiij. Consul triumphans in vrbē redijt: Ciuilio duce Volscoꝝ ante currum acto: prelatisq́ spolijs quibus dearmatū exercitum hostiū sub iugum misit. Exarmo: eiusdē significationis. Sueto. i Domi. Negantemq́ vltra se tueri eū posse ꝙ exarmata esset a Ioue. Exarmatas autem feras dicimus mansuefactas. Lamp. de Heliogabalo Habuit leones et leopardos exarmatos: quos edoctos p mansuetarios subito ad secundam et tertiam mensam iubebat accumbere. Obarmo/ circūarmo. Hora. lib. car. Mos vnde adductus per omne tempus amaçona securi dextras obarmet. Perarmo: perfecte vel pulchre armo. Cur. Hoc modo instructo exercitu/ac perarmato babylone copias mouit.

Armatio et armatura: rem ipsam significant. Armator et armatrix verbalia.

Armiger penul. corre. qui lanceam/scutum galeāq́ ferens armatum equitē in prelio sequit. Et plane apud antiquos armigeri fuerunt summi viri: et Patroclus fuit armiger Achillis. Pli. libro. xxxv. Clytū equo ad bellum festinantem: et ei galeam poscenti armigerum porrigentē. Armiger etiā dicit qui cuipiam alij inferior superiori suggerit. Plau. in casin. Filius autem armigerum allegauit suum.

Armariū: ab armis: locus vbi cibaria/libri et similia recondunt. Plau. in Cap. Cellas refregit omnes intus: reclusitq́ armariū. Et i epi. Quin et occluso atq́ obsignato armario decutio argenti quantū mihi libet. Huius dimi. est armariolum.

Armamenta: nauiū instrumenta vel munimenta: sicut funes et vela: Quis et muroꝝ esse possint et medicorum/et alioꝝ instrumēta. Colu. libro. v. Nonulli strenue fabricant nauigia: nec consūmata perinde instruunt armamētis ministrisq́. Hiero. ad Pāma. Et q sine emplastro venerat: et medicoꝝ armamenta non habebat: iccirco medicina nō profuit. Et Plinius de vineaꝝ armamentis loquitur.

Armamentaria: repositoria armoꝝ sunt/et fere naualium: quale fuit illud quod Athenis philon fabricauit mille capax nauiū. Plinius. Armamentario mille nauiū confecto. Liuius de bel. ma. Conflagrarunt et horrea regia et armamentariū cū ingenti apparatu machinaꝝ et tormentoꝝ. Vale. maxi. Habebat armamentariū oīs generis teloꝝ copia refertū. Deducitur q́ hoc nomen ab armamentū.

Armentū (inquit Festus) id genus pecoris dicit/quod est idoneū ad opus armorum: vt sunt equi et boues. Nā equis in bellū curritur. Clypei pro boum corijs armantur. Varro aliter. Armenta/ꝙ boues ideo parabantur/vt inde eligerentur ad arandū: inde armenta dicta quasi aramēta/postea tertia littera extracta. Vnde Colu. libro. vij. Iumenta et armenta nomen a re traxere: ꝙ nostrū laborē vel onera subuectando vel arando iuuarent. Precipue eīm ab equis et bobus alijsq́ eiusmodi: ceruos et alia aīalia grandia armenta dici possunt: Quis elephāti et equi et hmōi aīalia ab armis armatisq́ militibus ferendis armenta appellari queant. Nā i cerui qui ad hoc nō sunt idonei: neq́ etiā ad arandū inter armenta cōputant a Virgil. qui ait: Hos tota armenta sequunt. De hoc etiā in dictione Grex dicitur.

Armētarius ij. armētoꝝ custos. Virg. li. iij. Geor. Oia secū Armentarius apher agit tectumq́ larēq́.

Armentarius a. um. qd ad armentū ptinet. Amb. de Cain. Videt et sensuū nostroꝝ quoddā genus aliud domitū mansuetū: aliud idomitū/quod armētario quodā motu mentis velut deside atq́ desoluto prumpit ad irrationabiles corporis delectationes.

Armillę sunt ornamenta i circuloꝝ modū quę viri militares ab imperatoribus donati in illustris brachijs gerere consueuerunt. Hęc Prisci. brachialia vocat. Dicuntur autem armillę ab armis: ꝙ antiqui humeros cū brachijs armos vocabant. Vnde arma ab his dependentia sunt vocata. Liuius libro. j. Additur fabulę ꝙ vulgo sabini aureas armillas magni pōderis brachio leuo gē natosq́ magna specie anulos habuerunt. Hiero. libro. ij. Re. Tuli diadema quod erat in capite eius/ et armillā de brachio illius: et attuli ad te dominū meum.

Armillatus dicitur qui armillas habet. Pro. Atq́ armillatos colla molossa canes. Et armillatus nomen viri sub Nerone et Domiciano.

Armilum: vas vinariū in sacris: dictum ꝙ armo: id est humero deportaretur.

Armilustrū: festum apud Romanos: quo res diuinas armati faciebant: et sacrificantes canebāt tubis. Itē locus in quo huiusmodi ludi fiebāt. Var. hoc nomē ab ambitu lustri dictū existimat: ꝙ ibi circumfertur pompa/et equi currunt.

Armenia regio Asię inter taurum et Caucasum montes sita: et a Cappadocia ad caspiū mare vsq́ protensa: ab Armenio tessalo comite: vt inquit Stra. Sic dicta. Et vt Plini. libro. vj. auctor est: duplex est: maior. s. et minor: vbi preciosū inter reliqua aromata nascitur amomū. Hāc hebrei Ararab vocāt. In ea Araxes fluuius et pars Euphrat/et Tigridis/et insignis ciuitas Artaxata.

Armeniacus dicitur ꝙ primū genus eius ab Armenia sit aduectū. Hoc autē genus pomi Armeniacū dicitur: quod precox persicum etiā dicitur. Et vt inquit Hippocrates/calidum est et stipticum: stomacho vtilis in cibo sumptus.

Armoracea e. vt inquit Palladi. agrestis raphanus est. Dicit a Col. etiā armoradū armoracioꝝ cyma.

Arnon (vt Iosephus lib. iiij. scribit) fluuius est qui de montibus Arabię descendēs in stagnū Asphaltiten erumpit/diuidens Moabitidē et amonitidē.

Aro as. pprie significat terrā iā proscissam rursus vomere euerto. Plinius. In arando magnopere seruandum est Catonis oraculū. Quid est primū? Agrum bene colere. Quid secundū? Bene arare. Quid tertium? Stercorare. Composita huius verbi sunt: Dearo/exaro/peraro/inaro et subaro. Plinius. Sunt q iam natas inarant segetes.

Arator sumit tā pro boue q̄ pro homine bouē ducente. Pli. Arator nisi incuruus preuaricatur.

Aratrū instrumētū quo terra arat: greci aratrō dicunt.

Artro tras. quasi aratro: qd est segetes iā natas rursus arando pscindo: qd impinguādi agri causa fit.

Aromata: latine odoramenta. Et inde aromacopola: quem nos Aromatariū vocamus: qui aromata vendit. Grece αρωμα.

Arpe: falx siue ensis falcatus. Vide infra i dictione Harpe: vbi harpia et harpagones quę aspirant: quoniā nūc in psilē versa est aspirata.

Arpinū penul. pdu. ciuitas a qua arpinates dicti sunt eius incolę: quales fuere. M. Cicero. Plautus comicus/et. C. Marius: qui septies consul fuit.

Arostema penul. produ. matis. Grece αρροστημα latine ęgrotatio. αρροστεω ęgroto. arrostera ęgrotatio. arrostos ęgrotus.

Arenicū idē est quod arsenicū et auripigmentū: cuius vis reprimi ac tolli excrescentia dubiū nō est.

Arrha e. et arrabo pe. cor. Grece αρράβον vtrūq́ sumitur p parte solutionis: quę prius datur vt reliqua reddat. Teren. Ea relicta arraboni est. Hinc arrhoas. a quo subarrho: quod est arrhā facio. Amb. Anulo suo subarrhauit me dñs meus.

Arreptitius: qui a demone rapitur: qui etiam abrepti-

tius dicitur. Veteres Arreptitium dicebant laruatum: quasi a laruis arreptum.

Arripio is. Vide in Abripio.

Arrigo gis. pe. cor. vide in dictione Rego.

Arrogo as. penul. cor. significat tribuo. Hiero. in prologo Esdre. Interrogent hebreos: et ipsis auctoribus translationi mee vel arrogent vel derogent fidē. Plerūq; arrogare est nimiū attribuere/seu arroganter presumere. Unde arrogans: qui sibi temere atq; insolenter tribuit que in eo nō sunt. Et arrogātia: per quā temeritas atq; impudentia vanā sibi comparat auctoritatem. Item Arrogare: est in filium ac familiarem ascíscere: a quo fit arrogatio: que est cū is qui ascíscit aliquē in filium interrogatur/ an velit illū iustum sibi filium esse: et is qui ascíscitur rogat/ an id fieri patiatur. Vel ideo Arrogatio dicitur/ ꝙ per populi rogationem fiat.

Arsenothelys: vide in dictione Androginus.

Arsinoe fuit filia Ptolemei Lagi filij: qui Egyptum post Alexandrū tenuit: et fuit iuxta Lysimachi regis Macedonie forma prestantissima: a cuius nomine Ptolemeus philadelphus eius frater vrbem condidit in cyrenaica regione.

Ars multipliciter dicitur. Nam quedam est ars que in speculatione tm̄ consistit: vt astrologia: ꝛ theorice: id est speculatiua vocatur. Quedā in agendo: que actu perficitur: et practice. i. actiua dicit/ vt saltatio. Teren. in And. Quid est quod tibi ars mea efficere hoc possit amplius. Quedam in effectu: que operis quod oculis subijcitur: et consummationē/non finem accipit/qualis est pictura. Dicta ars απο της αρετης id est a virtute: quam greci vniuscuiusq; scientiā vocant. Est etiā ars que constat ex preceptoꝝ collectione: ab arto tas: ꝙ artis preceptis: id est/ angustis et breuibus concludat: vt est ars Seruij/ ars Donati/ ars Prisciani. Ars etiā astuta vocatur: qua quis nō facile falli/sed magis alios fallere potest: que grece dicit τεχνη. Ab ars componunt iners/ solers/ artifex. Huius diminutiuū est articula.

Artifex: qui artē aliquā facit: dictus ꝙ scientiā suā p artus exerceat: siue ꝙ apte operā iter se artēt artifices.

Artificium: quasi artis factio: quod ars ipsa operatur: vt cum dicimus orationem magno artificio compositam. Hinc artificiosus sa sum. quod cū arte factum est: vt oratio artificiosa.

Artitus pe. pro. dicit bonis artibus instructus.

Artus: qui alligant mēbra mēbris: ab artando. Sunt enī nodi/mēbra ꝓo trunci. Virgil. libro. v. Et magni mēbroꝝ artus. Et dicit tm̄ de animantibus: partes sunt corporis inter iuncturas: dicti ꝙ inter se artentur. Unde minores partes per diminutionē articuli dicunt: quales sunt digitoꝝ: quasi parui artus. Et distinguunt artus a mēbris: quia artus dicūtur ossa cū neruis et venis. Mēbra autē ꝓprie vocamus carnē artus tegentē. Unde mēbrana: superior mēbri ps: hoc est pellis. Sed sepenumero confundunt. Apud Plau. in Mene. tamen artua dicit. Ita mihi imperes vt ego huius mēbra atq; ossa atq; artua comminuam illo scipione/ quē ipse habet. Hinc deducit deartuo as. quod est per artus diuido.

Articulus dimi. ab artus est: et ponitur ꝓ iunctura siue nodo/ vel parte mēbri. Pli. Articulus mēbra distinxit. Unde articularis morbus. Sed et in vite dicuntur articuli de nodo ad nodū. Cice. in Cato. Itaq; ineunte vere in his que relicta sunt existit tanq; ad articulos sarmentoꝝ ea que gēma dicitur. Articuli etiā in montibus dicunt: vt apud Pliniū in calce operis. Sic articulos fidei tanq; mēbra religionis nostre dixerunt. Interdū ponitur ꝓ digito: vt apud Ouid. li. ij. de pō. At reditus iā quisq; suos amat: ꝛ sibi quid sit Utile sollicitis supputat articulis. Interdum pro momento/ ꝛ tēpestiua rerū faciendarū hora siue puncto/ seu alicuius rei aut tēporis particula. Teren. in Adelp. Vide vt in ipso articulo oppressit eū. Hiero. ad Iul. Filius meus frater tuus Ausonius in ipso iā perfectionis articulo/ cū mihi presentiā suā tarde dedisset/ cito abstulisset: atq; in puncto temporis salue valeq; dixisset. Itē Articulus color est. De quo Cic. lib. iiij. ad Heren. Articulus habet cū singula verba interuallis distinguunt cesa oratione. Siīr articulus dicit quo genus discernitur.

Articularis ꝛ articulare: quod ad articulos pertinet: vt articularis morbus: qui et articularius dicit: qui per omēs artus vagat/ quo Aennius laborasse ferē. Sere. Si ꝓo articulos tabes inimica per omnes Heserit: ex ficu betas cū melle iugabis. Vel pelagi latices simul et baccheia dona Sumere curabis: nimio sed parcito vino. Aennius ipe pater dū pocula siccat iniqua: Hoc vitio tales fert meruisse dolores.

Articulo las. significat iungo: ꝛ quasi articulū: id est nodū nodo appono. Aug9 lib. xiiij. de ciuit. dei. Neq; ea sola mēbra mouemus ad nutū/ que cōpactis articulata sunt ossibus: sicut pedes ꝛ manus ꝛ digitos.

Arto tas: sepe vrgeo. Hiero. in ꝓlo. Iudith. Et sepositis occupationibus quibus vehementer artabar: huic vnā lucubrationē dedi. Hinc cōponitur coarto simul contineneer arto/ stringo. Lactan. lib. vij. Tūc annus breuiabit/ et mensis minuetur: ꝛ dies in angustum coartabitur. Liui. libro. ij. de bel. pun. Angustę fauces coartāt iter. Inde percoarto: quod est maxime vel perfecte constringo. Col. lib. ij. Tūc demū cōuertemus: ꝛ vtrūq; siccatū percoartabimus i strigās: atq; ita maniplos vinciemus.

Arsaces pe. corre. nomen ꝓpriū parthoꝝ regis: cui9 memorię hunc honorē parthi tribuerūt ꝓpter quesitū cōstitutūq; regnū: vt oēs deinde reges suos arsaces appellauerint: sicut dicti sunt egypti Ptolemei.

Arsis latine/ vocis eleuatio/ sicut et thesis positio vocis: vt arma: ar/ eleuatio: ma/ positio est. In his duobus p diuisionē pedes legittimi colligunt.

Artaba: mensura apud egyptios sextarioꝝ. lxxij. cōposita ex numero propter septuagintaduas gentes que orbem impleuerunt.

Arthabanus: nomē parthoꝝ regis ex arsacidaꝝ genere qui inimicus. Ty. Ces. armeniā inuasit.

Artanes: fluui9 scythię tracię in Istrū defluens.

Artemisius apud Macedones mensis Maius dicit. Quo noīe etiā vocatur mons Arcadię: sicut scribit Plinius libro. iiij.

Artemisia Mausoli Carię regis vxor: que insignis pudicitię fuisse perhibetur: et virū vltra humanę affectionis fidem amasse creditur. Nā cū nobiliū poetarū atq; historicoꝝ laudibus predicetur: in hoc vl maxime ꝙ defunctū maritū sic semp amauit vt viuū: et mirę magnitudinis extruxit sepulchꝝ: intantū vt vsq; hodie omia sepulchra preciosa ex noīe eius Mausęola nuncupentur. Est et Artemisia herba ab Artemisia Mausoli vxore: vl ab Artemide dea cognoīata. Eius duo sunt genera. Altera latioribus folijs: altera tenerioribus: et non nisi in maritimis nascens. Sunt qui in mediterraneis eodē noīe appellāt simplici caule/ minutis folijs: quā quidā bothryon/ alij ambrosiā vocāt: quā Pli. ambrosiā putat q̄ in Artemisio mōte dicit abundare: a qua etiā nomē sortita est.

Artemisium (vt Demosthenes pro Ctesiphone docet) promontoriū Euboeę ē. Et artemisiū lucus est ꝓpe Ariciā dianę sacer: quasi dianū dictū latini nemorense dixerunt. Unde et nemorensis rex dictus est sacerdos illius religionis.

Artemon onis. penul. produ. Nam grece ἀρτημων

dicitur/siue artemõ quodq̃ quidam malum/quidam velum intelligunt nauis amplissimũ: quod extenditur quasi arrectus temo: vt in Actibus apostolic. Artemone leuato. ẽm aure flatum tendebant ad litus. αρτημων. νοστεξ αρτειν τουτεστι ταρειν και εμπεταννυειν.

Artaxares: nomen proprium Xersis filij: qui longimanus dictus fuit: quoniã manũ alterã haberet longiorem. Hic aiebat beneficiũ addere longe magis regale esse q̃ auferre. Fuit et alius Artaxerses Cyri iunioris frater/cognomento memor. Hic cũ pauper quidã malũ ingẽtis magnitudinis ei obtulisset: iucunde suscepit p solẽ inquiens: Hic is mihi videt: quẽ vrbẽ quoq̃ ex pua magnã reddere posse existimẽ.

Artaxata/Armenię ciuitas.

Arteria latine: significat venã vitalẽ: seu semitã in qua est vitalis spiritus. Gel. Arteria est conceptaculum spiritus naturalis mixti confusiq̃ cũ sanguine: i quo plus spũs est et minus sãguinis. Cice. lib. iij. ad Heren. Ledunt arterię si anteq̃ vox bñ pmulsa est: acriore complent clã et interuallis lõgioribus vti conueniet. Recreat eñ spiritu vox: et arterię cõticendo requiescunt. εξ αεροσ και τηρω αρτερια γινεται. Unde quidã doctus fecit dactylũ in primis trib' syllabis/q̃ ridicule alij viderint.

Artocrea ę. et artocreas ę. masc. generis: epulũ ex pane et carne. Per. Artocreasq̃ popello.

Artocopus pe. cor. pistor seu factor panis: sed p dispẽsatore siue cõseruatore accipi solet: quasi qui in pane laborat. Nã αρτοσ panis: κοπος labor.

Artopteij panes dicti ab artoptesia instrumento panibus coquendis in clibano accõmodato: cuius meminit Plautus in Aul.

Artopticius panis: q ex fermẽto duriore conficit/torreturq̃ in artopta. Pli. lib. xviij. Siliginę farinę modi': gallice vigintiduas libras panis reddit. Italice duab' tribusve ampli' in artopticio pane. Nã furnaceis binas adijciunt libras in quocunq̃ genere.

Artopta a quibusdam dicit mulier quę coquit panem in clibano vel furno: πταω coquo. Plau. i Au. Ego hic artoptã ex ꝓximo vtẽdã peto. At Iul. Pollux dicit esse instrumẽtũ artocopi/i quo panes torrebant.

Artolaganũ pe. cor. gen' panis siue placẽtę ex simila et oleo coctę in patella. In eo ponit parũ vini cũ pipere et adipe vel modico oleo: est eñ panis q habebat in delicijs: a laganis nomẽ habẽs ꝓpter candorẽ.

Aruica pe. pro. genus frumenti.

Aruina pe. ꝓdu. durũ pingue inter cutẽ et carnẽ: vt auctor est Ser. Virg. lib. vij. Pars leues clypeos: et lucida spicula tergunt Aruina pingui.

Arundo: aquaticus frutex oĩbus not'. Et qm̃ ex arũdinibus fiebant sagittę: qñq̃ arundo ponit p sagitta. Virg. Perq̃ ilia venit arundo. Hinc arundineus a. um. Hiero. lib. iiij. Reg. An speras in baculo arundineo atq̃ confracto egypto?

Arundinetũ: locus vbi arundines cõsitę sunt: sicut salicetũ/oliuetũ/ et hmõi: vt est illud: Fulgebunt iusti: et tanq̃ scintillę in arundineto discurrent.

Aruspex: vide infra in dictione Haruspex.

Aruum: ab arãdo dictũ: ager aratus/ necdũ satus: q eñ sementi datur. Salu. Quia numidę pabulo pecoris magis q̃ aruo student.

Arx ab arceo: qz arcet: id est prohibet hostes accedere. Est eñ locus vrbis vel in monte situs/natura munitus. Inde etiã summitates montiũ et cuiuscũq̃ altitudinis: et quibus facile possũt depelli hostes/arces dicunt. Huius dimi. est arcicula.

Arymphei: populi sunt: de quibus Ammianus sic habet. Ubi montes ryphei deficiunt Arymphei inhabitãt: iusti hoies et more placiditate cogniti.

As assis: libra a grecis: mna: mina a nostris/interpositione i litterę: quę ex. xcvj. drachmis conficit/siue duodecim vncijs. Uncia ꝟo ab vno dicit. Sextãs vncię duę: quasi sexta pars assis. Quadrãs: vncię tres: quarta pars qui et triunciũ dicit. Triens quattuor vncię tertia ps. Quincunx: vncię quinq̃. Semis: vncię sex dimidiũ assis: siue selibra: id ẽ media ps librę: quasi semis as. Septunx: vncię septẽ: a septem et vncia. Bes: vncię octo/dempto triente: quasi des. Dodrãs: vncię nouẽ dempto quadrãte: quẽ et nonnũciũ dicimus. Dextans: vncię decẽ: dictus quasi assi deest sextãs. Deunx: vncię vndecim: quasi vnica/ dempta ex asse vnica. Aeris autẽ minima pars sextula dicit: q sit sexta pars vncię. Semiuncia: q sit dimidia ps vncię. Silicum dictũ est/q semiunciã secet. Et sciendũ/q veteres volentes aliquid diuidere in ptes ęquales/vt hereditatẽ et quiduis simile: id assem appellauerunt/et partes vncias. Unde illud Plinij de luna. Haud dubium est lucere dodrãtis semiuncias horarum ab secunda adijcientẽ vsq̃ ad plenũ orbẽ. Unde etiã habemus: ex asse heredem fecit: id est totius hereditatis. Sueto. in Cesare. Nouissimo testamento tres instituit heredes sororum nepotes. Octauium ex dodrãte. Pinariũ et pediũ ex quadrãte. Interdũ dicitur nũmus libralis/ex ęre deductũ nomen. Hora. Quem si diminuas vilẽ redigatur ad assem. Similiter triens/quadrans. Interdum hę partes assis apud poetas accipiuntur pro calicibus et mensura. Proper. Cum fuerit multis exacta trientibus hora. Mar. Te conuiua leget musto quincũce. Cõponit autem as cum eo quod tres: vt tressis. Per. Hic dama est nõ tressis agaso. Octo et as octussis. Horaci. Quanti emptę? parui: quãti ergo? octussibus. Et sic p omnes numeros vsq̃ ad centũ: vt centussis. Per. Et centũ grecos curto centusse licetur.

Asarotũ penul. ꝓdu. pauimentũ picturę arte elaboratum/a grecis inuentũ/sic dictum/q verri nõ debeat. Nã deducitur ab α priuatiua particla/et σαίρω μ σαρω ποσεσαρα verro/ scopo. Scopa q̃q̃ a grecis saros dicit και το καλλυντρον. Solebant quippe purgamenta cęnarũ quę analecta vocãtur/ in pauimento quoq̃ euerri: dũ subtegulanea pauimenta in vsu erãt: postea asarotis inuentis cessauit vsus scoparũ manibus colligi purgamẽta cęperũt: pauimenta ꝟo spõgijs mũdari. Xenodorus prim' claruit in faciendis asarotis: quę miro artificio puulis testulis in varios colores tinctis/et imagines pict strauit. Nã pergami in asaroto colũbam effecit bibẽtẽ: q aquã capitis vmbra offuscabat alia cibi ęscã arripiẽte. Papi. lib. Sil. Varias vbi picta p artes Gaudet hum' superãtq̃ nouis asarota figuris.

Asbistę: populi lybię: apud quos vulgatissimũ templũ inter medias yrenas conditũ est.

Asbestus latine inextinguibilis: et nomen lapidis est: q cũ ignẽ habeat ꝓpriũ: alieno tamẽ sic ardet/vt nõ possit extingui. Aug' lib. xxj. de ciui. dei. Asbeston arcadię lapidẽ ꝓpterea sic vocari: q accẽsus semel iã non possit extingui. εξ α και σβεννυω γινεται.

Ascalon pe. corre. ciuitas Palestinę: a qua Ascalonitę homines in ea nati.

Ascalonia: cepe genus/ q in ascalone plurimũ nascat. Vide in dictione Cepe.

Ascalabotes latine stellio siue tarantula: dicit qđ apud grecos ascalos circulus est. Stelliones autẽ circulis quibusdam depicti sunt: et veluti lucentibus guttis in modum stellarum.

Ascanius: nomen Enęę filij. Quo etiam noie dictus est lacus in Phrygia: et fluuius ex eo oriẽs ascania ciui/

tate: quā cōdidit Ascanius Enee filius. Est ⁊ lac⁹ Ascanius: vñ ipsa regio Ascania: vt scribit Stra. lib. xij. que gemina est: altera phrygia: altera mysie.

Ascendo dis. ex ad et scando. sed d abijcitur: significat sursum siue ad aliquid scando. Hinc ascensio ⁊ ascensus: ꝓ ascendendi actu. Ascensiones etiam sunt que a grecis syncatatheses: he sunt sine quibus multa comprehendi et percipi sensibus nō possunt: nec memoria quoq nec noticie rerū: nec artes sine ascensiōe cōstare possunt. Per ascensionē em̄ cognita approbamus. Ascensiones has siue approbatiões voluntarias esse scribit Gell. fieriq hoīm arbitratu: quib⁹ visa noscunt̄ dijudicanturve.

Asclepiades nomen historici cyprij: qui fuit tēpe quo Pygmalion regnabat in oriente: quo etiam tempore scribit esum carniū nō fuisse. Alius fuit phs cecus: quē ferūt (vt Cice. lib. v. Tus. ait) Cū quidā quereret quid ei cecitas attulisset: respōdisse vt puero vno esset comitatior. Fuit ⁊ ali⁹ Asclepiades prusiēsis medicus: qui lapsu scalaꝝ interijt. Fuit ⁊ alius Asclepiades: a quo carmē asclepiadeū dictū est.

Ascite arabes dicti sunt ab viribus: quos greci Ascos vocant: qm̄ bubulos (vt Plini⁹ inquit) vtres binos sternētes/ pyraticā exercent.

Ascra: vicus Boetie in aspero et sterili loco in dextera parte Heliconis Hesiodi patria. De Hesiodo multa scribunt greci: ⁊ quo pacto fuerit interfectus Plutarchus in symposijs lib. v.

Ascia cū c post s. ab ascindēdo: carpentarioꝝ instrumētum est. Hui⁹ dimi. est asciola.

Ascio as. ascia cedo: quo verbo vsus ē pater me⁹ Aug⁹ super psal. Et si adhuc nodosū ⁊ curuū ⁊ corticosum: tū ꝙ dolet̄: asciet̄/ deplanet̄: ⁊ possit venire ad aliquā fabricā vsus humani.

Asia sine c. nomen est tertie partis orbis quo ad numerū. Nā quo ad magnitudinē dimidia reperit̄. Est autē duplex: maior scꝫ ⁊ minor: qua Phrygia et Lycia cōcludit̄. Alij diuidunt eā: vt vnā cōcludat ab oriente Phrygia ⁊ Lycaonia: altera ab oriente determinet Armenia minore. Dicta ē aūt Asia ab asia nympha oceani/ ⁊ Tethyos filia Japeti coniuge/ siue ab Asio manei Lydi filio. Ab Asia fit asius a. um: q2 vt Prisci. inquit: in multis ꝓuinciaꝝ nominib⁹ silia sunt deriuatiua ꝑmitiuis/ ⁊ appellatiua ꝓprijs: vt Ital⁹ ꝓpriū est et gentile. Similiter Danaus/ latinus/ hispanus/ siculus et sicanus. Itē Asianus a. um. asiaticus a. um. que inuicē ꝓ possessiuis proferri pñt. Proprie aūt Asius et asiaticus possessiua sunt: cōuis et ꝓpria inueniant̄: vt Scipio asiaticus/ qui vicit Asiā. Asianus ꝓo gentile. Est ⁊ Asia nomē paludis in Mysia ꝓpe Caystron fluuiū: cui⁹ prima ꝓducit̄. Virg. Jā varias pelagi volucres et que asia circū. Als corripit̄: vt Europa atq asia pulsus.

Ascribo is. ex ad ⁊ scribo: sed d abijcit̄: significat adiungo. Unde ascripti dicebant̄ qui in colonias noīa dedissent: vt ceteris colonijs adderent̄. Itē ascṗti milites/ qui supplendis legionib⁹ ascribebant̄: quos etiā accensos dicebant/ ꝙ ad legionū censum essent ascripti. Et velatos: q2 vestiti inermes sequebant̄ exercitū. Et ferentarios: q2 de fundis lapidibus ꝓliaturi eamō ferrent que in hostes iacerent. Et rotarios: ꝙ id hoīm genus anteq̄ acies coirent: in modū rotātis tēpestatis dimicarent. Est ⁊ ascribere: tribuere ⁊ imputare. Cice. Neq em̄ mihi negligentiam velim ascribas. Sed hec magis per translationē: cū ꝓprie ascribere sit iuxta scribere.

Ascriptitius: qui ad aliquā rē ascriptus est: vel q̄ ex numero coꝝ est qui se in alteri⁹ imperiū dediderint.

A secreto vel a secretis: q̄ est soci⁹ secretoꝝ ꝯsiliari⁹.

Asella potest esse dimi. ab asina. Sed et locus sub brachijs concauus asella vocat̄/ siue axilla. Vñ est illud: Abscōdit piger manū sub asella.

Asion: noctuarū gen⁹ maximū: quos greci q̄nq scopas vocant. Aliq̄ nycticoraces. i. vlulas: ⁊ q̄nq otos q̄si auritas: qm̄ plumeas ⁊ eminētes habēt aures.

Asilus pe. ꝓ. grece estrus a sono vocis vulgo taban⁹ dicit̄. Virgil. Est lucus silari circa ilicibusq virentē Plurim⁹ alburnū volitās: cui nomē asilo Romanū est estrū graij vertere vocātes: Asper acerba sonās/ quo tota exterrita siluis Diffugiūt armenta.

Asylum cum ypsilo: intemeratū templū est cōsecrationis lege cōcessū: ab α priuatiua particula/ ⁊ συλάω rapio/ spolio/ aufero violo ve. Alij sicut exponit Seruius dicit̄ asylum quasi asyron: ꝙ inde extrahi null⁹ posset. Nā in id fugientes tuti erant: nec inde ꝑ vim extrahi poterāt: quod prius athenienses: post Romulus cōstruxit inter capitolium ⁊ palatium in sacro luco quod quercetū dicit̄. Unde pedian⁹: Totus ꝑplo Romanoꝝ a ꝑncipio tres fuerūt tribus. Taciensis vna a Tacio rege. Ramnes altera a Romulo. Luceres altera a Lucumone siue a luco: quē lucū Asylum vocauerat Romulus. De hoc Virgili⁹ lib. viij. Hinc lucū quem Romulus acer asylū rettulit. Scribit Liui. lib. xxxvj. templū Apollinis delij fuisse asylum: atq sacra templa a grecis vocari asyla.

Asin⁹: aīal notū: cui⁹ fe. est asina: qꝺ datiuū et ablatiuū plurales ⁊ in is ⁊ in abus terminat. Hiero. li. j. Re. De asinis q̄s nudiustertius ꝑdidisti ne sollicit⁹ sis: q2 inuente sunt. Hinc asinin⁹ a. um: vt caro asinina.

Asinarius ria. riū. quod ad asinos pertinet: vt mola asinaria.

Asinarius: qui asinos pascit vel custodit. Ca. Ager qñ instruit̄. ccc. iugerū villicū: villicā operarios bubulcos tres asinarium.

Asine es. pe. cor. oppidū Achaie. Luca. lib. viij. Quas asine cautes: ⁊ quas [illegible]ios asperat vndas.

Asopus vel asopis penul. ꝓdu. fluui⁹ Achaie: ab asopo Egine patre sic dictus.

Asotus pe. ꝓd. lasciu⁹/ ꝓdigus/ popino/ belluo. Mar. Viuis asotos. i. lasciue/ incōtinenter. Asotia/ ꝓpinatio/ incōtinētia/ luxus. Gel. Cedere equidē vobis debui: vt in tali asotia. i. luxu/ ꝓdigalitate atq nequitia artium nos vinceretis. ἐξακᾶι σοζω.

Aspera ra. rū: qꝺ visu vel gustu vel tactu/ aliove sensu insuaue est. Aug⁹. Asperꝝ discrepantia cōiūctaꝝ partiū facit. Asperitatē nāq non gignit nisi inequalitas partiū: vt sit lōgior vna/ altera inferior. Lene illud ꝓprie videt̄ ostēdere/ in quo positio partiū ita apte pariliterq digesta est: vt nulla earum mensura vlterius emineat. Transfert̄ et ad alia que dura sunt. Teren. Asperum pater hoc est aliud sodes para. Unde ⁊ ꝓ nocente q̄nq capit̄. Virg. Asper acerba tuēs. Et ꝓ iniquo. Idē. Tū aspera Juno. Ci. in Lel. Monere ⁊ moneri ꝓpriū est vere amicitie: ⁊ alterum libere facere/ nō aspere: alterū libenter accipere/ nō repugnanter. Huius dimi. est asperulus.

Asper nūmus videtur dici ab eo ꝙ in asperitatē cusus signatusq est. Persius. Quid asper vtile nūmus habet. Sue. in Nero. Exegitq ingenti fastidio ⁊ acerbitate nummū asperū.

Aspero ras. asperum facio. Col. lib. ix. Junctis parieti modicis asserculis qui paulum formatis gradib⁹ asperantur/ ne sint volantibus lubrici. Virg. ꝓ coagulum siue duꝝ facio posuit lib. iij. Et glacialis hyems aquilonib⁹ asperat vndas. Hinc cōponit̄ exaspero/ qꝺ est valde asperꝝ facio. Hiero. ad Heliod. Mollē ocio manū durus exasperat capulus. Per trāslationē. Quint. Rē verbis exasperauit.

Asparagus penul. cor. ꝙ ex asperis virgultis legatur. Mar. Mollis in equorea: que creuit spina Rauenna. Nō erit incultis gratior asparagis. Sunt qui nō

ab aspirate/sed a lingua chaldea deducant: quia chaldei asparagos appellant herbā q̄ crescit in virgulta et in caulē. Huiꝰ duo sunt genera/ hortense ⁊ siluestre. Sed incultū gratius est.

Aspergo gis. si. sum. ex ad et spargo: quasi ad aliquid spargo/ vel aliquantū madefacio. Plautꝰ in epi. Ab guttura pectꝰ mihi ardens aspersisti. Virg. li. iii. Geor. Aut tecto assuetꝰ coluber succedere ⁊ vmbre Pestis acerba boum pecoriq̄ aspergere virus.

Aspergo inis. tā mas. q̄ fe. generis: gutta terre cruore permixta. Sta. lib. vii. Diraq̄ aspergine latos Mutat agros. Am. Et cautes niuea rorāt aspergine.

Aspergillum: instrumentū quo nos aquis sacris aspergere solemus.

Aspernor aris. ab aspergo fit: significatq̄ recuso/ auerto/ nō ignosco/ fastidio.

Aspernabilis: q̄ est dignꝰ vt aspernet. Gell. Nōnunq̄ apud meipm̄ soleo res eiusmodi paruas q̄dē minutasq̄ ⁊ hominibꝰ nō bñ eruditis aspernabiles.

Asphaltum latine dici potest tutamen: a verbo ἀσφαλίζω quod est tueor. Quo nomine dictus est lacus Syrie in prouincia/ que hactenus Pentapolis dicta fuit: sic dictus: quia nihil viuum in eo submergit: vñ mortuū mare ab historicis nominat. Asphaltū etiā bitumen dicitur.

Aspicio is. ex ad et specio. e in i. mutata: q̄uis Prisci. aspicio compositū dicat. Varro em̄ habet Spectare dictū ab antiquo: quo etiam Ennius vsus ē. Vos epulo post q̄ spexit: et quod in auspicijs distributum est: qui habent spectionem quā nō habebant: ⁊ quod in augurijs etiam nūc augures dicunt aues specere. Cōsuetudoq̄ cū prepositio verbis coniuncta fuit etiam seruat: vt aspicio/ conspicio/ despicio/ respicio: sic alia. In quo specto: qd̄ spectare volo. Hinc specula et speculū: q̄ in eo specimus imaginē. Festus quoq̄ ait: Aspiciū ab aue specienda. Nā quod nos cū prepositione dicimus aspicio: apud veteres dicebat specio: quod naturaliter spexi spectum facit: quod spicio facere nō potest: a cuius supino legitime ex analogia specto frequentatiuū format: vnde expecto et respecto/ ⁊ alia hmōi sunt composita. Preterea deriuata nomina/ specula/ speculū ⁊ specimen/ non solū specio significationē pre se ferunt/ sed etiā analogiā eius seruant: naturāq̄ ipsiꝰ specimē redolet: vt apud Plau. in Casi. ostenditur. Nā amici an inimici sis imago Alcesime mihi sciā: nunc specimen specitur: nunc certamen cernitur. Spicus p̄o spica/ spiculum et specille: q̄uis cū spicio quandā similitudinem habeant: nō tamen significationē si pro video sumitur gerunt: nec vllo pacto attingunt. Miror igitur cū Prisci. aliter senserit: p̄sertim cū in denominatiuis dixerit. A simplici quod in vsu nō est specio is. speculū p speciculū per syncopam ci euphonie causa. Et paulo infra. A specio is. vel a specie specimen. Est autē aspicere ad aliquid oculos intendere. Plau. in Asi. Si quē aliū aspexerit ceca continuo fiet.

Aspecto as. sepe aut fixe aliquē intueor. Plau. in Am. Celum aspectat: obseruabo quā rē agat.

Aspectus us. sumit p visu intuitu cuiuscūq̄ animalis: vt horridus aspectu. i. visu horribilis: ⁊ qui effigiem habet horridā. Transfertur etiā ad inanimata. Pli. Prerupta rupes et aspectu horrida.

Aspiro ras. penul. pducta: ex ad et spiro: sed d abiicit. Et pprie aspirare significat afflare. Virgil. Aspirant aure in noctem. Per translationem sumitur pro olere. Ambro. super Lucā. Bonū odorem sanctificationis aspirant. Interdum p auxiliū prebere/ fauere. Virgil. Aspirat primo fortuna labori. Interdum p incumbere/ et quasi toto spiritu intentū esse: vt Scipio aspirat ad consulatū. Interdum pro iungere/ iuxta accedere/ seu ppe tangere. Gel. libro. i. Ad horū autē sinceritatem/ veritatemq̄ verborū/ an aspirauerit cecilius consideremus. Cice. Treba. Vltra etiā accersitū ab eo ad quem ceteri nō propter eius superbiā: sed pter occupationem aspirare nō possunt. Est quando significat inuadere/ seu quasi ad aliquē ire: vt de diuo Vincentio legit. Cū apud Cesaraugustanā ciuitatē Datiano cuidam presidi seuiendi in christianos rabies aspirasset ⁊ ce. Lic. Aliter nunq̄ (inquit) aspirant ad curiā.

Aspis idis. serpens paruꝰ q̄ veneno suo queq̄ viuentia cōtactu occidit: oua gignit ex quibus filij procreantur. Sunt autē plures aspidū species disparesq̄ effectus ad nocendū: vt scribit Solinꝰ. Appellaturq̄ somniculosa aspis: q̄ somnū letiferum percussis immittat. Est et nomē insule ppe cycladas. Sunt et alie hoc nomine in Lycia ⁊ Caria. Est ⁊ nomen vrbis que a latinis clypea dicit. Sir. In clypei speciē curuatis turribus aspis. Stra. Cosura insula est ante aspidem sita carthaginēsem vrbē: quā clypeā vocant.

Asportare: quasi hinc alio portare. Cuius contrarium est importare: quod est aliunde huc portare.

Assa nomen regis iudeorum: qui nōnullas vrbes in iudea condidit.

Assaradō: vltimꝰ assyriorū rex ⁊ Sēnacherib filius.

Assarius nūmus: siue genus pōderis. Iosephus li. iii. Are dei assariū offerunt et vnā drachmā. Idē. Quattuor drachmis venderet assarius.

Assecla: ab assequēdo nomen deductū: ⁊ significat eum qui dñm sequitur: ⁊ qui omnibus imperijs dominorum adest: ho: est presto est: vel qui iuxta voluntatem alterius quid sequit. Liui. li. v. Et eo deuolui rē: vt aut patricij/ aut patriciorū assecle habēdi tribuni plebis sint. Hiero. Seruꝰ paternꝰ ⁊ alumnꝰ ⁊ formosus assecla ⁊ pcurator calamistratꝰ honorādus est.

Assector: comitatū p̄sto. Vide in dictione Deduco.

Assequor penul. corre. pprie significat iuxta sequor. Liuiꝰ lib. xxxviii. Tantū moratus dum Eumenea cum classe assequeretur famū petere intendit. Vide in dictione Reuolu ⁊ auctoritatē. Cic. Quādoq̄ ponit p acquiro/ obtineo: vt Hic assecutꝰ est maximas dignitates. Quāq̄ p equo siue attingo. Cice. Nullā partē videar tuorū meritorū assecutus.

Assentio tis. si sum. consentio: cuius significationis est et assentior. Lactā. Cui opinioni poeta noster assensit. Cice. lib. de repu. In quibus assentior sollicitam et periculosam iusticiam non esse sapientis. Hinc assensus pro cōsensu.

Assensor: q̄ alicui assentit. Cic. Torcinio. Quotidie cōmemorabā te vnū in tāto exercitu mihi fuisse assensorem.

Assentor assentaris: significat insidiose ⁊ conciliande alicuiꝰ vtilitatē gratia effusius ⁊ plerūq̄ falso quempiam laudo.

Assero is. pe. cor. assetui assitum: iuxta semino/ vel iuxta planto. Cato de re rus. Arbores facito: vti bene maturate sint: vitesq̄ vti satis multe asserantur: ⁊ sic vbi opus erit de arbore deijciant. Assero p̄o ris. asserui assertū: significat affirmo/ approbo. Hiero. ad Damasum. Primū em̄ asserunt eius fuisse peccatū/ q̄ nō recte diuiserit. Interdum significat approprio/ attraho/ vendico. Liui. lib. iii. M. claudio clienti negociū dedit/ vt virginē in seruitutē assereret. Itē ibi. Cū reuelleretur assertor virginis a globo mulierū. Vbi assertor significat illū clientē decēuiri qui virginē asserere volebat in seruitutē. Asserere manū veteres dicebāt cōprendere/ cum eam prendebant in libertatē. Hinc asserere etiā pro tueri ac liberare/ seu in libertatē restituere accipit. Pli. Marco suo cōmendabat memoriā suā: orabatq̄ vt se ab iniuria obliuionis assereret. Et assertor defensor. Mar. Assertor venias sa-

tisq̃ prestes. Quemadmodũ desertor qui patriã in/defensam reliquit/ et quasi proditor est. Idẽ. Qui loquitur curios assertoresq̃ camillos.

Asseres: tabule sectiles dicti sunt ab assidẽdo: q̃ admoueantur herçantq̃ parietibus trabibusq̃. Huius nominatiuꝰ singularis est assis asseris/ sicut puluis pulueris. Pli. Uermisq̃ asseribus cõtabulare pauimenta oportet. Hinc asso as. de quo infra. Palladius feminino genere vsus est cũ ait: Asseres querne cũ esculeis nõ misceant. Asserum structurã coassationẽ vocamus/ et a tabulis tabulationem. Interdum asseres accipiunt pro lignis quibus vehebantur lecticarij. Sue. in Cali. Ad primũ tumultum lecticarij cũ asseribus accurrerunt. Huius dimi. Asserculi. De quo exemplũ habes in dictione Aspero as. Dicitur et assis is. Unde et dimi. assiculus. Col. lib. vij. Assibꝰ roboreis compingitur solũ: nec exire alia parte prohibentibus aduersis assiculis. Uarro posuit primitiuũ. Aut ex assibus dentatis cũ orbiculis: quod vocant plostenũ penicum: in eo quis sedet vt agitet que trahãt iumenta. Hinc fit assula diminutiuũ.

Asseuero as. a seuerus deducit. Et est asseuerare proprie inter ipsa argumẽta probationesq̃ vim animi motũq̃ quasi quandã seueritatẽ admiscere. Quin. Altera ex asseueratione probatio est. Ego hoc feci: tu mihi hoc dixisti. Aliq̃ ponit pro simpliciter affirmare.

Assció: perfecte scio/ affirmo vel attribuo: vt apud Col. Uide in dictione Cõscisco.

Ascisco is. asciui ascitũ. Ab ascio et accusatiuũ post datiuũ semper ferme postulat pro assumo/ arrogo/ attribuo. Quin. lib. vij. Quo in genere idẽ precipue custodiendũ: ne id qđ similitudinis gratia asciuimus: aut obscurum sit aut ignotũ. Lactã. lib. iiij. Et illos: qui temere sapientiũ sibi nomen asciuerant: errores stulticiesq̃ damnarũt. Aliq̃ asciscere est aggregare/ admittere. Liuiꝰ lib. j. Ne quid diuini iuris patrios ritus negligendo/ peregrinosq̃ asciscendo turbaretur. Cice. pro Archia. Quod si mihi a vobis tribui cõcedique sentiã: perficiã profecto vt aulum liciniũ nõ modo nõ segregandũ/ cum sit ciuis a numero ciuiũ: verum/ etiam si nõ esset/ putetis asciscendũ fuisse. Huic cõtrariũ est descisco: qđ cũ ablatiuo semper cõstruit cũ a vel ab. Et vltra ablatiuũ aliq̃ habet actm̃ mediãte ad. Et dissentio siue recedo et ab imperio: ductuq̃ alterius subtraho/ rebello deficioq̃ significat. Liui. lib. ij. Preneste a latinis ad romanos desciuit. i. rebellauit. Pro dissentio Gell. posuit. Eã rem Ceciliũ nõ incõsiderate dixisse: neq̃ temere a menãdro atq̃ a multorũ opinionibꝰ desciuisse. Pro recedo. Lac. li. iiij. Desciuerunt a te/ et abiecerunt legẽ tuã.

Assido is. et assideo es. ambo habẽt penul. cor/ amboq̃ actiua: et assedi assessũ faciunt: quorũ etiã reliqua tempora sic similia sunt/ vt nõ facile dignoscantur: sicut in imperatiuo cũ vtrũq̃ asside faciat. Differunt tamen inter se: q̃ assido sit q̃si assisto/ assideo quasi asto. Assido semper cũ motu est/ et de loco ad locũ quandoq̃ tendit vt in quiete sit: vt si quis eat vt sedeat/ moret/ hereat/ quiescat: siue stet apud aliquid. Aliq̃ etiam cũ paruo motu: vt cũ quis in pedes erectus si est se sessum apud aliquẽ ponat hunc assidere/ tertie cõiugationis dicimꝰ. De loco ad locũ. Teren. in Heautõ. exemplũ ponit: vbi Menedemꝰ propter filij abitũ anxiꝰ. Chremeti ait: Domũ reuertor mestus animo perturbato atq̃ incerto pre egritudine assido: accurrũt serui soccos detrahunt. De stantibus vero in pedes. Sal. de Cicerone in senatu orationẽ cũ habuisset/ inquit. Sed vbi ille assedit Catilina/ vt erat paratus ad dissimulanda omnia demisso vultu/ voce supplici postulare a patribus/ ne quid de se temere crederent. Ci. i fragmento academicorũ. Et simul assidamus inquã si videt: sane istud quidẽ inquit: sum enim admodũ infirmus. Assideo autẽ quasi iuxta sedeo sine motu et in loco semper est aut herens aut sedẽs apud aliquid. Hiero. ad Augu. Dũ enim languenti multo tẽpore assidemus. Cice. pro Planco. Huic assidẽt/ pro hoc laborant. Plau. in Ru. Ut fortunati sunt fabri ferrarij q̃ apud carbones assident. De his duobus asside in imperatiuo facientibus hoc erit exemplũ. Duo hic sumus. Ego sedeo/ et dico platoni nõ sedenti: Asside. Tum ab assido est. At si ambo sedemus: et plato assurgere cuipiã velit: nolimq̃ ego vt assurgat: dicam q̃ ei: Asside: tunc ab assideo fit. Et licet sedeo neutrũ sit: assideo tamen actiuũ est secundum Priscianũ: nam assideor facit passiuũ. Salust. lib. iiij. histo: Amissumq̃ assideri sine prelio audiebat. Uerum Cicero et Hiero. cum datiuo iunxere: sicut modo monstratũ est. Similiter Plini. lib. xxxiij. Nos vidimus Agrippinam Claudij principis edẽte eo naualis prelij spectaculũ assidente ei indutam paludamento auro textili sine alia materia. Assido etiam tertie cõiugationis. Salu. in Iug. cum actõ iunxit. Sed Hiempsal qui minimus ex illis erat/ natura ferox: etiã antea ignobilitatem Iugurthe despiciens: atherbalẽ dextra assedit/ ne medius ex triõ quod apud Numidas honori ducit Iugurtha foret. Uidetur q̃ assedit significet iuxta se sedere fecit. Sed alio modo actiue capitur: sicut si dicamus. Hiempsal atherbalem dextra adijt: ita hiempsal atherbalẽ dextra assedit dictũ est: q̃ ita soluẽdo clarescit hiempsal ad atherbalẽ: id est iuxta atherbalem dextra sedit. Sic etiam fit in illo Salustij exemplo. Assideri sine prelio audiebat: id est iuxta oppidum amissum sederi audiebat. Hoc etiam ostendit in obsideo et circũsideo si soluant: vt Obsideo pontẽ: significat sedeo siue sto circũ pontẽ. In obsido quoq̃ et circumsido fit secundum vim prepositionũ: vt supra dictum est in Salustio. Oppidũ circumsedit: id est sedit circũ oppidum. Sed quia sido actiuũ/ sedeo vero neutrum: ideo inter ea que a sido/ et ea que a sedeo cõponũtur: q̃uis in significatione differant: hoc etiam interest/ q̃ in his que a sido componunt: si prepositionis eorum solutio fiat: omnino cõstructio remanebit actiua: quia tunc sido accusatiuum in se inclusum gerit subaudiendũ per translationẽ reciprocam: quod nõ fit in cõpositis a sedeo: etiam si actiua erant: vt est assideo/ obsideo: Ut si prepositionẽ soluamus: Amissum oppidũ assideri audiebat: erit sederi iuxta amissũ oppidũ. Hic nullus accusatiuus inclusus subaudiendꝰ exigitur: quia sedeo neutrũ est: et iuxta vim prepositionis adiungitur et quiescit. In assido si soluat prepositio/ alius actũs exposcitur: quoniã a sido actiuo componitur: vt hiempsal dextra atherbalẽ assedit: id est iuxta atherbalẽ dextra se sessũ locauit: vel dextra iuxta atherbalem se statuit.

Assestrix fe. verbale ab assessor: q̃ iuxta sedet: vt Da mihi sediũ tuarũ assestricẽ sapientiã. Sunt autẽ assessores: quorũ officiũ est assidere presidi atq̃ cõsulere: atq̃ in his fere causis cõstat cognitiõibꝰ/ postulatiõibꝰ/ libellis/ edictis/ decretis/ epistolis.

Assiduus: ab assideo/ iugis/ cõtinuus: q̃ in ea re quam quis frequenter agit cõsedisse videat. Unde assiduitas diligentia/ et ecõtrario/ resides dicunt segnes et ociosi. Aliq̃ assiduꝰ dicit frequẽs: et assidue frequẽter. Uirgi. Assidue veniebat. Assidui etiã dicebant q̃ locupletes erant: et facile cũ id tempus postulabat munera populo prestabãt. Et assiduus: qui asse suo: id est sua pecunia et sine stipendio militabat. Et tunc ab asse. i. ere dando deducitur.

Assidele mense: ad q̃s sedẽtes flamines sacra faciebãt.

Assilio is. pe. corre. ex ad et salio: signifi. inuado/ aggredior. Oui. li. xj. metam. Cũ sepe assiluit defense menti/

bus vrbis. Et assilire dicit̃ de aialibus maribus cū fęminas ineunt. Col. lib. vij. Nā nisi prius ea marē cōciuit assilientē admissariū calcibus ꝓturbat.

Assisto is. vide in dictione Sisto.

Assis is. tabula sectilis. Pli. Vernisq́ꝫ assibus cōtabulare pauimēta oportet. Vide supᷓ in dictiōe Asseres.

Asso as. tabulo: a quo coasso ꝓ cōtabulo. Victru. Cū assatū fuerit supᷓ altera coassatio struat̃: clauisq́ꝫ fixa duplicē ħbeat cōtignationi loricationē. Pli. Necessarium binas ꝑ diuersas coassationes susterni capita eorū ħfigi clauis ne torqueant̃. Est et asso as. ꝓ torreo: a quo assatus: vt de diuo Laurētio. Assatus sum: iā versa ⁊ mäduca. Plaut⁹ tñ in Mus. assus dixit. Ne faxis: nā elixus esse q̃ꝫ assus soleo suauior.

Assus a. um. quod est torrefactū. Proprie dicitur sine pigmento alicuius saporis: quemadmodū merū solum dicimus. Unde assa voce veteres dixerunt sola voce linguę: aut vocis humanę nō admixtis aliis musicis. Var. In cōuiuijs pueri modesti vt cātarēt carmina antiqua, in quibus laudes erant maioꝝ et assa voce et cū tibicine. Cato. Melos autem in cantibus est bipertitū. Unū est quod in assa voce. Alterū qđ vocant organicum.

Assula dimi. ab assis tabella: a quo fit aduerbiū assulatim, qđ est minutatim. Plau. Priusq́ꝫ pulsando extium foribus assulatim dabo. Idē in Mene. Faciam quod iubes securim captā ancipitē, atq́ꝫ hunc senem exossem: nisi dedolabo assulatim viscera.

Asula ꝑ simplex s. oppidum in agro Brixiano.

Assatura: frustū carnis assę. Hiero. li. ij. Re. Partit⁹ ē vniuersę multitudini assaturā bubalę carnis.

Assuetus: vsitat⁹: ab assuesco cis.

Assumo is. penul. produc. mō significat accipio. Cice. Nec id onus inuitus assumpsit: mō nimiū tribuo. Idem. Si id mihi assumo: vix cor id mihi meo iure quodam vendicare.

Assur: iudęę ciuitas: quā ędificauit Salomō: Quo nomine dictus est filius Sem.

Assuerus (sicut testat̃ Iosephus) fuit Cyrus Xersis filius: qui post Dariū patruū Persidę rexit imperiū. Hunc Cyrū dixit Artaxersem apud grecos vocari: q̃ lōgiman⁹ cognoīatus: regnauit. xl. annis.

Assus: ciuitas troadis, arte ⁊ natura munita. De qua ē illud Stratonici dictum: Qui celeri passu Assumit: mortis periculū adit. Ex asso fuit Cleantes pħs stoicus: qui Zenoni successit.

Assyria: regio Asię maioris: quę nūc Syria dicit̃: habens ab ortu Indiā: ab occasu Tygrim fluuiū: a meridie Mediā: a septētrione Caucasum. Unde Assyrij, qui postea Syrij ⁊ Syri. Hāc Porphyrio ⁊ acrō volunt prius dictam Syriam postea vna addita syllaba assyriā vocitatam: alij quadripertitā faciunt diuisionē in Syrios, Assyrios, Leucosyrios ⁊ Celesyrios. Pli. duplicē Syriā assignat. Unā palęstinā, alterā antiochiā. Dicta est autē assyria: vt docet Aug⁹ lib. xv. de ciui. dei: ab assur filio Sem.

Ast cōiunctio ponit̃ mō ꝓ sed, mō ꝓ atq́ꝫ, mō pro ergo, mō ꝓ tā, mō pro tū, mō pro cum.

Asta: ciuitas ęstuaria inter sacrum promontoriū ⁊ herculeas columnas. Et Asta in Liguria: vrbs nō lōge a Nouaria distans. De hac Claudianus. Nec plus pollētia rebus Cōtulit ausonijs: aut męnia vindicis astę. Meminit et Plini⁹ lib. xxxv. Cum aspiratione ꝟo aliud significat.

Astu generis neutri, vt cornu. Terent. in Eunu. An in astu venit? Et sic pro vrbe ponitur. Nam asty apud gręcos vrbs est: sed a latinis mutatur y i u. et fit astu: vt Priscia. docet. Inde fit astus us. et astut⁹ et astutia. Ponitur et astu aduerbialiter ꝓ astute. Teren. i Eun. O si astu rem tractauit dij vestrā fidē quantā, ⁊ q̃ꝫ veram laudem capiet Parmeno.

Astutus, ab astu vrbe caut⁹ dicit̃: in qua qui assidue versati sunt, cauti fiūt. Vel ast⁹: quasi tut⁹, ab arte: vt inquit Fest. Hinc astutia: quę (vt auctor est Hiero.) est subtilitas cautelę rudibus incipiētibusq́ꝫ necessaria: per quā sophismatū dignoscere et quęrere versutias possit: ne falsoꝝ fraudibus argumentoꝝ abducant̃ a simplicitate verę sapientię, quę ducit ad vitā. Hinc astatulus diminutiuū.

Asturia: ciuitas hispanię: in q̃ asturcones eq̃ gignunt̃.

Asturcones equi: ab astutia oppido Hispanię ita appellati: quib⁹ nō vulgaris in cursu grad⁹, sed mollis alterno cruꝝ explicato glomeratio est. Pli. li. vij. In asturia hispanię gignere Tieldones vocatos equini generis: qui quotiens minori forma sūt, asturnones dicunt̃. Syrius. His paru⁹ sonipes neq́ꝫ marti notus: at idem Aut incōcusso glomerat vestigia dorso. Aut molli pacata celer trahit esseda collo.

Astura: flumen ⁊ oppidū maritimū in latio. Pli. lib. vj. Antiū inquit colonia flumen astura et insula. Et lib. xxxij. Tenuit ⁊ nostra memoria nauiū Caij principis ab astura antiū nauigantis.

Astur: qđ ab asturia est. Mar. de asturconib⁹. Hic breuis ad numerū rapidos q̃ colligit vngues: Venit ab armiferis gentibus astur equus.

Astaroth: antiqua ciuitas Og regis Basan: in q̃ habitauerūt gygantes: ⁊ postea cecidit in sortē trib⁹ Manasses regiōis Bethanię. Sūt aūt duo castella i Bethania hoc vocabulo: nouē inter se milib⁹ sepata inter adarā et abellā vrbes.

Astages: nomē ꝓpriū fluuij in mare defluentis.

Astaphis pe. cor. vua passa dicit̃ αστaφισ grece.

Asteismos: latine vrbanitas: et est trop⁹ multiplex numerosęq́ꝫ virtutis. Nā asteismos putat̃ quicq̃d rustica simplicitate caret: ⁊ faceta satis vrbanitate exponit̃. vt apud Virg. Qui bauiū nō odit: amet tua carmina Meui. i. ꝓ pęna ei cōtingat, vt diligat Meuiū peiorē poetā. Atq́ꝫ idē iūgat vulpes, ⁊ mulgeat hircos. i. faciat ea q̃ cōtra naturā sunt. Nā αστειοσ vrbanus: αστειζομαι vrbanus sum.

Aster: stella vna. Astrū: latine sid⁹: qđ cōstat ex plurib⁹ stellis, quę aliqđ signū componāt: vt Gemini, libra, et huiusmodi. Dictū astrū ab αστραπτω, quod est fulgeo. Et est aster nomē ciuitat. Sciendū ꝙ in aster a. um. terminata: nomina imitatiua sunt: vt parasitaster: qui imitat̃ parasitū. Philosophaster: q̃ est philosophoꝝ imitator. Cic. Omnino solet esse fuluiaster. Surdaster: dimi. est: q̃ est aliquantulū surd⁹. Similiter recaluaster: qui nō est toto capite caluus, sed sola fronte. Catulaster: nō paruū catulū significat, sed ipsū catulū. Pullastra: nō paruā pullā, sed paruā gallinā. Pullaster: non paruū pullū, sed ipm pullū. Filiaster: quo quidā vtunt̃ ꝓ priuigno, non paruū filiū: sed qui eū imitat̃ sit filiastra. Oleaster, pinaster, menthastrū. Siliquastrū ꝙ siluestria sint olera: pinū, menthā siliquāq́ꝫ imitantia.

Asteric⁹ seu asterisc⁹ dimi. ab aster: signū est ad pꝫ stellę similitudinem: quo vtimur cū aliquid in scribendo omissū est. Hiero. Qui ęditioni antiquę Theodotionis miscuit asterico et obello.

Astrale: qđ ad astra pertinet. Unde astralia fata dicta sunt ab Aug. lib. v. de ciui. dei.

Auro as aurum superpono: A quo deauro & inauro. Vnde auratũ deauratũ & inauratum.

Auriferum qđ fert aurum. Vnde aurifera flumina dicuntur Tagus in Hispania: Padus iu Italia. Hebrus in Thracia. Pactol⁹ in Asia. Gãges in India.

Aurarij: qui aurũ imponũt & inaurant. Et aurarij fautores qui fauoribus splẽdidos. i. claros faciũt ab aura.

Auraria fodina vbi foditur aurum.

Aurifex faber aurarius: qui auri laborandi artifex est. Plinius. Velut aurificum arte alterius inter folia candicãtibus margaritis: hinc aurificina pro aurificis taberna.

Auricomus penultima correpta qui aureos crines seu auream comã habet.

Auramentũ cuz auro dicitur. Pli. lib. xxxiij. Hispania strigiles vocat auri paruulas massas qđ super oĩa solum in massa auramento capitur cum cetera in metallis reperta igni perficiantur.

Aurichalcum ex auro & ęre dictũ est χαλκος eñ ęs dicitur: quasi sit ęs aureum: habet eñ colorem auri. Siue ꝓpter cognationẽ quę est inter au. & o. Nã dicimus plostrum & plaustrũ. Cotes & cautes sicut ecõtrario: dixerũt ausculũ pro osculum. Hiero. in apoc. Et pedes ei⁹ similes aurichalco. hoc pręciosius omnibus metallis fuit: ꝙ & splendorẽ auri & ęris duritiã possideret. Dicitur & orichalcum: quia in locis montosis inuenit᷑ ορος eñ latine mons dicitur. Plau. in Mi. Ego istos mores orichalco cõparẽ. Sta. li. x. the. Emicat effigies & sparsa orichalca renident.

Auripigmentũ in syria fodit᷑ ad pictorũ vsum in sũma tellure auri colore sed fragili lapidũ speculariũ mõ.

Aurigo pe. pro. morbus qui & regius: a colore auri quẽ bilis per totũ corpus diffusa repręsentat: hinc auriginosus dicitur qui eo morbo laborat.

Auriga pe. pro. & generis cõmunis ſm Priscianũ. qui vel quę currũ regit: sic dictus ꝙ splẽdorẽ sibi agat auris quasi fauoribus populi. i. clamoribus. Quãdoq́ genere fęmi. ponitur pro ipso curru.

Aurigor aris: moderor rego.

Aurata piscis ab auri colore nomẽ accępit: cuius amator Sergius orata cognominatus est: vt refert Macro. Nam arata prius dictus quasi aurata ob oro qđ vulgo pro auro dicunt. Mar. Non omnis pręcium laudẽq́ aurata meretur.

Aurelia familia apud Ro. ex sabinis oriunda: a sole dici creditur cui peculiariter Romę sacra faciebat: antiquitus dicti auselij vt Valesij papisij ꝓ Aurelij valerij papirij. Fuit & nomẽ ꝓpriũ matris Cęsaris.

Auras fluuius ab hemo in Istrum defluens.

Aures ab hauriendis vocibus dictę sunt: detracta aspiratione. Virg. Vocemq́ his auribus hausi. Aut q̃ greci vocẽ ipsam αυδην vocant ab auditu ꝑ mutationẽ litterę aures velut audes. Et tã cartilagines q̃ foramina auriũ dicuntur aures. Lucr. lib. vj. Triste supciliũ furiosus vultus & acer: Sollicitę porro plenęq́ sonorib⁹ aures. Et tã de animãtib⁹ q̃ de eis quę carẽt aĩa recte dicunt᷑. Virg. in Geor. Bine aures duplici aptant᷑ dentalia dorso. Hinc inauris & auritus.

Auricula nõ ẽ parua auris licet recte formet᷑: sed ẽ exterior pars auris: vel pars infima quę mollis est. Hierony. in exo. Et pones sup extremum auriculę dextrę aaron. Idẽ cõtra Iouí. Si digitũ amputes si sũmitatem auriculę est quidem dolor: sed nõ tñ damnũ: nec tanta cũ dolore deformitas: quãta si oculos eruas.

Auritus a um: pe. pro. qđ magnas habet aures. Virg. Auritosq́ sequi lepores. Et auritus dicit᷑ qui bene audit. Hora. lib. Car. Doctus auritas fidibus canoris ducere quercus.

Auricularius a um: secretarius / ꝯsiliarius. Hiero. li. ij. Regũ. Fecitq́ eũ sibi Dauid auriculariũ a secreto.

Auricularius a um: qđ ad aures ꝑtinet. Vnde auriculariũ speculũ dicimus. Similiter auricularis et hoc auriculare: vt Verminatio auricularis cum putridę aures vermibus scatent.

Auriscalpiũ: instrumentũ quo aures equoꝝ purgant᷑.

Aurea sunt freni qui circa aures equoꝝ religant᷑: immo pars habenę quę circa aures ponit᷑.

Aurunci barbę caprarũ. Vnde & pro barbatis hominibus poni solet.

Aurunca vrbs quam condidit Auson Vlyssis & Calypsoos filius siue Circe.

Ausonia: olim pars Italię dicebat᷑ in qua sunt Beneuẽtũ Tarracina. ab Ausone Vlyssis & Calypsoos filio: nunc autẽ pro tota italia sumit᷑: quę Apẽnino finitur. Inde ausonius a um: & Auson: pro eo qđ est ex ausonia: ausoniũ mare pars ionij est: brutiaz alluit a Tarẽto incipit: tñ cur dicatur aliter scribit Suidas αυσονιων ιταλων και αυσονεσ οι βασιλεισ παρα το αυσω το τολμω οι παντα επι τολμωντεσ τω προσταγματι και αυσονιοσ ποντοσ ητοι σικελικοσ απο αυσονοσ του οδυσσεωσ και καλυψουσ υιου εκει βασιλευσαντοσ.

Ausculto as: cũ actõ significat audio. Plau. Tum illã sũmisse loquentẽ auscultabã: cũ datiuo obedio Terẽtius in An. Pamphilũ ne aduxẽ: aut auscultẽ seni cẽses. Itẽ auspicio cerno. Afra. Ludos hic auscultauit procul. Auscultare autem veteres pro osculari dicebãt. Plau. Et inter se auscultant: et columbatim os cum ore conserũt. Et tunc ab osculo hoc est ore deducitur: qđ ausculum dicebant.

Auspiciũ quasi auis speciũ: ab auiũ spectiõe dicit᷑ sicut auguriũ quasi auiũ garriũ ab auiũ garritu & voce et garriendo. Auspiciũ ab auiũ volatu fit. Duo sunt auspicioꝝ genera. Vnum ad oculos: alterũ ad aures ꝑtinens. Ad oculos volatus: ad aures vox auiũ. Thiresias thebanus primus auspicia auiũ inuenit. Vide etiam in dictione augur. Virg. Pro potestate posuit Cõmunẽ hũc ergo populũ paribusq́ regam⁹ Auspicijs. Ab eo qđ pręcedit ad id qđ sequit᷑ ꝙ iisdez auspicijs creati consules parem habent potestatẽ. Auspiciũ antiqui curiosissime obseruabãt: adeo vt nihil publice sine auspicijs nec domi nec militię gereret᷑. Vñ auspiciũ capitur quandoq́ ꝓ ductu & fortuna: quia dux belli anteq̃ iret in expeditionẽ auspicia capę solebat. Quandoq́ capitur pro pręsagio,

Auspices qui auspicio pręsunt: quos idem esse qđ augures. Cice. his verbis declarat. Quid de augurijs loquar? tuę partes sunt. Tũ inquit auspicioꝝ patrociniũ esse debet. Quãobrem hi augures auspicesq́ dicebant᷑: & auspices q̃ pręposití sunt celebrãdis cõnu

bus ex parte viri. Nam ex parte vxoris pronuba dicitur quia auspiciũ pro nuptijs capere solebãt. Aliquando auspex capit pro eo qui dux militie est. Hora. Nil desperandũ teucro duce et auspice teucro.

Auspicor auspiciũ capio vel incipio: tam in bonũ quam in malũ propterea quod nihil veteres rei magne ordiebant nisi auspicato. Sue. in Aug. Militiã auspicantibus nõ tribunatũ modo legionũ: sed etiam prefecturas alarum dedit. i. militiã incipientibus et felici auspicio inchoantibus. Pli. li. vij. At hõ infeliciter natus iacet manibusque pedibusque deuinctis: aĩa ceteris imperaturũ a supplicijs vitã auspicat. Col. li. xij. Possit ab idibus ianuarijs auspicari culturarũ officia. Inauspicatus nõ auspicatus vsitatum est veteribus sic dicere: si qd aliqñ alit euenisset quam vellẽt Auspicatã rẽ dicimus que auspicijs probata est. Auspicato aduerbium. Terẽ. Haud auspicato huc me appuli. i. non feliciter Quin. Itaque apud illos. Home. sicut apud nos. Vir. auspicatissimũ dederit exordium. i. felicissimũ.

Auster: ventus meridionalis ab hauriendis aquis dictus licet qñque nõ aspiret in principio. Nam nebulosus atque humectus est qui etiã nothus grece eadez ratione appellatur: quoniã νοτισ latine humor dicit. Ponitur tamẽ quãdoque pro alijs ventis. Ab auster fiunt duo adiectiua. Australe et austrinum. Sed hec nõ absurde per h. scribi videntur.

Austerus a um: pe. pro. greca dictio: que apud nos significat acre/asperũ/et imite. Hora. in Ser. Molliter austerũ studio fallente laborẽ: grece αὐστηρόσ.

Austro austras: significat humecto. Plau. Austrati ad ignem sedent.

Austrum radius rote. Lucre. lib. v. Ut fluuius versare rotas atque austra.

Ausugani: populi sunt inter Feltriam et Tridentuz ab Ausugo oppido dicti. Nunc vallis sugana vulgo appellari solet.

Aut cõiunctio separatiua: vt Aut onera accipiunt venientum aut agmine facto. Aliquando dubitatiua vt Aut librũ volo: aut preciũ. Si semel subijcitur diminutiua ẽ: vt Aut age diuersas. Quod eñi grauissimũ erat: Iuno optauit. Aliquando coniunctiua: vt Aut dauni tu magne pater diuum miserere.

Automedon pe. cor. nomen aurige achillis.

Autolecythus pe. cor. mendicus scurra: grecum est αὐτολήκυθυσ sed ληκυθοσ est vt vrceolus olei αὐτοσ ipse: quia nec aliud possidẽt ait Suidas. Ideo Iuue. de codro vrceoli sex et subdit καὶ γαρεικον θερταισ ληκυθοισ ἀργυρια et multa alia.

Autographũ dicimus propria ipsius manu scriptum. Greci αὐτον ipsum dicunt γραφω scribo. Vñ autographa epistola apud Sue. in Aug. ipsius manu scripta significat. Antigrapha pro rescripta.

Autocineton pe. produ. Grece αὐτοκίνητον seipsum mouens et non ab alio mouetur.

Automata sunt instrumẽta arte mechanica ita subtiliter fabricata vt sua sponte: nullaque apparente causa moueantur: qualia sunt horologia machineque versatiles. Automaton eñi interpretatur vltroneũ et sue spontis. Scribit Vitru. hydraulicas machinas et aquarum expressiones automatas a Ctesibio primo repertas fuisse: vbi automata appellat mechanica instrumenta que per semetipsa moueantur. Mors naturalis et fatalis dicitur a Demosthene αὐτοματοσ quasi sue spõtis et nulla extrinsecus vi coacta. Demetrius moschus Laconicus ληγεται οτι μαιομαι το εσσυμαι τι ποιειν

Autonomus: penul. cor. qui viuit suis legibus Autonomia libertas viuendi suis legibus παρατο νομω νομοσ

Auturgus artifex per seipsum faciẽs. Auturgia manualis operatio ab αὐτοσ καὶ ἐργαζομαι

Autopyrus fermentũ dicit qui et zymitis.

Autumo as penul. cor. existimo censeo affirmo. Plau. Nisi hoc ita factũ est perinde vt factum esse autumo nõ causam dico cum quin similes probri.

Auctũnus dici putatur: quod tũc maxime augeãtur hominũ opes coactis agrorum fructibus. Hinc autũnale adiectiuũ: vt tempus autumnale: et ideo per c. scribẽdum est cum ab auctus a um dicatur.

Auxilium ab augeo quoniaz augebant numerũ hij qui accedebant alienigene. Proprie eñi dicitur sociorũ cũ legiones ex Romanis constent. Inde Vege. lib. ij. de re mi. Auxiliares ex diuersis locis veniunt: et legionibus semper auxilia tanquam leuis armatura in legione iungebantur: vt in his preliandi magis adminiculuz esset quam principale. Inde apud historicos legionarij et auxiliarij discretim ponuntur.

Auxiliaris et auxiliarius vtrũque dicit pro eo qui in auxiliũ alicuius vẽit. Asinius pol. Militẽ non mõ legionariũ sed ne auxiliariũ quidẽ vllũ quoque misi.

Auxiliari significat adiuuare: auxilio esse et tã accusatiuo quam datiuo cõstruitur: qñque etiam genitiuo Hiero. in Esaia. In die salutis auxiliatus sum tui.

Auximũ: piceni vrbs a qua auximates populi dicti sũt vt inquit Stra. Vulgo osmum dicitur.

A Ante X

Axamenta carmina que a salijs in vniuersos homines componebantur.

Axinomantia genus magice diuinationis per dolabellas securesque factũ, quas greci axinas vocãt. Vñ Pli. lib. xxx. scribit peluibus securibus ac multis alijs modis diuina magos promittere.

Axare antiqui pro nominare posuerunt.

Axis proprie significat diametron mũdi. Est enim linea que ab vno mundi cardine in alterum tendit. Apul. in cosmo. Eos polos dicimus a quibus velut a cardinibus axis est ductus diuisor et discriminator mũdi orbem terre in medietate constitueñs. Duo sunt autem axes qui et cardines dicũtur quod circa eos rotari orbis videatur: et poli a grecis vocãtur. Nam vt quidã putant axis ab agendo. i. mouendo deducit. Et axit pro egerit veteres vsurpucare. Unus australis siue antarticus hoc est arctico oppositus qui terre obiectu a nobis cerni non potest. Alter septentrionalis siue arcticus: siue arctous aut boreus qui nunquam occidens semper conspicitur. Virg. Hic vertex nobis semper sublimis: At illum sub pedibus styx atra tenet: manesque profundi. Hinc pro septentrionali parte ponitur: quod hic polus dũtaxat nobis notus sit: circa quem orbis vertatur. Item axis dicitur stipes seu lignum teres circa quem rota currus vertitur. Idẽ lib. iij. Georg. Post valido nitens sub pondere faginus axis. Hũc greci αξωνα dicunt. Licet quandoque pro toto curru capiat: vt apud Iuue. Dignus aricanos qui mendicaret ad axes. Itẽ axis dicitur totũ celum vt Axem humero torquet. i. celum sustinet. Dicitur et axis circa quez aliquid agitur hoc est mouetur. Unde axiosi factiosi quod vna quid agerent facerentque. Et axis fera est in India: humili pelle: pluribus candidioribusque maculis.

Axilla locus concauus subter brachium vbi nascuntur pili. Inde fit ala vt inquit Cicero.

Axungia: iterior porci pinguedo inueterata ab axe plaustrorum vnguẽdo dicta vt facilius circa cuz rota vertatur. Hec quãto vetustior: tanto vtilior est et multas vires habere credit: quia id animal herbarum radicibus vescitur. Pli. Folijs cum axungia strumas discutit. Dicitur et axugnia. Idem lib. xx. Et syluestri ruta cuz axugnia veteri illitos ramicese sanari produnt.

A Ante X et Z

Axioma pe. p. a Varrone profatum & ꝓloquiū dicit̄ a Cice. lib. i. Tus. pronunciatū siue proloquium. Et est sententia in qua nihil desideratur vt Annibal pen⁹ fuit Scipio numantiam deleuit. Et oino quicqd ita dicit̄ plena & ꝑfecta verborū sententia: vt id necesse sit aut verū aut falsum esse: id a dialecticis axioma appellatū est: alibi Cice. dixit fundamentū dialectice esse axioma: quod ait esse quasi effatū. Est preterea axioma. i. pronunciatū: qđ alii adiunctū: alii cōnexū dixere. Id tale est. Si Plato ambulat: plato mouetur. Si dies est: sol est super terrā. De hoc Marti. capella li. dia. intelligi volens sic ait. Quod fuerit ex nominatiuo casu nois & tertia verbi persona cōiunctū ꝓloquiū dicitur. Ergo miser est. M. crassus sed trahāt alii & vsurpēt quātū velint huius dictiūcule significationē grece tñ dicit̄ ἀξιωμα. i. dignitas et postulatio ἀξιοω ꝓbo dignū facio: peto: dignor: rogo: volo: censeo.

Axius fluuius paphlagonum per mygdoniam fluens. Plinius lib. iiii. Mox antigone europus axium amnem eodem nomine alius per quod rhedias fluit.

Axium vrbs in Mysia inferiore.

Axus macedonū fluuius. Axos vrbs cheronesi thracie

Axon ionum fluuius in minore asia: axone flumen in extremis rhenorum.

A Ante Z

Azana ethiopie regio que sinum rubri maris barbaricum appellatum obtinet a qua azanum mare dictuz est a Plinio libro. vi.

Azelos pe. ꝓducta latine dici potest sine amore: infelix sine inuidia ab a priuatiua ζηλοσ etiam multa alia significat.

Azymus pe. cor. cum y. apud nos dicit̄ sine fermento ζυμη eñ fermentū dicitur.

Azotus pe. pro. vrbs syrie. Hinc Azotius a um. vt viri azotii qui azotum habitant.



Littera muta est: que nō in sonū suū: sed in sonū e litere finit̄. Nam greci vita nomināt. Gerit q̄ virtutē & potestatē mediam inter p. & ph. Quare nos ob litteraꝝ affinitatē dictiōes grecas traducentes nōnunꝗ̄ p. & ph. in illam cōuertimus: vt cū apud grecos πυξοσ scribat̄: apud nos buxus. Et qđ illi ἀμφω nos ambo trāscribimus. At ecōtrario qđ illi cum b. scribunt nos cuz ph. traducimus: vt θριαμβοσ triūphus. Conuertit̄ q̄n q̄ b. in u. euphonie vel differētie causa vt aufero ꝓ abfero. Aufugio ꝓ abfugio. Trāsit etiā in f. vt sufficio in c. vt occurro: in g. vt suggero: in m. vt summitto: in p. vt nubo nupsi.

B Ante A

Babylon pe. cor. nomen principalis vrbis in chaldea. Et apud nos confusio vel trāslatio dicitur ꝓpter linguarū confusionē: eoꝝ qui edificabant turrim cuius altitudo quinq̄ miliū centū septuagintaquattuor passuū fuit. Hebrei nāq̄ abel confusionē appellāt. Hec vrbs adeo nobilis fuit: vt chaldea tota: & mesopotamia a se babylonia dicta fuerit. Et prius quidē dicebatur ciuitas regni Nembroth: in qua eoruz qui edificauerunt turrim longe diuise sunt lingue: quoꝝ principes fuisse Nembroth gigantē Iosephus affirmat postea a Nino vel Semiramide istaurata menib⁹ ac hortis pensilibus: templo q̄ ac arce maxime fuit admirabilis. Hec campi planicie vndiq̄ conspicua: natura loci letissima: castrorum facie menibus paribus per quadruz disposita: murorum eius vix credibilis

B Ante A

relatu firmitas et magnitudo: id est latitudine cubitorum. L. altitudine quater tantū. Ambitus eius quadringentis octoginta stadiis circumuenitur Murus coctili latere atq̄ interfuso bitumine compactus. Quem tam latum fuisse quidem scribunt: vt quadrige sibi inuicem occurrentes facile pertrāsire possent Unde et inter septem spectula orbis numeratur Fossa extrinsecus late patens vice amnis circumfluit. A fronte murorum centum porte eree: et Euphrates in ea fluit. Hec vrbs cum aliquando defecisset: et Semiramis circa cultum corporis occupata esset: soluta adhuc altera crinium parte ad eam recuperandaz cucurrit nec prius decorē capillorum redegit in ordinem: q̄ vrbem in suam potestatem restitutam vidit Babylon maxime celebrauit intexere colores diuersos picture: et nomen imposuit: Babylonica enim appellātur. In babylonis regione est Seleucia & berillus in ea reperitur. A Babylon fiūt Babylonius babylonia babyloniū: et Babylonicus a um. Unde babylonios dicimus qui ex Babylone sunt. Et captiuitatem babylonicam.

Bacca per duplex cc. continet intra sui nominis ambitum fructus diuersorum generum lauri: oliue: corni: myrti: et aliorum huiusmodi. Est & bacca lapis preciosus siue vnio.

Baccatus baccata baccatū: quasi baccis: hoc est lapillis preciosis & margaritis ornatus. Virgilius. Colloq̄ monile baccatum.

Baccula diminutiuum: parua bacca. Plinius lib. xxv. Omnes colore buxeo: caulibus paruis flore purpureo ferunt bacculas paruas vt cappari.

Baccar baccaris penultima correpta generis feminini herba est radicis odorate ad cynnami similitudinem hedere pene foliis rotundioribus molliorībusq̄. Ex hac radice fieri solebat vnguentū quod baccaricū dicebatur. Valet herba contra fascinationes. Unde Virgilius. Baccare frontē cingite ne vati noceat mala lingua futuro.

Bacchar cum h. genus est vasis vinarii: quod & baccharium dici potest.

Bacchus Iouis ex Semeles filius: putatus est deus vini: et pro ipso vino poni consueuit. Hic multinomius fuit. Nam Dionysius. deinde liber pater: postmodū cū bellasset in India & multas secuz habuisset feminas q̄ bacche dicebant̄. Bacchus idem. Osiris quandoq̄ Priapus: quandoq̄ Bromius: quandoq̄ brotinus dictus fuit: et leneus. Hic orbem fere terrarum peragrauit: multas nationes domuit. Indos debellauit: & primus omniū triumphauit vectus indico elephāto vt scribit Diod. Primus emere ac vēdere instituit: & diadema regum ac triumphū inuenit Dictus bacchus ἀπο του βακχειν id est ebrius sum & clamo ꝙ in bacchanalibus clamores fierent. Vel vt scribit Diodo. a mulieribus que illū bacchantes. i. furentes sequebantur.

Baccha bacchi sacrificula: que bacchis idis. Et baccha villa quedā circa Meotidem.

Bacchius bacchia bachium possessiuum est a baccho siue bacheus. Col. Pierii nemoris bacchea voce frementem Bacchius substantiuum genus pedis est ex tribus syllabis constans: quarum prima breuis est: relique longe: vt honestas hoc pedis genere vtebantur in carminibus sacrorum bacchi. Cui contrarius est antibacchius.

Bacchium genus vasis vinarii quo in sacrificiis bacchi vtebantur.

Bacchanal vel bacchanale: locus in quo bacchi festa celebrabantur.

Bacchanalia: que et Dionysia bacchi festa: in quibus viri ꝑ noctem feminis et tenere etati turpiter misce-

bātur per dolum. Unde illud Qui Curios simulāt ꝛ bacchanalia viuūt: hec a multis grecię vrbibus triennio quoqꝫ celebrabantur. Sciendū est ꝙ noīa dierū festoꝝ tantū pluraliter declinantur: ꝛ genitiuū pluralē tam in orū ꝙ̄ in ium terminant: vt bacchanaliorum ꝛ bacchanalium.

Bacchari ꝓprie significat bacchanalia celebrare: ꝑ trāslationē ꝟo ponitur pro furere/vagari/discurrere. Veteres eñ quicq̄d vehementius agitaretur bacchari dicebant a bacchantibus. Virg. Totāqꝫ incensa ꝑ vrbē bacchatur. Quinctiliā loca ipsa in quib⁹ esset bacchatum: bacchata vocabant. Hiero. ad Algasiam bacchari ꝓ seuire posuit: ꝓprio contra se furore bacchātur. Aliqñ etiam bacchatū dicitur baccho dedicatum. Huius verbi cōpositū est debacchor.

Bacchides: pe. cor. nomen ꝓpriū viri: qđ apud nos luctus fortis vel vetustas in vomitu dici potest.

Bacchiade dicti fuerunt qui e corintho exules in Siciliam deuenerūt: ꝛ vrbem inter pachynū ꝛ pelorum ędificantes siculi facti sunt.

Bacchilio fluuius q̄ de Vicētinis montibus defluit.

Bactra orum. Scythię ꝓuincia vltra assyriam a flumine bactro cognominata. Virg. lib. ij. Georg. Necqꝫ bactra neqꝫ indi Laudibus italię certent: est ꝛ bactra oppidū regionis ipsius caput sub monte paropaniso qđ antea çariastes dicebatur. Eius ꝓuincię populi Bactriani vocati sunt: quoꝝ rex fuit çoroastres magicę artis inuentor. Huius gentis primus institutor fuit vt Josephus scribit Geter filius aram. Similiter bactri idem dicuntur. Hierony. Bactri canib⁹ ad hoc ipsum nutritis obūtiunt senes.

Baculus et baculū vtroqꝫ modo dicitur. Nam apud grecos bactron neu. ge. dicitur. Oui. lib. xv. me. Esse solet baculūqꝫ tenēs agrestę sinistra. Cuius etiā diminu. protulit Cice. lib. ij. de fi. bo. Bacillū aliud inflexum ꝛ incuruatū aliud ita natum. A baculus fit bacillus a quo imbecillus a um: et imbecillis et hoc imbecille. Unde imbecillitas ꝓ infirmitate.

Badius equus dicitur cui est phęnicis color.

Belua imanis fera a vastitate seu a valentia vel a balatu a quocūqꝫ sit primā vocalē trahit a principali: quidam a bellum deriuant. Hinc beluinus a um: qđ est beluę: vt beluina rabies. Ambro. Tum ipsa habitudo corporis suauis et grata: vt neqꝫ beluina vastitas horrori sit: nec gracilitas infirmitati.

Belutus a um: pe. pro. qđ est bestię simile.

Beluata dicta sunt tapetia a Plauto beluarū figuris picta intextaqꝫ.

Benacus pe. prod. lacus Cisalpinę galligę: cuius littori Salundiū brixianū oppidū adiacet. Hunc aiunt aureas arenas euoluere ꝛ ex eis nutrire pisces quos indigenę Carpiones vocant: nusq̄ alibi repertos. Ex hoc mintius fluuius excurrit in padum. De hoc lacu Virgilius lib. ij. Georgi. Fluctibus ꝛ fremitu assurgēs benace marino.

Bagous lingua persica spado dicitur. Ouidius. Quez pęnes est dominā seruandi cura bagoe. Suidas aūt noster affert rationem βάγωασ ονομα κύριοι/οσηυ ευνουχοσ.

Bahal numero singulari inquit. Hiero. Bahalim pluraliter eodem idola noiantur ge. mas. Ubicūqꝫ eñ in fine hebraici sermonis in syllabā legimus numero plurali est gene. mas. Ubi autem oth numero plurali gene. fę. Ergo cherubin ꝛ seraphin plurali intelligim⁹ numero genere mas. Interpretatur aūt bahalim apud nos ascendētes vel supiores. Tñ duodecim cōpositores Suide scribunt sic. βααλΓυρίων ηνθεόσ.

Baie arum: ciuitas campanię secus campanum mare sita a Baio Ulyssis socio illic sepulto. In hui⁹ agro aquę calidę sunt ꝛ ad voluptatem ꝛ ad varios morbos cōmode. Syrius. Primores aditur capuę docet ille tepentes: Unde ferant nomen baie comitēqꝫ dedisse Dulychię pupis stagno sua nomina mōstrat. Hora. Nullus in vrbe locus baiis prelucet amęnis. Hinc fit Baianus a um: vt sinus baianus q̄ hic misseno monte illinc puteolis clauditur.

Baye cum y. greca: palmarū folia dicuntur. Hieronym⁹ Cubile eis de foliis palmarum: quas bayas vocant contextum erat.

Baiulus: pe. cor. operarius et ꝓprie qui vecturas onerum corpore suo victus querendi gratia portat. Sic baiulo as porto Plau. in As. Ego baiulabo: tu vt decet domū ante me ita inanis Forte baiulo inde dictū: quia nutricius bailus ꝛ nutrix baila vulgo dicuntur: et merito q: baiulant vlnis quos nutriunt.

Baiius color a quibusdam accipitur pro vario: a quibusdam pro spadice hoc est palmeo qualis est equorum Nā et baius vulgo dicitur is qm̄ spadices hoc est palmarū cū fructu suo termites greci vocāt βαΐα.

Balanitę vuę a magnitudine.

Balanus pe. cor. genus glandis. Acron dicit esse herbam vnguentariā et ab Hor. pro vnguēto myrabolano positam. Mar. Hoc ex vnguēto cōstat et ex balano. Hinc fit balanatus a um. Persi. Tum cū maxillis balatū gausapę pectis. Balanus etiam a glandis specie dicitur id genus alui subducēdę qđ clysterio loco subditur constabat vt Jul. Pollux inquit ex adipe ac nitro parte plurima. Item Balanus nomē est vrbis in Epiro Balaninū vnguentū qđ fit ex glande myrabolani.

Balęna cū diph. belua marina quā alii pistricem alii cetum appellant. Greci φάλαιναν phalenā dicunt quasi conspicuā beluā conuersa φ in b. Juue. Quantum delphinis balęna Britannica maior.

Balaustiū flos mali punici vtilis nō modo medicinis: sed etiam tingendis vestibus quę sibi cōcolores fiūt. Et color ipse dicitur balaustinus. Balausus herba non multū dissimilis narcisso

Balbus qui vitio linguę nō bene potest exprimere verba et obscure loquitur. Persi. Rancidulū q̄dd̄ balba de nare locutus.

Balbutio is pe. pro. balbutiui vel balbutii. itum. Et est balbutire quadā linguę hesitatione et cōfusione trepidare. Hora. in Ser. Balbutit scaurum prauis fultum male talis. Hiero. Experiar quę hortamini affectū fantiū more balbutientiū: qui quęcūqꝫ audierint fari gestiunt cum necdum possint ad plenum verba formare.

Balcares duę insulę in Hispania funda bellicosę: a teli fundęqꝫ iactu qđ grece βάλλειν dicimus appellatę: vel a Baleo Herculis comite ibi relicto. Greci gymnesias dixerunt. Has vulgus maioricam et minoricam appellat. Apud quas primū inuenta est funda vt inquit Vegetius. Unde Virg. lib. j. Georgi. Stupea torquentē balearis verbera fundę.

Balare propriū est vocis ouis. Hierony. ꝟo in Tobia etiam hędis dedit. Cuius cū vocem balantis vir ei⁹ audisset dixit: Uidete ne forte furtiuus sit: reddite eū dominis suis.

Balneum ꝛ balnea dicuntur in priuatis. In publicis ꝟo fęmi. gene. ꝛ numero plurali tm̄: licet ꝛ balnea legatur ꝛ balnearia. Cice. Eo latere quod ꝓximū est balneariis colūnas posuerat. Sunt eñ aquę calidę quę cum alię ad alium morbū idonęę essent quibus vtebantur: multitudinis potius ꝙ̄ singulari vocabulo appellarunt. Differuntqꝫ balnęę a thermis ꝙ therme dicantur quę natura sunt calidę: balnęę quę a nobis calefiunt igni et in eas descēdimus vt lauemur: naꝫ therme dicuntur a greco θερμον qđ calidū significat. Ea ꝓpe q̄ a calētib⁹ aquis: aut a fornicę igni calefacto la-

uandi sudandi vt vsibus deputata Thermas vocauere. Thermę balneęq apud Romanos voluptatis ꝛ munditiarũ causa constitutę tam publice q̃ priuatę. Balneis autẽ nomẽ inditũ est q: greci balanion dixerũt ꝙ anxietatem pellat ex animo vt interpretatur Augustinus lib. ix. con.

Balineę ab antiquis balneę dicebantur.

Balneator ge. cõ. Quis ꝛ balneatrix inuenitur: qui curã habet balnearũ qui et Mediastinus dicitur.

Balneatorius a um: qđ ad balneandũ ptinet. Martianus Iurecõ. Instrumẽto balneatorio legato balneatores ptinent: qm̃ sine is balneę vsum suum prębere non possunt.

Balneolum cũ accentu in antepe. diminu. est. Iuue. Cũ iam noti celebresq poetę: balneolum gabijs Rome conducere furnos Tentarent.

Ballista: per geminũ ll. tormentũ muros concutiẽs: ꝛ βαλλω iacio/vulnero. Ouidius lib. j. de tris. Quã graue balistę męnia pulsat onus. Luc. pro instrumẽto hastã quandã iaciẽte posuit. Necq em̃ solis excussa lacertis: Lancea sed tenso balistę turbine rapta. Haud vnũ contẽta latus trãsire quiescit. Noni⁹ balistã appellat qua saxa maiora iaciuntur. Ci. lib. ij. tus. Ut em̃ balistę lapidũ: ita reliqua tormẽta teloꝝ. De harũ balistarũ cõfectione scribit Ve. lib. x. ꝙ ea magnitudine formentur vt lapides. cxx. pondo eiaculẽtur Sciendũ ergo est ꝙ balistarũ quędã maior dicitur: quędã minor. Balistam maiorẽ prisci dixere trabẽ validam ita libratã: vt cũ pars densior ponderibus attracta descẽderet: eleuata pceritas sua funiculis quos haberet alligatos funda saxũ maximi ponderis lõge emitteret: eiq in nexle Bricole nũc est appellatio q̃ẽ Onagrũ maiorẽ ipsam machinã dixere: hanc balistã inuenerũt phęnices: vt docet Plini⁹. Balista minor quę et manubalista dicta est aliqñ Scorpio q̃ hastas iacit manu tractabilis est ꝛ subtilibus paruisq spiculis scorpionis instar infert mortem. hinc exbalistoas. De his duob⁹ balistarũ generib⁹ sic scribit Vege. lib. de re mi. Balista funibus: neruis chordisq tẽditur: quę quanto prolixiora brachiola habuerit: hoc est quanto maior fuerit/tanto spicula longius emittit: quę si iuxta artẽ mechanicã tẽperetur: ꝛ ab exercitatis hoib⁹ qui mẽsurã eius ante collegerint dirigatur: penetrat quodcũq pcusserit. Onager autẽ dirigit lapides/sed p neruoꝝ crassitudine ꝛ magnitudĩe saxorũ pondera iaculatur. Nã quãto maior fuerit: tãto maiora saxa fulminis more ↄtorquet. His duob⁹ generib⁹ nulla tormẽtoꝝ species vehemẽtior inuenitur. Balista etiã dictus est mons apud Ligures.

Balistarij artifices balistarum dicuntur.

Ballistariũ locus vbi sita est balista. Plau. Intenta est ballista probe q̃ ego haud multũ post emittã e ballistario. Ubi etiã ballistã accipi videtur p telo.

Baltheus ꝛ baltheũ in singulari: in plurali neutrũ tãtũ militare cingulũ/vel zona bullis ornata. Varro ait. Qui gladiatores balthẽũ cingulũ ex corio habebãt bullatum baltheum dictum.

Balsamum: arbuscula sola vni terrarũ iudeę quondam cõcessa neu. ge. viti similior q̃ myrto. Seritur malleolis vt vitis: ꝛ colles implet vinearũ modo: sustinens sese sine adminiculis. Intra tertiũ annũ est fructifera pceritas intra bina cubita subsistit. Oppobalsamũ succus collectus ex arbore. Nam απος dicitur succ⁹ prefertur oibus odorib⁹. Xylo balsamũ lignũ balsami ξιλον em̃ lignũ. Inciditur em̃ vitro: lapide: osseisve cultellis ꝛ succũ emittit quẽ oppobalsamũ dicũt eximię suauitatis. Sũma oppobalsami probatio est vt lac coagulet ꝛ in veste maculas nõ faciat. Hierony. eũ p arboris succo balsamũ dixit. Et quasi balsamũ nõ mixtũ odor meus. Carpobalsamũ fructus balsami. Carpos em̃ latine fructus.

Bambatiũ seu bambitiũ Cottonũ illud albissimũ qđ nent mulierculę ad telas texẽdas. Hoc fiunt vestes q̃ vulgo bõbycinę appellant Quis xyline siue grossipine vel grassãpine dici debeãt a frutice qui id fert qui xylon grossipion seu Grossipinus vocatur.

Bambilius animal volatile qui vulgo barbellus dicitur. De quo Ambro. lib. Hexa. Fertur hic corniger vermis cõuerti primũ in speciẽ caulis: atq in eã mutari naturã: inde pcessu quodã fieri bambilius: nec eam tñ formã figurãq custodit sed laxis ꝛ latiorib⁹ foliis pinnas videtur assumere. Ex his foliis mollia illa Seres depectunt vellera: quę ad vsus sibi proprios diuites vendicarunt.

Baphia dicuntur loca tincturę in quibus tinguntur panni: nos tinctoria dicimus. Lampr. in Alex. scribit probum fuisse baphiis pręposituũ. Bapha dicũtur tincta vnde dibapha bistincta.

Baptismus ꝛ baptismũ ꝛ baptisma atis: latine imersio vel intinctio dicitur a verbo greco βάπτω imergo Grego. Baptisma greco eloquio dicitur quod latine Tinctio: q: ibi hõ spiritu gratię in melius imutatur: ꝛ longe aliud q̃ erat efficitur. Prius em̃ fędi eram⁹ deformitate peccatoꝝ: in ipsa tinctiõe reddimur pulchri dealbatione virtutum.

Bapte dicebantur viri tincti fucatiq: qui sacris intererant instar mulierum βαπτειν enim inficere: tingere: fucare.

Baptisterium in quo quis lauatur quasi lauacrũ ꝛ tinctorium ꝛ piscina ipsa. Nam baptisteria in domib⁹ sunt veluti lacus quidã ex ligno aut lapide ędificatis in quibus lauãdi gratia mergi solet. Hęc in cellis. i. in locis secretioribus solent constitui: quarũ alię caldarię sunt in quib⁹ calida lauamur: alię frigidarię: in quibus lauamur frigida. Pli. ad Apollinarẽ. Cella frigidaria in qua baptisteriũ amplum atq opacum. Idẽ ad Gallũ: Inde balinei cella frigidaria spaciosa ꝛ effusa: cuius in contrariis parietib⁹ duo baptisteria velut eiecta sinuantur abunde capacia. Hęc eadem piscinę dicuntur latine ꝛ natatoria ꝛ natationes. Sido. Piscina seu si grecari volumus βαπτιστηριον

Barach: nomẽ viri pprũ: et apud nos significat fulmẽ.

Barachias: nomẽ viri: et benedict⁹ seu fulgur domini interpretatur.

Barabbas per duplex bb. Et est syra dictio: qua apud nos significatur filius patris. Componitur em̃ ex bar qđ apud illos filius dicitur: ꝛ abba pater. Sedulius. Tunc coluere bahal. tunc elegere barabban.

Baratro: luxuriosus dicitur.

Barathrum: imensę magnitudinis nomen est: q: βάραθρον. i. graue in aspiciẽdo: ponitur pro loco imensę pfunditatis apud inferos: ꝛ pro loco pręcipiti vnde quis emergi non possit. Diome. docet esse proprie locũ athenis vnde dãnati pręcipitabantur. Sunt qui dicãt barathrũ pfunditatẽ esse a similitudine loci q̃ est in ęgypto pfundissimi cui nomen est barathrum.

Barba vtroq numero non solũ hominũ sed brutorum quoq ꝛ alioꝝ quadrupedũ est. Hora. lib. j. Ser. Ut q lupi barbã varię cũ dẽte colubrę. Pli. lib. xx. Cũ geminos transit sol cristis ꝛ auribus ꝛ vnguibus gallinaceorũ: si luna rasis barbis eoꝝ. Idem lib. xxviij. Afferunt et magi sua cõmenta: primũ omniũ rabiem hircoꝝ si mulceatur barba mitigari. Siluius numero plurali de hoie etiam dici posse ostendit libro. xiij. Indociles nunc propexis in pectora barbis. Verrere humũ. Huius nois composita possunt declinari ſm tertiam et secundã declinationẽ: vt Imberbis et hoc imberbe: ꝛ imberbus a um: quod est sine barba. Barbatus ho dicitur qui barbam habet. Et barbire est barbam emittere.

Barbo genus piscis ꝙ geminã barbã habeat in inferiore labro. Alio nomie Mulus dicitur. Hinc Cice. in parado. Barbatulos mulos nõ cupauit. Grece Trigla vocatur: in viuarijs non crescit.

Barbitos pe. cor. gene. mas. femininiq;: ⁊ hoc barbitum instrumentum musicum qđ pulsatur plectro vel calamo. Hor. Age dic latinũ barbite carmen lesbio primũ modulate ciui: femi. aũt gene. Sapho ad Phaonem. Nec facit ad lachrymas barbitos vlla meas. neutro Ausonius. Hoc genere. ⁊ chordas et plectra et barbita conde. Grece βαρβιτον dicit. βαρθγαλωθ υιοσ λυπησ ωσ φοβοσ τουαθεωσ

Barbari factitio nomine inquit Strabo: dicti sunt ab initio qui difficulter aspere atq; duriter loquebantur quasi duriloqui ⁊ crassilingues quẽadmodũ blesi atq; balbi dicuntur qui lingua impediti sunt. Oẽs igit qui crasse loquũtur: barbari dicũtur: quales sunt oẽs gentes pręter grecos. Pli. Plautus credo Neuium poetam latinũ barbarũ dixit. Nunc etiã ad eos trãslatũ est hoc nomen qui nõ sunt latini: ꝙ hi mitiorem linguam habeãt: ac magis cultam. Quinetiam inter hos si quis nõ recte ꝓferat: barbare loqui dicit. Et ꝑ metaphorã barbari dicunt illitterati malis moribus feri crudeles. Interdũ Barbarus sumit pro horrido feroq; intuitu. Plinius de quodam myrrhe genere. Troglodytica myrrha aspectu aridior est sordidaq; ac barbara ab voce βαρβασ qm̃ in grecia aduentãtes eã vocẽ facerẽt cũ ꝓnũciare grece nõ possent.

Barbatulus: penul. cor. diminu. a barbarus.

Barbaria: barbarorũ regio: ⁊ quãdoq; accipit ꝓ gente ipsa fera. Hierony. ↄtra Joui. Arabes ⁊ sarraceni ⁊ omnis eremi barbaria camelorũ lacte et carnibus viuit. Hoc etiam noie dicta est insula Gangetis Indię fluuij: vt ait Ptolomeus.

Barbaricus a um pe. cor. eiusdem significationis est cũ barbarus: hoc est ferus et malis moribus. Apul. Feris ac barbaricis moribus.

Barbaricũ neu. ge. clamor excitus dicitur: ꝙ eo vociferandi genere barbari vtantur.

Barbarices ad imitationem pertinet: et significat inciuilitatem feritatẽq;.

Barbarica pauimenta sunt quę ⁊ subtegulanea vocantur ex testis tusis rudere et calce: in Italia ꝓ festucę subijciebant ꝓpter qđ carnea vocitata.

Barbarismus est contra romani sermonis legem aut scripta / aut ꝓnunciata vitiosę dictio. Fit enim in vna parte orõnis tm̃: latine dissonans dicit: ⁊ proprie in soluta orone fit: apud poetas metaplasmus. i. trãsformatio vocat. Fitq; barbarismus duob⁹ modis scripto ⁊ ꝓnũciatiõe. Et hoc quadrifariã Adiectione: detractione: mutatiõe: trãsmutatione litterę: syllabę: tpis. Adiectione litterę: vt Relliquias danaũ ꝓ reliqas: syllabę: vt Mauors ꝓ mars. tpis: vt Italiã fato ꝓfugus: vbi prima syllaba cũ corripi debeat ꝓducit. Detractione litterę fit barbarismus: vt Infantibu ꝓ infantib⁹. Syllabę: vt salmẽtũ ꝓ salsamentũ. Tpis: vt Feruere leucatẽ auroq; effulgere fluct⁹ Mutatione lrę fit barbarism⁹: vt Olli ꝓ illi. Syllabę: vt Pernices ꝓ pnices. Tẽpore: vt Uni⁹ ob noxã. Trãsmutatione litterę fit barbarismus: vt Tymbre ꝓ tymber. Temporis: vt Dominus penultima ꝓducta.

Barbaralexis dictio peregrina est: vt gaça ⁊ magalia.

Barce: vrbs in arida libya quam libes metropolim habuerunt sic dicta a regina eorum Barce: a qua Barcei dicti sunt eius incolę. Hierony. ad Dar. Lateq; vagantes barcei: a barca oppido qđ in solitudine situm est quos nunc corrupto sermone aphri bariciãnos vocant. hi sunt qui pro locorum qualitatibus diuersis nominibus appellantur ⁊ a Mauritania per Aphricam ⁊ Aegyptum Palestinãq; et Phęnicem Celosyriam et Osrhohenem Mesopotamiam atq; Persidem tendunt ad Indiam.

Bardesanes nomen propriũ historici babylonij qui in duo dogmata apud indos gymnosophistas diuidit: quorum alterum appellat bragmanas: alterum Samaneos qui tantę continẽtię sint vt vel pomis arborum iuxta Gangem fluuium vel publico orize: ⁊ farinę alantur cibo. Et cum rex ad eos venerit adorare illos solitus sit.

Bardus: stultus a tarditate ingenij. Cecil. Nimis audacem: nimisq; bardum: Gallice ꝓ dicitur cantor q viorum fortium laudes canit: a gente bardorum de quib⁹ Luc. Plurima securi fudistis carmina Bardi

Bardiacus: vestis est. Marci. Lassi bardiacus quod euocati.

Bardocucullus: genus vestis omni tempore cõmode: cum qua etiã cubare soliti erant imbrium tempore in castris milites: ⁊ in agris rustici. Mar. Gallia santonico vestit te bardocucullo Cercopithecorũ penula nuper erat.

Barrhus elephas a cuius ossis similitudine dẽtes barrhi dicuntur. Horat. Quid tibi vis mulier nigris dignissima barrhis. Hinc barrire dicũtur barrhi. i. elephantes cum vocem ędunt: ⁊ barrhitus ipsa vox.

Barrhitus us: vox elephãtis. Barrhitus etiam dicit romanorum clamor militum: fit cum vtreq; acies se iunxerint. Auctor Vegetius.

Baro vir fortis: a quo fit diminutiuũ barrũculus.

Baris idis: lingua ęgyptiaca significat cymbam quę vectat cadauera ęgyptiorum ad sepulchra. Prop. Baridos ⁊ contis rostra liburna sequi: hoc nomine etiã dicta est ciuitas phrygię. Similiter et fluuius Indię Baris grece dicitur porticus et domus.

Barnacida e. vestis genus quã nunc Guarnaciam dicimus: forsan quoniã βαρνακιοσ αλομενοσ inde puer verna.

Bascanda: vas britãnicum. Mar. Barbara depictis venit bascanda britannis: Sed me iam mauult dicere Roma suam.

Basia pudicorũ affectuum sunt: oscula officiorũ Suauia libidinum vel amorum.

Basis a nostris dici potest sustentamentũ. Sunt enim bases sessiones columnarũ: statuarũ seu fabricarum quę a fundamento consurgunt ⁊ superpositę fabricę sustinẽt pondus: A qua similitudine orbiculi illi qb⁹ vasa in mẽsis collocãtur ne toralia polluant vocari solent. Treba. iuriscon. de lega. lib. iij. Cui corinthia vasa legata essent ⁊ bases huic quoq; horum vasorũ collocandorũ causas paratas deberi respõdit. Est et Basis figura in narrationibus cũ oia pedetentim insinuãdi gratia proferunt: vt apud Terẽ. in Eu. Matri mercator dono dedit: mater vbi accępit ⁊c.

Basilica ꝓprie locus in quo negociationes consilia et iudicia exercebantur quasi regia. Gręci enim βασιλικην basilicen regiã vocant. Nam vt Vicer. lib. v. scribit. Debent basilicę adiũctę esse foro. Sene. Fremitu iudiciorũ basilicę resonabant. Pli. in epistolis. Descenderã in basilicã iuliã auditurus quibus proxima cõperendinatione respondere debebã. Jureconsulti de verborũ significatione basilicã publicis vsibus accõmodatã esse demonstrant. Quidã basilicaꝫ accipiũt ꝓ loco domi ampliore in quo dñm expectãt salutatores: clyentes patronos: serui dños: in q etiã chorę et cõuiuia maiora fieri solent Apud ecclesiasticos basilicę dicunt sacella numinibus dicata: quia ibi regi omniũ deo cultus ⁊ sacrificia offerunt. Et basilicon. Plau. in Epi. vocat vestimenti genus regiũ: cum ait. Suparũ sublimiũ: ricam basilicum aut exoticum. Pli. Genus nucum quod optimũ est: ⁊ quasi regiũ vocari ait basilicũ. Est etiã basilica nux quã alio

nōie Iuglandē appellamus. Uide in dictione Iuglans. Celsus Emplastrum ob excellētiam basilicon dictum scribit.

Basilicus a um: regius siue regalis dicit̄. Unde Plau. in cap. Basilicas editiones atq; imperiosas habet. Et in pseu. Basilicus status & basilicus victus .i. regalis & excellēs in Persa. Et basilica facinora ꝓ regia. Idem. Basilice ornatus incedit et fabre ad fallaciam: id est regie et excellenter.

Basileus: sustentamentū populi dicit̄. Ob hāc causam rex dicit̄ apud grecos: ꝙ tanq̄ basis populum sustinet. Quanto eñ quis magis preponitur: tanto amplius pondere laborum grauatur.

Basilicanus: dicitur custos basilice.

Basiliscus genus serpentis: ꝙ in capite album habeat instar diadematis: Uel ꝙ reliqua serpentium genera eius virus fugiant. Hunc Regulum vocant qui teste Pli. lib. viii. in solitudinibus aphrice habitat cū candida in capite macula: velut quodā diademate adornatus. Acutissimū habz caput: rubeos oculos & colorem ad nigredinē vergentem.

Basilia insula in oceano septentrionali: imense magnitudinis que distat a scytharum littore tridui nauigatione: vt ait Plinius lib. iiii.

Basterna vehiculum itineris: que mollibus stramentis cōposita a duobus animalibus deportatur.

Basterne: populi vltra danubium.

Basilidii: sunt populi scythie europe: vt Pompe. refert qui ab Hercule descenderunt.

Bassaris is vel idis: bacchi sacrificula: a bassareo baccho qui bassareus dict9 est a vestis genere quā induebatur que bassaris dicebat̄: vt inquit Porphirio que plane vestis vsq; ad pedes fluebat. Statius. Si decet aurata bacchū vestigia palla Uerrere. Et a bessareo lydie loco cognominata est. Hora. lib. car. Non ego te candide bassareu inuitum quatiā. Rursus bassaris vacca mulsaria dicitur. Persius. Et raptum vitulo caput ablatura superbo bassaris.

Bathauia: Germanie prouincia que nunc Bauaria dicitur & bathauiū oppidū a βαϑυ quod altum significat. Hinc bathauus a um. pe. indifferēte. Luc. lib. i. Uangiones bathauiq; truces q̄s ere recuruo: Stridentes acuere tube. Cor. Tacitus de situ Germanie. Omniū harum gentiū virtute precipui bathaui non multū a ripa insulam rheni colunt.

Batrachus pe. cor. rana & nomen propriū sculptoris & quidā cyrenaicus portus.

Batrachomyomachia: ranarū & muriū pugna.

Batis genus vasis lōgioris manubrii: quod alii Trullam appellant.

Batus vt scribit Hiero. genus mensure est q̄ apud hebreos dicit̄ Bath decima pars chori est: & de speciebus tm̄ liquidis dicitur vini olei & huiusmōi. Ser. de pō. Continet amphorā vnam. Batis vero genus herbe est aculeate sponte nascentis: que & marina est & hortensis. Et Batus nomen viri ꝓprium eius q̄ Cyrenē condidit: qđ lingua libyca regē significat.

Battus per duplex tt. nomen est pastoris.

Batuo is: virgis verbero. Plau. in Cas. Qui istho potius q̄ sculponeas quibus batuatur tibi os senex nequissime. Sue. de Calig. Mirmillonē e ludo rudibus secum batuentē & sponte prostratū confodit ferrea sica. Cic. Peto: trāstulit ad rem obscenam cū inquit. Equidem iam etiā obscena verba pro obscenis sunt. Batuit enim impudēter: depressit multo impudentius. At qui neutrum est obscenum.

Batillus: quoddā ignis receptaculū ferreū quo pruna colligitur ad similitudinem pale A neotericis bernacius dicitur quo prunas et cinerem e foco tollere solemus vt alio trāsferamus. Apicius de petasone. Et Armillam inquit illius candenti batillo vris: & melle contegis. Et de diuo Laurentio scribitur. Allati sunt batilli cum prunis. Hiero. lib. Numeror̄ genere neutro vsus est. Ignium receptacula fuscinulas & tridentes vncinos ac batilla. Batillum etiam rustici vocant ferreum instrumentum quo ad sulcos: elices fossasq; in agris faciendas vtuntur. Item Batillus significat fere bracteam & laminam. Unde nos vulgo quoq; ferrū tali forma noīamus batillum.

Bathyllus cum th. aspirato et y greco fuit nomen adolescentis. De quo Hora. in Epo. Non aliter samio dicunt arsisse bathyllo anacreonta teium.

Bathynon interpretatur profundum.

Baubare: ficticium verbum a voce canum cum latrāt: bau bau facientes. Lucil. lib. v. Et cum deserti baubant in edibus omnes.

Bauli: ville nomen est que inter promōtoriū Misenum baiarūq; lacum flexo mari alluitur. Seruius causam nominis inde factam memorat: ꝙ olim Hercules iuxta baias fecit caulam bobus: & eam sepsit: Qui locus primo baulia dictus: mox dici cepit bauli

B ante D

Bdellium: arbor nigra magnitudine olee: folio et robore similis caprifici. Nascitur i bactrianis: vt Plini9 libro. xii. scribit. Cuius etiam succus bdellium dicit̄.

B Ante E

Beati a bene habendo dicti sunt. Qui sint dicendi beati. Sene. lib. vi. epist. declarat his verbis. Hoc nos doce beatū non eū esse quem vulgus appellat: ad quē pecunia magna confluxit: sed illum cui bonum omne in animo est erectum et excisum et mirabilia calcantem: qui neminem videt cum quo se cōmutatum velit: qui hominem ea sola parte existimat qua homo est: qui natura magistra vtitur: ad illius leges componitur: sic viuit quomodo illa prescripsit: cui bona illa nulla vis excutit: qui mala in bonum conuertit: certus iudicii: inconcussus: intrepidus: quem aliqua vis mouet: nulla perturbat: quem fortuna cum in eū quod habuit telum nocentissimū vi maxima intorsit pungit non vulnerat. Cicero lib. v. tuscu. Nos existimo beatos: qui sint in bonis nullo adiuncto malo. Apul. lib. de philosophia. Illum omnibus beatum videri cui et bona suppetunt: et quēadmodum carere vitiis debeat callet. Felices dicuntur bonorū omnium compotes. Alie quoq; res beate feliceşq; dici possunt: vox beata: id est plena ac perfecta. Et vocis felicitas apud Quintil. Interdum ponitur beatus ꝓ nobili Hora. lib. car. Nescias an te generum beate phillidis flaue. Huius diminutiuum est Beatulus. Persius. Tandemq; beatulus alto cōpositus lecto.

Bebrycium siue bebryacum: vicus est inter Cremonā et Ueronam qui vulgo dicitur Labina. clarum duabus cladibus romanorū. Cornelii & tacii. In eo Uitellius cum Othone conflixit. Cor. Tacitus. Eo die quo bebriaci certabatur auem inusitata facie apud regium lepidi celebri luco consedisse in colle vt memorant: nec deinde cetu hominum aut volantium alitum territam pulsam ve donec Otho seipse interficeret.

Bebrycia regio: que vt Salustius docet maior phrygia dicta est. A qua Bebrycius a um. & Bebryx icis pe. indifferente Ual. Flaccus lib. ii. Bebrycis & scythici procul indemētia fati. Luc. lib. vi. Pinguis bebrycio discessit vomere sulcus. Sil. lib. iii. Possessus baccho seua bebricis in aula.

Beelzebub Idolū fuit Accaron: quod in regū volumine vocat̄ Idolū musce. Beel ipse est Bel siue Baalzebub musca. Et interpretatur vir muscarū.

Beelphegor interpretatur vir habens hiatũ: vel deus hians: vel simulachrũ ignominię. Idolũ fuit Moab vocabulo Baal siue Beel: sup montẽ phegor: quem latini Priapum ferunt.

Beelsephon: vir habens arcana: vel dñs aquilonis seu vetustus deus habens speculam.

Beemoth: ex hebrea voce latine anĩal significat. Ideo aũt diabolus beemoth .i. anĩal dicit: q de excelsis ad terrena decidit: et pmerito suo vt aĩal brutũ effect⁹ sit. Ipse est et Leuiathan.

Belbina pe. pro. Insula eginę pxima. Fuit ⁊ in ptincti laconię agro belbina vt inquit Stra.

Belial apud nos dicitur absq iugo: vel absq domino.

Belge ciuitas Gallię a qua regio belgica dicta ẽ quasi bellor gens: vbi vehicula quedam primum inuenta fuere quę Esseda dicuntur. Virg. Belgica vel molli melius feret esseda collo.

Belus: per simplex l. nomen pprium regis assyriorum ⁊ pater Nini qui primus regnauit: et postea dictus ẽ Bel. Vñ Beelzebub. Nã eor lingua sol bel dicit: vñ ⁊ helios. Ergo addita digãma ⁊ facta deriuatiõe a sole: regi nomẽ impositũ est. Hoc etiã nõie dictus est fluui⁹ syrię vbi primo cõpertũ fuisse vitrũ Plyn. scribit lib. vj. Josephus lib. ij. belli iudaici. Stadijs eit duob⁹ a ptolemai belũ amnem distare: iuxta quẽ sepulchrũ Mennonis sit: et vitrea in rotunda valle arena quã venti ex circũdatis iugis conuehant inexhausta seculis vi: sed ante oĩa mirabili natura mutandi alia quoq in vitrũ q̃ attigerit metalla.

Bellus a. um. p duplex ll. diminutiuũ ẽ a bonus. Var. Ita cũ eis bellũ geras vt bella oĩa domũ auferas: id est bona oĩa. Idẽ Bellior pmelior posuit. Venio nũc ad vltimũ testamẽtũ qđ dr phisicon: in q̃ greci belliores q̃ romani nostri. Et qm bonũ qñq pulchrũ significat: vt apud Terẽ. Forma bona fortasse. Bellũ quoq pro pulchro accipitur: vt bellus puer: bella puella: bellũ corpus. Mar. Bella es nouimus et puella verũ est. Hinc belli hoies aliqñ boni ⁊ prudẽtes: aliqñ formosi atq elegantes dicunt. Et bellissimus optimus vel pulcherrim⁹. Terẽ. in Adel. Ego iam pspiciam mihi: atq vnumquodq quod erit bellissimum carpam.

Bellulus la. lum. diminutiuũ formatũ a diminutiuo .i. pulcherrulus: a quo aduerbiũ Bellule. Plau. Mar nurus bellule se habebat.

Bellatulus bellatula bellatulũ vocabulũ blandientis eiusdẽ significatiõis cũ bellulus. Plaut. Cũ imus ergo cubitum bella bellatula.

Bella e. oppidũ Cãpanię. Virg. lib. vij. Menia bellę.

Bellum pprie dissensio hostilis per quã arma mouent: et significat totũ tẽpus quo sunt in militia homines: prelium certamen ipsum. Pugna etiã citra arma fit nudis mãibus. Virg. exemplũ de bello ⁊ prelio ponit. Infantẽ fugiens media inter prelia belli. Et Liuius refert populũ Rom. nullo bello: multis vero plus victũ esse. Aliqñ tñ bellũ capit pro prelio. Salu. In eo bello trecẽti milites desyderati. Dictum bellũ vt Prisci. sentit ab eo qđ est bonũ p antiphrasim diminutiuũ q minime bonum sit. Alij non per contrariũ a bono deducunt: q boni gratia bella olim susciperẽtur: nec ad inferendam sed ad propulsandã iniuriam pacemq parandam. Quapropter hostes etiam ab equando dicti sunt. Alij a duello deriuãt abiecta d. ⁊ digamma in b. conuerso. Festus a beluis: qz beluarũ perniciosa sit dissensio: bellicus a. um quod ad bellũ pertinet: vt arma bellica.

Bellica e. dicebatur colũnella illa ante templũ bellonę super quã iaciebant hastã cũ bellum indicerent.

Bellicosus: ferox. Sal. in Jug. Lybes qm getuli minus bellicosi erant.

Bellax adiectiuum idem quod bellicosus.

Bello as. oppugno: bellũ gero: cõfligo. Ply. Romana arma primũ Claudio principe in Mauritania bellauere Ptolemeũ regẽ a C. Cesare interemptũ. Est et bellor aris. deponens. Virgili⁹. Et pictis bellantur amaçones armis. Composita sunt debello ⁊ rebello pmũ significat expugno. Vnde Debellatos hostes dicimus victos. Alterũ repugno: vñ Rebelles. debellatus hostis

Bellator non modo qui bellum gerit: sed etiã per quẽ bellum geritur. Virg. lib. x. Et inter bellatoris equi caua tempora conijcit hastam. Bellatrix quę bellum gerit seu bellicosa est. Idẽ. Aurea subnectens exertę cingula mammę bellatrix.

Bellarius a. um. quod bello aptũ est: vt arma sagittę ⁊ huiusmodi quasi instrumenta bellica.

Bellaria vero dicunt res bellis apte: vtpote arma sagittę ⁊ similia: quasi bellica instrumẽta. Itẽ bellaria cibi secũdę mensę a bonitate vt No. ait ad irritandã gulam: quę Tragemata aut pemmata greci: ea veteres nostri bellaria dixere: vt inquit Gel. quę mellita esse consueuerunt. Macro. in satur. Adhuc dicente Eurio secũdę mẽse illata bellaria nouo sermoni principium dedere. Vina quoq dulciora est inuenire in comedijs antiquorib⁹ hoc vocabulo appellata: dictaq esse ea Liberi bellaria.

Belligero as. bellum gero. Plau. in cap. Belligerant etholi cũ aulidis. Hinc Belliger. Vnde Mars belliger dicit a bello gerendo.

Bellipotens cũ accentu in antepenul. qui bello pollet.

Bellona penul. p. bellorum dea Martis soror q̃uis quidã palladem dicãt cui proprio sanguine sacerdotes sacrificabant: ante cuius templum colũnula erat quę bellica dicebatur.

Belone per simplex l. piscis est qui alio nomine dicitur acus siue acicula ab acu. Greci eñ βελονην παρα Το βαλλω acum nominant. Plynius. Acus siue belone vnus piscium dehiscente propter multitudinem vtero parit: a partu coalescit vulnus quod et in cecis serpentibus tradunt.

Bellerophõtes: seu bellerophõ tis. fuit Glauci regis Ephyre filius inclyto decore conspicuus et virtutis maximę. Hic cum a Stenobea vxore preti de coitu interpellatus esset veritus hospitalis Jouis iram lasciuã feminã repulit. Vñ exardẽs repulsa mulier viro innocẽtẽ hospitẽ accusauit: qui hospitij iure mot⁹ illũ domi nõ interficere sustinuit: sed datis codicillis ad Jobatẽ socerũ illũ in Lyciã misit. Lectis ergo codicillis Jobates in vltionẽ criminis ad Chimeram et Solymos domandos Bellerophontem misit: vt sub pretextu memorabilis pugnę interiret. Sz Chimera et Solymis deuictis laudẽ rettulit maximam. Hic primo Hippon⁹: post ab interfecto Corinthio Bellero Bellerophontes dictus ẽ: primę decli. sicut Anchises. Hinc Bellerophonte⁹ a. um. Prop. Bellerophontei qua fluit humor equi. Pindar⁹ in oda Xenophõt Corinthij ita scribit pulcherrime πριν γε̃ιοι χρυσ αμπυκ κουρα χαλινον παλλαδ ηνεγκε εξ ονειρου δαυτικα ηνυπαφω νασ τ' αιγιοχου αιολιδα βασιλευ αγεφιλτρον το διπτεπιον δεχου.

Bellouaci: populi gallię qui bello gloria belgas omnes superarũt: quos Cęsar duce eorum interfecto in potestatem redegit.

Belon per simplex l. vrbs: et nomẽ fluuij in Hispania.

Bembina: Nemee vicus. vñ Nemeeus leo a poetis bembinatis ẽ dictus. Plau. in Mi. Bembinatidis beluę instar: hoc est Nemeei leonis instar.

Bene: aduerbium a bonus: vt bene omnia fecit. Aliquando ponitur pro cõmode: vt bene habito. Interdum pro prudenter pulchre: probe: ornate: honeste:

proſpere: ꝓ loco. Nonnunq̃ ꝓ valde: vt bene nummatus. i. pecunioſus. Cice. Habetis oratioñ bene longam. Nam bonus pro magno ⁊ multo quãdoq̃ capit. Similiter male ꝓ valde. Cice. in bru. Credebat ſcriptores illos male mulctatos.

Beneiudico/cẽſeo/opinor/exiſtimo: ad meipſũ referũt: rectãq̃ ꝯſiliũ oſtendũt ⁊ ecõtrario Male iudico.

Bene cogito vel male cogito referunt ad alterũ: ſignificantq̃ beneficiũ aut perniciem. Ply. Hoc tuo ſtudio bene de te cogitantẽ liberaliorem reddes. Cice. Carthaginẽ diu male cogitantẽ non prius timere deſinã q̃ exciſam cognouero.

Bene vertere: eſt in vtilitatẽ vertere: ſicut Male vertere eſt in perniciem.

Bene volo tibi: amo te. Hinc Beniuolꝰ et beniuolẽtia que ẽ inclinatio animi cũ deſyderio benefaciendi.

Benedico: laudo bene loquor. Teren. in phor. Benedictis ſi certaſſet: audiſſet bene. Et conſtruitur cum datiuo: ſicut Maledico qñ ẽ vna dictio: hinc Benedicus penultima correpta: qui benedicit et laudat: a quo aduerbiũ Benedice. Plau. Cum illiciebas me ad te blande ac benedice.

Benefacio: nõ indignãtis ſed gratias agentis ẽ. Terẽ. in Eu. Benefacis merito te amo.

Beneficus: liberalis: qui beneficiũ p̄ſtat: et cõparatiuũ habet ⁊ ſuperlatiuũ aliqñ etiã ſuum vt beneficẽtior beneficentiſſimus ⁊ beneficiſſimꝰ: vt Mar. Cato de Ptolemeo rege optimo ⁊ beneficiſſimo. Hinc beneficentia: liberalitas.

Beneficiarius qui beneficiũ accepit. Vñ ⁊ a veteribus bñficiarij dicti sũt illi quos impator ſuo bñficio promouiſſet in militia. Ceſar. lib. j. Pet. vero nõ deſerit ſeſe armat familiã cum hac p̄toria cohorte certamen barbariſq̃ equitibꝰ paucis beneficiarijs ſuis.

Benignus a bonꝰ deducit et ꝓrie qui bonis ⁊ dignis largitur: ex bono ⁊ gignendo cõpoſita dictio. Unde benignam terrã dicimus fructus abũde reddentem. Ply. de egypto. Nulla eſt benignior tellus nullus ager ferratior. Terẽ. in Hecy. Benigne prebeat: hoc eñ eſt gratius nõ ſolũ prebere/ſed etiã large. Dona. Benignitas eſt in quantitate rerum: aut in facilitatẽ preſtãtis. Nam plerãq̃ ingrata dona ſunt in quibꝰ benignitas non apparet.

Benna benne lingua gallica: genꝰ vehiculi. Vñ Combennones in eadẽ benna ſedentes.

Beneuentũ Campanie vrbs cuȝ eo colonia deduceret boni omnis gratiã vocari ceptũ: nã antea maleuentũ vocabatur. Hec vrbs a Diomede condita fertur: apud quã. xxx. milia ſamnitũ ceſa fuerũt. Sulpitio et Petilio conſulibus.

Beo as. conſolor: et beatum glorioſumq̃ facio. Plau. in Tru. Hoc me beat ſaltem: quoniam perduellis vicit et domũ compos laudis reuenit. Hinc beatus beatior beatiſſimus.

Berecyntus: nomen mõtis eſt: ⁊ nomen oppidi in quo Cybele mater deum priſcorũ ritu colebatur. Unde berecyntia dicta eſt.

Beronice vel berenice es. penul. produ. regina egypti ſoror Ptolomei et Cleopatre: a qua beronice vrbs in maiori ſyrte credit appellata. Fuit ⁊ alia beronice Herodis Agrippe iudeorũ regis filia de qua Iuuena. Deinde adamas notiſſimus ⁊ beronices.

Beryllus cum y. greca lapis pallidus tranſparens: ex quo pocula fiebant. ge. maſ. et femi. Priſci. in peribegeſi. berylli gẽmas glauci nitidũq̃ adamãta. Signitur in india ſimilis ſmaragdo: ſed cũ pallore ſemp̄q̃ berylli ſexangula figura artificũ ingenijs poliũt qm hebeſcũt niſi color repcuſſu angulorꝫ excitet. Orpheus in libro de gẽmis de beryllo nil meminit: ſed Euſta. multa in enarratiõe Dionyſij libici: qui ait μιν και χρυσοιο φερειν χαριεντα ρυαλλου γρησ βηρυλλου γλαυκη ν λιθον.

Beritus. cum y. penul. pro. vrbs eſt Syrie antiochie.

Berſabe: vrbs in terra Iude. que etiã puteus iuramẽti vocata eſt: qz cum ibi habitaret Abraã cum Abimelech datis ſeptem ouibus in fedus mutuo iurauerũt Hec terminus fuit terre promiſſionis poſſeſſe: a populo iudeorũ poſtq̃ reuerſus eſt ex egypto: ⁊ tendit vſq̃ ad Dan ſpatio in longũ. clx. milium: ſicut ſcribit Hierony. ad Dardanum.

Bes is. vncie octo ab aſſe: ex eo q bis triens ſit: cuius dura cõpoſitio. Ser. Duos trientes beſſem vocabis. Antiqui Bes dicebant dempto triente. i. octo.

Beſſi populi thracũ de quibꝰ Ouid. lib. iiij. triſ. Uiuere q̃ miſerum eſt inter beſſoſq̃ getaſq̃.

Beſtia: belua. Ulp. Beſtias accipere debemus magis ex feritate: q̃ ex animalis genere que ꝓprie morſu vl vnguibus ſeuiunt: vt pardi leones tygrides a vaſtãdo. Hinc beſtialis ⁊ hoc beſtiale. Ambõ. Ipſum videtur beſtialis nature poteſtati eſſe ſubiectũ.

Beſtiarij dicebãtur qui cũ beſtijs depugnare damnati erant. Hinc a Sen. lupus beſtiariorꝫ nuncupat quo beſtiarij depugnabãt. Tertulia. Iupiter eſt Rome quẽ ludis ſuis ſanguine ꝓluunt beſtiariorũ.

Beſſyga penultima correpta. Emporium in India vbi et amnis Beſſygas. Unde beſſygite populi qui humana carne veſcuntur.

Beta: littera greca ꝓxima prime in b. a latinis trãſfert aliqñ in u. vt bition vitia. Eſt etiam hoc noie herba: q̃ et bleta dicit et betarius ⁊ betatium.

Beto is. vado quaſi bene ito. Uar. Mulierẽ q parere ea nõ poterat foras betere iuſſit.

Bethania: villa ſecũdo miliario ab Hieruſalem in latere montis oliueti.

Bethel: vrbs Samarie quã Iebuſei condiderunt: que prius vocabatur luza.

Bethleem: nomẽ ciuitatꝭ Dauid: q̃ alio vocabulo dicit Euphrata: nũc viculus eſſe dicit qui ab Ioppe. xlvj. milibus diſtat. In hac ciuitate ortus atq̃ ꝯſumatus eſt Dauid. Ibi etiã dñs noſter ex ſpirituſancto genitus natus eſt. Ibi Rachel occubuit: vbi ⁊ ſepulchrũ Ieſſe patris Dauid oſtenditur. Eſt autẽ hic locus in tribu Iuda. ſexto ab hieruſalẽ miliario poſitus ꝯtra meridiẽ in itinere q̃ pergit hebron. Qñ autẽ Iacob ibi pecora ſua pauit loco Bethleem nomẽ impoſuit quod domus panis interpretat ꝓpter eũ panem qui ibi de celo deſcendit. Hinc Bethleemite penul. pro. dicti ſunt qui eius incole ſunt.

Bethſamis pe. cor. nomẽ vrbis Galilee vbi dñs phibetur multa ſigna feciſſe: a qua bethſamite populi.

Bethſaida: piſcina i hieruſalẽ que vocabat probatica: Et a nobis dici poteſt domus pecudũ ſiue pecualis quia oſtias in ea quondam ſacerdotes lauabant. Eſt et nomẽ ciuitatis Galilee: a qua Petrus et Philippus ortum habuere.

Bethſura: et bethſure tm̃ pluraliter penulti. pro. Hier. li. ij. macb. Et bethſure qđ erat Iudeorꝫ munitũ preſidium: caſtra admouebat. Idẽ in codeȝ. Iterũ rerũ ſermonẽ habuit cũ his qui erant bethſuris. Et interpretat domus muri vel domus acerba.

Bethphage penul. pro. ſyrum nomẽ quod interp̄tatur domus oris: vel maxilla.

Bethys: fluuiꝰ Hiſpanie vlterioris a quo bethyca Hiſpanie regio dicta eſt q̃ ab accolis Tudertana vocat. incole Tudertani ⁊ Turduli dicunt Ea nunc granata dicit a grano qđ greci coccũ vocãt: nã in bethyca fere tota copioſum coccum gignitur. Accipitur etiã pro Hiſpania: q bethys eam diuidat. Hic fluuius occidit in occeano occidentali: dictus bethys παρα το βαθυσασιοη quod eſt profundum: In quo

lanas pulchro colore tingi ostendit Marci. cum ait: Thethys oliuifera crinē redimite corona: Aurea qui nitidis vellera tingis aquis: sed tamē quotquot grecos viderim scribunt per ai diph. in prima: vt Stephanus bizantius noster ꝛ Eustachi⁹ in cōmentarijs Dionysij sed mihi visus sum sequi aliā opinionem.

B Ante I

Bifores penul. cor. que habent duas ianuas.

Bifidus a. um. penul. cor. qđ in duas partes fissum est.

Betula penul. cor. genus arboris eximij candoris. Ex qua fieri solent circuli vasis vinarijs idonei.

Betulus Hispanie fluuius est: cuius aqua ad ferri temperamenta fertur aptissima.

Bianor nomē viri qui ꝛ Ocnus dictus ē fili⁹ Mantę fatidicę et Thusci flu. qui Mantuā a nomine matrę dixit. Fuit ꝛ alius Troianus princeps.

Bias antis. nomē philosophi prienensis: qui fuit vn⁹ ex septem grecie sapientibus. Hic Laertio teste vir fuit totus regius ꝛ ciuiū suoꝝ pnceps: q̄s diu aduersis periculis tutat⁹ ē. Sꝫ tandē capta patria cū fugientib⁹ cunctꝭ onustis sarcinulis ꝑciosarū rerū suarū ꝛ ipse interrogaret cur ex bonis suis solus nihil secū ferret: respondit oīa bona mea mecū porto. Suidas βιαντοσ πριηνεωσ δικηουτοσ εισ των επτα σοφων λεγεται γαρ εισ τασ δικασ δεινοτατοσ γεγονεναι επειπερ αγαθω μεντοι τηι των λογων ισχυι εχρητο.

Bibo is. bibi itum. potum haurio. Et ea oīa dicūtur bibere: que haustus habēt. Virgꝭ. xi. etiā his iungit que non habent haustum. Hasta sub exertam donec placa papillā Hesit: virgineūq; alte bibit acta cruorem. Huius cōposita sunt Adbibo: quod significat iuxta seu etiā bibo. Teren. in Heau. Is pater mihi vbi adbibit plus paulo sua qui narrat facinora. Cōbibo simul bibo. Plau. in Cur. Foribus dat aquā cōbibāt. Vñ et Cōbibones dicunt. Cic. Peto. In his cōtrouersijs quas habeo cū tuis conbibonibus epicureis optima opera vti ei⁹ soleo. Ebibo extrabibo exhaurio. Plaut. in Am. Factū illud est vt ego illic vini hyrneā ebiberim meri. Prebibo añbibo. Nec venena iā metuā inquit. Hie. cū antidotū prebibero. Per translationem ebibere ponitur pro cōsumere. Idē in eadem. Nō ego cū vino simul ebibi imperiū tuū. Imbibo insumo: intus ɔcipio. Cic. in Ver. An nunq̄ iste bonam de se spem habuisset: nisi de nobis opinionem imbibisset. Aug. Vt poeta optimus maximus teneris ebibitus annis nō facile memoria abolere tur. Perbibo multum bibo. Lactan. lib. ij. Infecti sunt eium ꝑsuasione: ac penitus eorū mētes sue cum stulticie ꝑbiberunt. Subbibo parū bibo. Sue. in Nero. Si paulū subbibisset aliquid se sufferri tinniturū greco sermone promisit. Et hec oīa habent penul. cor. Inuenit etiā passiuū huius verbi bibo in tertia persona. Iuuena. Sed nulla aconita bibūtur.

Bibax et bibosus: qui ē bibendi auidus vel nimius potator. Laberius. Non mammosa non annosa nō bibosa non procax.

Bibulus a. um. penul. cor. qđ facile sorbet. Virgꝭ. ad Messalem. Inuerso bibulū restinguēs lumē oliuo: q: lumen bibit oleū. i. ardendo ɔsumit. Vnde et Biboluꝝ cognomē dictū ē: et bibula papyrus: q̄ sorbet atramentum. Luc. Cōficitur bibula mēphitis carta papyrus. Hinc fit meribibulus de quo alibi.

Bibaculus nomen fuit poetę: quem Hier. in chronicis Cremonę natū scribit paulo minorē Cicerone.

Bibile: quod facile bibi potest.

Biblos: latine papyrus iuncus liber biblion libellus Hinc deducuntur

Bibliographus: librarius: bibliacus librosus βιβλιογραφοσ και γραφω.

Bibliopola penulti. ꝓducta: qui libros vendit. Mar. Non habeo sed habet bibliopola triphon. Componitur autem ex βιβλιον quod est liber: et πωλω vendo per ω in prima.

Bibliotheca penul. ꝓ. tam librorū per se magnus numerus q̄ locus vbi libri sunt appellat: vt libro. xxxij. digestoꝝ scribit Vlpia. Auso. Emptis q̄ libris tibi bibliotheca referta est. Nā biblos liber est: et theca repositoriū a latinis libraria dr. Gel. Forte in libraria ego ꝛ. L. Paul⁹ poeta vir memoria nr̄a doctissimus consederamus. Est et bibliotheca titulus siue inscriptio: qua Diodorus historiā suam nominauit. A grecis inflectitur bibliothecę es. Plynius. Apud grecos desit nugari Diodorus ꝛ bibliothecęs historiam suam inscripsit. Bibliothecę vt inquit Vitruu. ad orientē spectare debēt Vsus enim librorum matutinum expostulat lumen.

Bis aduerbiū significat in qđ greci dicūt δισ: ꝛ multa habet cōposita vt que sequuntur

Biceps: quod habet duo capita. Bicorpus qđ habet duo corpora.

Bidentes quidam intelligūt oues aut bestias: que per etatē duos dentes altiores habent. Nam hyginius dicit: Que bidens ostia oportet dētes habeat octo: sed ex his duos ceteris altiores: ꝑ quos appareat ex minore etate in maiorem trāscendisse. Aliū ostias bimas. i. duos annos habētes quod in cōmentarijs ad ius pontificū pertinentibus legatur bidētes primo dictas d. littera ex superfluo interiecta sicut in redeo ad hiatū duarū vocaliū precauentes. Ergo bidentes primo dicti sunt quasi biennes: ꝛ longo vsu loquēdi corrupta est vox ex biennib⁹ et bidentibus dicta. Et bidens instrumentū rusticū. Iuuena. Viue bidentis amās ꝛ culti villicus horti.

Bidental locus vbi mōs erat apud priscos cū aliquod edificiū e celo fulminabat: sacerdos aduocabat qui in eo loco ouem immolatā cōburebat: ibiq; ei⁹ reliquias sepeliebat: ab oue bidente ibi imolata. Hora. An triste bidental mouerit incestus Nonius Mar. Bidental dici vult: q̄ bine pecudes mactentur.

Biduū spatiū duoꝝ dierū. A quo biduanus a. um. vt biduanę inducię: biduo cōtinenti significat duobus diebus ɔtinentib⁹. Sue. in Cali. Per hunc pontem vltro citro commeauit biduo ɔtinenti.

Biennium spatiū duorum annorum.

Bifariam trifariam: aduerbia sunt: quib⁹ significatur qđ binis vel tribus modis: vl' quod in duas vel tres ꝑtes fari potest. Sic multifariā/ omnifariā/ plurifariam: significant multorū generū: oīs generis siue in multas in oēs ꝛ in plures ꝑtes: siue qđ multis: oībus ꝛ plurib⁹ modis fari potest. Dicim⁹ etiam bifarie/ trifarie/ multifarie ꝛc. a bifarius a. um. Sue. Gladiatoria munera plurifaria ac multiplicia exhibuit. Apul. Omnifario sermone depinxit.

Bigamus penul. corre. qui duas vxores duxit. A quo bigamia γαμοσ eīm nuptię dicuntur.

Bigemmis vitis que habet duas gēmas. Col. lib. vj. Pro materijs longioribus pollices quaternum aut quinū gemmarū relinquunt: ꝓ custodib⁹ autē bigēmes resectes efficiunt in ea.

Bige per syncopā dictę sunt quasi biiugę currus duobus equis vecti q̄ duorum equorum iugo agantur: equi vero biiugi biiuges ve dicuntur. Sic quadrigę a quattuor q̄ a quattuor equorum iugo ꝛ equi quadriiugi. Augu. lib. xviij. de ci. dei. Iūctos duos equos bigas vocamus. Apud veteres tamen bigam et trigam et quadrigam inuenimus. Sueton⁹ in Tibe. Vix vnius bigę adiectione honorari passus est. Papin in The. Roriferū gelida tenuauerat aera biga.

Plyni. In summo mausoleo ẽ quadriga marmorea quam fecit pythis. Bigas primũ iunxerunt phrygij. Quadrigas erictonius.

Bigenera animalia ex diuerso genere nata vt Leopardus ex leone ⁊ panthera.

Biheres dicĩ qui duas hereditates ꝯsecutus est.

Bilanx cis. quod duas habet lances.

Bilibris duarum librarum.

Bilinguis q̃ duas habet linguas: hoc ẽ: qui modo vnũ mõ aliud loquiĩ: vl' qui aliud dicit ⁊ aliud retinet. Et q̃nq̃ accipiĩ pro fallaci. Hoc vitiũ ad mentẽ referendo et qui diffuse varia loquitur.

Bimestris duos menses habens: aut duos annos a luna cõputatos. Hor. lib. Car. Et porco bimestri Cũ famulis operũ solute. Sic trimestris quadrimestris quinq̃mestris. Ply. Castrari agnos nisi quinq̃mestres prematurũ existimant.

Bimus trimus quadrimus quimus. Vñ bimatus trimatus quadrimatus quimatus ꝓ spacio duorũ triũ quattuor aut quinq̃ annoꝝ. Ply. Vita feminis quindecim annis longissima: marib' viginti robur in quimatu. Sue. in Aug. Quadrimus patrẽ amisit.

Bimulus penul. correpta. qui in bimatu est: hoc est qui duos annos ętatis habet.

Bina q̃uis Seruius doceat de his tantũ dici quę sunt pluralis numeri: duo quę sunt singulare: vt dicamus binas litteras: duas epistolas. Inueniĩ tñ bina iũgi cum his quę singulariter declinanĩ. Cicero. Mario Reliquę sunt venationes binę per dies quinq̃ magnificę. Idem. binos tabellarios inquit Ply. lib. xij. Ergo in vtraq̃ gente binas laudaui genera terrenũ et factitiũ. Est aũt binus a. um. idem quod duo. Sisen. Ad binum miliũ nũero saucijs vtrinq̃ factis. Inde fit Combino as. penulti. ꝓducta.

Binomius dicĩ qui geminum habet nomẽ: vt Julius Cesar. Numa Pompilius.

Biothanatos gręca dictio ex βία violẽtia ⁊ θάνατος mors id ẽ violenter mortuus: vt est qui ferro vel alia vi interficitur ⁊ non sua. i. naturali morte moriĩ: quę naturaliter contingit. Et mors ipsa biothanata dicĩ quę per vim infertur. De qua intellexit Virgilius cũ dixit: Nam quia nec fato merita nec morte peribat: Sed misera ante diẽ. Ambro. de diuo Prothasio. Miser vl' tu viuere stude ⁊ noli biothanatos fieri sicut et frater Geruasius. Hinc biothanati viri ⁊ biothanatę feminę: qui violẽta morte pereunt ⁊ biothanata mors. scribit Lampri. predictũ fuisse Heliogabalo ipsum biothanatũ futurum: hoc est ꝙ violenta morte erat moriturus. Idem. Si luna inquit applicuerit se Saturno deficiẽs lumine faciet matres biothanatas interire. Seruius ait: Biothanatoꝝ aias non recipi in originem suam.

Biocresta: id est vitę vtilia.

Bipalium: instrumentũ ad fodiendum. Var. Si locus humectus sit ibi cacumina populorũ serũda: ⁊ arundinetum. Id prius bipalio vorrito ibi oculos arundinis pedes ternos aliũ ab alio seri aptũ esse vtriq̃ eandem fere culturam.

Bipara. penul. correpta quę bis peperit.

Bipatens penul. corre. quod ex vtraq̃ parte aperitur.

Bipertior in duas partes diuido: a quo bipertitum et aduerbium bipertito.

Bipes qd̃ habet duos pedes. A quo bipedalis: et Bipedanus a. um. Columel. Frumentis autem sat erit si ęque bona suberit bipedana hum'. Bipedaneus. a. um. Columel. lib. v. Censuissem fieri scrobes adiecto dodrante sup altitudinẽ bipedaneam.

Bipennis a penna deriuatur. Ideo femi. Virg. vero loco adiectiui vsus ẽ lib. xj. Ferro sonat alta bipenni. Fraxinus: proprie significat quod est duarũ pẽnarũ. Ply. lib. xj. Nullis eoꝝ pennę reuiuiscũt auulsę nullũ cui aculeus i aluo bipenne ẽ: q̃busdã pẽnarũ tutelę crusta superuenit vt scarabeis q̃rũ tenuior fragiliorq̃ penna: his negatus aculeus. Per translationẽ significat quicquid vtrãq̃ partẽ acutam habet. Vñ ⁊ pro securi sępenumero ponitur.

Biremes: naues q̃ habent duoꝝ remorũ ordines: quas ꝯstat Erithreos p̃mos fecisse. Triremes Amocles corinthius. Quadriremes carthaginẽses Oneraria am hippius tyrius inuenit.

Birotũ genus vehiculi duas rotas habentis.

Bissextus: quasi bis sextus: q: duobus diebus cõtinuo bisexto dicim' calẽdas martias: duos videlicet dies pro vno computantes. Vnde qui est natus bissexto Calendas nihil refert vt inquit Celsus vtrum priore an posteriore die natus sit: cum illud biduum ꝓ vno tantum die habeatur. Est autem bissextus per quattuor annos vnus dies adiectus. Crescit enim per singulos annos quarta pars assis. At vbi quarto anno assem compleuerit bissextum vnum facit. Nã Caius Cesar ne quadrans deesset: statuit vt quarto quoq̃ anno sacerdotes diem vnum intercalarent: idq̃ bissextum vocauerunt.

Bisulcus qui vngulas nõ solidas habet sed scissas. Itẽ quicquid in duas acies scissum est bisulcum dicitur. Plynius libro. x. Solidipes et bisulci sues omni cibatu et radicibus aluntur: et bisulcus porcis cum in ceruice setas diuidit.

Biuium qd̃ duas vias habet: sicut triuiũ quadriuium.

Biuirtas pe. pro. Vidua ꝙ duas vittas habuit: alterã cõiugalẽ/celibẽ alterã. Var. Ad Biuirtatem venio.

Bilbilis oppidũ Hispanię: a quo Martia. poeta originẽ duxit sic dictũ a bilbili ꝓpinquo fluuio.

Biblo is. factum est a similitudine soni; qui fit in vase. Neuius. Biblit amphora.

Bilia vxor Duilli Romani qui primus Romę nauali certamine triũphauit: tantę pudicitię fuit vt illo quoq̃ seculo pro exemplo fuerit quo impudicitia monstrum erat non vitium.

Bilis atra melancholia dicitur. Et est humor qui i folliculo fellis est: et pro sui conditione hominem transmutat. Et hęc insaniam facit. Plau. in Am. Delirat vxor atra bili percita est. Hęc sanatur albo veratro quod dicitur Helleborus. Est etiam bilis citrina vitellina rubens ⁊ prasina. Est et bilis quam gręci cholerem dicũt. Neuius Bilem mihi nuper excitauit. Quoniã autẽ anim' quãdoq̃ corporis inclinationẽ sequitur ad mores iracundiamq̃ et indignationem transfertur. Ply. lib. xj. Hinc ⁊ in mores crimẽ bilis nomine adeo magnũ est in hac parte virus cũ se fundit in animũ et hominem.

Biliosus qui bile laborat. Cor. Aut liuidũ aut biliosũ. Idẽ. Sputũ etiã biliosum aut purulentũ.

Bilutes veteres dixerũt bestijs similes quasi belutos.

Bisalte populi scythici de quib' Virg. lib. iij. Georg. Bisalte quo more solent acerq̃ gelonus: Cum fugit in rhodopen aut in deserta getarum.

Bion borystenites philosoph' fuit ⁊ sophista callidus: qui philosophiã vario oratiõis flore vestiuit. Fuere ⁊ alij biones nouẽ vt testaĩ Laerti' Ferĩ hic dixisse ad eum qui fundos suos ingluuie vorauerat: Terra amphiaraũ absorbuit: sed terram tu.

Bison tis. animal deforme prolixitate iubarum ⁊ reliquo corpore sed ferũ cerui figura media fronte inter aures vnum cornu habens. Marti. Illi cessit atrox bubalus atq̃ bison.

Bistonis penul. cor. ciuitas ⁊ stagnũ in thracia abderę vrbi ꝓpinquũ: a quo thracia bistonia dicta est. Vñ bistonius a. um. ⁊ bistonic' a. um. qd̃ thracẽ significat sicut ab Ionia Ioni' ⁊ Ionicus. Oui. Fessaq̃ bisto-

nia membra lauabis aqua. Similiter Biston. Unde thraces teste Solino bistones dicunt. Idẽ. Tuta tñ bello bistonis ora fuit. Sunt qui velint ⁊ stagnum et ꝓuinciã a bistone rege nomen accepisse.

Bithyes cũ y. grēca gentē in thracia esse cõmemorant quorum auctor bithys fuit Martis et Sete sororis Rhesi filius. Bitias vero sine h. et i. latino fuit vn⁹ ex carthaginensiũ principibus.

Bitia Pharaonis filia: quę Mosen adoptauit.

Bithynia regio minoris Asię: aduersa thracię ⁊ proxima troadi: quę vt Solinus scribit ⁊ Ser. Primum bebrycia: postea mygdonia: deinde a bithyno bithynia dicta fuit. Hęc etiã auctore Eusebio pontus est dicta. In bithynia libyssa est vbi Annibal sepultus est. Sunt qui scribant Thynos populos transisse ex Europa a quibus bithyni dicunt ⁊ bithynia. Clau. Thini thraces arant: quę nũc bithynia fertur. Hinc Bithynus a. um. pe. pro. et bithynicus a. um. Iuue. Et ꝗ̃ et capadoces faciãt: equitesq̃ bithyni. Mar. Iam te rem factam bithynice credis habere. Ex bithynia fuerũt viri in disciplinis memorabiles: xenocrates philosophus ⁊ Dionysius dialecticus: ⁊ hiparchus et theodosius et filij eius mathematici: et Cleophanes orator ex Mirlea et Asclepiades medicus prusiensis ⁊ Dion.

Bithynium ciuitas in bithynia a quo bithyniate et bithynienses populi dicti sunt.

Bitumen penul. pro. genus cretę quod si quãdo accendit extingui nõ potest ⁊ de natura sulphuris est. Dicitur fieri ex fulmine. Unde iuxta babyloniam quia frequẽtia cadunt fulmina: hac re lacus abũdat adeo vt inde fabricasse muros semyramis dicat. Hoc et Asphaltus dicitur.

Bitumino as. bitumine linio. Amb. lib. Hexa. Fac tibi arcam ex lignis quadratis nidos facies in arca et bituminabis eã intus ⁊ foris bitumine.

B Ante L

Blatta: vermis qui alucaria ledit: a βλαπτω noceo. Colu. lib. x. appellat lucifugas blattas. Mar. tamẽ posuit pro verme libros ⁊ vestes rodente vt in hendecasyllabo. Constrictas nisi das mihi libellos admittam tineas: trucesq̃ blattas. Hora. in Ser. Uñ octaginta annos natus cui stragula vestẽ. Blattarũ ac tinearum epule putrescat in arca. Blatta etiã ponitur pro purpura. Sidonius in panegyrico Pontus castorea blattam tyrus ęra corinthus. Blattam recentiores scriptores vermiculũ bombycem intellexerunt cuius textu vestes sericę cõficerentur. Unde blattea vestis ⁊ blatteũ paludamẽtũ apud Lampridiũ Capitolinũq̃ pro serica ⁊ preciosa: vel vt Paul. Egi. pro purpura: qm̃ indicũ conchiliũ vulgo blatta dicitur. Sic Cassiodo. in epistolis pro purpureo cepit. Chameleon inquiens modo prasina modo cyanea modo blattea varietate se cõmutat. Eutropius scribit: Neronẽ solitũ piscari rete blatteis funibus annexo. Cũ ab Orosio dicat purpureis: a q̃ colore blatta frumentũ qđ rubicũdũ sit sementi accõmodatius in purpuram declinãs.

Blatteus a. um. accipit pro purpureo. Cassio. in epist. de Chameleonte. Colores suos multifaria qualitate cõmutat: modo veneta: modo blattea: mõ prasina: mõ cyanea. Eutropius. Nero inusitata luxuria fuit vt qui exẽplo Caligulę frigidis ⁊ calidis lauaret vnguentis hamis aureis argenteisq̃ piscaret: quę blatteis funib⁹ extrahebant. Quos Sueto. et Orosius interpretãtur purpureos. Ille piscatus inq̃t est rete aurato purpura coccoq̃ funib⁹ nexis. Orosi⁹ Luxurię inquit tam effrenatę fuit Nero vt retibus aureis piscaret: quę purpureis funib⁹ extrahebant.

Blax: stolidus: mollis. delicatus: lasciu⁹: qui nescit res discernere: et qui se inaniter iactat.

Blapsigonia pe. cor. q̃si detrimentũ ἀπὸ τοῦ βλάπτω noceo ⁊ γονος fetus cũ apes morbo ignauia aut in fecunditate naturali fetũ nõ peragũt.

Blatio is. et blatero as. veteres dicebant pro incõdite ⁊ inaniter loqui: vt sũt qui extra propositũ loquunt: vel verba immoderata emittunt. Gel. lib. j. Fauorinũ ego audiui dicere versus illos Euripidis nõ de his tantũ factos accipi debere qui impia atq̃ illicita dicerent: sed vel maxime de hominibus quoq̃ posse dici stulta ⁊ immodica blatterantibus: quorũ lingua tam prodiga infrenisq̃ sit: vt fluat semp ⁊ ęstuet colluuiõe verborum teterrima. Et paulopost. Neq̃ minus insigniter veteres quoq̃ nostri hoc gen⁹ homines in verba proiectos locutuleios ⁊ blaterones et linguaces dixerunt. Plau. in Am. Qui malũ intelligere quisq̃ potis est: ita nugas blatis. Idem. Ubi tu es: que blaterauisti iam vicinis oĩbus me meę filię daturũ dotem. Sunt autẽ factitia verba a Camelorum voce tracta: qui cũ voce edunt blaterare dicunt. Quidã tñ a greco deducũt apud quos βλαξ dr̃ qui se inaniter iactat ⁊ blatia iactatio. Quapropter c. litterã addẽtes blacteronẽ ⁊ blacterare existimãt scribendũ. Oui. de Philo. ꝓdux. Blatterat hinc aries ⁊ pia balat ouis. Hora. in Ser. sine c. ⁊ prima correpta. Audit cũ magno blateras clamore furisq̃.

Blesus qui in sermone tardus est a blatero. Uel qui in ꝓnũciatione aliquã excludit litterã. Sunt eñi multi qui non possunt proferre quasdã litteras. Quid ã ꝓ paralitico accipiũt. Unde Iuue. pro titubante posuit: et blesis atq̃ mero titubantib⁹.

Blandiri est blanditias dicere/adulari/assentari: et ptinet ad oĩes sensus: et nõnunq̃ ad animũ. Quintil. Blandiar paulisp calamitatib⁹ meis. Hui⁹ cõpositũ est Blandior. Colu. lib. ix. Sed ne hęc tñ aliena est agricolę captantis vndiq̃ voluptates acquirere quibus solitudines ruris eblandiant.

Blanditia ę. et blanditię arum. adulatio popularitas. Plaut. in bac. Uiscus merus vestra est blanditia.

Blandicus pe corre. qui blandit: a quo blandiculus: et blandicellus dimi. Uñ blandicella ṽba legimus.

Blandidicus: qui blande loquitur. Plau. Nunc mihi blandidicus es: heri in tergo meo tris facile corios cõtriuisti bubulos.

Blasphemo as. pen. pro. grecũ est: et significat execror: maledico: et verbis calũniã infero ac dignitati honoriq̃ alterius derogo. Blasphemia maledicentia et grecũ est βλάσφημος.

Blenũ populi aphricani sine capitibus: habẽtes in pectore vultũ vt lib. j. auctor est Pomponius.

Blit⁹ duplicato tt. scribit. Suidas. βλίτον εἶδος βοτάνης. Herba satiua beta iners: ac sine sapore. Unde blitteus a. um. qđ est inutile ac nullius precij. Plau. Blittea meretrix a greco dicit qđ est blax stupidus. Dicit et blittus ꝓ herba. Palla. lib. iiij. Blitus serit solo qualecũq̃ sed culto.

B Ante O

Boa: et boua vtroq̃ modo dicit serpentis genus: vel q̃ primo bubuli lactis succo alat: vel q̃ instar bouis turgeat: seu a voce bouis. Uastat aũt oĩes regiões in quibus habitat. In cui⁹ vtero tpe Claudij imperatoris integer infans inuẽtus est cũ esset occisa. Est etiã boua morbi genus cũ corpora papularũ multitudine rubent ad similitudinẽ eorũ qui boa serpente icti turgescũt. Uel a fimo bubulo cuius litu maximẽ tollit. Pli. Ebuli folia cõtrita et e veteri vino imposita boam sanant. i. rubentes papulas.

Boalia quę ⁊ bupetię dicunt ludi boũ gratia instituti.

Boo as. mugio/clamo: a βοαω. Vel a boũ mugitib⁹. Plaut. in Am. Tela frangunt: boat cęlum fremitu virum. Hinc reboo as.

Boariũ forũ Romę dicebať q ibi boues venderenť.

Boebeis idis. siue bebis lacus in thessalia. Lu. lib. vij. Ire ꝑ osseam rapidus boebeida. Val. Flac. Perderet ⁊ pingui miseros in bebide crines.

Boemia regio mysię europę vltra danubiũ sita. Cui⁹ metropolis ẽ praga insignis ciuitas. Dicta boemia a boemo principe: opulentissima est arborib⁹ fecunda: fluminib⁹ irrigua. Hanc nonnulli germanię partem esse dixerunt.

Boeotia nõ boetia vt Hermolaus vna cũ Politiano sentit: qui se vidisse Antonini itineris vetustũ codicẽ asserit in quo ita scriptũ erat Boeotię aulis in q̃ gręci aduersus troianos conspirauerunt sed et ratio exigit gręca apud quos βοιωτια nec aliter. Est autem regio Europę a boue quẽ Cadmus Agenoris filius thebarum conditor immolauit anteq̃ vrbẽ cõderet. Oui. Aonia fac cõdas boeotiaq; illa vocato. Dio. tamẽ eã dicit appellatã a boeto quẽ Neptun⁹ genuit ex Arne filia Aeoli. In ea Thebe ciuitas quã Amphion muris ornauit ⁊ mons citheron.

Boetus vt inquit Stra. Hispanię fluui⁹ ex eisdẽ nascẽs locis ex quib⁹ Anas et Tagus.

Bogud oppidum in aphrica et regis nomen in genere masculino.

Bodellium genus gummi odoratũ: quod arbor in bactriana regione producit.

Boie genus vinculorũ tam ligneorũ q̃ ferreorũ seu torquis damnatorũ qđ quasi iugũ in boue sit.

Bolis idis. dici potest iaculum οπραγο βαλλω ad cuius similitudinẽ faces quędã ignee bolides vocantur. Pli. lib. ij. Duo genera earũ lampades vocant: plane faces alterũ bolidas quale Mutinensib⁹ malum visum est: distant q faces vestigia longa faciunt priore ardente parte: bolis ꝙo perpetua ardens longiorem trahit limitem.

Bolus cuiusq; rei frustum. Unde bolum terrę glebam dicimus: bolũ argenti massam argenteã. Bolos ꝙo a gręcis iactus esse dicitur.

Boij ppli fuerẽ gallię cisalpinę inter padũ ⁊ trebiã siti.

Boletus genus fungi.

Bombus: sonus tubarũ raucus nec valde acutus: tractus ab ipso sonitu sicut mugitus boum. Persius. Torua mimalloneis implerũt cornua bombis. Sic bombeo apud gręcos significat sono. Et bombus sonus quem faciunt apes.

Bombitatio: sonus apum.

Bombyx per y. vermis qui primo eruca est: et apud Indiam ęthiopiã ⁊ seres in aranearum morem tenuissima fila ducit ad vestẽ faciendã. Primũ bombyl⁹ deinde Necydalus: demũ bombyx appellatus. De hoc Aristote. et Plini. fere idem tradunt in sex mensibus bombices telas araneorum modo detexũt ad vestem luxumq; feminarũ quę bombycina appellantur: primo eas in filum retorquere rursusq; texere inuenit mulier Pamphile Platis filia. Amb. de bombyce libro Hexa. Bombyx vermis indicus ex cuius textura bombycinũ conficitur. Fertur hic corniger vermis conuerti. Vide supra Bambilius. Rursus bombyx frutex bombacij est.

Bombycinus ⁊ bombycinum penul. cor. pro veste ex serico confecta: seu pro pãniculo rubedine infecto et mulierũ genas tingente. Iuue. Delicias ⁊ pãnicul⁹ bombycinus vrit. Mar. Femineũ lucet sic per bombycina: qui etiã bombyx dicĩ. Proper. Nec si qua arabio lucet bombyce puella.

Bomolochus penulti. cor. dictus est apud gręcos qui scalis atq; idem humilis omnia lucri gratia perfert iocando cauillandoq;. Et apud nos scurra appellatur: qui vt sumptuosiorib⁹ cęnis intersit nullo se scurrilitatis genere ɔtinet. Sed proprie puer: qui altari insidiatur vt fureť candelas βωμοσ και λοχαω ευθεν βωμο λοχοσ.

Bonasus fera ẽ: quę vt scribit Aristo. in mõte mesapo qui peonię ac medię limes est: inuenit et a peonibus monapon vocať. At Solinus circa lydiã phrygiãq; haberi hoc animal tradit.

Bonum diciť quod opponiť malo. Et bonũ est quicq̃d est. Vñ vidit deus cũcta q̃ fecerat ⁊ erãt valde bona Quãobrẽ apud logicos bonũ cũ ente cõuerti diciť. Quod enĩ ẽ id quoq; bonũ esse necesse ẽ. Bonũ etiã diciť qđ honesta pariter ⁊ vtilia cõplectiť: vt bonum animi: bonũ corporĩ: bonũ fortunę. Vñ bona dicunť rerũ subiecta q sint vtilia. Paul. iurecon. Bona vocari affirmat q̃ deducto ęre alieno supersunt. De his Vlp. sic scribit: Bonorum possessionẽ ita recte diffiniemus. Ius persequendi retinẽdiq; patrimonij siue rei quę cuiusq; cum moritur fuit: bona autẽ vt plerũq; solemus dicere ita accipienda sunt vniuersitatẽ cuiusq; successionẽ: qua succediť in ius mortui suscipiturq; eius rei cõmodũ ⁊ incõmodũ. Nam siue soluẽdo sunt bona siue nõ: siue damnũ hñt siue lucrũ: siue in corporibus sunt: siue in actionibus: in hoc loco proprie bona appellabũtur. Et bonũ diciť quod exequitur officiũ suum. Hinc si virum bonum dicimus intelligimus probum. Si bonũ militem fortem. Si bonũ imperatorem prudentem. Si bonũ grammaticum litteratũ. Si bonũ oratorem facundũ. Si bonũ iudicẽ iustũ. Sic econtrario malũ generale nomen ⁊ turpia simul ac detrimẽtosa cõplectẽs. Vñ malũ virum dicimus flagitiosum: malũ militẽ imbellẽ: et sic de reliquis. Aliquando bonũ de sumiť pro bonitate. Nã cũ dicim⁹ de ęquo ⁊ bono nõ de summo iure sed de bona ęquitate loquimur. Aliquãdo pro magno. Salu. Bona pars militum inde discesserat. Aliquãdo pro non vili: q: vt dona. ait Boni non sunt viles. Unde ⁊ superlatiuus gradus optimates facit. Nã bonus melior optimus. Terentius in Phor. Illam ciuem esse atticam bonã bonis prognatam. Aliquãdo pro vtili: vt bonum est pecunię parcere. Itẽ pro ocio ⁊ quiete: sicut malũ pro labore. Sene. Delicatus homo et bono semper assuetus. Item pro miti et fauente. Sta. Tu corda parumper huc aduerte libens: atq; has bonus accipe voces. Itẽ ꝓ pulchro. Ter. Et forma fortasse bona. Aug. lib. xv. de ciuitate dei. Cõsuetudo scripturę est etiã speciosos corpe bonos vocare. Vñ in gene. Videntes angeli dei filias hominũ q: bone sunt: sumpserunt sibi vxores. Itẽ ꝓ apto ⁊ idoneo. Virg. Et bona bello cornus. Itẽ ꝓ docto. Hora. Quãdoq; bonus dormitat Homer⁹. Pręterea bonus diciť human⁹ beniuolus tranquillus: liberalis simplex apertus comis facilis suauis tractabilis indulgens ⁊ huiusmodi.

Bona dea quã veteres faunã siue fatuã siue fentã dixere. Hanc Varro scripsit tante pudicitię fuisse vt nemo illã dũ vixit preter virũ mas viderit: nec nomen eius audierit ꝓpter qđ illi in operto mulieres sacrificabant ⁊ bonã deã appellabant.

Boni consulat hoc est bene statuat in bonã partem (vt aiunt) accipiat.

Bona caduca: facultas: que heredẽ non habet: vel quę non habet firmitatem. Et bona caduca dicuntur res damnatorum.

Bona venia dicim⁹: qđ est sine ira: sine discordia. Ter. in Phor. Adolescẽs primũ abs te bona venia peto.

Bone fidei possessor esse videtur qui rem possidet non suã quã tñ suã esse putat: et eũ qui vẽdidit ius vẽdendi habuisse puta ꝓcuratorẽ aut tutorẽ fuisse. Cõtra

vero male fidei possessorem esse dicimꝰ: qui nec rem
suam possidet ⁊ eam scit suam non esse.

Bonitas capitur ꝓ virtute siue honestate atq; iusticia.
Cicero.lib.offi. Cum enim fidem aliqui bonitatemq;
laudant. Huic cōtraria est a malo malicia. Sene. In
hoc summa bonitas in illo extrema malitia. Frequē
tius tñ bonitas pro benignitate ⁊ quadā ingenij sim
plicitate ponit̄. Ply. Bonitas ac simplicitas vxoris
Malitia ecōtrario ꝓ versutia. Vñ malitiosum cal/
lidū ac versutū dicimꝰ. Cice. Virtutis cōtraria est vi/
ciositas: sic em̄ malo ꝙ̄ malitiā appellare quā greci
κακιαν appellant. Nam malitia certi cuiusdā vitij
nomē est: vitiositas omniū. Est ⁊ alia bonitas non ex
industria sed ex natura ꝓueniēs. Cice. Que ⁊ bonita
te nature multi assequunt̄ .i. excellētia ⁊ dote nature.
Huic similiter cōtraria malitia est Plyn. Quod mō
celi: modo terre malitia facit.

Bootes otis. vel bootes otc. vł bootus oti. a boue de/
ductum nomen: latine bubulcus celeste sydus quod
arctophylax vocatur: et more bubulci plaustrū sequi
videtur. Ouidiꝰ. Arctophylax formā terga sequen/
tis habet. Iuuenalis. Frigida circunagunt pigri sar
raca boote. Habet quattuor stellas in dextra manu:
que non occidunt.

Boo boas ⁊ boo bois. vtroq; modo dicitur a boum
mugitu dici vidētur. Var. Exeunt cit̄ strepūt bount.
Hinc reboo as.

Boreas ventus aquilo: qui ab hyperboreis montibus
flat. Unde ⁊ frigidus. De hoc in dictione aquilo. Di
ctus boreas απο του βοαν και ρεω. quoniam vt
violenti flatus est ita etiā sonori.

Borysthenes penultima corre. fluuius scythie ſm Is/
trum omnium maximꝰ cuius aque ad potandū sunt
suauissime et magnos pisces alunt nulla habentes
ossa. Inde populi scythici boristhenide dicūt̄. Pro/
pertiꝰ. Gloria ad hibernos lata boristhenidas Ste/
phanus. Est etiam boristhenes oppidū. Martianꝰ.
Nec procul fluuius lacus oppidum sub vno cuncta
nomine. Boristhenes quoq; Insula eiusdē nominis
esse fertur in ponto.

Bos generis cōmunis datiuum ⁊ ablatiuum plurales
bobus per syncopam facit: ⁊ more veterum bubus.
Col. lib. ij. Nihil dubiū quin equis melius ꝙ̄ bubus
res cōficiatur. Hinc fiunt adiectiua bouinus a. um.
Cuius diminutiuū est bouillus. Bucerus ra. rum. et
Boarius a. um. Vñ forum boariū vbi vendebantur
boues. Deducit̄q; bos a greco qđ est βουσ hoc aūt
απο του βοσκω quod ē pasco/ꝙ homines pascat
laboribꝰ suis. Inde latine iuuencos dixere ꝙ nō pa/
scerent sed homines iuuarent.

Bouilia dicuntur loca in quibus boues morātur: sicut
ouilia in quibus oues. Colu. lib. ij. Domitis armen/
tis duplicia bouilia sint: hiberna atq; estiua. Eadem
etiā bubilia dicuntur.

Bouille arū. oppidulū fuit in latio haud ꝓcul ab vrbe
Roma via que ariciā ducebat: vt inquit Asco. Nam
ad bouillas interfectus est Clodius aritia rediens.
Dictū bouille quasi bouis hille: ꝙ eo vulnerata bos
sua trahens intestina deuenerit.

Bouillus a. um. idē est quod bouinus: licet sit diminu.
Ply. Bouille carnis iure facile curatur.

Bouinor aris. penul. cor. cōuitior: et quasi in aliquem
mugio. Vñ bouinatores dicti sunt: quos nūc deriso/
res dicimus: et bouinatio cōuiciū. Lucil. Hic strigo
sus bouinatorq; ore improbus duro.

Bostar locus vbi boues stare consueuerunt.

Bosporus penulti. cor. a bouis meabili transitu dictus
est ꝓpter angustias freti vt Ply. Solinusq; docent
quasi bouis transitus. Duo sunt autē bospori: alter
iuxta byzantium qui thracius dicitur ostiū ponti per
quod in propontidē influit pontus. Hūc bosporum
Vale. Flaccus scribit dictū a traiectu Iouis in vac/
cam deformati. Sic em̄ lib. iiij. agrauāticon. Alter in
introitu meotidos paludis ⁊ per quem palus meo/
tica in pontum defluit. De quo Ouid. Bosporus et
tanais superat scythiceq; paludes. Hic etiā Cimmeriꝰ
bosporus dr̄ a cimmerus populis qui eius partē fri/
gidissimā incoluut. Vñ qui terras frigoribꝰ occupa/
tas habitāt cimmerij appellantur: de hoc tractatur
in dictiōe ꝓpontis. Inter bosporū thracium ⁊ cime
rium vt Martianus scribit: iter patet milia quin/
genta Bosporus tracius teste Pomponio: stadijs
quinq; Europā ab asia disterminat. In bosporo cime
rio erat Bosporus ciuitas bosporopolis dicta. βο/
υσ και πορευομαι το ερχομαι. Ascen. Tor/
tel. Bosphorus scribit a φορο.

Bosta non ē altera ciuitas/ vt multi putant: sed idumea
iuxta illud: Quis ē iste qui venit de edom tinctis ve/
stibus de bosra.

Botrys: dici potest racemꝰ integer vue qui ⁊ botryon
Greci enim βοτρυασ παρα το βωλο πατω ait
Moscopolus et βοτρυονασ vocant: Vsurpat idē
vocabulū Hiero. ꝓ racemis.

Botillus diminutiuū: paruus botrus.

B Ante R

Brabeuthe a grecis dicuntur iudices spectaculorū qui
victoribus in certamine exhibent premiū et coronas
Qui vero p̄fectus est certaminis agonitheta dicit̄.
Greci auctore Philostrato ludis olympicis decem
iudices p̄ficere solebant. Suc. de Nero. Nec aliter
certamina gymnica tota spectauerat: ꝙ̄ brabeutha/
rū more in stadio humi assidēs Suidas. βραβευθησ
διοικητησ κριτησ οριστησ και βραβειον επι/
νικιοσ αμοιβη.

Bracce a quibusdam accipiūtur vestes flure intonseq;
ac varij coloris quibus vtebantur frigidioris plage
gentes vt inquit Diod. lib. vj. Et a quibus braccata
gallia vocata est quoniā galli vestes ferūt intōsas: et
varij coloris. Braccis vsos fuisse Scythas docet
Ouid. scribens. Pellibꝰ ⁊ laxis arcent mala frigora
braccis. Et Pomp. Mella. Braccati sunt inquit to
tū corpus sarmate ⁊ nisi qua vident etiā ora vestiti.
Suc. in Cesa. Idem in curia galli braccas deposue/
runt latum clauū sumpserūt. Cor. Tacitus lib. xviij.
sic ait: Ornatū cecinne municipia ⁊ colonie in super/
biam trahebant ꝙ versicolori sagulo braccas barba
rum tegmen indutus togatos alloqueretur. Hiero.
tamē ad Fabiolā de veste sacerdotali ꝓ feminalibus
accipit quibus pudibunda velant̄ sicuti vulgariter
appellari solēt: scribensq; ipsarū braccarū formam ⁊
quos vsus in tegendo corpore bracce prestant expo/
nit his verbis. Discamus primum communes sacer
dotum vestes atq; pontificum lineis feminalibus
que vsq; ad genua et poplites veniunt: verecunda
celantur: et superior pars sub vmbilico vehementer
astringitur: vt si quando expediti mactant victimas
tauros et arictes trahunt: portantq; onera et que in
officio ministranda sunt etiā si lapsi fuerint: et femo/
ra reuelariut non pateat quod opertum est. Inde et
gradus altaris prohibentur fieri: ne inferior populꝰ
ascendētium verecūda conspiciat: vocaturq; lingua
hebrea hoc genus vestimēti machinasse grece περι
σκελη a nostris feminalia vel femoralia brache vs/
q; ad genua pertingētes: a chaldeis Saraballa. Sic
Amb. libro. j. officio. Sacerdotes inquit veteri mo/
re bracchas accipiebant: sicut ad moysen dictum est
a dño. Et facies illi braccas lineas vt tegatur turpi/
tudo pudoris a lumbis vsq; ad femora erūt. Vocant̄
etiā in noibus. Nā subligaria seu subligacula: cam/

pestria:succinctoria et periçomata.

Brachiũ grecũ est βραχιων βραχωνὸσ. Aliquãdo brachiũ totũ membrũ cum manu cõprendit. Virg. lib. v. Et euinctis attollit brachia palmis. Aliquãdo vocatᷓ ab humero ad cubitũ. i. pars superior q̃ armꝰ dicitᷓ. Nã armos humeros cũ brachijs/ sed nõ econ/trario dicimus. A cubito vero vsq ad vertebrã ma nus:lacertus nũcupatᷓ. Ouid. lib. j. me. Laudat digi tosq manusq Brachiaq et nudos media plꝰ parte lacertos. Dicitᷓ tñ brachiũ de mari de montibꝰ et de arboribus. In brachijs magna vis ꝯsistit. Vñ apud antiquos ornari brachia armillis ꝯsueuerũt ac si ipsa victoriã peperissent. Et in sacris litteris brachiũ pro potentia vsurpatũ est ac fortitudine.

Brachialia brachiorum ornaméta et tegumenta:sicuti ventralia ventris:frontalia frontis: tibialia tibiarũ: ⁊ alia huiusmodi. Plyni. lib. xxviij. Lais ⁊ salpe ca/num rabiosorũ morsus et tertianas quartanasq fe/bres aiunt leniri mẽstruo in lana arietis nigri argẽto brachiali incluso.

Brachionister eris. dici potest armilla.

Brachiatus ta. tum. quod est ad brachiorꝫ modũ factũ: ⁊ ad vites pręcipue pertinet. Col. lib. vj. Alij capita tas vineas:alij brachiatas magis ꝓbãt quibꝰ cordi est in brachia vitem componere.

Brachylogia breuiloquium per y chy.

Brachycatalecton breuis t̃minatio versus: cui desunt in fine syllabę. Nã in eo vt ꝑfectus sit deest integer pes. Et dicitᷓ metrũ brachycatalecticum.

Bracmane gymnosophistę ⁊ philosophi apud Indos fuerunt: vt Hierony. lib. ij. con. Joui. Quorum prin ceps Jarcas nominabatur:eo tempore quo Apol/lonius thyaneus discendi visendiq studio ad illos se contulerat.

Bractea et lamina inquit Laurentius Valla sic diffe/runt ꝙ lamina crassior ẽ ex quã armamẽtura ꝯficitur: et qua incensa olim homines torquebantᷓ. Et potest esse ferrea ęrea/et argẽtea/electrea/aurichalcea/plũ/bea/aurea/lignea/cornea. siue ex alia materia. Ply/nius libro. xvj. Vrorum cornibus barbari septentri/onales potãt:et morꝫ apud nos in laminas secta trãs lucent. Bractea tenuis magis est ⁊ sua sponte plica/bilis quę crepitat. Virgilius libro. vj. Ilice sic leni crepitabat bractea vento. Bracteis inaurari simu/lachra solebant:sed vnguibus plerunq auferebantᷓ. Mar. An magis astuti derasa est cute minister bra/ctea. Et seruus qui bracteã deraserat apud Sueto. damnatus est. Hiero. tamen ad Fabiolam ostendit bracteam et laminam idem esse cum inquit Auri la/minę id est bracteę mira tenuitate tondũtur ἐξ βρά/χειν. i. et resonando.

Bracteola cum accẽtu in antepe. dimi. id est foliculum auri:alij ve metalli.

Bractearius qui bracteas facit. Cuius ars bractearia et bracteatum quod bracteis tegitur.

Branchię dicũtur in piscibus ꝑm ceruicem folliũ more hiantes partes quibus anhelitum reddere ac per vi ces recipere existimantur. Plyni. libro. ix. Branchię nõ sunt balenis nec delphinis. Hęc duo genera fistu/lis spirãt: quę ad pulmonẽ ꝑtinent: balenis a fronte: delphinis a dorso.

Brassica quasi pręseca a pręsecando penulti. cor. Vul/go caulis dicitᷓ quasi passica inquit Var. Vel a pręse cando: qꝛ ex eis scabo minutatim pręsecatᷓ. Var. Ex semine brassicę vetere sato nasci aiunt rapa et contra ex raporum brassicam. Cato brassicarũ tria facit ge/nera. Vnã extensis folijs caule magno: alterã crispo folio quam apianam vocant et Selinada. Tertiam minutis caulibus.

Branchos morbi genꝰ: cum catharro guttur ⁊ arteria corripitᷓ ob id ⁊ arteriũ quasi id vicium appellant.

Brauium premiũ significat: quod nomen quidã dicunt habere penul. pro. qm̃ apud grecos per ei diph. scri/batur βραβειον grece

Breue dicitur quod opponitᷓ longo. A quo breuiter et breui aduerbia. Cic. Apio. Faciendum mihi putaui vt tuis litteris breui responderem. Sciendũ est bre/uem et breue mascu. et neu. genere latine dici in eo si/gnificato quo vulgus vsurpat breuem apostolicum nominando. Lamprid. Milites suos sic vbiq sciuit vt in cubiculo haberet breues et numerũ ⁊ tempora militantiũ Flauius Vopiscus in Aureliano. Breue nominum conscripsit.

Brephotrophia latine paruulorũ hospitalia: quibus infantes expositi alũtur βρεφοσ greco vocabulo infans nominatᷓ τροφη educatio. De quibꝰ in de/cretis. xxxiij. q. viij. βρεφοσ και τρεφο.

Breuiariũ cõpendiũ summariũ. Plyn. lib. xviij. Verũ vt pariter oĩs culturę breuiariũ peragatur.

Briareus cęli et terrę filius. Briaros latine fortis.

Britannia per duplex nn. insula: quę nunc Anglia di/citᷓ: ⁊ a Britone rege Britãnia dicta cũ ꝑus Albion diceretur: ab albis montibus: qui ad eã nauigantibꝰ primo apparẽt. Hęc ab ortu Germanico oceano ab occasu Hibernico alluitur: ab omni continente diui/sa. vt Ptole. libro secũdo. refert. Porrigitur in lon/gum octingentis milibus passuum. In ea Gagates lapis qui ardet in aqua et oleo restinguitᷓ. Ibi Lon/dinũ oppidũ nunc londra copia negociatorꝫ celebre. Inter Septentrionem et occidentẽ: vt celebres geo/graphi tradunt duę site sunt insulę Britannia ⁊ Hy bernia paulo minor Britannia: vltra quas sunt qua/draginta insulę Orcades appellatę modicis spatijs inter se distinctę. Apud Britannos longissimꝰ dies. xvij. horarũ deprehenditur: ⁊ ęstate lucidę sunt noctes: auctore Plynio.

Britannus: Britãnicus et Brito eiusdẽ significationis sũt. Verg. Et penitꝰ toto diuisos orbe Britannos. Juuena. Quantũ delphinis balena britãnica maior. Idẽ. Qua nec terribiles cimbri nec Britones vnq̃.

Britennium: deambulatoriũ marmorarium.

Brysso as. foras exprimo. Vñ brysseus dictus est ba/chus. Et brissam vuam tunc dicimus cũ pedibus ad exprimendũ vinum calcatur.

Brissea vrbs Ionię a qua bacchus bryseus cognomi/natus ẽ: ꝙ ibi coleretur. Quidã tamẽ bacchũ brysẽũ dici putant ab antiquo verbo βρυω qđ est scaturio: quoniã ex aluearibus mella: vel ex vuis musta expri/mere primus docuit. Alij byrsẽũ potius q̃ bryseum volunt cognominatũ a byrsa pelle: quã in bello indu ebat. Nam apud Diodor. lib. v. Bacchũ in prelijs pardalorum pellibus vsum constat. Byrsa autẽ cori um ac tergus significat.

Bromiꝰ bacchi cognomẽ ὅτι βρόμιοσ ἐστὶ βροντῆ του πυροσ ἠνεχθη consumo. Nam vino mo derate sumpto humores repelluntur. Vel dicitur a bronte tonitru: eo ꝙ natus sit cum tonitru eius geni trice perempta.

Bronci (vt inquit Nonius) dicuntur qui producto ore ⁊ dentibꝰ prominentibꝰ sunt Lucil. in satyra. Bron/cus mouit lanius dente eminulo. Hic est Rhinoce/ros. Varro. de re. rus. ij. de canibus nõ bruncos: sed brochos vocat. Duobus (inquit) dentibus dextra et sinistra paulo eminulis superioribus directis potius q̃ brochis. Hinc brochitas. Plyn. lib. xj. Senectus in equis ⁊ ceteris veterinis intelligitur dentium bro chitate: superciliorum canitie.

Broncocela: tumor magnꝰ ⁊ rotũdꝰ in ceruice inter cu tẽ: et asperã arteriã: q̃ modo caro hebes: mõ humor aliqs icluditᷓ: interdũ etiã minutᷓ ossibꝰ pili immixti.

Brucus a βρουχοσ grece: quasi βρωσχω comedo: rodo: genus vermis volucris: diuersum a locustarũ genere: sed nõ dissimile herbas erodẽs sine alis tamẽ

Bruma dicitur quãdiu diminuitur dies: que finitur octauo kalendas Januar. quo fit in capricorno hyemale solstitiũ: ⁊ ponitur quãdoque pro mense decẽbri: quandoque pro hyeme. Virg. lib. ij. Ge. Frigida sub terra tumidũ quẽ bruma tegebat.

Brundusiuz ciuitas que a Pli. ponitur in tertia Italie regione a grecis cognita: portu nobilis ex quo transitus est in greciam sic dicta quod messapiorũ lingua brundusium cerui caput dicatur. Sic enĩ est ciuitas cum portu capiti ceruino persimilis: cũ cornua ⁊ caput ⁊ linguam habere videat. Greci βρεντεσιον vocant. Ex hac Pacuuius poeta ortum habuit.

Bruta dicuntur sine sensu stolida ⁊ tarda. Brutũ autez a terra deductum est cui epitheton bruta: quasi obruta. Horatius lib. carminum. Quo bruta tellus ⁊ vaga flumina.

Brucij Italie ppli vltimi Siciliã versus: lucanis vicini dicti quasi bruti ⁊ obsceni sint. Fuerũt aũt brutij serui ⁊ pastores lucanorum qui inde aufugere ⁊ furtim in regione consederunt vbi Cosentia est: que fuit eoꝝ metropolis. Quã regionem prius Ausones habitauerũt. Hi multo post tempore ⁊ ab Annibale et a Romanis propter eorum perfidiam pene deleti fuere sine dignitate sine honore ad seruilia opera semper coacti. Hec regio vt auctor est Stra. lib. vj. Oenotria quondam dicta fuit. Supra Consentiam est pandosia: vbi molossoꝝ rex Alexander trucidatus est. Est ⁊ Rhegyũ ciuitas olim potentissima.

B Ante V

Bua puerum infantiuz potio est. Cato. Cum cibum ac potionem papas ⁊ buas vocent et matrem mãmam et patrem tatam.

Bubalus pe. cor. generis communis sicut Chamelus. Unde hec chamelus et hec bubalus dicit: animal est simile boui: vel syluestris bos: colore niger quod est magna velocitate ⁊ magnitudie ex hercinia silua mittitur: vt inquit Plini° libro. xiij. Hinc bubalinus bubalina bubalinum.

Bubulus a um: pe. cor. a boue fit: idem quod bouinus Unde lac bubulum: ex quo nomẽ est butyro. Imperiti bubulũ inclinari putant a bubalo. Plinius: Stomachum exulceratum lactis asinini et bubuli potus reficit. Colu. lib. vij. Defricare bubula vrina conuenit. Idem significat bouillus.

Bubile pe. prod. locus vbi boues morantur. Plau. in Persa. Metuo vt possim in bubile reijcere ne vagẽtur. Col. lib. ij. Lata bubilia esse oportebit pedes decem: vel minime nouẽ. Hoc idem dicit bouile.

Bubsequa pe. cor. bubulcus: qui oues sequitur. Sido. ad Eutropiuz. Si relinquare inter busequas rusticanos subulcosque runcantes: tunc est tibi summa votorum beatitudo.

Bubulcus: qui bobus arat: siue qui boues fundi aratorios pascit. Hinc bubulcito as penultima correpta bubulci officium facio. Plau. Decet me amare et te bubulcitare. Aliquando bubulcus adiectiuũ est a boue sicut bouillus. Plinius. Bouille carnis iure facile curatur. Idem stomachuz exulceratum lactis asinini et bubulci potus reficit.

Bubetie ludi: quos veteres a bobus pecoreque appellarunt: qui ⁊ boalia boum gratia instituti.

Bubecij qui ludos celebrabãt.

Bubastis ciuitas egypti: vbi cõuentus quotannis agebatur in honorẽ diane. Hinc bubastites prefectura. Aegyptus enim diuidebatur in prefecturas oppidorum: quas nomos vocant. Bubastis etiam dea que colitur in egypto: que (vt ait Herodotus) apud grecos Diana est.

Bubona boum dea: sicut pomona pomorum: et Mellona mellis dea est.

Bubo onis: generis masculini ⁊ feminini sm Priscianum. A bouis quoque mugitu auis feralis debilis ad volandũ in cauernis cõmorans. Oui. lib. viij. meta. Ignauus bubo dirũ mortalibus omen. Vir. lib. iiij. Solaque culminibus ferali carmine bubo. Bubones etiã abscessus sunt circa inguẽ maxime: a quo ⁊ nomẽ vitio: nam ⁊ inguina ipsa greci bubones vocant vulgo quoque nostri collectiones et inflãmationes eius partis inguinarias appellant.

Bubino as: pe. pro. Menstruo mulierũ sanguine inquino. Cuius compositũ est imbubino. Lucil. Hec inquit imbubinat: at cõtra te imbulbitat. Nam imbulbitare est pueri stercore fedare: Tractum a fimo: quod βιλβητον greci vocant.

Bucca: est os. i. ipsa concauitas interior intra malas faciei a mento ad oculos que spiritu a pulmone reuocato ⁊ oppressis labijs retento inflatur non ora labioꝝ Horatius lib. j. Ser. Quid cause merito quin illis Juppiter ambas Iratus buccas inflet: Plau. in Tru. pro maxillis exterioribus posuit. Que istas buccas tam belle purpurissatas habes: id est vtrumque latus oris. Et sonus ille qui ex inflatione buccarũ erũpitur fictitio nomine sclopus dicitur. Persius. Nec sclopa tumidas intendis rumpere buccas. Hierony. ad Paulinũ. Unde accidit vt omissa compositione verborũ scribentiũ sollicitudine dictẽ quicquid in buccã venerit. Quandoque tñ bucca accipitur pro ipso ore. Unde illud prouerbialiter dictuz. Quicquid in buccam venit. Et bucca tuba dicitur. Juue. Et phrygia vestitur bucca tiara. Hinc buccina.

Buccina penul. correpta diminu. a bucca pro tuba siue pro cornu. Hierony. ad Darda. Bucca vocatur tuba apud hebreos: deinde per diminutionẽ buccina dicit Scdm aliquos pastoralis ⁊ cornu recuruo efficitur. Col. lib. vij. Ad quẽ sature pabulo libenter recurrũt cum pastorali signo quasi receptui canitur. Nam id quoque semper crepusculo fieri debet ad sonum buccine pecus si quod in siluis substiterit septa repetere consuescat. Apud Varronẽ videtur esse instrumentum quod inflari possit apud quod inquit. Orphea vocari iussit qui cũ eo venisset stola et cythara cantare esset iussus buccinã inflauit: vbi tantũ circũfluxerit mox ceruorũ aprorum et ceteraꝝ quadrupedũ multitudo: vt non minus formosum mihi sit visum spectaculũ quam in circo maximo edilium sine aphrycanis bestijs cũ fiũt venationes. Tuba ex ere vel argento que in bellis et solẽnitatibus concrepat. Varro de suibus loquens. Subulcus debet consuefacere: omnia: vt faciant ad buccinam.

Buccino as: buccina cano: vt Buccinate in neomenia tuba. Unde buccinator a vocis similitudine: et cantus: ⁊ pro laudatore transferri solet. Cicero. Tiron. Quare quod pollicceris te buccinatorẽ fore.

Buccinũ sonus buccine: quod et hic buccinus dicitur. Plinius lib. ix. Non tñ vsque pelagi libras quinquagenos nũmos excedere ⁊ buccini centenos sciãt: qui ista mercantur in solo.

Buccina nomen oppidi in Sicilia: vt meminit Dionysius: quo nomine etiam dicta est insula Põtiani pontificis exilio ⁊ morte clara.

Buccea ⁊ bucca fit pro ore ⁊ significat frustulum alicuius rei esui apte: quantũ. s. bucca cõmode capit. Vulgo bolus dicitur. Aug. Cesar ad Tyberiũ. Ne iudeus quidẽ mi tyberi tam diligẽter sabbatis id ieiuniũ seruat: quam ego hodie seruaui: qui in balneo demũ post horam primã noctis duas bucceas manducaui

priusq̃ vngi inciperem. Marci. Buccas dixit pro bucceas vel buccellas.

Buccella diminutiuũ a buccea. Hiero in prouer. Melior est buccella sicca cũ gaudio: q̃ dom⁹ plena victimis cum iurgio.

Buccellatum panis castrensis ⁊ frumẽtacei genus de quo spartia. scripsit Poscenniũ Imperatorẽ prohibuisse pistores exercitũ sequi: ac iussisse milites omẽs buccellato in locis pacatis accepto esse contentos. Ammianus sic scribit. Viginti dierũ frumentũ ex eo quod erat in sedibus consumendũ ad vsus diuturnitatẽ excoctum buccellatum vt vulgo appellant: humeris imposuit libentiũ militũ.

Buccones: qui tumidiorib⁹ sunt buccis. Plau. in Bac. Stulti stolidi futuri fungi. bardi. blemi. buccones solus ego omnes ante eo stulticia.

Bucculẽtus qui magnũ habet buccam. Plau. in Merca. Ego dicã tibi canũ: varũ: ventrosum: bucculentũ.

Bucea p simplex c. Folliculus grani fabę interior: qui albus est.

Bucerus a um: penultima correpta a boue. Unde bucerum pecus quod de bobus dicitur. Et bucerię boũ armẽta παρα Γο βουσ και κεροσ q̃si armẽta: vel boues cornuti. Oui. meta. Armẽtaq̃ bucera pauit.

Bucentes tabanus a pungendis bobus κεντειν pungere significat. Bucentru₃ stimulus. Greci βουκεντρον dicunt.

Bucephalus penultima correpta: quasi bouis caput. Quo nomine dictus est equus Alexãdri: ab aspectu toruo: seu ab insigni taurini capitis armo impressi. Ex cuius nomine vrbem bucephalon Indię sepulchro circũdedit. Est et portus qui ab aliis bucephala ab aliis bucephalas: ab aliis bucephalon.

Buccula per duplex cc. diminu. a bucca/ quę oris pars est. i. pusilla bucca. Apu. lib. vi. de asi. Tunc Jupiter perpressa cupidinis buccula: manuq̃ ad os suum relata consauiauit. Unde ⁊ quãdoq̃ ponitur pro parte cassidis per quã mittitur spiritus quę buccã tegit. Nã cassis caput: buccula vero barbatas ptes armat: vel in qua desiguntur cristę in summo galeę cono: q̄ bucce paruę habeat similitudinẽ. Juue. Lorica ⁊ fracta de casside buccula pendens. Vñ in cõm. Cęsaris legitur Buccarum tegmen.

Bucula per simplex c. diminu. est a boue. Plini⁹. Eidẽ morbo buculę iecur contritum prodest. Virgi. lib. i. Geor. Aut bucula cęlũ suspiciens: patulis captauit naribus auras.

Buculus bos iuuenculus. Col. lib. vii. Cum deinde buculos comprehenderis perducito ad stabulum et ad stipites religato

Bucardia lapillus bubulo cordi similis in babylone tãtum nascens.

Bucentaurus composita dictio a bu: qđ magnũ quiddam signat: ⁊ centaurus. i. magna nauis centauro insignita. Veteres enĩ solebant magnis rebus bu syllabam preponere a magnitudine. s. bouis.

Bucolica oꝝ: a custodia boum dicta sunt: id est ἀπό Γων βουκολων qui dicuntur armentarii q̄ precipua sint aĩalia apud rusticos boues.

Buglossa siue buglossus: satiua ⁊ silucstris est. Satiua quã boraginẽ vocant: latini ab asperitate linguã bouis nominant: q̄ folia aspera ad modũ linguę bouis habeat/ optimę virtutis. Ferunt hanc herbam in vinum deiectam animi voluptates augere: ⁊ ob id Euphrasinum vocari: quasi sit herba letificãs. Est ⁊ hoc nomine piscis qui alio noĩe putatur solea dici. Arist. Cartilaginea sunt hos pastiuata torpedo/ squatina/ rana/ buglossa/ psitta. Pseusippus. Germana inquit genera sunt psitta: Buglossus: tenia: dorion.

Buso rana terrestris nimię magnitudinis. Virgilius. Inuentusq̃ cauis buso.

Bupodes penul. corre. magnos pedes. Bupodas magnos pueros dicunt.

Bulbito bulbitas. puerili stercore fędo. Vide in dictione bubino.

Bugones a grecis dictę sunt apes: quoniam ex boue putrefacto nasci perhibeantur. auc. Var. de re rusti.

Bulbus Diascorides βουλβοσ ρωμαι οι αλλι ουμαγριοσ μοι δε αλλιοι μ μαρινουμ φυλλεχει καυλον ομοιακρίνω. Genus cepę nõ absimile ascalonię venerẽ ipendio excitat. Mar. Cum sit anus coniunx: cum sint tibi mortua mẽbra: Nil aliud bulbis q̃ satur esse potes. Colu. libro. vi. Queq̃ viros acuunt: armantq̃ puellas. Jam megaris veniant genitalia semina bulbi. Generaliter vero apud idoneos auctores bulbi sunt radices rotundę tunicatę quales sũt Croci narcissi colocasię squillę: ⁊ harundinũ. Palladi. Nunc et aliorum bulbos ponemus/ vel lilia antehabita faciemus summa diligentia ne oculos circa radices nascentes ⁊ minores bulbos sauciemus: qui a matre subtracti atq̃ in alios digesti ordines noua lilieta formabunt. Item violarum plantę et croci bulbi serendi sunt. Varro et Apicius ita scribunt. Aqua decoquant bulbos: qui veneris vsum querunt. Bulbi autem megarici quos Cato celebrat dicti sunt q̄ megaris ciuitate grecię venirent. Sed bulborum nobilissima est scilla. Col. lib. v. Bulbus tripedaneis interuacantibus spaciis obrutus anno celerius maturam particam prebet.

Bulla aurea insigne erat triũphantium quã in triũpho prę se gerebant inclusis intra eam remediis: quę crederent aduersus inuidiam valentissima. Hinc deductus mos vt pretexta: quę magistratuũ erat et bulla in vsum puerorum nobilium vsurparetur ad omen ⁊ vota conciliandę virtutis ei similis cui primis in annis munera ista cesserunt. Erat hęc bulla rotunda vt Macro. inquit in cordis figuram formata: quam ante pectus annectebant a collo: vt bullam inspiciẽtes ita demũ se homines esse cogitarent: si corde prestarent. Romani deposita adolescentia eam exuebant. Libertinorũ vero filii lorum in collo pro bullę decore gestabant. Asco. Bulla suspendi in collo infantib⁹ ingenuis solet aurea: libertinis scortea quasi cõmuniens pectus puerile. Ad cuius rei specie plutarcho auctore in pble. dicta est bulla tumor quidam excrescens tam in aqua cum bullit: q̃ in vrina cum spumã facit: et repente euanescit. Cornutus. Ebulire proprie dicitur expirare: metaphora sumpta a bullis quę in aqua fiunt: et cadentibus guttis rumpuntur. Ex quo etiam prouerbialiter apud Var. dicitur homo bulla est: quia. s. similis bullę vita hominis sit fluxa ⁊ momento caduca. Plaut. in Asi. Accepit bullã pro capite clauoru₃ Jussisti in splendorẽ dari bullas has foribus nostris? Nam clauorum capita more bullę quasi turgẽtia formata sunt ⁊ splendent ad fores decorandas. Sic Cice. tradit Verrẽ bullas aureas ex valuis tẽpli magnificentissimis abstulisse. Bullę etiã dicunt ornamẽta q̃bus cingula decorãtur. Calphur in Buc. Alternat vitreas lateralis cingula bullas.

Bullula diminutiuũ parua bulla. Cel. lib. ii. de vrina. Aut si quasda₃ inquit maculas representat: vt si bullulas excitat.

Bullo as: bullas facere significat: hoc est tumorẽ illum excrescentem: qui spiritu in aqua vel vrina excitatur. Cato de re rusti. Vinum grecum sic facito. Musti q̃ xx. in ahenum aut plumbũ infundito: ignem subdito vbi bullabit vinum ignem subducito. Plinius libro xviii. Item maris ipsius tranquillus sonitus spumę aut aquę bullantes. Idem Magna signa sunt vrinę bullantis et crassę.

Bullatus a um: bulla insignis: vt vestis bullata in qua erat bulla. Et bullatus tumidus excrescens. Persi⁹. Non equidē hoc studeo bullatis vt mihi nugis Pagina turgescat.

Bulge auctore Pompeio sacculi scortei sunt ad ferenda numismata siue cetera ad iter necessaria: quas alij Vulgas appellant. Sene. ab equis quibus portantur hippoperas vocat. Cuius hec sunt verba ex lib. epistolarū ad Lucil. xij. M. Cato censorius: quē tā necessariū reip. fuit nasci ꝙ Scipionem. Alter enim cū hostibus nostris bellū: alter cū moribus gessit cantERIO vehebatur hipporis quidem impositis: vt secū vtilia portaret.

Bullio is iui itū: significat feruescere: et bullam facere. Cuius compositum est ebullio: quod est valde seu extra bullire: extra fundere sicut aqua in aheno calefacta ebulliens non se ipsa capit: sed intumescit ꝛ funditur. Cice. li. iij. tus. Qui se virtutes ebulire volēt ꝛ sapientias nihil aliud dicet. Vñ etiā accusatiuū habet. Hiero. in Exo. Ebulliet fluuius ranas. Et ebullire est expirare. Cornutus Metaphora sumpta a bullis ꝙ in aqua fiunt ꝛ cadentibus guttis rumpuntur: ꝛ spiritum quo continentur amittunt: ꝓpterea ebullit expirat. Nam cum ebullit aqua igne subiecto: altius quidam vapor emittit. Hiero. lib. ij. Mach. pro scaturire posuit. Ipse ebulire fecit de perside eos qui pugnauerant contra nos.

Bullis nomen ciuitatis a Bullone cōditore sic dicta: a qua buli ꝛ bulienses. Cice. in Pisonem. Parthenij ꝛ bulienses illust.

Bulimon greci magnam famem dicunt. Bupeda magnum puerum.

Bupho genus herbe: que a bobus deuorata anginam procreat eosq; necat. Greci quippe βουσ bos dicit φονοσ mors. Hanc herbam quidaꝫ Chameleonē vocant. Alij Cinozoroz ꝙ fetore eius ricini e canum auribus decidāt κυων enim canis ὄζειν fetere.

Bumastos magna māma. Quo nomine dictum est genus quoddā vue grossioris ꝙ tumeat ad similitudinē māmarū bouis βουσ bouis μαστοσ māma que etiaꝫ humāma dicitur: siue quia veteres greci rebus magnis bu preposuere.

Buprestis vt inquit Pli. animal est Scarabeo lōgipedi simile venenatū est. Rax in Italia fallit inter herbas bouē maxime. Vnde ꝛ nomen inuenit Apud iurisconsultū titulo ad legem Corneliam scribitur. Si cui temere pigmētarij dederint pytiocampas aut buprestinos ꝙ ambo venenata sunt teneri pena legis cornelie de siccarijs ꝛ venefic. Est ꝛ buprestis herbe genus quā in laudib⁹ ciborū habuere.

Bura siue buris pars aratri posterior decuruata: ꝙ sit in similitudinē caude bouis quasi bouis vra: que bouis caudam significat ꝙ manu bubulci tenetur. Var. li. j. de re. rus. Et sepe fracta bura relinquūt vomeres in aruo. Virg. li. j. Georg. Cōtinuo in syluis magna vi flexa domatur: In burim.

Buris vrbs mediterranee achaie. de qua Oui. lib. xv. met. Si queras helicen ꝛ burim achaidas vrbes.

Burrhū quod nunc dicimus ruffum: pari modo rubēs cibo ac potatione burrhus dicit quod a grecis πυρρον scribitur. Hinc burrhe dicunt vestes ruffe Sūt tamen qui byrrhum scribant.

Burrhanica genus potionis Lac sapa mixtum a ruffo colore nomen dictum.

Burrhanicū: genus vestis.

Burdo dicitur: qui ex equo ꝛ asino natus est.

Burgundia Gallie prouincia celtice ducatus titulo insignis cum antea sub regibus fuerit, a qua burgundij et burgundiones.

Burcana insula: vt lib. iiij. docet Plini⁹ in oceano germanico: que nunc fagaria a frugis similitudine sponte prouenictis: sic appellata.

Busiris penul. pro. Neptuni ꝛ libyes filius: ꝛ deus lini appellatus. Oui. lib. Heroi. Si te vidisset cultu busiris in isto. Sta. tamen corripuit lib. xij. the. Nō trucibus monstris busirim infandūq; dedisti. Huius gtō est busiris vel busiridis. Vir. Aut illaudati nescit busiridis aras. Hic rex fuit egypti q cū susceptos hospites imolaret ab hercule interēptus est: cū ꝛ euꝫ occidere voluisset. Est ꝛ busiris nomen vrbis in egypto a busiride cōdita: in qua fuit tēplū magnū Isidis que quidē vrbs ab egyptijs solis vrbs a grecis vero thebe dicitur. Hinc busirica prefectura.

Busicon ficum mariscam dicūt que magna erat.

Bustum si Seruio credit vocat qn exustum iam cadauer est. Qd ꝛ Vir. sensisse videt cū inqt Semiustaq; seruāt busta. Liui. quoq; li. v. scribit locū fuisse iuxta equimeliū nomine busta gallica: quoniā illic aceruatos cumulos suorū defunctorū ex pestilētia vsserant galli. Cice. to li. ij. de legibus putat bustum appellari tumbā aut monumētū: Penaq; fuit Solonis lege ꝯstituta si qs bustū aut violasset aut deiecisset. Sue. in Cesa. posuit pro sepulchro. Judei qui etiam noctibus cōtinuis bustum frequentarunt.

Bustuarij gladiatores dicti sunt qui ante sepulchra in honorē defuncti digladiabant. Ci. in Pisonem. Si mihi cū illo bustuario gladiatore ꝛ tecum et collega tuo decertandum fuisset.

Buteo ex accipitrum genere auis est quam greci a numero testium triorchē vocant ορχισ apud eos testiculus dicitur.

Buttubata veteres vsurpauerunt pro eo quod nugatorium est ꝛ nullius valoris.

Buthysiam magnū sacrificium appellauere: qualis est hecatombe ꝛ imolatio magnarū hostiarū. Sueto. in Nero. Gymnica inter buthysie apparatū barbā primā posuit. Greci eñ thysiam dicunt sacrificiū ꝛ preponentes bu significant magnū sacrificium. Et Plu. Buthytas appellat sacerdotes.

Butyrum penul. cor. bouis caseus βουσ enim bouis et τυροσ caseus: qꝫ vt plurimū sicut inquit Pli. lib. xxviij. fit ex bubulo lacte: Hoc autē sit lactis natura tū iam pinguior et crassior ꝛ solidior materia est qd aut frequenti agitatione: aut concussione assidua cohibet in se atq; solidatur.

Buxus vel bussus arbor exigua semper virens ꝛ tonsilis. Producit ex se viscum et semen seu granum qd cartegon dicunt. Buxum vel bussuꝫ materia ipsa: id est lignū. Nam in plerisq; nominib⁹ arbores sunt feminini generis: fructus no ꝛ ligna neu. Virg. Dant arbuta sylue cruentaq; myrta ꝛ cerea pruna volubile buxum. Ex buxo fiunt tibie multiforatiles ꝛ pectines ad capillos explicādos: ꝛ pyxides ad vsus plurimos. Grece πυξοσ qd π pleraq; in b. conuertitur Vñ buxulū grece pixis idis. Hinc buxeus a um: qd ex buxo est. Buxeta loca buxis consita: ꝛ buxolus.

B Ante Y

Byzari et budici vulgo putantur imaginosi et qui a consuetudine ceterorū viuendi recesserunt. Hi apud grecos byzeres ꝛ buzeres dicuntur.


Byzeres et buzeres penultima producta populi sunt. Val. Fla. Buzeresq; vagi. Pomp. ꝛ Pli. Buzeros appellat. Ab his portus quidam in ponto appellabatur byzaricus.

Byrsa: corium ac tergus. Virg. Mercatiq; soluꝫ facti de nomine byrsam Taurino ꝙtum posset circūdare tergo. Quo noie etiā dicta est arx in media carthagine. A byrsa corio fit byrscus pro coriario.

Byssus: genus lini subtilissimi. Item lana concha adhe/

rens colore luteo ac perlucido. Et hoc sūt preciosissime vestes byssine appellate. Et byssinum eiusmodi color appellatur: qui aliquādo dicit̄ byssus: hoc sit si cocco tinctum tyrio tingatur.

Byzantium vrbs thracie quondam a Pausania spartanorum rege condita: a qua byzante populi dicuntur. Postea a cōstantino in maius aucta gloriosissimi imperii sedes est totius caput orientis. Est alia ciuitas in aphrica: quā quidā byzantiū appellant: ⁊ populi byzantes. Martianus. Qui byzantium incolunt in aphrica messes cētesimo incremēto fenerant. Stra. Byzacium per c. vnde byzacenus ager apud Solinum. Ptole. quoq̄ regionem byzacitin. Stephanus byssacitas ⁊ byssacenos. Suidas. τω. βυζαντιον ἐπι στερεου του βασιλεωσ ρωμαιων τετειχισο γεοραιω τειχει. πεποιημενω μυλιτη λιθω και ταλοι πα.



Littera muta est:

Que ante u sequente vocali in eadē syllaba ponit̄: sed pfert̄ sub voce g ob cognationē litterarū: vt Cnidus Gneus. Trāsit etiā p cōpositiōes ⁊ deriuationes in g. vt quadringenti p quadrincēti. In s vt parco parsi. In x vt duco duxi: nocco noxa.

A Ante C

Caballus equus. Sene. epis. lxxxvii. O quātum erat seculi decus imperatoriū triumphalem censoriū q̄ super omnia: hoc est Catonem vno caballo esse contentum. Hinc caballinus a um. Persius. Nec fonte labra p lui caballino.

Caballii populi sunt asiatici.

Cacabus penul. cor. nomen a sono tractū: quem supra ignes positus facit: a nostris dicit̄ olla in qua pulmētariū coquimus. Paul. Iurecō. Inter ahenū qd̄ supra focū pēdet ⁊ cacabū non multū interest. Nā hoc pulmentariū coquit̄: in illo aqua ad potandū calefit. Apitius. Capita porrorum simul elixabis in cacabo nouo vt aqua ad tertiam deferueat. Antiqui enim calidam ⁊ frigidam in cenis adhibuere.

Cacus (vt fabule ferunt) Vulcani filius fuit: ore ignes euomens ⁊ in vasta speluca habitans: vastus corpore prede ac latrocinijs semp intētus: cuius soror caca vocabat̄. Quē hercules claua interfecit.

Cacabo as: penultima correpta propriū est vocis perdicum. Ovi. Cacabat hinc perdix hinc glacitat iproibus anser.

Cacos latine modo malus: modo deformis: modo timidus dicit̄. Et barbara ē dictio: vt ait Theodorus Gaça lib. v. Iliados.

Cacia grece κακια: quā latinus vertit in maliciā inq̄t Hiero. apud grecos duo significat ⁊ maliciam ⁊ afflictionē seu angustias quam κακωσιν Greci dicunt ⁊ hoc magis p malicia transferri debuit. Cicero vitiositatem interpretari mauult q̄ maliciā cū vitiositas nomē sit generalius ad oīa vitia pertinēs malitia specialius. Apud veteres malicia των μεσων quasi sit ⁊ bona ⁊ mala: vt dolus bon⁹ ⁊ malus. Unde apud Plau. dicitur cū laude. Te ciues sūma omni malicia.

Cacephaton vel potius cacophaton dici potest mala locutio: vel mala consonātia: Cacon enim malū dicitur: phaton dictū. Fit autē cū particulā m sequit̄ n vt Numerū cū nauibus equat. Itē cū sequēs dictio duas habet syllabas duabus p̄cedētibus similes vt O fortunatam natam me cōsule Romam. Huic cōtraria est Euphonia.

Cacosyntethon mala seu deformis compositio συνθε-τον enim compositum dicitur: vt apud Virgi. Versaq̄ iuuencū Terga fatigamus hasta.

Cacohetes generis neutri malus mos: dictio tetrasyllaba κακου malū ηθοσ mos. Nam εθοσ consuetudo. Vitiū curatu difficillimū cum vlcus quidē pressum est: sed que circa sunt intendunt̄ ⁊ intumescūt: vt inquit Celsus. Pli. Caro vituli recentia vulnera nō patitur intumescere: fimum bubulum cū melle feminū vituli cinis vlcera sordida que cacohete vocant lacte mulieris sanant. Iuue. pro ambitione sumpsisse videtur per translationē que cū semel aīo insederit non facile amoueri potest. Tenet inquit insanabile multos scribendi cacohetes.

Cacologus penultima correpta maledic⁹: Cacologia maledictio.

Cacobasilea malum regnum: cacodemon infelix.

Cacozelus ineptus imitator penul. producta.

Cacecia siue cacexia vel cacexia: species est phtisis q̄ malus corporis habitus: quo alimenta corrūpuntur qd̄ fit cū longo morbo vitiata corpora etiā si illo vacant refectionē tamen non accipiunt. Tamen apud Aristotelem aliud significat.

Cachinnus solutus risus: a sono risus fictum vocabulum. Iu. Sed facilis cuiuis rigidi censura cachinni. Persi. Ingeminat tremulos naso crispante cachinnos. Hinc Sene. p̄cipit vt risus sit sine cachino: vox sine clamore. Apud antiquos non de risu tantū dicit̄ sed et de sono vehementiore Catul. Procedunt leuiter q̄ sonant clangore cachinni.

Cachinnor depo. ⁊ cachinno as neu. pro imoderate rideo. Lucre. lib. iiii. Quū famule multe fugitant: furtim p cachinnant. Dicit̄ ⁊ de sono vehemētiore. Accius. Sena sonando crepitu clangentes cachinnant. Venit tamen ex greco καγχαζω.

Caco as: ventris onus depono excresco. Mar. Ventris onus misero nec te pudet excipis auro Bassa bibis vitro: carius ergo cacas. Hinc cacaturio is idē.

Cacaturio is. Mar. Cenaturit non cacaturit.

Cacula pe. cor. militis seruus απο των καλων id est a lignis. Erant em̄ cacule militū serui fustib⁹: clauisq̄ ligneis armati ad tutelam dominorū. Plau. Video caculam militarem.

Cacumen pe. pro. vertex: summitas montis.

Caccaria insula in ponto quā Pōpo. libro. ii. Collisariam vocat.

Cado is: cecidi casum: significat ruo. Aug. sup Ioannē Qui non intrat per ostium in ouile ouium: sed ascendit aliūde: veh misero mihi q2 casurus sum. Interdū cadere est euenire. Cice. li. iii. offi. Nec preter sapiētē cadere in quē q̄ pōt Interdū occidere ⁊ mori. Virgi. Cadit ⁊ ripheus iustissimus vnus. Et cadere dicunt̄ illi qui leuati a summo ad inferiora labuntur. Cadere a causa est aduersario in causam cōcedere: qd̄ plerīq̄ faciūt ne maiora incurrant damna quod est litem perdere. Huius cōposita sunt Accido: concido: decido: excido: incido: intercido: occido: pcido: recido: ⁊ succido: que habent penul. cor. Deriuatiua sunt casa: casso: as. ⁊ cassito de quibus infra.

Cadauer pe. p. a cadēdo. Nam vt inq̄t Hiero. Ab eo q̄ post mortē ceciderit cadauer dicit̄. Et pprie de corporibus mortuis dicitur ⁊ de oppidis ad solum deductis q̄nq̄ dicat̄. Ser. Sul. Cice. Tot oppidorū cadauera proiecta iacent. Hinc cadauerinus a num. pe. producta. Aug. li. ix. de ciui. dei. Si tantis sacrificiorum cadauerinis nō contaminantur nidoribus.

Caducus a um. penul. pro. nō solum momentaneū significat q̄ facile cadat: sed q̄ cadere faciat. Vñ morbus caducus q̄ facile cadat. Pli. lib. xvii. In drupis quoq̄ que maturescētes tunc sunt precipue caduce id riguis magis euenit etiā si nō ceciderint fastidiendis.

Quãq3 caducus mortuus dicit. Virgi. lib. vij. Hinc multũ fleti ad superos: belloq3 caduci Dardanide. Unde et cadauera et caducũ qđ sub aliqua conditione legatũ est. Caduca hereditas dicitur cu3 heredes ceciderũt. Et caducarij qui huiusmodi hereditatem accipiũt. Juue. Legatũ omne capis: necnon et dulce caducũ. Caduca auspicia veteres dicebant cum aliquis in tẽplo excidit: veluti de manu virge.

Caducor eris: precipitor. Var. Et frigido nymbo aqua iacta caducimur.

Cadulę guttę quę de carne pingui cadũt dũ assatur.

Cadiuus a um. penul. produc. qđ per se cecidit. Unde cadiua poma dicunt quę non sunt manu collecta sed sua sponte in terrã cecidere. Et cadiua folia: quę per se ex arboribus cadũt. Pli. Colligi mala post equinoctium autumnale cadiua separari stramentis storeis paleisve sterni.

Cadus vas vinarium quo vinũ conditur inquit acron Cuius prima corripitur. Mar. In vaticanis condita musta cadis. Continet vrnas duas: vel vt aliqui volunt tres cũ dimidia. Urna quadrantali et amphora. Primi in alpibus rustici cados ligueos circulis cinctos excogitarũt: et grecũ est. καδος.

Caduceus et caduceum: virga Mercurij erat qua pax significabat. Nam q2 mercurius orationis deus est: et deorũ nũcius (vt gentiliũ more loquamur) merito a dijs mittebat vt dissidentiũ animos oratione sedaret. Hinc caduceatores dicunt legati pacem petentes a caduceo quẽ manu gestabant. Cato. Caduceatori nemo nocet. Et caduceum ipm Apollo inuenit: eoq3 Mercuriũ donauit a quo ipsę lyra donatus sit.

Cadurcũ tentoriũ siue culcitra: qua merces teguntur: a cadurcis gallię populis: vt inquit Pli. apud quos lini prestantia palmã obtinet in culcitcis. Juue. Institor hybernę tegetis: niueiq3 cadurci. Sunt q̃ putent esse institam quę supra lectũ obtẽditur: et tegit vndiq3 et cũ corpus christi: aut sancti alicuius viri ossa per vrbem comportant cadurco. i. superne quod plures sustinent operiunt. Juue. Violato pena cadurco.

Caduscus: vasculũ quo suffragia colliguntur grece κά-διοκοσ diminutiuũ a cadus.

Cadmus nomen proprium phenicũ regis Agenoris filij: qui fuit tyrius a quo Cadmeus a um. Marti. Te cadmea tyrus. Et thebe cadmeę dicunt a cadmo cõditore. Prop. Cũ tibi cadmeę dicunt pontice thebe. Ferunt cadmũ. xvj. lrãs e phenice in greciã detulisse α β γ δ ε η ι λ μ ν ο π ρ σ τ υ. His palemedẽ troiano bello. iiij. adiecisse. ξ θ φ χ. Aiunt quoq3 Cadmũ historiam inuenisse et primũ prosaicam orationẽ instituisse. Apul. vero ascripsit phẽrecidi. Fert item inuenisse auri metalla atq3 conflaturã. Est et cadmus mons qui Laodiceę iminet: ex quo Lycus fluuius fluit. Noster autem Suidas ita scribit de cadmo καδμοσ ο μιλεσιοσ ευρετησ των γραμμάτων επιγράμματι ξηνωνοσ καδμοσ πανδιονοσ μιλησιοσ ιστορικοσ οσ πρωτωσ κατα τινασ συγγραφην εγραψε κατα λογαδην μικρω νεωτεροσ ορφεωσ et subdit. απεργραμματα πρωτοι φοινικεσ εφευρον.

C Ante E

Cea nomen insulę maris egei: a Ceo Titani filio sic dicta. De qua Plinius lib. iiij. Insulę Cęę quattuor fere partibus quę ad boetiam vergebant eodem mari deuoratis. Hanc Ptolo. et vulgus nauticũ ciam nominant. Hinc ceus a um. Unde Erasistratus e cea insula ceus dictus est. Et vestis cea quę ab aliquibus coa dicitur. Plinius lib. iiij. scribit ex cea insula profectam delectationi feminarũ veste3 auctor est Varro. Est autem cea vestis bombycina tenuissima de rasis velleribus a paruis animantibus confecta ibi primũ inuenta. Hanc prima texisse dicitur pamphila. siue vt Arist. inquit pasiphile platis filia. De hoc etiam in dictione coos.

Cecias: ventus qui ita flare dicitur ab Arist. nõ vt nubes propellat: sed vt ad se vocet. Flat inter aquilonẽ et exortũ equinoctialem.

Cecubũ vinum sic dictũ a cecubis campanię populis apud quos nascitur. Plinius lib. iiij. Setini et cecubi obtendunt agri. His iungũtur falerni caleni. Mar. Cecuba fundanis generosa coquũtur amicis.

Cecus quasi oculis captus vel quasi oculis ꝯcisus: vel oculis carẽs. Et cecus dicitur insidiosus: occulte malus: latens: tacitus: qui videri non potest. Col. lib. j. Ex quibus sępe contrahunt ceci morbi: quo2 causas ne medici quidẽ perspicere queunt: Sic dicimus cecam noctem in qua non videmus. Virg. Ceca regẽs filo vestigia. Trãsfert et ad animũ. Unde ceci dicũtur improuidi. Hinc cecitas tã animi q̃ corporis orbitas

Ceculus diminutiuũ a ceco. Est et nomen propriũ eius: qui prenestę condidit: a quo cecilios ortos putãt quorũ familia Romę nobilissima fuit.

Cecilia genus serpentis ceci. Col. lib. vij. Est et magnorum animaliũ noxium virus. Nam et vipera et cecilia sepe cum in pascuo bos improuide supercubuerit lacessita onere morsum imprimit.

Cecutio is parum video: et cecutiens quasi semicecus. Var. Utrũ oculi mihi cecutiunt: an ego vidi seruos in armis cõtra dños. Hierony. ad Pauli. Ut rarus sit qui non in carã cecutiat lectione.

Cecultio as. obtusam aciem habeo et quasi ceco similis sum. Fest. Cecultare est cecos imitari. Cecultant ceci similes sunt oculorũ acie obtusa. Plau. Nũ nam mihi oculi cecultant: est ne hic noster Hermio.

Cecilius poeta dictus (vt inquit Fest.) a ceculo prenestinę vrbis conditore: vel vt quidam aiunt a cecutientibus oculis.

Ceco as: cecum facio: Cuius cõposita sunt exceco: qđ est valde vel perfecte ceco. Plinius. Ut cũ lauat si oculos attingat: excecet: Obceco de quo infra.

Cecum vallũ in quo preacuti pali affixi herbis vel frõdibus occulunt. Item cecũ intestinũ: qđ a dextra parte incipiẽs in sinistriorẽ peruiũ et longu3 est. Ideoq3 dicitur cecũ quia id quod puiũ est late fusum ac seminatũ ab vtraq3 parte huc atq3 illuc volutũ.

Cecinos amnis vocat qui Rheginũ agrũ a Locrensi diuidit. Est et oppidum Italię haud procul a Sicilia cecinum dictum.

Cedes mors ferro aut alia vi illata: presertim ab eo q̃ occidere aut ferire volebat. Inde dicimus aliquem cõmisisse cedem. Huius dimi. est cedicula.

Cedo is cecidi pe. pro. cesum verbu3 actiuũ cuius passiuu3 est cedor. Et est cedere flagellare. Tereñ. Verberibus te cesum in pistrinũ Daue dedam. Item excidere. Cice. Aut eius partes quasi mẽbra quedam cedenda. Item percutere. Juue. Ebrius et petulãs qui nullũ forte cecidit. Itẽ. Occidere. Virgi. Ceduntur vigiles. Per translationẽ vero ponit quoq3 pro imolare: vt apud eundẽ. Cedunt binas de more bidẽtes. Itẽ pro Frangere. Cice. Cedere ianuã saxis: instare ferro. Huius cõposita sunt. Abcido/ꝯcido/circũcido decido/excido/incido/intercido/ occido/ꝑcido/recido et succido: quo2 penul. pducit. At cedo sine diph. cessi ꝑteritũ et supinũ cessu3 facit: multaq3 significat. Nã quandoq3 cedere significat abire et locũ victori dare. Cicero. Cui quidem exercitus nostri Imperatoresq3 cesserunt. Quãdoq3 discedere/euitare atq3 subtrahere. Plau. Cedamus imbri. Lucil. Quandoq3 pudor ex pectore cessit. Hinc cedere ire dicimus: dicimus dare locũ irę et quasi ab ira discedere. Cedere bonis:

discedere a bonis et quicq̄d nostrum erat tradere cre ditori. Cedere iure: discedere a iure ⁊ ius qđ habeba mus alteri tradere: Quod ⁊ de iure cedere dicimus: ⁊ cedere est in ius alicui⁹ venire: vt cedāt mihi ea bo na. i. in ius meū veniāt: Et cum actō mediāte in. Hie rony. super Mat. Ita fiebat vt oblatio liberoꝝ sub occasione templi et dei in sacerdotum lucra cederet. Rursus cedere ponit̄ ꝓ dare. Enni. Saluete opti ma corpora cedite manus vestras: measq̄ accipite. Pro concedere obsequi nō repugnare. Virg. Cedo equidem nec nate tibi comes ire recuso. Pro succe dere seu in sortem contingere. Idem. Cesserit auso nio si fors victoria Turno. pro incedere. Plaut⁹ in Aul. In hostem absolutus cedas. Inuenitur ⁊ cedo impatiuū pro dic: ⁊ nōnunq̄ pro da: nec habet aliam personā nisi tantū cedite pluraliter: habetq̄ primam correptā. Ter. in Andria. Cedo cituū puerū. Lac. lib. iiij. Cedo igitur quid didiceris. Cice. in Cato. Ce do qui nostrā rēpu. tantā amisistis. i. dic. Terētius in Phor. posuit pro da. Quin tu mihi argentum cedo Phor. Immo vero vxorem tu cedo. Cedere diem inquit Vlp. significat incipere deberi pecuniā: sicut venire diem significat cuꝫ diem venisse quo pecunia peti possit. Huius verbi composita sunt abscedo: ac cedo / concedo / decedo / discedo / excedo / incedo / inter cedo / pręcedo / procedo / recedo / retrocedo / secedo / et succedo / quę habent penultimā ꝓductā.

Cędua silua quę relinquitur vt ex ea ligna cedant̄.

Cęsim aduerbiū signifi. cedēdo sicut punctim pungen do: et cesim dicitur vno ictu. Col. lib. v. Maior autē pars operis in vineā ductim potiusq̄ cesim faciēda est. Hinc ductim significat cū mora.

Cęlum instrumentū: quo vtunt̄ argentarij dū vasa scul punt: vt est illud. Celo fabricata mentoris. Et celum vocat̄ qđ alio modo dicit̄ mūd⁹ cui⁹ circūflexu cūcta teguntur et stellis splendet: quasi quadam celatura: a celo sculpo: eo q̄ sit celatum hoc est syderibus scul ptū siue signatū. Et sic cum ae diph. scribit̄. Ambro. lib. Hexa. Cęlū dicit̄ quasi impressa stellarū lumina velut signa habeat tanq̄ celatū appellatur: sicut ar gentū qđ signis eminētib⁹ refulget celatuꝫ dicimus. Var. A cauo deriuat κοιλον eīn concauū dicunt: quia. s. id necessario in sculptura exigit̄. Et sic cū oe. diph. scribi debet. Quidā sine diph. scribunt a celan do a contrario nomine q̄ opertū sit. Interdū cęlū su mitur pro aere. Virgi. Maria ac terras cęlūq̄ pro fundum. Pli. lib. ij. Et hoc cęlum appellauere maio res quod alio noīe aera. Hinc grandines sunt ⁊ prui nę: hymbres: ꝓcelle: turbines ventoꝝ: hoc regnū su pra lunaꝫ pura omnia ac diuturnę lucis plena. Aug. Huic autem cęlo in quo sunt luminaria: ita vicinus est aer: vt ⁊ ipse cęli nomen acceperit: nō solū sermo ne cōmuni ſm quē dicimus serenū vel nubilum cęlū sed etiam nostra ⁊ ipsaruꝫ consuetudine scripturaruꝫ cum dicuntur volatilia cęli cū aues in hoc aere vola re manifestum sit. Arist. accipit cęlū pro octaua sphe ra: quādoq̄ pro corpore quinto: qn̄q̄ ꝓ toto vniuer so. Dicitur pręterea cęlum palatum oris. Plinius. Cerebrum viscerū excellētissimū est proximū cęlo ca pitis sine cruore sine sordibus.

Cęleste quod e cęlo est. Unde celestia numina et cele stia auguria: q̄ a cęlo fiunt: cū vel fulminat vel tonat.

Cęlicus celica celicum: idem est quod celeste: vt regna celica.

Cęlitus aduerbium significat e cęlo: sicut diuinitus a deo. Hiero. Tandē celitus inspiratus pręcisam mor su linguam in osculantis se faciē expuit.

Cęlites dij celestes. Aug. lib. de grāma. Celes celites: qui iter sibi faciūt ad cęlum.

Cęlicolę pe. cor. qui vel quę cęlum habitat.

Celebs generis cōis: qui nunq̄ duxit vxorem: seu qui eam amisit. Dictus celebs vt inquit Hiero. q̄ cęlo dignam vitā agat qui coitu careat. Aug. Celebs qui non habet vxorem: vel quę non habet maritū: qualia sunt numina in cęlo: quę absq̄ coniuge sunt si agape tas non attendamus. Priscia. Celebs dicitur quasi cęlestium vitam ducens. Hi accipiunt celibes nō tā pro vxore carentibus q̄ pro castis ⁊ omni venere ab stinentibus. Sed proprie dicit̄ celebs qui vxorē non habet etiā si concubinas habeat. Nam celebs ⁊ ma ritus relatiua sunt. Quintil. Nam clarus an obscu rus magistratus: an priuat⁹ ciuis: an peregrinus: liber an seru⁹: marit⁹ an celebs: parens liberoꝝ an orb⁹ sit. Cice. lib. de legibus. Celibes esse ꝓhibito. Dicimus tn̄ thorū celibē ⁊ vitā celibē actā in celibatu. Ouidi⁹ Quę si nō fuerat celebs te vita deceret. Hinc celiba tus tus pro vita quę agitur sine vxore. Martianus. Constituit Mercurius pellere celibatū. Hiero. ad tranquillū. Nihil prodest absq̄ operibus celibatus et nuptię: cū etiā fides si opera non habuerit / mortua esse dicat̄. Sue. Verū amissa vxore lepida duobusq̄ ex ea liberis mansit in celibatu.

Cęlsus a celo. i. altus ⁊ sublimis a quo fiunt excelsus ⁊ pręcelsus in quibus ꝓpositiones habēt vim augēdi Excelsitas. Cicero. Etenim magis est ſm naturam excelsitas animi ⁊ magnitudo. Quidā tn̄ hoc nomē sine diphtongo scribunt.

Cęlibaris hasta dicebat̄: qua caput nubētis comabat̄.

Cęlius: mons vrbis Romę ex septem: a celio vibeno nobilissimo ducę tusco dictus q̄ Romulo aduersus latinum regem cum auxiliaribus venerit inclytus. Hunc montē Tul. Hosti. vrbi addidit: ibiq̄ ipse ha bitauit quo frequentius habitaretur: vt inquit Liui⁹ In eo habitauit Ennius poeta. Fuit et celius no men patris saturni.

Cęlo as. sculpo siue signo: A quo celata vasa dicuntur quę veteres ancesa vocabant: q̄ circū cedendo fiant. Et celum ipsum quo celantur. Pli. lib. xxxiij. constru xit hoc verbū instar eoꝝ quę pręciū signant. L. Cras sus inquit Orator duos scyphos mētoris artificis manu celatos sestertijs centum: confessus est tamen nunq̄ se his vti propter verecundiā ausum.

Cęllo is: per duplex ll. frango siue cedo: quo verbo nō vtimur: nisi in compositiōe. Eius composita sunt ex cello pro extollor ⁊ supero: antecello: ꝓcello: ꝑcello: ꝑ cutio: euerto. Procello eiusdem significati: a quo ꝓ cella. Recello reclinor: humilis fio. Interdum etiaꝫ actiue ponit̄ pro reclino. Varro. Alius tenerā abie tem solus percellit.

Cęlistomia dicitur cum vox quasi in recessu oris audi tur. στομια eīn os dicitur. Fit a celo oris: Quis et ab oris concauitate dici possit κοιλον eīn concauū dicunt. Et sic ꝑ oe scribendū erit.

Cęmentum a cedo is: vt quidam putant. Sunt eīn ce menta omnis rudior materia qua ędificia consurgūt proprie cesi lapides apti ad ędificandū exciso monte aliquo vel effosso. Fodinas quoq̄ rustici cāpanię ce mentarias appellant. Liuius. Nec erat difficile mu rum subruere: q̄ cementa nō calce durata erant: sed interlita luto structurę antiquę genere. Colu. lib. ix. Sub porticibus quadratę harę cementis vel etiam laterculis extruuntur. Idem ibi. Modus siluę pro cuiusq̄ facultatibus occupatur: ac si lapidis ⁊ ope re vilitas suadeat: haud dubie cementis ⁊ calce for matus circūdatur murus. Aliquando ponitur pro ipso opere. i. ędificio: quod structo lapide erigit̄. Pli nius. Pallidus lapis in cemento raro vtilis. Licet eīn contra iniurias fortis: ad structurā tamen infide lis est: nisi multa suffrenatione deuinctus. Hiero. in instrumēto veteri posuit pro calce aqua sabuloq̄ fer

mentata cum ait: Habueruntq; lateres pro saxis: et bitumen pro cemento.

Cementarij dicuntur cementorũ: hoc est ędificiorũ quę ex lapidibus sunt structores: quos fabros murarios appellant. Hierony. ad Pauli. Agricolę cementarij fabri metallorum lignorũq; cesores: lanarij qui vilia opuscula fabricant: Hi de precio totius operis faciũ di si cum dño couenerint: ędificandũq; id cõduxerint redemptores vocitantur.

Cementitius a um: quod ex cemento est: vt parietes cementitij.

Cenos grece: latine nouus.

Cene vrbs circa sinum laconicum: Tenaron ante vocata. Hinc cenites portus apud Pliniũ lib. iiij. Et Ceneus Iupiter dictus est. Oui. Victor ab ethalia ceneo sacra parabat vota Ioui.

Cepe generis neutri ꝛ indeclinabile: a capitis magnitudine dicitur. Unde ꝛ primã diph. vocalem accepit Hiero. Impelle pelusioten vt ędat cepe. Dicitur et cepa pe. Ouid. Cedenda est hortis eruta cepa meis. Inuenitur etiaꝫ ꝑm Priscia. Cepitius ꝛ hoc cepitiũ Ceparũ plura sunt genera: nobilissima ascalonia: ab oppido Iudeę. Nam vt refert Stra. lib. xvj. Ascalo nensium regio pręcipue fert cepas. Col. Pompeiã vel Ascaloniã cepam eligito: ꝛ componito in fidelia Optimę sunt rotundissimę: russę acriores ꝙ candidę: siccę ꝙ virides. Cepa oclos mordet. Unde a grecis nomen impositum Cromyon quasi pupillã oculi cõprimi cogeret: sicut scribit Aristo. in proble. Vñ lachrymosa dicit a Columella.

Cepula diminu. a cepa. Pal. Hoc mẽse cepulas seris.

Cępi pręteritũ a capio cum oe diph. scribitur: cuꝫ eius compositis. Accepi: cõcepi: recepi: pręcepi. Cępi ꝓo defectiuũ cũ oe a cępio pro incipio formatur: quod apud antiquos in vsu erat. Teren. in Adel. Sex totis mensibus olfecissem: ꝙ ille quicꝙ ceperet. Cato. Cepiã seditiosa verba loqui. Nunc autem pręterito eius pro pręsenti vtimur cũ suis deriuatis. Ceperam cepissem: cepero: cepisse: ceptũ ire: ꝛ ceptũ cepi. Hoc est principiũ. Ouid. Dij ceptis nam vos mutastis et illa Aspirate meis.

Ceruleus color viridis cum nigro: sicut mare qui greco verbo a latinis dicit Glaucus. Et Gelius sentit eundem esse cęsum. Hunc Venetũ quoq; colorem ꝛ thalassicum appellari ab eruditis inuenimus. Dict' ceruleus quasi celuleus a cęli colore. Dicitur ꝛ cuma tilis color qd grece κυματα fluctus vocant. Alij a cera deducunt. De quo in dictione Cera. Ceruleum arena est: cuius tria sunt genera ęgyptiũ: scythiũ: ꝛ cypriũ. Postea probatũ est atticũ marmorosũ ꝛ syricũ sue pressum. Uide Pli. lib. xxxiij.

Cera licet a greco nomen habeat. κηρίον eniꝫ greci fauum dicũt: quod absꝙ diph: scribit: tñ Apuleio teste cõsuetudo cõuertit η in ae diph. Quidã etiam a carẽo deducunt: eo ꝙ mellis perfusione careat. Unde etiam primã diph. vocalẽ assumpsisse dicitur. Est aũt cera que fit expressis fauis. Cera aliquando pingere solebant: quapropter ꝛ tabellę ita pictę cerę vocabãtur. Oui. Perlege dispositas generosa per atria ceras. E cera etiã fiebant pugillares in quibus scribere mos erat. Unde ꝛ ꝓ epistolis: ꝛ ꝓ pugillaribus ponitur quandoꝙ. Iuue. Nõne libet medio ceras implere capaces: Quadriuio. Quãdoꝙ pro cerata tabula. Unde dicitur in prima cera: ꝛ in secunda cera: ima cera et extrema cera. Nam romani testamenta scribebãt in tabulis ceratis. Suetonius in Cesa. Quintũ. Pedium ex quadrãte heredem instituit: reliquos in ima cera: id est vltima parte tabulę testamentarię. Hinc syncerũ ꝛ procerum.

Cero as: cerã impono. Col. lib. vltimo. Sexta quaꝙ oliuitate dolia cerare oportet. Huius compositum est Incero. Iuue. Genua incerare deorũ.

Ceratura e. ipsa cerauo. Col. Vetera nõ crediderã propter olei succum ceraturã pati.

Cereus a um. quod ex cera est: vt imago cerea. Sumit quandoꝙ pro molli ac facili. Horatius. Cereus in vitium flecti monitorib' asper. Quãdoꝙ pro pingui Actius. Pinguẽ turturẽ cereamꝙ ficedulam a cere videlicet colore. Quãdoꝙ pro vncto. Mar. Cerea si pendet iubis ꝛ trita lacerna.

Ceratum videtur esse sicut vulgo appellatur qd vulneribus superponi solet. Hiero. ad Ctesiphontẽ. Deniꝙ vt omnẽ stultitiã meã diligẽtius recognoscas: etiã stomachũ meũ post illud susceptum ceratum tuum te absente curaui. Constat ex rebus siccioribus ꝛ igni appositum mollescit: sed appositũ corpori durescit et pertinacius heret. Dictum a cera: quę fere omnibus ceratis adhiberi solet. Quidam nõ ceratũ sed cerotum appellant a greco κηρωτον.

Cerefolium genus herbę. Palladius. Cerefolium locis frigidis seratur.

Cereus cerei: funale. Mar. Hic tibi nocturnos pręstabit cereus ignes. Huius diminutiuũ est Cereolus. Hiero. Magnũ honorẽ prębent huiusmodi homines beatissimis martyrib' quos putant de vilissimis cereolis illustrandos.

Cerulus a um: penul. cor. Catul. Cerula vertentes ab igneis equora palmis.

Ceruleus a um: idem qd cere'. Proper. Ceruleus cucumis tumidoꝙ cucurbita ventre.

Cerinus a um: pe. pro. eiusdem est significãtię.

Cerosus a um: quod habet admixtã ceram. Unde mel cerosum dicitur nondum depuratũ. Plinius. Liquore veluti mellis cerosi.

Cerium vel ceris: genꝰ qd faui similitudinẽ habeat. Pli. Ramorum fici teneri cauliculi cum melle vlceribus: quę ceria vocantur: illiniuntur.

Ceroma atis: ꝛ ceromatũ a cera fit. Significatꝙ oleũ cenumꝙ quibus permixtis vngebantur athletę cum essent certaturi. Inde Iuuenalis. Ceromatico collo dixit. Dictum non ꝙ ceroto simile sit: sed grecum est κηρωματος. Significatꝙ apud grecos tabulam ceratã: in qua scribi esset solitũ. Hec inspersio haphe dicebatur. Mar. Et flauescit haphe. Nam ea inspersione perfusa obluctantiũ corpora quodãmodo flauescebant lepras patientibus similia. Fiebat ex oleo terraꝙ: nec ex omni terra: sed ex quibusdam eius generibus: quibus robustiora fieri corpora: ꝛ ad tolerãdos ęstus: atꝙ algores firmiora arbitrabant: vt erat albida quędam terra pertenuis ex albano agro: ꝛ rubica: ꝛ baianus puluis. Adhibebatur quippe oleuꝫ tũ ad agilitatẽ pręstandã: vt corpora lubrica fierent: tum ꝙ natura olei est tepefacere membra: ꝛ cõtra algores munire. Terra vero ad indurandos magnos artus: ꝛ aduersus ęstum firmãdos adiungebat: Sta. de Palestritis. Postꝙ oleo gauisa cutis petit equor vterꝙ Procursu medium atꝙ hasta vestitur arena. Tum madidos artus alterno puluere siccant. Collaꝙ demersere humeris ꝛ brachia late: Uasta tenẽt Ponitur et pro loco in quo palestrite vngebantur. Plinius. Idem. Palestras athletaꝝ imaginib' ꝛ ceromata sua exornãt. Sunt ꝛ qui dicãt etiã ceroma significare tabellam ceratam: in qua olim scribere consueuerunt.

Cerete generis neutri, ciuitas Tuscię: quę Strabone teste Agylla dicebatur. Declinatur et Ceres ceretis penulti. correpta. Virg. Est ingens gelidũ lucus prope ceritis amnes. Festus. Cere neutro genere declinat: sic inquiens: Cerimoniarũ causam alij ab oppido cere dictam existimant. Nomen ab hoc patrium

est hic & hęc ceres ceretis penultima producta. Vir. lib. x. Qui cerete domo qui sunt minionis in aruis. Potest etiã declinari ſm Pris. hic & hęc ceritis pe. cor. vel hic & hęc ceretis penul. producta.

Cęrimonię penultima correpta vel ab oppido cerete vel a carendo dictę sunt. Nã vrbe a Gallis capta cũ vestales virgines simulachra deoꝝ ex hostibus erepta traducerẽt in oppidũ cerete potissimũ cõuenere vbi benigne fuerũt hospitio susceptę donec a gallis ciuitas p Camillũ liberata fuit. In cuiꝰ beneficiũ memoriã Romani prestiterunt: vt omnis diuinus cultꝰ cerimonię a Cerete diceret. Liuius libro quinto scribit. L. Albinium de plebe vnum virgines: sacerdotes: sacraq; plaustro Cere uexisse. Inde Cerimoniis sit enatum nomen.

Cęsim aduerbium significat per incisionẽ gladij siue incidendo.

Cęsar cognomen Iuliorum est. Ille enim qui primus Cęsaris nomen adeptus est: ab eo dictus fertur ꝙ cęso matris vtero sit natus. Vel ab elephanto in pugna occiso: qui lingua maurorũ Cęsar appellatur. Vel ꝙ oculis cęsijs: hoc est glaucis fuerit. Vel a Cęsarie: cum qua natus proditur. Plinius libro. vij. scribit Scipionem Aphrycanum primum fuisse dictuꝫ Cęsarem: a cęso matris vtero. Qua de causa & Cęsones appellati. Iulius autem Cęsar a quo familia Cęsarũ postea prorogata est: non est natus cęso vtero materno: qui matrem Aureliam habuit: quam amisit cum in gallia belluꝫ gereret. Cuius etiam pater Cęsar est nuncupatus: qui pretura functus Pisis obijt. Rarũ facinus scribit de Cęsare Dion. Historicus grecus: cuius verba greca subieci. Τον δε δακτυλιον τον πομπηι ου εστην ρωμην α φελομενοσ ε/πεμψειναπιστευσ ειαν αν του την αναιρεσιν αυτοσ δε ενεχρονισε τη αιγυπτω δια τουσ κλεοπατρασ ερωτασ ην γαρ καισ αρ ερωτικωτατοσ και πλεισταισ και αλλαισ οσαισ πουπριτυχοι συνεγινετο κλεοπατρα δε και περι καλεσταιε γυναικων εγενετο και τε φθεγμα αστειοτατον ειχε.

Cęsarea vrbs palestinę in littore maris magni: quę turris stratonis vocabatur: sed postea ab Herode in honore Cęsaris nobilius ędificata Cęsarea est appellata in qua idem Herodes in honore Cęsaris magnificam domum albo marmore cõstruxit: vbi nepos eiꝰ Herodes ab angelo percussus: eo ꝙ non dedisset honorem deo consumptus a vermibus expirauit. In hac Cornelius centurio a Petro baptizatus est. Altera philippi a philippo Herodis filio in honorem Cęsaris ad radices montis libani ędificata: vbi duo fontes Ior. s. & Dan oriuntur. Tertia cappadocię. Iosep. Moga primum dicebatur: quę postea cappadocia: nunc autem cęsarea a Cęsare. Quarta mauritanię.

Cęsaraugustana vrbs hispanię taraconensis: de qua habetur in gestis diui Vincentij.

Cęsareus cęsarea cęsareum & cęsarianus a um: vt milites cęsariani.

Cęsaries coma acrebra cesione. Ideoq; proprie virorum est. Vnde cesariati comati dicuntur. Plaut. in mili. Cęsariatus miles.

Cęsenna vrbs flaminię prouincię a cedendo: ꝙ exiguo omne cęsa id est diuisa sit. Vel ꝙ ager eius duobus fluminibus Sapi. & Rubicone sit diuisus. Hinc cesennates dicti sunt cesennam habitantes: & cesennatia vina quę inter generosa numerabant.

Cęsa gallicum telum. Varro. Qui gladijs cincti sine scutis cum binis cesis essent. Hęc & gesa dicitur gallica lingua. Vnde & viros fortes galli gesos vocant Virg. lib. viij. Alpina chorusant gesa manu Et cesa particulę orationis quę greci comata vocant: differuntq; a membris quę greci dicunt Cola. Membrũ enim est pars orationis ex pluribus verbis absolute aliquid significans. Hoc modo. Et si vereor iudices ne turpe sit pro fortissimo viro dicere incipientem timere. Cesum autem pars orationis est / nondum ex duobus aut ex pluribus verbis quicq̃ absolute significans. Hoc modo. Et si vereor iudices ne turpe sit. Aliquando tamen cesa oratio dicitur cum non efficiuntur membra ex connexione verborum sed singula verba aliquid significantia proferuntur hoc modo. Quis est iste Gellius? armiger Catiline stipator tui corporis: concitator tabernariorum: latrator fori. Eadẽ incisa dicuntur: de hoc etiam in cõma.

Cęsura proprie incisura. Plinius libro decimoseptimo. Ante Kalendas Martias crescit ad brumam vsq; desinitq; cum durescere incipit. Hoc signum ꝙ tempestiuam habet cesuram. Et cesura a cadenda voce: quę diffinitur ꝙ sit decora terminatio vocum in medio versuum notata. Hęc quadrifariam diuiditur. Alia pentimemeris dicitur: siue semiquinaria. Alia heptimemeris siue semiseptenaria. Tertia trochaica. Quarta bucolica. Pentimemeris est quum post duos primos pedes superans syllaba inuenitur quę dictionem terminet: vt Arma virumq; cano. et Italiam fato. Habet enim ex quinq; dimidium Heptimemeris est cum post tres pedes similiter syllaba inuenitur: vt Arma virumq; cano troie. Continet enim septenarij medietatem. Trochaica est cum post duos pedes trocheus partem orationis perficit: vt Nihil nostri miserere. Buccolica Cum post quattuor pedes syllaba superat in partem orationis desinens: vt inuertitur: trocheus partem orationis terminans: vt Omnia vincit amor: et nos cedamus amori.

Cęstrum instrumentum quo cauatur ebur. Alij putãt esse genus teli persico bello inuenti. Iul. Pol. pro stimulo siue stilo accipit cestrum. Preterea Sphyrenam piscem attici cestram vocant latine. Sudim appellatam: quia rostratus sit et similis belone. Habetur et herba cestron pro betonica: ceu a varietate remediorum et efficacia nomine imposito. Sed et mugil piscis ideo cestreus videtur a grecis appellatus quia teli modo publica Atheniensium pęna intret adulteros. Vtcunq; hoc genus missilis quod greci cestron vocant nostri Vericulum. Nam & terebram vulgo ita dicimus. Sed hoc nomen sine diphtongo scribitur.

Cęsuratim significat succincte breuiter p cęsure comata. Sido. Claudiano. Tota illo dicto sic cesuratim succincta q̃ profluens.

Cęsuratum vas appellatur cęsim orificatum.

Cęsitum lintheolus erat purus et candidus: dictus ꝙ cedendo ad candorem perueniret vel ꝙ oras circũcisas haberet.

Cęsius color qui speciem cęli habet. Vnde oculus Cesius dictus: quasi Celius: hoc est cianei coloris grece glaucopys ab oculis noctuarum. γλαυσ enim noctua dicitur οψισ visus. Vnde a nostris glaucus vocatur. Hinc glauci equi: qui felineis oculis sunt: vulgo glaucioli dicuntur. Alij cesium intelligunt lentiginosum. Alij ceruleum. Terentius in Eunuch. Ruffam ne illam virginem Cesiam? Et in Hecy. Magnus rubicundus Crispus Crassus Cesius. Vbi Dona. Cesius glaucis oculis quasi felis oculos habens.

Cęsones qui ceso matris vtero nati sunt.

Cęspes generis mas. a cedo fit & significat terrã cũ herba auulsaꝫ seu in modũ lateris cesam: vel dicit frutex recisus ac truncatus ꝙ pedi cedat. Ex cespite agger

castrensis fit. Luc. Stetit ager fulti cespitis intrepidus: circūcidit aūt ferramentis: cōtineturq̄ herbarū radicibus terrarū: docet Vege. lib. iij. qua altitudine ac latitudine cespes circūcidi habeat. Hinc cespititius a. um. qđ fit ex cespitib⁹. Vñ tribunal cespititiū vocat̄ suggestū ex cespitib⁹ factū: Flauius vopiscus. Deinde ꝯcursus ad cespiticium tribunal.

Cespito as. pe. cor. pede aliquid ꝑcutio quo q̄si ruere cogar: vt sit cespitare: quasi cespitem offendere vł in cespitē ferri. Vñ cespitatores equi qui sepe in cespitē vel lapidē aut aliquid huiusmodi impingūt.

Cestus us. genus clauę pilas plumbeas loris bubulis appēsas habēs quo Darethem et Entellū pugnasse legimus Virg. lib. v. Sin crudo fidit pugnā cōmittere cestu. Et a cedendo fit Cest⁹ vero cesti sine diph. sumit̄ pro cingulo quo vxor a marito cingebatur in fide maritali: et est feminini generis q̄uis ⁊ masculi. reperiatur a variis punctis sic dictus. κεντεῖν enim pungere est ⁊ picturare. Unde cingulū illud veneris quo ipsa martē et Juno Jouem conciliabant a poetis cestus dicit̄. Mar. Et martis reuocetur amor: summiq̄ tonantis A te iuno petat Ceston ⁊ ipsa Ven⁹. sed et lorum: aut opus interpunctū acu ve pictum: et Veneris item ornamētum ⁊ in cōmune feminarum ceston greci vocant. Proinde. Celsus Aphricanus contra quē scripsit Origenes. xxiiij. libros edidit: q̄s a rerum varietate Cestos appellauit. Hinc incestus et cestillus diminutiuū Homerus multa in libro .3. Iliados ⁊ Eustachius: sed aristophanis interpres in vespis comedia οκεστρευσ του κεστρεοσ ειδοσ ιχθυοσ το κεφαλοσ και μεγαλην ληπιδα εχον. pagina. xix.

Ceter aliū signifi. a quo fit ceterū ꝯiunctio: siue aduerbiū ꝓ sed siue id qđ dicere solemus: quod reliquū ē. Cetera etiā q̄nq̄ aduerbialiter capitur ꝓ deinceps: vt Cetera parce puer bello.

C Ante A

Caicus nomē est fluuij in phrygia: et labit̄ ꝑ mysiam ⁊ pergamū: ꝑ campū qui caicus appellat̄. Arianus autem lib. v. de gestis ⁊ vita Alexandri magni καὶ κου αλλο εν μυσ ια και μαιανδρου των κα ρικῶν και ταλοιπα.

Caius cognomē a parentū gaudio sumptū. Et ē dictio trisyllaba. Mar. Nō maius q̄ ter Caius esse tuus.

Cala fustis siue claua lignea. Lucili. Scinde calam vt caleas. i. scinde lignū: et focū accēde vt te calefacias.

Cale calarum ciuitas in India: ⁊ grecum est το κα λον του καλου.

Calabra pe. cor. dicebat̄ curia: vbi tantū ratio sacrorū gerebatur. Macro. Et ipsi curię ad quā vocabātur: calabre nomen datū est.

Calabria pe. cor. insula ē: quā veteres Mesapiā prisci peusepiā dixere. Estq̄ ora Italię ꝓxima sicilię a qua pharo breui maris tractu disiungit̄. Inde fit calaber bra. brum. Ouid. lib. iij de arte. Ennius emeruit calabris in montib⁹ hortos. Similiter declinat̄ hic calaber hęc calabris ⁊ hoc calabre: et noīe ei⁹ declarāt̄ bona ciuitat̄ καλοσ η ον bonus a. um. βριθω de grano more arborū degrauatarū pendere fructuum q̄m sit regio onerata ⁊ plena omi genere bonorū.

Caladrius et caladrion auis est albi coloris.

Calagurium ciuitas hispanię i vasconibus collocata. Hinc calagurritani qui in ea habitant.

Calamis calamidis nomē statuarij q̄ equos absolutos ⁊ perfectos effinxit.

Calamintha seu calamenthus herba nota quā Aristo. scribit in mentam cōmeare. Hāc latine neptam quidam dici putant.

Calamus pe. pro. vnus fuit ph̄us ex gymnosophistis Indis: qui tēpore Alexandri magni semetipsū viuū vltroneus cremauit. De cuius morte hęc ꝓduntur Secutus Alexā. magnū extra Indię fines ꝓter cōmunē aliorum phorum consuetudinem: qui regi assistunt: cū apud pasagardas egrotare cepisset seipsum exussit anno ętatis sue. lxxiij. Facta eīn pyra: ⁊ aurea lectica superimposita: in ea cubans cōbustus est stramentis opertus. Sunt qui dicant eum in lignea domo frondibus plenam ⁊ pyra super tecto constructā inclusum se: vt trabem in ignem iniecisse: ⁊ cū domo deflagrasse. Fertur cum Alexander magnus rogaret eū si quid vellet dixisse: propediē te videbo. Quod ita contingit: nam in Babylone paucis post diebus alexander mortuus est. Arianus autē grecus historicus de grecis Alexādri ita scribit grece ω βασιλευ αλεξανδρε ανθρωποσ μεν εκαστοσ τοσον δε ιησ γησ κατεχει εοον περι τουτο εστιν βε καθη μεν ητοι εφοτωσυ δεανθρωποσων πα ραπλησιοσ τοισ αλλοισ. Et mlta alia de collocutiōe ⁊ morte ipsius. Calanus autem non ē nomen illi⁹: Sed cur ita fuerit cognominat⁹ scribit Suidas noster. οτω δεπαντα σοφον οι ινδοιπροσ α γορευουσιν.

Calamus penul. cor. grecū est ο καλαμοσ του καλαμον harundo magis: minuta habēs internodia longa ⁊ recta: ex qua sagittę apud diuersas gētes fiebant. Vir. Cū diaphnidis arcum fregisti ⁊ calamos. Ply. lib. xvj. Calamis populi orientis bella ꝯficiūt. Est et calamus quo scribi solet. Mar. Dat chartis calamos habiles mēphitica tellus Texant̄ reliqua tecta palude tibi. Itē calamus dr̄ concauus fistulis accōmodatus quē Syringa vocant. Est ⁊ calamus auleticus qui tibijs vtilis est. Virg. Nec calamis solum ęquiparas sed voce magistrū. Et calamus virga cui hamus filo longo ligat̄ ad capiendos pisces. Similiter virga ad capiēdas aues visco illinita calam⁹ dicit̄. Mar. Galbana decipit̄ calamis ⁊ retib⁹ ales. Aliquādo calam⁹ accipit̄ pro stipula: et ꝓ quacunq̄ re tereti ac fistulosa ad similitudinē harundinis. Vñ arborū quoq̄ ac vitium calamos dicimus. i. teretes perticulas ⁊ virgas ad serendū in terra aptas. Ply. Qui si lōgius afferant̄ pomor calami: rapis infixos optime custodire succū arbitrāt̄. Itē accipit̄ ꝓ arbore aromatica a similitudine calami visualis simulās gustu casiā. Hier. in exo. Sume tibi aromata calami ducentos quinquaginta: siclos casię quingentos siclos pōdere sanctuarij: gignit̄ in India mltis nodis geniculat⁹: fuluus flagrans spiritus suauitatē: qui cū frangit̄ in multas fit partes scissibiles. Et calamus mensura est sex cubitorū et palmi.

Calama me. ge. fe. est hasta ipsius frumenti. Suidas καλαμη ο σταχυσ του σιτου απο καλου το υ ξυλου αυτο δε απο τησ καυσεωσ.

Calamariū theca. i. repositoriū calamorum.

Calamitas: ꝓprie rustici grandinē dicūt calamitatem q̄ cōminuat calamos: hoc ē culmos ⁊ segetes. Ter. in Enu. Ipsa egredit̄ nostri fundi calamitas. Accipitur ꝓ miseria ⁊ erumna. Unde calamitosum dicim⁹ malis ac calamitatibus ꝓgrauatū. Cice. Et honoris amplissimi puto esse et accusare iprobos ⁊ miseros calamitososq̄ defendere.

Calamistrū acus maior q̄ calefacta ⁊ adhibita crispāt̄ capilli. Vñ Cice. Calamistratā comā vocat. Hiero. Procurator calamistratus. Qui aūt eā administrat a cinere Cinerarius ⁊ ciniflo vocatur.

Calantica tegmen muliebre qđ capiti innectit̄. Cice. in Clod. Tū mecū vincirent̄ pedes fuscus cū calanticā capiti accōmodares.

Calatores dicebant̄ serui: a καλειν: quod ē vocare: qui semꝑ vocabant̄ ob necessitatē seruitutis.

Calones ministri militū hoīes liberi a calādo.i.vocā/do quia vocant ad ministeriū ꝑm Acronē vel a calendis:qꝛ eo die cibaria accipiunt: vt inquit Porphirio immo ἀπὸ τῶν κάλων.

Calathus penul.coꝛ.et aspirata:grecū est κάλαθος et ab aliquibus Qualus et quasillus: Ab aliquibus Fiscella vas vimineū ꝑm Porphirionē:in quo mulieres pensa vł ramā reuoluūt. Juxta quas significatiões ait Virg.in Bucol. Tibi lilia plenis Ecce ferūt nymphe calathis. Hieroni. in Hieremiā Calathus vnus ficus bonas habebat:nimis vt solent ficus esse primi tēpoꝛis. Sʒ quid opus toꝛ? Magis calathus dicit᷑ cistella. Oui.lib.iiij.fast. Nec implet calathos lento de vimine nexos. Nec gremiū laxos degrauat illa sinus. Accipitur interdū ꝑ calice ad sacrificium apto. Virgł. Vina nouum fundam calathis aruisia nectar. Ser.ait esse vas eneum in quo lac vel recens caseus distrahitur.

Calata comitia:quere in dictione comitium.

Calathis is.penul.coꝛ. nomē ciuitatis siculi. Ptol.et Stra. scribūt a calatho ibi inuēto. Jnde fuit Uister poeta qui de tragedia insignē librū condidit.

Calathe quam alij calathusas vocant: nomē vrbis ad herculis columnas site.

Calx calcis.tam maſ.ꝙ femi.generis:a calcando id est nitendo:non a calcitrando. Virg. Compedēꝗ citū ferrata calce fatigat. Idē. Quadrupedēꝗ citum ferrato calce fatigat. Dicit᷑ et calcaneus:et calcaneū:et talus. Et de hominib᷒ ⁊ ceteris aīalib᷒ dici potest. Capiturꝗ interdū ꝑ extrema parte pedis qui ⁊ pes imus appellat᷑. Vir. Calceꝗ terit iam calce dioꝛes. Vnde etiā ſępenūero pro fine vsurpat᷑. vt A vertice ad calcem.i.a principio ad finē:quod perinde est:ac si diceretur a capite ad pedes. Aliquando sumitur pro pedum percussionib᷒ plagisꝗ. Ter. in phoꝛ. Namꝗ inscitia est aduersum stimulos calces. Juue. Aut dic:aut accipe calcem.

Calx femi gene. seu calce: lapis coctus sic dictus ꝙ in edificijs calcet᷑. Nam ita lapides simul astringit vt calcari videat᷑. Palla. Calx que erit ex spisso et duro saxo structuris cōuenit:ex fistuloso vero aut molliori lapide tectoꝛijs adhibet᷑ vtilius. Fit autem de albo: spisso ⁊ durioꝛe saxo. Coquit᷑ foꝛnace calcaria.

Calcata edificia dicunt᷑ calce ꝯtecta: q̄ ⁊ loꝛicationem et tectoꝛiū appellāt ⁊ ꝑcipue si leue politū ve fuerit: vt supinduci possit peniculis vel albariū vel pictura ad venustandā structurā.

Calcaria foꝛnax in qua calx coquit᷑: sicut sulphuraria ī qua sulphur. Ply. Nuper repertum oleas gaudere maxime cinere e calcarijs foꝛnacibus. Est autē adiectiuum calcarius ria.rium. Calcarius vero qui ꝑest foꝛnaci calcarię. Cato de re rusti. Calcari᷒ ligna conficit ad foꝛnacem.

Calcaneus ⁊ calcaneum vtroꝗ modo dicitur ꝑ parte posterioꝛe pedis imi. Virgł. Continuis rimis calcanea scissa rigebant.

Calceus pedis indumentū:qđ fit ex pellib᷒ animaliū a calce sic. Cice.lib.j.ar.veteris. Si multus erit in calceis puluis ex itinere ꝯuenire opoꝛtebat.

Calceariū idē qđ calceus. Vlp.titu.de alimēt᷑ legat᷑. Diarijs vel cibarijs relictis neꝗ habitationem:neꝗ vestiariū:neꝗ calceariū deberi palā est.

Calceolarius qui calceos ꝯficit. Plaut.in aul.

Calcio et calceo as. raro vsos auctoꝛes inueni: semel cū actō eius rei qua qs calciat᷑ apud Ply. lib. xxxvj. reperi:sed ꝑ impono dictū ē. Arcesilaū qꝗ magnificat Var. cuius se marmoꝛeā habuisse leenā tradit: aligerosꝗ ludētes:cū ea cupidines quoꝝ alij religatā tenerent:alij e coꝛnu cogerent bibere:alij calciarēt soccos oēs ex vno lapide. Ablatō aūt lib. vij. Nos quoꝗ vidim᷒ athanatū noīe ꝓdigiose ostentatiōis quinquagenario thoꝛace plūbeo indutū cothurnisꝗ pondo calciatū ꝑ scenā ingredi. Gel. Hic feriato tunicis ⁊ lacernis indutos ⁊ gallicis calciatos: huius cōpositū est excalcio. Suet.in Vitel. ꝑ maximo munere a Messallina petijt vt pedes ꝑberet sibi excal(ciandos.

Calceamen ⁊ calceamentū ꝑ ipso calceo. Ply.lib.xx. Hinc calceamina ⁊ pastoꝝ vestis.

Calceatus us.idē quod calceamē. Plyn. Jtaꝗ longo itinere sine calceatu atterunt᷑ pedes.

Calcar ferreus stimulus ad vrgendos equos sic dictū ꝙ ad calcem alligetur.

Calcitro as.penul.coꝛ.pede ꝑcutio. Hinc calcitrones dicti sunt equi qui calcib᷒ infestāt. Gel. Equus moꝛdax ⁊ calcitro. Hui᷒ cōpositū est recalcitro.

Calcitrosus qui sępe calcib᷒ ferit. Col.lib.ij. Juuencūꝗ recte tractū calcitrosumꝗ cū redibit.

Calculus a calcādo genus lapidis durissimi ⁊ rotundi sicut ait Hiero. ad Dama. qui calce pressus offēdit. Oui. Per quas nōerabilis alte calculus oēis erat. Et calculus lapillus in coꝛpoꝛe ex quo asperrim᷒ cruciatus gignit᷑:qui aūt eo moꝛbo laboꝛāt calculosi dicunt᷑ a grecis lithiasici. Ply.lib.xxj. Vtunt᷑ alopetias ad lithiasicos opisthotonicos. Jtē calculus dicit᷑ quē latronē:seu latrunculū antiqui appellarūt: iunioꝛes scacū vocant. Mar. Hic mihi bisseno numerat᷑ tessera puncto. Calculus hic gemino discoloꝛ hoste perit. Quoniā aūt calculis facere rōnē solem᷒ Calculus qn̄ꝗ ꝑ rōne ponit᷑. Cic. Jtaꝗ tibi concedo vt si te alicui᷒ dati penitet ad calculū reduces. Rursus calculus minima pars ponder᷑ dr̄. Et culter lapide᷒ quo Esaię ꝓphetę labia mūdata fuere.

Calculosus qui calculis.i.lapillis in coꝛpoꝛe abūdat. Quo noīe vsus est Ply. Et calculosus locus qui calculis abundat. Col.lib.iij. Loca aprica calculosa glareosa interdū ⁊ saxosa amat ficus.

Calculo as.rationē facio. Vnde calculatoꝛ a calculis: id est lapidib᷒ minutis quos antiqui in manu tenentes numeros componebant.

Calco as.compꝛimo:qđ ⁊ ad aīm trāsfert᷑: vt calcauis passiōes:cui᷒ cōposita sūt ꝯculco/inculco/et ꝓculco.

Caliga e.penulti. coꝛrepta tegumentū tibiarū. Cuius diminu. est caligula. Am. Colobio ⁊ pallio indutos caligulis calciatos. A quo militari calciamento germanici filius Caius Ro. Jmperatoꝛ cognomen foꝛtitus est:quoniam in exercitu natus sit. Auso. Caius cognomē calige cui castra dederūt. A caliga fit caligatus:vt miles caligatus. Juue. Veniā caligatus in agros. Dicitur ⁊ caligaris.

Caligula dict᷒ fuit Caius Jmperatoꝛ: a caligis quas margaritis refertas ꝑmus poꝛtauit. Hic ędificauit ciuitatē quā calipolum nominauit.

Caligo pe. pꝛo. vmbꝛa est de spissitudine aeris effecta qm̄ aeris coloꝛe gignat᷑. Hinc caliginosus a.um.pꝛo obscuro dr̄ et caliginosus vt apđ Hie. Anꝗ offēdāt pedes nr̄i ad mōtes caliginosos. Caligo as.caliginē induco:obscuro. Hie. in exo. Oculi ei᷒ caligauerāt.

Calaris ciuitas in sardinia:vide in dictione Sardinia.

Calchas antis.nomen ꝓpꝛium greci auguris.

Caloꝛ ⁊ caliditas idē significant. Dicit᷑ ⁊ caldoꝛ. Var. Olea lecta si nimiū diu fuerit in aceruis caldoꝛe fracescit:et oleum fetidum fit.

Caleo es.calui:per simplex.i.ferueo/calidus sum. La. lib.de opi. Qui aūt ignē putauerūt:hoc vsi sūt argumento:ꝙ ꝑsente aīa coꝛpus caleat:recedēte frigescat Jn quo ostendit᷑ pꝛimitiui ⁊ deriuatiui diuersa significatio:/vt caleat intelligat᷑: calidū sit: frigescat frigidū fiat:cōposita sunt concaleo ⁊ incaleo.

Calesco calidus fio:a quo cōcalesco ⁊ incalesco.

Calefacio ⁊ calfacio calidum reddo. Plyni.libro.xx.

Chrysocomę radix calefacit et stringit. Hinc excalfacio a quo excalfactori⁹ a.um. Idem. Excalfactorias habet vires. Cōcalfacio: incendo. Cice. Et me idē cū brachiū ꝯcalfecerit tū solere pugnare.

Calesio habet significationē passiuā illatā: vt hic calefit igni. A quo concalfio: et excalfio.

Calidus a.um. a calore fit: et modo feruentem signifi. Vir. Voluit ille vomens calidū de pectore flumen. Modo ferocē incōsultū. Paci. Caue sis nimis calide loquaris ꝛ turbā cōcites. Modo velocem. Var. Cū hęc dixisset ecce calidis pedib⁹ quidā nauicularę irrupit in curiā. Dicit et cald⁹ ꝑ syncopā. Mar. Frigida nō deerit: nō deerit calda petēti. Sūt tn̄ q̄ differentiā faciant inter calidū et caldū: vt sit calidū sponte nullo extrinsec⁹ calorē suggerente: vt ignis ꝛ spūs noster qui corpus animat. Caldū vero aliūde. Quo modo locutus est Pedianus. Corpus nudū caldatū sicut in lecto erat positū: vt vulnera videri possent in forū detulit. Sed ꝯfundit apud auctores.

Calorificus a.um. quod calorem facit: sicut a frigore frigorificus.

Callus et callum vtroq̄ modo dicitur pro duricie illa quę in manibus vel pedibus ex labore nascit. Plau. in Persa. Plus calleo q̄ aprugnū callum callet. Est aūt callum aprugnū caro apri callosior ob id saporę iucūdioris. Et in Cap. Quanta sumini absumendo: quanta callo callamitas.

Callidus per duplex ll. astutus. Differtq̄ a versuto ꝙ callidus sit ille (vt scribit Cice.) cuius animus vsu vt manus opera cōcalluit. Versutus cui⁹ mens celeriter versetur. Hinc calliditas quę ꝯm Aristo. est quedam prudentię pars: quę ita versat in paruis vt prudentia in magnis.

Calleo es. callui: ꝓprie callosus sum i. siue callū facio. Plaut. in pseu. Neq̄ ego hoīes magis asinos vnq̄ vidi ita plagis costę callēt: quos dum ferias: tibi pl⁹ noceas. Transfert et ad animum. Idem. Occalluit animus. Cicero Sulpi. At qui non in illis rebus exercitatus animus callere iam debet. Interdum callere est perfecte scire: ꝙ sicut pes vel manus ex longo labore callum facit: ita mens longa experientia facit habitum quendam rerum: in quibus versatur. Et sic neutrum transitiuum est: vt dicenda silendaq̄ calles. Et illud. Legitimumq̄ sonum digitis callemus et aure. Huius verbi compositū est. Occalleo a quo occallesco. Plau. in asi. Qui latera conteram tua quę occalluere plagis.

Calliscere est callū fieri. Cato. Aures nobis calliscunt ad iniurias.

Cales oppidū in Gallia: aliud in cāpania: a quo cales populi iuxta falernos et massicos: de quib⁹ Virg. Aequora quiq̄ cales linquūt. Hinc calenū vinū.

Calendę primus dies mensis: α καλεω καλω voco quia solebat Romę minor pontifex noua luna ꝯspecta plebē vocare in capitoliū: vt audiret quot dies a calendis ad nonas superessent.

Calendaris et hoc calendare: qđ ad calēdas pertinet: vt Iuno calendaris.

Calendarius a.um. idem est vt calendarius liber. Vide in ephemeris.

Callis via callo perdurata. Virg. lib. viij. Rara per occultos ducebat semita calles.

Callimachus penul. cor. nomen poetę cyrenensis qui princeps inter Elegiacos habet. Fuit ꝛ alius historicus egypt⁹: de quo Suidas noster υιοσ βαττου και μεσατμασ μαθητησ ερμοκρατουσ et multa: et quot fuerint longe ꝓsequitur.

Callisthenes penulti. cor. nomen philosophi: et apud nos pulchritudinis potentia dicit. Hic fuit olinthi⁹ Alexandro magno familiarę ex cōdiscipulatu apud Aristoti. accitusq̄ ab ipso rege ad prodenda memorię gesta eius asiatica. Huic nocuit immodica libertas grauitasq̄ inuisa regi cū haud quaq̄ male assentātiū accōmodatus ingenio esset. Nam cū Alexan. magnus ex persico supbię regię more adorari vellet acerrimus inter recusantes Callisthenes fuit palam dictitās Alexandrū non adorandū esse: q̄ res ꝛ illi et multis ꝓncipib⁹ macedonū exitiū fuit. Siqdē Alexander Callisthenē ꝓpter adoratiōis persicę interpellatā morē: ꝯiurationis consciū fuisse criminatus est: eūq̄ truncatis mēbris abscisisq̄ aurib⁹: ac naso: labiisq̄ deformatū: cū cane in caueam clausum circūferri iussit: diuq̄ tortum tandē necauit. De hoc Sene. lib. vj. questionū naturaliū. Fuit Callistheni nobile ingeniū et furibundi regis impatiens: hoc est Alexandri crimen ęternū: ꝙ nulla virtus: nulla bellorum fęlicitas redimet. Nam quotiēs dicetur: Occidit persarum multa millia: opponet: et Callisthenē. Quotiens dictum fuerit. Occidit darium: dicetur Sed et callisthenem occidit.

Calisto vna ex nymphis: et pulcherrima dicit. Fuit et Lycaonis arcadię regis filia: ex qua ortus est arcas a quo arcadia. Quę postea versa est in vrsam q̄ dicit Arctos ꝛ iuxta borealem polū sita.

Calypso insula ꝯtra Troglodicas sita. Est ꝛ nympha oceani et Tethyos filia. Regnauit in ogygia insula ꝛ Vlissem naufragū hospitaliter suscepit. Oui. Ah quotiēs illū doluit ꝓperare calypso: de qua Homerus in odyssea. per y scribitur.

Calyptra ę. genus vestimenti quo mulieres capita tegebant: a καλπυτω tego.

Calliope penul. cor. vna musarū ꝛ prestantissima quę etiā calliopea dr: sicut ꝛ penelopę penelopea a pulchro ore dicta ω ψ οποσ vult⁹ et facies dicit καλλοσ pulchritudo. Preest heroicis versibus.

Calix genus poculi quo bibim⁹: ꝙ eo calidā bibebāt: vt inquit Var. Nam ꝛ calidam ꝛ frigidam cōuiuijs veteres adhibebāt. Iuue. Calidę gelidęq̄ minister. Aliq̄ ponit ꝓ maiori vase. Cice. lib. iij. Tus. Quid hic calix mulsi impingendus ē: vt plorare se desinat. Quādoq̄ ꝓ vase in quo legumina ꝛ holera coquuntur. Ouid. lib. v. fast. Stant calices: minor inde fabas holus alter habebat. Var. calix a caldo ꝙ in eo calida puls apponebatur: calices fictiles cululli dicūtur. At calyx cū y significat foliculū: quo fructus arborū operit: a καλυπτω coopertio.

Calliblepharon medicamentū quo fucant ornanturq̄ palpebrę. Ply. lib. xxviij. Calliblephari pari modo fuligo in hoc vsu temperatur.

Callirhoe fons apud athenas. Papi. lib. xij. th. Et q̄s callirhoe nouies errantibus vndis implicat. Hic postea a tyrannis reparatus Enneacrenos dictus est. i. salientes noue. Martian⁹ de hoc fonte. Fontes multi attice inter quos callirhoe ꝑdicatur.

Calydon penultima correpta seu Calydonia ętholorum ciuitas regia Oenei patris Meleagri: et regio vicina: distat a mari septem milliū quingentorū passuum spatio per quod Euenus fluit. Luca. Et meleagreon maculatus sanguine nessi: Euenos calydona secat. Hinc calydoni⁹ donia. nium. ꝛ Calydonis idis. Ouid. Plangūt se matres calydonides. Itē Clydonia sylua Britannię: vnde seui leones mittebantur: a qua Britanni quandoq̄ Calydonij vocantur: secūda syllaba longa et tertia breuis. Mar. Nuda calydonio sic viscera prebuit vrso. Idē. Quin te calydonios Ouidi visurę Britannos. Cum autem de etolico agro intelligimus secunda breuis tertia longa: vt supra apud Luc. et Ouid. Tradidit aonius pauidā calydonida nesso.

Calydna insula: quā quidam vnam esse cum Calymna

Aliĩ calydnas duas leron et calymnam: que sunt circa Rhodum. Strabo. alias ab his calydnas prope Tenedum constituit.

Calipolis vrbs thracie in extremo hellesponti a Caligula edificata a q̄ nomen sumpsit: h ē caligule polis.

Callipide pe. cor. populi scythici: hispanū fluuiū incolentes: vt auctor est Herodotus.

Callistratus penul. cor. nomen viri ꝓprium.

Calon latine bonum siue pulchrum siue honestum. Et Calon dicitur lignū. Inde Calones calcei ex ligno. Quo etiā noie serui militū castra sequentes dicūtur qui clauas ligneas vel fustes gerebant: vel qui militibus ligna subministrabant. Hor. Hūc ꝑminxerūt calones atq̄ caballi. Quidā tñ Calones a calando deriuāt ꝙ ad ministeriū aduocent̄. Aliĩ a calendis: ꝙ calendarū die cibaria caperent ꝓ toto mense. Et calon nomen est statuariĩ.

Calopodiū calciamenti lignei gen⁹: qđ alio noie dicūt Soccum et ꝑ diminutionē socculum.

Calenum cū oe diph. vrbs campanie. xiiiĩ. passuū millibus a capua distās. In cuius agro vinum optimum et dulce nascitur. Stra. Calenum vrbs in campania in primis eximia adiuncta Caselino. Unde Horati. Prelo domitam caleno tu bibes vuam. Quidā etiā calenum vinum accipiūt a calibus oppido cāpanie. Aliĩ a καλοσ quod est bonū et οἶνοσ vinū. Iuue. Occurrit matrona potens que molle caleno. Et sic scribi potest cū oe. diphton.

Calpar doliū. Uar. li. j. de vi. pa. Quia anteq̄ nomen doliĩ ꝓlatum esset id genus vasorū calpar diceretur. Festus docet esse genus vasis fictilis: seu vinū nouū: qđ ex dolio demittit̄ sacrificiĩ causa anteq̄ degustet̄.

Calpe hispanie mons: circuitu nō magnus: altitudine ingens: vna ex columnis herculis: in cuius radicib⁹ vrbs est nomine Calphe: vt inquit Stra. quo etiam nomine dicta ē insula in occasu post Gades angusto discreta freto αλλα καλπισ ὑδρια εστι.

Calua e. dr os capit̄ vbi capilli esse ꝯsueuere. Mar. Psilotro: faciemq̄ lauas: ꝛ dropace caluam.

Caluus dicitur a cuius capite capilli defluxerunt: siue qui sine capillis nati sunt. Unde Ply. libro. xj. docet esse gentes naturaliter caluas quales Myconiĩ qui capillo carentes gignunt̄. Hie. in leui. Uir de cuius capite capilli fluūt caluus ꝛ mundus est. Hinc fiunt composita precaluus et recaluus: qui ꝛ recaluaster dicitur de quibus infra.

Caluities ꝛ caluitium defluuium capillorum a capite: seu locus in quo capillorum defluuium est. Hieron. Ibidem. Sin autem in caluitio siue in recaluatione albus vł ruffus color fuerit exortus: et hoc sacerdos viderit cōdemnabit eum haud dubie lepre que orta est in caluitio. Sueto. Caluitiĩ vero deformitatē iniquissime ferebat: sepe obtrectatorū iocis obnoxiam expertus: ideo deficientem capillum reuocare a vertice consueuerat.

Caluo as. caluum facio: a quo decaluo et recaluo. Primū significat valde caluo. Secūdū ab anteriore capitis parte caluo. Hier. in Esa. Decaluabit dñs verticem filiarum syon: et dñs crinem earū nudabit. Idē in leui. Sin aūt in caluitio: siue in recaluatiōe albus vel ruffus color ꝛc̄.

Calueo es. caluus sum. Plyn. lib. xj. Et quedā aialiū naturaliter caluent: sicut strutio cameli ꝛ corui aquatici. Hinc cōponitur recalueo: quod est rursus in canitiem reuertor.

Caluescere est caluum fieri. Col. lib. vij. Potior tamē est ratio custodiendi ne nascatur: neue in colla caluescant. Ply. lib. xj. proprium his caluescere omnibus annis cū seritur rapa. Dicitur ꝛ de agris. Col. lib. v. Propter mures atq̄ talpas sepe nouella castaneta caluescunt: id est rarescunt.

Caluata vinea apud Catonē ꝛ Plyniū significatur in qua vites quidem sunt: verū pauce: rareq̄: vt in caluitio capilli. Nã ꝛ greci loca satis fruticibusq̄ nuda phalacras: quasi calueta appellant.

Caluaria totum caput ꝛ carne nudū: et tam de brutis q̄ de hominib⁹ dicit̄. Palladius: Eque caluaria sed nō virginis intra ortū ponenda est: vel potius asine. Creduntur enim sua presentia fecūdare que spectāt. Celsus lib. viiĩ. Ubi capitis ossa ꝛ ipsam caluariam describit. Et Caluarie loca sepulture publica quas greci vocant polyandria: seu loca vbi decollabantur homines damnati. Hier. Extra vrbes ꝛ foras portā loca sunt: in quibus truncantur capita damnatorum ꝛ caluarie. i. decollatorꝫ sumpsere nomē. Propterea autem ibi crucifixus est dominus: vt vbi prius erat area damnatorum: ibi erigerentur vexilla martyriĩ. Et quomodo pro nobis maledictum crucis factus est et flagellatus et crucifixus: sic pro omnium salute quasi noxius inter noxios crucifigeretur. Sin autem quispiam contendere voluerit ideo ibi dominū crucifixum vt sanguis ipsius super Adam tumulū distillaret: interrogemus eū quare et aliĩ latrones in eodē loco crucifixi sunt. Ex quo apparet Caluariā non sepulchrū primi hominis: sed locum significare decollatorum: vt vbi abundauit peccatū: superabūdaret ꝛ gratia. Adā vero sepultū iuxta Hebron: et Arbee in Iesu filii naue volumine legimus.

Caluo caluis decipio frustror: cuius passiuum est caluor. Tractum a caluis militibus: qui omnib⁹ solent esse frustratui. Pacu. Sentio te pater vocis calui similitudine. Inuenit̄ etiā caluor deponens. Plau. in Cas. Nam vbi domi sola sum: soror manus caluitur: id est decipit.

Calumnia vexatio alicuius in litibus per fraudem et frustrationē. Cice. Existunt sepe iniurie calūnia quadā ꝛ nimis callida atq̄ malitiosa iuris interꝑtatiōe. Et calumnia dicitur cū alicui crimē falso imponitur. Hierony. Calumnia est cū iustis hominibus crimen impietatis obiĩcitur.

Calumniosus qui calumniā inferre solet. Aug. Nemo illi calūniosus tendiculas ꝟborū requirit.

Calumnior significat per fraudem ꝛ subdolā rationem causa vincendi in litibus mendaciis alios vexo: et calūniari est falsa crimina intendere: et modo cū accusatiuo: modo cum datiuo construit̄. Hier. lib. j. Re. Si quemq̄ calūniatus sum. Aug. lib. j. de ciui. dei. Et christianis tēporibus non calūniat̄. Hinc Calūniator: qui calumniam facit. i. qui falsum crimē obiĩcit. Unde in lege. xij. tabularum. Calumniator idem patiatur: quod reus si conuictus fuerit. Ponit̄ et q̄nq̄ pro fallaci et doloso.

Caluinarius porcus qui cibo permixto ex colluuie hyeme nutritur.

Calastri pueri dicebantur canoram vocem habentes inquit Uictruui⁹ qui a regibus ad hoc munus queri solebant.

Calta herba nascens in segetibus: flore purpureo vel potius viola coloris albi.

Cambio bis. psī. cōmuto. Apud antiquos ꝟo cābire accipitur pro pugnare: iter inchoare: flectere. A quo campso as. quod est iter flecto.

Cambyses penultima producta: nomen proprium regis perse: cui Astyages filiam dedit in coniugem: ex qua natus est Cyrus: qui postea regnauit. Est etiam hoc nomine fluuius hyrcanie ortum habens in montibus Caucasi.

Camera penul. cor. a nr̄is testudo seu fornix dicitur: et ipsa pars superior. s. tectū deuexum: et incuruū solariū a forma testudinis: q̄si camure. i. curue vt inq̄t Ser.

Camyros enim latine curuus dr. Papi. in fil. Effulgent camere vario fastigia vitro In species aïosq̃ nitent. Virgi. lib. iiii. Ge. Camuris hirte sub cornib⁹ aures. Camere igit̃ tecta incuruate formata. Et camuri boues a curuatione. Pli. lib. xix. Velocitas pernix leui vmbra cameras et pergulas operientes.

Camerare cameram facere. i. fornicem ⁊ testudinem a quo cōcamero. Pli. lib. xxxiiii. Dinocrates architect⁹ Alexandri Arsinoes tēplū cō camerare inchoauerat: vt in eo simulachrū eius e ferro pēdere in aere videretur. Inde cōcamerata loca dicunt̃ testudinea hoc est que fornicibus constant.

Camerinū penult. pro. piceni vrbs p̃clara a curuitate situs ita appellata. Ab ea camertes dicti sunt: quos Liuius scribit. P. Scipioni in armanda classe: qua in aphricā duxit cohortē vnā sexcentoꝝ militū armatorum prebuisse.

Camertes populi picentini a camerino dicti.

Cameria oppidū: et palus eiusdē nois in Sicilia.

Camillus ꝓprie puer ingenuus qui flamini dialia sacrificia ministrabat. Antiqui enim camillos: et camillas vocabāt ministros ⁊ ministras impuberes in sacris. Unde mercurius etrusca lingua Camillus dr: quasi deoꝝ minister. Fuit ⁊ camillus ꝓpriū nomē Romani viri qui Gallos expulit ab vrbe. Itē genus quoddā vasis camillū dicebāt qd opertū in nuptijs ferebāt: quod alio noie cumera vocabat̃.

Chamemellū herba ab odore mali dicta quā vulgus camomillā vocat: ab aliquib⁹ melanthion dicit̃.

Camilla nomē Volscorum regine: que Turno contra Aeneam auxilio venit.

Caminus latine fornax dicitur. Virgi. libro. iii. Ruptis flammam expirare caminis. Accipitur etiā quādoq̃ pro structura que fumū excipit. Sue. in Vite. Nec ante in pretoriū redijt q̃ flagrante triclinio ex conceptu camini. Cice. ad Atticū. Luculento camino vtendum censeo.

Caminata loca dicunt̃ testudinata: ⁊ ad fornacis similitudinē facta. Pli. li. xvii. Scrobes vbiq̃ caminata fossura ore cōpressiore sint.

Camene cum ę. dipht. quasi canētes amęne. Amęnā vero ab amando iucūdū dicimus. Canunt enim antiquorum laudes. Var. Camene ab antiquis Carmene vel casmene dictę sunt: nunc abiecta r. vel s. camene vocantur. Alij camenas dicūt ꝙ sint caste mentis presides. Sunt aūt camene idē qd musę. Musa vo significat cantum.

Campana instrumentū notum ad pulsandum idoneū. A quo Hie. formauit dimi. cāpanula. Nā ad Eusto. scribit. Quousq̃ campanula in claustro pulsabitur. Aristophanes aūt comicus in ea comedia: que ειρηνη inscribitur. κωλωνα προσ αγορευει και ρο παλον αυτου και παλαι οιατονειναι. ita ꝙ malleus campane dicit̃ ropalū li. et etiā instrumentum quo pulsatur ostium.

Campania regio Italię sic dicta ꝙ campestris sit a qua Campani qui in ea habitant. Ea nūc dicit̃ terra laboris fertilissima vbi capua ⁊ Neapolis ⁊ Cume.

Campus est grande atq̃ amplum spatiū terrę que plana sit. Unde spatiose platee areęve campi dicuntur. Hier. sup Esa. Cāpus planicies terrę dicit̃ cui culture adhibet̃: et excolit̃ ab agricolis. Et campus solet accipi pro qualibet re in qua quis studiū habeat. Dictus campus a capiēdo ꝙ animaliū seu rerū multitudinē facile capiat: seu ꝙ veteres ex agro tantum plano capiebant fructus.

Campestria loca plana a campo deductū nomē: vt in campestribus inquit Hier. Et apud Esaiā. Et erunt cāpestria in caulas gregū ⁊ vallis achor in cubile armētorū populo meo. Sic cāpestres opere dicebant hi qui in campo martio seruilē operā candidato impertiebantur: et cāpestria dicunt̃ genitaliū succinctoria: eo ꝙ ludentes in cāpis vestibus omnibus exuebantur ⁊ nudi ludebant solis cāpestrib⁹ tecti virilia. Hora. Penula solsticio campestre niualibus auris. Aug. lib. xiiii. de ci. dei. Cāpestria latinū vbū est: eo dictum ꝙ iuuenes: qui nudi exercebantur in campo pudēda operiebāt. Vn̄ qui ita succincti sunt campestratos vulgus appellat. Hec etiā brachę feminalia et vel femina: perizomata: succinctoria: subligacula appellantur: et lumbaria.

Camparius custos camporū.

Campsores dicunt̃ vulgo q̄ collibistę ac trapezitę sūt.

Campe vermis genus hortenses herbas ec arborum frondes infestans a verbo greco καμπτειν qd est flectere. Colu. Nec solum teneras audent erodere frondes Implicitus conche limax: hirsutaq̃ campe. Hinc hippocāpe pisces qui ⁊ equi appellant̃ a flexu caudarū que piscose sunt.

Canastreū promontoriū est proximū pallenę.

Canaan nomen filij Cham: a quo cananeus a. um.

Canna harundo: licet minor sit ⁊ maior calamo. Col. libro. v. de arundineto. Ea est autē senectus: cum vel exaruit situ ⁊ inertia plurium annorum: vel ita densatum est: vt gracilis ⁊ canne similis arundo ꝓdeat. Idem lib. viii. Degener arūdo quam vulgus cannā vocat. Et canna vas in quo ferebatur oleum. Colu. Urcei quibus oleum progeritur canne tegetes quibus oliua excipitur. Stra. scribit in aphrica ad cubitos quinos longas: crassitudine vero digiti minoris cannas nasci. Quare mirū nō videtur si in eis romā comportatū oleum sit. Preterea canna vicus Gallicę est: et vrbs Lycaonię.

Canetū: vbi cannarum copia ē. Valla. lilieta cāneta ponenda sunt.

Canitium: canna harūdo. Aug. super ps. Nostis quēadmodū sibi faciūt de canitijs sagittas infantes.

Canne cannarū tm̄ pluraliter. Uicus i apulia. Romanorum clade clarus.

Canalis a canna fit vna littera detracta. Et tā mas. q̃ femi. generis est. Fest. Canales per quos aqua ꝯfluit in vijs lapide stratis. Virgi. Currentē ilignis potare canalibus vndam. Est autē canalis lignū ad canne similitudinē cauatū a quo aqua deducit̃. Dicitur et hoc Canale. Sta. lib. i. syl. Flumina demerso trahit intemerata canali.

Canalicula diminutiuum parua canalis. Erasistratus medicus docet duas esse quasi canaliculas vel phystulas que a faucibus deorsum proficiscuntur: per alteram in stomachum delabuntur omnia esculenta ⁊ poculenta: per alteram spiritus ab ore in pulmonē: atq̃ rursum in os ⁊ nares commeat: per eandē meatus vocis fit: et grece nominatur τραχεια αρτηρια id est aspera arteria. Lactantius hanc arteriā appellat phystulam spiritalem: alio nomine Curgulio nominatur. Canaliculus diminutiuum a canalis in masculino genere. Victru. libro. vii. Canaliculus catū qui strigis appellatur. Col. lib. ix. Largiore cibo celerius pinguescit semper tamen etiā canaliculi milio repleti apponuntur.

Canaliculatus a. um. qd est in canalis modū factum. Plini. lib. xix. Quibusdā angusta ⁊ canaliculata: vt cacumina paucis foliacea ⁊ lata vt atriplici.

Canalicole pe. cor. forenses homines pauperes dicti ꝙ circa canales fori consisterent.

Cannabis penul. cor. herba ex qua fiūt chordę. Persi. Tūc mare transilias tibi torta cannabe fulto. Dicit̃ et cannabū. Palladius. Hoc tēpore cannabū seris. Hinc cannabaceus a. um. et cannabinus a. um. qd est ex cannabe. Col. lib. vii. Cannabinisq̃ funib⁹ cor-

nus iuuencorum ligato.

Cancellus ligna inter se modicis interuallis in trāsuersum: instar retis inuicem annexa: quibus scene et tribunalia atq; fenestre muniri solēt: quos preteriri nō licet. Et apud priscos fere semper fuerunt erei: quorum multi extant per basilicas distributi ad lignorū similitudinem fabrefacti: quorum lineole altrinsecus in quincuncem superposite foramina linquūt: quib⁹ cū aer aspectusq; admittatur: prohibet accessus: seruatq; vsus eiusmodi claustra vineis pro valuis foribusq; apponi. Cice. in Quinti. Ab his cancellis qb⁹ me circunscripsi declinauero. Sunt ⁊ cancelli loca cancellatim: hoc est tessellatim transuersariis lignis accōmoda sessui. Ouid. Cancellis primos imposuisse pedes. In sacris litteris cancelli vocātur specilla foraminib⁹ plena: ⁊ transuersim plagulis fenestrata: quas vulgus zelotypias vocitat. Vñ in prouerbio. De fenestra domus mee per cācellos prospexi iuuenem: et video paruulos. Hos cancellos delitiosos. Cicero libro de pfecto genere dicendi appellat transennas ab oculorū videlicet ⁊ foraminum transitu. Dit eni quasi per transennā pretereuntis strictim aspicimus. Et cancellis distincta est cutis elephantorū: quasi tessellatim conquadrata ⁊ in modū capsularū facta. Inde cancellata cutis dicta est a Plinio lib. ix. cuius verba hec sunt: Elephanti cancellata cutis et inuitans id genus animaliū odore. Ergo cū extenta cute recepere examina arctat⁹ in rugas repente cancellis cōprehēsas enecāt. Preterea cancellus potest esse diminutiuū a Cancer. Cancello as. concido dilanio: dispungo: erado: deleo. Cancellatim aduerbiū: ad similitudinē cancelli.

Cancellarii dicunt scribe. Qua dictione vsus est Fla. Vopiscus scribens: a Carino Imperatore factum esse prefectū vrbis vnū ex cancellariis suis.

Cancer cancri genus piscis: et signum celi: qui et Carcinus dicitur. Luc. lib. ix. Par geminis chiron et id quod carcinus ardens. Cancri in syderibus a gentilibus inde dicti sunt: eo ꝙ ad illud signū mense Iunio sol dum venerit retrogradatur in modū cancri: longioresq; dies faciat. Et in vtroq; significato ē generis masculini. Ferūt hunc cancrum a Iunone missum fuisse lerneum: qui ex lerna palude exiūt: et dum herculis pedem momordit pugnantis contra hydrā in sydus translatum.

Cancer canceris: neutri generis morbus est. Ouidi. Vtq; malum late solet immedicabile cancer: Serpere ⁊ illesas vitiatis addere partes. Hie. ɔtra Ruffi. Nemo vnq; suam carnem odit cum morbo regio laborantes: phtisi et cancere distillationibus mortem vite preferant. Nascit hic morbus fere in omnibus corporis partibus: sed maxime in mamillis mulierum que non purgantur menstruo naturali. Legitur ⁊ cancer cancri: genere masculino ꝓ morbo: vt apud Catonem de re rusti. Eadem brassica vulnera putrida cancrosq; purgabit: sanosq; faciet. Dictus cancer a cancri rubore: seu similitudine. Nam sicut illi pedes: ita huic vene protense ex vtraq; parte cernuntur. Hic alio nomine dicitur carcinoma: et grece carcinus dicitur. Suidas autem dicit Cancrum poetā tragicum fuisse: alterum etiam poetam atticum qui multa scripsit.

Cancri etiā dicebant qui nunc cancelli per diminutionem dicunt. Hoc est opus subtili materia in trāsuersum cōpacta ad similitudinē retis facta: ꝙ frequētia foramina habeat: qualia sunt que in corpore efficit morb⁹ qui cancer vocat. Unde Apu. vocat cancros orci/pro faucibus ⁊ tenacib⁹ stationibus.

Cangrena penulti. pro. species morbi alia a cancro: q̄ vt ait Pli. sanari potest: in hoc cancer ⁊ cangrena cōueniūt ꝙ vtrūq; carnē exedit. Nascit cangrena non omib⁹ partibus corporis: sicut cancer: sed in prominentib⁹ mēbris. i. inter vngues ⁊ alas ⁊ inguina.

Candax acis. penul. cor. nomen regine ethiopū. Iuue. Candacis ethiopū dicāt arcana. Sic alia terminata in acis corripiūt pe. vt Salmacis ꝓ fonte. Ouid. li. xv. Cui nō audita est obscena salmacis vnda. Idem lib. i. de arte. Atracis ābiguos traxit in arma viros. Hoc est hippodamia ab atracia.

Candeo es. candui: ignitus sum. Cicero lib. i. officio. Quid enim censemus superiorem illum Dionysium quo cruciatu timoris angi solitum qui cultros metuens tonsorios cādente carbone sibi adurebat capillum. Et candere significat candidum esse. Virgi. lib. iiii. Candentis vacce media inter cornua fundit. A candeo fit candesco: quod est ignitus fio. Composita: excandeo ⁊ incandeo: a quibus excandesco ⁊ incādesco: que proprie significant vehementer incendor. inflammorq;. Transferuntur etiā ad iram: ꝙ ea est velut ignis: animum incendens: et vultum hominis quodā candore perfundens. Sed non temere. Cum eni ignis obstantia exuperat ac fumū vincit: candorem lamine concipit. Vel quia vt sol quanto candidior tantō ardentior: ita animus dum ira concitatus est: inflāmatus incensus ⁊ excandescens dicit vt tanta mētis cōmotio significetur Celius Cice. Id post q̄ resciit excanduit: et me causam inimicitiarū querere clamitauit. i. ira vehementer incēsus est. Cato de re rusti. Nam si tecto coquas cū bitumen ⁊ sulphur additū est: excandescit. i. incendetur ⁊ inflammabit. Hinc excandescentia: q̄ est vt Cice. lib. tus. inquit ira nascens ⁊ sine modo existens. Ex quo cōstat flammā ignis cādidā esse. vñ Ouid. lib. vii. me. de incādesco a pte demōstrat. Nō secus exarsit q̄ cū balearia plūbū. Funda iacit volat ⁊ incādescit eūdo. Et quos nō habuit: sub nubibus inuenit ignes. Aug. sup Io. cū actō iunxit. Quā totā repleuerat spūssancti gratia. totā incāduerat diuinus amor. Est ⁊ recandeo: a quo Recandesco: qd est rursus candesco. Ouid. li. i. me. Ergo vbi diluuio tellus lutulenta recenti Solidus ethereis altoq; recanduit estu.

Candefacio: candidū facio. Plau. in mus. Quid cerussa opus est? Nā qui malas oblinā vna opa ebur atramēto cādefacere postules. Hinc excandefacio. Var. lib. iii. de re. rus. Cene collegiorū excandefaciūt annonā macelli. Aliqñ etiā Cādefacere est cādentē hoc ē ignitū reddere ⁊ excandefacere ira valde inflāmare: et excandefactus ꝑter modū iratus.

Candor ipse splendor: vt candor est lucis eterne.

Candidus a. um. qd ex luce ita nitet: eūq; colorē habet qualis est flāme ignis: licet aduerbiū Candide ꝓ benigne ⁊ pure sumat. Celius Cice. Cauendū tibi erit ne parum simpliciter ⁊ candide posuisse inimicitias videaris. Hora. Albi nostrorū sermonū candide lector. Interdū candidus ponitur ꝓ felici. Tractū a thracibus qui diem fortunatū albo: aduersum nigro lapillo designarunt. Catullus. Fulsere vere candidi tibi. Hora. lib. ser. Hūccine solē tam nigrū esse mihi id est tristē ⁊ exitiosum. Differt tñ candidus ab albo: ꝙ candidus est qui quadā intenta luce perfusus est. Albus qui pallori vicinus est.

Candido as. candidū facio. vñ Canditatus candidus factus. Pomp. Vestem lixiuio candidans.

Candidatus qui luce quadā intente perfusus est. Lac. libro. vi. per translationem. Qui si hoc ille faciebat homo non a celesti tantum: sed a publica quoq; ciuiliq; iustitia remotissimus: quanto magis id nos facere debemus qui immortalitate veluti candidati sumus? Candidati etiā dicebāt qui in alicui⁹ magistratus aut dignitatis petitione versabantur: a tunica

candida quā per id tempus induebant siue ad denotandā integritatē: ꝙ sol⁹ hic color sincerus ac purus et minime inquinatus est: siue vt perspici ab omnib⁹ posset eos pecuniā nō habere qua ciues corrūperēt. Ire autem candidati per comitia solebāt suadendo rogādo submittēdo se oīb⁹ et nudato etiā corpore cicatrices ostendendo. Inde ꝑ translationē aliarum quoqꝫ rerum petitores sicuti a Quintil. candidatus eloquentię: a Ply. in panegy. candidat⁹ glorię ⁊ immortalitatis: a Hier. candidatus fidei nuncupaꝰ: ex quib⁹ ostendiꝰ candidatus cōstrui cū gtō: vt sit candidatus cōsulatus p̄ture: questurę: qui petit consulatū: preturam: questuram.

Candico. as. penultima correpta: candorē habeo: siue dealbo album facio. Plyn. lib. viij. Insignę ei in dextero latere candicans macula. Idem. Cuius radice vtuntur ad candicādos capillos. Hinc candicātia e. pro albedine. Ply. lib. xxxvij. Fictitię sacrificationis candicantiam fugiunt.

Candifico as. candidū facio. Aug. lib. xxj. de ciui. dei. De igne fulgido ꝙ certū suum fulgorem lapides coquendo candificet. Neui. Poliens sese ⁊ succis herbarum candificans cutem.

Candela a candore luminis dicitur. Hinc candelabrū in quo candelę figūtur. Sunt autem candelę quacūqꝫ constent materia scirpis/ teda/ seuo/ cera. Varro. Candelabra a candela in his enim funiculi ardentes figebātur. Mar. de candelabro corinthio. Nomina candelę nobis antiqua dederūt. Non norat parcos vncta lucerna patres.

Candebea pal⁹ fuit: de qua Ply. lib. vj. Pars ē inquit Syrię q̄ phenicę dr̄ finitima iudeę intra montis carmeli radices: paludē habens q̄ candebea noīaꝰ. Ex ea creditur nasci belus amnis.

Canus a. um. quod est senex: a candeo vt quidā putāt. Virgili⁹. Cana fides et vesta .i. antiqua: Vetustate enim canescimus. Cani vero substantiuū accipiūtur pro capillis albis pię senectute: vt est illud Cani eñ sunt sensus hominis.

Canicies et canitudo pro ipsa albedine. Plyn. Et ipsa iam canicie venerabilis.

Caneo canes canui: canus sum: a quo canesco: canus fio. Incaneo: incanesco: valde canus fio. Hier. libro. j. Re. Ego senui ⁊ incanui.

Canistrū et canister: fiscella: cista viminea. Virg. Cereremqꝫ canistris expediunt. Grece καναστρον. a in i. mutata. Palladi⁹. Salignis canistros fieri debere virgultis: q̄ genus hoc oleum diciꝰ adiuuare. Cui⁹ diminu. est canistellū ⁊ canistellus.

Canephora penul. cor. virgo dicitur quę more attico sacra in cistulis reposita capite sustinebat: cana eñ greci dicunt q̄ nos canistra et ꝑ diminutionē canistella. Vñ canephore appellanꝰ: quę sacra huiusmodi vasculis recondita capite ferebant. Cic. in vi. Verrinarū. Habe canephoras deoꝝ simulachra restitue.

Canis generis cōmu. anial latrabile: piscis marinus: signū cęleste ⁊ ludi talaris signū: quod vnū duntaxat punctū ꝯtinebat. Ideo dānosus erat. Prop. Semꝑ dānosi subsiluere canes. Persi. Damnosa canicula quantū raderet angustę collo nō fallier orce. Canis anial a canendo dr̄: ꝙ noctu in custodia ⁊ in venādo signū voce det. De hoc Colu. Quis hominū clari⁹ aut tanta vociferatione bestiam vel furem predicat q̄ iste latratu? Quis famulus amantior dñi? quis fidelior comes? quis custos incorruptior? quis excubitor inueniri potest vigilantior? quis deniqꝫ vltor aut vindex constantior? Canis sydus leporem fugientē sequitur: habet in lingua stellam vnā que ꝓprie appellatur canis: magna quidē et splēdida: in capite alterā quam nōnulli Siroon dicunt. Sūt ergo duo canes in cęlo: maior. s. et minor. Sed canem dicendo maiorem intelligimus. Minor enim canis canicula diciꝰ: quę quia integrū diem in ortu atqꝫ occasu canē precedit: a grecis procyon vocatur. Nam pro ante. κυων canem significat. Hęc etiā anticanis ⁊ sirius diciꝰ. Cice. Anticanē procyon graio qui noīe fertur. Oritur septimo calendas Augusti. Occidit sed non tota post dies. xl. Hęc stella canis ęstiuis mensibus in medio centro cęli est. Et qū sol ad eam ascenderit: ꝯiuncta cū sole duplicat calorē ⁊ dissoluunꝰ corpora ⁊ vaporanꝰ. Latine canicula diciꝰ. Vñ et ipsa stella dies caniculares dicunꝰ: quādo molestę sunt purgatiões. Dicta canis ꝙ corpora morbo afficiat: vel ꝓpter flammę candorem ꝙ eiusmodi sit vt pre cęteris lucere videatur.

Canicula diminutiuū a cane: cū est feminini gener. Et accipiꝰ pro signo cęlesti. Columel. lib. x. Cūqꝫ pacto solstitio vsqꝫ ad ortū caniculę: qui fere dies. xxx. sunt: Hinc Caniculares dies.

Caniculus catulus: a quo catellus diminutiua sunt a canis generis masculini.

Caninus a. um. qđ est ex cane. Ply. Sanguine canino nihil ꝯtra toxica p̄stantius est. Canini ꝓ dentes sūt post primores. Vide in dictione dentes.

Canatim aduerbiū significat ad similitudinem canis:

Canarius a. um. quod ad canē ꝑtinet: vt canaria lapa: q̄ canibus adhęret. Apud Ply. lib. xviij. Augurium canariū legiꝰ: ⁊ apud Atciū capitonē. Canario sacrificio ꝓ frugibus deprecādę seuitię causa syderis caniculę. Canatius ab Apuleio dr̄ in floridis ꝓ clara ceu p̄conis voce. Canatius inquit limā dabo vt ꝑ omes prouincias eat. Sed hoc a canādo .i. calando videꝰ dictū. Nā Var. scribit ꝯsuetudinis fuisse vt classicus in arce circūqꝫ muros canatum iret.

Canarij populi circa athlātē aphricę mōtē habitātes: ꝙ victus eius animalis his ꝓmiscuus sit.

Canicularis adiectiuū a canicula cęlesti signo dictum. Unde Caniculares dies.

Cano is. cecini cantū ⁊ canitū: a quo Hiero. formauit participiū cū in Apocalypsi inquit. Qui erant tuba canituri. Sed eius cōposita faciunt preteritum in ui diuisas syllabas. Significatqꝫ proprie canere voce modulari. Hinc canere poete dicunꝰ qm̄ ꝟsus rythmica ratione compositi sunt: et cantando ꝓnūciari ꝯsueuerūt. Virg. Arma virumqꝫ cano. Canere etiā is diciꝰ qui non tm̄ ore: sed q̄ fides organa ve pulsat: aut qui tibias inflat. Unde Canere receptui quod significat post cōflictum milites a pugna esse reuocandos recipiēdosqꝫ in tutū: quod fit cantu turbarum ⁊ clangore sicut canit bellicū cum initur ꝯflictus ⁊ milites in pugnā ꝓdeunt. Vege. Tubicines ad bellū vocant milites rursum receptui canentes reuocant. Sed quia veteres laudare ⁊ vaticinari versibus solebant: factū est vt canere ꝓ laudare capiatur. Virg. Regēqꝫ canebant. Et pro vaticinari. Idem. Ipsa canas oro. Quandoqꝫ pro p̄dicare ⁊ cū quodā vt exaudiri possit canore proferre. Mar. Quicquid fama canit donat arena tibi. Huius ꝟbi composita sunt Accino quod est ad aliquid vel iuxta cano. Concino simul cano. Circūcino. Excino extra vel valde cano. Incino intus cano. Intercino inter agendum cano. Occino siue occano ꝯuiciū facio. Percino canendo perseuero. Procino canendo ꝓfero. Precino p̄dico prediuino: ⁊ antecano. Recino rursus cano. Hora. lib. car. Quē deū cuius recinit iocosa nomen imago. Interdum significat in contrariū cano. Idē lib. j. carminum. Nunc ego mitibus mutare quero tristia dū mihi fias recātatis amica. Est et Succino qđ ē summissa voce cano. Et oīa habent penulti. cor. Hinc deducuntur infrascripta.

Canto as. frequentatiuū: a quo cantatio cantatus cantator ⁊ cātatrix. Cōposita mutant a in e. vt Accento as. vnde accentus. Concento a quo concentus. Occento ⁊ succento. Excanto vero incāto ⁊ recanto seruant a. Aliqñ tñ cantare ponit̃ pro incantare. Uirg. Frigidus in pratis cantando rumpit̃ anguis.

Cantito as. penulti. cor. frequentatiuū a frequētatiuo formatum. Augusti. Quales poetarum nostrorum carminibus cantitantur.

Cantus us. a cano fit: ⁊ ē inflexio vocis. Et ꝓ cantione cuiuscūq; rei dr. Uirg. Cantusq; dedere.

Cantio idem qđ cantus. Cuius dimi. est cantiuncula.

Canticum proprie est elegās et lasciuus cātus. Quintilian⁹ Sit poete lectio cum suauitate quadā grauis ⁊ non quidē prose similis quia carmē est: et se poete canere testantur non tamē in canticum dissoluta. greci canticū hymnū vocant. Itē psalmum. Sed ꝓprie hymnus dicit̃ qui voce naturali fit: psalmus qui aliquo musico instrumento.

Cantilena: cantici conmpositio.

Canor cantus ē elegantia quedā ⁊ consonātia quedā. Quintilia. Uocis rationem Aristoxenus musicus diuidit ῥυθμὸν καὶ μέλος ἔμμετρον quorū alterum in modulatione est: alterum canore ac sonis constat. Ouidius libro. v. me. Nec tamen ille canor mulcendas natus ad aures.

Canorosus a. um. q̄si sonorosus. Gel. Collectā coactāq; vocem et magis claros canorososq; sonitus facit.

Canon latine regula: a quo canonicus a. um. quod est regulare. Augusti. lib. iij. de ciui. dei. Quā solis obscurationem nō ex canonico syderum cursu accidisse satis ostendunt. Et canon interior scuti locus: quo brachia immittunt.

Canonizo as. latine regulo καὶ ἑλληνιστὶ κανὼν καὶ κανονίσματα.

Canopus penul. pro. ciuitas egypti distans ab Alexandria. c. xx. stad. ex qua ortū ferunt Claudianū poetam dicta q̄si canobus a Canobo Amycleo Menelai nauis gubernatore ibi sepulto. Nā deuicta Troia in egyptum vi ventorum delatus cum Helena gubernatorem ictu serpētis quē Hemorobida vocant amisit: in eiusq; memoriā vrbem condidit relictis ibi his qui ad nauigandum inutiles erāt. Hec salubris aeris benignitate homines allicit. Est ibi nili ostium quod canopicū vocant. Hinc Canopite. penul. pro. dicti sunt qui canopum habitant. Canopicus a. um. possessiuū a canopo. Uar. Nobis saperde videmur cum simus canopici.

Cantabri. penul. cor. Hispanie populi sūt in extremis lusitanis finitimi his qui tractū trans duriā seruant: Hi efferi sunt ⁊ nullā vitā sine armis esse existimant. De quib⁹ Sirius. Cantaber añ ois hyemisq; estusq; famisq; Inuictis. Et mox. Nec vitā sine marte pati quippe ois in armis Lucis causa sita est ⁊ damnatū viuere paci. Cātabrox regio cantabria dr. Suc. Domuit autē partim ductu: ⁊ partim auspicijs suis cantabriā. Hinc cantabrius a. um. Florus li. iiij. Tantā amplexus cantabriā efferā gentē ritu ferarum quasi indagine debellabat. Cātabricus. um. Suc. in Aug. Extrema bella duo omnino ꝑ se gessit Dalmaticum ⁊ cantabricū. Memorie ꝓditū est cātabros solitos canere peana leticie suffixos cruci ab hostibus. Cur aūt septētrionales sint ad arma promptissimi ruātq; in ferrū sine timore causa ē sanguinis abūdātia sicut docet Uictru. lib. vj. ecōtrario meridiani populi ꝓpē sanguinis exiguitatē timidiores sunt: ferro resistere sed ardores ⁊ febres sustinēt sine timore tñ corpora septētrionaliū a febri sunt timidiora ⁊ imbecilla.

Cantharus: penul. cor. ⁊ cū th. aspirato grecū: est quo significat̃ poculū qđ baccho tribuitur: sicut cyphus herculi a cantaro qđ erat nauigij genus. Ulp. scribit cantharos esse ꝑ quos aque saliūt. Et cātharus aial est cui⁹ femina nō inuenit̃. Col. lib. viij. Nā ⁊ alecula modo capta ⁊ cantharus exiguusq; gobio quisq; deniq; est incrementi minuti piscis maiorē alit. Et cantharus latine scarabeus dicit̃. Uñ cantharolethros locus est paruus in Thracia: in qua vnū hoc animal necatur ὄλεθρος pernities dicitur.

Cantharis idis. vel cantharida e. vermis terrenus viridis auri colore superlucens: ⁊ nascit̃ in summitate ramorū fraxini ⁊ oliue cuius succus in venas ingressus: vt venenū interimit: ⁊ humano corpori applicatus vesicas plenas humore facit. Oui. Cantharidū succos dāte parente bibas. Hiero. Ne magnopere glorieris: si facias quod scorpiones facere possunt ⁊ canthandes. Cantharides etiam ficorum vermiculi dicuntur ⁊ pyri et pinus.

Cantherius: equus cui testes amputati sūt qui ideo fit mansuetior. Uar. Et ideo ꝙ semine carēt ij cantherij appellantur: distatq; ab equo: sicut capus a gallo. Et Cantherij sunt q̄ a rusticis fere nominant̃ caballi: qr ipsos equos cantherios vocam⁹ q̄ subicij solent a fabris materiarijs: dū moles arborū secant. Item cantherij tigna dicunt̃ Uictru. lib. v. Et cantherij ꝓminentes ad extremā suggrūdationē: supra cantherios templa. Itē cantherius vt auctor est. Uar. mons est in sabinis. Et cantherius genus iugi in vinea dicit̃.

Canteriū vehiculi gen⁹: de quo Sene. epistola. lxxvij. Mar. Cato censorinus canterio vehebatur ethiopico. Col. lib. v. Si regionis conditio permittit deponemus hastilia quibus adnectuntur singule trāsuerse pertice in vnam partem ordinis quod genus iugi cantheriū vocant rustici. Idem. Is vt dixi canther⁹ ꝓpius a terra q̄ vitibus ordinarijs summittendus est. Hinc cantheriatus a. um. Col. lib. vj. Que pedaminibus adnixe singulis iugis imponunt̃ eas rustici cantheriatas appellant.

Canthus cū th aspirato: ferrum quo rote extremitates vinciunt̃. Persi. Uertentē sese frustra sectabere canthum. Hier. lib. iij. Re. Et axes carū ⁊ radij ⁊ canthi ⁊ modioli omnino fusilia. Canthos etiā greci angulos oculox vocant: seu palpebrarū pilum.

Canthes organorum fistule.

Canusiū Apulie oppidū vbi lana laudatissima fit que Canusina dr cui⁹ color est rutilus. vñ Canusinatus dicit̃ qui ē indutus canusina veste. Mar. Ut canusinatus nostro syrus assere sudet.

Cappa nomē littere grece ꝓ qua latini vtunt̃ c. Quo nomine greci vt Suidas docet cum malū hominem volunt ꝓuerbio signare vnum cappa: cū peiorē duo cū pessimū tria habere cappa dixerūt: volentes eum intelligi esse cretensem cilica cappadoca qui singularis fuisse improbitatis existimantur.

Capparis penul. cor. in Salomone fruticis genus est in oriente sile lentisco calide ⁊ sicce virtutis: nascitur precipue iin parietinis hoc est muris veterib⁹ et splenetičis ꝓdest. Seritur quoq; in locis siccis area circum effossa structis vndiq; aut ex natura ripis: aut ex artificio lapidū vt luxuriari permittatur. Colu. Capparis et tristes inule feruleq; minaces. Dicit̃ ⁊ cappar. Palladius. Hoc mēse mentha ⁊ pastinaca thymum ⁊ origanū ⁊ cappar. Suidas κάππαρις παρὰ τὸ ἐκ τοῦ κάμπου αἱρεῖσθαι τῆς λεβοτανῆς ὁ καρπὸς ὀνήσιμος.

Cappadocia pontica regio est vt scribit Solinus: que leuo latere vtrasq; armenias comagenemq; tāgens dextro multis asie populis circumfusa ad tauri iuga et solis ortus attollitur. Euphrates eam ab armenia maiore diuidit. Apianus minoris armenie partem Ptole. vero minorē armeniā esse scribit. Dicta Cap

padocia a cappadoce amne:ante Leucosyria vocata Unde cappadoces leucosyrii. Hinc cappadox ocis. pe.cor.pro eo qui est ex cappadocia. Luc.lib.ii. Cappadoces mea signa timent. Cappadocus a um.possessiuum. Persi. Nec sit prestantior alter cappadocas rigida pingues clausisse catastas. Suidas καππαδοκι ακρηϲω και κιλικια.

Caper mas inter capras castratus. Mar. Dum iugulas hyrcu factus es ipse caper. Nam Virgi.improprie caprum pro hyrco posuit cum dixit: Vir gregis ipse caper: sicut etiam improprie bruti alal viru appellauit. Ponit tamen qnq pro masculo caprarum: et Aries pro masculo ouium dum sunt adulti nec tamen coierunt. Nam qui minores sunt inter capras hedi inter oues agni dicuntur. Sed qui post calendas Augusti concepti sunt vocantur socordes. Et dicit caper siue capra a carpedis virgultis. Rodit em omne virgultum: et in primis vites: propter qd baccho imolari caper solebat. Est et caper nomen propriu grammatici.

Capra quasi carpa qp virgulta carpat vt qp capter aspera vel a crurum crepitu. Unde et crepas eas antiqui vocabant. Sunt aute capre domestice: Capree silue stres. Et capra a capro. Caprea a capreo licet non sit in vsu. Cuius diminutiuu est capreolus. Similiter capellus a capro: capella a capra diminutiua sunt.

Capreus caprea capreu: quod ex capro siue capra est: vt pellis caprea.

Caprinus a um.idem qd capreus vt caprinu seuum.

Caprilus a um: idem quod caprinus: sicut ab oue ouillus. Var. scribit stercus caprillum et ouillu et asininu tertio ordine in agris ponendum.

Caprarius capru custos.

Caprea penultima correpta: animal silueftre quantum ad greca vocabula nomen a videdo atq clarius aspiciedo inquit Hiero. sortitu est. Nam natura sua habet vt non solum ipsa videat: sed pspiciat acerrime: sed et aliis visum prebeat. Asserunt em hi quibus medicine peritia est: huic animali intra viscera humore quenda inesse qui caligine depellat oculor et obtusiores quoq visus exacuat. Caprearu genera copluria enumerat. Pli.lib.viii. Est Dama que raro mansuescit nebros etia appellata. Sunt Ibices mirie pernicitatis. Sunt Rupi capree. Sunt Pigardi. Sunt Origes soli contrario pilo vestiti: et ad caput verso. Sunt Strepsicerotes et platicerotes hi a cornibus latis: illi a contortis nomen adepti. Est et caprea vitis dicta: vt inquit Var. qp pariat capreolum. Et capree insula vltra Surentum campanie vrbem circiter octo milia passuu nobilis coturnicum multitudine q ex Italia volates illic principio autuni capiuntur

Caprari custos seu exercitator caprarum sic et capraria.

Caprimulgi: aues sunt merule aspectu aliquanto grandiores fures nocturni interdiu non videntur: nec ipsi vident: intrant stabula caprarumq vberibus propter succum aduolant: qua iniuria emoriunt vbera. Hos Arist. a capraru mamis Aegotelas vocat.

Capraria insula in mari tusco seu ligustico capris abudans qua greci Aegilon dicunt.

Capreolus cu accentu in antepe.aial siluestre diminu. a capreus. Vir. Preterea duo nec mihi tuta valle reperti capreoli. Est et capreolus coliculus intortus in vitibus vt cincinn. Is em vites capit. Unde et a capiendo capreolus est dictus: greci hunc helicem nri etia papinu et clauicula appellat. Et capreolus vt li. xii. Col.author est genus est bicornis ferrameti.

Caprigenus a um penultima correpta: qd est ex caprarum genere.

Caprile penultima producta locus vbi capre seruantur sicut ouile vbi oues.

Capricornus: celeste signu qd pana fuisse existimat qui posteriore parte in effigie piscis: priore vo in forma hirci comutauit. Cuius ingeniu admiratuIoue ferunt hac figura in celu transtulisse. Stellam habet in naso: in pectore duas: in pede duas: inter scapulas septem: in ventre sex: in cauda duas.

Caprificus pe.cor.a carpedo qp parietes ac muros carpat. Mar. Marmora messale scindit caprificus. Est em e siluestri ficus genere: nullo vnq tempore maturescens que fere ruptis saxis solet erumpere. Teren. in Adel. Illic etiam vbi caprificus magna est. Caprifici etia appellati sunt caniculares dies: qp eo fere tempore liberi simul atq ancille sub arbore caprifico sacra faciebant.

Caprificatio a Pli. vocat in arboribus quoties illaru cortex p ver cultello findit vt comodius pruinpat arbores atq crescant similitudine caprifici que ruptis muris intumescens exit. Sunt tn qui ea sacrificatione magis appelland a censeant.

Capero as: pe.cor.fronte rugis contraho et asperitate vultus ostendo: qd a crispis capror frontibus vel a cornuu caprinor similitudine tractu est. Unde et caperatu rugosum dicitur. Plaut. Quid illud est qp ille caperat fronte seueritudine.

Caphareus Euboie mons altissimus versus hellespontum ad que plurima grecorum classis afflicta est propter Palemedis nece. Un et caphareu mare dictu.

Capis idis: poculi genus a capiendo: cuius diminuti. est capidula. Capis vero is: nomen est ei qui capua edificauit. Virgi.lib.x. Et capis hinc nomen capuane dici vrbis: de quo dicteus cretesis et dares phrygi Itē interpres quinti calabri poete lib.xii. qui cu maiestate Homeri videt quasi contedere.

Capio is: cepi captum significat accipio. Virg.lib.iiii. Georg. Cape sacra manu: cape robora pastor. Sed differut quia capere efficu effectu. Acci pe cu quis no sic accipit vt habeat. Ideo et Vlp. scribit non videt quis cape qd est restitutur. Et cape est sponte vel no sponte. Accipe tantu sponte. Unde dicimus cepi labores: cepi molestia: cepi vel suscepi inimicitias: accepi calamitate/clade/contumelia/vulnus. Vale.max. Ut no coactus ensem accipe: sed sua sponte sumere videret. Habet interdu reciproca vsum: vt ide sit cepi voluptate et cepit me voluptas. Quadoq capere est delectare/inescare/irretire ex traslatione ferarum venatusq. Hora. in ser. Te coiunx aliena capit: meretricula dauum. Quandoq propiciari. Lucr. lib.ii. Nec bene pro meritis capitur nec tangit ira. Qnq decipe. Virgili. Captiq dolis: lachrymisq coacti. Qnq eligere. Teren. in Hecy. Cu illu gnatu cepimus. Quadoq ppeti: vt apud eunde in Heau. Dux abs te absum omnes mihi labores quos cepi leues. Qnq tenere: vt in Eu. Dii boni quid turbe: edes nostre vix capient. Quadoq detinere occupare. Cice. Nauem quada piratarū preda onusta cepere. Var. Quid hic venator non cepit? Hinc vincti captiui dicunt qp no sui iuris sint/sed in potestate allor redacti Quonia aute qui ita capti sunt non sunt amplius sui iuris/sed libertate priuati sunt. Ideo captos quadoq pro priuatis siue impeditis accipimus. Hinc mente capti dicunt amentes: hoc est qui mentis compotes non sunt Capti oculis qui officio oculorum priuati sunt. Et capere est amore accendere. Unde capti amantes dicuntur. Lucil. Ne aspectu et forma capiare aliena. Multa alia significat pro diuersitate rerum cu quibus iungit: vt cape manu est coprendere. Capere oculis videre. Capere auribus audire. Capere mente intelligere. Cape psilio eligere. Capere astu vel dolis decipere. Capere cantu aut voluptate delectare. Virgi. Carmina quo capte. Capere consiliu est deliberare. Cice. Cum autē consiliu hoc prin

ceps cepisset. Capere rationẽ est modum inuenire. Plaut. Rationem cepi vt ⁊ amãti obsequerer: ⁊ patrẽ non offenderẽ. Et Capere facere. Teren. Non si capiũdos mihi sciam inimicos omnes hoĩes. Hui⁹ verbi cõposita sunt Accipio: a quo preaccipio: concipio/decipio/excipio/incipio/intercipio/ pcipio/ precipio/recipio/suscipio/ ⁊ vsucapio: quę ci syllabã cor. habent. Deriuata sunt quę sequũtur. Et pręterea Anceps. Forceps Princeps.

Capto as: frequẽtatiuũ a quo Captito aliud frequentatiuũ licet nõ significent frequẽter capere: sed blandicijs: illecebris ⁊ huiusmodi aliquid venari: vt hic obsequẽdo captat aurã popularẽ. Mar. Capto tuã pudet heu sed capto maxime cęnaz. Tu captas alias iam sumus ergo pares. Hinc captator venator ⁊ captatio venatio. Cice. Captator ille popularis aurę. Aliquãdo captare capę decipere. Mar. Si captare feras aucupis arte placet. Cice. Captatio calliditas insidię: fraus.

Capesso is ssi ssum: ẽm Dio. vel capessiui itũ ẽm Pris. verbum actiuũ: Nam dicimus Capesso capessor/ ⁊ significat capio/siue ad capiendũ eo. Sal. lib. ij. histo. Diuersa vti solet rebus pditis capessiuit. Liui. lib. j. tñ pro capio posuit. Ergo vt segregaret pugnam capessit fugam. Similiter Apul. Dum simul illi ⁊ gratias agerem et dona capesserem. Virg. Pro exequẽdum suscipio Mihi iussa capessere fas est. Plaut. in Asi. pro imitto. Quoniã magis in altum te capessis tam ęstus te in portum refert. Idem in Amp. pro recipio dixit. Nunc pergam hera imperium exequi: et me domũ capessam.

Captiuus dicĩ quasi capite diminutus qui ingenuitatis fortuna excidit cũ nõ sui iuris sit: sed in aliorũ potestatẽ redactus. Hinc captiuos as: qđ est captiuũ facere. Captiuitas ipsa detentio: grece autem αιχμαλωτοσ αιχμη και αιρουμαι ειλομην.

Captus a um participiũ eiusdem significãtię cum suo verbo. Et quãdoq pro priuato siue impedito ponĩ Unde mente capti: capti oculis qui officio mẽtis vel oculoꝝ priuati sunt. Et capti dicunĩ amatores a trãslatione ferarũ. Teren. Captus est pro eo qđ est tenetur ⁊ irretitur.

Captus us: sors intelligĩ. Teren. in Adel. Pręterea vt captus est seruoꝝ nõ malus hoc est vt se habet seruoꝝ conditio sicuti exponit Do. Aliquando Captus deceptio cuius dimi. est captiũcula quę ⁊ captio dicitur. Itẽ Perceptio qđ homo capere potest. Sene. Quod captu quidẽ difficile est: sed facile memoria retinetur. Unde et pro capaci ponitur quãdoq Cice. lib. ij. Tusc. Gręci prudenter vt est captus hominuz id est tam prudentes ꝙ capax prudentię est hominuz natura. Apul. dixit supra captum cogitationis ꝓ eo qđ est supra ꝙ quispiã cogitatione capere ⁊ cõplecti possit. Item delectatio. Cice. Non possum abduci ⁊ suscipere e pecunia captum.

Captio ipse actus capiendi seu decipiẽdi: seu id per qđ quis capitur: cuius diminutiuũ est captiuncula. Gel. Quid autẽ legis istius propugnatores in illa captiũcula faciẽt in qua hec esse necessum est.

Captiosus a um: qđ capit seu decipit: ⁊ dolis plenum est. Gel. Non esse captiosis questionibus respondendum. Hiero. cõtra Vigi. Captiosa est ista ꝯclusio.

Captura detentio. Unde in euangelio legitur. In captura piscium.

Capax quod aliquid capit: seu continet aut continere potest. Eius contrariũ Incapax.

Capsa a capio ꝙ res in se recõditas capiat vel ακαμπτω quod est curuo: cuius diminutiuum est capsula: a quo capsella. Hiero. lib. j. Regũ. Uasa aurea quę exoluistis ei pro delicto ponetis in capsellã sed tamẽ quid sit capsa ⁊ vnde dicatur Suidas noster ita scribit καταλεγεταικυριοσ κισηκαι θηκη

Capsarius qui mercedis gratia seruãda in balneis vestimenta suscipit: custos capsarum. Et capsarius qui portat libros. Augu. in ps. interpretatione. Modo nobis seruiunt Iudei tanꝙ capsarij nostri qui studẽdentibus codices portant.

Capsus: carruca vndiq tecta.

Capsaces pe. correpta: lechytus oleiq vas. Cypria. libro. ij. episto. Fidelia farris non deficiet: ⁊ capsaces olei nõ minueĩ. Sic Hiero. ad Eusto. Uidua sareptana ipsa cum filijs nocte moritura: prophetam pascit esuriẽtem ⁊ mirum in modũ capsace cõpleto q̃ alendus venerat alit.

Capedo pe. pro. dicĩ spaciosum aliquid ⁊ rei alicuius capax. A quo fit intercapedo ⁊ discapedino as: ⁊ diminutiuũ capedũcula. Capedũculas ꝓ numę accepit. Cice. pro vasis vel armarijs traditionũ eius.

Capula vas vinarium quo veteres vtebantur: ꝙ facile capi posset. Uar. Capis ⁊ minores capule a capiẽdo nominantur ꝙ ansatę sint.

Capulator qui capulis oleum deplet.

Capulus ⁊ capulũ dicĩ quicquid rem aliquã intra se capit. Col. lib. v. Neq eñ cãterius ęditior esse debet pedali altitudie: vt sit q̃ teneri adhuc pãpini capulis suis ꝓlixius illigent. Unde ⁊ id quo mortui efferunĩ Capulus dicitur ⁊ Sarcophagum. i. sepulchrũ Capulum dicĩ ꝙ corpora capiat. Apul. lib. iiij. me. Ibi capulos carie ⁊ vetustatę semitectos quibus inhabitabãt puluerei ⁊ cinerosi mortui passim a futurę pręde receptacula referamus. Et capulus manubrium gladij ꝙ manu capiatur. Virg. Capulo tenus abdidit ensem. Sueto. in Calig. Uenũ inquit veniam et hic mecũ capulũ gladij crebro verberãs q̃ cinct⁹ erat

Capularis senex. i. capulo intimus vel morti cõtiguus et mox capulo efferendus. Reumq capularem dicebant ꝙ capulo dignus esset.

Capulũ nodi gen⁹ in fune q̃ indomita iumẽta capiunĩ.

Capistrum capitis vinculum quod equis ⁊ huiusmodi animalibus adhiberi solet ne fugiant. Mar. Paret purpureis aper capistris. Colu. lib. v. vitibus attribuit cum inquit. Quare cum ad summũ palum recta vitis extẽta est capistro constringitur: ne fętu grauata subsidat curueturq. Et capistrũ dicĩ qđ circa os brutoꝝ inuoluiĩ ne cibos decerpant.

Capistro as: capistruz impono. Pli. Si inter arbores vitesq arcĩ fiscellis capistrari boues oportet: ne germinũ tenera decerpant.

Capisteriũ genus vasis rustici. Quod tamẽ vt Georgius Merula inquit Schaphisteriũ melius dicĩ.

Caput dĩ totũ illũ qđ collo sustẽtaĩ. Inde dictũ ꝙ ab eo initiũ capiãt sensus ⁊ nerui. Partes capitis distinguũtur. Nã eminentior pars vertex appellatur. Tũ corona capitis diuidiĩ in frontẽ anteriorẽ ⁊ occiput posteriorẽ partẽ: media vero sunt tẽpa quibus aures inherent. Aliqñ caput dicitur origo ⁊ principiũ. Virgilius. O latij caput horum et causa malorũ. Item caput vocatur prima summa in pecunia: a qua fęnus aut alius questus fit veluti rei principium. Sed hãc etiã sortẽ dicũt. Et caput initia parua in libris: qđ capitulũ apud vulgares dicĩ. Gel. Quod in capite superiore a Critolao scriptũ esse diximus. Composita a caput sũt occiput ⁊ syncipur: grece απο του κρατειν λεγουσι κρασ κρατοσ.

Capitis diminutio est prioris status pmutatio: Cuius tria sunt genera: vt scribit Paul. Maxima minima media. Tria eñ sunt quę habemus libertatẽ/ciuitatem/familiã. Igitur cũ hęc oia amittimus: maximam esse capitis diminutionẽ vt est deportatio. Cum ꝓo amittimus ciuitatẽ et libertatem retinemus: mediaz

esse capitis diminutionem: vt est in colonias latinas transportatio. Cum libertas et ciuitas retinetur: familia tm̄ mutatur minimā esse capitis diminutionez constat velut est adoptatio.

Capitulū diminutiuū: significat paruū caput. Plaut. Meū capitulū me⁹ ocellus. Terēt. O lepidū capitulū. Aliqñ dr̄ initiū sentētie: ꝙ principia sententiaꝝ ꝑ metaphorā etiaz capita vocantur. Item capitulū dicitur caput columnarū. Pli. lib. xxxvi. Proximū columnis spire subdite ꝛ capitula addita.

Capitellū diminutiuū est a capitulū: qđ mō significat paruū caput. i. grossiorem summitatē cuiuscūq̄ rei. Pli. Herba impia vocat̄ rorismarini aspectu thyrsi modo vestita atq̄ capitata. Inde ramuli assurgūt sua capitella gerētes. Et capitulū dicitur Epistyliū id est caput colūnarū. Nam basis inferior pars est. Hoc et capitulū vocatur: grece βασισ.

Capitulo as: capitulū appono. Unde capitulatū dicit̄ qđ veluti capitulum quoddā in summo habet. Pli. Folia bouis: lingue similia: minora subcandida ꝛ in cacumine capitulata. Capitulare etiā est ꝑ capita distinguere. Et capitulata dicuntur scripta que per capita distincta sunt. Unde ꝛ Recapitulare est breuiter que dicta sunt per capitula recensere.

Capitatus a um: qđ in caput latius crescit. Unde capitatū porrū. Col. lib. xi. Cultus aūt porri capitati assidua sarritio et stercoratio est. Itē capitata vinea ab eodē dicitur sicut ꝛ brachiata.

Capitosus a um: qđ magnū caput habet. Interdū dicitur qđ est duri capitis q̄ et ceruicosus appellat̄.

Capitale et per Apocopē capital dicit̄ facinus qđ capitis pena luitur. Plau. in Mene. Tāetsi capital fecerit facile asseruabis. Nonius docet capital esse capitis periculū. Var. vero fasciolā qua capillos nectimus Capitalis homo non solū pro scelesto qui est dignus puniri capite: vt apud Ci. lib. v. Phil. Ad quēdam septimū capitalē hominē collegā suū miserat sꝫ etiā qui est prompt⁹ ad cedē vt idē Trebatio. Tres viros vites censeo. Audio capitales esse. Capitalis oratio. Cice. i. offi. Capitalis oratio est ad equationē bonorū pertinens. Capitalis ira ab Hora. dicitur ꝓ mortifera. Capitale odiū. Capitalis morb⁹: ꝙ caput et vitā hominis petant. Capitalis locus dicebatur: vbi si quid violatū erat capite violatoris expiabat̄. Capitale pactū. Capitale vitium. i. ꝓpter qđ debeat quis ad penā capitis peti.

Capite censi dicebant̄: qui in plebe Roma. per q̄ paruo aut nullo ere censebantur: a censione capituz ꝙ solis capitibus censerentur: quibus proletarii nomen impositū a munere officioq̄ ꝓlis edēde ꝙ cum re familiari parua minus possent rempu. iuuare: sobolis tm̄ gignende copia ciuitatē frequētarent.

Capitolium locus Rome sic dictus a capite hominis ibi reperto dum foderent fundamēta. Ante eīm Tarpeius mons dicebatur a virgine vestali Tarpeia: q̄ ibi a sabinis necata atq̄ sepulta fuit.

Capitolinus fuit cognomen eius qui caput inuenit: cū capitolium extruendū esset.

Capitium capitis tegmen a capite. Alii a Capio: ꝙ capiat. i. comprendat pectus. Var. de. vi. pa. Tunicas nec capitia nec strophia.

Capidulum idem qđ capitium.

Capillus quasi capitis pilus q̄uis ꝛ pro omni pilo sumatur. Oui. Quot sunt mentula: quos habet capilli. Capillus veneris herba sic dicta ꝙ delapsos post alopeciā capillos recreat: siue ꝙ capilloꝝ fluores coercet.

Capillo tenus significat vsq̄ ad capillos.

Capillare est capillos facere. Pli. Polithrix in viridi capillatur: sed defluuia comarū facere dicitur. Unde capillatus ta tum: quod crines longiores habet. Cicero. Capillatior solito.

Capillamēta quandoq̄ capilli dicunt̄. Apul. lib. ii. de asi. Tanta est capellamēti dignitas: vt q̄uis auro veste gēmis omniq̄ cetero mūdo exornata mulier incedat tñ nisi capillū distinxerit: ornata non possit videri. Pli. lib. xxi. Herba croci est folio angusto pene in capillamenti modū. Transfertur quoq̄ ad herbas ꝛ arbores. Col. lib. v. Qui nō solū in eo errabant ꝙ primi anni capillamenta seminū intacta patiebātur: sed post bienniū cum viui radix recidenda erat: omnem superficiē amputabāt solo ten⁹ iuxta ipsum articulū.

Capua a caporū latitudine: in quibus sita est dicta est vt inquit Cice. Liui. a Capy Samnitū duce qui lingua illa falco a pede introrsus curuato vocatam ait: sub cuius augurio credit̄ condita. Vir. a Capy enee cōmilitone qui eā condidit. Strabo ꝙ esset. xii. vrbiū caput hec est ipsa duodecima reliquis. xi. q̄ esset dictā existimat. Quidam a capacitate: ꝙ omnem vite fructum capiat. Eustachius etiā ab vrbe cui nomen campus esset vel a cāporū planicie abundātia: vt Diod. qui. M. Genutio ꝛ Agrippa Curtio Chilone. Cos. exedificatam eam tradidit: Ab hac ea regio campania dicta est a qua campani.

Capus ꝛ Capo. Varro. Ex gallo gallinaceo castrato fit capus.

Capnos: latine fumus. Quo nomine dicta est etiā herba nascēs in segete hordeacea q̄ lachrymas vt fum⁹ ꝓuocat. Hinc acapna dicta sunt ligna sicca q̄ sine fumo ardent. Et vinū capnias hoc est fumosum.

Caprone iube seu come in fronte deuexe quasi a capite prone. Lucil. lib. vii. satẏ. Aptari caput atq̄ comas fluitare capronas altas frontibus immissas vt ...os fuit illis.

Caprunculū vas fictile sic dictum ꝙ capax sit.

Capena penulti. pro. oppidum vicinum Rome iuxta fontē egerie. Hic capenas tis: ē ꝛ capena porta Rome a capena vrbe quā italus rex edificauit: vt inquit Soli. Hec etiā porta apia dicta est per quā capuam itur: vt Frontinus libro de aqueductibus testatur.

Carambis promontoriū magnum a septentrione porrectum arietine frontis habens formā qđ longo spacio pelago incumbens scythice obiectum peninsule carinā pontum bimarez videtur efficere. Dionysius Libyc⁹ αει προσ βορεην τε και αντολιην οροωσ αι μεσσαι λεγθα καί εγθα λυω ανεχουσι κολωναι η μεν υπερ νοτιη την τεκλειοισ καραμβιν. Et Eustachius eiusdez interpres multa scitu dignissima.

Carabus penultima correpta: genus piscis.

Carbasus pe. cor. generis femi. ſm Priscianū. generis mascu. ſm Phocā. Probus vero ꝛ caper dicūt esse mascu. ꝛ femi. in singulari neu. vero in plurali genus lini est mire tenuitatis in Hispania primū repertum vt scribit Pli. Ex carbaso fiebant vela nauium que ꝛ ipsa carbasa dicuntur. Cice. de suppli. Taberna carbaseis intēta velis. Carbasinis vestibus indi et arabes corpora velant: que sunt auro purpuraq̄ distincte. Curtius vero docet carbasum esse pallium quo femine amiciuntur opulentie causa: vt serico aut tenui lino. Vale. Max. lib. i. Maxime vero virginis Aemilie discipula extincto igne tutā ab omni reprehensione veste numen prestitit. Qua adorante cum carbasum quem optimū habebat foculo imposuisset subito ignis emicuit.

Carbo dicitur cum extincta fuerit pruna. Persi. Illa prius creta mox hec carbone notasti. i. nigro ꝛ extincto. Aliquando dicitur carbo cum est ignitus. Pli. lib. xviii. Et cum cinis in foro concrescit: ꝛ cum carbo vehementer perlucet. Grece Anthrax dicitur. Est et carbo viri cognomen.

Carba ventus aphrycus dicit a Victr. nsi naute carbi nā nominant quē libicū hodie vel rura vocant.

Carbūculus paruus carbo et carbunculus tuber seu vitium ex inflāmatione proueniens. A candenti carbone dict⁹ propter inflāmationē. De hoc Celsus. Nō aliud carbūculo peius est. Eius he note sunt rubor est: supra quē non nimium pustule eminent maxime nigre: interdū sublivide aut pallide. In his sanies esse videt: infra colorem niger: ipsum corpus aridum et durius quā naturaliter oportet. Preterea carbunculus vitiū est in vitibus atq̄ arboribus cum quodam quasi vredinis carbone vue et fructus vruntur. Terra enim sole pferuet: ita vt radices satorū cōburat. Pli. lib. xviij. Plerique dixere rorē inustū sole rubiginis causam esse et carbunculi vitibus. Solet id accidere vuis tertio et sexto Idus Augusti sub decretorio illo sydere qd caniculā appellant. Varro lib. j. de re rust. vbi terrarum genera diuidit ait. Lapis marmor rudis arena sabulum/ argylla/ rubrica/ creta/ carbunculus. Pli. Sic affligit et vitem carbūculus que terra ita vocat. Est et carbunculus gēma propter colorē q̄ sit ignit⁹ vt carbo: cuius fulgor nec nocte vincitur: adeo vt flāmis ad oculos vibret. Signit in libya apud troglo ditas. De hoc Hiero. Pli. lib. xxxvij. Principatū habent carbūculi a similitudine igniū appellati cū ipsi non sentiant ignes. Unde et a quibusdā carbūculi dicuntur Apyraste. Sumitur quādoq̄ carbūculus pro terra vbi tesselle lapidee et nigre reperiūtur. Palladius in Januario mēse Carbūculus nisi stercoretur macras vineas reddit. Pli. lib. xvj. Maximeque sabulum humidū aut carbūculū aut tophaceā formā.

Carbunculare est carbūculum pati. Pli. lib. xxiij. Succus eorum carbūculantibus circa oculos vlceribus excrescentibus et pustulis efficax. Et carbūculare est more carbonum fieri. Idem libro. xij. Verum et his sua iniuria est: atq̄ celi intēperie carbunculant fiūtq̄ semina cassa et inania.

Carcedon penul. pro. grece carthago dicitur. Inde carchadonius carthaginensis. Unde a Plauto dictum est. Carchedonius vocatur hec comedia latine penulus. Et carbūculos auctore Pli. carchedonios vocauere propter opulentiā carthaginis magne. Dicta carchedon a carchedone conditore cuius meminit Appianus. Sed vulgatior fama est conditam fuisse a Didone Eustachius multa in Dionysio Suidas καρχηδὼν ἡ ἀφρικὴ ἐξ ἧς ὡρμᾶτο ὁ μέγας κυπριανὸς ταύτης κιτίου καθεῖλεν εἰς ἔδαφος ἡ μετὰ τὸν πρῶτον συνοικισμὸν ἑπτακόσια ἔτη κρατήσασα τῶν περιοίκων.

Carcer locus in quo seruantur noxij vel vndecūque quis exire prohibetur quasi coarcer a coercendo vt docet Varro q̄ vincti in eo custodiuntur et prohibentur exire. Est enim custodie locus qui grece philaca dicit. Unde et in circo vnde emittebant equi carceres sūt appellati q̄ coerceantur equi ne inde exeant anteq̄ magistratus signū miserit. Et licet quidā dicāt in singulari tantū significare custodiam publicam in plurali currentium equorū repagula vel funes qui equis ad metam currere volentibus opponuntur. Cice. tamē vtrūque indifferenter posuit. Nam in Cato. sic inquit. Nec vero velim quasi decurso spacio ad carceres a calce reuocari. Et lib. iiij. ad Heren. Quasi si quis ad olympiacum cursum venerit et steterit vt emittatur impudētesque illos dicat esse qui currere ceperint ipse intra carcerem stet. Quod autem carcer pro facinorosorum custodia a coarcendo dicat: patet ex verbis Liuij lib. j. scribentis. Cum in tanta multitudine hominū discrimine recte an perperam facti confuso facinora clandestina fierent: carcer ad terrorē increscentis audacie media vrbe imminēs foro edificatur. Carceres tamē interdum pro furibus seu captiuis poni solet.

Carcerarius a um: quod ad carcerem pertinet. Plautus in Cap. Aegre mihi est hunc questum facere carcerarium.

Carcinus penultima correpta carcer animal et signum celeste. Vide in dictione cancer. Luca. xiiij. Terge minus chiron. Et idem. Quod carcinus ardens humidus egroceros.

Carcina ciuitas est a qua sinus carcinites vbi et carcinitus amnis vt auctor est Ptolemeus.

Carcinoma atis: penul. cor. cancer morbus. Pli. lib. xx. Aqua quoque eius decocta neruos articulosque mire iuuari si foueant vlcera et recētia et vetera carcinomata que nullis aliis medicamentis sanari possunt. Cato de re rust. Et si quid in māmis vlceris natum et carcinoma/ brassicam tritam opponito: sanum faciet Celsus tria facit eius genera. Primū cacoethes cum vlcus quidem pressum est: sed que circa sunt intumescunt. Secundū sine vlcere. Tertium quod thymiū vocat. Grece carcinus dicitur.

Cardia latine cor. Inde Cardiacus et Cordiacus ἀπὸ τῆς καρδίας id est a corde: siue ab ore stomachi quod cardiam quoque greci vocant: non q̄ passionem illam cor sustineat sed stomachus: et periculum sit ne cor attingat. Cor. Cel. Cordiacus morbus ex nimia imbecillitate corporis et languente stomacho sudore nimio nascitur. Iuue. Cardiaco cyathum non porrecturus amico. Est et Cardia nomē vrbis in thracia a cordis similitudine vocata. Solinus. Cardia q̄ in cordis facie sita sit dicitur.

Cardinum penultima correpta: herba suauis odoris a quibusdam Nasturtium dicitur.

Carduus herba vulgo nota: a qua carduelis auis appellata est.

Carduelis auis parua: a capite rubro alis luteis albo nigroque distinctis dicta q̄ carduorum semine pascatur.

Cardo inis dicit quasi cor ianue quo. s. illa mouetur. Nam vt animantia motum a corde suscipiunt: ita fores a cardine. Virg. Foribus cardo stridebat ahenis Hinc apud Romanos dea Carna quasi cardina fuerat. Cardines etiam dicunt altissime celi partes quas greci polos et latini vertices etiam dicunt a similitudine eorum circa quos value voluūtur. Ponitur interdum cardo pro oportunitate. Virgili⁹. Haud tanto cessabit cardine rerum. Quod Ser. inde tractum existimat: qd in prouerbio dicitur. Res in cardine est. Et circa id verti cardinem dicimus: in quo summa rei est. A cardo fit cardineus a um: et cardinalis et hoc cardinale que pro precipuo poni solent. Cardinales circa quos fides christi vertitur.

Careo es carui et cassus sum caritū et cassum secundum Pris. Et est proprie carere rem desideratam nō habere. Inest enim velle et desiderare in carendo. Et carere in bono dicitur non in malo. Et proprie videtur esse de his cōmodis que olim possedimus quibus indigem⁹ Nam qui priuatus est nec vnquam regnauit satis recte non potest dici carere regno: cum id elocutionis genus pertineat ad eos qui olim fuerūt reges: et postea regno expulsi sunt. Quod accidit tarquino superbo. Construitur hoc verbum cum ablatiuo: licet cum accusatiuo iunctum inueniatur. Plaut. in Mene. Dare vna opera pensum postules: inter ancillas sedere iubeas lanam carere. Quod est a carēdo q̄ eam tum purgant et deducunt vt careat spurcicia. Ex quo carminari dicitur. Differunt enim ab inuicem Careo et Indigeo: q̄ indigemus necessariis vt vacemus litteris. s. pecunia et liberis. Caremus vero non indigemus honoribus/ dignitatibus et huiusmodi: que nō sunt necessarie et tamen vellemus. Et caremus multis seruis quibus eis non indigeamus. Improprie tū

dicimus Careo damno: careo culpa: careo febre: significare volentes me non febricitare. Est enim Acyrologia.i.improprius sermo. E cōtrario dicimus habere febrem cum illa nos habeat.

Carex femi.generis herba acuta et durissima: similis asparago. Virg. Et carice pastus acuta.

Carectum locus caricibus plenus. Idem. Tu post carecta latebas.

Caries vetustas vel putilago. Lucil.lib.vij. Ne auriculam obsidat caries ne vermiculiq;. Auso. Si tineas cariēq; pati te charta necesse est. Sunt qui cariem interpretentur vermiculū illū qui ligna rodit: et vulgo carolus dicitur. Col.libro.xij. Omnis materia in edificia succidi debet luna decrescente: ab vigesima vsq; in trigesimā: q2 sic cesa iudicatur carie non infestari. Pli. Cedri oleo peruncta materies: nec tineam nec cariem sentit. Idem pro carolomento lib.xij. accepisse videtur cū inquit. Celeriter ea cariem sentit. Hinc cariosus a um: qđ est carie plenum.

Caras nomen propriū regis qui regioni carię nomen indidit. Cares vero dictus est Statuarius Lisippi discipul9. Cares numero plurali populi a caria. Cares sū minoes fuerūt ⁊ tūc lelegees dicebant ⁊ insulas habitabant postea facti sunt continētis habitatores multaq; maritimę ore ⁊ mediterranee occupauerūt

Caria regio minoris asię inter Lyciam ⁊ Joniā Strabo Cariam a Borea Meandri flumine clausit ab occidenti Icario ⁊ myrthoo pelago a meridie rhodiēsi Ab ortu lyciis et alijs gentibus magnāq; tauri montis partē in Caria conclusit: omnē oram rhodiam ei attribuens: quę meridionalis est. A Cara rege: qui primus auguria auium dicit inuenisse. Cuius populi cares dicti: qui peculiariter fūt barbari noiati. Carię olim imparauit mausoleus in qua Halicarnassus metropolis fuit: ⁊ mausoleū illud celebratissimū quod inter septē spectacula numerari solet.

Carra ciuitas Arabię ad rubrū mare a qua carrei dicti sunt popli. Pli. Carreis latissimos ⁊ fertilissimos agros: ab oppido arabię qđ carra dicit.

Carre carrarū ciuitas Mesopotamię trans edessam Crassi ⁊ Romani exercit9 cruore nobilis. Unde Lucan9. Assyrias latio maculauit sanguine carras. Est ⁊

Carrus et carrum vtroq; modo dicitur: a cardine quattuor rotarum: vel q2 currēdo sonet. Cesar. Inter carros impedimētaq; prēliū cōmiserūt. Hircius Pompeius ea die per uiarum angustias carra complura multasq; lanistas retraxit.

Carrucha pe.pro. genus vehiculi.i.currus. Hinc carrucharius: qui carruchas agit.

Carrucarius a um: quod ad carrucam pertinet. Pompeius. Plerasq; mulas carrucarias tales esse vt trāsiungi non possint.

Carico as: penultima correpta quid significet Hiero. expressit sic scribens. Origenes maiora cogitans ꝓpriūq; ingenium ferre non sufficiens oneribus maiobus carricabat se. Et cum sic incedere non posset ruina magna deuolutus est.

Caros crapularis redūdantia a καρόω perturbo vero agito: seu a καροομαι qđ est capite aggrauo et obliuio: velut ab oppressura capitis ⁊ ingenii offensiōe

Caryatides statuę muliebres in edificiis: vt ait Vitr. sicut viriles quę mutulos aut coronas sustinent. Telamones a nr̄is atlantes a grecis appellatę.

Carissam antiqui pro vafro vsurpabāt.

Caritas sine h.a careo significat inopiam. Liui.lib.xj. Caritas primū erat annonę ex incultis per secessionē plebis agris. Unde et carus in ea significatiōe qua opponitur vili. Differunt tñ caritas ⁊ inopia q2 caritas sit rerum penuria quę adhuc extāt: inopia earū q̄ nō extāt. Cice. ꝓ domo sua. Qua ex re primū notare deinde iopia caritas ānonę ē: iopia seu penuria aliarū rerū. Charitas cū h latinę amor dr̄ αχαρισ grā ⁊ amor. Et ē qđ ē charitas amoris species quę ad homines tm̄ spectat pro dignitate ⁊ qualitate personarū: amor ad omnia. Nam maxima charitas debetur parentibus: proxima filijs: ⁊ deinceps reliquis. Sic charus cū significat gratum ⁊ amore deuinctū.

Carine arum: nomen vici Romani in quo fuit domus Pompei. Virg. Lautis mugire carinis. Varro carinas dici putat ab eo q2 hinc oritur caput sacrę vię: κάρα latinę caput dicitur.

Carina pe.pro. pars nauis et ipsa nauis concauitas: et licet quādoq; pro tota naui ponatur.

Carinare est in modū carinę formare. Pli.lib.ix. Saliunt pectines ⁊ extra volitant: seq; et ipsa carinant. Et carinatum concauū. Aliqñ Carinare est probra obijcere: q2 carinantes.i. probra obijcientes sint infimę sortis homines sicut et carina.

Carinatim significat ad similitudinē carinę.

Carmania regio maioris asię cui9 metropolis est Carmania et populi carmanii qui teste Pompo. sine veste ac fruge: sine pecore ac sedib9 corijs pisciū vestiūt

Carmelus penultima pro. et cum vnico l. latine ⁊ grece dicitur. Hebraicę vero Chermel. Et sunt duo mōtes auctore Hiero. qui hoc noie vocant. Alter galileę prouincię in quo fuit Nabal carmelus maritus Abigail ad australem plagā. Alter iuxta Ptolomaidem mari iminēs in quo Helias propheta flexis genibus pluuiam impetrauit.

Carmon est lucus in Messenia ⁊ templū Appollinis in Laconia: ⁊ in Archadia flumen: et mons in Peloponneso.

Carmen quasi canimen a canendo dici potest quicquid est metrice scriptum. Unde Virgi. versum vnū carmen dixit. Et rem carmine signo. Et duos similiter cum ait. Tumulo superaddite carmē. Tota insuper eneis heroicum carmen dicitur: ⁊ carmen bucolicū: vt Tale tuum carmen ⁊c. Quādoq; carmen dicitur incātatio: vt Carmina vel celo possūt deducere lunā.

Carmenta et carmentis: Euandri mater a carminibus quibus dabat responsa cum proprie Nicostrata vocaretur. Erat hec rerum futurarum admonitrix quę Phebo dedicata carminibus oracula significabat. Hinc Carmentalis porta. Virgilius. Et carmentalem Romano nomine portam. Postea vero scelerata dicta est q2 per eam sex ⁊ trecenti fabij cum clientium quinq; milibus egressi aduersus hetruscos ad amnem cremeram omnes interfecti sunt. Ouidius. Carmentis portę dextro est via proxima iano. Ire p̄ hanc noli quisquis es: omen habet. Illam pbama refert fabios exisse trecentos. Porta vacat culpa: sed tamen omen habet.

Carminare est quasi pectinare. Plinius lib.ix. Iustū est e quinquagenis fasciū libris quinas denas carminari. Et libro.xi. Hanc ab his quoq; gigni subigiq; vnguium carminatione: mox trahi: inter ramos tenuari ceu pectine.

Caro proprie mortuorum dicta est q2 careat anima: inquit Donatus: vel r. pro d. ponitur: vt sit caro quasi cado: quoniam cum sine anima est cadit. Virgilius. Belloq; caduci dardanide. At Hieronymus inter carnem et pulpam sic distinguit: vt Caro sit quę sanguine venis ossibus neruisq; constringitur. Pulpa quę manducatur eo q2 pulsetur et concidatur. Et non solum de animalibus: sed etiam de piscibus pomisq; dicitur. Quidam hoc nomen a greco deriuant κρέας a quo fit creo.

Caruncula a nominatiuo caro dimi. est. Carnicula vo a carnis nominatiuo ꝑm antiquos.

Carniuora penul. correpta dicunt aīalia quę carnes

vorant. Unde dicimus aquilam carniuoram. Pli. libro. x. Serratorū dentiū carniuora sunt omnia.

Carneus carnea carnium: quod ex carne est: vt frustum carneum.

Carnosus carnosa carnosum quod est pingue: carnositas: pinguedo.

Carnarius: qui carnes vendit. Similiter qui in edenda carne delectatur carnarius vocatur. Mar. Carnarius sum / pinguarius non sum.

Carnarius a um: quod ad carnem pertinet: vt carnaria taberna vbi carnes venduntur.

Carnariū ꝓprie locus vbi caro salsa suspēditur seu reponitur. Pli. Quippe e macello aut carnario viuendum est. Quandoq; etiam dicitur locus vbi carnes tantūmodo vendunt. Plau. Cenam e carnario emit iam factus satur. Varro tabernā carnariam vocat. Qui vero carnes in carnario vendunt etiam lanij appellantur ⁊ carnarij. Interdum carnarium accipitur pro ipsa carne: sicut cibarium pro ipso cibo. Plaut⁹. Qui mihi carnariū parauit ridiculus ad ientandum Et carnarium instrumentū dicitur cum pluribus vncinis quibus succidie appenduntur.

Carnifex qui carnes ex hominibus facit. Hinc excarnifico as: pro excrutio. Terētī. in Heau. Huiusmodi semꝑ cōminiscere vbi me excarnifices.

Carnificor carnificaris deponens: significat carnificis officium ago.

Carnificiū ipse actus carnificis: qđ ⁊ carnificina dicit̃.

Carnificina e. penultima producta locus publicus in quo iussu magistratus homines sontes a carnificib⁹ occiduntur. Plautus. Quid si desperatis rebus carnificinā petat. Sueto. de Tiberio. Carnificine eius ostēditur locus capreis vnde damnatos post longa et exquisita tormenta precipitari coram se in mare iubebat. Et carnificina dicitur carnificis officium: seu excarnificatio ⁊ cruciatus. Plautus in Cap. Vel carnificinam hūc facere possum perpeti. Cyprianus ad Demetria. Que hec insanabilis carnificine rabies q̄ inexplebilis libido seuitie? Cato carnificinas dixit plurali numero pro tormentis et crudelitatib⁹. Ubi societas inquit: vbi fides maiorum insignitas iniurias plagas verbera vibices eos dolores atq; carnificinas per dedecus atq; ignominiam te facere ausum esse. Plautus in Cis. singulari vsus est. Credo ego amorem primū apud homines carnificinam cōmentum. Cicero libro. iii. Tuscu. per translationem dixit Nam cum omnis perturbatio miseria est: tum carnificina est egritudo: quia instar carnificis cruciat laniat precordia: lacerat animū excarnificatq; conficit. Posset tamen hic carnificina accipi veluti pro femina excarnificante: sicut a Plauto dicitur femina opificina.

Carnificinus a um: ponitur ꝓ crudeli ⁊ carnifice digno. Cice. Carnificina est ista crudelitas.

Carna: dea que vitalibus humanis seu cardinibus preesse existimabat̃. Unde Ouidius libro. vi. Fas. Prima dies tibi carna datur dea cardinis hec est. Hec striges nocturnas puerorum vt dicebant cunas infestantes a limine sūmouebat.

Carpathos: penultima correpta. Insula contra egyptum media inter rhodum ⁊ cretam ducentorum stadiorū circuitū habens quattuor olim insignis vrbib⁹ a qua vicinum mare ad egyptum vergens: carpathium dictum est.

Carpatine penultima producta calciamentum rusticum a carnibus appellatum: et fiebant ex recentibus coriis bubalis.

Carpentum: vehiculi genus dictum quasi carmentum a Carmenta Euandri matre. Ouidius libro. i. fasto. Nam prius ausonias matres carpēta vehebāt Hec quoq; ab Euandri dicta parente reor.

Carpentarius: faber qui carpenta facit. Et carpentarius faber lignarius. Hierony. Carpētarius artifex fecit scamnū. Carpentarius equus qui carpentū ducit. Carpentariū opus quod ad fabrum lignariū pertinet. Hiero. in Exo. Et opere carpentario.

Carpophorus: penultima correpta: nomen viri proprium et latine dicitur fructifer: greci enim καρπον fructum φορειν ferre dicunt. Hierony. ad Eusto. de morte Paule Salue Efrata regio vberrima atq; καρποφορα cuius sterilitas deus est.

Carpo pis psi ptum. decerpo. Virgi. Insere Daphni piros carpent tua poma nepotes. Item carpere eligere. Terētius in Adel. Unumquodq; qđ erit bellissimum carpam. Item reprehendere. Mar. Carpere vel noli nostra: vel ede tua. Item Frui Vir. Carpamus dum manet nouum dum flumina crescunt. Itē ledere: vt Carpit enim vires paulatim vritq; videndo Femina. Carpere viā est ambulare Carpere vitales auras haurire. Carpere lanā est amittere. Virgilius lib. i. Geor. Nec nocturna quidem carpentes pēsa puelle Nesciuere hyemē. Carpere linū est euellere. Pli. Herbasq; cum semine et radicibus carpūt Carpere cibum est pasci. Composita sunt decerpo: excerpo ⁊ discerpo. De quibus locis suis.

Carptim aduerbium significat hinc atq; illinc carpendo non ipsam seriem sequēdo.

Carpinus penultima correpta genus arboris note. Col. lib. vii. Quinetiam cornus ⁊ carpinus ⁊ ornus nonnunq; ⁊ salix a plerisq; in hoc ipsum disponitur. Palla. Carpinus vltima arbor.

Carta: sine h. nomen fuit vnius ex Darij principibus. Charta cum ch. aspirato: est enim dictio greca: ⁊ ꝓprie fit ex papyro: apud grecos vero pro eo poni cōsueuit quod nos librū dicimus. Ouidius libro. iii. Tris. Null⁹ in hac charta versus amare docet. Hic chartaceus a um. Ulpia. de lega. libro. iii. Et si in codicibus sint membraneis vel chartaceis vel etiam eboreis vel alterius materie. Chartula diminutiuū est. Hieronymus. Volo in chartulis meis ineptias scribere. Aliquādo vero charta poni solet pro foliis seu philuris in quibus scribimus seu sint papyracea siue membrane aut ex pergameno aut ex alia materia. Quint. Cum aperto codice chartas explicaret. Unde Sueto. in Nero. Plumbeam chartam supino pectore sustinuit. Pli. lib. xiii. refert chartā Alexādri magni victoria repertam auctor est. M. Varro. Condita in egypto Alexandri ⁊ antea nō fuisse chartarum vsum: palmarū foliis primo scriptitatū: deinde quarundā arborū libris: postea pauca monumenta plūbeis voluminibus mox et priuata lintheis confici cepta aut schedis. Vopiscus in Aureliano. Que omnia ex libris lintheis in quib⁹ ipse quotidiana sua scribi preceperat.

Charta fuit vrbs haud ꝓcul a Tyro. Unde fortasse ⁊ Carthago habet aspirationē.

Carthago vrbs aphryce celebris que post troianū bellum vt docet Euse. a Didone cōdita fuit ⁊ apud nos nouā ciuitatē significat. Est ⁊ alia carthago in hispania quā Hasdrubal condidit que noua perpetuo epitheto dicit̃ ad differentiā Carthaginis libyce. Hoc nomen quidā a charta oppido haud ꝓcul a Tyro dici putant. Cice. vero lib. iii. de natura deorū scribit dictā a carthagine Herculis filia cū byrsa diceret̃.

Carthaginensis dictio sex syllabarū est. Nam auctore Pris. inter n. et e. interponitur i. Ait enim lib. iiii. Si tertie sint declinationis abiiciunt extremā. s. genitiui ⁊ assumūt ensis: vt pistor pistoris pistoriēsis: carthago carthaginis carthaginensis: sed hunc cathalogū syllabarū doctiores deriderent ⁊ greci.

Chartallū Canistrū. Hiero. in Deutro. Tolles de cūctis frugibus tuis primitias ꝛ pones in carthallo.

Carthophilatiū: latine scrinium dicitur: in quo libri et scripture reponunt.

Carthilago pe. cor. cōcauitas illa q̄ est circa aures.

Cartaia oppidum est hispanie Carteseos a grecis dicitur. Unde carthesius a um: vt Littus cartesium: in quo freti angustie sunt.

Carica est genus ficuū a loco sic dictarū: vt docet Iul. Pol. Apud multos tū ꝓ ficu sicca accipit. Ouidius li. j. fast. Quid vult fama sibi rugosaq̄ carica dixi. Tū Suidas imo. xij. illi. Suide cōpositores aliter interꝑtantur. s. καρυκη εδεσ μα εκ πολλων συγκειμενονβρομα λυδιον εξ αιματοσ και αλλων εδεσ ματων αφου και το συνταραττειν τι και αναδευειν καρυ κειυεινφασι. Est igitur ſi de ethymologiis grecarū dictionū grecis credimus saramen illud qd̄ vulgo dicit baldoni farcimē ex sanguine ꝛ aliis esculētis: qd̄ lydii primi inuenerunt.

Carybdis ꝛ Scylla duo monstra sunt in freto siculo: de quibus Uir. Dextrū scylla latus leuū implacata charybdis Obsidet. Est autē loc⁹ sicuti scribit. Sal. iuxta Taurominitanū littus: extatq̄ fabula charybdim mulierem fuisse rapacissimā: que cum Herculis vaccas rapuisset a Ioue fulminata est: ꝛ in hoc monstrum cōuersa. Est igit charybdis mare periculosum nautis qd̄ cōtrariis fluctuū cursibus collisionē facit ꝛ rapta queq̄ absorbet ꝛ reiicit. Oui. Et vomit epotas seua charybdis aquas. Sene. ad Lucil. Scyllaz saxū esse: ꝛ quidē terribile nauigantibus optime scio Charybdis an respondeat fabulis pscribi mihi desidero. Fac nos certiores verū vno tm̄ vēto agatur in vertices: an ois tempestas: ac mare illud contorqueat: ꝛ an verū sit quicquid illo freti turbine arreptū est per multa millia trahi. Thucydides libro. iiii. εστι δε ο πορθμοσ η μεταξυ ρηγιου θαλασσα και μεσσηνησ ηπερ βραχυτατον σικελια τησ ηπειρου απεχει και εστιν η χαρυβδισ κληθεισα τουτο.

Caryon nux dicitur a capitis grauedine propter odoris grauitatem.

Carynon dicitur oleum quod fit ex nucibus iuglandibus ꝛ alopeciis vtile est: tarditatiq̄ aurium infusum ceterum sapore graui. Unde apud nos esculentis nō admiscetur.

Caryopon nucis succū significat: vt inquit Pli. lib. xii.

Caryote: siue caryotides e palmis nascuntur quas alii dactilos: alii palmulas: alii margaritas appellant. Pli. Caryotas inter palmas celebratas cibo quidez et succo vberrime ex quibus ꝑcipua. Uar. lib. ii. Nō scitis palmulas caryotas syriam parere inuectas in Italiā non posse. Papi. in syluis. Pregrandes vina capita inimica caryotides cādebant.

Caryste es: ꝛ carystos sti. insula vna ex cycladibus sita in euboitico mari: varii marmoris ferax: excidebant enim ibi columne marmoree que a loco etiam Carystea appellabantur. Luc. lib. v. Qua maris angustat fauces saxosa carystos. Sene. Ferax varii lapidis carystos. Hinc carysteus a um. Oui. lib. iii. fas. Quaq̄ carysteis frangitur vnda vadis. Est etiā ciuitas eiusdem nois in euboia: vt lib. iii. Ptolemeus scribit.

Casa: domus a cauatione dicta. Naz antiqui cauatas rupes inhabitabant. Uel dicitur a facile cadendo. Quippe a cado fit frequentatiuū caso as: diminutiuum a casa est casula.

Caso as frequēter cado: a quo fit aliud frequētatiuum. Casito as. Pau. iureconsul. Si antea ex tegula casitauerit stillicidium postea vel ex tabulato vel ex aliq̄ materia casitare non potest.

Casaria dicitur mulier que casam custodit.

Casabundus crebro cadens.

Cassus a um qd̄ est inane ꝛ vacuum fragile atq̄ omni re carens: vt cassa nux a Plauto et Horatio dicta Luc. Cassa fraude parat. Plau. in Aul. Uirginem habeo grandē dote cassam atq̄ illocabilē. Uir. Lumine cassum ꝛ ethere cassos dixit pro vita priuatos ꝛ vacuos. Unde et cassis et per diminutionē cassicul⁹. Hinc incassum aduerbium.

Casso as significat deleo: vt de euangelista Ioanne legitur. Ex totius senatusconsulto definitū est: vt quicquid Domitianus fieri voluisset: cassaretur. Et cassare contundere. Uir. Cassateq̄ rates.

Casa insula a caso cleomachi patre dicta ab hac ꝛ cass⁹ mons in Syria colonis eo deductis.

Cascus a um: significat vetus. Cuius verbi origo sabina est. Ennius: Qz primuz casci populi genuere latini. Manilius ait cascum duxisse cascā non mirabile est. i. vetulam nupsisse seni: tū cascinū oppidum dictū ꝙ vetus. Et cassinum forum vetus appellant oscorū lingua Casnar senex dictus.

Casius: mons in finibus egypti: arabie conterminus magni Pompeii tumulo clarus. A quo etiaz fit Casius a um. Luc. lib. x. Lucifer a casia prospexit rupe diemq̄. Est ꝛ in syria antiochena casius mons super Seleuciā cognomēe Pieriā: vt auctor est Pli. Sed hoc casiū. ii. mons apud euphratē vbi traianus dicauit crateras argenteos in templo Iouis casii cū epigrāmate qd̄ Suidas prosequitur.

Casia per simplex s. frutex est: amplitudine cubitorum triū suauissimi odoris ꝛ virtutis cynamomi. Hiero. appellat herbam cuz in canticis inquit. Casia quoq̄ qm̄ id genus herbe aquis indesinentibus nutriri dicitur ꝛ coalescere redemptionem humani generis ꝑ aquas baptismi indicat datā: qui vt Pli. li. xii. scribit iuxta Cynami cāpos in ethiopia: sed in montib⁹ crassior sarmento tenui cute verius q̄ꝫ cortice nascitur. Sunt tū q̄ dicūt casiā esse nomen herbe atq̄ arboris sicut balsam⁹ herba ꝛ arbor balsami. Uirg. Tū casia atq̄ aliis intexēs suauib⁹ herbis. Nec alio noie dicit fistula: vt auctor est Hiero. in explanatiōe ps̄. Eructauit vocales in laudes dei ꝛ oēs pituitas ꝛ rheumata voluptatū suo calore excoquēs.

Caseus a cocundo: vel vt inquit Uar. a lacte coacto dicitur. Nam fit lacte coagulato hedino imprimis vitulorum vt coagulo.

Casses retia sunt: ꝙ vacuas habeant maculas. Unde ꝛ cassum ꝓ inani ꝛ vacuo: ꝛ incassum pro frustra quasi absq̄ cassibus: sine quibus venatio est inanis tractū ab araneaꝝ cassibus ꝙ sint leues ꝛ nullius ponderis. Sunt etiam casses galee ꝙ vacua sint ad capita recipienda. Sed differunt genere: ꝛ diuersum habēt genitiuū. Cū em̄ significat laqueū vl̄ rete est ge. mas. et habet genitiuū neō similē: vt cassis is. Oui. Incidit in casses preda petita meos. Pro galea fe. gene. est ꝛ cassidis genitiuū facit. Iuue. Lorica ꝛ fracta de casside buccula pendens.

Cassida e. idem qd̄ galea. Proper. Aurea cui post q̄ꝫ nudauit cassida frontem.

Cassiculus diminuti. a cassis pro rete. Hiero. Nequaq̄ꝫ aranearū mihi opponas cassiculos. Dicitur ꝛ cassiculū neutro genere. Festus. Cassiculum reticulum a cassibus per diminutionē dictum.

Cassita. penulti. producta auis quam alii alaudam: alii galeritam dicunt.

Cassiteros penul. cor. latine stannū: vel plūbū dicitur Unde Cassiterides insule decē in Indico oceano vnde plumbū candidū effoditur. Pli. lib. iiii. Ex aduerso celtiberie complures sunt insule cassiterides dicte a grecis a fertilitate plumbi.

Cassiope siue cassiopea. Cephei regis ethiopum vxor

e Andromedes mater quę cum nereidibus de pulchritudine certauit: Pro quo facto in sydera constituta fertur. Est autē sydus ita figuratū: vt in sella sedeat. Constat stellis.xiij.occidens cum scorpione capite cū sedili resupina ferri prospicitur. Exoriri autem cum sagittario.

Caspiū mare dicit̄ qđ inter caspios montes est: a quibus nomen accepit. Et hyrcanos ⁊ imensuȝ occupat spaciū. Caspię portę varię dicūt̄. Quidā amazonas portas caspias egressas ad alexandrū venisse in hyrcaniā ꝓdidere. Sed ille caucasię fuerūt per quas trāsitus eſt ex hyberia in scythiā. Neronis quoq; principis cōminatio ad caspias portas: vt inq̄t Pli. Uerum mons taurus tribus in locis interruptus quasi portis quibusdā transitur i armeniā in ciliciā ⁊ in mediam. Sed ille tm̄ caspię portę appellātur quę apud Medos existunt: sicut ex Ptole. Pli. ⁊ Strabone licet intelligere: per has trāsitus est ex Babylone ac ꝑside ad mare caspiū. Et hinc fortasse caspię dictę sūt ꝙ aliquę gentes vicinis insident montibus appellatę caspię. Iuga vero caspia procul hinc absunt: et ad Armenios vlterioresq; populos ꝑtinent. Portę autē caspię vt Solinus inq̄t pandunt̄ itinere manufacto milibus octo passuum longo. Nam latitudo vix est plaustro permeabilis.

Castalius: fons caballinus ⁊ liberthris dicit̄. Est in radicibus parnasi musis sacer: a virgine Castalia q̄ apollinē fugitans pręcipitata ⁊ in fontē versa est: cuius a quā dicūtur bibere poetę. Hunc fontē dicit acron fuisse in Lycia: vbi armenta Appollo fertur pauisse.

Casteria significat locū vbi cum nauigatio conquiescit remi ⁊ gubernacula reponuntur. Plautus. Quin si pol reposui remum sola ego in casteria vbi quiesco omnis familię causa constitit tibi.

Castrum numero singulari: locus est muris munitus dictum a casa: ꝙ sit cōiunctio quędā casarū.

Castra plurali numero appellantur exercitus cum in procinctu pergunt: aut incerto quolibet loci itinere demorant̄. Similiter locus in quo milites tentoria fixerunt: vel ipsa tentoria in quibus milites diuersantur. Unde ⁊ de nauibus Virg. dixit. Nos castra mouemus: quoniam in illis milites essent. Dicta castra quasi casta et castrata ꝙ ibi castretur libido. Inde eñ mulieres abesse iubebat militaris disciplina. Uel a castri similitudine ꝙ fossa valloq; quasi muro circundari solent.

Castrametor penultima correpta castra loco: vulgo a campare dicitur.

Castellum paruus vicus muris circūdatus diminuti. a castro: Et castellū dicit̄ receptaculū illud qđ aquas publicā suscipit ex quo fluit aqua fistulis. Frontinus Omne plumbū ⁊ omnes impensę ad aqueductus ⁊ castella ⁊ lacus pertinentes inde erogantur.

Castellani dicti qui castellum habitant: sicut ab oppido oppidani: ⁊ a vico vicini.

Castellatim aduerbiū quasi turmatim per castella disiecti. Liuiꝰ lib. vij. Ut hostes ⁊ nocturno pauore attonitos ⁊ circa collē castellatim dissipatos aggrederet̄.

Castrare proprie est virilia amputare. Iuuenal. Nullus ephebum deformē sceua castrauit in arce Tyrannus. Licet ⁊ de quacūq; truncatione siue priuatione quandoq; dicat̄. Pacu. Ut esset aliquis qui linguaȝ eius castraret. Quidam castratos spadones ⁊ eunuchos ita distinguūt: vt castrati sint quibus testes naturaliter desunt. Spadones quibus violenter detracta est virilitas. Eunuchi a dominis castrētur vt diutius eis abutantur inde nomen ευνη καί εχω αλλα σπαω euello: inde spadones. Ulpi. tamē spadonū noie omne genus euiratoꝝ cōprehendi scribit.

Castrensis et hoc castrense qđ ad castra pertinet. Unde castrenses vigilię et castrense peculium est quod a parentibus vel cognatis in militia agenti donatū est vel quod ipse filiusfamilias in militia acquisiuit: quod nisi militaret nō acquisiturus fuisset. Et quasi castrensia bona dicuntur quę licet in militia filiofamilias nō acquirātur ita tñ fiunt ipsius ac si acquisita in militia fuissent vt sunt ea quę ex officijs acquiruntur.

Castigo as pe. p. ꝓprie verbis reprehēdo: q̄si castruȝ id est honestū ago. Uir. Hic grauis entellū dictis castigat acestes. Quādoq; castigare est vindicare punire. Idem lib. vi. Castigatq; dolos: subigitq; fateri. Hinc castigatum dicimus correctū emendatūq;.

Castitas ⁊ pudicitia paria putantur: cum sit pudicitia ab iniuria turpium libidinum libera. Castitas ab his cōtingi est remota. Uir. lib. ij. Geor. Casta pudicitiā seruat domus. Castum dicit̄ imaculatū quasi castratum. Nam castrare est pudenda amputare. Qui hō sine pudendis est necessario castus est. Per trāslationem castus capitur pro honesto ⁊ continenti vt sit castus quasi vacuus. Plau. in penu. Ut deceat nos esse a culpa castas. Unde dicimus vxorem castam ⁊ castum cantū in quo nihil est lasciui: ⁊ castam manū quę se ab alienis continet. Itē pro pio et religioso. Uirgilius. Quiq; sacerdotes casti dum vita maneret.

Castor animal latine fiber ponticus: cuius testiculos medici castorium vocant. Hic comprensa parte non anteq̄ concrepuerint ossa morsu resoluit. Castor et pollux fratres quos Tindaridas vocant sicut ⁊ Helena eorum soror Tindaris nuncupata grece discuri appellantur. Hi post mortem inter notissima sydera constituti fuere. Quod plane signum gemini dicitur ⁊ a gētibus ꝓ dijs habiti sunt. Unde Romę in foro erat edes castoris et pollucis: qm̄ sicut Diony. lib. vi antiquitatū scribit in pugna ad lacū Regilluȝ apparuerunt forma augustori ducentes equitatum romanum aduersus latinos qui hastis feriebant propellebantq; aduersarios: socios vero cohortabātur. Quę potissima causa fuit vt latini fugarentur ⁊ castra caperentur. Idem. Mox visi sunt sudorem equorū abluentes iuxta fontem iuturnę. Dein e cōspectu mortalium se subduxerunt. Castor quoq; ⁊ me castor ⁊ ecastor aduerbia iurandi quasi per ędē castoris.

Castula palliolum quo puellę nudę infra papillas pręcingebantur. Uar. Castulam mulier sumpserat pro succula. Hęc ⁊ periconiū ⁊ pręcinctoriū appellat̄.

Casus modo fortuna est vt Boe. lib. v. de cōsola. Modo inopinatus euentus. Seneca. Multa enim casu potius q̄ ratione eueniunt. Modo ruina. Curtius. Inopinato vrbe de casu oppressus. Mō calamitas ⁊ infortunium. Uirgilius. Sed si tantus amor casus cognoscere nostros. Et breuiter troię supremū audire laborem. Et casus dicuntur vocabulorum formę: quia in aliam atq; aliam cadunt effigiem. Et casum veteres antiquum vocabant quasi iam cadentē.

Casos insula iuxta mare carpathiū ambitu octoginta stadioꝝ in qua est oppidū eiusdē nois.

Casura e. casus seu cadendi actus. Hiero. Ante mentis nostrę oculos semper euangelicū illud appareat stolidissimi viri: qui ędificium qđ sūmopere fecerat ingruentibus fluminibus: flantibus ventis ⁊ imbribus inundationibus pluuiarum totum amisit in casura quod erat ędificatū in sabulo.

Cata prepositio greca in cōpositione significat in: ad/ uersus: de/ dis/ ex/ circum/ vndiq;/ sub/ iuxta/ per/ ſm/ Catho. vero cum aspiratione: veluti/ sicut/ tanq̄ et quemadmodum.

Catabasis inferior solis meatus descensus.

Catabathynon dici pōt demersum cauum ⁊ profundū ex κατα και βαθυνον profundū.

Catabathmus oppidum in aphrica: et vallis repente

conuexa vt scribit Ply. Pomponius catabathmos vallis deuexa in egyptum finit africã απω του κατα βαινειν. Et significat catabathmus locum decliuem atq deuexum.

Cataclysmus diluuiũ & inundatio dicit. Hier. contra Iouin. Primus Lamech sanguinarius et homicida vnã carnem in duas diuisit vxores. Fratricidiũ et bigamiã eadẽ cataclysmi deleuit pœna.

Catachlysis effusio caliginis & tenebrarũ. Nam caligo a grecis αχλη & αχλυσ dicit καταχλυσισ.

Cataclytum: locus concauus ab aqua cadente απο κατα και κλυζομαι. Amb. lib. hexa. Nilus fluuiorum maximus: eo loci vbi se ex altissimis mõtibus in catacl yta illa precipitat magnitudine fragoris sui aures acolarum obstruit.

Catachresis penulti. pro. tropus quẽ nos abusionem vel vsurpationẽ dicimus: cũ alienis abutimur perinde ac propriis cũ ppria deficiunt: vt facies simillima lauro. Naz facies hois est ex κατα contra χρησισ dicit vsus catachresticus abusiuus.

Catachesis: instructio.

Catechiço as. instruo/doceo/erudio: vt est apud apostolum. Communicet autem is qui catechiçatur ei qui se catechiçat.

Catecuminus instructus seu audiens dicit.

Catacrisis: condemnatio vl diiudicatio. κρισισ enim iudicium.

Catadromũ penul. cor. latine decursoriũ κατα δρομεω em̃ decurro. Sue. in Nero. Notissimus eques ro. elephanto supersedens p catadromũ decurrit.

Categoria κατηγορια accusatio pdicamentum κατηγορεω accuso pdico κατηγοροσ accusator. Unde categorię siue categoremata. Aristotelis id ẽ predicamenta. Et propositionũ quędaz a dialeticis categorię nominant: quas pdicatorias latine dicere possumus. Sunt autẽ decem pdicamenta circa quę versari videt ois quęstio. ουσια .i. essentia: qlitas: quãtitas: ad aliqd: agere: pati: vbi: qñ: situs: habere. Appellatas vero categorias pstare: vt inquit Aug. in dial. ppterea q nõ possunt nisi a subiectis agnosci. Quis em̃ qd sit homo possit agnoscere: nisi sibi hominẽ ponat ante oculos qsi subiectũ homini.

Catagrapha q vocant pictores modo ex curta appellant a breuitate imaginũ quas ita repñsentari cũ sunt obliquę postulat ratio. Hęc & cataglypha dicunt.

Catalepsis occupatio deprehensio. Catalexis terminatio. Catalysis dissolutio. Catalyma atis. refectio diuersorum.

Catalogus penul. cor. sermo vel scriptura quę numerũ vel ordinẽ designat. Hier. ad oceanũ. Ubi catalogus describit omniũ mansionũ etiã de lectis.

Catalecticum metrũ dicit cui vna tm̃ deest syllaba vt apud Hora. Mea renidet in domo lacunar. Est em̃ senariũ iambicũ vna syllaba minus. Acatalecticum dr qd legittimo fine claudit: vt Nec fonte labra plui caballino. Est em̃ senariũ iambicũ pfectũ.

Catamithus cũ i latino pducto: puer meritorius quo quis abutitur μισθον gręci mercedẽ dicunt quasi καταμισθον .i. pro pretio.

Catholicus: dici potest vniuersalis: qsi circa oĩa verset. Fit em̃ ex cata & holon: id quippe totũ dicũt.

Cataphrattus: vndiq munitus ex κατα vndiq & φρακτοσ munitus αφρακτω quod ẽ munio. Ser. in xi. lib. ene. Cataphratti equites qui & ferro muniti sũt: et equos similiter munitos habẽt. Sal. Et sequebãt equites cataphratti. Est etiã cataphratta lorica siue thorax militaris. Unde Vege. scribit exercitũ romanũ pedestrez cataphrattis & galeis fuisse munitũ. Et Liu. li. xxxvii. pedites loricatos cataphrattos vocat. Cataphrattarii q cataphrattis muniti sũt. Lampri. de Alex. Cataphrattarios quos illi clibanarios vocant decem milia in bello interemimus. Cataphrattę autẽ naues p tectis nauibus accipiunt.

Catapulta iaculũ celeę vel sagitta. Plau. in Cur. Atq ita te neruo torquebo vt catapultę solent.

Cataplasma atis. emplastrũ siue malagma qd constat ex floribus: eorũq surculis & axungia.

Cataploos gręce: latine nauigatio.

Cataphrige: heretici qui in phrigia fuerũt: vt mõtanus priscilla & Maximilla. Hi aduentũ spũssancti nõ in apostolis: sed in se traditũ asseruit.

Catapotia pilule dicunt. απο του καταπινειν qd ẽ deuorare vel bibere pprie: qm̃ neq estur: neq lingit id genus sz deuorat: vel q καταποτησ λεγεται λαρυγξ λαρυγγοσ.

Cataractas: quidã cęli fenestras: quidã nubes: quidã subterraneas specus interpretant. Alii a descẽdẽdo p pendulis portis sumũt: ex ligno ferro ve q demitti ac tolli possunt. Liu. Pendula & recidentes portas cataractas. Idẽ Porta cataracta deiecta clausa erat. Eam partim funibus subducũt in tm̃ altitudinis vt subire recte possẽt: dictę cataractę q ex alto defluere videant. Gręci em̃ καταρειν defluere dicũt. Unde cataractę etiã dicuntur e terra exeũtes aquę & ita ex alto defluentes: vt ruere potius q defluere videant quales esse i egypto nili cataractas legim9. Ita loca ipa e quibus exeunt cataractę dicunt. Unde in maximis imbribus apertas esse cęli cataractas dicere solemus. Dicit et hic cataractes quo nomine etiã dictus est fluuius quidã. Stra. Post olbiã pamphilię cataractes ẽ fluuius magno strepitu ex alta rupe deiectus: vnde & nomen.

Catarrhus latine fluxio seu distillatio. Differt a coryça et brancho. Coryça dicitur cum pituita nares tm̃ obsidet: grauedo latine dicta. Catarrhus vero cum fauces palatumq. At brãchos cum & guttur & arteria corrũpit: ob id & artericũ qñq id vitiũ appellãt. Oĩa hęc tñ Hippocrates coryças vocabat: nostri distillatões qr gręce catastagmi noiantur in cõmune. Dictus est aũt catarrhus α καταρρεω fluo distillo: ex κατακαιρεκω fluo.

Catarytus penul. correp. latine irriguus ex κατα Pm ρυαξ riuus quasi iuxta riuos. Ply. lib. v. Hyponẽ oppidũ aphricę catarytum a gręcis dictum propter aquarum irrigua.

Catascopus latine speculator: ẽ em̃ σκοπειν speculari.

Catascopium genus nauigii exploratorii q circũquaq speculetur.

Catastrophe latine subuersio volumen.

Catastroma penultima pducta: nauis partem seu pauimentum significat.

Catorthoma penulti. pdu. gręci κατορθωμα opus virtutis rectũ. Amb. lib. i. offi. Hoc est perfectũ officium quod catorthoma gręci dixerunt. κατα circũquaq ορθων rectũ. Cice. lib. i. offi. recte factũ interpretat. Catorthosis recta effectio. Catorthoo egregie cũ virtute aliquid facio.

Catatyposis dicit Pm figurã: quod fit cũ aliquid iuxta alterius formã describit: vt apud Virg. lib. iiii. Oĩa Mercurio similis vocẽq colorẽq.

Catasta: locus erat vbi venales serui exponebantur a καθιστάω vbo gręco qd significat expono. Tibul. Nota loqr regnũ ipse tenet quẽ sępe coegit Barbara gypsatos ferre catasta pedes. Est & catasta machina lignea qua serui vincti tenebantur. Plyn. Tandẽ in catasta videre grisogonũ sylle. Hanc & longam et magnã compedem vocant.

Cathartica dicunt purgatoria a καθαρω purgo.

Cathedra dicuntur subsellium απο του κατα και της εδρασ εδρα sedes est seu sella. Et scribit cũ h.

q: hedra incipit ab h. abiecta a. vt fit in Methodus ephebus & multis aliis.

Caterochen: significat per excellentiam.

Caterua proprie gallorū legio sicut phalanx macedonū q̄ certo nūero cōstat. Nā auctore Vege. in caterua erāt sena militū millia. Pleruq; tñ p multitudine sumit. Cateruatim aduerbium significat per varias cateruas. Cateruarii cateruatim conglobati. Sue. in Aug. Sz & cateruarios opidanos inter angustias vicoz pugnantes temere. Sciendū ē q omia fere ad uerbia in tim finita: significant sicut de cateruatim dictum est: vt turmatim per diuersas turmas: vicatim oppidatim/manipulatim/regionatim/ gregatim/domesticatim/municipatim/ puinciatim: & sic de singulis. Sūt tñ aliq̄ q̄ nihil ab aliis differūt: vt priuatim nihil differt a priuate: nec separatim a seperate: nec properatim a properanter: nec raptim a festinanter: nec affatim ab abundanter: nec vbertim a copiose.

Catena dicta est q se capiendo teneat: quia in ea anulus anulū capit. Quidā hoc nomē a cane deduci putant: & pprie dici qua venatici canes vincti tenentur: sed largius sumit. Sene. ad Lucil. Vna est catena q̄ nos alligatos tenet amor vite.

Catillus pars superior mole: sicut meta pars inferior: Et catillus diminutiuū est a catinus.

Catillones: q̄ catillos liguriūt: & p gulosis accipi solēt

Catinus: qđ & catinū dicit pe. pro. vas in mēsa escaria vbi pultē aut iurulenti quid ponebāt a capiendo appellarūt. Var. scribit siculos vas in q̄ ponebāt esculenta catinon appellari. A catinus fit diminutiuum catillus: A catinū catillū vel catinolium.

Catina pe. cor. vrbs Sicilie. Silius lib. xiiii. Tū catine nimiū ardenti vicina tipheo. Stra. Tñ Diodorus & Ptol. non catinā sed catanā scribūt. vnde Cataneus charundas qui leges atheniensib⁹ dedit απο του καιω και ανω dicit: q: cum ignes ex ethna erūpant superiora ima fiunt.

Catbinca terra que in es conuertit vt fiat aurichalcū.

Cato quasi sapiens & cautus. Cautū eñ sabini acutū dicunt. Et cata dicta accipienda sunt acute dicta vt auctor est Var. Porphirio tñ horatianus interpres catū exponit p experto & docto cū ait Horati. Post hec ille catus q̄ntūuis rusticus ibit. Et Ply. Catos a sapientia dictos intelligi vult sicut corculos. Hora. Catus decore more palestre. Ci. Sed hō catus nūq̄ terminat magnitudinis nec diuturnitatis modum. Duo aūt fuere Catones celebratissimi: senior videlicet: qui & porcius et censori⁹ dictus ē: alter vticensis qui seipsum vtice interfecit: ne in Cesaris man⁹ viuus veniret. Hic viua virtutum imago vocatur a Sene. et exemplar viri sapientis. De quo. Quin. Hic inq̄t nisi credit fuisse sapiens vix scio cui reliquerit huius nois locū. De censorio. Sene. ad Luc. M. Cato censorius quē tā necessariū reip. fuit nasci q̄ Scipionē. Alter eñ cū hostib⁹ nr̃is bellū: alter cū morib⁹ gessit Dio. historicus grecus την τε γυνω σεκων δη τεσων περιελαβε και κατεφιλησε και αναβοησας ει περιεχωσε αφρικη ειχων δε αυτην το τεκατων και σκηπιων και του ιοβαν τον λιβυην εχοντες συμμαχον. Hic fuit optim⁹ orator: optim⁹ senator: optim⁹ imperator/qui librū de re rust. origines & orōnes scripsit: fert a Plutarcho q. M. Cato vxorem & filiū perdiderit inducta noua victus & medicine formula.

Catus animal muriceps fe. ge. ſm Ser. lib. de grecis latinisq; noibus. Cati etiam populi sunt Germanie sicambris vt inquit Stra. finitimi.

Catulus penul. cor. pprie significat Cati hoc est felis filiū propter sagacitatē. Var. Catulus a sagaci sensu et acuto. Sed ponitur large p omni ferarū filio siue immaniū siue mitiū. Vñ de colubro. Virg. Catulos tectis atq; oua relinquens & de leonibus. Ply. Raptor appropinquāte tigridis fremitu abiicit vnū ex catulis. Ply. Simie gestant catulos q̄s māsuefacte intra domos peperere. Idem. Muriū quoq; catuli ostentum faciunt. Idem Delphinū catulos nominat Lacertarū quoq; & ceterorū serpentiū filii catuli dicuntur. Hinc fit aliud diminutiuū catellus. Accipit qñq; catulus pro ipso cane. Apul. Catulos secū duces venaticos atq; sagaces. Interdum pro quodam vinculi genere qđ etiā canis đr. Plau. Faciā te delicatum catulo vt accubes ferreo. Et Catulus nomen fuit viri romani. De quo Lu. lib. ii. Et catulo iacuit lepidus. Hinc Catulaster catuli imitator: sic ab Antonio antoniaster. Catulaster etiam significat ipsum catulū hoc est paruū canem siue filiū. Catullus vero p duplex ll. nomē est veronensis poete. A catulo (vt Varro inquit) fit canis anial latrabile.

Catulinus a. um. quod ex catulo. Vnde Plau. Catullinam carnē esitauisse romanos ostendit.

Catularia porta Rome dicta est: q: nō longe ab ea ad placandum canicule sidus frugibus inimicum rufe canes immolabantur: vt fruges flauescentes ad maturitatem perducerentur.

Catulire est gestire & coitū maris appetere. Var. Fetture principium admittendi faciunt veris principio. Tū eñ dicunt catulire. i. ostendere se velle maritari. Plau. Quin meā vxorē vidi catulientē. Hinc catulitio q̄ đr cū canes maritari querunt quo etiā tpe terra aperit. Ply. Catulitionē rustici vocāt gestiētē naturā femina accipe: eaq; animā inferente omib⁹ satis.

Caua e. foramen in quo aues nidificant. Ply. Multo tamen efficacissime ripariarum pulli ita vocant in riparum cauis nidificantes.

Cauus a. um. pprie concauū vacuū a chaos quod q̄si vorago quedam erat inanis. Virg. Tum dea nube caua tenuē sine viribus vmbrā. Cauus locus cauat⁹ seu clibuso vulgo đr ꝯcauus. Var. Facere his cauos oportet laxiores vbi pullos parere possint. Colu. li. xii. Deinde cauū quē feceris surculo obturato. Idē scribit cauum esse locum qui inter edium parietes relinquebatur patulus vt esset.

Cauedium. vt Ply. iunior in epistolis dictione mutilata siue cauū ediū vt Var. dictione integra. Locus est sub dio vacuus cinct⁹ vndiq; porticibus ad cōem omniū vsum. Hui⁹ tria sunt genera. Tuscanicū corinthium tetrastylon displuuiatū & testudinatum.

Cauo as. fodio euacuo. Plynius lib. xxxvi. In syphno lapis est q̄ cauat tornatq; in vasa coquēdis cibis vtilia: huius cōposita sūt cōcauo/excauo/ & recauo pe. cor. Ouiđ. lib. ii. me. Est locus in geminos vbi brachia cōcauat arcus. Hie. ad Eusto. Quot petras excauet & habitet coluber in foraminib⁹ earum.

Cauea a cauo fit: significatq; locum sub terra vacuum atq; obscurū. Qm̄ vero in huiusmodi locis esse ꝯsueuerūt ferarū cubilia caueas p ipsis ferarū receptaculis vsurpam⁹. Apul. Bestiā factū immittim⁹ cauee. Sue. Bestiarū more q̄drupedes cauea coercuit. Et ab hac silitudine p septis ex ligno: siue ex ebore alia ve materia factis in q̄b⁹ auiculas tenem⁹ q̄s vulgo etiā caueas vocāt. Aug. lib. iii. de ci. dei. Volauerāt pulli de cauea & Mancino ꝯsuli augurium malū fecerāt. Plau. in Cur. Quia eñ in cauea si forēt cōclusi itidē vt pulli gallinacei. Itē Cauea est area in medio theatri in qua equitū subsellia ꝯstituta esse ꝯsueuerāt q velis tecta cauee silitudinē haberent. Virg. Hic totū cauee ꝯsessum. Plau. in Amphy. Vt conquisitores singuli in subsellia eant p totā caueā spectatoribus. Quādoq; ponit pro populi consessu.

Cauerna dicitur quia caua grece crypta dicit hoc con

cauitas quędam terrę vacua atq obscura. Unde cauernosus a. um. pro loco passim vacuo et veluti cauernis pleno.

Caucasus penul. cor. mons Indię editissimus ad septentrionem versus Sythas Indiā a Scythia dirimēs asper et inhospitalis. Virg. Sed duris genuit te cautibus horrēs caucasus. Hic fert syderibus proximus vn̄ astra maiora visunt: et eorum ortus occasusq dilige ter pspiciunt. A Caucaso fit Caucaseus a. um. Vir. Caucaseasq refert volucres.

Cauda/quam veteres etiā codam dicebant. Inde caudati et codati dicunt: qui caudas habent. Interdum ponit cauda pro virili mēbro. Hor. in Ser. Quecūq excepit patienter verbera caudę. Idem lib. i. Accidit vt quidā testes Caudāq salacē demeteret ferro.

Caudacus significat suauem et mansuetum.

Caudex pro cautex d. pro t. posito. Similiter et codex dicitur prima pars arboris cui radices adherent. Liber siue tabula. Lactan. Caudice defecto lachrymat sua gaudia palmes. Virg. Quin et caudicibus sectis mirabile dictu. Et caudex est pluriū tabularum contextus: vnde tabulę codices dicuntur: et naues quibus commeatus subuehunt caudicarię siue codicarię appellant. Unde Apius Claudius Caudex cognominatus est qm̄ primus romanis psuasit nauē pscendere. Sene. de breuitate vitę. Claudius is caudex fuit ob hoc ipsum appellatus qr plurimū tabularū cōtextus caudex apud antiquos vocat. Unde publicę tabulę codices dicunt. Ponit et pro duro sedili seu pro sede meretricia q plerūq ex trūcis fieri solet: Iuue. Horrida quale facit residens in codice pellex.

Caudicalis: ad caudices scindendos idoneus. Plau. in Pse. Te cū securi caudicali preficio puincię.

Caudis oppidū Samnij. Unde caudinę furcę et caudinę fauces nobilitate insigni clade et ignominia quā romani exercitus sub Sp. posthumio a samnitibus acceperunt.

Caudicarię naues quę cōmeatus per tyberim subuehunt q ex lignis grossioribus cauatis fierent. Fitq a caudice dum pro trunco seu tabula ponitur quę et codicarię dicuntur.

Caueo es. caui cautum: significat fugio/vito. Ambro. Caueatur iracundia: aut si precaueri nō potest cohibeatur. Interdū cauere est attendere et diligēter prouidere: vt Caue tibi. i. attende et puide ne quid mali tibi accidat. Vale. max. Caue tibi Roma. Plau. Caue nemo id intelligat. Interdū significat abstinere. Et tunc cum ablatiuo mediante ppositione construitur q̄uis in sensu idem sit cū fugio. vt Caue ab illo. Caue ab errore: qd est abstine ab errore seu fuge errorem. Et sic semp habet in se negationem sicut alia verba prohibitiua: vn̄ rectius dicit Caue facias: q̄ caue ne facias: cum tn̄ idem sit et vtroq modo dictū reperiat. Cice. Treba. Tu qui ceteris ne ab essedarijs decipiaris caueto. Proper. Tu caue ne tristi cupias pugnare puellę: dicimus etiā Caue vt facias hoc. Inuenitur et cauo is. in eadē significatione. Hora. in Ser. Vade vale caue ne titubes: mādataq frāgas. Ubi ue syllaba existente breui impatiui modi. Caue piugatiōis tertię esse puenit: nā caue a caueo pducit ue. Hinc cōponitur pcaueo qd est diligenter caueo. Teren. Hoc tēpus pcauere mihi me monet.

Cautū est significat puisum est. Cautio est: Cautione opus est: seu puidendū est.

Cautus et per syncopā catus: sumit pro hoie prudenti qui sibi scit cauere. Et nōnunq̄ pro re cui cauet. Cice. pro Ceci. Quo res mulieri esset cautior. Un̄ incautus qui nescit sibi cauere. Liu. lib. iij. In incautū hostem de cumana porta erupit.

Cautes: vide in dictione cos cotis.

Caurus ventus ab occasu flans qui et corus dicitur.

Cauilla e. Cauillum et cauille: irrisio quedam iocosa: vulgo scritiū siue calmo dicit. Plaut. Pone hoc sit aufer cauillā. Idē in Tru. Postq̄ in vrbē crebro hic factus sum cauillator probus. Quid id est amabo. Iste ridicularia cauillationes vis opinor dicere ita vt paulillum differat a cauillibus.

Cauillo as. et cauillor aris. deponens a caluo is. sit l littera abiecta significatq fallacia et dolo vtor. Un̄ Boe. super Top. scribit cauillationem partē quandam logices esse cum inquit. Colligendi facultas tripolici diuersitate tractatur. Aut enim veris et necessarijs argumentationibus disputatio discurrit: et disciplina vel demonstratio dicit. Aut eni probabilibus et dialectica dr. Aut apertissime falsis et sophistica et cauillatoria phibet. Sic a Sene. et Cice. Cauillationes dixerūt q grece sophismata nūcupant. Ulp. Cauillationis natura quā greci sophisticam appellauerunt: hęc est: vt ab euidenter veris per breuissimas mutationes disputatio pducat. Caius iurecō. diffinit q sit subdola ratio quam conscij nobis mendacij vincēdi tn̄ causa pferimus. Cice. lib. ij. de ora. accipit cauillationē pro generali quodā facetiarū genere tā q̄ scōmate faceto et cauillo dicaculo et faceta vrbanitate cū inquit. Cū duo sint facetiarū genera. Alterum ęqualiter in omni sermone fusum. Alterū peracutū et breue: superior cauillatio: altera dicacitas noiata est. Idē lib. iij. de natura deorum. Cauillari pro cauillū dicere accipit. Atq etiam in eo cauillatus est: ęstate grauē esse aureū amiculū hyeme frigidū. Sueton. in Vespa. Et maxie tn̄ decacitatē in deformibus lucris affectabat, vt inuidiam aliqua cauillatione dilueret et transferretq ad sales: ars significat irrisionē.

Caula latine stabulū dicitur in quo oues recondunt. Addita c αυλη qd nō solū atriū vel aulā: sed etiā stabulū et omnia septa designat. Festus a cauo caulā deriuat q antiqui ante vsum tectorum oues in antra ducebant: sciebat ne grece: απο τωρ καυλορ. Nā etiā nunc fiunt ex viminibus.

Caulis: in herbis dicitur ipsum robur siue stipes: id ē ea herbę ps vn̄ se pducūt folia aut ramusculi. Ply. lib. xviij. Sz maior pars malūt fabalia mature satiōnis q̄ trimestrē fructū eius. Nāq siliquę caulesq gratissimi sunt pabulo pecori. Et accipit siliquas pro corticibus: caules pro stipitibus. Idem de gētiana. Folio fraxini sed magnitudine lactucę. Caulę tenero pollicis crassitudine cauo et inani ex interuallis foliato triū aliqn̄ cubitorū. Sed qm̄ nulla penę herba maiorem caulē habet q̄ brassica: ideo pro brassica ponitur. Similiter in arboribus et in vite.

Caulis dicit robur ad quē alimentum defertur et intelligitur qd supra terrā exurgit. Planta est radix vnde alimentū attrahit a terra. Ramus qd a caudice exit. Surculus qui e ramis oritur. Var. Et sarmēto caules q̄ nati sunt de his plurimū valent. Virg. lib. xij. Puberibus caulē folijs. Ponitur et pro quibuscunq holeribus. Iuue. Spes hoi: caulis miseris atq ignis emendus: qnq pro cauda. Ply. lib. xj. Boum caudis Longissimus caulis atq in ima parte hirtus. Idem Asinis longior q̄ equis sed setosus veterinis leoni infima parte vt bobus et Sorici et pantheris: nō itē vt vulpibus et lupis villosus: sues intorquēt. Canū degeneres sub aluū reflectunt. Qnq sicut docet Ser. sumitur pro virili mēbro. Qnq pro ferro: et pro quolibet hastili. A caulis fiūt cōposita vnicaulis et multicaulis. Idē lib. xij. Est et illa differentia q quedā in his multicaulia ramosaq sunt vt carduus.

Cauliculus diminutiuū. Ply. Hic est quidā ipsorum cauliū delicatior teneriorq cauliculus.

Caulesco is. a cauleo esse conuenit. Est aūt caulescere

virgā fieri: licet qñq3 ponaꝫ ꝓfolia ꝓducere. Unde ⁊ decaulescere cōtrariū qđ significat sine folijs fieri. Ply.lib.xix. Raphanus vti iucūdior detractis folijs anteq̄ decaulescat.

Caulon oppidū quod a Plynio collocaꝫ in prima regione italię. Et Stra.in.vi. Cauloniā appellat a locris conditā: vbi vinū optimū nascitur. Aulon vero est mons calabrię contra tarentinā regionē vt inquit Porphirio feraꝫ boni vini: cuius meminit. Mar. Nobilis ⁊ lanis ⁊ baccho fertilis aulon.

Cauma atis.latine calor. ἐξ του καιο μαι λεγεται. Causis combustio: et caulon ęstus seu ardor.

Causia ał's causea: regimen capitis aptū calori. Val. Max.lib.v. Quēadmodū Antigonus caput Pyrrhi texit causia qua velatū caput more macedonum habebat. Causis eñi grece: latine combustio.

Causon ęstus. Inde ab Hippocrate et Auicenna causon febris ęstuans appellatur.

Caunus insula in mari oceano ⁊ ęstate ⁊ autumno pestilens propter ęstus ac pomorū copiā. Unde Caunij colore admodū viridi pallentesq3 existūt in quos olim Stratonicus citharedis versu Homerico ita iocatus est. Tale quidē genus est hoim quale est foliorū. Ab hac ciuitate aduehebanꝫ fici caunęę dictę. Cic.lib.ij.de diui. Cū M. Crassus exercitū brūdusij imponeret quidā in portu carycas cauno aduectas vendens cauneas clamitabat.

Caupo ge.cōis tabernarius hoc ē ęsculentorū poculorūq3 etiā vēditor. Ulp. Caupones ⁊ stabularios ęque eos accipiem⁹ q̄ cauponā vel stabulū exercent.

Caupona vocaꝫ tā mulier q̄ vinū vendit q̄3 ipsa taberna vinaria.

Cauponius a.um.qđ ad cauponē ꝑtinet: vt ars cauponia. Iust.lib.j. Iussitq3 cauponias ⁊ ludicras artes ⁊ lenocinia exercere.

Cauponaria e,ars cauponandi.

Cauponor penulti. pro. significat lucri causa quasi ad cauponē vendito. Enni⁹. Non cauponātes bellū sed belligerātes. Ferro nō auro vitā cernam⁹ vtriq3.

Causa ꝓprie dicitur id ex quo vel ꝓpter qđ vel per qđ vł a quo aliquid fit. Unde quattuor causarū genera scripsit. Arist. Materialē ex qua aliq̄d fit. Formalē per quā aliq̄d tale fit. Efficientē a qua aliquid fit. Et finalē cuius gratia aliquid fit. Per translationē tamē causa dr̄ ois actio quā in senatu vł in foro habemus. Uñ tria esse causarū genera scribit Cic. demonstratiuū deliberatiuū ⁊ iudiciale. Ex his tñ magis ꝓprie causa dr̄ q̄ iudicialis est. Uñ ⁊ causam ꝓ lite ac controuersia ponim⁹. vt Cic. diligēter egit causā Milonis. Hinc causidici dicunꝫ patroni q̄ in causis iudicijsq3 versantur. Interdū causa dicaꝫ occasio. Terē.in Eu. Iā diu aliquā causam querebat quāobrē aliq̄d insigne faceret. Interdū dr̄ excusatio: vt honesta ē causa mei discessus. Interdū ratio. Ouid.lib.j.fas. Tēpora cum causis latium digesta per annū. Interdū dr̄ origo. Uñ ⁊ quidā causam a casu dictā existimant ꝙ initia ⁊ origines rerum quę causę sunt casu eueniant. Nōnulli a chaos detracta aspiratione ꝙ cōfusa illa materia prima omniū causa fuerit. Alij a greco καυσισ qđ ardorē seu incendiū significat ꝙ causa sit quę nos accēdit ad aliq̄d agendū. Alij a cauēdo ꝙ ea sit q̄ cauet vt aliquid agaꝫ: aut nō agaꝫ. Et causa pars appellaꝫ. Luc.lib.j. Uictrix causa deis placuit s3 victa Catoni: diminutiuū a causa est causula.

Causatiuus a.um.qđ est causa vt aliquid fiat: vt nimia repletio est causatiua infirmitatis: q̄uis etiam aliqñ causatiuū dicaꝫ qđ añcedentē causam significat: sicut et casuale: vt coniūctiones causales seu causatiue.

Causarij milites dicunꝫ a Li.lib.vij.qui ꝓpter honestā causam puta valitudinem a militia soluuntur: quasi valitudinarij siue sontici aut qui omnino causā et admonitionē habebant ex morbo senectute ve. Terti⁹ inquit exercit⁹ ex causarijs senatoribusq3 a. T. Quintio conscribatur: q̄ vrbi mœnibusq3 ꝑsidio sit. Sic causaria missio dr̄ per quā milites soluunꝫ a sacramento militari. Ulp. Causaria inquit missio est: que ꝓpter valitudinē laboribus militię soluit.

Causo as.induco efficio. Hiero. ad Eusto. Sępe etenim in fabis ⁊ ordeaceis panib⁹ nimia auiditas grāde peccatum causat.

Causor aris.deponens: significat rei gestę causā affero seu reperio: et excusationē adduco. Sue. Syllanum itē socerū ad necem secandasq3 nouacula fauces cōpulit causat⁹ ꝙ se ingressum turbatius mare nō esset secutus. Gel. Negociū sibi esse causaꝫ. Virg. Causando nostros in longū ducis amores. Causari etiā culpare est. Hiero.cōtra Uigil. Causabanꝫ quondā apostoli ꝙ periret vnguētū: sed dñi voce correcti sūt. Idē contra Rufi. Quicquid eñi me nō fecisse causaris quare nō ipse fecisti?

Causificor: causam dico. Plau.in aul. Non causificor quin ego illā habeam potissimum.

Cauterium: instrumentū est quo notę imprimuntur: et morbi alioquin insanabiles inuri solēt. Preterea cauteriū in pictorū instrumētis cōtineꝫ quo bituminationes ⁊ fortiores quęq3 cōglutinationes concoquunꝫ.

Cayster fluui⁹ Lydię sardibus ꝓximus απο του καιεσθαι hoc est amburi qm̄ ꝓpinquus sit catace caumene quę pars est Ephesię ꝑtorrida ⁊ deustę similis nulla ꝑter vitē arbore s3 vino ꝑstantissimo qđ Uictr. et Ply. catacecaumenitem ex hac origine denoiant. Hinc Caystran⁹ campus. Stra. Post egressum caystri amnis lacus est selenusius cognomine in alterū statim lacum interfluens.

Caystrus femi.ge. vrbs est Cilicię mediterranea.

C Ante E

Cecrops: prim⁹ athenienſiū rex qui annis quinq̄ginta regnauit. Hic athenas instaurauit. A cecrops fit cecropius a.um. possessiuum. Virg.lib.iiij. Georgi. Cecropias innatus apes amor vrget habendi. Cecropis idis. patronymicū fęmininū. Et Cecropide athenienses dicti sunt. Suidas noster. κεκροψ αιγυπτιοσ ων τογενοσ ωκησεταισ αθηνασ οθεν κεκροπιδαι οι αθηναι.

Cecryphalea ꝓmontorium seu insula in peloponneso vbi athenienses ab egyneptis prelio fugati fuerunt.

Cedo is.ssi.ssum. vide in dictione cedo is.

Cedrus: arbor maxima q̄ in ędificijs vtilitatē ꝑstabat eo ꝙ huiuſmōi materies ⁊ procera sit nec onerosa parietib⁹. Eius folia ad cupressi similitudinē respondēt lignū iucūdi odoris ē et diu durans nec a tinea vnq̄ exterminaꝫ. Virg.lib.ij. Geor. Dant alios alię fetus dāt vtile lignū Nauigijs: pinos domibusq3 cedrum atq3 cupressos. Ex hac arbore nasciꝫ oleum qđ cedreū dr̄ vt Uictru.ij.inquit. Quo reliquę res cum sunt vnctę vti etiā libri a tineis ⁊ carie non ledunꝫ. Iuxta quem sensum Persi. dixisse videꝫ. Et cedro digna locut⁹. Hinc fit nomē possessiuū Cedrinus a.um.

Cedrea primus sudor qui defluit in canali dum pix fit: cui tanta ē vis vt in ęgypto corpora hominū defunctorū ea perfusa seruentur.

Celene pluralis nūeri tm̄: fuit vrbs phrygię. Luc. Lugent damnatę Phebo victore Celene. Potest tamē declinari singulari nūero Celena e.

Celeno cū diph. fuit vna ex harpyis: et atrum seu tenebrosum significat: grece κελαινοσ.

Celebris ⁊ hoc celebre penul.cor. distinguiꝫ a frequēti ꝙ frequens dicaꝫ creber de loco: siue de re aniata: vt frequens miles: frequēs senatus.i.creber copiosus: multus: frequētes dom⁹.i.crebrę multę. Aliqñ dr̄ ꝙ

ab aliis frequentat: vt frequēs locus: frequēs tēplū in qd multi cōueniūt. Et infrequēs parū frequentatū vt infrequēs forū in qd pauci vl raro cōueniūt. Phe nix infrequēs auis.i.que rara reperit. Cice. Rei mili taris te infrequentē tradidisti.i.fugientem a signis & raro i pugna interessentē. Celebris vero ꝓprie dicit velox. Acti⁹ Celebri gradu celerasse decet. Qm̄ ꝓ accelerare gradū: frequentare est: factū est vt celebre pro frequenti accipiat: et qui in omniū ore versatur. Et hoc passiue tam ad rem q̄ ad personam relatam. Cice. lib. ij. ad Heren. Locus querit celebris ne sit: an desertus.i.qui celebrat. Hinc celebritas frequen tia. Quin. Ante oīa futur⁹ orator cui in magna cele britate & in media rep. viuendū est assuescat a puero non reformidare homines.

Celebro as. frequento. Var. Cui non tam cura erat vt templa deorū q̄ vt popinas celebraret. Per transla tionē tñ qm̄ que frequentam⁹ etiā colimus: celebrare ꝓ colere & venerari ponit: & celebritas ꝓ cultura at q3 honore. Hinc celebrare laudibus & virtutum cele britate dicimus. Ites celebriorem et celeberrimum pro honoratiorem et honoratissimum. Celebriter: cum cultu & honore.

Celebresco: celebris fio. Actius. Et qualiscunq3 fama celebrescat tua.

Celeres: penulti. pro. grece ἀπὸ τοῦ κέλευω κέλητες ex horror: vocant equi q ad cursū soli adhibent siue bi gis vel quadrigis etiā nauigia vt his tēporibus fieri solet. Nā q bigis quadrigisve adhibebāt ad cursum desultorū dicebant. Ply. Antiq celetas tm̄ dicebāt in sacr. Postea ꝓ & q bigis vel quadrigis vicissent latine dicunt desultorij: q ex his facile desiliatur.

Celer idem est qd velox: a quo celerrim⁹ et celerissim⁹ fiūt superlatiua ꝯm Pris. Celero as. pen. cor. celeriter aliquid facio: a quo Accelero cōpositum.

Celeusma clamor nautarū: & aliorum cū vno aliquid iubente oēs vniformiter respondēt: quasi sibi inuicē iubentes. Hie. apud Hieremiā. Celeusma quasi cal cantiū ꝯcinet aduersus oēs habitatores terre.

Cello as. abscondo siue sciri nolo. Et construit modo cū vno dūtaxat actō. Lact. lib. v. Utrū ne profitebit fugitiuū se vel pestilentē domū vendere: an cellabit emptorē. Modo cū duob⁹. Plau. in Bac. Aedepol fecisti furtū ꝗtati malū cuz istec flagitia me cellauisti & patrē tuū. Modo cū ablō mediāte ꝓpositiōe. Ci ce. Treba. Sed bassus noster de hoc me libro cella uit. At cū passiue ponitur res siue persona per quā quis aliquē cellauit ponit in nominatiuo. Teren. in Eu. Ubiubi est diu cellari non potest.

Cello is. quo veteres vtebantur pro cedo: nunc cōpo sitis tantum vtimur excello et precello: quod est exce do et antecedo.

Cellus a cello: altus: sublimis: excellens. A quo celsi tudo ꝓ excellentia.

Cellatim aduerbiū significat abscōdite. Gel. Ex maxi me cellatim poterat in insidijs duo disponit.

Cella dicta est q in ea cellentur que esse volumus oc culta. Greci Apothecam dicunt in qua res esculēte & poculente reponuntur. Huis proprie apotheca cel la vinaria sit. Capit autē cella significationem vt illi adiectiua iunguntur: vt cella vinaria: cella olearia: cella farinaria: cella pomaria: cella lignaria: cella li braria: cella casearia. Et omnis locus in quo quid re ponitur cella dicit. Unde Uirg. Fauorū cauernas cellas vocauit cū ait. Distendūt nectare cellas. Ites loca in quibus lauamur aut vngimur in domo celle dicunt et loca quo religiosi se ad quiescendū cōferūt celle vocantur. A quo noie Hier. formauit diminu. Unaquecp inquit cellulam adeat: benedictione ma tris suscepta. Et cella pars tēpli erat sacratior in quā ingredi fas non erat. Unde apud Gel. legitur Sci pionem in capitoliū venisse: iussisseq3 cellam Jouis aperiri: ibiq3 solū demoratū fuisse. Liui. li. iij. In cel la Jouis optimi maximi habitaret erul.

Cellarium videtur ea figura dici: qua granariū panari um: vt pro cella ac repositorio accipiat. Sed est pau corū dierū: penu longi tēporis. Hāc cellā promptu ariā seu promptuariū appellāt in quo condunt & ex quo promunt ad victū necessaria. Hier. Considera te coruos quibus non est cellarium: neq3 horreum et deus pascit illos. Unde in sacris litteris cellaria ꝓ sepulchris poni solent: vt ē illud propheticū Popu lus meus intra in cellaria tua: aliquantulū donec ira mea transeat. Ubi Hiero. Cellaria sepulchra signifi cant: de quibus hoc vtiq3 ꝓfert qd conditū fuerit. A penore etiā is loc⁹ penariū & penuaria seu penaria cella nūcupat. Ci. in ver. M. Cato sapiens cellā pe nuriā reip. nr̄e nutricē plebis romane siciliā noīauit. Huius diminu. est cellariolū. Hiero. Sunt & culine in tēplo: sunt & cellariola.

Cellarius qui in cella prepositus est: vt rationes salue sint: aut penoribus recōdendis. Col. Ut cibus & po tus sine fraude a cellarijs ꝑbeat. Plau in capt. Pro me q̄duis te facio cellariū. Idē cellarios promos: et condos vocat q & deintus promāt: et intus condāt. Ait em̄ in pseu. Promus & cōdus sū ꝓcurator peni. Auso. Promusq3 condus magis.

Cellaria locus vbi conditur vinum. Plau. in mil. Ego eijciar cellaria.

Celox genus nauicule breuis a celeritate. Apul. lib. de repu. Qui celocē regere neqt: onerariā petit. Hanc & celonem vocant & oxyam. Hanc rhodij inuenerūt.

Celte populi gallie: qui cū venissent ad Iberum hispa niarum fluuiū: ibiq3 consedissent retenta primi nois parte: et assumpta parte fluminis iuxta quod conse derant Celtiberi dicti sunt: et regio eoz Celtiberia. Unū Lu. lib. iiij. Profugiq3 a gente vetusta Gallorū celte miscentes nomen iberis.

Celtiberi populi in hispania a celt. gallis & iberis his paniarum consociatis dicti sunt celtiberi. Unde Si rius Uenere & celte sociati nomē iberis. Luca. Gal lorum celte miscentes nomen iberis. Stra. Quadri fariam diuidit celtiberos: fortissimi omnium qui ad ortum ac meridiē siti sunt originē trahētes. A quib⁹ celtibericus/celtiberica/celtibericū nomē possessiuū: vt bellum celtibericum.

Celticum ꝓmontorium hispanie in oceanū ꝓcurrens.

Celiaci dicunt qui ventris fluxum patiunt. Uar. Qui ex floribus nucis grece & cornu fiūt celiacas fieri atq3 vrina pota refici.

Cenchris auis gen⁹ & latine tinnunculus dr a tinnitu vocis ex accipitrū genere quē Aris. lib. vj. de aīalib⁹ solū ex adūco genere q̄terna: et eo plura oua parere dicit. Dicta cenchris quasi miliaria: est & cenchris vt inquit Hiero. Locus corintho vicin⁹ immo portus ipsi⁹ corinthi: vt ē illud apost. Cōmendo vobis Se ben sororē nostrā ministrā ecclesie: q est Cenchris.

Cenomani fuerunt populi gallie cisalpine: quorum ca put vrbs ouria fuit.

Cenos latine vacuus. Unde cenodoxia inanis gloria. Nā cenodoxia cū e. diph. noua gloria καινος enim nouū dr δοξα gloria Cenodoxia cōis gloria.

Cenotaphium vacuū sepulchrū ὅτι κενὸς λέγεται καὶ θάφος ἀπὸ τοῦ θάπτειν sunt em̄ vt capsa q ponit in tēplo ad officia mortuorū.

Censeo es. sui. itum. pen. cor. significat existimo. Liui. lib. vj. de bel. pu. Censent eo venturū obuiam peni. Item censere/constituere/deliberare. Nam senator censet cū sententiā dicit de eo quod sibi videt assenti tur cum alienam approbat. Uū dicimus senatus ali

quid censuit. A quo etiā cēsoris nomē tractū videꝉ. Itē censere succēsere significat. Var. Ne vobis censeā si ad me referretꝭ. Itē est in estimatiōe esse. Boe. in top. Oīm faciēdi liberi tres partes sunt. Una quidē vt censu liber fiat. Censebanꝉ eīm antiquitꝰ soli ciues romani. Inueniꝉ etiā cēsio is. iui. itū. pe. p. Oui. Presto recensitꝭ euoluere secula fastis. Cōposita a cēseo sunt Accēsco/ ꝑcenseo: qđ est perfecte censeo: numero Col. Rusticatiōis magna ꝛ diffusa materia est partesq̃ si velimus eius ꝑcensere: vix nūero comprehendimꝰ. Recenseo ꝛ succenseo.

Censor qui censurā gerit. Censores magistri morum erant a censendo. i. arbitrando dicti: ꝙ illis summum arbitriū erat alioꝝ moꝝ. Var. Censor ad cuiꝰ censionē. i. arbitriū censeꝉ populus. Festus. Censores dicti ꝙ quisq̃ tanti sua estimaret quantū illi censuissent qđ non absurdum videtur: quia ꝛ rerum ꝛ moꝝ censores erant. Uñ Plu. in emilio. Censura maxime oim magistratuum reuerentie: plurime potestatis tum in aliis rebus: tum maxime ad moꝝ emendationē. Nā senatores e senatu remouere potest equcuos ex plebeis erarios facere: notare infamia: censū agere: lustrum condere. Erant autē duo censores: qui quinto quoq̃ anno creabantur.

Censorius vir: qui censor fuit: vꝉ qui dignus est vt censor sit ꝓpter moꝝ grauitatem qui alios iudicet. Frequenter tñ iūgiꝉ rebꝰ: vt censoriū dictū qđ est censoris: seu qđ ad censorē pertinet.

Censuales. qui censoribus assistunt: famulanꝉ. Sido. ad namatiū. Uirtus turme censualiū: emulatoꝝ cōsulis ꝓxime proximus eram.

Censio castigatio. Uñ censionē facere dicebanꝉ censores cū mulctā equiti irrogabant.

Censura censoris dignitas: sicut a ꝑtore pretura/ sicut cū dicimus. Censor qui gerit cēsurā. Accipiꝉ interdū ꝓ seueritate correctione decreto ꝛ lege.

Census us. annuus redditus: ꝛ quicquid fortunarum quis habet. Quin. Abiere vires census mēs. Uñ ꝗ centū milia eris in ꝓfessionem detulissent censi dicebanꝉ. Cēsus equestris cōstabat ex sestertiis. cccc. Itē census dicebaꝉ estimatio rerū ac bonorum facta ꝯm quā tributa pendebanꝉ. Uñ censum agere ē recēsere hominū facultates. Et census dicebatur qđ principi aut erario soluebaꝉ viritim.

Census censi significat eū cuiꝰ bonis factus est census. Unde capite census: ꝛ capite censi.

Censum. Euboee ꝓmontoriū in septentrionē directū.

Centauri thessalie populi secus pelium montem habitantes qui a poetis finguntur esse media parte viri et media equi: originem ab Ixione trahentes agrestes admodum. Qui primi pugnare ex equis ceperunt: ꝛ a stimulādo calcaribꝰ eq̄s centauri dicti sunt: απο του κεντειν: quod est pungere ꝛ stimulare: quia furentem taurorum gregem telis confecerunt: propter quod hippocentauri. i. equi stimulatores appellati sunt. His proximi erant lapithe iuxta Othrin mōtem eiusdem prouincie cum quibus bella gesserunt. Centauros ab Hercule victos interfectos ostendit Diodor. Dicti sunt nubigene quasi filii nubis: quoniam in castello habitauerunt nomine nephele νεφελη quod significat nubem Centauri a latinis breuitatis causa dicti: nam hippocētauri dici debuerunt. Nam hippos equus κεντειν pungere ζυρα rota calcaris: quia cum superius essent homines inferius erant equi. Sed diuus Hieronymꝰ de Paulo pmo eremita: ostendit Centauros animalium genera esse cum inquit. Etiam media dies coquente iam sole desuper feruebat: nec tamen a cepto itinere abducebatur: dicens. Credo in deum meum ꝙ seruum quem mihi promisit: ostendet: nec plura his cōspicit hominem equo mixtum cui opinio poetarum cētauro vocabulum indidit. Quo viso salutaris signo armat frontem. Et infra. Uerū hoc vtrum diabolus ad terrendum eum simulauerit: an vt solet eremus monstruosorum animaliū ferax istam quoq̃ gigneret bestiam incertū habemus. Cētaurus etiā genus nauis est: vt apud Virgꝰ. libro. v.

Centaurea siue centaurion genus herbe. Aetius autē grecus medicus κενταυριου του μεγαλου η ριζα et subdit. προυτεπουσα κατα μηνια καὶ εμβρυα γακρακατα σπωσα κενταυριου δε μακρου η ριζα ξηρατικη. et multa alia.

Cento velum laneum: quod lana aut tomento consertum vt ictus nullos patiatur. Cesar. Eamq̃ cōtabulationem summam lateribus lutoq̃ constrauerunt: ne quis ignis hostiū nocere posset: centonesq̃ iniecerūt ne aut tela tormētis missa tabulationē perfringerent: aut saxa ex catapultis lateritiū discuterent. Sisen. lib. iii. hist. Aceto madefactis centonibꝰ integuntur: quos supra perpetua classi suspensa cilicia obtegunꝉ. Quidā centonē pro stragule genere super quo cubare solent. Cato lib. i. de re. rust. Centonē posuit ꝓ vestimēto rustico: hoc est ꝓ interiore vestimēto qđ supersubucula superindui solet: bombyce inserta. Tres inquit centones queris: sex culcitras: nouē instragula. Similiter et Macrobius dū scrophā sub centonibꝰ iacere scribit rusticā vestem esse declarat. Fieri aūt centones ꝯstat ex pannis diuersoꝝ coloꝝ vel lanis in vnum condensatis atq̃ consutis. Unde Homerocentones et Uirgiliocētones quales fecit Proba Falconia: definit Auso. poeta q̄d sit cento. variis de locis: sensibusq̃ diuersis quedam carminis structura in vnum solidata versum vt coeāt: aut cesi duo: aut vnus ꝛ sequēs cum medio. Nam duos iunctim locare ineptū est.

Centrum punctum sphere aut orbis medium certissima obseruatione distinguiꝉ. Nam in omni orbe vel sphera medietas centrū vocaꝉ. Aug. lib. xiii. de ciui. dei. Hanc animā Plato ab intimo terre medio qđ geometre centꝝ vocant: ꝑ omēs partes eius vsq̃ ad celi sūma diffundi: ꝛ extendi ꝑ nūeros musicos opinatur. Apul. in cosmographia cardinē inquit mūdi. Sic eīm dixerim centrū habet tellus. Hinc fit centralis adiectiuū. Ply. lib. ii. Quindecies ꝛ pluribꝰ suberit q̄ terra centralis interueniat. Alias centron.

Centum nomen numerale ꝛ indeclinabile vltra centū variatur: vt ducenti: trecenti: quadringēti: quingēti: sexcenti: septingenti: octingenti: noningēti. Hinc centenus a. um. vt centena milia: sic ducentenus: trecentenus: quadringentenꝰ: quingentenus: sexcentenus: septingentenus: octingentenus noningētenus. Centuplus: ducentuplus: trecentuplus: ꝛ reliqua. Centesimus: ꝛ deinceps. Centies quoq̃ aduerbiū: ducenties: trecenties: quadringenties: quingēties: sexcenties: septingenties: octingenties: noningenties: Centenarius: ducentenarius ꝛc̄.

Centuria in re mil. centum continet hoīes qui sub vno centurione sunt quoꝝ centenarius iustus est nūerus Hier. lib. i. Re. Satrape philistym incedebāt in centuriis ꝛ millibus. Centurie in agris signant ducenta iugera. Centuria a centū iugeribꝰ vocabiꝉ: sed mox duplicata nomē retinuit inquit. Col. libro. vi. Sicut tribus dicte pmū a partibꝰ populi tripertito diuisi: q̄ tñ nūc multiplicate pristinū nomē possident.

Centurio ꝛ centurionus dicitur quia centum peditibꝰ preest: quia singule centurie centum militibus constabant. In exercitu enim miles centurioni: Centurio tribuno: Tribunus legato: Legatus consuli obedicbat. Sed seorsum magister equitum solum dictatori obtēperabat. Centurio aūt dicebaꝉ primipilus.

Liui. Centurio erat quem nuc primipilū appellam⁹. Veteres arcescebāt cōmisso prelio acies facile turbari: vt hoc incōmodū euitarent cohortes in centurias diuisere: et in singulis centurijs singulos centuriões pfecerūt qui primo centurioni vocabant: quēadmodū a decuriones decurioni. Cohortes in exercitu decem erant in singulis legiōibus: sed prima que reliqs ⁊ numero militum ⁊ dignitate pcedebat aquilam habebat: quod precipuū erat signum romanorū. Centuriones huius cohortis ceteris centuriōibus digniores habebantur. Prima cēturia primipilū vocabatur: ꝙ circa signa grauis armatura ꝯstituta erat. Centurio ipse pimipili centurio dicebatur: ⁊ primipilus vocabat. Hic nō modo aquile preerat: sed quattuor centurias: hoc est quadringētos milites in pma acie gubernabat: ⁊ tanꝗ princeps totius legiōis merita ꝯsequebat et cōmoda. Mar. Grata pudens meriti tulent cum premia pili.

Centurio as. in centurias ordino: vt ager centuriatus qui in ducenta iugera definitus erat. Romulus em̄ centenis ciuibus ducenta iugera distribuit. Et milites centuriati qui in centurias ordinabant. Liui. lib. xix. Scipio postq̄ in siciliā traiecit voluntarios milites ordinauit centuriauitq. Centuriata comitia vt Asco. scribit dicūtur cum ex sexu ⁊ etate fertur suffragium: quia per centenas turmas diuisus erat populus romanus. Hinc succenturio: a quo succenturiati dicuntur milites non prime: sed secunde centurie vbi ad insidiandum maxime collocabant. Ex quo in succenturijs: quasi in insidijs quempiā positū appellamus. Teren. in Eun. Nunc prior adito tu: ego insidijs ero hic succēturiatus: si quid deficies. Proprie autem succenturiare significat explende centurie gratia numerum supplere.

Centuriatim significat p centurias: siue abundāter/copioseqꝫ a centurijs q̄ in comitijs ferebant suffragia.

Centūuiralia iudicia dicta sunt a centum viris. Nam cum essent rome. xxxv. tribus: que et curie sunt dicte: terni ex singulis tribubus sunt electi ad iudicandum qui centumuiri appellati sunt. Et licet quinqꝫ supra centum fuerint tamen quo facilius numerentur centumuiri dicti sunt.

Centussis a decem decussibus dicit: que sunt libre centum: vel a centum assibus qui erāt nummi breues ex ere: vt centusse licetur: id est centum libris venditur per auctionem.

Cephalea morbus: quo totum caput infestatur. Nam hemicranici ab hemicrania sunt: q̄ dimidia parte capitis laborāt. Sed ⁊ celsus cephaleā acutū quoddā pestilensqꝫ malum appellat.

Cephale siue cephalis penulti. corre. significat caput. Cephalicus capitalis.

Cephalus nomē viri et nomē piscis. Amb. Ille sinus maris cephalos alit: lupos ille: ille saxatiles.

Cephalonia insula Ionij maris: a cephalo Amphitrionis socio. Inter eam et zacyntum echinades sūt ad ostium acheloi.

Cephisus penul. ꝓ. fluuius: q̄ magna ex parte torrētis instar labit in phalerium pelagus. Ouid. lib. iij. me. In vada cephisi panopesqꝫ euaserat arua.

Cephisia attica regio. Nā cecrops athenarū cōditor omnē eius regiōis multitudinē in. xij. vrbes digessit. Sz theseus postea has omnes in vnā atheniensium ciuitatē cōgregauit. Dicta cephisia a cephiso amne. Est et cephisia fons attice: sicut latine callirhos.

Cepos latine hortus et vrbs. Suidas. κηποσ πολισ καταβοσ πωρον και κηποσ ειδοσ κουρασ δυογαρ εισι κουραυσ καφιον και κημεω το μεν ουν το ενχρο ο δε κηποσ το προ ποσ πωκεκοσ μισθαι. Vn̄ apparet in vocabulario greco nō esse bene interpretatā hāc dictionem σκαφιον.

Cepurica greci appellant q̄ nostri hortensia holera. s. q̄ in horto serūt. Vn̄ Sabinus tyro librū cepuricon scripsit: hoc est hortensiū quē Mecenati dicauit.

Cephe⁹ (teste Ouidio) ethiopū rex fuit: Andromade pater quā ceto ꝓpositā fabule dixerunt hanc autem perseum a periculo liberatam vxorem duxisse. Itaqꝫ vt totū hoc genus perpetuo maneret ipsum cephea inter sydera collocatū esse prodiderūt vna cū vxore Cassiopea et Andromeda filia ⁊ genero perseo. Oritur Cephe⁹ in. xv. parte capricorni Hoc sydere nati erunt seueri: sicut Catones.

Cerastes latine cornutus: genus est serpentis: quod teste Plynio lib. viij. quadrigemina cornua pfert simillima arietum. Nam κερασσασοσ simili modo ceruus dicit. In gtō cerastis ⁊ ceraste. Luca. Spinaqꝫ vagi torquente ceraste.

Cerasphoros a nostris corniger dicitur.

Cerates genus ponderis: quod est medius obolus.

Cerasus cerasi penul. cor. arbor nota a cerasunte ponti ciuitate sic dicta. Quā cum Lucullus deleuisset: inde illā transtulit: et a ciuitate Cerasum appellauit. Sane arbor cerasus: pomū vero cerasum. Ouid. de nuce. Audiat hec cerasus stipes inanis erā: dicitur ⁊ cerasum ꝓ arbore. Col. Cerasa ⁊ tuberes ⁊ armeniace atqꝫ amygdale: que prime florēt possunt inseri cōmode. In plurali cerasea ceraseorum. Ply. lib. xiiij. Ceraseorum Aproniana maxime rubent. Inter cerasa principatū obtinent Duracina. Actia ingerrima sūt: ⁊ iuliana tenerrima.

Cerasus cerasuntis: ⁊ cerasunta seu cerasuntia ꝓ vrbe in ponto. Hiero. ad Marcel. Accepimus ⁊ canistrū cerasis refertum talibus ⁊ tam virginali verecundia rubentib⁹: vt ea nūc a Lucullo delata existimarem si quidem hoc gen⁹ pomi ponto ⁊ armenia subiugatis de cerasunte primus Romam pertulit. Unde ⁊ de patria arbor nomē accepit. Pompo. Rare vrbes cerasunta ⁊ trapezus maxime illustres.

Ceraunus penul. pro. cognomen cuiusdā Ptolemei. Quo nomine significatur fulmen quod greci dicunt κεραυνον. Unde ceraunii montes sunt epiri: a crebris fulminibus. Plynius in armenia maiore ꝓ illis accepit: qui caspius et niphates a Ptolomeo nominantur: quibus videlicet ab ortu solis finitur armenia. Huius rei causa est: ꝙ taurus mons simul atqꝫ frangi cepit et innumeras obire gentes ceraunus in vniuersum vocatur: etiam si nominibus populorum per quos meāt lacinie distinguitur. Alio nomine dicuntur acroceraunia. Horatius. Infames scopulos acroceraunia.

Ceramicum latine tegulariū: vel figulariū. Nam deriuatur a κεραμιοσ: quod est tegula. Erat locus athenis: de quo Plyni. libro. xxxvi. Opera praxitelis sūt athenis in ceramico.

Cerberus penul. cor. interptatur terra que oīa cōsumit: inferni custos quasi κρεοβοροσ. i. vorans carnem κρεασ eni greci carnem dicunt. βορον τα edacem Canistriceps. Cerberum ab inferis traxisse herculē in fabulis est. Fertur ꝙ hic fuerit serpens in Tenaro laconie promontorio: cuius veneno mortales extinguebant. Et qm̄ in Tenaro ad inferos dicit esse aditus: ditis canē dixerūt: quē cū Hercules trucidasset nata est fabula canē tricipitē interemisse: q: omnes cupiditates ⁊ cūcta vitia terrena ꝯtēpsit ac domuit. Cerberus etiā dictus est canis Alexādri epiroticus leonibus congrediens.

Cercopythecus pe. ꝓ. nomē cōpositū ex κερκοσ que dr cauda ⁊ πιθηκοσ simia q̄si simia caudata/ quā marmonē vulgo dicim⁹. Ply. lib. viij. Cercopythe/

cos nigris capitib⁹ pilo asinino ꝛ dissimiles ceteris voce sunt. Mar. Callidus emissas eludere simius hastas. Si mihi cauda foret cercopythecus eram.

Cercyra pe. cor. olim pheane nomen fuit: nunc autem vulgo dicit corsu corrupte.

Cerdo vilis homo lucrū sectans: qui artes illiberales exercet κερδοσ enim lucrum dicitur: et Cerdeno latine lucror.

Cerdistos grece: latine significat acutissimū: pindeq; prudentissimum.

Cereon greci dicunt fauum. Unde et pro suaui ꝛ iucūdo poni solet.

Cerebrū inquit Ply. est viscerū excelsissimū proximūq; celo capitis: sine carne: sine cruore: sine sordib⁹. Hic habet sensus arcem: hic culmen altissimū: hic mentis est regimen. Auicenna ait cerebrū esse principiū virtutis sentiendi ꝛ mouendi. Ambros. libro. vj. hexa. Initiū inquit neruoꝝ et omniū sensuum voluntarie cōmotiōis cerebrum est: a cerebro ꝓficitur somnus. Que cerebrū non habent nō dormiunt: diminutiuū a cerebrum fit cerebellum.

Cerebrosus dr̄ homo ad insaniā facilis cui cerebrum moueat: vel a peruerso cerebro: qui totus suo cōsilio heret ꝛ obstinatus a nemine ꝑsuadetur et iracundie obtēperās sine ratione fert. Hor. lib. j. Ser. Donec cerebrosus prosilit vnus. Dicit et de brutis. Col. li. ij. Quod eo tēpore satum pecori sit noxiū: et ꝓcipue bobus quos pabulo suo cerebrosos reddit.

Ceres dea frugum putabatur a creando dicta Saturni ꝛ opis filia Unde alma ceres quia nos alit: vel vt Cice. libro de na. deoꝝ scribit. Ceres dicta est tanq̄ geres a gerendis frugib⁹ casu prima littera immutata a grecis διμητρα quasi γιμητ α hoc est terre mater ꝙ cūctarū frugū creatrix sit. Hec q̄nq; luna dr̄ sicut liber ꝓ sole Virgi. lib. [illegible]. geor. Uos o clarissima mundi lumina labentē celo que ducitis annū: Liber et alma ceres. Ponitur interdum ceres pro ipso pane: sicut liber ꝓ vino. Terenti⁹. Sine cerere et baccho friget venus.

Cereale: quod ad cererē pertinet: vt cerealia arma.

Ceritus pe. pro. quasi cereritus: hoc est cereris ira et indignatione vexatus. Nam in cereris sacris furore corripiebantur. Et sicut a baccho bacchantē dicim⁹ sic a cerere ceritū. Pors. in Ser. Ceritus fuit aut cōmote crimine mētis. i. insanus ꝛ furiosus. Unde qui emote mentis sunt ceriti nuncupari solent. Plau. in Amp. Tu certe laruatus es: aut ceritus. Idē Iubē hanc ꝓ cerita circunferri.

Cerus genus arboris glandifere a quo fit possessiuum cereus/cerea/cereum.

Cerretū oppidū Umbrie inter spoletū ꝛ Nursiā a quo ceretanus a. um. Nā illa videnf ꝓdigialiter in nr̄is ceretanis accidisse: vt aliqua vitis apud te excederet vuarum numerū duorū milium.

Cerinthe es. genus herbe mellis cum cera mixti saporem habens. Virgili⁹. lib. iiij. geor. Et cerinthe ignobile gramen: habet folium candidum incurruū cubitalis/capite concauo: cuius florū auidissime sūt apes a cera deriuatur.

Ceretani populi hispani: vt auctor est Plyni. ꝛ Stra. apud q̄s generosa vina nascebanf que ceretana dicebanf. Mar. Ceretana nepos ponat setina putabis. Sūt ꝛ ceretani populi ex cereto vmbrie oppido qui totum orbem vino quodam: ac turpi superstitionis genere ludificant.

Cerostrotū cōpositū a greco. Nā κερασ latine cornu στρωτοσ stratus ꝛ est cerostrotū picture genus cū ex cornibus ramēta tingunf variis colorib⁹: deinde vermiculatim ligno inserūf. Principio hoc ex ligni bracteis fieri ceptū. Postea cepere tingi animalium cornua dentes elephantorū secari: lignumq; ebore distingui: mox totū operiri. Ply. lib. xj. Nunc tincta nūc sublita: nunc q̄ cerostrota picture genere dicunf. Proprie tamē dicif cerostrota: cornibus strata sicut lithostrata lapidibus strata.

Cerno is. creui: et ſm aliquos cerni. Liui. libro. vij. Et quod haud minus timendum erat stolide ferocē viribus suis cerneret: cretum significat video. Virgi. Cernimus astātis nec q̄cq; lumine toruo. Quandoq; cernere est considerare: vt cerno ꝙ populus iste dure ceruicis sit. Quandoq; iudicare/statuere/deliberare. Cicero libro. iij. de legibus. Quodcunq; senatus creuerit: populusue iusserit tot sunto: regio imperio duo sunto. Lucil. Postq̄ ꝑsidiū castris educere creuit. Pacu. Et equū ꝛ rectū est qd̄ postulas iurati cernant. Q̄nq; diuidere/secernere/cribrare: qd̄ ꝛ incernere dicif. Vn̄ ꝛ incernicula cribros vocam⁹. Ply. lib. xviij. Rursus que transit arctiore cernif. Unde ꝛ crines dicti sunt: ꝙ sint discreti. Quādoq; dimicare. Plaut. Pro patria amphitrio dum cernit. Quādoq; cedere. Unde cernere hereditatem filij parētibus dicti sunt: hoc ē cedere. Accius Regnū tibi permitti malunt cernam tradam exercitus. Cōposita huius verbi sunt concerno: quod Aug. lib. v. cō. ꝓ cōiungo posuisse videf cum inquit. Talem naturā nasci posse de Maria virgine nō arbitrabar nisi carni ꝯcernere tur. Cōcerni aūt ꝛ non coinquinari nō videbā ꝙ mihi tale figurabam. Decerno/discerno/excerno/incerno/secerno/et succerno: qd̄ est subdiuido. Ply. Farnario cribro succernunt.

Cernulus a cerno formari videtur: quasi diminutiuū a cernuus: qd̄ nusq̄ legi. Hiero. cōtra Ruffi. Quāq̄ tu occupatus in sensibus: ꝛ ad instruendam mihi calumniam cernulus grammaticorum et oratorū precepta contempseris.

Certo as. significat altercor contendo. Unde certamen ꝛ certatio. Interdū prouoco. Teren. in phor. Bene dictis si certasset: audisset bene. Hinc componuntur decerto ꝛ concerto.

Certatim aduerbiū significat singulariter vnum cum altero: quisq; ꝓ virib⁹ astrigo luno de altero. Farecbi ne po piu. Sue. in Augu. Senatus et in funere ornando ꝛ in memoria honorāda eo studio certatim ꝓgressus ē Hier. in lib. Iudi. Igif certatim ramos de arboribus ꝑcidentes sequebanf ducem.

Cere oppidum fuit Thuscie non longe a Tarquinijs. Vide in dictione Cerete.

Certamen cōflict⁹ qui fit inter duos aut plures. Grecis certamina celebratissima hec fuerē: olympia phthia: isthmia: et nemea: in quib⁹ greci magnos honores constituerūt victoribus athletis. Nam olympica: q̄ in olympo arcadie mōte iuxta Pisam ꝛ helidē quinto quoq; anno in honorē olympij Iouis celebrabantur: et qui vicisset corona oleagina donabaf. Instituta q; sūt anno mūdi quadringētesimo supra. iiij. milia in eoq; certamine hercules pm⁹ coronat⁹ ē. Phthia Apollini sacra erant: quorū victor poma referebat. Isthmia ab Isthmo parte arcadie vbi celebrabāf in honorē palemonis quē latini portunū dicunt et qui vicisset coronā ex apio reportabat Nemea a nemea sylua in memoriā Archemori Lygurgi filij fiebant: q̄rū victores pinu coronati abibant. Hec certamina etiā ludi plurali nūero dicunf et spectacula.

Certus a. um. ponitur ꝓ claro ꝛ indubitato a cerno ꝓ video: q̄r ea q̄ cernimus clara ꝛ indubitata sunt. Unde facio te certiorē dicim⁹: hoc est declaro ꝛ affirmo tibi ita esse. Gel. Certi sumus non ignorare te quid vena appellaf. Hinc fit incert⁹: dubius. Incerto as: Certitudo. Interdū certus dr̄ ꝯstitutus: hoc ē tant⁹ ac talis: q̄tum ac quale volumus. Vn̄ certū vulnus

fecisse aliquē dicimus cũ nec plus nec minus fecit q̃ voluit. Mar. O q̃ certa fuit librato dextera ferro Jnterdũ discretus. Hinc certos fere numero plurali dicimus pro eo qḋ est quosdã: quasi a ceteris discretos. Cice. Js enim cũ certis alijs ad Cesarem missus pauloante discesserat. Sal. Apud latera certos vocauit. Jtē certus firmus nō vacillãs. Ouid. Da mihi quid petit certo cõtingere telo. Et certũ dicimus deliberatũ: in quo plerũq; adiũgitur vrbũ cũ infinitiuo vt Certũ est mihi in Asiam nauigare. Vir. Certũ est in siluis inter spelea ferarũ Malle pati. Hinc fit aduerbiũ certe: qḋ cũ affirmatiuũ sit: aliqñ etiã p saltē ponitur. Cice. Marcel. Victi sum⁹ igitur: aut si vinci dignitas non potest certe fracti et abiecti. Jungit̃ q̃q; cũ z: semp q; affirmat. Cice. Et certe contra Cesarē z ingressus armat⁹. Si aũt iungat̃ cũ verbo scio vel similibus e in o mutari solet. Ci. Et si certe scio.

Certisso as: cert⁹ fio. Pacu. Vocãt cocos vñ certissēt.

Cernuus ꝓnie inclinatus quasi qui terrã cernat. Virgilius lib. x. Erectoq; incũbit cernuus armo.

Cerui aialia q̃ magna cornua gerãt quasi gerui. g. in c. mutata. Vel απο των κεραΤων. Hoc est a cornibus que primũ binis oriunt̃: simplicia quidē z recta ad subularũ similitudinē: quãobrem subulones p id tēpus appellant̃. Hinc ceruinus a um pe. producta. Mar. Ceruinus gelidũ torquet sic halitus anguem. Et cerui dicunt̃ furce que ad case sustentationē figuntur ad similitudinē cornuũ cerui. Vir. Atq; humiles habitare casas z figere ceruos.

Ceruisia decoctio ex fermentis z sorbis confecta: quã Bacchus inuenit. Vir. Et pocula leti fermenta atq; acidis imitant̃ vitea sorbis.

Ceruix posterior colli pars: que ab occipitio incipit et tendit ad spinam: nam que anterior est gula dicit̃. Ceruicis hec cõmoditas est: vt ad dexterã sinistrã ve priorsum retrorsumq; vertatur. Constat eñ ex ossib⁹ orbiculatim vertebratis ex quibus fit ad circũspectũ facilis. Hinc est q̃ q̃ flecti nec cogi possũt ceruicis dure perhibeant̃. Unde dicimus hominē dure ceruicis quasi indomabilē z cõtumacē. Antiqui ṽo vt Quin. ait ceruices dicebant: primusq; hortẽsius ceruicē dixit. Ci. in Vati. Jnflato collo tumidis ceruicibus intulisti Cato. Si caput aut ceruices dolēt: ea lotio caldo lauito. Amb. de diua Agnete. Quomodo possũ ad iniuriã summi dei ceruices meas lapidibus inclinare. Hinc ceruicosus pro duro z inexorabili.

Ceruicale z per apocopen ceruical pe. pro. denominatũ a ceruicibus significat ceruicis sustentamentum et munimentũ. Hoc eñ instrumento delicatorũ ceruices cõfouent̃. Ju. Cõducit comites sellã ceruical amicas. Mar. Tinge caput nardi folio ceruical olebit.

Cerusa pe. p. pigmētũ. Hiero. ad Furiã. Quid faciat cerusa in facie christiane.

Ceryx latine preco z caduceator. Unde Euse. scribit a Nerone cerycas fuisse certamine superatos. Sene. ad Serenũ. Non vis nisi consul aut prytanis, aut ceryx aut fustes administrare rēp. hoc est caduceator z magistratus ad rēp. gerendã. Est autē grecũ κηρυξ εξ Του κερυαγειν και κηρυκευω tñ Suidas κηρυξ ευπολεμω πρεσβυσΤευ ειρηνη.

Cesso as: abstineo: ab opere vaco. Virg. Et si quid cessare potes requiesce sub vmbra. Jtē Cessare tardare remorari. Jdē. Cessas in vota p̃cesq; .i. tardus es in vota facienda. Terẽ. in Eu. Paululũ si cessassem pithias domi nō offendisses ita iam adornabat fugã. Huius cõpositũ est concesso. Plau. Postq̃ aurora est nunq̃ concessauimus lauari: aut fricari: aut ornari

Cestriũ lintheolũ purũ z candidũ. Vide supra q̃r scribitur cum diph. Cestium.

Cesa Cesius z Cestus. Vide supra: quoniam scribuntur cum ae diphthõgo.

Cetus ceti sine diph: piscis maximus in atlantico mari. Hiero. Sicut fuit Jonas in ventre ceti. Amb. lib. Hexa. Virtute mitigauit mare: disciplina strauit cetos. Dicit̃ a Cete neu. genere z nũero plurali. Hier. in Geñ. Creauit deus cete grãdia. Sunt aũt cete maiores pisces nō ouã: sed aial gignētes tãte magnitudinis: que si quãdo supnarãt fluctibus annare insulas putes montes altissimos summis ad celum verticibus eminere. Hi etiã testudines marine dicunt̃ a diuo Hierony. in epl̃a ad Presidiũ diaconē sicut in dictione testudo videre potes. Cetus autē cũ oe diph. conuentũ seu congregationē significat a coeundo: id est cõueniendo in vnũ. Sene. lib. iij. decla. Qui cetũ fecerit capitalis: Qui elegãter ait cetum nomen esse magne multitudinis coeuntis ex consensu quodam. Saltē digne exp̃mit Suidas. κηΤοσ Γαλασσιον θηριον πολυειδεσ εσΤι, γαρλεων ζυγαινα παρδαλισ φυσαλοσ πρηστισ ηλεγομενη μαλλι ο και ΔυσαρΓαγωνισον εσΤι και κριοσ ιΔειν εχθρον ζωον.

Cetarij dicunt̃ maiores pisces capientes: seu vidētes dicti ab eo q̃ cete in mari maiora sunt piscium genera. Col. lib. ix. Salsamentoꝝ oim purgamēta que cetarioꝝ officinis euertunt̃ ꝓberi cõuenit. Var. Aduertis cetarios cum videre volũt in mari turmas ascendere in malũ alti vt penitus p aquã ꝓspiciant.

Cetarie loca iuxta mare stagnãte lacu: in quib⁹ Thynni z alij huiusmodi pisces capiunt̃ z saliũtur. Plini⁹ Carteie in cetarijs assuetus polypus exire atq; ibi salsamenta populari.

Cetra scutum breue loreũ: quo (Seruio auctore) vtuntur aphri z hispani. Virgi. Leuas cetra tegit. Hinc cetrati dicti sunt milites cetris muniti: de quibus fit mentio apud Cesarem z Liuium.

Ceuere pe. cor. est clunes mouere: qḋ fit aut adulãdo aut in re venerea turpia operando z proprie de maribus dicitur. Crissari ṽo de mulieribus. Persius. An romule ceues. Hic ceuentes auctore Probo molles et obsceni dicuntur.

C Ante H

Chere: salue. hoc syro hebraicoq; sermone appellatur Salomlac siue salomalac .i. pax tecũ. χαιρε.

Chabrias athenienssis phus: z Jmpator inclytus. Hic dicere solebat terribiliorē esse exercitũ ceruorũ duce leone: q̃ leonũ duce ceruo.

Chalassis pe. cor. tunice genus: qḋ ιχαλασσαν vocant: a laxitate: vel vt quidã dicũt modus tunice muliebris quo cõnexa circa ceruicē tunica sumit̃.

Chalaza: collectio sub cute buboni z egyptie fabe similis dolorē si tangat̃ afferens. A latinis grando dicit̃.

Chalcedonia: siue chalcedon vrbs fuit in asia iuxta bosphorum thracium et opposito ad byzantium. Hanc megarenses condidere ceci appellati qui nō potius oppositum littus elegere in quo iacet constãtinopolis optimo loco. Hinc olim magna synodus celebrata est. que inter octo numeratur quib⁹ romana ecclesia precipuũ impertit̃ honorē.

Chalcis idis: vrbs metropolitana in Euboea regione insula iuxta Euripum. Unde chalcidicus a um. Alia est Jn chalcidica regione syrie: alia est ethiolia. Est et chalcis auis.

Chalcidius a um: nomē gentile. Chalcidius etiam nomen philosophi.

Chaldea cum ae diph. Asie maioris regio arabie conterminia plana: fontium indiga: in qua babylon ciuitas magna. Chaldeus arphaxat instituit: et a se arphaxateos nominauit: vt inquit Josephus.

Chalix lapidis genus ex quo deducitur ignis.

Chalcestra vrbs thessalie littoralis:iuxta quā axius flu/ uius in mare egeū descendit.
Chalame ciuitas psidie:que nūc appellat̄ ctisiphon.
Chalybes cū y.co.ppl'i in ponto iuxta Thermodon/ tē fluuiū sicut Stra. et Pli.testant̄ Hi ferrū nudi esse dicūt dicēte Vir. India mittit ebur:molles sua thura sabei. At chalybes nudi ferrū. Ponitur tñ q̄nq3 cha/ libs p ipa ferri materia. Oui.li.iiij.de fast. Aes erat in p̄cio chalybis iā massa placebat Quāq3 p instrumē to ex chalybe facto. Virgili°. Vulnificusq3 chalybs. Luc. Chalybem frenosq3 momordit.
Chamus genus freni dict° q̄ sit breuis χαμὸσ eñ breuis dr. Hiero. in ps. In chamo et freno maxillas (eoꝝ cōstringe.
Chamedracōtes genera serpentū.
Chamecyssos:gen° hedere q̄ nūq̄ se ab humo attollit cōposita dictio ex χαμαὶ qd̄ est infimū et κισσὸσ hedera. Sic chameplatani vocant̄ humiles platani et coacte breuitatis. Chame daphne pusilla laurus chamecerasi breues cerasi.
Chamelus g simplex l. generis cōis aial quadrupes. Hiero. in gen. Separauit chamelos fetas cū pullis suis. Bactri chamelos mittunt et arabia: vt scribit Diod. Sed in hoc differunt q̄ arabici bina in dorso habēt tubercula hos dromedarios vocāt:singula ba ctriani. Chamelus vo p fune nautico quo nauteꝫ ma rinas anchoras ligāt gener' mas. est: vt est apud euā/ geliū. Facilius est chamelū p foramē acus intrare.
Chameleon ontis. q̄si paruus leo: aial est diuersa va/ rietate cōspersum: vt pardus: et ad colores q̄s videt cōuersione facillime variat̄: Nascit̄ in India:figura et magnitudo est lacerte: q̄ nisi crura hab3 recta et ex celsiora latera vētri iungunt̄: vt piscibus et spina simi li mō eminet:rostrū simile suillo:cauda p̄longa in te/ nuitatē desinēs et implicās se vipinis orbib°: vngues adunci:motus tardior vt testudini:asperū corpus vt crocodilo:habet oclos corpori cōcolores:nunq̄ eos operit. Solus animaliū nec cibo:nec potu alitur:nec alio q̄ aeris alimēto:latet hyeme vt lacerta. Ab Aui cēna dr̄ stellio:sed diuersum esse Hiero. in Leui. ostē dit cū inq̄t. Megale chameleon et stellio et lacerta et talpa oīa hec imūda sunt. Est et genus herbe a folio rū varietate:mutat eñ cū terra colores ad simitudinē chameleontis aīalis. Hanc quidā bupbonē vocāt.
Chamatere dicunt̄ humiles et depsse imagines. Cha/ me eñ grecoꝝ aduerbiū latine significat humi. Scri bit Pli. lib. xxxvj. scopā fecisse apollinē palatinū ve/ stā sedētē laudatā in seruilianis hortis duasq3 chame/ teras circa eā. χαμωσθεοσ ην τυριων και αλμέ νιτωνωσ πηναστασηθεοσ σιδονιωη ελα/ τρευσε σολομων.
Chamelopardalis pe. co.aial cui° ad magnitudinem chameli pceritas:color pellisq3 pāthere maculis ve luti florētib° variata postremeq3 infra aluū partes hu/ mi subsidēt sicuti in leonib° videm° humeri pedesq3 priores atq3 itē pect° p̄ter ceteroꝝ mēbroꝝ rationem pcera:tenuis ceruix chamelo caput simile. Chame/ lopardalis est aial collo silis equo:pedib° et crurib° boui:capite chamelo albis macul' rutilū colorē distin (guētibus.
Chananea habet diph. in pe. Est autem chananea syria regio a chananeo filio Cham:qui ea3 regionē q̄ nūc Judea nūcupat̄ inhabitās a se chana/ neā nūcupauit: vt lib. j. antiqui. Josephus refert.
Chaonia pars alpestris epiri: licet q̄nq3 sumat̄ p tota Epiro. Hinc chaones ppl'i a Troiano Heleni fratre Chaone noīati. Hi molossi etiā vt scribit Stra. appel lati sunt a Molosso Pyrrhi filio. Virg. Chaoniāq3 omnē troiano a chaone dixit.
Chaos Hesiodus olim rerū initiū vocat: q̄ ante oēs deos deasq3 natu3 sit: In theogonia.s. et orpheus in principio argonauticoru3 ἀρχαῖου μεν πρωτα χαουσ ἀμαιμακετον ανανκην κρονον τε ωσ περ ελοχευσεν απειρεσιοισ υπ ολκοισ αιθε ρα και διφυη περιωπεα κυδρον ερωτα. Et ite/ rū appellat confusa3 quondā ab initio vnitatē hyan tem:patentēq3 in pfundū. Alij appellāt materiā celi et terre confusam atq3 informē que pmū ex nihilo fa cta est: de qua postmodū oīa sigillatim p species va/ rias formasq3 pprias pdiderūt: de qua scriptura loq̄/ tur. Qui fecisti mundū de materia informi. Lact. vo sic habet. Chaos est rudis inordinateq3 materie con/ fusa cōgeries. Nec audiēdi sunt poete q̄ aiunt chaos in principio fuisse. i. cōfusionē rerū atq3 elementorum postea vo deū diremisse oēm illā congeriē: singulisq3 rebus ex cōfuso aceruo separatis: in ordinēq3 descri/ ptis instruxisse mūdū pariter et ornasse. Oia eñ de° fecit ex nihilo. Symplici° in cōmētarijs de celo Ari/ stotel. ηκουσ αδε εγω τουσ μεν αιγυπτιουσ αστρωασ τηρησισ ουκ ελαττονον εξηκον μυ ριαδων et multa alia. Est aūt hoc nomen monopto/ ton: Licet Virgi. auctoritate dixerit. Atq3 chao den sos diuū. Dictū chaos ab χεω fundo: q̄ fuerit fusio id est confusio omniū elementorū.
Characias genus thytimali: herba ramis digitali cras situdine cui° semē cū melle decoctū in vsu est ad cata pocia: hoc est pilulas faciēdas soluēdi alui grā hanc medici corrupto vocabulo catapuciā vocāt.
Charchesia genus poculi apud grecos forma pcera et circa mediā partē cōpressa ansata mediocriter ansis a sūmo ad infimū ptingētibus. Et tribuit̄ Joui sicut Scyphus Herculi: cātharus libero. Vir. Hic duo rite mero libās charchesia baccho. Hoc genere po/ culi aurei donata est alcmene ab Joue p p̄cio cōcu/ bitus. Asclepiades aūt vir inter grecos apprime do ctus charchesia a nauali re estimat dicta. Ait eñ Na ualis veli partē inferiorē paternam vocari. At circa mediā fere partē trachelon dici: sūma3 vero partem charchesiū noiari et inde diffundi in vtrūq3 veli latus ea que cornua vocant̄. Sunt etiā q̄ putēt charchesia esse foramina q̄ in sūmo malo funes recipiūt. Catul. Lucida qua sūma splendent charchesia mali.
Characate vinee. i. pedate: vallate a greco. χαραξ/ κοσ vallū χαρασσω sculpo signo se. ge. dumtaxat pedamentū vitis significat. Col. lib. vj. Que defixis arūdinibus circūiuncte g statumina calamoꝝ mate/ rijs ligatis in orbiculos gyrosq3 flectuntur eas non/ nulli characatas vocant.
Character latine notamen vel liniamentū vel litura si gnū: figura: stilus dicēdi. Vn̄ lr̄e characteres dicunt̄.
Characterismos latine designatio: vt est apud Juue. Et caluo seruiret roma neroni. i. domitiano.
Charis latine grā a q̄ charisma atis i eadē significatiōe
Charites grē tres fuerūt. Aglea. Talia et Euphrosy/ ne Jouis filie.
Charisteū genus marmoris viride a χαρισ gratia q̄ eius color gratus sit aspicientibus.
Chariophillū pe. cor. genus aromatis et nascit̄ in In/ dia grādius et fragili° granis piperis: vt testat̄ Pli. Habetq3 capitella dentata ac odoris mediciniq3 grā ad nos aducbit̄ a χαριεν grosū et φιλον amicū ca3
Charientismos dici pōt gratificatio. Nā a χαριεν qd̄ est gratū vel gratiosum. Figura est cum dura dictu mitius et gratius pferuntur.
Charistia neu. generis et numeri pluralis festa vocab̄ tur quib° cognati cōueniebāt: et munera mutuo mit/ tebant. Oui. lib. fast. Proxima coti dixere charistia a χαρισ gratia.
Charitas. Vide in dictione caritas.
Charon tis a poetis dicit̄ qui trāsuehit tria inferni flu/ mina acherontē: stygem et cocytum.
Chartophylatiū latine scriniū dicitur. Nam φυλακη

custodia φυλασσω custodio.
Chasma atis latine hiatus fissura rictus. δια χαινω ενθεν και χασμα χαινω est hio. Fit aute chasma nō solū in celo de quo Pli. Fit & hiatus celi quē vocant chasma sed etiam in terra. Vñ ait iuriscō. ti. de censibus. Si agri portio chasmate perierit debebit per censitore releuari. Ammianus elegāti vocabulo chasmaticā appellat terremotū quo patefactis subito vorattinis terrarū gētes & hiatū absorbent.
Charmasynū genus serici ex eo q aspiciētes delectet.
Chele scorpionū & cancrorū brachia: sū grece χηλη dicit vngula sed scissa vt Theodorus gaza li. ij. pedie cyri. Uir. Qua locᵘ erigonē inter chelasq sequētes. Am. de cancro loquēs. Et periculosum est inqt si chelā eius includat. Chele signum celeste: & dicitur prima pars scorpij.
Chelys animal: testudo est ppřie sed capitur p cithara ex qua mercurius eā fecit απολησ χελωρησ. hoc est a testudine. Nam ex testudine primo facta est cithara a mercurio sumpta iam carne: sed suffititibᵘ neruis ppřie ergo chelys testudo: chelyon operimētum testudinis.
Chelydros testudo marina ornatus quidā: quo donabant mulieres. Iuue. Donant archana chelydros. Ita eñ exponitur ab eruditis: q̄uis nōnulli legant cylindros cū cylindrus aliud significat.
Chelydonia de quo infra herba visui saluberrima ab hirūdine monstrata a grecis χελιδων & a nřis hirūdo transfert a qua chelydonia herba dicitur q eo auiū genere aduenīēte nascat & discedēte extinguat: siue q hirūdines restituāt oculos pullis suis excecatis ea herba. Itē chelidonia vocat fauonius ventus ab octauo Idus Martias flans ab hirundinis visu. Chelonia etiā est oculᵘ indice testudinis q̄ est lapillᵘ.
Chelenophagi pe. corre. testudinū comestores. Nam χελωνη testudo dicitur. φαγοι comestores. Sunt aūt populi carmanię: vt inquit Soli. qui nō alia q̄ testudinum carne viuunt.
Chenotrophia χηνοτροφια nantiū volucrū auiaria
Chenoboscion locus vbi anseres aluntur. Nam χην χηνοσ anser dicitur.
Chenopus latine anseris pes dicitur. Quo nole dicta est herba quę habet effigiem anserini pedis.
Cherronesus per duplex rr. & vnum s. terra est fere vndiq mari cincta. χερσοσ manus νησοσ insula dicit. Et ob excellentiā ponit p peloponeso. Dicit & cherrōia q̄ fuit plutarchi patria clade totiᵘ grecie clarissima. Uerū totius cherronesi triplex particio vocatur. Prior & nobilior pars est Asia q̄ ab hellspōto vsq ad halyn & cappadociā porrigit: & a mōte tauro in septentrionē versa pōto pcābit euxino. Altera est capadocia q̄ incipiēs vbi asia desinit orientē versus ad euphratē vsq pcurrit: & ab euxino vsq ad taurū et amanū montem in meridiē extenditur. Tertia est omnis plaga quę a summis tauri iugis vsq ad mare in austrum vergit.
Chersonesus idē qđ cherronesus. Nam χερσοσ terra manufacta νησοσ insula.
Chersydros serpēs qui tā in aquis q̄ in terris morat: nam cōponitur ex χερσοσ terra υδωρ aqua quasi viuens in terra & in aqua.
Cherubin generꝰ neutri & pluralis numeri pro illo angelorū choro. Cherub vero seu cherubim per m tam masculini q̄ neutri generis est.
Cheospes egypti rex q̄ celeberrimā illā pyramidē struxit: habuitq in ea tā multa hominū milia opᵘ illic tot annis facientium vt pro apio cepa alio expensa fuerint mille et sexaginta talenta.
Chennis insula est: vt Pomponius scribit in quodam lacu egypti.
Chidnei populi iuxta pontum.
Chidorus macedonię fluuius.
Chilias adis: numerus qui mille continet. Chilia mille. Hinc chiliarchus millenarius.
Chiliarchus q̄ pręest mille hoibus. Sed in Ro. historiis pro tribuno militū ita semper accipit vt Demarchus pro tribuno plebis. Nā auctore Iosepho ordo in Roma. militia hic erat vt milites ad centuriones: illi ad tribunos: quos greci chiliarchos vocant mane cōuenirent salutatū.
Chilon vnus ex septē sapiētibus: dicunt greci labium.
Chilos labrum. Inde chilones: qui labra improbiora habent. Uide in dictione Cilones.
Chimera cum ae diph. cuius prima corripit: latine capella mons in lycia leonibus & serpētibus inhabitabilis q̄ etiā flammā admodū ethnę in sicilia emittit e summo vertice. Qđ vtiq dedit causā fabulę vt chimera monstrū dicat tria capita habens: vnū leonis aliud chimerę: aliud draconis: cuiᵘ capita ignē efflāt. Lucre. Prima leo: postrema draco: media ipsa chimera. Oui. li. vj. met. Quoq chimera iugo mediis in partibus hircū Pectus & ora lee caudā serpentis habebat. Hesio. ΤΗσ ΔΕΗΝ ΤΡΕΙσ ΚΕφαλΛαι μια μεν χαρυποιο λεοντοσ.
Chimerinos pe. cor. vnus ex celi circulis: qui capricornum cōtingit in quo cū sol est: dies breuissimi sunt et hyemalis interpretat. Mar. Si daret autūnus mihi nomen operinos esset. Hoirida si brumę sydera chimerinos. Que etiā sunt plagę orbis habitabiles. Quę a nobis habitāt θεριρη a scriptoribus nominatur. Alteram quā incolūt Antichones chimerine a nobis hyemalis quę ad haustrū deflexa haustralis quoq nūcupatur: cū nřa septētrionibᵘ supposita sit.
Chios insula in egeo seu pāphilio noningentorū stadiorum ambitu: in qua nascit mastix. Hec olim dicta est etholia Cleobolus chiam appellauit a chione nympha. In hac templū Apollinis. Unde chios apollo. Et chij in ea habitantes. Et pmontoriū Aruisium: a quo aruisia vina. Et penul. cor. habet. Luc. lib. viij. Quas afine cautes: & q̄s chios asperat vndas. Sūt qui quadrigeminā chiū esse putēt: vt Prima sit chios insula. Scda carie vrbs sub mōte pelleneo. Tertia in Euboea. Quarta in cherronesso rhodiorū iuxta ethiopiā. A chios fit chius a um: pe. pro. Tibu. lib. ij Nec mihi fumosos veteris pferre phalernos: Consulis & chio soluite vincula cado. Hec insula ptulit memorabiles viros. Ionē tragicū Theopompū historicū & Theocritū sophistam.
Chiragra penulti. corre. manuum dolor. χειρ manus αγρια dolor: atrocitas. Mart. Si nil porrigit hec chiragra est. Hinc chirager & chiragricus: qui chiragram habet.
Chirocrates pe. cor. nomen architecti celebris: qui ab aliquibus dinocrates dici solet apud Pli. lib. xxxiiij.
Chirographus & chirographū manᵘ inscriptio γραφω scribo. Chirographa sunt q̄ nos perscripsimus in fidē alicuius. Asco. scribit chirographa dici in quibus tantū quę gesta sunt scribi solent. In syngraphis etiā cōtra fidē veritatis pactio venit & nō numerata quoq pecunia: aut nō integre numerata p tēporaria voluntate hominū scribi solet. Iuue. Uana superuacui dicūt chirographa ligni. Hinc chirographariᵘ a iureconsultis ponit pro eo qui suo chirographo scripsit se debitorē in codice.
Chirodita tunica plixa vltra brachia manus operiēs.
Chiromantia in manibus diuinatio νομαω eni moueo cū quadā arte vel μαντεια και χειρ.
Chironomia manuum motus. Quintil. legem gestus interpretatur. Chironomia a χειρ manus: et νομοσ lex. Sunt enim motus quidam pręscripti qui

bus saltantes manibus vtuntur. Quod positum in grecorum vsu fuit. Apud Roma. autem integris ad huc vrbis morib⁹ in solo theatro exercebatur & maxime pyrrichia saltatio. Chironomus: & chironomon tis: qui manibus gesticulatur & ludit. Unde & p̃structore ponitur a Iuuena. qui lege quadam manuum diuidit aues & cetera esculenta cum inquit Spectas chironomanta volanti.

Chirotheca manuum vagina: que etiã manica dici solet. Cice. in phil. Solet em̃ cito ipse accipe manicas: nec diutius obsidionis metũ sustinere.

Chirothesia manuũ impositio.

Chirurgia manuũ operatio εργια em̃ operatio dicit̃ quasi manuũ opus: eo ꝙ manibus hec ars exerceat̃. Hinc chirurgus & chirurgicus medicus vulnerari⁹. Mar. Chirurgus fuerat nũc est vespilio diaulus.

Chirogylius echinus terrestris: vt est apud Leuiticũ capitulo vndecimo.

Chiron: nomẽ medici prestãtis: a cuius nomine herba quoq̃ dicta est centauria & chironiũ vlcus: qđ maxime fit in pedibus et in cruribus habens duas oras callentes tumentesq̃ dolore modico. Dictũ ceu chironis operam desideret. Fuit hic chiron centaurus & achillis magister Saturni et phillire filius Oceani filie: dimidius homo reliqua parte equus qui a matre phillyrides est dictus. Hic vniuersos sue etatis homines bonitate et iusticia superauit. Nauigauit cum argonautis: quorũ medicus fuit: Medicinã et herbarũ vires inuenit. Medicinã esculapius: cytharam Achilles: astrologiã Hercules: ab eo dedicerũt. Tandẽ deorũ miseratione cum ex vulnere obijsset relatus ad astra sagittari ũ constituit.

Chlamys idis proprie vestis militaris pallio pene aduersa cum breuior multo ac strictior sit. Plau. Puer cape chlamydem & da pallium. Idem ad ornatũ militis ait opus esse chlamyde machera & petaso: similiter Iul. Pollux. de p̃prietate vocabulo ꝝ inter apparatus militares numerat chlamyda. Iurecõsulti vo inter vestimenta puerilia numerant chlamydes. A chlamyde fit chlamydatus qui est chlamyde indut⁹. Plau. in Pseu. Quis hic homo chlamydatus est: aut vnde est: aut quẽ queritat? Chlamydula diminutiuũ. Idem. Tu sume chlamydulã. Suidas. χλαμυσ γου μασ δευτεροσ ρωμαιων βασιλευσ πρεσβιασι σαυρων δε ξαμενοσ και το συνηματησ φορ εσιασ αυτων καταμαθων εξ αχτων λαβων εφευρε την χλαμυδοσ σολην Et multa subdit.

Chlena genus vestimenti quod super alia portabatur. Postea lena dicta.

Choa nomen est mensure.

Cholax nomen parasiti ab assentando. Est enim cola ceu adulator.

Chenix icis: & chenica e. nomen mensure quotiens sextarius quater assumitur. Quidam dicunt esse mensuram diurne esce. Unde pythagoreũ enigma est. Super chenice non sedendum: hoc est non curandum de crastino esse.

Chondros latine granũ thuris dicitur.

Chobar propriũ nomen fluminis. Et quia graue interpretat̃. Tigrim & euphratẽ omnia magna & grauissima flumina que in terra chaldeorum esse perhibentur significat.

Chorus. Uide infra in dictione corus.

Cholera plurali numero & cholere morbi genus est precipitis in quo et vomitus et deiectio simul fiunt. Unde cholerici apud Celsum: accipitur & pro bile. Lampridius. Alexãder inquit cesar iudices qui furto ꝝ fama laborassent si casu aliquo videret cõmotioni animi: & stomacho choleram euomebat.

Choragos latine choree princeps: & expẽse suppeditator et chori cõuiuijq̃ magister.

Choraules a choro & tibijs dicti sunt qui modulant̃ ad choros: vel qui in choro fistulas inflant χοροσ nãq̃ chorũ & tripudiũ significat. αυλοσ vero fistulã seu tibiã q̃ in tibijs ad choreas canũt. Apul. Erat quidã iuuenis satis corpulẽtus choraula doctissimus. Unde apud nos vsitatũ nomẽ p̃ latino auledus. Cice. Qui citharedi esse nõ possunt auledi fiunt. Et q: gratissimi principibus choraules quo ꝝ delicie ambrosie choraules ambrosi⁹ dixit. Iuue. i. tibicen gratissimus.

Chorocitharistę q̃ choro citharizant: sicut psallocitharistę q̃ psallũt. i. canũt ad citharã. Sueto. in Domi. Certabatur etiam et prosa oratione grece latineq̃ ac preter citharedos chorocitharistę q̃z & psallocitharistę.

Chorea pen. indifferenter a χορευω salto. Uirgili⁹. Pars pedibus plaudunt choreas & carmina dicunt. Idem. Immemores nostri festas ducere choreas.

Chorda latine funis. Nam grecum est: vt inquit Iul. Pol. Cordã vero sine h. aliud significat.

Choriambus pes ex prima & vltima p̃ductis: duabus medijs breuibus vt filiolis. Dictus choriambus ꝙ iambicã desinentiã habeat: & in choris apud veteres celebratissimus extiterit.

Choragiũ instrumentũ apparatusq̃ nuptiarũ: feraliũ quidẽ atq̃ funebriũ. Fest. Choragiũ est scenicũ instrumentũ quo. s. scena instruit̃ et apparat̃: cuius p̃fectus dicit̃ choragus. Plau. in persa ποθεν. i. vñ ornamẽta ab chorago sumito dare debet: prebẽda ediles locauere. Et in Tri. Ipsa ornamẽta a chorago hec sum psit suo periculo. Uic. lib. v. Post scenã porticus sũt cõstituẽde vti cũ imbres repẽtini ludis interpellauerint: habeat populus quo se recipiat ex theatro choragiaq̃ laxamentũ habeãt ad cõparãdũ vti sũt porticus pompeiane.

Chorãnei genus quoddã hoim sylue stre in persia tãte velocitatis vt ceruos cõprehendant cursu.

Chorĭtus pe. p. arcus theca: aliqñ & sagittarũ: vt inq̃t Ser. Paruulus ex humero chorytos et aureus arc⁹ Pendentesq̃ sonant aurata lynce pharetre.

Chorthos gramen in cõe significat sed p̃cipue fenum.

Chresis latine vsus dicit̃. Unde catachresis abusio.

Chrisis latine vnctio dicitur. Unde Christus vnctus. Ideo autẽ nos vnxit quia luctatores contra diabolũ fecit: & Chrisma vnguentũ.

Chrysa ciuitas phrygie. Chrysa insula Indie quã aureũ solũ hẽre p̃ditũ ẽ. Et chrysa fluui⁹ agri syracusani.

Chrysos cũ y. dicit̃ aurũ a quo multa deducunt̃.

Chrysomalon greci appellant arietẽ illũ qui vt est in fabulis lanam aureã habebat

Chrysomela sunt poma aurea que alio noie dicunt̃ armeniaca ꝙ colorẽ aureũ habeant.

Chrysoceras latine auricornu: oppidũ est apud byzantiũ europe latere chalcedoni vt inquit Strabo.

Chrysolithus pe. cor. lapis preciosus aureo nitore trãslucẽs χρυσοσ aurũ λιθοσ lapis q̃si aure⁹ lapis. Oui. Per iuga chrysoliti positeq̃ ex ordine gẽme.

Chryselectrus in colorẽ lutei coloris electri declinãs.

Chrysendetũ pe. cor. dici põt auro ligatũ. Mar. Sicq̃ videre potes miseri chrysendeta cinne.

Chrysophis cui videtur aurum inesse.

Chrysogonus nomẽ viri propriũ: cõpositum ex χρυσοσ aurũ et γονη fetũ ꝙ aurum vndecũq̃ pariat. Iuue. Sunt que Chrysogonũ cantare vetant.

Chrysolapis lapill⁹ noctu ignei coloris: licet die pallescat.

Chrysostom⁹ aureũ os στομα σοσ os dr.

Chrysocola humor: qui in aurifodinis per venas auri defluit: & crassescẽte humore rigorib⁹ hybernis vsq̃ in duritiã pumicis indurat̃ que subtilissime contusa auri picturã p̃bet. Pli. scribit hec lib. xxxiij. Et infra

Chrysocollã aurifices sibi vendicant ad glutinandum aurum. Unde et ipsa appellata est .i. auri colla et glutẽ. Chrysocollã terre genus esse quidã dicũt: quã e macedonia apportari et illic fodi auctor est Victr.

Chrysocomus comas aureas habẽs: quo noie dictus apollo a fulgore radiorũ q̃ come sunt solis aureę.

Chrysippus phũs asianus stoicorum cum zenone princeps. Hic zenonis discipulus fuit acutus sane: ut qui multis preceptoribus repugnauerit: statuam habuit athenis in ceramico positã. In dialectica clarissim⁹ fuit: ita ut nõ illepide dicerent quidã. Si apud deos dialectica haberet̃ nõ temere alia esset q̃ quę a chrysippo inuẽta fuit. Scripsit librorum volumina supra quinq̃ et septingẽta. Ferũt Carneadẽ phm cyreneum plectis chrysippi libris ita dixisse. Nisi chrysippus esset ego non essem. Cõponiturq̃ hoc nomẽ ex χρυσοσ aurũ et ιπποσ qd̃ est equus: quasi aure⁹ equ⁹. Suidas χρυσιπποσ απολλωνιδου σολευσ ηταρσευσ φιλοσοφοσ μαθητησ κλεανθουσ καθηγησαμενοσ τησ στωικησ σχολησ μετα κλεανθην.

Chrysopassus lapis auro aspersus. πασσω enĩ spargo significat.

Chrysoprasus pe. cor. lapis auro admixtus et porri viriditatem habens. Nam πρασον significat porrũ Unde et prasinus pro viridi.

Chrysoaspide appellati sũt milites a clypeis auro celatĩ

Chryses nomen propriũ vatis Iunonis. Chryse vero vrbes multę vocant̃. Chryseis fuit chryse sacerdotis filia quę a grecis rapta in prędę distributiõe Agamenoni contigit. Homerus auct. in principio lib. j. Iliados res notissima est.

Chromaticus qui nulla verecundia colorem mutat: et magis ad verbum coloratus dici potest.

Chronica orum: generis neu. non chronica cę. ut indocti vsurpant: temporalia dicunt̃ proprie annales. Inde chronismos .i. tẽporalitas a χρονοσ tẽpus. Synchronius contẽporaneus. Inuenit̃ et chronicus a um Aug. lib. iiij. d ci. dei. Nã sic scribũt q̃ chronicã historiam ꝓsecuti sunt. Chronici qui de tẽporibus scribũt Pli. lib. xxxv. Quod et ipsius Timagore carmine vetusto apparet chronicorum errore nõ dubio.

Cronos etiã saturnus dictus est.

Cronia orum. Saturni festa erant.

Chytra et chytron latine olla. Inde chytrapos odis: olla q̃ pedes habet: q̃ et chytrapida ę. dicit̃.

C Ante I

Cibus et victus differunt ſm Do. ꝙ cibus etiam delicatis prębetur. Victus i paruis aridisq̃ alimoniis est constitutus. Terẽ. in An. Lana ac tela victũ queritans. Quidã hoc nomen cũ y. scribunt et a κυβισισ que est pera deducũt eo ꝙ pera cibũ feramus.

Cibo as cibũ infero. Col. li. ix. Atq̃ ea genera q̃ intra septa villę cibant̃ fere ꝓsecuti sumus.

Cibarium non significat locum vbi reponunt̃ cibi: sed ipsum cibum: ut cibaria misit eis.

Cibarius a um: qd̃ ad cibũ pertinet. Et nõ solum de pane sordido sed etiã de alio indigno dicit̃. Cice. lib. j. Tusc. Cui cũ peregrinãti in ęgyptũ comitibus nõ secutis cibarius in capsa panis datus esset nihil visum illo pane iucundius. Hiero. ↄtra Ioui. Nam cũ monachũ esse se iactitet et post sordidã tunicã et nudos pedes et cibariũ panẽ et aquę potũ ad candidã vestem: et nitidam cutẽ ad mulsum: et elaboratas carnes ad iura apitii et paxanii ad balneas quoq̃ et fricticulas et popinas se conferat.

Cibale qd̃ ad cibum pertinet. Var. Est enĩ lac omniũ rerũ quas cibali causa cupimus liquentium maxime alibile. Et id ouillũ: inde caprinũ.

Cicada dicta est quasi cito cadẽs. Viuit enĩ rore et cito decidit. Cicada ex oibus quę viuũt sine ore est pro eo aculeatũ quiddã in pectore habet: linguę siẽ q̃ rorẽ lambit et pectus ipsum fistulosum: quo vocẽ emittit.

Cicatrix proprie est signũ vulneris obducti quasi circacutem: vel dicta est quasi occecatrix. Est enĩ caro callosa ꝓ cute inducta vbi hiatus vulneris qd̃ iã coiuit fuerat. Unde cicatrico as: pe. cor. qd̃ ẽ cicatricẽ induco

Cicer genus leguminis.

Cicercula leguminis genus similis piso: ut inq̃t Col.

Cicera genus leguminis Palla. lib. iiij. Cicera seritur quę distat a cicercula solo colore.

Cichorea et cichoreum vtroq̃ modo dicit̃. Hora. lib. j car. Me cichoreę leuesq̃ maluę. Pli. li. xx. Cichoreã refrigerat in cibo sumptum.

Cicina auis nocturna.

Cicindula: seu cicindella: genus muscarum qd̃ noctu lucet igniũ modo laterũ et cluniũ colore a grecis lampyris dicta. Quidã noctilucã: alii nitedulã vocant: non ante matura pabula aut post desecta conspicitur: nũc pennarũ hiatu refulgens: nunc cõpressu obumbrata Ab hac lychnus pensilis: quẽ vulgo lampadẽ vocãt cicindella appellat̃: quę nocte tota seruatur accẽsa et lampyridis instar lucet.

Cicones pe. cor. populi thracię iuxta hebrũ fluuiũ inhabitantes. Tibullus. Nam ciconum manus aduer uersis reppulit vndis.

Ciconia auis: que serpẽtibus pullos nutrit. Quo etiã noie vocat̃ lignũ rostratũ: quo e puteis hauriri aqua solet apud Hispanos: qd̃ et ciconiũ a nõnullis dicit̃ Hispani telonẽ dicũt. Item ciconia mẽsurę gen⁹ est. Col. lib. iiij. Sed huic operi exigẽdo quasi quandam machinã cõmẽti maiores nr̃i regulã fabricauerũt in cuius latere virga ꝓminens ad eã altitudinẽ qua deprimi sulcũ oportet cõiungit summã ripę partem. Id genus mensurę ciconiã vocant rustici.

Ciconius nomen eius qui brixiam condidit.

Cicũ mẽbrana tenuis malorum punicorũ.

Cicur pe. pro. aial qd̃ ex fera factũ est mãsuetũ: ut aper: ceruus: leo: et quicq̃d cicurari .i. mansuefieri põt. Qd̃ enĩ a fero discretũ est id cicur dicit̃. Ci. Alię sunt ferę alię cicures: alię natantes: alię volucres. Cicur ingeniũ dicit̃ mite ac mansuetũ. Et a cico mẽbrana tenui deriuari videt̃. Hinc vecturii quoq̃ nobiles noiati (sunt cicuris.

Cicuro as: mansuefacio verbũ vetus qd̃ alio verbo dicitur exarmo.

Cicuta pe. ꝓ. herba venenosa: caule viridi: et geniculato altior sępe binis cubitis: in cacuminibusq̃ ramosa foliis coriãdri tenuioribus: graui odoratu semine aniso crassiore: radice concaua nullius vsus. Nam semini tantũ et foliis refrigeratoria vis est. Ser. docet cicutam esse qd̃ est inter cãnarũ nodos. Virg. Est mihi disparibus septẽ cõpacta cicutis Fistula.

Cieo es: et cio is: ambo ciui. citũ faciũt. Sed cũ a cieo es fit citũ pen. cor. A cio vero producit̃. Oui. lib. ij. met. Nec fruitur somno vigilãtib⁹ excita curis. Idẽ lib. j. de tris. Accitus totiens in genus omne ioci. Et cieo quidẽ significat moueo. Virg. Cęlum terramq̃ ciebo. Cio vero voco proprie: q̃uis et pro cõmoueo vsurpetur. Liuius lib. j. Principes vtrimq̃ pugnã ciebant. Proprie autem dixi quoniã vocare aliquo modo mouere est: sicut et mouere vocare adeo ut alterum pro altero quandoq̃ sumi posse videatur ut illud Virg. Missenum eolidẽ: quo non prestantior alter: Aere ciere viros: martẽq̃ accendere cantu. Col. lib. vij. Cio is: posuit pro cõmoueo. Nullo inquit tẽpore et minime ęstate vtilius est boues in cursum concitari. Nam ea res cit aluum. A cieo igitur ꝓmoueo fit citus .i. velox: et concitus cõmotus: et ꝯcitus in furorẽ iracũdiã ve motus. Cito as: frequẽtatiuũ a quo

concito/excito/incito/recito/suscito/resuscito/exuscito:oscito/ꝓcito. Similiter concieo ⁊ excieo et si qua sunt alia cōposita. Primū significat cōmoueo. Liui. Galli quos prede populationūqꝫ conciuerat spes. Scđm foras moueo ⁊ excutio. Acio fit excio. Sta.li bro.iij.th. Suus excit in omīa arma antiquā tirynthadeus. Accio siue arcio procio ꝓuoco/siue a longe voco. Percio pulso tango: percutio ⁊ valde cōmoueo. Concio simul voco: vel simul cōmoueo/congrego. Hinc concio onis. Ex quibus etiam fiunt Concito/excito/procito/frequentatiua. Porro ꝙ preterita et supina eadem amborum simplicium sunt. Itemqꝫ compositorum orta est non parua interpretandi ea verba difficultas. Nam cito as: frequentatiuum est amborum primitiuorū cio et cieo. Ideo aliquando vocito/aliquando frequenter moueo significat. Pro vocito. Cice. in Ver. acti.iiij. Citatur reus: causa agitur. Pro crebro moueo. Col. lib. viij. Ne imaturis herbis citetur aluus: coqꝫ vitio pecus emacief. Igif non somnicolose spectanda sunt frequentatiua: composita preterita/participiaqꝫ compositorū vt que vocationis magis proprietatē habent a cio. Que vero motionis a cieo sumantur.

Cileo les lui. significat moueo. Unde ⁊ furcille ꝙ his frumenta cileantur.i.moueantur.

Cyllenus pe.pro. ⁊ per duplex ll. ⁊ cum y. dictus est. Mercurius ꝙ omnē rem sermone sine manibus cōficiat quibus partibus corporis qui carent vocantur κυλλο.i.mutilati vulgo strupiati dicuntur. Siue ꝙ in cyllene monte sit nutritus arcadie: aut a cyllena nympha sit educatus.

Cillibe pe.oul.cor. mēse rotunde. Uar. scribit cillibam mensam quadratā escariā qua nunc in castris a cibo cilliba dicta: postea rotunda facta: hec et cilibātū dicitur a cilice poculo greco.i. calice dictum.

Ciliaci χ aspiratā in κ tenuē limutata χιλοσ γαρ λεγεσϑαι το σιτουργω στομαχω dicuntur qui ex vitio stomachi.i. ventris profluuiū patiunf. Pli. lib.xx. Hippocrates ciliacis ⁊ dissintericis bis coctū cum sale. Celsus lib.iiij. In ipsius vero vētriculi porta consistit qui ⁊ longus esse consueuit: Cilicus a grecis nominatur.

Cilicia regio est (vt Pli. lib. v. testatur) in minori asia Syrie proxima plurima iacens campo. Tauro monti subiecta: que a cilice nomē sortita est: quem pristina etas pene vltra euum memorie abscondit phenice ortus qui apud gentiles antiquior Ioue de primis terre alumnis habebatur. Hec regio ab oriente amano clauditur: a septentrione tauri iugis: ab occidēte pamphylia. Huius metropolis est Tharsos quam intersecat cydnus amnis.

Ciliciū a cilicibus populis dictū est: apud quos vt inquit Uar. cilicia primū confecta sunt. Fiunt autē ex villis hircorū atqꝫ caprarū que adhibētur vt Uege. inquit ad excipiendū impetū sagittarū. Asco. scribit cilicia tecta esse de pilis in castrorū vsum atqꝫ nautarū.

Cilix nomen propriū phenicis filij: a quo cilicia ⁊ cilix adiectiuū dicitur homo qui e cilicia ortus est cilices pyrate fuerūt quos Cn. Pompeius funditus deleuit.

Cilium folliculus quo oculus integif: ꝙ cilere mouere sit. Uel quasi celiū a celando ꝙ oculū celet. Inde sit superciliū quod pilis obtegitur: cuius prima corripitur. Unde est illud in priapeia. Conueniens latio pone supercilium. Nam teste Pli. libro.xj. Extreme ambitum gene superioris antiqui cilium vocauere. Unde et supercilium.

Cilones dicti sunt quorū capita oblonga ⁊ compressa sunt: vel quibus frons eminentior est: ita vt a dextra sinistraqꝫ recisa videatur. Chilones vero cū h. ex greco a labijs improbioribus que illi vocant χιλα. Unū ⁊ pisces improbius labrati chilones dicunf.

Cimas insula inter istri ostia: que vt Pompo. scribit vrbem habet quā qr bithini colūt bithinida appellaf.

Cimbri populi: qui nunc flamingi germani: lingua gallica latrones: qui inundatione oceani fugati cum gallias atqꝫ Italiam adiuissent: sedes a senatu ro. petierunt a quo repulsi armis petere constituerūt: qđ precibus impetrare nequiuerāt. Actum erat de Romanis nisi Marius illo seculo contigisset a quo primuꝫ apud aquas sextias: mox prope athesim debellati: et ad internetionē redacti sunt: hi etiam vt docet Diony: vocati sunt cimerij qui quoniam remotiores sunt a nobis apud inferos esse putātur. Sed Homerus dixit cimerios populos in asia amaconibus ꝓximos qui ex vltimo occidentali oceano aduenerunt. Fert a Uale. maxi. Cimbros et celtiberos in acie gaudio exultare ꝯsueuisse tanqꝫ gloriose et feliciter vita essēt excessuri. Lamentari ꝟo in morbo qsi turpiter perituri.

Cimerij populi scythici: a quibus bosphorus cimerius vocatus est: in cuius ostio fuit oppidum Cimerion. Horū clyma obscuruꝫ est: de quibus homerus Illis sol nunqꝫ phaeton sua lumina spargit. Perniciosa semper nox semper tenditur istis. Hinc deductū est prouerbium: vt dicātur vmbre cimerie. Unde Lact. lib.iiij. O cecū pectus o mentē cimeriꝭ: vt aiunt vmbris atriorem. Ephorus scribit Cimerios in Italia quoqꝫ fuisse iuxta lacū auernū: eosqꝫ in subterraneis habitasse domicilijs: quorū morē patrium esse: vt nemo solem aspiciat noctu vero egrediantur. De cimerijs ita scribit Festus. Cimerij dicuntur hoies q frigoribus habitatas terras incolunt: quales fuerunt inter baias ⁊ cumas in ea regione in qua conuallis satis iminēti iugo circūdata est: q neqꝫ matutino neqꝫ vespertino tēpore sole contingitur.

Cimolia creta ab insula Cimolo qua vtuntur fullones in vestibus abluendis. Hanc nunc vulgus terram saponariā vocat. Hec et medicamētis apta dicif.

Cinedus cū ae diph. puer ad patiendū aptus a κινεω moueo/vel experior αιδοια verenda. Alij cinedos pudore vacuos appellāt. κενοσ enī vacuus ουδεοσ pudore. Alij interpretauf saltatores vel pātominos απο του κινειν ꝙ libidine oibus anteirent. Plau. in Aul. Ita fustibus sum mollior magis qꝫ vllus cinedus. Hinc cinedicus a um. Idem in Sti. Lepidā ⁊ suauē cantationē aliquā occupito cinedicam.

Cinnabary per duplex nn. latine cinnabaris: et cinnaber: vt piperi nos piper. Pli. lib. xxix. Et colore dilutum cinnabari clariorem fieri.

Cinnamomū frutectum in ethiopia qđ sicu breui nascif fistule duplo prestās odorifera: et dulcis ⁊ cinerei coloris ad medicine vsum. Nascitur et in sabeis et in India que haustralis est.

Cinnamū similis est arbuscula cū cinnamomo: vel eadem est que et cinnamomum: de qua Oui. lib.iij. fas. Cinnama cū primū captiuaqꝫ thura dedisti.

Cinnus per duplex nn. capillus dicif. Plau. in Tru. Tinctos cōpositos crispos cinnos tuos vnguentatos. Proprie tū cinnus est plurimorū cōmixtio. Na ab aliquibus potionis genus ex multis liquoribus cōfectū putaf. Ci. li. de ora. Cinnus vtriusqꝫ particeps vel vtriusqꝫ querimus expers. Uñ concinnus a um ⁊ concinno as fiunt: de quibus alibi.

Cincinni per duplex nn. a κικι specie olei: vt quibusdā videf: eosqꝫ dūtaxat capillos significant qui ita intorti sunt: vt oleo perfusi madescant. Inde cincinnati dicunf: qui ita capillos habent. Iuue. Altior hic quare cincinnus. Plaut. in Tru. Iam ego istos fictos compositos crispos cincinnos tuos vnguētatos vsqꝫ ex cerebro expellā. Hos capillos Mar. anulos vocat Ait enī. Unus de toto peccauerat orbe comarū anulus

Ciner et cinis tā maſ. ꝙ̄ femi. generis puluis in quem materia vſta redigiť. Inde fit cinereus a um: vt colo2 cinereus. Similiter cineraceus a um: qđ ex colo2e cineris. Pli. lib. xxxiij. Terra eſt alia ruſſa: alia cineracea. Cinericius a um: vt panis ſubcinericius: qui coctus eſt ſub cinere.

Cinefactum in cinerem diſſolutū: a cinefacio: qđ eſt in cinerē reduco. Figuratio: vt tepefactū ꝛ labefactum. Lucil. lib. iij. Ad vos ho2rifico cinefactū te ꝓpe cūbet

Ciniſlones a cinere dicti ſunt: ꝛ cinelones ꝛ cinerarij ꝓ paraſitis ab officio calamiſtroꝝ in cinere calefaciendorū quibus matronę capillos criſpabant. Horati⁹. Cuſtodes lectice ciniſlones paraſiti.

Cingo is ꝑ actū. ablatiuo poſt actō iungiť. Gel. Scuto pedeſtri et gladio hiſpanico cinctus contra Gallum conſtitit. Per tranſlationē cingere poniť pro circuire ꝛ circūſepire. Liui. lib. j. Nam ꝛ muro lapideo cuius exo2diū operis ſabino bello turbatū erat: vrbem quā nondū munierat cingere parat. Aliqñ tamen accuſatiuo ſolum contentū eſt. Pli. Cum eum ſaltū venato2es cinxiſſent. Dictū cingo quaſi circūago. Huius cōpoſita ſunt Accingo: circūcingo: diſcingo. De quo in accingo. Incinctus. Liui. lib. x. Incinctū gabino cinctu ſuper teluꝫ ſtantē. Intercingo Pli. Thebaicus intercinctus aureis guttis iuenitur in aphrycę parte. P2ecingo: idem qđ cingo. Plau. in bac. In de hippodromo ꝛ paleſtra vbi reueniſſes domū cincticulo pręcinctus in ſella apud magiſtrū aſſidens cū librū legens: ſi vnā peccauiſſes ſyllabā fieret co2ium tam maculoſum ꝙ̄ eſt nutricis palliū. Interdū pręcingere eſt pręparare. Unde pręcinctos ſtrenuos et expeditos dicimus. P2ocingo: cingo: apparo: a quo ꝓcinctus apparatus bellicus et expeditus. Ouidi⁹. Hęc in ꝓcinctu carmina facta puta. Pli. Uinum curas vigo2ēq; animi impedit ad p2ocinctū tendentib⁹ Et p2ocincta claſſis vocabatur cuꝫ exercitus cinctus erat ꝯfeſtim pugnaturus. Recingo / retrocingo / vel pro ſimplici ponitur. Ouidius lib. me. Uelāt caput tunicaſq; recingūt. Succingo ſubtus cingo et ad cingulum alligo. Cice. lib. xij. Phil. Ser. Galbaꝫ codē pugione ſuccinctum in caſtra videtis: Et ſuccingere eſt cinctu veſtes ita colligere vt b2eu io2es videantur fiatq; homo ad agendū p2omptio2. Unde ꝛ ſuccinctam o2ationem b2euem dicimus: et ſuccincte b2euiter. Hinc ſuccingulū balteum dicimus ſuccinctorium veſtis genus b2euiſſimę quo venter ꝛ verenda teguntur: quod et ſemicinctum vocatur ꝙ medium hominē cingat. i. veſtiat.

Cinctus us a cingendo ſicut cingulū: ꝙ̄uis et pro veſti cu ſumať. Uir. Cinctuq; gabino. Huius diminutiuū eſt cincticulus. Plau. in bac. Cincticulo ꝓcinctus.

Cingulū hoīs cincto2iū diciť: et p2o anulo quādoq; ponitur qđ digitū curuat.

Cingula ę. qua cinguntur iumenta. Ouid. de reme. Et noua velocē cingula ledat equū.

Cippus inſtrumentum ad colligandos pedes. Terra quoq; in tumulū coagregata diciť: Cippus qñq; etiā ſepulch2ū. Ho2a. in Ser. Mille pedes in fronte trecentos. cippus in agruꝫ hic dabat. P2ętera cippus colūnam ſignificat. Et eſt nomē viri ꝓp2iū. Ualeri⁹ maxi. lib. vj. Genutio cippo p2ęto2e paludato po2tā egredienti ſubito velut co2nua emerſerūt.

Circa prępoſitio eſt: quę quandoq; componiť: et poſt poſita inuenitur ablatiuo loco coniunctionis cauſa / lis Uirg. Quocirca capere ante dolis. Interdū poſt ponitur circum: vt circumcirca. Sed cum pręponitur ſignificat iuxta: et tam locū ꝙ̄ numeꝝ deſignat vt circa forū viſus es. Et circa tres annos tecū māſi.

Circiter a circa fit: idēq; ſignificat. Et refertur modo ad tempus: vt circiter kalendas Iunias. Modo ad locum. Caſ. Hemnia. Lapidem fuiſſe quadratuꝫ circiter in media arce iunctum candeliſq; verſum. Modo ad numerum quem attenuare videtur: vt circiter duo hominū milia cęſa ſunt.

Circum p2epoſitio acuto accentu deſignatur in vltima: ne accuſatiuus nominis circus: vel aduerbiuꝫ eſſe puteтur. Hęc ꝛ componi ſolet et ſeparari. Separata locum tantū ſignificat, ſicut et compoſita: vt circum theatrum. Quandoq; loco aduerbij ponitur. Uirgilius. An ne vides toto p2operari litto2e circū. Componitur autem cum dictionibus ab a incipientibus. vt Circūago. C. vt circūcido: d vt circūduco: e vt circūeo: f vt circūfluo: i vt circūiacio: a quo circum iectus. L. vt circūlinio: m vt circūmunio: n vt circūnaſco2: p vt circūpono: q vt circūquaq;: ſ vt circumſcribo: t vt circumtuli: v vt circūuenio. Uerum iuncta vocalibus integra ſcribi ſed non ꝓferri debet: vt circūago circūeo ſcribanť: ſed ꝓferanť: circuago circuo. Unde P2iſcia. ait. Circumeo et circūago: et ſimilia non paterētur eliſionē in ꝓnunciatione ſi tranſiret in ſequentem ſyllabam. m. Si vero iungatur cū c. d. f. q. t. mutatur m in n. vt circūcido / circūdo / circūfero / circūquaq; / circūtuli. Cum alijs remanet m. integra: vt circumſcribo circumuolo.

Circūago ſignificat circumduco. Apul. Nudumq; hominem circūagens omnibus oſtendebat. Interdum inſequo2. Curti. Nec vulneratuꝫ et fere ſeminecē circūagere deſtiterūt. Interdū retrouerto ꝯuerto. Pli. In ponte pręteniu duabus capellis obuijs e diuerſo cum circūactum anguſtię non caperēt nec recip2ocationem longitudo.

Circūcido penultima p2o. Circūſeco. Col. lib. iij. Eiuſdem ſpacij co2ticē circumcidito: et materiā delib2ato.

Circuncolo penultima co2repta circūhabito. Liuius lib2o. v. Excepto Uenetorum angulo: qui ſinum circūcoluut maris.

Circunduco et circūeo inter ſe differunt: quoniam dicimus Hercules circūuit terram non circūdedit ꝛ anulus circundat digitū non circūit. Circuitus tñ vtrūq; cōplectiť. Cicero Catoni. Uallo et foſſa circūdedit.

Circunfero pe. co2. Circūpo2to: circunduco. Sal. Fuere item ea tempeſtate qui dicerent Catilinaꝫ o2atione habita cū ad iuſiurandū populares conſcios ſceleris ſui adūceret humani co2po2is ſanguine vino permixtum pateris circūtuliſſe. Per tranſlationē circūferre ponitur p2o purgare. Uirgi. lib. vj. Idem ter ſocios pura circūtulit vnda Spargēs ro2e leui. Nā luſtratio a circulatione dicta eſt vel cede vel victima.

Circunfluo abundo. Cice. in Lel. Et circūfluere omnibus bonis copijs atq; in omni rerum abundātia viuere. P2op2ie tamen circūfluere eſt circum aliquid fluere: decurrere. Pli. Id oppiduꝫ circūfluit amnis Interdum concurrere. Idem. Poſtꝙ̄ varię vndiq; gentes circūfluxere.

Circūfluus a um qđ circūfluit. Claud. lib. ij. Et aurato trahitur circūflua ponto.

Circunfo2ani ſeu circūfo2anei qui circa fo2a creb2o verſari ſolent venditantes aliquid aut ementes aut ſuſcitantes: aut tempus inaniter terentes: aut aduocationem querentes.

Circūiacio circūpono. Aug. in ſer. de Ioāne baptiſta. Neceſſe eſt cum ſūmo labo2e ex hoc mundo rapere palmā ſalutis ꝛ quaſi excubantibus et circūiectis hoſtibus obſeſſos fructus puigili intētione decerpe.

Circūmitto. Liui. lib. ij. Uincebatq; auxilio paucitas in iugo circūmiſſus veniēs in verticē collis.

Circūmunio circūſępio circūrobo2o. Col. li. iij. P2iuſꝙ̄ pomariū conſtituas: ſi magnū habere voles circūmunito macerię aut foſſa ita vt nō ſolū peco2is ſed nec homini tranſitus ſit.

Circũnascor. Pli.lib.j. Lacus amaus in asia circũnascente absynthio inficitur.

Circũsido is: ad obsidendum eo seu me pono. Sal. in Iug. Igitur Iugurtha oppidũ circumsedit ⁊ vineis turribus ⁊ machinis oim generũ expugnare aggredit. Circũsideo obsessum teneo. Liui.lib.iij. In nos viri armati estis agitedũ vbi hic curiã circũsederitis.

Circumsto circũdo. Vir. Circũstant aie dextra leuaqꝫ frequẽtes. Aug. ad Hiero. passiuo vsus est: ꝙ ꝗ nos inquit negociorum alienorum corũqꝫ secularium curis circũstemur in gentibus: tũ epistole tue breuitati facile nõ ignoscerem. Hinc circumstantie que in vna quaqꝫ cõtrouersia queri solent: et quasi questionẽ circumstant. Vide in dictione locus.

Circũsisto is: pro circundo ponit: siue ad obtinendum defendendum: seu offendendum circũ me pono. Li. lib.j. Centuriones armati Metium circũsistunt. Cesar. Si quis grauiori vulnere accepto deciderat circũsistebãt.i. firmabant se circũfauẽtes ei ⁊ tela ab eo arcentes. Virg. At fessi tandem ciues infanda furentem Armati circũsistunt.

Circũscribo significat prout sonat. Per translationem circumscribere est dolo in re contrahẽda atqꝫ cõmercijs aliquẽ bonis priuare: vt apud Senecã de eo qui fratrẽ circũscripsit in diuisione hereditatis cum ex altera parte matrẽ fratris: ex altera oia bona posuisset. Amb. pro decipere simpliciter posuit: cuꝫ inquit. Sicut adam mulier circũscripsit: ita apostolum femina circũuenit. Aliquando in bonã partẽ pro colligere et cõprehẽdere. Lact. Cuius scientie summam breuiter circũscribo: vt neqꝫ religio vlla sine sapientia sit: nec vlla sine religione probanda sapientia. Columella. Diophanes bithynus vticensem totum Dionysij peni magonis interpretem ꝑ multa diffusum volumina sex epitomis circũscripsit.

Circũspicio. Iusti.lib.j. Prima latebras circumspicit. Hinc circũspecto as: frequẽtatiuũ. Teren. in Eu. Et properans venit nescio quid circũspectat.

Circũspectus qui in omnẽ partem circũspectat: hoc est prudẽs et sagax. Col.lib.j. Nam illa solẽnia sunt omnibus circũspectis vt ergastuli mãcipia recognoscãt vt explorent an diligẽter vincta sint: an ipse sedes custodie satis tute sint.

Circũspicuus cõponitur ex circum et spicuus: ⁊ cum significat qui circũaspicitur.

Circũuado pe. pro. Liui. de secũdo bel. mace. Repente anceps terror hinc muros ascendẽtibus romanis illic arce capta barbaros circũuasit.

Circũuenio idem qꝺ circũdo. Liui.lib.j. Sed consiliũ ⁊ imperij simulatio fuit vt nec vobis ignorantibus deseri vos auerteretur a certamine animus: ⁊ hostibus circũueniri se a tergo ratis terror ac fuga inijceretur. Aliquando circũuenire est circũmunire. Sal. Preterea consulatum petere. Cice. Anto. quem sibi collegam fore sperabat hominẽ nobilem familiateꝫ et omnibus necessitudinibus circumuentũ. Aliquando decipere seu insidijs inuoluere. Tractum a venatoribus: qui feras laqueis retibus et canibus circũuenire solent. Cice.lib.j. offi. Suum quisqꝫ teneat et neqꝫ tenuiores propter humilitatem circumueniantur: nec locupletibus ad sua: vel tenenda vel recuperanda obsit inuidia. Aliquãdo opprimere. Sal. Cuiqꝫ optimo litteras mittit se falsis criminibus circũuentuꝫ. Liui. libro. vj. An placeret fenore circumuẽtum plebem potius ꝙ̃ sortem creditaꝫ soluat corpus in neruum ac supplicia dare.

Circũueho is: a quo frequentatiuũ circumuecto as qꝺ est sepe circũfero. Vir.lib.iij. geo. Singula dum carptim circũuectamur amore.

Circũuolito proprie Virg.lib.j. ge. Aut argute lacus circũuolauit hirundo. Colu. per translationẽ pro crebro viso seu pro celeriter circundo vsus est. An honestius dixerim mercẽnarij saluatoris mẽdacissimũ aucupiũ circũuolitãtis limina potentiorũ.

Circe solis et perse nymphe filia: que habitauit nõ longe a caieta vrbe campanie in mõte quodam olim insula. Qui ab ea circeus siue circei et circeum oppidũ Hinc circeienses populi. Liui.lib. vj. Ad hoc latini hernicique accesserunt et circeiensium quidam. Cice. lib.iij. de natu. deorum. Circem quoqꝫ coloni nostri circeienses religione colunt. Circei vero vt Plinius auctor est lib.iij. quõdam insula immenso quideꝫ mari circumdata si Homero creditur vbi latium antiquũ terminabatur. Stra.lib.v. Post antiũ circeiũ est stad.cc. ⁊ .xc. mons mari ⁊ paludibus instar habens insule: Habet castellum ⁊ circes sacellum ⁊ minerue aram. Virg.lib.vij. Proxima circee raduntur littora terre. Diues inaccessos vbi solis filia lucus Assiduo resonat cantu. Homerus libro .κ. odyssee late ꝑseqtur et quod Mercurius dedit anteqꝫ iret ad circem ξηρη μεν μελαν εσ κεγαλακτι δε εικελον αν θοσ τμωλυ δε μιν καλεουσι θεο ⁊ subdit και το τεεγω κιρκησ επθην περικαλλεοσ ευρησ αμφιπολοι δαραιτεωσ μειγίεμι μεγαροισι πενοντο τεσσαρεσ.

Circius ventus nulli violẽtia inferior sic dictus: ꝙ ola turbet ac circũuertat. Hic peculiaris est Gallie narbonensi de quo Gel. Galli ventuꝫ ex sua terra flantẽ quem seuissimũ patiuntur circium appellant a turbine opinor eius ac vertigine. Luc. Solus sua littora turbat Circius et tuta prohibet statione monechi. Ventus circius cum locare buccam implet: armatũ hominem ⁊ plaustrum oneratũ percellit. Cato Certium non cirtiũ appellat.

Circus omnis in gyrũ ambitus a circuo ꝯm Ser. Estqꝫ figura plana vna tantũ linea contenta: in cuius medio pũctus est a quo omnes linee ad circũferentiam ducte inter se sunt equales. Et differt circus a globo ꝙ circus est planicies rotunda vt circuitus. Globus soliditas vndiqꝫ rotũda vt est sphera et staminũ glomera. Cice. de natu. deorũ. Cumqꝫ due forme prestãtissime sint ex solidis globis. Sic enim spheraꝫ interpretari licet. Ex planis autem circus aut orbis. Vir. libro. v. Mediaqꝫ in valle theatri circus erat. Et. vj Lucentemqꝫ globũ lune titaniaqꝫ astra. Circus etiã dicitur locus muris septus. Vnde circenenses ludi: ꝙ in circo fierent. Fueruntqꝫ tres circi rome. Circus maximus: circus flumineꝰ qui ⁊ apollinaris et circus Neronis in vaticano.

Circenses ludi dicti sunt ꝙ in circo fierent: siue quasi circum enses. Nam ante facta spectacula: vt quidaꝫ astruunt inter enses et flumina locis virentibus agebant: et medio in loco munera ponebant: equi vero iunctis curribus a circi carceribus discedẽtes ex vno latere recurrẽtes ad ꝓmã metã reducebantur. Nam circus oblongus in hemicycli speciem desinebat vbi reuoluebantur equi.

Circulus et per syncopen circlus paruus circus.

Circulo as: circũdo. Col.li.xij. Isqꝫ debebit ante circulari fossula q̃ repleat lapidibꝰ ⁊ calce. Sene. Appion totã circulatus est greciã.i. obiuit oẽs oras grecie. Circulatorem quandoqꝫ accipimus pro ciclico ⁊ circunforaneo qui sua carmina corone recitet. Talis ab Horatio vocatur ciclicus. Is etiam qui in corona hominum aliquid agit circulator appellatur. Apul. Prestigiatorem stipatum mortalibus suas fallacias admirantibus vocat circulatorem. Sic enim inquit libro.j. Ciculatorem asperit equestreꝫ spatham preacutã mucrone infesto deuorasse. Paulꝰ iurecõsul. de gestis de extraordinarijs criminibꝰ. In circulatores

qui serpentes circumferunt: et proponāt Si cui ob quorum metum damnū datum est ꝓ modo admissi actio dabitur. Hiero. Puerilia sūt hęc ⁊ circulatorū ludo similia. Hinc

Circulatorius a. um. qđ ad circulatores spectat. Vñ Quintilianus ꝑcipit nobis parādā vim orandi non circulatoriā voluptatē spectantibus.

Circulatim significat ꝑ circulos. Sue. In summo publico luctu exterarū gentiū multitudo circumlatim suo queqꝫ more lamentata est.

Circuitores docet Vlpi. vulgo appellari quibus vestiarii vel lintearij dant vestem circumferendam vel distrahendam.

Circitores publici vrbis custodes.

Cirates pe. cor. circuli ex ęre facti.

Circinus penul. cor. instrumētū quo circuli vertendo designātur: Vulgo sextus dicitur.

Circino as. penul. cor. rotundū facio. Ouid. Inclinat cursus ⁊ casdem circinat aures.

Cirri a quibusdā appellant capilli contorti ac perinde crispati quales Picus martius: et alauda ⁊ grues in capitibus gerunt. Ouid. Ciris et attonso nomen est sortita capillo. Ostreorū etiā capillamēta dicunt cirri. Mar. lib. vij. Et ostreorū rapere liuidos cirros. Inde cirratus. i. capillatꝰ. Persi. Ten cirratorū centū dictata fuisse pro nihilo pendas. Alij cirros capillos capitis attonsos putāt a greco κειρω attondeo incido. Cato de liberꝭ educādis. Itaqꝫ arbitrare primū capillū puerilē dēptū itē cirros ad Apollinē ponere solent. Inde Persiꝰ cirratos vocat pueros q̄ cū comā nutrierunt eam Veneri consecrant detonsam.

Cirres sunt ostrea quedā capillata. Mar. Teqꝫ iuuāt cirres ⁊ pelle malandria cana.

Circeus insula fuit in mysia quingentorū fere stadiorū ambitu admodū ferax ⁊ duobꝰ pontibꝰ iācta cōtinēti q̄ iuxta pontē eiusdē nois vrbē habuit: ⁊ portꝰ duos clausos ⁊ naualia.

Cis et citra differunt ꝙ cis magis proprijs nominibꝰ fluminum vel montium pręponi solet: reliquis magis citra: vt cis rhenum: cis padum: cis alpes. Citra cruorem: citra forum: citra templum. Et habet quidem cis sicut ⁊ citra contrariam significationem de vltra. Nam hę particulę Citra/intra/vltra: vt docet Gel. apud veteres singularibus syllabis appellabātur. Cis et vls. Dicebaturqꝫ cis tyberim et vls tyberim: mox dici ceptum est citra tyberim et vltra tyberim: et intra calendas: citra calendas. Cōponiqꝫ potest et seperari: vt Cisalpina gallia et cis padum. Sciendum est autem ꝙ q̄uis cis habeat vim localē per translationē tamē ⁊ in tempore ⁊ in alijs rebus vti possumus: vt cis definitum tempus venisti: sicut vltra tempus a nobis datū venisti. Cis naturę leges hoc est minus q̄ patiant naturę leges. Aliqn̄ ponit pro vltra. Sal. Cis rhenum atqꝫ intra mare nostrū ⁊ oceanum nisi qua in paludibus via fuit perdomita. Citra etiā quādoqꝫ ꝓ sine ponit. Col. In agri cultura voluntas facultasqꝫ citra scientiam sępe magnam dominis afferūt iacturam. Sue. in Cęsa. Alijs citra senatus/ populiqꝫ auctoritatem . i. sine auctoritate. Quint. lib. j. Tū neqꝫ citra musicē grāmaticę potest esse perfecta. Ply. lib. iij. Citra fastidiū nominentur Sene. Ede citra cruditatē: bibe citra ebrietatē. Qñqꝫ ponit pro ante: vt citra calendas. i. ante calendas. Sue. in Au. Solebat etiā citra spectaculorū dies si qā quid inusitatū dignūqꝫ cognitu ⁊c̄. Fit autē citra ⁊ cis a citra: citer citerior citimus.

Cisalpina gallia que ⁊ citerior gallia: et gallia togata dicitur a fluuio rubicone finitur. Cuius basim alpes efficiunt.

Cisterna locus in quo colligit aqua pluuia ꝑ euripos et canaliculos sub stillicidio positos ad imbres suscipiendos. Vlp. Cisterna aquā viuā nō habet. Et q̄dē cisternę imbribus cōcipiunt: sed per glaream immissam in spongias purificatis. Dicta cisterna ꝙ sit cis: id est infra terram.

Cista genus vasis: cuius diminutiuū ē cistula a quo fit aliud dimi. cistella. Ci. lib. j. ad Herē. Cistellā ꝓ vase posuit quo suffragia populi in creādis magistratibꝰ legibusqꝫ ferendis colligebātur cum ait Saturnius legē ferre cępit: collegę intercedere ille nihilominus cistellam detulit.

Cisium genus vehiculi biroti: a quo cisiarij qui cisium regunt. Cice. Detulit in quadam cauponula atqꝫ se ibi occultans perpotauit ad vesperum. Inde Cisio domum venit capite inuoluto. Iuriscō. lib. xx. diges. Si cisiarius dū ceteros transire cōtendit cisiū euerterit et seruum quassauit vł occidit: puta ex locato esse in eum actionem.

Cisseus rex thracię pater hecubę vxoris Priami. A q̄ Cisseis patronymicum. Euripedes in tragędia: quę εκαβη inscribtur. πολυδωρος εκαβης παις γεγως τησ κισσεως πριαμου τε πατρος ος μ᾽ επει φρυγων πολιν κινδυνος εσχεν δορι πεσειν ελληνικω δεισ ασεπεξε πεμ/ψε τρωικης χθονος πολυμηστορος προς δωμα θρηικιου ξενου.

Cispius mons in vrbe roma exquilina in regiōe: de nomine cispi hominis dictus: vt inquit Fest. Var. lib. p̄mo latin. Exquilinus ē cispius mōs sexticeps apud ędem Iunonis lucinę.

Cithara ę. penul. cor. tamē κιθαρα εξ του κινειν. Instrumentum musicum alio nomine lyra appellatur quam Hieron. scribit effici in modum deltę litterę cum chordis vigintiquattuor ⁊ per digitos varijs vocibus tinnulisqꝫ ictibus in diuersis modis concitari: de qua in dictione psalterium aliqua dicuntur. Cythera cum y ⁊ e ante r pluralis tantū nūeri: ⁊ neutri generis insula est contra cretam vt scribit Stra. In quā ferunt Venerē primū vectā concha marina. Vnde ⁊ cytherea dicta est: cuius secūda corripitur: cum in p̄mitiuo ꝓducatur. Virg. lib. x. Est paphos idaliumqꝫ mihi: sunt alta cythera. Idem. Parce metu cytherea manēt. Hanc Solinus cytherea a cythereo phęnicis filio vocauit. Porphyrussam Aristo. a ꝑstantia purpurarū: Sed porphyrida Plynius. Est et cythera vna ex cicladibus insulis. Et vt Laertius scribit Laconię insula. Cytheron vero mōs Boetię longe a thebis. Ouid. lib. iij. met. Vadit vbi festus facięda ad sacra cytheron Cantibus ⁊ clara bacchantum voce sonabat. De hoc tū in dictione parnassus: et in helicone.

Citharedus qui cythara canit. Iuue. Accipis vxorem d̄ qua cytharedus echion. Hinc citharedicus a. um. Sue. in Nero. Itē statuas suas citharędico habitu.

Citharistria q̄ cithara canit: sicut a tympano tympanistria.

Citharizo as. cithara cano. Hier. in Apoca. Sicut citharedorū citharizantiū in citharis suis.

Cithirista promontorium a quo Masibiā vsqꝫ nauigio. xxx. M. pas. fiunt.

Citharis penul. correpta: pileus vel mitra pōtificalis: grece κιθαρισ.

Cithisus siue cithisum arbuscula q̄ facile vbiqꝫ ꝓuenit vtilis omī genere pecudū: vt inquit Col.

Citra ꝑpositio. Vide in dictione cis.

Citrus arbor nobilissima quę sola apud Athlantem montem in mauritania nascitur: romanis quondam gratissima. Nam afferebat ad ornamēta mensarum ⁊ lectulorum. Non multum crescit ⁊ folia habet maiora q̄ laurus. Hinc citreus ea. um: vt citreę mensę. Apud Dionē cedrū et poma cedria ꝓ citro et citris

appellata inueniātur. Alterius tamen generis sunt citri atblanticę ex quibus mensę fierent ꝙ nostrates citri vnde mala medica nascuntur. De folio spectantur arbuti fere aut lauri Atblantice cupresso fęmine siluestri folio odore caudicc. Dicit et citrum neutro genere pro ligno.

Citreum vt Cloatius scribit est persicum malum. De quo Uir. felicis mali quo non ꝙstantius vllū. Oppius lib. de syluestribus arboribus. Citra idem malus et persica: altera generatur in Italia: ꝛ in media altera. Et paulopost de Citreo. Est aūt odoratissimū ex quo interiectum vesti: tineas necat. Fertur etiam venenis contrarium quod tritū cum vino purgatiōe bidentes seruat viribus suis. Generant autē in persīde mala citrea ꝙ vulgo narantia dicunt.

Citus celer. Sal. Citus modo: modo tardus incessus: hinc citior citissimus. Plau. Nullā ego rem citiorē apud hoīes esse ꝙ famā reor. Citissim⁹ omniū redijt. Cito aduerbiū. Citius citissime. Interdū citus dicit separatus. Uirg. lib. viij. Haud ꝓcul inde cite metium in diuersa quadrigę.

Cito as. frequētatiuū a cio quod est voco. Ci. in Uer. Citat reū nō respondet. Uide in cieo. Hui⁹ cōposita sunt concito pe. cor. quod significat ad irā prouoco. Hinc concitatus iratus. Gel. Erat enim aliquanto concitatior. Incito: recito: excito: suscito ꝛc. quę sunt in dictione cieo.

Citat⁹ vocat⁹ celer. Apu. Citato nō testudineo gressu.

Citimus penul. cor. superlatiuū a cis: ꝛ idem est quod vltimus extremus. Et citima vocāt quę cęlo ꝓxima sunt. Cice. Quibus erat ea minima quę vltima cęlo citima terris luce lucebat aliena.

Ciuis vrbis colonus a coeūdo dictus ꝙ vinculo quodam societatis in vnum coeat cetum: et sub legibus viuat. Hinc ciuitas que proprie est collecta ciuium multitudo ad iure viuendum. Apul. Quod omnis ciuitas approbauit. Aliquando ciuitas dr̄ ius ciuiū. Cice. Qui ciuitate donatus est. Usurpatiue dicitur vrbs hoc est ipsa męnia et ędificia. Sic dicim⁹ apud ciuitatem. Mantuam diuum Jambonā natum esse: ibiqꝫ miraculis florere. Sciendū ꝙ a ciuis non fit ꝯciuis: licet ꝯsuetudo inualuerit vt ꝯciues passim dicamus municipes nostros: cum tamē rectius dicatur: hic meus ciuis est: siue meus municeps. Sic Cicero ciues suos dicit nusqꝫ cōciues. Nam apud tertiam. Tusculanam legimus (inquit) librū clitomachi quē ille euersa cartagine misit consolandi causa ad captiuos ciues suos.

Ciuilis ꝛ hoc ciuile quod ē ciuis seu quod ad ciuē pertinet: vt ciuilis mos: ciuile ius. Hinc ciuilitas quę ē quasi ciuilis mos: et accipit pro moderatiōe quadā atqꝫ modestia magis ciui hominiqꝫ politico ꝙ imperatori ꝯueniente quā in Augusto fuisse scribit. Sue. Clemētię ciuilitatis quę inquit eius multa ꝛ magna documenta sunt. Jul. Capitolinus laudat Antoninum pium: ꝙ imperatorium fastigium ad summam ciuilitatem deduxerit.

Ciuicus a. um. penul. cor. Idē qꝺ ciuilis: vt ciuica corona quā ciuis ciui a quo seruatus fuisset in prelio teste vitę dare solebat ex fronde querna: quoniā cibus antiquissimus e quercu capi consueuerat. Augu. lib. xviij. de ci. dei. Satis apparet cōsequens vt ad pacē ciuicam pax domestica referatur.

Cius fluuius thracię ex peonibus et rhodope monte profluens.

C Ante L

Clades a calamis ꝙsi calamides: hoc ē calamitas: vel ꝙsi cades a cadendo: vel a κλαδαω qꝺ est amputo: frango. Unde κλάσμα fragmentū ꝛ confractio.

Clemens a claritate mentis: quasi cęli mens: ꝛ is dicit qui etiā remittit de eo qꝺ posset ꝓsequi. Differt pro Donati sententia a placido: ꝙ clemens sit circa recte agentes: placidus circa delinquentes. Et clementis est nulli os ledere: placidi arridere omnibus: clemēs animo: placidus vultu. Ter. in adel. Ille suam semꝑ egit vitam in ocio comis clemens placidus: nulli ledere os: arridere omnibus. Sunt etiā qui clementē ideo dici putēt ꝙ colat mentē: nec eā vexet irascēdo: Hinc clementia ꝛ aduerbiū clementer quib⁹ ꝯtraria sunt inclementia: ꝛ inclementer.

Clam prepositio separatius ē et casualibus tantū preponitur: vt clam patre hoc egisti. Quandoqꝫ reperitur loco aduerbij posita. Uirg. Clam ferro incautū superat securus amorum. Sed oratores ꝓpositionē potius accipiunt: siue iungatur ablatiuo: vt Prisci. sentit: siue actō vt Dona. opinat: vt clā me ꝓfectus est. i. me nesciente. Hinc compositum fit perclam qꝺ est valde occulte.

Clanculū dimi. est. Ter. in Eu. In cellulā ad te patris penum omnē congerebā clanculū.

Clandestinus a. um. penul. pro. occultus: quasi clā de astu: hoc est vrbe Manili. lib. j. Et clandestinis surgētia fraudibus arma. Syri. lib. vij. Ceu clādestino traheretur fędere bellū.

Clandestino as. Lucil. Ait cum dicit clandestino tibi quod cōmissum fuerat.

Clamare ē vociferare. Unū exclamatio. Qñqꝫ vocare. Plaut. Plaudunt partim clamitāt me vt reuertar. Huius cōposita sunt acclamo: conclamo: declamo: exclamo: inclamo: proclamo: ꝓclamo: reclamo: et succlamo: ꝙ habent penulti. prod.

Clamor vox quę clamando fit: et proprie calamorum sonus: quasi calamor. Cum enim arundines vento agitantur magnam vocem emittunt. Dicitur et clamos sicut arbos.

Clamosus a. um. a nomīatiuo clamos: quod clamore obstrepit vociferaturqꝫ. Juuena. Securum iubeant clamoso insistere circo. Quintil. Non turbidus nō clamosus sit altercator.

Clango is. xi. vel gui. tuba cano: grecū est κλάγγω. Clangor eīn vox tubarum est. Hierony. in lib. numerorum. Si semel clangueris venient ad te principes. Et in Esaia. Et erit in die illa clangēt in tuba magna. Interdū addit tuba: vt in codē. Filij aaron sacerdotis clangēt tubis. Hęc eīn tria idē significāt. Clango tuba cano: et tuba increpo. Clangor etiā dr̄ sonorū anserū ꝛ aliarū rerū constrepentiū. Cice. lib. ij. Tus. De aquila Jouis satelles pastu dilaniat fero tum iecore opimo farta ꝛ saciata affatim clāgorem fundit vastū. Col. de anseribus lib. ix. Eiusqꝫ generis anser ꝓcipue rusticis gratus ē: ꝙ nec maximā curā poscit ꝛ solertiorē custodiā ꝓbet ꝙ canis. Nam clangore prodit insidiantem.

Clanius fluui⁹ cāpanię iuxta acerras vrbē a κλαδριδιε qꝺ est viola: qua illius ripę a. undare dicūtur vel vt Macro. extistimat a Clanio gygante

Clarium oppidum in confinio Colophoniorū: qꝺ non longę ab ephesio esse perhibetur.

Clarus fluuius a cacuminibus alpiū ꝑ plures valles excurrens in Istrum intrat.

Claros insula vna ex cycladibus: a qua vt Homerus inquit apollo clarius dictus est.

Clarus a. um. proprie dicitur qꝺ est lucidum non obscurum: vt clara dies. Figurate tamē ꝓ insigni atqꝫ excellēti accipit: ꝛ eo qui veluti fulgore quodā famę resplendet: qui ꝛ inclytus dicit: ꝙuis plus sit inclyt⁹ ꝙ clarus ꝓpter in: quę ibi auget. Hinc clarum hominem: ꝛ clara gesta dicimus. Item quoniā: quę clara sunt ab omnibus cernūtur. Clarum etiā pro aperto

et manifesto sumitur: vt clarus sermo: clara oratio. Interdum ponitur pro audibili. Teren. Dic clare: a clarus fit cõpositũ Preclarus: quod ẽ valde clarus. Cice. O p̃clarũ custodẽ ouiũ vt aiunt lupũ. Aliquã/do sumitur pro bono seu ꝓ optimo. Idem in Lelio Actum est p̃clare.

Claritas luciditas: vt claritas solis. Aliquando excel/lentia ⁊ splendor: vt Claritas generis: claritas rerũ gestarũ. Interdũ facilitas: vt claritas orationis dicit̃: et claritudo. Sal. Cum presertim tam multe varieq; sint artes animi quibus summa claritudo paratur.

Clarifico as. clarum facio/illustro.

Clareo es. rui. clarus sum: vl' manifest⁹ seu notus sum: vt Claret ꝙ mihi sis inimic⁹. Turpil. i p̃ma ₚcatiõe. Cui⁹ aduentu hodie claret cypros. Hinc

Claresco: clarus fio. Augu. lib. vij. con. Grandior erat: tanq̃ si ista multoq; clari⁹ clarescerent totũq; occupa/ret magnitudine. Inde Inclaresco valde clarus fio. Hierony. in Ero. Iamq; aduenerat tertius dies: et mane inclaruerat.

Clarigo as. penulti. cor. clare repeto a vocis claritate dictum. Ply. lib. xxij. Hac semper ⁊ legati cũ ad ho/stes clarigatũq; mitterent̃ vsi .i. res raptas clare re/petitũ. Nã cum Romani bellũ indicere alicui vole/bant. pater patratus ꝓficiscebat̃ ad hostiũ exercitũ p̃fatus et quedã solẽnia verba clara voce dicebat se bellũ indicere ob certas causas.

Clarigatio preter p̃fatam significationẽ accipitur pro talea nũmaria maxime que principis vel reipub. edi cto cõcedit̃. Liui. lib. viij. Veliternis deiecti muri: ipsi vrbe adducti iussi trans tyberim habitare vti ci/us: qui cis tyberim captus fuisset ad mille pas. hoc ẽ pondo clarigatio esset. Nec priusq̃ ere persoluto is qui cepisset extra vincula captũ haberet.

Clasma latine fragmentũ ⁊ fractio dicit̃.

Classis equiuocum nomen est: significat eñ nauiũ mul titudinem απο των καλων hoc est a lignis q̃uis abusiue ꝓ vna tantũ naui ponat̃. Virg. li. vj. Lycie ductorẽ classis orontẽ. Significat ⁊ hoim collegia. Nã Liui. de Tul. Serui. rebus gest: s scribit vrbem in quinq; classes diuisam: censumq; ab eo institutum fuisse rem saluberrimã tanto futurã imperio: quo pa cis belliq; munia non viritim vt antea: sed ꝓ habitu pecuniarum fierent: tum classes centuriasq; hunc or/dinem ex censu descripsit. Qui centũ millia eris aut maiorẽ censum haberẽt: inter primarios nũerabã/tur: et sub prime classis titulo. Ex his octaginta fecit centurias. xl. senum. xl. Iuuenũ. Seniores ad vrbis custodiã iuniores vt foris bellũ gererent. Arma his galea/clypeus/ocree/lorica: oĩaq; ex ere: hec vt tegu menta corporis essent. Preterea tela in hostem ha/ste et gladius. Addite sunt fabrum due centurie: que sine armis stipendia facerent: datum munus vt ma/chinas in bello ferrarent. Intra centum et. lxxv. mil/lia census. Secunda classis ex quibus. xx. centurie se/niorum. xx. et iuniorum. Arma vt in superiore preter loricam. Tertia classis a. lxxv. ad quinquaginta mil/lia census. Arma vt in superiore preter ocreas. In quarta classe a quinquaginta ad. xxv. millia census centurie. xx. seniorum. xx. iuniorum. Arma mutata nihil preter hastam: et verutũ datũ. Quinta classis cẽturias. xxx. habuit fundas lapidesq; missiles gerẽ/tes. In his accensi cornicines tibicines in tres centu rias. Ex. xj. postea millibus vna centuria. Et fuit hec immunis militia. Significat ⁊ classis equitum ordi/nes. Virg. Scio me danais e classibus vnũ. Vnde ⁊ classis ꝓcincta dicitur exercitus instructus. Apud antiquos classes clypeate dicebantur: quos nunc ex/ercitus vocam⁹. Sonitus quoq; tubarũ ⁊ ipsa tuba classica nominat̃: sicut a Virg. pro vtroq; vsurpatũ est lib. vij. Classica namq; sonant. Liui. lib. v. Voca/tis classico ad ꝯsilium militibus. Et alibi. Concionẽ classico aduocari iussit. Capit̃ q̃nq; ꝓ signo bellico. Suet. Et ingenti spiritu classicum exorsus pertendit ad alteram ripam. Vege. scribit classicum dici quod buccinatores per cornu dicunt: hoc insigne videtur imperij: quia classicum canit̃ imperatore p̃sente: vl' cum in militem capitaliter animaduertitur: quia hoc Imperatoris legibus fieri necesse est. Itẽ classes te/stes vocabantur qui ⁊ classici.

Classicus a. um. quod est classis vel qd̃ ad classem per/tinet: vt classicum bellum: bellũ nauale. Prop. lib. ij. Et canerẽ sicule classica bella fuge.

Classici dicebant̃ non omnes qui in classibus erant: sed prime tantum classis homines qui centũ millia eris aut amplius cẽsi erãt. Classici etiã dicebant̃ p̃cones qui tuba vel cornu iussu magistratuum ex arce vl' cir/cum muros populum et comitium vocabant: dicti a calando. i. vocando siue a clangore. Vnde classica ꝓ ipsis tubis. Infra classem vero ceterarum classium qui minore summa eris q̃ qui in prima classe cense/bant. Et classici (vt docet Festus) dicebant̃ testes qui signandis testamentis adhibebant̃.

Classiarius idem est qd̃ assiduus ⁊ diligens: q2 omniũ classium ciues semper parata erant ad omnẽ reip. vsũ necessitatem: propter quod ab assidendo assidui di/cebant̃. Apul. Et laudã ei⁹ classiarius atq; assiduus preco. At qui priuatim quoscunq; in iudicium voca/bant iussu magistratuum dicebant̃ Liburni: ꝙ fere ẽ liburnia essent.

Clathrus ⁊ clathrum vtroq; modo dicit̃. Sũt aũt cla thra ligna quibus transuersis aliquid munimus sepi musve: vt fenestras que ob id clathre dicunt̃. Et cla/thrare verbũ qd̃ significat clathris claudere. Quo Col. et Plau. vtunt̃. Nã in milite Plau. ait. Mirũ ẽ facinus quomõ hec hic trãsire potuerit. Nã certo neq; solarium apud nos neq; hortus vllus neq; fene stra nisi clatratha. Col. libro. ix. Spissi deinde clathri marginibus infiguntur: qui super aquam semp emi/neant etiã cum maris estus intumuerit. Idem pau/lopost. Satis est vacerras inter pedes octonos defi gere: sensimq; ita clathrare ne spatiorũ laxitas pecudi prebeat fugam. Cato clathros posuit pro lignis: qui bus caueę muniuntur.

Claua teli genus: quo hercules vtebatur. Est enim fu/stis teres ad claui similitudinem capitatus. Ply. de lino. Iterũ deinde in filo politur: illisum crebro in si/lice ex aqua. textumq; rursus tunditur clauis semper iniuria melius. Hinc claua herculis dicta ẽ id gen⁹ teli quo Hercules vtebatur.

Clauator qui huiusmodi claua vtebatur.

Clauis est qua ostia arcule: et id gen⁹ multa ⁊ claudũt̃ ⁊ aperiunt̃: a clam: ꝙ que celare volum⁹ hac claude/re soleamus. Vñ cõclauia loca que sub vna eademq; claue clausa sunt. Et conclauat⁹ locus vna claue clau sus. Clauem Theodorus Samius primo monstra/uit: a qua faber clauicularius.

Clauicula dimi. a clauis: vel a claua virga Plyn. Claui cule quoq; ipse quibus repunt vites terre ⁊ ex aqua pore sistunt vomitionũ ꝯsuetudinem.

Clauicularius qui clauiculam. i. virgã vel clauẽ gerit.

Clauiger vel clauiger⁹. Oui. Clauiger inuidit vulcani occumbere prolem.

Clauatus a. um. quod est clauorũ aculeis modo pro/minentibus circũdatũ. Nam ⁊ clauate vestes hinc vocant̃ quas vulgus a verrucis clauo similibus ver rucatas appellat.

Clauus nauis gubernaculũ siue temo: ꝙ eam dirigat rectãq; teneat. Cice. in Cato. Ille autẽ clauũ tenens quietus sedet in puppi. Itẽ clauus d̃r quo q̃d affigit̃

a claudendo. Nam ideo clauum figimus vt claudat seu cōtineat aliquid. Et clauus grece κλκοσ genus tuberculi quod vulgo callus dicitur: rotunda specie coloris albi: fit in plantis digitisq pedum maxime. Sic appellatus quia ita pungit vt q̄si clau⁹ ferreus infixus videat̄. Nam caro durescit in callum semper fere pungentē. Quo morbo Silius Italic⁹ interiisse fert̄. De quo. Ply. lib. iij. epistolarū. Modo nūciat⁹ est silius Italicus inedia finiuisse vitā. Causa mortis valitudo erat illi natus insanabilis clauus cuius tedio ad mortē inreuocabili constantia decurrit. Plynius lib. xix. Clauis pedum illini item lienis ꝛ temporum doloribus. Fiunt et callosa quedam in candido oculi tabercula: que claui nominant̄ oculorū. Arbores quoq clauū huiusmodi patiunt̄: qui ꝛ fungius ꝛ patella dicit̄. Preterea clauus ē vestimēti genus veluti quibusdam clauis aureis distinctum: quod et a plumarum similitudine plumatile vocabatur: et a verrucis clauo similibus verrucata vestis: ꝙ si latior ipsa vestis erat: latus clauus dicebatur. Hac soli senatores et patricij induebantur. Vñ laticlauos appellari senatores legimus. Hor. lib. j. ser. describere volens senatorē dixit. Et latū demisit pectore clauū. Sue. de Nero. A laticlauo cuius vxorē attrectauerat cesus. Ab Oui. Clauus simpliciter dicit̄ pro senatoria dignitate illo versu. Curia restabat claui mēsura coacta est. Sue de Au. Clauo nec lato: nec angusto. Aliquādo etiam sacerdotes et pontifices lato clauo induebantur. Silius. Sacrificam lato vestem distinguere clauo. Preclauū pars vestis erat q̄ ante clauum texebatur. Afra. totū diē preclauū vnum texere. Hinc etiā clauata dicunt̄ vel vestimenta clauis intexta: vel calciamēta clauis cōfixa. Et clauati socci ꝙ sola habeant clauis intexta. Clauata vero sunt vestimenta etiā si non ex auro: sed aut ex cocco: aut alijs coloribus clauos et verrucas habeant. Lampri. in Alex. Conuiuiū neq optimum: neq nimis parcum sed nitoris summi fuit: ita tamen vt pura mātilia mitterētur sepius cocco clauata: aurata vero nūq̄. Que autē cū auro Auroclauata dicuntur: et auroclauate vestes a textura aureorū clauorū. Vnde Tacitus imperator interdixit auroclauatis vestibus.

Clauiculus diminuti. a clauo. Quo noīe etiā vocatur capreolus in vite. Col. lib. v. Ac ne q̄ relicte sunt procellis ventorum decutiātur: molli ꝛ laxo vinculo adsurgentis subsequi cōueniet: dū clauiculis suis quasi quibusdā manib⁹ adminicula cōprehēdant̄. Hic etiā Pampin⁹ a nostris: et a grecis helice dicit̄.

Clauarius nomen est officij quo appellatus ē Suetonij pater: ab eo ꝙ p̄fectus fuit donatiuo imperatorio inter milites impertiendo. Vñ Cor. Tacitus scribit clauariū donatiui nomen esse q̄ ait Sediciose militū voces terrebāt clauariū: donatiui nomē est.

Claudia nomen virginis vestalis: que cū in suspitionē stupri venisset ꝛ simulachrum matris Idee in vado Tyberis hereret: ad cōprobandā pudicitiā suā fert̄ cingulo duxisse nauem quam multa hominum milia trahere nequiuerant.

Claudius Claudian⁹ poeta egyptius: vt greci ꝛ latini eius patriā affirmāt: ꝛ ipse de se sic scribit ↄtra vulgi errorē floruit sub Theodosio ꝛ Honorio. Augustis eius opera in lucē et pristinū nitorem redegit Ponticus Virunius de vtraq lingua benemeritus tēporib⁹ nostris: et multa vir humanitate: qui inter alia: que plurima scripsit de rebus nouis ꝛ insolitis aliqñ nobis cōmentarios in eundē poetam plenos omni genere disciplinarū ostendit: et quantū potest curat imprimere magnos ꝛ diffusos.

Claudus quasi pedib⁹ clausus. i. impeditus qui ex pedibus aut crurib⁹ femoribusue vitiatis non possunt passus facere: nam eos claudunt.

Claudeo es. claudus incedo: qđ claudicare dicere solemus q̄uis ꝑerrare q̄nq ponat̄ p̄ metaphorā.

Claudítas ipsa actio. Ply. Repulsu durioris materie clauditatē illico affert.

Claudo is. si. sum. includo. Virg. lib. iiij. Georg. Aut intus clausos secū ad p̄sepia seruant. Interdū claudere ponitur pro circuire. Idem. Claudite nymphe dictee nymphe nemorum iam claudite saltus. Interdum pro obsistere/arcere: vt apud eundē lib. x. Ecce maris magna claudit nos obice pōtus Alpia. Clausos pro vinctis accipit si modo ita vincti sint vt omni modo erūpere non possint. Interdū pro claudicare. Salust. Nihil socordia claudebat. Idē i histo. Equi pre labore claudunt.

Claustrum in plurali tam mascu. q̄ neu. gene. est pro loco in quo quid clauditur. Apud antiquos clostra pro claustra dicebantur.

Claustrari⁹ qui claues ꝛ cetera ad claudēdū opa facit.

Claustrinus penul. pro. qui claustri ianue preest. Claustrinus a. um. quod est claustri.

Clausula vocat̄ sentētia. Hanc greci perihodon dicūt a breuitate ꝛ ↄclusione.

Claçomene penul. pro. vrbs Ionie asiatice quā ↄdidit Paral⁹. Hec prius grina noiabat̄ vicina colophoni. Vnde et Apollo grineus dictus est apud Virg. quoniā ibi esset eius oraculum.

Claçomenia insula que Marethusa dicit̄: a qua claçomenij quos in meonia sitos esse constat.

Cleantes nomē philosophi: qui çenonis attici scholā successor excepit. Hic Phanij Asij filius egregi⁹ pugil cum Athenas venisset: et çenoni adherens generose philosophatus est: et in hisdē p̄māsit dogmat̄. Celebratus maxime fuit in labore. Nam cum valde pauper esset: mercenariam vitā agebat: ꝛ noctu qđē in hortis aquam hauriebat: per diem vero in sermonibus exercitabatur. Vnde phreanthes appellatus est: quasi puteos hauriens. Tradunt illum: que a çenone audierat ossibus boum et testis fictilibus perscribere solitum cum pecunia nō suppeteret ad chartas emendas.

Clearchus philosoph⁹ fuit cui⁹ meminit Hieronym⁹ contra Iouinianum.

Cleone mediocre oppidū distat ab argo stad. cxx. a corintho. xc. Vñ Cleoneus a. um. vt leo cleoneus qui ꝛ nemeus. Luca. Ille cleonei ꝓiecit terga leonis.

Clepo is. psi. tum. furor/furto surripio: tractū a κλέπτω verbo greco. Vnde cleptū furto subtractū. Liu. Si quis clepsit nec populo scelus esto: neue cui cleptum erit. Plau. Rape. Clepe: harpaga. Cic. de repub. Nō modo vt sparte rapere vbi ꝛ pueri clepere discunt. Cleptes latine fur.

Clepsydra penulti. cor. κλέπτω ꝛ υδωρ aqua. Na ꝓpriū furacis hominis qui cleptes dicitur: est velare et abscondere: que clam et per insidias surripuerit. Clepsydra vero duo significat: fontem. s. et horologium aquarum horas aqua dimetiens. Est eñ fons Athenis in arce illa mineruę quondam: nunc beate Marie virgini consecrata. Is per alueum subterraneum latentemq fluens stadia. xx. surgit tandem in riuos ad vicum phalerium. Erat preterea vas quoddam vitreum graciliter fistulatum quod equalibus dimensionibus signatas horas ostenderet. Ad cui⁹ etiam fundum erat foramen quod aquam guttatim emitteret. Et ita hore per aque diminutionem quot essent videri poterāt. Itaq nō absurde siue de fōte: siue de horologio accipias: clepsydra nominatur ab aque furto: ꝙ aquam aut velet aut furetur. Ceterum Cicero in secunda Tusculana pro horologio capit cum inquit. Cras ad clepsydram Consimilis

sunt hoc tempore clepsydris vascula illa apud nos vsitatissima: que in medio instar duorum turbinum coarctantur ex quibus puluisculũ per foramẽ minutum sensim dilabitur ex parte superiore in inferiorẽ: atq3 ita legitimũ tempus hore metitur: vulgo dicitur horologiũ puluisculi. Apud veteres oratorib9 actu ris causa forenses pscribebatur tempus dicendi datis clepsydris quib9 exhaustis ampli9 dicere vetabantur. Plyn. in epistolis. Dixeram horis pene quinq3 nam tribus clepsydris quas spaciosissime acceperã: sunt addite quattuor.

Cleros latine sors siue sorte electus. Inde clericus sortitus dici potest. Nam vt Hier. ad Nepo. scribit ppterea vocantur clerici quia de sorte sunt domini: vel quia dominus ipse sors. i. pars clericorum est. Et qz vel ipse pars domini est vel dominum partem habet talem se exhibere debet: vt & ipse possideat dominũ et ipse possideatur a domino. Clerus etiã vermiculus aluearibus noxius. Aristo. Examina infestantur clero sic enim vocant vermiculos qui in pauimento nascuntur: ex quibus crescentibus velut aranea obducitur alueo et faui carie pereunt. Hinc morbus huiusmodi clerus vocatur: hoc est fauus cum fetu putre factus. Cũ ꝓ morbo/ aut ignauia/ aut infecũditate naturali fetum nõ peragunt.

Clibanus κλιβανοσ ελληνιστὶ λέγεται. penulti. cor. non ẽ pprie furnus sed forte qd simile furno: vel instrumentum quo aliquid coquitur sub testa: quod ex ere seu ferro fieri solet: sepe etiã ope figulino. Ply. lib. xix. Cortices quoq3 decussi clibanis et furnis prebent vsum. Unde panis testaceus is dicitur apud nos quẽ illi clibanitin. Scribitur a nõnullis cum y. κλυβανοσ. De hoc & in dictione furnus. Col. lib. iii. scribit scrobem clibano similẽ esse: vt imus q̃3 summus patentior sit: vt latius radices vagentur.

Cliens quasi colens: qz debet dominũ honorare et est correlatiuũ patroni. Nã patronus defensor cause ẽ dictus quasi pater. Cliens aũt defensione indigens .i. litigator qui patronũ colit & sequitur: vt ab eo defendatur. Huius dimi. est clientulus. Aliqñ tamẽ cliẽs ponitur psectatore & qui sub tutela alterius & pene famulus est.

Comitatus actiue ꝛ passiue accipitur. Actiue. Plyni. Quicūq3 eū comitati fuerant. Passiue. Cic. lib.ij. in Cati. Illud etiā moleste ꝙ ex vrbe parū comitatus exierit. Virg. Ipse vno gradit comitatus achatę. Idē in significatiōe passiua incomitatus posuit cum ait. Sępius andromachę ferre incomitata solebat.

Comitatus us. pro comite. Sal. Cicero per legatos cuncta edoctus. L. Ualerio Flacco. Cn. ꝓmptino pretoribus imperat vt in ponte Miluio p insidias allobrogū comitatus deprędendāt.

Comis: benignus facilis ꝛ suauis qui erranti comiter monstrat viam: benigneq3 nō grauate alijs inseruit. Hinc comitas humanitas ꝛ morū suauitas. Comiter suauiter mansuete.

Cometes penul. pro. gene. mascu. crinitus dr. Est eñ stella crinita. Lu.lib.i. Ignota obscure viderūt sidera noctes: Ardētemq3 polū flāmis cęloq3 volantes Obliquas per inane faces: crinēq3 timēdi Syderis ꝛ terris mutantē regna cometen.

Comitium: cōuētus populi: qđ fiebat quādo magistratus creabant a simulitando sic appellatū. Differtq3 a cōcilio: ꝙ comitiū fit cū vniuersus popul9 ꝯuenit. Concilium cū populi pars. Fuerūt autē comitia cōsularia/ pretoria/ ꝗstoria/ tribunitia/ ędilitia: et omniū deniq3 magistratuū qui suffragijs ꝯsularib9 crearentur. Ille eñ cognitiōes populi ad creādos magistratus ꝛ ad leges ferendas dicebant comitia: quoꝝ alia calata: alia centuriata: alia curiata. Calata comitia vocabant: ꝗ pro collegio pontificū haberi solebant: aut regis: aut flaminū inaugurandoꝝ causa. Curiata ꝗ ex curijs.i. tribubus ꝗ. xxxv. erāt/ ꝛ ex censu ꝛ ętate per lictorē curiarū ꝓcalari.i. cōuocari solebāt. Centuriata ꝗ habebant in creādis cōsulibus cū cēturiatim.i. per singulas cēturias calculus vn9 ꝓ suffragio ferebat. Et hęc per cornicinē ex regionibus et locis constabant. Diony. lib. vij. hist. scribit. In comitijs curiatis omnē potestatē creandi magistratus fuisse penes populū. In cēturiat9 penes diuites. Comitij noie vt inqt Gel. intelligit locus coeūdi qui ꝓ Asconij sentētia in foro ꝓpe senatū erat: quo equitib9 romanis populoq3 ro. licebat coire: ibiq3 stās populus suffragia ferebat. Cice. pro Ser. Cū forū comitium curiā multa de nocte armat9 hoib9 ac seruis plerosq3 occupauissent impetū faciūt in Fabriciū. Tempus comitioꝝ habendoꝝ id erat qđ augures designabāt. Comitia ꝓ hoib9. Cic. ibi posuit. Uenio ad comitia siue magistratuū siue legum.

Comitiatus. tus. dicitur ipsa comitialis congregatio: Comitialis ꝛ hoc comitiale: qđ ad comitiū ptinet: vt dies comitialis ꝗ comitijs gerēdis aptus siue dicat9

est: quo cum populo agi licebat: vt inquit Macro. & quo popul⁹ romanus cõuenire solebat ad suffragiũ ferendũ. Cice. ad Quin. fratrẽ. Cõsecuti sunt dies co mitiales: per quos senatus haberi nõ poterat. Liui⁹ lib. xxv. Dictator primo comitiali die creauit cõsules Ioue autem tonante aut fulgurante comitia populi habere nefas erat.

Comessationes proprie dicuntur cibi potusq̃ qui post cenã ex luxu sumunt̃ sicut merenda cibus qui ante cenã sumitur: & ientaculũ ante prandiũ. Comessari eñ est post cenã epulari. Sue. in Domi. Cõuiuabat̃ frequẽter & large sed pene raptim certe nõ vltra solis occasum nec vt postea comessaret̃. Idẽ. in Vitel. Epulas trifariã semp: interdũ quadrifariã dispertiebat in ientacula prandia cenas et comessationes. Li. lib. xl. refert. Demetriũ post cenam qua sodales acceperat dixisse. Quin comessatum ad fratrẽ imus? Interdũ comessatiões generali vocabulo epulatiões cõpotationesq̃ cũ luxuria & crapula quacũq̃ hora veluti voragines mensarũ dicunt̃. Unde comessabũdus Alexandri magni exercit⁹ dicit̃ a Curtio quasi indulgẽs preter modũ prodigis epulis. Apud Arist. accipiunt̃ tanq̃ sint cõuiuia ex collatione symbolisq̃ cõfecta: q̃ Lacedemonii phiditia: cretes andria nuncupauerũt. Unñ ait lib. ii. pol. Comessationes phiditia nominãt lacedemonii: apud quos vnusq̃sq̃ cõferre habet et si sunt pauperrimi. Qui vero comessationũ esse participes nequeunt hi ad reip. gubernationẽ nõ admittuntur. Ideo aũt phiditia dicunt̃: q̃r. s. phidias. i. amicitie et humanitatis ea sint. Δ pro λ accipiendo: siue q̃ ita ꝯsuescerẽt ad parsimoniã q̃ grece dicit̃ φειδω. Andria vero cretẽses dixerunt quasi virilia ex eo q̃ viri adulte etatis ad ea vocabant̃: habetq̃ hoc nomẽ primã ꝓ. Mar. Nõ albana mihi sit comessatio tãti. Dicta comessatio a vicis quos greci κωμους vocãt: & esum supino. Veteres eñ vicis habitãtes anteq̃ oppida conderent̃ alii alios causa victus inuitabãt.

Comũ ciuitas gallie cisalpine iuxta larium lacum: hec mediocris erat colonia trans paduꝫ. Sed Põpeius post scipio ac postmodũ diuus Cesar eam auxerunt. Hinc comenses sed comani dicti sunt ciues & cumei ab cume arum quoniã Cume arum ciuitas cãpanie condita ab his qui ex chalcide vrbe euboee venerũt. Hec ab vndis nomen traxit. Nam κυμα vndã significat υ aũt latini in u cõuertũt vt byrrhia burrhia Inde cumani & cumei q̃uis & cumei et cumani etiaꝫ dicant̃ a cuma ciuitate eolicoꝝ maxima et optima et oim fere metropolis quas numero. xxx. fuisse tradũt et quarũ pars maxima corruit: A qua vt quidã aiũt cumea sibylla dicta est. Et ex hac ortus Euphorus vir sine cõtrouersia clarus et Isocrati oratori familiaris et historie cõscriptor/sed ante ipsum non tñ ex hac vrbe Hesiodus poeta qui patrẽ suũ relicta colicis cuma in Boetiã migrasse dicit Plutar. q̃q̃ in symposiis multa & Suidas ησιοδος κυμαιος γεος δε κομισθεις υπο του πατρος διου και μητρος πυκιμηδης εσ ασκρην της βοιωτιας & ipsemet Hesiod⁹ de se ita scribit. de patre suo: q̃ κυμην αιολιδα προλιπων εν νηι μελαινη ουκ αφενος φευγων ουδε πλουτον τε και ολβον αλλα κακην πενιην την ζευς ανδρεσι διδωσιν ασσατο δε αγχι ελικωνος οιζυρη ενι κωμη ασκρη χειμα κακη θερει δε αργαλεη ουδε ποτ εσθλη.

Commalasso as. Vide in dictione Malasso.

Cõmendo as: ex cõ & mando: tribus construi solet modis. Nam q̃nq̃ actiuũ tantũ habet. Vale. maxi. lib. x. Quapropter nõ ludicrã artẽ cõmẽdauit. Q̃nq̃ vltra actiuũ ꝯstruit̃ cũ alio actõ mediante apud & hmõi. vt Cõmẽdauit te apud pretorem. Et sic sumit̃ ꝓ laudo. Q̃nq̃ post actiũ iungit̃ datiu⁹: & significat q̃si charũ quid cõmitto: sed non recedit a significatione laudo. Semp eñ fit cũ charitate & laude ei⁹ qui cõmẽdat̃. Pla. Quali ne amico mea comendaui bona? Probo & fideli & fido. Cice. Petis a me vt te q̃ diligentissime bibulo cõmendem.

Cõmendatitius a. um. qd̃ cõmendari solet: vel id quo quis vel qd̃ cõmendari solet. Cice. Et si statuerã nullas ad te lr̃as mittere nisi cõmendatitias.

Cõmentaculũ inquit Fes. virga qua in sacris vtebant̃ ad sacrificia pgẽtes vt a se obuios hoies amouerẽt.

Cõmentari frequẽtatiuũ est a cõminiscor: & significat cogitare/agitare/tractare/mentionẽ facere/disputare. Cic. in Lel. Cum in hortos. D. Bruti cõmentãdi causa vt assolet venissemus: hoc est tractandi vel disputandi. Idẽ. Que potest esse in vitio cõmẽtatio. i. cogitatio. Interdũ significat fingere. Interdum cõmentarium scribere.

Commentũ expositio: a con & mẽte quidã cõpositum & deductũ volunt cũ sit cõmonitio mẽtis. Aliquãdo accipitur ꝓ fictione: et tunc a cõminiscor fit. Teren. Cõmentũ non placet.

Cõmentitius a. um. significat partim fictũ & ad tẽpus cõmẽtũ & excogitatũ: ptim nouũ. Au. li. iiii. de ci. dei. Videtis ne igit̃ vt a physicis reb⁹ bene atq̃ vtiliter inuentis nõ sit tracta ad cõmentitios & fictos deos.

Cõminiscor: a con & mente dictum est cum fingunt̃ in mente que non sunt: seu magis a con & miniscor: vñ & reminiscor qd̃ est cũ que tenuit mẽs a memoria cogitãdoq̃ repetunt̃. Significatq̃ cõminisci dicere fingere disputare tractare. Terẽ. in Hecy. Aliquid tulisse cõminiscent̃ mali.

Cõmentariũ cõmentarius & cõmentarii plurali nũero ꝓ vna eademq̃ significatione sumuntur. s. pro libris in quib⁹ late diffuseq̃ res sed breui⁹ q̃ poterãt explicant̃ cũ in his simpliciter & quasi p capita describũt̃. Ci. in Bruto. Nõ est oratio sed q̃si capita rerũ & orationis cõmentariũ paulo pleni⁹. Sic Cesaris cõmẽtarii dicunt̃ in quib⁹ ad exequendã historiã aliis videt̃ materiã subiecisse. Unde Sen. li. iii. decla. Sine cõmentario nũq̃ dixit Seuerus Cassius: nec hoc commẽtario ꝯtentus erat in q̃ nude res ponunt̃. Hi aũt si singuli fuerint cõmentarii vel cõmentari⁹ vel liber dicatur: sed si ex multis lõgisq̃ tractatibus breuiora coaceruentur cõpendia: cõmentarii etiã dici possũt: vel primus & secundus cõmentari⁹. Dicit̃ etiã commentarius vel cõmentariũ vl' cõmentaria ꝓ auctoꝝ expositione. Gel. Est adeo probi grãmatici cõmentarius satis curiose factus. Et iterũ. Nõnulli grãmatici qui cõmẽtaria in Virg. cõposuerũt. Idẽ. Noster Taurus in primo commentarioꝝ quos in gorgiam Platonis cõposuit scriptũ reliquit. Quidam etiam hmõi cõmentũ vocauerunt. Preterea cõmentarius q̃nq̃ dr̃ cõmentator: hoc ẽ qui cõmentariũ siue commentũ cõposuit. Ser. super primo ge. Superfluam mouent questionẽ cõmentarii. A comentariũ fit diminutiuũ cõmentariolum.

Cõmeo as. ex con & meo: q̃uis alii a con & eo is cõponi velint. Unñ remeare ꝓ redire. Est aũt cõmeare vltro citroq̃ ire. Inde cõmeatus dari dr̃. i. tẽpus quo ire & redire cõmode possit. Et cõmeare est ire seu se conferre. Lact. li. iii. Quid ergo interfuit quo aio philosophus ad meretricẽ famosissimã cõmearet. Terẽ. in Hecy. Hic raro in vrbẽ cõmeat.

Cõmeatus us. licentia siue qd̃ dicitur saluus cõduct⁹ quẽ dat imperator militi: p̃posit⁹ inferiori eundi quo velit ad p̃scriptũ diem reuersuro. Cic. ad Herẽ. Ille q̃ ad diẽ cõmeat⁹ nõ venit q̃ eũ aque interclusissent. Liu. lib. xxiii. Magna pars sine cõmeatib⁹ dilabebat̃. Aliq̃ñ accipit̃ ꝓ cibariis ad alimoniã exercitus

et reip. aut multitudinis alicuius vel etiã priuatim. Sal. Si vincimus oia nobis tuta erũt: cõmeat⁹ abũde. Ci. ꝑlege Manilia. Jã cõmeatu ⁊ priuato ⁊ publico prohibemur.

Cõmemoro pe. cor. cõmonefacio: in memoriã reduco Ci. in Cato. Pythagoreorũq̃ more exercẽdę memorię grã q̃d quoq̃ die dixerim audiuerim egerĩz: cõmemoro vesperi. Hiero. in ecclesiastico grõ iunxit. Sed in die tribulatiõis cõmemorabit tui. Et cõmemorare dicere / recitare / narrare. Cice. Quę nã sit istius veteris quã cõmemoras academicorꝫ ⁊ de finib⁹ bonorꝫ peripateticorꝫ sentẽtia? Terẽ. in Phor. Quid ego nũc in ea cõmemorẽ Demipho sigillatim qualis ego in hunc fuerim.

Cõmeto as: pe. cor. cõmeo hoc est me cõfero. Neuius Cũ ad lupã nostrã tam multi cõmetant lupi.

Cõmereo: totus vel in totũ tristor. Plau. in Epi. Nescio edepol quid tu timidus es: trepidas epidice ita voltũ videor videre cõmeruisse.

Cõmereo cõmitto. Terẽ. in Phor. Si senserit te timidũ pater: arbitrabit̃ cõmeruisse culpã. Et cõmerere est meritare sed in malũ. Idem in Hecy. Quę nunq̃ quicq̃ erga me cõmerita est qđ nollẽ: ⁊ sępe qđ vellẽ meritã scio. Do. Mereri bona cõmereri dicũt̃ mala

Cõmilitones dicũtur qui simul sunt in militia.

Cõmilitiũ ipsa belli societas. Sue. in Cesa. Nec milites suos pro cõcione sed blandiori noĩe cõmilitones appellabat tanq̃ ⁊ ipse vnus esset ex numero militũ. Ita eñ dicunt̃ cõmilitones sicut ⁊ cõdiscipuli. Iusti. lib. v. Deinde cogitatiões legũ sacrarũ tã vetusti per tot bella cõmilitiũ orat misereat̃ ciuiũ exulum.

Comminus penultima correpta significat statim: sine intermissione. Virg. lib. j. Geor. Quid dicã iacto q̃ semine cõminus aruo. Cõminus etiaꝫ a loco propinquo. Vide in Eminus.

Cõmitto is: aliorum fidei trado. Terẽ. Ouem lupo cõmisisti. Quãdoq̃ cõmittere est iniungere aliquid faciendũ et quasi cõmendare: vt Rex mihi hoc negocium cõmisit. Quandoq̃ peccare. Unde cõmissa dicuntur peccata. Asco. Cõmissa dicunt̃ facta cõtra voluntatẽ cõditoris. Quãdoq̃ sociare cõiungere. Vir. Delphinuꝫ caudas vtero cõmissa luporũ. Quãdoq̃ donare relinquere. Cice. in Ver. acti. ij. Jo calũniatores ex sinu opposuit qui illam hereditatem veneri Ericinę cõmissam esse dicerẽt. Quãdoq̃ facere. Sal. Sempronia quę multa sępe virilis audacię cõmiserat. Quãdoq̃ incipere. Vir. lib. v. Et tuba cõmissos medio canit aggere ludos. Sal. Quib⁹ dictis mox pręliũ cõmisere. Quãq̃ potestatem dare seu permittere ⁊ causam pręberee: ⁊ in malã partẽ. Sed hoc p̃cedẽte negatione ⁊ sequẽte: vt vel quãobrẽ. Terẽ. in Hecy. Nunq̃ tam dices cõmode vt terguꝫ meũ tuã in fidẽ cõmittã. Cice. Nihil tibi esse cõmittendũ cõsiderare debes quãobrẽ eorꝫ quos laudas te nõ simulimũ pręb eas. Aliq̃n etiã sine negatione. Idẽ lib. ij. offi. Periculosum ipsi est: tum etiã sordidũ ad famã cõmittere vt accusator nominet̃. Quandoq̃ cõparare ⁊ in cõtentionẽ deducere cõfligere. Sue. in Cali. Nec cessauit ex eo criminari alterũ alteri: atq̃ inter se om̃es cõmittere. i. in certamẽ mittere. Hiero. lib. ij. mach. Rex cõmisit cuꝫ iuda ⁊ superatus est. Proprie eñ ratione pręposĩtionis con: significat simul mittere: siue simul iungere. Gel. Gordiũ nomen est vrbis quã sangarius amnis interfluit magna ex parte cingitur fluctibus speciẽ insulę pręberet: ac nisi tenue discrimẽ obijceret maria quę nunc diuidit cõmitteret.

Cõmissurę iũcturę q̃les sunt tabularũ ⁊ aliarũ rerum.

Commitile compositum.

Cõmitigo as pe. cor. significat tũdẽdo dep̃mo atq̃ depono. Terẽ. in Eu. Tibi vtinam commitigari videam sandalio caput.

Commodũ penulti. corre. fit a modo: ⁊ significat vtile emolumentũ. Cuius cõtrariũ est Incõmodũ ꝓ damno. Ci. lib. ij. ad Heren. Causa est q̃ induxit eũ cõmodorum spe: aut incõmodorũ vitatione. Et infra. Hic accusator in spe cõmodi cupiditatẽ ostendet aduersarij: in vitatione incommodi formidinem augebit. Quãq̃ cõmodũ dr̃ bonũ aptum cõueniensq̃ quasi cũ modo ⁊ ratione: incõmodũ malũ ineptũ atq̃ incõueniens. Sic cõmoditas ⁊ incõmoditas: cõmode ⁊ incõmode sumi possunt. Ter. in An. Nẽpe incõmoditas deniq̃ huc om̃is redit si euenerit qđ dij ꝓhibeãt dissensio. At si corrigat̃ q̃t cõmoditates vide Principio amico filiũ restitueris: tibi generũ firmũ: ⁊ filię inuenies virũ. Aliq̃n vtrouis modo accipi possunt: vt apud eundẽ in Hecy. Multa ex quo fuerint commoda: eius incõmoda ęquũ est ferre.

Commodus a. um. quod est vtile: siue aptum: a quo fit accõmodus ⁊ incõmodus. Amb. lib. Hexa. Nã qui leuibus accõmodus est: fit incõmodus grauioribus elementis. Ter. in An. Ego cõmodiorem hominem ⁊c. Cor. Celsus. Sꝫ inter om̃ia maxime cõmodũ est modice exerceri. Plau. in Sti. diminutiuo vsus est. Pro opibus nostris satis cõmodule nucibus fabulis ficulis. Inuenit̃ etiã cõmodum aduerbium: ⁊ significat iam. Apul. Cõmodũ limen euaserant ⁊ fores ad p̃stinũ statũ integre resurgũt. Idem. Intuli me cũq̃ accusantẽ exiguo ad modũ grabatulo et cõmodũ cęnare incipientẽ inuenio.

Commodo as. penul. cor. vtile ⁊ cõmodũ facio: seu cõmoditatem presto. Cice. ad filium. Cui ego quibusq̃ rebus potero libentissime cõmodabo: sicut econtrario incõmodo: molestus sum ⁊ noceo significat. Ter. i an. Magis adeo vt mihi incõmodet q̃ vt obsequatur gnato. Cice. Cesari. Quicq̃d ei cõmodauerĩ erit mihi gratum. Et cõmodare est mutuo dare: hoc est alicuius rei vsum ad tẽpus concedere. Cice. Dando et accipiendo mutuandisq̃ facultatibus ac cõmodãdis nulla re egemus. Nec rei tantũ mobilis cõmodatio dicitur: vt Vlpia. existimauit: sed etiã soli. Plau. Cum ędes pauperi cõmodasset. Ci. lib. iiij. ad Herẽ. Ait quidã ędes maximas ad nuptias cõmodasse. Et licet vt multi asserũt cõmodent̃ q̃ reddunt̃ eadẽ nũero ⁊ specie vt vestis equus liber: mutent̃ q̃ nõ reddũtur eadẽ nũero: sed specie: vt vinũ frumẽtũ nummi. Cice. tñ in Ver. acti. vj. Cõmodari vsus est ad ea q̃ reddunt̃ similia. Ait eñ. At publice cõmodasti non sine magno quidẽ ꝓuincięq̃ sicilię detrimento tritici modios sexaginta. Sumit̃ nõnunq̃ simpliciter ꝓ impendere. Hier. de diuo Antonio. Auditioni etiã scripturarũ ita studiũ cõmodabat: vt nũq̃ ex eius aĩa laberetur. Hinc fit accõmodo.

Cõmodari⁹: siue cõmodo onis. qui cõmodatũ accepit.

Comędia cũ ę diphthon. απο ΤΗσ κωμισ. i. a vico ⁊ ωΔΗ cantilena genus poematis: quod in initio in vicis iuuenes questus gratia cantare soliti essent crebrę cõuenientes. Comędia eo confecta credit̃ vt affectus nr̃os moderemur in alienis ꝑsonis. Expressamq̃ imaginem nostrã vitę quotidianę videremus. Est aũt poema in quo humiles fere personę inducuntur ⁊ amores virginũq̃ raptus describunt̃ Huius noĩs pe. cor. apud latinos. Suidas. κωμωΔιαι υβρεισ Διασυρμοι εμπευματα και κωμωΔοσ ο Τα υΤαιπιορ.

Comedus: qui representat comedias sicut Caliopius. Comicus qui cõponit: vt Terentius.

Comedice aduerbiũ significat mãsuete / suauiter / sicut tragedice crudeliter. Plau. Euge obstitisti et dulce et comedice.

Comedior aris. significat ridicule ac loq̃citer loquor.

Cōmoueo es: penul. corre. ꝑturbo. Terē. Cōmoueo hominē. Interdū significat a ꝓposito deflecto: ⁊ qđ volo ꝑsuadeo. Cice. Visi sumus senatū cōmemoratione tuę volūtatis erga illū cōmouere. Interdū ledere. Col. lib. ij. Ne in radicē maiore nixu vomis impact⁹ colla cōmoueat. Interdū recedere. Cic. Tyro. Tu ⁊ cura vt valeas: ⁊ te istinc ne temere cōmoueas.

Cōmunis ex con ⁊ munis qđ est munus quasi cūmune re: sicut imunis sine munere. Ille autē cōmunis dicit̄ qui omniū est quasi omnibus cōsentiēs: a quo cōmunitas et aduerbium cōmuniter: pro quibus veteres munitas et muniter vsurpauerunt. Siquidem apud veteres munes et munifici nō a largitione quę ignota erat dicebant̄: sed ita appellabant̄ consentiētes ad ea quę amici vellent. Pacu. Nam quia tam largitio mītis ignota erat munificus nemo putabat̄ nisi pariter volens. Lucil. Munifici comesq amicis nostris videamur viri. Dicimus aūt hoc est cōmune omniū et omnib⁹. Et hoc ē cōmune mihi: tecū vel cū ceteris.

Cōmunico as: pe. cor. ex con ⁊ munico cōpositum est. Munico autē a munis fit. Et est cōmunicare participare: qn̄ qđ est aut esse potest priuatim fit vniuersoꝝ. Sal. Alienū suis rationibus existimans videri causam ciuiū cū seruis fugitiuis cōmunicasse. Per trāslationē significat coinquinare: vt est. Qđ ꝓcedit ex ore hoc cōmunicat hominē. Nam popnlus iudeoꝝ partē dei se esse iactitās cōmunes cibos vocat quib⁹ oēs vtuntur hoīes: vt suillā carnem ostreas lepores ⁊ huiusmodi animātia quę vngulas nō findunt nec ruminant nec squamosa in piscibus sunt. Unde in actibus apostolicis scribitur. Qđ deus sanctificauit: tu cōmune ne dixeris. Cōmune ergo qđ ceteris hoībus patꝫ et q̄si nō est de parte dei pro in mūdo dicit̄.

Cōmuto as pe. pro. simul vel cōtra: vel totū simul muto: qđ fit cū vna res ꝓ alia datur. Et ille cōmutat qui alteri qđ habet concedit: vt aliud quippiā assequatur Ambrosius. Raro q̄uis excelsa virtus futuris commutat ꝑsentia. Cōmutare autē verba est altercari et iurgia habere. Terē. in An. Nunq̄ hodie tecū cōmutaturū patrē vnū esse verbū. Et cōmutare verba est pro bonis dictis mala ingerere. i. iracundia in maledicta compelli.

Cōpago et cōpages pe. pro. vtroq mō ꝓ cōiunctione ⁊ cōpositione. Oui. Atq ita disparibus calamis cōpagine cerę: Inter se iunctis nomen tenuisse puellę. Pacu. Saluete geminę mei cōpages sanguinis.

Compagino as pe. cor. cōiungo copulo: ꝙ pagines simul iungunt̄. Aug. Vt autē simus mēbra eius: vnitas nos compaginauit.

Compar idē est qđ par. Li. Cōparē cladē ad egetis insulas carthaginensiū prelio nauali acceptā qua fraeti sicilia ac sardinia cessere. Cōpar etiā dicitur soci⁹ seu equalis. Hiero. li. ij. Re. Apprehēsoq vnusquisq capite cōparis sui defixit gladiū in latus cōtrarii ⁊ ceciderūt simul. Rhetores compar id esse dicunt qđ duabus aut pluribus sententijs breuibus et inter se paribus exigitur.

Comparo as pe. cor. significat adequo. Terē. in Eu. Hah ne comparandus hic quidem ad illū est. Item Constituo adapto. Amb. lib. j. offi. Ita te cōpara vt quasi puer iniuriā non teneas: malitiā non exerceas. Itē preparo. Ci. in Ver. acti. ij. Ut erat inter suos copiosus conuiuiū comparabat. Item Do. Idem ibi. Et omni gemitu ac dolore certa merces cōparabat̄. Item socio coniungo. Plau. in Asi. Prehende auriculis cōpar labella labellis. Item compono machinor. Sise. li. iiij. hist. Eos qui hoc malū publicū clandestinis cōsilijs comparauerint. Et comparare emere: licet Hiero. cōtra Ruff. inuenire neget. Sed nemo est qui incuria non aliquando labatur: vt verū sit quod Hora. inquit. Quādoq bonus dormitat Homerus. Cato de re rust. Prediū cū comparare cogitabis sic in animo habeto. Liui. li. ij. Annonę in primis habita cura ⁊ ad frumentum comparandū missi alij in volscos: alij cumas.

Comparatiuus a. um. quod adequat. Vn̄ dicimus cōparatiuū gradū: cuius ꝓpriū est superare positiuum in ea qualitate quam obtinet: licet qn̄q ꝓ positio ponatur. Fit aūt cōparatio vt docet Pris. ad vnum vel ad plures tam sui generis q̄ alieni q̄uis greci honoris causa suę gentis magis q̄ ratione veritatis dicāt nō posse ad altos sui generl fieri cōparationē. Sta. lib. viij. Th. Sed pectora flectas ⁊ melior sis queso deis. Val. max. li. iiij. Idē sensit. Fabricus lycinius honoribus ⁊ auctoritate omni ciue tēporib⁹ suis maior. Et lib. vj. Tertiū te importuniorē superioribus habere cepimus rectorē. Cōparatiua ⁊ superlatiua q̄ a ꝑpositionibus veniunt ꝑter suam cōstructionē ablatiui ⁊ genitiui aliquādo actō iūgunt̄. Cice. ad Octa. Propius vrbē. Sal. Proximi hispaniā mauri sunt.

Compasco is. simul pasco. Unde cōpascuus ager qui relictus est ad pascendū cōmuniter vicinis.

Compesco is. compescui quasi eodē pascuo cōtineo.

Compedes penul. cor. a singulari compes quod non est in vsu vinculi genus est cuius arctura rei custodiunt̄: a compedio is. qđ ex con ⁊ pedio componitur. Et est tam mascu. q̄ femi. generis. Hiero. in Hiere. Aggrauauit cōpedem meum.

Comitialis homo qui comitiali morbo laborat. Ply. Fel testudinum naribus illitum comitiales erigit attollitq. Dict⁹ comitialis ꝙ comitia vitiare diceret̄. Interrūpebāt̄ eñ comitia quo die aliquis ꝯcidisset. Cato. Quod comitia prohibere solet nec id quidem mihi vitiū fuit. Seren⁹. Est subiti species morbi cui nomen ab illo. Qc fiet nobis suffragia iusta recuset. Sępe etenim membris acri languore caducis. Concilium populi labes horrenda diremit. Ipse deus memorat dubię per tēpora lunę Cōcęptu talis quem sępe ruina ꝓfudit. Hic morbus alio noie dicitur Sacer morbus maior ꝓpter grauitatem: quoniā homo subito concidit: ⁊ spumę ore mouetur. Docet etiam Aristoteles hunc morbuꝫ a priscis herculeum fuisse nominatum. quia Hercules eo laborasse fertur: idq ex atra bile plerisq cōsistere tradit. Plato ⁊ Apul. diuinū nūcuparunt: ꝙ animi partē rationalē que longe sanctissima esse videt̄. Greci epilesiam vocāt hoc est contractionē. Contrahunt̄ eñ hoc morbo nerui. Ply. Folia heliotropij ꝯtractionibus medent̄: etiā si id comitialiter accidat. i. etiā si contractiones fiant ex morbo comitiali. Vulgo caduc⁹ dr̄ ꝙ cadere faciat. Plau. tamē comitiales hoīes in penulo appellat litigiosos q in comitio ꝓpter lites q̄si habitare dicūtur inquietantes tribunal ꝑtoris: qui si nihil est litiū lites serūt. Hic etiā a nōnullis lunaticus dr̄ cū tñ abinuicē separent̄: ꝙ eū qui interlunio natus ē hūc morbū fere pati cōpertum est.

Combam sabini vocant quā militares lecticam.

Combino as. penul. ꝓ. et Combinor aris: binos iūgo qđ vernacula lingua dicimus cobiare. Aug. lib. viij. con. Illic vt forte cōbinati spatiabant̄ vnū secū seorsum ⁊ alios duos itidē seorsum paritérq digressos. Hinc cōbinatio quā greci Epizeuxin vocant cum in oratione eadem dictio sine medio duplicat̄. Virg. Me me adsum qui feci.

Comburo is. penul. produ. ex con ⁊ vro b. interposita significat sicut suū simplex: vl̄ simul cū alijs vro: licet qn̄q ꝓ cōsumo ponat̄: vt ē illud in veteri testamēto. Videbat ꝙ rubus arderet ⁊ nō combureret̄.

Commertiū: vicissitudo dandi ⁊ accipiēdi: a cō ⁊ merces. Mertiū cōmutatio quę victus causa inuēta fuit

vt inquit Pli. Sue. in Tibe: Strenarū cōmertiū ne vltra kalendas Januarias exerceretur. Accipit̄ ⁊ ꝓ vsu a consuetudine. Idē in Clau. Gratā sibi prouinciam ait cōmuniū studioꝝ cōmertio.

Comedo is ⁊ Comedo es est. Plau. in Tri. Qđ ebibit quod comest: quod facit sumpti. Cice. Sed ad extremum pollicetur prolaturum se que comest. Supinum Comesum ⁊ comestum. Sal. Comesta matrimonia comesa patina.

Comedo onis ⁊ comedus edi. penultima correpta qui bona sua consumit.

Compeditus a um pe. ꝑ. a cōpēdio fit: ⁊ significat qđ compedibus illigatū est. Var. inflexibilis. Domo ex eo intro: ⁊ pedes corrigiis compedio. Hiero. contra Rufi. ad linguā transtulit. Cōpeditā putas linguam eius ⁊ inextricabilibus nodis ligatam vix in humanum sonum erumpere. Genera cōpedū sunt numeꝝ melle hoīe pedice neruus.

Compello is puli sum: constringo. Hiero. ad Helio. Vt hec tibi frater dicerē. cōpulit me tua dilectio. Et cōpellere est simul iungere. Plau. in asi. Que volet faciemus q̄ hosce amores nostros dispulsos compulit. Quod ⁊ de aīalibꝰ brutis dicit̄ cū in vnū locū vel diuersa aut diuersorum animalia cōgregant̄. Virgi. Cōpulerātq; greges Corydon ⁊ Thyrsis in vnum Proprie ꝟo est simul pellere collidere. Vn̄ cōpulso qđ est sepe collido. Col. lib. j. Eadē que semper mare conspicit cōpulsatur ac fluctu conspergit̄.

Compulso as: Vide in dictione cōpello.

Compello as: ad aliquem loquor. Virgi. lib. ij. Vltro flens ipse videbar Cōpellare virū. Aliq̄n infamo accuso. Sue. in Ces. Eodē mō noniū questorē eo ꝙ cōpellari apud se maiorē potestatē passus esset.

Compendiū a cōpendo qđ nō est in vsu cū tn̄ cōpenso eius frequētatiuū inueniatur ꝙ ima cōpenderet. Et est id qđ parsimonia quadam seruamus: sicut econtrario dispendiū: qđ vel incuria vel imoderatione dispēdimꝰ. Pli. Bubulas carnes caulas caprifici magno lignorū compendio ꝑcoquūt. Idē. Magno id lignorū dispendio fit addito sale. Nam ꝑcoqui itegro die vix possunt. Cōpēdiū etiā dicit̄ vtilitas lucrū. Et dispendiū damnū. Tibul. Nec vagus ignotis repetēs cōpēdia terris: Presserat externa nauita merce ratē. Ci. li. iiij. ad Herē. Due res sūt q̄ pn̄t hoīes ad turpe cōpendiū cōmouere inopia atq; auaricia. Et cōpendiū breuitas in qua tn̄ vtilitas sit: quales sunt libri in q̄bus breuiter materia colligit̄. Vn̄ Plau. in mili. Q̄ potes tā verba cōfer ad cōpendiū. Vn̄ ⁊ cōpēdij via breuis via đr. Hiero. lib. ij. Re. Currēs achimaas ꝑ viam cōpendij transiuit Cusi.

Compendiosus a um: quod est valde vtile. Col. lib. j. Quod ⁊ ꝑ partes nōnunq̄ damnosuꝫ est: in sūma tn̄ fit cōpendiosum. Interdū dicit̄ valde breue: ꝙ ea q̄ simul penduntur celerius expediantur.

Cōpendiarius a um: breue ⁊ summū siue optimum. Ci. lib. ij. offi. Preclare socrates hanc viā ad gloriaꝫ ꝓximā ⁊ q̄si cōpēdiariā dicebat esse: si q̄s ita ageret: vt qualis haberi vellet talis esset.

Compenso as: quasi simul pondero retribuo. Hiero. in prolo. Amos. Sterilitas terre cōpensatur pecoꝝ multitudine. Val. max. Tarditatem supplicij grauitate cōpensat. Modesti. compēsatio est debiti ⁊ crediti inter se contributio.

Comperendino as pe. cor. significat in longum de die in diem differo. Hierony. ad Pauli. Quo detentus opere implere nō potui quod promiseram tibi ⁊ Danielem nostrum rursus comperēdinaui. Inde Comperendinatio que est sicuti docet Asco. ab vtrisq; litigatoribus inuicē sibi denūciatio in perendinū diem. Nam cū rem aliquā agerent litigatores ⁊ pena se sacramenti peterent poscebant iudicē qui dabat̄ post trigesimū diem. Quo dato inter se comperēdinū vt ad inuicē venirent denūciabāt. Quo cū esset ventū anteq̄ causa ageret̄: quasi ꝑ iudicē rem exponebant. Quod ipsum dicebat̄ cause cōiectio: quasi cause sue breuis coactio. Cic. in Ver. acti. iij. Vt his ludorum diebus interpositis nemo istū cōperendinatū iudicaret. Dies cōperendinaria dicebat̄ iudiciū in diem tertiū constitutū. Dies comperendini quibꝰ vadimonium iubere licet vt inquit Macrobius.

Comperio ⁊ comperior deponens differunt auctore Dio. Nā comperiri est: ex opinione colligere ⁊ pro explorato compertū habere. Sal. in Jug. Sed ego cōperior bochū magis punica fide. Cōperire ab alio cognoscere. Compertū est mihi: et exploratū est mihi: hoc est per inuestigationem.

Compernes dicunt̄ homines genibus plus iusto coniunctis: vel qui longos habent pedes.

Competo is. penul. cor. significat honorē vel cōiugiū vel quoduis aliud aduersus aliū peto: quasi simul peto. Vnde Competitores dicti sunt: et sic actiuum est. Aliquando competere est par esse contingere: conuenire (vt est apud Hiero.) Posside agrum meum quia tibi competit hereditas. Vnde in estimatione rerum dicimꝰ: hoc illi competit. Seneca. Nihil ei magis competebat. Colu. lib. ij. Nec omnino cunctabimur quo minus sub tectum congeratur: vel si non competet: vt aut in villam fenum portetur: aut in manipulum colligatur. Certe in metas extrui conueniet. Hic competet capitur pro sufficiet. Hinc cōpetentia pro conuenientia. Gel. lib. j. Comprehensa autem mensura herculani pedis: ꝯm debitam membrorum omniū competentiā modificatus est. Accipitur etiam quandoq; competere pro constanter valere. Sal. lib. j. histo. Si vero quasi formidine attonitus neq; animo: neq; auribus aut lingua cōpeteret. Et sic est neutrum.

Compita penul. cor. dicunt̄ loca ad q̄ petūt hoīes per diuersas vias. Sūt eñ quadriuia: ꝙ q̄si i vnū petūt locū. Vel a coeūdo ꝙ multe vie in vnum coeāt. Vel a computando: ꝙ ibi rustici sacrificare solerēt. Ouid. Seruet vt internas cōpita secta vias. Vnde

Compitalia festa q̄ in cōpitis ꝑagebant̄ ⁊ cōpitalitiꝰ dies in quo compitalia celebrantur.

Compilo as. pe. pro. vndiq; surripio. Vnde cōpilare ⁊ expilare hereditatē dicimus. hoc est fraudare ⁊ diripere. Et cōpilati dicunt̄ furtum passi ꝙ qui e domo supellectilē detrahunt equare ⁊ cōplanare omnia videant̄. Hor. Ne me cōpilasse putes crispini scrinia lippi. Dictum a πιλω quod est cōplano nō a pilis vellendis: cuius ꝓma correpta ē. Interdū Cōpilare est cogere et in vnū cōdere. Vnde compilatores qui multa in vnum cogunt.

Compingo is. contrudo. Plaut. in Am. Quid faciam nunc si tresviri me in carcerem compegerint. Interdum compono coniungo. Hierony. De quorum vitis moribusq; minificis que luculenter ipse conspexi libellum compegi. Idem in Esaiā. Argento et auro decorauit illud clauis ⁊ malleis compegit vt non dissoluatur. Virg. Est mihi disparibꝰ septem compacta cicutis Fistula. Vnde incompactum iūctum male compositum. Et sic componitur ex con et pango. Potest etiā esse compositū a pingo. Lactan. lib. vij. Vt summam illam que cōtinet vniuersa ⁊ cōpingerent ⁊ adimplerent. Hier. in prolo. lib. Re. Deinde subtexunt sophin. i. iudicum librum ⁊ in eodem compingunt ruth. i. immittunt.

Complano as. penul. pro. Quere in dictione Plano.

Complector simul vel in totum amplector: contineo. Teren. in An. Accurrit mediā mulierē cōplectitur.

Cice. p Roscio. Quo vno maleficio secula oĩa cõpleta esse videant. Complector te amore: significat amo te. Et sine ablatiuo. Cice. Curioni. De. C. annio tantũ tibi polliceor te maioris animi erga te si cõplecti hominẽ volueris habiturum esse neminem: id est amare defendere. Complector cogitatione cogito. Complector animo: considero. Cice. in Cato. Et eñi cũ complector animo: quattuor reperio causas/ cur senectus misera esse videat.

Cõpleo: ex con et pleo: significat ad summũ seu vndiq; impleo. Gel. Uentus a latere seuiens nauem vndis cõpleuerat. Reperit etiã sine ablatiuo. Cice. lib. vj. de repu. Quis est qui cõplet aures meas tantus et tã dulcis sonus? Per translationẽ complere ponit p viuere/finire. Idem in Cato. Leontius Gorgias centum et septem compleuit annos. Hiero. Necdũ verba cõpleuerat. Interdũ p supplere/perficere/integrare. Sal. Duas regiones instituit: cohortes p numero militũ cõplet: sed omnino ex greco venit πλεοσ γαρ λεγεσαι και πλειοσ και πλειων.

Cõplodo is. pe. p. vide in dictione Explodo.

Cõpluries aduerbiũ factũ ab eo qđ est cõpluria: significat sepe. Cato. Cõtumelias dixisti mihi cõpluries.

Cõplura: vide in dictione Plus.

Cõpluuiũ: a pluuia dicit: q de diuersis tectis aqua pluuialis defluit in eundẽ locũ.

Cõpluuiata vitis dicta est a cauis edĩũ cõpluuijs: que quadruplici pertica z ordine instructa est.

Cõpono nis. penultima pducta: simul pono/cõiungo. Uirgil. Cõponens manibusq; manus atq; oribus ora. Aliqñ cõponere est disponere/cõstituere: quasi simul ponere. Cõponere enim et edificare reciproce dicuntur. Cõponuntur siquidem orationes: edes edificantur. Et tamen dicuntur edificari orationes/ et edes cõponi. Uirgilius lib. iij. Quã tuta possis vrbẽ cõponere terra. Aliqñ cõponere cõparare dicimus: qñ que cõparantur/iuxta se ponuntur. Salustius. Ubi Metelli dicta cum factis cõponit. Uirgil. Sic paruis cõponere magna solebam. Aliqñ ornare. Idem lib. iiij. Geor. Dulcis cõpositis spirauit crinibus aura. Nam cõpositio ornatum facit. Aliqñ colligere. Cice. in Uer. Si ab isto libro quem tibi magister ludi nescio quis ex alienis orationibus cõpositũ dedit. Aliqñ reficere/recreare. Uirgilius. Uir defessa sepẽ passus cõponere mẽbra. Aliqñ lenire. Amb. lib. j. offi. Cauere debemus ne in perturbationẽ prius incidamus/q animos nostros ratio cõponat. Aliqñ finire/claudere. Uirgil. Ante diem clauso cõponet vesper olympo. Aliqñ cõcordare. Plau. i Cur. Si possum hec inter vos cõponere. Aliqñ cõposito redimire. Salustius lib. j. hist. Cum lenones et vinarij lanij quoz preterea vulgus indies vsum habet precio cõpositi: hoc est: facta precij redempti cõpositiõe. Aliqñ cõuenire/pacisci. Plini. Nihil nõ ex cõposito fecimus: pactum seruauimus. Aliqñ fingere/ simulare. Salust. Nõ sunt cõposita mea verba: parui id facio: ipsa se virtus satis ostẽdit. Plau. Quas iste fabellas cõposuit. Hinc fit cõposito: qđ significat ex pacto. Et ponit sine ppositiõe. Nõ enim dicimus ex cõposito. Teren. in Phor. Cõposito factum est quo mõ hanc amans habere possit sine dote.

Compositio: modo structuram/ mõ ornatum/ mõ pactum significat.

Cõpos dicitur: qui habet vel assecutus est aliquid. Uale. max. lib. j. Imperatores cõpotes victoriaz. Plautus in Cap. Atq; ita me rex deorum atq; hominũ faxit tria cõpotẽ: id est obtentorem. Impos: qui nõ potest aliquid. Cõpos animi: id est cõpetẽtis animi: vel qui habet sanum animũ. Impos animi: qui animi sui potens nõ est. Leo papa. Fandi impotẽ dixit/ qui fari nõdũ posset. Sal. Neq; animo aut lingua satis cõpotẽ cũ de amente Septimio loqueret. Terenti9 in Adelp. Uix sum cõpos animi: ita ardeo iracundia. Plau. i Cas. Eripite isti gladiũ: qui sui ẽ ipos animi. Sic cõpos voti z impos voti. Cice. Nã quo mõ victores dicimus voti cõpotes/ qui quicqđ volũt faciunt. Sic victos ecõtrario voti impotes: qui nõ possunt facere qđ volũt. Quidã intelligũt cõpotẽ cõpositũ animũ: z tam in bonã q in malã partẽ. Plau. in Epi. Cedo manũ accipe erumnaz et miseriarũ cõpotẽ. i. qui simul tecũ erumnas z miserias habet. Sunt aũt cõpos z impos generis cõmunis cõposita a pos nõ a potis: vt voluit Ser. Licet pos nõ sit in vsu sed potis. Nõ eñi dicimus cõpotis z impotis in ntõ: cũ tñ sic dicendũ esset: nisi pos inueniret: vñ z possum z possideo. Nã possũ ex pos et sum cõponit: possideo ex pos z sedeo/ mutatione e in i. Pos autẽ idẽ qđ potens: vt sit possũ potens sum: possideo potẽs sedeo. Est igitur potis genitiuus a pos: licet loco nominatiui ponat. Persi. Nec potis es nigrũ vitio pfigere theta. Uirg. Nec potis ionios fluctus equare seqñdo. Nec pote in neutro genere (vt voluit Prisc.) inuenit. qz cõpote z impote nũq inueniunt: neq; i plurali cõpotia z impotia. Potis tñ neu. ge. legit apud Teren. in Phor. vbi ait: Adolescẽs pmũ abs te hoc bona venia peto: si tibi placere potis est vt respõdeas mihi. Potis est p pot/siue possibile est capit: cui subintelligit istud p ntõ: vt respõdeat potis neu. ge. qđ sumit p possibile: z verbũ suũ habet est vñ regit. Qđ aũt Persi9 dicit. Qui pote vis dicã nugaris cũ tibi calue Pinguis aqualiculus ptẽto sesqpede extet. Pote p potis accipit metri cã. Silr Proper. Qui pote quisq; in ea cõterat arte dic. Iungit qñq; compos cũ ablatiuo: vt apud Liu. lib. iij. Predaq; ingenti cõpotẽ exercitũ suis etiã rebus recuperatis: q populatione agroz amiserãt reducit. Quo in loco cõpotẽ quasi affluentẽ et letũ significare puto. Sepius tamen genitiuo iungitur.

Cõprimo is. penul: correpta: simul premo: vt Uue cõprimuntur quo vinum effluat. Itẽ cohibeo: cõtineo. Teren. in Heau. At tu tibi istas post hac cõprimito manus. Plautus in Am. Ego tibi istam hodie sceleste comprimã linguam. Item Uitio. Mar. Uillica vel duri cõpressa est nupta coloni Incaluit: quotiẽs saucia vena mero. Unde cõpressus us. z cõpressio p coitu. Plau. Nũc ad amicã decimo die athenas viso: quã grauidã hic reliqui cõpressu meo. Idem. Dulces amantiũ cõpressiuncule.

Compungo: totum pungo/ferio. Ambro. lib. j. offic. Repetebat filius appellationem paternam: cõpungebat paterna viscera: sed nõ minuebat deuotionẽ. Uide in dictione Pungo. Hinc cõpunctio que aliqñ significat animi habitũ pertinacẽ ad malũ et immutabilem: vt apud Aplm.

Computo as. penul. correpta: simul puto. Quod z ad arbores et ad mentẽ referri potest: cum ad mentẽ refertur: pro existimo siue iudico accipi potest. Amb. Infantia quidẽ cõputabaris annis: sed erat senectus mentis immensa. Et computare: connumerare: siue quod vulgo dicitur: computũ facere. Hiero. ad Damasũ. Cõputa ergo a Phares vsq; ad Naason: z inuenies generationes qnq;. Idẽ ad Paulinũ. Quicquid in sumpt9 de tuo tuleris/ p lucro cõputa. i. pone vel habere te reputa. Lactã. lib. iij. Eãq; hoim sapiẽtiã p summa stulticia cõputat: id est ponit ελλιριστι λε λογιζομαι και λογισμος και συμβεβιζω μεταφορικως λεγεσαι

Con et cum idem significant. Sed cum separata: con pro semper composita reperitur: et significat simul: vt compungo. Interdũ contra: vt cõtendo. Interdũ

valde: vt concrepo. Et est sciendũ ꝙ quãdo componit cũ dictione a vocali vel ab h incipiente: semper n abiicitur: vt Coapto/ coapostolus/ coerceo cohortor cohibeo. In Comedo n mutat in m. In Cogo n et a tolluntur. Quãdocũq; componit cũ b.m.et p. trãsit n in m. vt Cõbibo/ cõmoueo/ compareo. Cum c ꝟo d f.g.q.s.n.t.i.et u. consonantibus: manet integra: vt Concurro/ condo/ confugio/ congero/ cõiecto/ cõquiro/ consequor/ connecto/ contineo/ conuenio. In reliquis n. mutatur in sequentẽ litteram: vt Colligo/ colluuies/ corrigo.

Concerno is. vide in dictione Cerno.

Concedo is. pe. pro. do/ ꝑmitto. Teren. in Adel. Hui metuisti nũc si de tuo iure cõcessisses paululũ. Cice. i Uer. acti. ij. Da mihi hoc: cõcede quod facile ẽ. Aliquando cõcedere est recedere. Teren. in Hecy. Hic video me esse inuisã imerito tẽpus est concedere. Aliquãdo ire: reducere/ ⁊ se retrahere. Liuius de secũdo bel. pu. Annibal sagunto capto carthaginẽ nouã in hiberna cõcesserat. Idẽ lib. iiii. ab vr. Que cum agerentur: hostes in loca altiora cõcessere. Aliquãdo credere/ cõsentire. Teren. in Phor. Nunq̃ ne hic hodie cõcedes mihi/ neq; intelliges? Cice. in Lel. Ut si rectũ statuerimus vel cõcedere amicis quicq̃d velint: vel impetrare ab his quicquid velimus perfecta quidẽ sapientia sumus.

Concido cidis. penul. ꝓdu. cõcidi. sum. simul vel minutatim cedo. Pli. Caro eius concisa ac decocta adhibenda est. Cõcidere etiam frangere dicitur. Idẽ. Et nucleus ciso oratio dicitur: que non continua/ sed veluti membratim cesa est. Ab hoc concisa oratio dicitur: que non continua/ sed velut mẽbratim cesa est. Et concisus sonus fractus vocatur. Hiero. in li. Numeri. Si autẽ prolixior atq; cõcisus clãgor increpuerit/ mouebunt.

Cõcido dis. penul. cor. cõcidi cõcasũ: significat in totũ cadere. Lactan. lib. vij. Et muri oim ciuitatũ cõcidẽt. Plau. in Am. Ut quisquis institerat concidit crepitu. Et ꝯcidere est in totũ mori. Col. lib. viij. Atq; alia genera pecoꝝ cũ pestilentia vexant: prius morbo et languoribus macescunt/ sole capelle q̃uis opime atq; hilares subito cõcidunt.

Conciliũ: a concalando. i. vocando. Uel vt Uar. ait: a coactione. Seu ꝟm Festũ a populi cõsensu. Et ꝓprie viri conuocati conciliũ dicit. Uirg. Conciliũq; vocat diuũ pater atq; hominũ rex.

Cõciliabulũ: locus i quẽ cõciliũ ꝯuenit. Plau. i Bac. Quid si apud te veniat ꝺ subito prãdiũ aut potatio forte aut cena: vt solet fieri in istis cõciliabulis.

Concilio as. beniuolũ facio/ aut amore cõiungo. Liu. lib. j. Aeneas aduersũ tanti belli terrorẽ: vt animos aboriginũ sibi cõciliaret ⁊c̃. Hiero. Uera illa necessitudo est ⁊ christi glutino copulata: quam nõ vtilitas familiaris/ sed dei timor/ et diuinarũ scripturarũ studia conciliant. Reconcilare ꝟo quis dicitur: cũ post inimicitias rursus aliquem in gratiã recipit. Aliquãdo tamẽ conciliare/ contrahere seu cõparare. Et hoc tam in malũ q̃ in bonũ. Plau. in Tri. Meus gnatus me ad te misit inter se atq; tuos affinitatẽ/ vt cõciliarem et gratiã. Teren. in Heau. Exeo ergo vt pacẽ conciliẽ. Sic dicimus: Concilio mihi odiũ/ inimicitias: quod est quasi cõparo/ acquiro. Similiter sumit reconcilio ꝓ cõparo/ acquiro. Quintil. Nam et plus auctoritatis afferũt ea que nõ ꝑsentis gratia litis sũt cõparata: ⁊ laudẽ sepe maiorẽ q̃ si nostra sine reconciliant. Hinc cõciliatus ꝓ empto. Terẽ. Prodi male cõciliate. i. magno ꝑcio empte: et cõciliatio ꝓ cõuentione. Plau. Extat cõciliatio/ seruãda ꝓmissa. Cõciliatrix dicit mulier que viros mulieribus/ ⁊ vxores viris conciliat.

Concretũ id dicit auctore Dona. qd̃ ex minutijs multis in vnã cogitur massam.

Cõcio is. cõuoco. Liu. li. j. Deinde ne vana vrbis magnitudo esset: adijciẽdę multitudinis causa vetere cõsilio vrbes q̃ obscurã atq; humilẽ cõciendo ad se multitudinẽ natã e terra sibi prolẽ ementiebant.

Concio onis. a concio is. tria significat. s. locũ/ suggestũq; vnde verba fiunt. Liu. lib. j. Uocato ad conciliũ populo summissis fascibus in concionẽ ascẽdit: multitudinẽ populi assistentis cõuocatã: vel ex magistratus iussu/ vel publici sacerdotis/ vel sua auctoritate: ⁊ ꝓprie ad audiẽdũ oratorẽ concionãtẽ in bonũ publicũ. Cice. in Lel. Concio que ex imperitissimis ꝯstat: tñ iudicare solet. Sal. Itaq; cõcione aduocata hmõi orationẽ habuit. Et orationẽ ipsam que ad ppl̃m habet. Cice. Dolobelle. Legi concionem tuam: nihil illa sapientius. Hinc concionor naris. orationem habeo. Idem cornifi. Nos hinc cum homine gladiatore omniũ nequissimo collega nostro Antonio bellum gerimus. Sed nõ pari contentione arma verbis. At etiam de te concionatus est. Hinc concionator: qui orationem habet. Hiero. in ꝓlo. Salomõis. Ecclesiastes a greco appellatus: quia cetũ: id est ecclesiã: quẽ nos nuncupare possumus concionatorẽ ꝙ loquatur ad populũ: et sermo sit nõ specialiter ad vnũ/ sed ad vniuersos.

Cõcionalis: q̃ idone⁹ est ad ꝯcionãdũ: aut qui cõcionari cõsueuit: qualis hodie vulgo ꝑdicator appellat Curius. Ci. Qd̃ quidẽ si inter vos senes cõcionales venale ꝑscripserit/ egerit nõ multũ.

Cõcionatorius a. um. qd̃ ad concionẽ ꝑtinet. Gel. Ecce autẽ ꝓ tibicina laconica tibia quoq; illa cõcionatoria in mentẽ venit: quã. C. Gracchο cũ pplo agẽte ꝑ. isse ac ꝑmõstrasse modulos ferunt.

Concha genus piscis ex cancrorum genere. Conche et ostrea dicunt firmiores teste pisces. Cõche que testã leuem ac politam habent/ siue vniformiter rugatam. Et teste ipse duriores ꝓprie conche dicuntur: quales sunt coclearũ atq; concharũ. Ouidius. Ostrea que i conchis tuta fuere suis. Col. Implicitus conche limax. Unde vasis quoq; genus concauũ ac superius patulũ/ ab huius similitudine conche/ conchã vocamus. Pli. Rursus tundit/ deinde lauat in conchis/ siccatq;. Alio noĩe alueos ⁊ alueolos dicimus: ⁊ presertim in longũ porrectos ligno excauato vt monoxyla. Est ⁊ concha genus vasis vinarũ: in quod e dolio hauritur vinũ. Iuue. Cũ bibitur cõcha. Dicitur ⁊ cõchus. Aliquãdo concha ponitur ꝓ tuba. Uirg. li. vij. Sed tum forte caua dum personat equora cõcha. Ser. hoc nomen a greco κογχη trahit. Alij latinũ putant a concauitate deductum: atq; sine aspiratione scribunt. Aelianus autem lib. iij. εχειγλωῖταρ πορφιρα και δια ταυτης ελκει οσα θελ καὶ δι᾿ ὰ ταυτης αλισκεται. Postea de margaritis scribit κογχη διαφροδιτε ισραται και τα κογχυλια μεγιστα ευτα προβαινει και ινδοις.

Conchus: lapis quidã in concha pisce: qui a nonnullis vnio: ab alijs margarita siue perla dicit.

Conchyle penult. ꝓdu. Conchylium: genus piscis ex conchaꝝ genere: vt ait Plini⁹ lib. ix. in mari assyrico et medico: quem muricẽ et Sarrã et ostrũ appellãt: ex cuius incisa concha colligit succus tingẽdis vestibus expetitus. Ex eo eñ inficitur purpura: qui color austerus in glauco est/ ⁊ irascenti similis mari. Unde conchiliata vestis dicitur purpurea a conchylijs. Cicero in Phil. Conchiliata peristromata appellat que infecta erant succo conchyliorum. Ponitur quandoq; conchylium pro ipso colore: sicut purpura murexq;. Plinius. Concharum ad purpuras et conchylia eadem est materia. Item ꝓ genere ipso concharum:

a quibus nomē sumpsit Idē. Lingua purpurea longitudine digitali: qua pascit perforando reliqua ↄchylia. Cruor cōchylij siue muricis ostrū dicit ab ostris. Quapropter conchyliū muricē ostrū in eadē significatione accipim⁹. Virg. Tyrioq; ardebat murice lena. Idē. Vt gēma bibat ⁊ sarrano dormiat ostro. Iuue. Horū ego nō fugiā conchylia: hoc est/luxuriosas vestes ⁊ murice infectas.

Conchis: fabe genus/ siue eduliū ex faba. Iuuenalis. Cuius conche tumes. Sunt qui dicāt esse fabā cum cortice suo elixam: ad differentiam fabe frixe que sine cortice coquitur a similitudine concharum/ q fracto cortice velut implicita conchis suis caruncula videatur. Mar. Si spumat rubra conchis tibi pallida testa Larorum cenis sepe negare potes. Hui⁹ diminutiuū est conchicula.

Concino is. penult. correpta: cōcinui concentū: simul cano. Cice. libro primo Aca. Qui cū similitudine cōcinere maxime sibi vident. Per translationē ponit pro ↄuenire. Concinit enī qui consonat, Et sic cū datiuo construit. Aug⁹. Quedā exemplaria habēt. Ecce generationē filiorum tuorum cui cōcinui: id est cui ↄgrui: cui accōmodatus sum.

Concento as. frequentatiuū est a cōcino is.

Concētor in decretis canonicis dicit is qui ↄsonat ⁊ cōcinit cantū: sicut succētor q voce subsequēs canendo respōdet. Precētor: q vocē pmittit in cantu.

Concētus us. simul cātus/cātus mixt⁹. i. symphonia ⁊ diuersarum modulatio vocū: vt cū e multis diuersis vocibus vn⁹ efficit son⁹. Virg. lib. i. Georg. Hinc ille auiū cōcentus in agris.

Concinno nas. per duplex nn. consentio/apte compono/ ⁊ quasi ↄuenire facio: quod vernacula lingua dicimus conciare: vt Pellis concinnata est ad calceos. Plau. Auceps quādo cōcinnauit areā escas effudit. Hiero. Lucernas ↄcinnant/ vel succedunt focum. A cōcinnus formatū verbū: qd ex con ⁊ cinnus componit. Cinnus autē potionis genus est ex multis liquoribus confectū.

Concinnus na. um. idē est quod cōpositus et ornatus: vt cō cinna oratio. i. compta et apte cōposita. Cōcinne: cōposite/ↄuenienter. In quo etiā sensu accipi potest cōcinne pe. cor. a concino.

Cōcinnitudo: ↄueniētia. Ci. lib. ij. artis veteris. Splēdoris ⁊ festiuitatis ⁊ ↄcinnitudinis minimū.

Cōcinnētia: cōtinentia. Sido. ad Cōsentiū. Ex domiciliū parietibus attollit ad concinnentiā. s. architectonicā fabre locatis.

Concipio pis. penult. correpta: simul capio/ apprendo. Unde concipere mulieres dicunt/ cum genitale semen apprenditur ad fetum faciendū: et conceptus fetus dum genitura coaluit. Et cōceptio. Lactan. libro tertio. Quid q vxor potest esse cōmunis/ filius non potest: quoniā concipi nō nisi ex vno necesse est. Transfertur ad animū. Quintil. Nec tantū concipere animo scelus potui. Hinc cōceptus mentis dicūtur/ que comprendimus ⁊ imaginamur. Et apud Geometras/ cōmunes animi conceptiones vocant/ que omnes tanq manifesta et indubitata profitentur: vt Omne totū est maius sua parte. Et si ab equalibus equalia demas: que remanent/inter se equalia sunt. Interdum concipere est deliberare ac destinare. Seneca. Iamdudū animo conceperat quid esset actur⁹. Unde conceptū dicimus predestinatū. Virgil. Aut tu bella cie conceptumq; excipe fedus. Interdū congregare/in vnum reducere. Pollu. libro primo. Ne cum a vertice torrens imbribus conceptus affluxerit/ fundamenta conuellat. Idem. Sed ampla stabula sic ordinentur: vt ne quis humor influere possit: et vt quisq; ibi conceptus fuerit: q celerrime dilabatur/ vt nec fundamenta parietum corrumpantur/ nec vngule pecudum.

Conceptio apud grāmaticos schema est: cū vnū gen⁹ concipit: hoc est simul apprendit aliud genus: vel vna persona aliā personā.

Conceptus a. um. participium: quod apprensum siue destinatū aut congregatū est. Conceptus us. nomē/ quod et conceptū: dicitur de his que in ventre femine ⁊ in animo fiunt.

Conceptabulum/aliter conceptaculū: quod aliqd continet: vt vena est conceptaculū sanguinis: id est i quo sanguis continet.

Conceptiue ferie: que certis diebus quotānis obseruabantur: vt sementine ⁊ cōpitalitie.

Conclamatum est: quod transactum et finitum est: vt Conclamata corpora: que nihil reliqui iam habent ad vite officia. Aut conclamatum est: id est satis deploratum/satisq; vociferatū est. Luc. Corpora nondum conclamata iacent. Hinc tractum dicitur/ q cū vitalis spiritus interclusus homines fallere soleat: aqua frigida ablui consueuerunt/ et per interualla conclamari. In quo cum liberari nequirent: post vltimam conclamationem quasi rebus desperatis comburebantur.

Conclaue penultima producta/neutri generis: et conclauis feminini generis: locus secretior in interioribus tectis: vbi colloquia fieri solent. Habetq; vnam clauē cōmunē domesticis/ q intra eā multa loca clausa sint adherentia triclinio. Cic. Cōclaue triclinij interpretatus est. Hora. in Ser. Currere per totū pauide cōclaue magisq;. Et cōclauia loca sunt que vna claue claudunt. Hinc cōclauatus locus dicit vna claue clausus: a cōclauo as: cui⁹ passiuū est ↄclauor. Cōclauiū: genus anuli est.

Concludo dis. penultima producta: simul claudo: a q conclusus anulus dicit. Per translationē concludere est perorare. i. orationē terminare. Unde cōclusio dicit: quam greci Epilogon/nostri modo perorationem/modo cumulū vocant. Nam cumulus proprie aceruus est. Et in conclusione omnia quasi in vnum aceruū colligunt.

Cōcorporo: simul corporo: qd fit cū due pluresue res mixte vnū qd efficiūt. Pli. Semp mulsū ex veterevino facillimeq; cū melle cōcorporat.

Concors: a coniūctione cordis dicit: qui vni⁹ cordis siue vni⁹ animi est. Inde cōcordia/cōcorditas/cōcorditer ⁊ cōcordo: quib⁹ contraria sunt discors/discordia/ discorditer/ ⁊ discordo.

Concordia: nō solū que discordie contraria est intelligit: vt apud Sal. Cōcordia parue res crescūt/ discordia maxime dilabūtur: sed etiam quedam a Romanis credita est: cuius templū nō longe a lacu curtio i palatino monte.

Cōcordare: est ↄcordē esse. Terē. in Phor. Si concordabis cū illa: habebis q tuā senectutē oblectet.

Concrepo pas. penultima correpta: persono. Et plus est q sono. Nā con ibi auctiuū est. Teren. Sed ostium concrepuit.

Concubo as. pe. corre. et concūbo is. simul dormio/ simul qesco. Per translationē de re venerea dicit. Unde ⁊ cōcubin⁹ ⁊ concubina/ q simul cubent. Hinc et cōcubit⁹ us. ⁊ concubitū. Aug⁹ lib. v. de ciui. dei. Nunquid ⁊ in cōceptu vbi et vnū concubitū manifestū ē: ⁊ tanta nature vis: vt cū cōciperet femina/ deinde alterū concipere omnino nō possit.

Concubium: a concubitu dormiendi causa dicitur. Et sunt concubia noctis primi somni / seu intempesta nox: quia tūc tempus agendi est nullū/ q fere omnes cubent. Alij ab eo q silet/silentiū noctis: qd Plautus conticinium vocat. Sisen. libro. iij. Histo. Ipsi

legati cõcubia nocte oppido digressi iam supra hostium munitionẽ succedũt.

Concutio cõcutis/cõcussi cõcussũ: vide in dictiõe Quatio.

Cõcupisco is. vide in dictione Cupio.

Condemno nas. ex con et damno: significat iudico. Et construitur cum ablatiuo vel genitiuo. Cice. Curioni. Quare si iniquus es in me iudex: cõdemnabo eodẽ ego te crimine. Idem Tironi. Etiã sceleris ꝯdemnat generꝫ suũ.

Condico cis. penultima ꝓducta: simul dico/ simul determino/cõstituo. Iust. libro. iij. Nã inducias quas ꝓprio nomine condixerant/ ex sociorũ persona rumpebant. Unde condictus: simul dictus et ꝓmissus. Et condicere est repetere. Iulius. Si alienam rem mortis causa donauero: eaq̃ vsura parta sit: verus dominus eam condicere nõ potest. Item condicere ponitur pro cõtradicere. Paulus. Hic scit posse sibi condici si cõualuerit donator. Item ſm iureconsultos pro dicendo denunciare: sed ꝓprie quando actio datur in persona. Hiero. in Exod. Clamauit Moyses ad dñm ꝓ spõsiõe ranarũ quam condixerat Pharaoni. Sue. in Tibe. Cenã ea lege cõdixit: ne quid ex ꝯsuetudine immutaret.

Condictũ: quod incõmune est dictũ: id est ꝓmissũ: seu pactũ inuicem factũ. Hiero. in lib. Gen. Iuxta cõdictũ reuertar ad te.

Cõdictio: et ꝓnunciationẽ quandã et actionem significat. Est et cõdictio (vt docet Festus) in diem certũ eius rei quę agit̃ denũciatio. Cõdicere enĩ prisca lingua ẽ dicendo denũciare.

Cõditio sine c. a cõdo is. fit: et ꝓ fortuna ac sorte fortunaꝝ/temporꝝ et rerꝝ poni solet. Cice. O miserã conditionẽ administrandi cõsulatus. Aug⁹. Ea temporũ ꝯditio erat: vt ne conqueri quidem de iniurijs fas esset. Et apud Liuiũ legimus cõditiones pacis oblatas. Et hõ bonę conditionis dicit̃: qui in bona fortuna est: hoc est/ qui diues est. Aliquãdo electionẽ ⁊ cõuentionẽ denotat. Teren. Amatores chrysidis tulerunt conditionẽ: si vellet eis morẽ gerere: se daturos illi preciũ: ipsa hoc accępit conditionẽ: id est pactioni ꝓmissioniq̃ cõsensit. Et apud Liui. legimus cõditiones pacis oblatas.

Cõdio is. condiui vel condij conditũ: pe. ꝓd. sapidũ facio: qđ fit cũ epulę sale aut pinguedine/seu aromatibus cõdiunt̃. Iuue. Et quadringentis nũmis condire gulosũ fictile. Hinc cõdimenta dicunt̃: quę ad cõdienda obsonia fiunt. Cice. lib. iij. offi. Nam vt tribu am⁹ aliqđ voluptati cõdimenti. Hęc si ꝑ se sint gręco vocabulo dicunt̃.

Cõditura rę. idem quod condimentũ. Hiero. ꝯtra Iouí. Porri si alimenta coquorꝫ arte mutant̃ in meli⁹: et fit aliquid suaui⁹ cõdituris: hmõi cibi nõ naturę satisfaciũt/ sed voluptati.

Cõdylus penul. corre. iũctura ⁊ nodus articuloꝝ in digitis ⁊ eminẽs/ stricta in pugnũ palma. Nã quattuor digiti (vt scribit Aristoteles) ternos habẽt condylos pollex ꝟo duos. Gręci etiã cõdylon pugnũ vocant: qui fit cõplicatis digitis in cõdylos ⁊ tuberculũ. Unũ Plutarch. scribit eũ quẽ castor cõdylo percussisset: statim mortuũ in cacocęliã incidit. Martian⁹ i ꝑmo. Caput illi virga cõminuẽs idẽ quib⁹ fuerat eblãdita ictibus crebris complicatisq̃ in condylos digitis vulnerabat.

Cõdyloma matis. penult. ꝓdu. κόνδυλωμα morbus (vt Iul. Pol. inquit) qui nascit̃ circa coronam ani siue podicis tuberculũ insanabile. Et circa sedem fiũt cõdylomata magna/ sed nõ laboriosa. Nascũtur ex inflãmatiõe: nec sunt hemorrhoides/ sed eminentes tumores: nũc molles/ nũc duri: figura rotũda/ et nihil eminentes. Sunt autẽ tria morboꝝ genera: vt scribit Celsus lib. vj. quę anus recipit. Primũ morbũ dicit esse Rhagadia: qñ plurib⁹ locis cutis scindit̃. Secundũ Cõdyloma. Tertiũ hemorrhoides: cũ ora venaꝝ sanguine fundunt.

Condo dis. cõdidi: conditũ penultima correpta: significat in vnũ interiorem locum ad custodiam do: vt sic cum quempiam compeditũ in carcerem cõdimus et abscondimus. Virgilius. Et nota cõduntur in aluo. Plini⁹. Si libeat credere vt sub vna ficu turmę condantur equitum. Quandoq̃ cõstituo/ ędifico: quasi simul do: vt Troiani romã cõdiderunt. Et Cice. multos libros cõdidit. Hinc incõditus ꝓ inornato/ incõposito. Quñq̃ repono. Plini. Formicę cõdunt ęstate fruct⁹ quib⁹ hyeme fruant̃. Quñq̃ cõdono. Plinius. Opus cõdidit perpetuo omnibus legendũ. Quandoq̃ recõdo/ sepelio. Idẽ. Post cõditũ monumento corp⁹. Quandoq̃ potior. Virgili⁹ lib. vij. Optato cõdunt̃ tybridis alueo. Hui⁹ verbi cõposita sunt abscõdo ⁊ recondo.

Cõditor pe. cor. qui aliquid facit. Cõditor pe. pro. a cõdo dis. qui fercula condit.

Conditaneũ mõ a condendo/ mõ a cõdiendo fit: significatq̃ quod condi vel cõdiri potest. Unde apđ Varro. Cõditaneam oleam in agro crasso ⁊ calido maxime serere cõuenit.

Cõditorium: a cõdendo sepulchrũ dicit̃. Plini⁹. Tam rara in amicis fides: tam parata obliuio mortuorũ: vt ipsi nobis debeamus cõditoria cõstruere: omniaq̃ heredũ officia presumere. Sueto. appellat conditoriũ illum alueolũ et loculamentũ: in quo recõditũ erat corpus Alexandri magni quod aureũ erat. Ammianus vocat cõditoriũ muraliũ tormentorũ repositorium machinarũ. Petronius Arbiter accipit ꝓ sepulchri repositorio cum ait: In cõditorium etiam prosecuta est defunctũ: positumq̃ in hypogeo gręco more corpus custodire cępit. Hypogea enĩ gręci dicunt subterranea.

Condiricius a. um. quod conditũ est et seruatum. Col. lib. ix. de columbis. Duobus aut tribus mensib⁹ acceptant cõditicia cibaria: cęteris seipsas pascũt seminibus agrestibus.

Cõditiuus a. um. quod apte cõdi põt. Var. lib. j. de re rust. Cõditiua mala structea coronia scẽtiana scandiana/ multea i loco arido ⁊ frigido suprapositᴀ palea seruari recte putãt. Aliqñ cõditũ dicit̃ qđ cõditum ⁊ seruatũ ẽ. Col. li. viij. Itaq̃ mane priusq̃ ꝓcedãt i pascua cõditiuis cibis sustinẽdę sunt: ne immaturis herbis citet̃ aluus.

Cõdocefacio: instruo. Cice. lib. v. Tusc. Nemo est enĩ qui eorum bonorum animũ putet esse iudicem/ eũq̃ cõdocefaciat: vt ea quę bona mala ve audiant̃/ possit contemnere.

Cõduco cis. penult̃. ꝓducta: simul duco: vel pro simplici ponit̃. Plaut⁹ in Epi. Mane me iussit senex cõducere aliquam fidicinam sibi huc domũ. Interdum significat aliquid precio accipio: quod vulgo dicitur affictro/ seu ad appensionẽ vel ad militiam sumo. Cic. Tiro. Huic ego locũ in proximo cõduxi. Plautus in pseu. Quantulo argenti te conduxit pseudolus? Interdum colligo/ congrego. Var. Mane suscitat rostra ⁊ populum in foro conducit. Interdum emo. Plautus. Cedendũ conduxi ego illum. Interdum conuerto. Lucil. Et virtute tua et claris conducere chartis. In tertia autem persona/ vel infinito significat vtile esse. Et si de homine loquamur/ cũ datiuo enĩ construitur. Columella libro. j. Nam id minime conducit agricola. Si autem de re alia: tunc quãdoq̃ datiuũ exigit. Plaut⁹ in Cap. Ut potissimũ quod in rem recte conducat tuam id petam/ id prosequar q̃ corde/ animo atq̃ viribus. Et iterum ibi. Nam si

ea memorem que ad ventris victum conducunt mo/
ra est. Cice. Lentu. Et reipu. rationibus putem con/
ducere. A conduco fit participium conductus a.um.
et conductus us. nomen.

Cõducibile: quod vtile est. Plau. in bac. Nõ ego istuc
facinus mihi conducibile esse arbitror. Põt etiã dici
cõducibile quod cõduci potest.

Cõducticius a.um. qđ cõduci solet vel cõducit: siue ex
eoꝝ numero est que cõducuntur. Plau. in Epi. Sed
vna me res turbat ratioꝫ apocidi quo modo osten/
dã fidicinã aliquam conducticiam. Conducticia do/
mus tamen dicitur que conducta est. Sic cõducticia
opera dicit᷑ mercẽnaria que conducta est. Var. Om/
nes hi agri coluntur hominibus seruis aut liberis/
aut vtrisꝫ. Liberis: cũ ipsi colunt vt pleriꝫ pauper/
culi cũ sua progenie/aut mercẽnarijs et conducticijs
operis liberorum.

Confarreatio: vide in dictione diffarreatio: a cõfarreo.
Apul. formauit participiũ ↄfarreaturus. Talis inde
mulieris publicitꝰ matrimoniũ cõfarreaturus.

Confero penul. correpta. simul pono. ‘κάι ελλιγίσπι
φερω φέρεισ κάι φορεω φορω. Cicero libro ter/
tio offi. Omnes curas cogitationesꝫ meas confere/
bam. Ponitur quandoꝫ pro confero. Virgil. libro
ix. Et si conferre manũ furor iraꝫ monstret. Quan/
doꝫ ꝓ tribuo. Ambro. Magna femina que multo
amplius inuenit quod imperatori conferret/ꝗ quod
ab imperatore acciperet. Quandoꝫ ꝓ ↄtollo. Vir/
gilius. Et conferre gradũ: et procedere longius au/
det. Quãdoꝫ pro disputo/seu in comparationẽ de/
duco. Hiero. in ꝓlo. Paralippo. Quendã auctorẽ
qui apud Hebreos in admirationibus habebat᷑/as/
sumpsi: ⁊ contuli cũ eo a vertice (vt aiunt) vsꝫ ad ex/
tremũ vnguem. Et sic confirmatus ausus sum fa ce
re quod iubebatis. Et dicimus: confero te illi ⁊ cũ il
lo. Ouid. Cõfer amycleis medicatũ vulnus ahenis.
Murice cũ tyrio turpius illud erit. Quãdoꝫ ꝓ pa/
ro/dispono. Plau. in Cur. Ita tuum confero amare
semper si sapis: ne id quod ames/populus si sciat/ti
bi sit ꝓbro. Qñꝫ ꝓ impono/inijcio. Idẽ i Amphy.
Ne posterius in me culpã cõferas. Quãdoꝫ ꝓ fa/
cio. Teren. in Heau. Syrus cũ illo vestro consusur/
rat: cõferuntꝫ cõsilia adolescentes: id est simul faci/
unt. Qñꝫ ꝓ cõiungo. Cice. ad Octa. Nam vt ordi/
ar a principio: et perducam ad extremũ: ⁊ nouissima
conferã primis. Quãdoꝫ ꝓ transfero/traduco. Te/
ren. in Eunu. Metuet semper quem ipsa nũc capit
fructũ: ne qñ iratus tu alio conferas. Item ibi. Vsꝫ
adeo ego illius ferre possũ ineptias ⁊ magnifica ver
ba/verba dũ sint. Verũ eñ si ad rem conferent᷑/va/
pulabit: id est deducent᷑. Quãdoꝫ ꝓ cõtra fero. Li/
uiꝰ lib. j. Aliquotiens latinus exercitus cominus cũ
romanis signa cõtulerat. Quãdoꝫ ꝓ valeo seu pro
sum. Col. lib. j. Ceterũ ad estiuos temperandos ca/
lores plurimũ ↄferunt salientes riui. Cõferre in pau
ca est cõcludere inquit. Cice. lib. iij. offi. Cõferre ver/
ba in pauca est reducere. Plautꝰ. Nũc verba in pau
ca conferã. Col. li. j. Sitꝫ vtriꝫ ꝓximũ horreũ quo
conferat᷑ rusticũ instrumentũ. i. in vnum reducat᷑: Et
cõferre donare: vt Multa cõtuli in Catonẽ. i. multa
donaui Catoni. Similiter cõferre ire: vt Contuli me
domũ: ⁊ Cõtuli me ad Catonẽ.

Confercio is. ex con et farcio: sumitur sicut compleo.
Cice. in Catil. Vino languidi: conferti cibo sertis re
dimiti vnguentis obliti. Inde cõfertus ta. tũ. a quo
confertissimus pro frequentissimus siue creberrimꝰ.
Liuius libro. ij. In confertissima turba prope regiũ
tribunal constitit.

Conficio cis. penul. corre. finio/perficio. Cicero. Nã
si hoc expectandũ sit dũ totum bellum conficiã. Et i
passiua voce: vt Vir inops fame/frigore/dolore cõ/
ficitur: id est consumitur et fere perit. Cice. Plagis
confectũ ante oculos tuos cecidisse. Lactantiꝰ libro
scđo ꝓ destruo siue occido posuit. Ignis quidẽ per/
misceri cum aqua nõ potest: quia sunt vtraꝫ inimi/
ca. Et si cominus venerint alterutrum quod supera/
uerit: conficiat alterum necesse est. Idem ibi. Cum
Annibal duos exercitus populi romani astu et vir/
tute confecit. Et hoc est ex vi prepositionis con: que
et in bonã et in malam partem accipi solet: vt confi/
cere pro perficere/et pro cõsauciando trucidare. In/
de cõfectores ferarum. Sueto. in Tito. Notissima
hierosolymoꝝ oppugnatiõe. xij. propugnatores to/
tidem sagittarũ confecit ictibus. Item conficere est
facere. Teren. in Phor. Bonas me absente hic cõ/
fecistis nuptias. Item explicare. Cice. li. ij. offi. Ho/
nestatis pars confecta est: quã tibi cupio esse notissi/
mã. Item exequi: vt apud eundẽ. Si me amas confi
ce: quamcũꝫ ei fidem dederis prestabo. Item colli/
gere. Permagnã (inquit idem in Ver.) dices ex illa
re pecuniam confici posse. Item frangere. Pliniꝰ.
Nucẽ dentibus conficere ac plage imponere. Item
cõsumere. Teren. Qui cũ hic nõ videant me credãt
cõficere argentũ suũ. Cice. Nec me lãguoribus de/
di quibus essem confectus. Item simul facere. Cice.
Cõfeci que iussisti omnia. Festus. Confecerũt vna fe
cerunt. Lactã. lib. ij. Quõ potest ex multorum deo/
rum aceruo vnus deus cõfici? Confectus etiam de/
fessus dicit᷑. Cice. lib. ij. offi. Nec me languoribꝰ de/
di quibus essem confectus.

Confido is. penul. ꝓdu. credo et certus sum. Et tum
de ꝑterito/tũ de ꝑsenti/tũ de futur o tẽpe dicit᷑. De ꝑ
terito. Cice. Quoniã probatã rationẽ officij mei vo
bis esse confido. De presenti Idẽ. Quãꝗ a Cratip/
po nostro principe huiꝰ memorie ꝑhorum hec te as/
sidue audire cõfido. De futuro: vt apud eũdẽ. Ita fo/
re cõfidimus. Et dicimus: Cõfido tibi/et in te. Vir/
gil. Et afflictis melius confidere rebus. Aliqñ confi/
dere significat audere: quod in bonã et in malã par/
tem accipit᷑. In bonã. Cice. lib. iij. de legibus. Vi ex/
cellens et fortis cõfidere sibi debet: et sue vite ⁊ acte/
et consequenti. In malã etiam accipitur. Vnde con/
fidentẽ dicimus/qui leges iuraꝫ cõtemnit/et nihil ti
met. Quãobrem et pro temerario impudenti et im/
probo poni consueuit. Terentius in Phor. Homo
cõfidens ꝙ illũ dij omnes perdãt. Cice. Qui fortis
est idẽ fidens: quoniã cõfidens mala cõsuetudine lo/
quendi in vitio ponitur. Virg. Nã quis te iuuenũ
cõfidentissime nostras Iussit adire domos. Hinc cõ
fidentia: que sicut docet Dona. est audacia cũ impro
bitate. Terentẽ. in And. O ingentẽ confidentiã. Ali/
quando tamen cõfidens ponitur ꝓ cõstanti ⁊ graui.
Idẽ ibi. Nescio qs senex venit mõ ellũ cõfidens. Do
na. Confidentẽ pro cõstanti nõ in mala significatiõe
posuit: et confidentia constantia/duricia/patientia.
Plau. in Aul. Scapularũ cõfidentia virtute vlmo/
rum freti. Et cõfidenter/constanter. Plautꝰ. Que nõ
deliquit decet audacem esse confidenter. Quandoꝫ
etiam temerarie. Accius. Qui in puelle domũ tam
confidenter irrupit.

Cõfiteor eris. confessus: verbũ cõmune: simul aut to
tum simul fateor seu affirmo. In significatione acti/
ua. Lactã. li. v. Vt doceret quibus penis affici opor
teret/qui se cultores dei confiterentur. In passiua: vt
in Gorgonio martyre legitur. Vt quid in illo crimẽ
inducit᷑: quod a nobis omibus cõfitet᷑. Duobus alijs
modis apud sacras litteras capit᷑ cõfiteri. Est eñ cõ/
fessio laudãtis seu gratias agentis. Est et ↄfessio ge/
mentis. Cõfessio laudãtis ad honorem pertinet eius
qui laudatur. Cõfessio gemẽtis ad penitentiam per/

tinet eius qui confitetur. Cōfitent̄ eñ̄ volēs cum laudāt deū: confitent̄ cū accusant se. Sed cū ad pœnitentiā refert̄/cū accusatiuo construit̄: et qñq; cū datiuo vltra accusatiuū: vt in Psal. Dixi cōfitebor aduersū me iniusticiā meā dño. Cū autem ad laudem seu gratiarum actionē/datiuū eñ̄ exigit: vt est illud: Confiteor tibi domine rex cęli et terrę. Solet assignari differentia inter cōfiteri et ꝓfiteri: ꝙ illud necessitatis sit/hoc volūtatis. Cice. ꝓ Manli. Hoc ego nō solū cōfiteor/verū etiā profiteor.

Confessor: ꝓprie qui confitet̄ rogatus: nō qui alterius peccata audit.

Conflare: simul flare: qđ ꝓprie dicunt̄ venti facere cum sunt diuersi. Interdū est sufflare. Pli. Philiscus officium pinxit pictoris ignē conflāte puero. Interdū signare: q2 hoc nisi conflato igne fieri potest. Unde cōflatā pecuniā dicimus: hoc est signatā. Interdū concitare/cōtrahere. Et vt plurimū de malis dicit̄. Dicimus eñ̄: Tu tibi hodie conflasti inuidiā/inimicitias/odiū. Sal. Magnā illi inuidiā cōflauerā vsq; adeo: vt nōnulli equites ꝓpli romani/q̄ ꝑsidiū causa cū tel' erāt circū ędē concordię. Dicimus quoq;. Mihi conflaui ęs alienū: quod est: feci me debitorē alienę pecunię. Idē. Alienū ęs grāde cōflauerat/quo flagitiū aut facinus redimeret. Idē dicit̄ ꝓ cōtraho: quibus correspōdet: Dissoluo ęs alienū: qđ est: ęs alienū qđ cōflauerā restituo. Quintil. Nō ego ęs alienū luxuria cōtraxi. Cice. Patri persuasi vt ęs alienū filij dissoluerent. Interdū cōgregare. Lactā. lib. ij. Ita conflauit ex his omibus populū. Interdū cōficere/creare. Idē lib. vij. Et quicqd est in hoc opę mūdi/cōflauit ac ꝑfecit ex nihilo. Uir. lib. j. g. Et curuę rigidū falces conflant̄ in ensem. i. cudunt̄/fabricant̄.

Conflages pe. ꝓdu. dicunt̄ loca in quę diuersi cōfluunt venti: a conflo as.

Conflatile pe. cor. qđ conflādo factū est. Hiero. i Exo. Fecerunt sibi vitulū conflatilē.

Cōfinis pe. ꝓdu. qui simul finit. Uñ cōfines agros dicimus: qui eodē loco finiunt. Uide in dictiōe Finis.

Confinium: idem quod confinis. Col. libro. iiij. Mediocritas in electione loci maxime probatur: qm̄ in cōfinio boni maliq; posita est. Lactā. Ex quoꝝ confinio nasus exoriens ęquali porrectus iugo: vtrāq; aciem simul ⁊ discernit ⁊ munit.

Confligo is. pe. ꝓdu. ango/pugno: cū dimicādo homines seinuicem sternunt. Sal. Optimū factu ratus in tali re fortunā belli tentare statuit cū antonio q̄ primū confligere. Hinc conflicto as. quod est frequēter pugno/percutio/simul affligo. Cice. lib. ij. ad Heren. Malo magno est hominibus auaricia: iccirco ꝙ homines magnis et multis incōmodis conflictant̄: id ē concutiunt̄/cōcertant̄/vexant̄.

Conflictor deponēs. Teren. in And. Nā qui cū ingenijs conflictat̄ hmōi. i. atteritur.

Confluere: concurrere/conuenire: et proprie de riuis dicitur: quis ad alia transferatur. Apulei. Plerīq; qui ad mercatum confluxerant interuenere. Plautus in Epi. Id ego experior cui multa in vnū confluunt quę meū pectus pulsāt. Hinc confluus ⁊ confluuiū: vbi multi riui simul fluunt. Cōfluus a. um. quod simul fluit.

Confluges penultima producta: loca sunt in quę riui diuersi defluunt.

Conformare: quod est eiusdem formę. Ambro. libro. j. offi. Ut quod habes largiaris pauperi: et consortem et conformem tuū adiuues.. Per translationem sumit̄ pro conuenienti et cōgruo. Unde conformo as. conuenio/adapto: vt apud apostolū. Nolite conformari huic sęculo.

Conforto as. et confortor passiuū. Hiero. lib. ij. Reg. Conforta bellatores tuos aduersus vrbem: vt destruas eam: quod est/anima ⁊ accende. Et illud: Confortare ⁊ esto robustus.

Confundo: ꝑturbo: et omia in vnū misceo. Aliqñ confundere est terrere. Liui. lib. vj. Confusam eā ex recēti morsu animi cū pater forte vidisset.

Confuto tas. penul. correpta: ex con et futo: redarguo. Unde confutatio significat confundo: interdū/opprimo/conuinco/conficio. Teren. in Phor. Cōfutauit verbis admodū iratum patrē. Et est confutatio (vt ait Cice. lib. j. ad Heren.) contrarioꝝ locoꝝ dissolutio. Et ꝯfutare cōmouere. Titi. Coquus magnū ahenū quādo feruit paula cōfutat trua.

Congrus et conger: vtroq; modo dicitur pro quodam piscis genere.

Cōgero is. penultima correp. congrego et coaceruo. Tib. Diuitias alius fuluo sibi congerat auro. Hinc cōgestitius a. um. quod congestū est. Col. lib. ij. Non deterius tamē etiam pinguibus arenis vel congesticia humo proueniunt.

Congius: mensurę genus capax sex sextariorum: vt inquit Priscianus. Et est pars amphorę. Congius eñ̄ cum deest: efficit quidē vt ne sit iustę mensurę amphora: sed cum accedit et additur, nō ille vnus facit amphorā/sed supplet.

Congiariū: munus imperatoriū siue donatio imperatoria: vt scribit Sene. lib. iiij. de benefi. Hoc donabatur populus: sicut donatiuo milites donabant̄. Sic Pli. in panegyrico laudat Traianū/ꝙ congiariū populo dedisset quo locupletatę sunt tribus: cū donatiuū milites accępissent. Hui⁹ cōgiarij diuersę fuerē sūmę. Tiberius eñ̄ congiariū populo trecentos nummos viritim dedit. Callicula ꝯgiariū populo bis dedit tricenis sestertijs. Nero quadragenos nummos populo diuisit. Est et cōgiarium mensurę genus: vt apud Paulū iurecōsul. Quint. li. vj. Congiariū cōmune est liberalitatis atq; mensurę.

Cōglobo bas. pe. cor. a glob⁹ fit: significatq; coaduno. Hiero. lib. ij. Reg. Et ꝯglobati i vnū cuneū steterāt in sūmitate tumuli. Hinc ꝯglobatim aduerbiū: qđ significat ꝑ globos. Aug⁹ lib. ꝯfes. Ipsa occurrebāt vndiq; aceruatim ⁊ cōglobatim cernenti.

Congredior: simul gradior. Uar. Omnesq; in vnā domū congressi simul discubuere. Ambro. lib. officioꝝ. Qui sapientibus congreditur/sapiens erit. Et congredi est ad obsistendū vel pugnandū vel disputandum ire. Gel. Qui ter cū hoste congressus victor redijt. Unde et cōgressus pro pugna. Salu. Multi eo congressu perierunt.

Cōgruo is. grui. conuenio: tractū a gruibus: quę nō se segregāt/siue cū volāt/siue cū pascunt. Plau. i Cur. Sane illi inter se cōgruunt cōcorditer. Unde ꝯgruū ⁊ incongruū/ꝯgruens ⁊ incōgruēs. Lac. lib. ij. Est autē peruersū ⁊ incōgruens/vt simulachꝛ hominis a simulachro dei colatur.

Coniicio cis. pe. cor. a con et iacio: multis accōmodat̄ significationib⁹. Ci. M. Celio. Sin se in intimū coniicere vellent: nō satis cōmode calciati et vestiti id facere possent. Itē ibi. Atq; illo repentino hominū impetu se in fugam coniecisse. Sal. Ex eo numero complures. Q. Metellus celer prętor ex senatuscōsulto causa cognita in vincula coniecerat. Plautus i Epi. Orna te epidice: ⁊ palliolū tuum in collum ꝯiice. Terē. in heau. Hęc vbi aperuit ostiū: ꝯtinuo hoc se ꝯiecit intro. Et ibi. Syre mi obsecro ne me in lęticiā frustra coniicias. Et in Phor. Hinc me coniicerem protinus in pedes. In quibus significatio est/quod vernacula lingua dicimus butare. Interdū in hoc verbo con auget: vt sit coniicere simul vel omnes iacere. Liuius libro scđo. Clamore subito vndiq; in vnū

hostem tela coniiciunt. Cesar libro .i. Pro vallo carros obiecerant: et e loco superiore in nostros venientes tela coniiciebant. Per translationem vbo significat interpretari/cogitare/colligere/diuinare. Idcirco tum nõ exigit accusatiuũ cũ prepositione/ sed naturali contentum est: neq tamen a prima significatione alienum. Nam cum quis aliquid coniicit: id est simul iacit: cõfert que agenda sunt: et sic cogitat et colligit et interpretatur: diuinatq quid agere debeat. Teren. in Phormi. Tu cõiicito cetera. Et in Eunu. Quid illud mali est/nequeo satis mirari/neq coniicere. Plaut⁹ in Cur. Mane sis dũ huic cõiicio somniũ. Pro diuinare. Ci. posuit lib. de diuin. Num igitur aut haruspex aut augur/aut vates quis aut somnians melius cõiecerit/aut ex morbo euasurũ egrotũ: aut ex periculo nauẽ/aut ex insidiis exercitũ: q̃ medicus/q̃ gubernator/q̃ imperator.

Cõiecto as. frequentatiuũ: existimo/iudico. Terẽ. i Eunu. Neq scio quid dicã/aut q̃d coniectẽ.

Coniector: interpres somniorũ et omnium a cõiectura: hoc est directione quadam rationis ad veritatẽ. Cice. Defert ad cõiectorem quidã somniasse se ouũ pẽdere ex fascia lecti cubicularis. Hiero. in plo. lib. Regũ. Interroga quemlibet Hebreorũ cui magis debeas accõmodare fidem. Et si nostra firmauerit: puto q cum nõ estimes coniectorem: vt in eodem loco similiter diuinarct.

Coniectus us. directio quedã rationis ad veritatem a quo dicta est coniectura.

Coniectura: coniiciendi actus: et est idem qd quis per rationem/et signa/et tempora/et huiusmodi coniicit: id est cogitat et colligit. Ci. Cornifi. Quantũ copiarũ haberes: tũ ipse coniectura cõsequi poterã: tũ ex litteris tuis cognoui.

Cõiecturale adiectiuũ: quod per coniecturam colligitur et pponitur. Cice. libro .i. ad Heren. Coniecturalis est/cũ de facto controuersia est. Hoc modo Aiax in silua/postq̃ resciuit que fecisset: per insaniam gladio occubuit: Vlysses interuenit: occisum cõspicatur corpore telum cruentũ. Teucer interuenit cum fratrem occisum inimicum fratris cum gladio cruento videt capitis arcessit. Hic quoniam coniectura verũ queritur/de facto erit ɔtrouersia: et ex eo ɔstitutio cõiecturalis nominatur.

Coniectariũ: efficax atq perfectũ. Cice. Illud vbo mihimet coniectarium.

Coniũ: genus herbe notiũ que cũ tritico nascitur. Ambro. Cũ tritico coniũ quid inter alimẽta vite noxiũ reperiẽ: et nisi pressum fuerit/cõsueuit saluti nocere. Et paulopost. Sturni vescunẽ conio: qm̃ q̃liter sui corporis venenũ succi letalis euadunt.

Cõiugo as. pe. cor. simul iugo: quasi in vnũ iugũ iũgo. Vnde coniugatio in verbis dicta est apud grãmaticos: q sibi ad vnum sonũ multa cõiũgat: et quasi vno iugo astringat. Cice. in Cato. pprie dixit. Adminiculorũ ordines capitum cõiugatio/et religatio et ppagatio vitiũ sarmentorũ. Cõiugata apud rhetores sũt que ab vno genere veluti iugo flectunẽ: vt a iusticia iustus iusta iustũ. Hinc locũ a coniugatis dicimus/cum ita argumentamur. Si risus gaudiũ est: ergo et ridere gaudere.

Coniunx ſm Priscianũ: et cõiux sine n ſm Phocam: a cõiugo gas. abiecta go syllaba/et addita x. Iugum enĩ instrumentũ est quo boues iuganẽ. i. iunguntur. Vñ iugari dicimus: qui maritali iugo instar boũ colla subiiciunt. Hora. Diua pducas sobolẽ patrumq prosperes Decreta: super iugandis feminis prolisq noue feraci lege merita. Federa q̃q matrimonii vincula iugalia dicunẽ.

Cõiugiũ: matrimoniũ. Virgili⁹. Cõiugio iungam stabili ppriamq dicabo. Alii cõnubio legunt.

Cõiungo is. xi. ctũ. copulo: tractũ a iugo. Inde ɔiũctura/cõiunctio: cõiunctiu⁹ a. um. et cõiunctim.

Cõiuro ras. penult. pdu. quasi cõtra iuro: frequenter in malũ dicitur/sicut et cõspiro. Salu. Sed ante cõiurauere pauci: in quibus Catilina fuerat. Terenẽ. Que est hec cõiuratio: vt omes mulieres eadẽ eque studeant? In bonũ cũ honesta causa fit. Vnde Mutius Sceuola. Trecenti inquit cõiurauimus principes iuuentutis romane: vt in te hac via grassaremur. Hora. Cõiurat amice.

Cõniueo es. et conniuo is iui. vel xi. ctum. Conniuere est oculos genis integere. Plini⁹ lib. xi. Grauiores alitum inferiore gena cõniuent. Idẽ. Columbe et similia vtraq gena cõniuent. Trãsfertur etiã ad alia. Gel. libro. xv. dixit/Cõniuere caua ventris et stomachi: pro stipari/claudi et cõtrahi. Hinc cõniuere quasi p transire et nõ videre ponitur quandoq. Cice. in Phil. Quibusdam in rebus etiam conniueo. Idem pro Celio. Proh dii immortales cur interdũ conniuetis in hominum sceleribus maximis? Sue. in Cesa. Delicta neq obseruabat omnia: neq p modo exequebatur: sed desertorũ ac seditiosorum inquisitor ac punitor acerrimus cõniuebat in ceteris: id est reliqua vitia oculis veluti clausis preteribat tanq̃ dissimulanter illa contueretur. Habet hoc verbũ ni syllabam productam. Silius. Cõniuent solemq paucẽ dependere visu.

Connubium: ius legitimi matrimonii: a nubo: cui⁹ prima producitur. Cũ in connubio quandoq ppter metri necessitatem corripiaẽ. Virgili⁹. Connubio iungã stabili. Est enim Sistole.

Conon: nomen pprium atheniensis ducis: qui lacedemonios pfligauit: et Athenas in pristinã libertatẽ restituit. Fuit et alius Conõ Samius astrologus: de quo. Proper. Me creat archite soboles babyloni⁹ orops Oron et a pauo ducta conone domus.

Conopeum cum e diphthõ. tentoriũ seu velum et papilio ille lineus vel laneus seu bombycinus: qui toro circũdatur ad arcendũ culices: quo maximevtuntur Alexandrini: q ex Nilo culices confluant: quos greci κογωπᾶσ dicũt. Proper. lib. iii. Fedaq tarpeio conopeo tendere saxo. Suidas. κωρωπη ποιλισκαι κωρο+θηλικωσ παρια αρσιοφαγει/ εν πλουσω ειδοσ μυιασ.

Conquinisco is. cõquexi: caput inclino: vide in dictiõe Oquinisco.

Consalutare: est vltro citroq salutationẽ dare. Ci. lib. ii. de ora. Qui cũ inter se vt ipsorũ vsus ferebat amicissime cõsalutassent.

Cõsãguinei dicunẽ q̃ sanguine inter se cõnexi sunt.

Conscius pprie qui rem scit. Cice. M. Rutilio. Cũ et mihi cõscius essem/quanti te facerẽ. Nonius tamen de verborũ differentiis ait: Scius secũ: cõscius cum alio scius est. Licet cõsciũ indifferẽter legamus. Salu. Populares cõscios sceleris sui.

Cõscientia: scientia. Cice. Nulla re tã letari soleo/q̃ officiorũ meorũ cõscientia.

Cõscisco is. consentio: siue sciens cõsentiensq infero. Cicero Mario. Mortem mihi cur consciscerẽ: causa nõ est visa/cur optarem multe. Aliquando consciscere est propter cõsensus siue conscie effectum constituere aut decernere. Liuius libro primo. Censuit/cõsensit/ɔsciuit: vt bellũ cũ priscis latinis fieret. Nec mirum. Scio enĩ siue scisco decerno significat. Plautus in Cur. Rogationes plurimas propter vos populus sciuit: quas vos rogatas rumpitis. Cicero libro .iii. officiorũ. Durius etiam Athenienses sciuerũt vt eginitis: qui classe valebãt pollices prescinderenẽ. Hinc scitũ: statutũ siue decretũ. Liuius libro pmo.

Cętera quoq; om̃is publica priuataq; sacra pontificis scitis subiecit. Inde plebiscitum: plebis decretũ. Cicero libro .j. ad Herenniũ. In rem cõfertur/ vt si quis ex testamento quod facere iussus est ex plebiscito vetetur. Per translationẽ cõsciscere ponitur pro cõtrahere. Columel. libro .ix. Diligensq; pastor stabulum quotidie conuerrit: nec patitur stercus humorem consciscere lutum ve capris inimica. Sciendum est q̃ consciſco/ asciſco/ desciſco/ presciſco et resciſco: faciunt preterita in iui/ sicut eorum primitiua: vt Priscianus quoq; de asciſco et desciſco sentire videtur. Et conscio quidẽ descio et rescio raro sunt in vsu: sed magis consciſco/ desciſco et resciſco. Ascio ⁊ prescio inueniuntur: Quis ascio nõ ita frequenter sicut prescio: asciſco et presciſco: licet magis asciſco q̃ presciſco: eo q̃ ascio minus in vsu sit: prescio ꝟo magis. Cum ergo consciſco/ desciſco et resciſco vsurpentur: nõ mirum est si conscio/ descio/ et rescio obsoluerint: quoniã fere superfluum esset in eadem significatione vtraq; haberi. E diuerso autem scio sepissime reperitur/ et nõ sciſco. Apud Plautũ tamen legitur sciscam in Amphy. Ocius accurro: vt sciscam quid velit. Prescio in vsu est/ presciſco minus. Virgilius libro quarto Georgico. Cõtinuo animos vulgi ⁊ trepidantia bello Corda licet longe presciscere. Ascio apud Columel. in prefatione. Et pecoribus parandis conseruandisq; quando et hanc ascimus/ quasi agriculturę partem.

Conscribo/ vide in dictione Scribo. Inde conscripti: qui i senatu scriptis annotati erant: qui per inopiam senatorum ex equestri ordine in senatorum numerũ recipiebantur. Liuius libro .ij. Deinde quo plus virium in senatu frequentia etiã ordinis faceret cedibus regis diminutũ patrum numerũ primoribus equestris gradus lectis ad trecentorum summã expleuit. Traditũ inde fertur/ vt in senatũ vocarentur qui patres/ quiq; conscripti essent: conscriptos videlicet in nouũ senatũ appellabant lectos.

Cõsecro as. penul. correp. vide in dictione Sacro as. Ci. lib. ij. Tus. Quasi addicti ⁊ ꝯsecrati. Hos Tertul. vocat ꝯsecraneos. Sidonius Cõsecraneos q̃ cõsecrati sunt/ ⁊ quasi mancipati vni sectę.

Consecraneũ: quod est consecratũ vocabulũ fere in castris repertũ: qualia sunt conterraneũ/ cõmilitaneũ/ militaneũ/ suffarraneũ/ limitaneũ. Julius Capitolinus in contione quadã Maximini cęsaris. Cõmilitones inq̃t sacrati/ imo ꝟo consecranei. Alio loco. Nullã ciuitatẽ ęque militaneũ esse dixit.

Consentio ꝯsentis/ et consentaneus nea. neũ. Quęre i dictione Sentio.

Cõsentia sacra: quę ex ꝯsensu multorum sunt statuta.

Consequor penul. correpta/ imediate sequor. Virgili⁹ libro .v. Quam deinde Cloanthus consequit̃. Gellius lib. ij. Vter dies natalis haberi appellariq; debeat is in quem nox ea consecuta est: an qui dies noctẽ cõsecutus est. Et consequi obtinere/ adipisci. Cice. in Verrinis actione prima. Quod ego meo labore et vigiliis consecutus sum. Itẽ exprimere. Idẽ Cęsari iuniori. Extrema ꝟo quanta et qualia sint: verbis cõsequi nõ possum.

Cõsequentia est quę ex p̃cedentibus infert̃.

Consector: in totum vel sępe sequor. Lactãti. libro .iij. Quęras ab his quid sibi velint: cum feminas tã rabide ꝯsectant̃: vt vix diuelli queant.

Cõsectaneus accipit̃ ꝓ eo qui in eadẽ heresi est.

Consero seris. penultima correpta: cõserui cõsertum: simul misceo. Lactan. libro quinto. Tum inter se manus cõserere ceperunt: et insidiari: et gloriam sibi ex humano sanguine cõparare. Vnde milites conserti dicuntur dũ pugnant.

Consero ꝯseris penultima correpta: conseui consitum: simul sero: dum pro planto seu semino ponitur. Virgilius. En quis conseuimus agros? Lactanti. lib. ij. Quẽ in partibus orientis omni genere ligni arborũq; conseuit. Col. libro .ij. Celerius etiam si eodẽ tempore stercores et lupino vel faba conseras. Inde cõsitio. Ci. in Catone. Nec consitiones modo delectãt sed etiã insitiones.

Consido sidis. penultima produ. significat me cũ aliis ad sedendum seu ad habitandum colloco. Liuius libro primo. Consederant vtrimq; pro castris duo exercit⁹ periculi magis presentis q̃ curę expertes. Col. libro octauo. Neq; aut recubet/ aut considat: id est ponat se ad sedendũ. Hierony. Hęc in mentem eius cogitatio incidit: nullum vltra se monachorũ in heremo consedisse.

Cõsessus nõ est cõsessio/ sed homines in vno loco sedẽtes: sicut cõuentus nõ est cõuentio/ sed homines qui in vnum locũ conueniunt.

Considero as. a siderũ ꝯtemplatione dictũ est.

Cõsideratus dicit̃ qui agenda ꝯsiderat.

Considerate: cũ cõsideratione.

Consilio is. consilui vel consiliui consultũ: simul salio. Vnde Consulto tas. frequentatiuũ.

Consilium (vt inquit Ci. libro .ij. artis veteris) est aliquid faciendi nõ faciendi ve ratio excogitata. Et consiliũ est quod consiliarius prebet. Quandoq; consilium sumitur pro iudicibus deputatis. Ci. pro Roscio. Qui ex ciuitate in senatum propter dignitatem/ ex senatu in hoc consilium delecti estis propter seueritatẽ. Et infra. Dii prohibeant iudices: vt hoc quod maiores consilium publicum vocari voluerunt/ presidium sectorum existimetur. Dictum consilium (vt quidam putant) a con et sileo: q̃ vno consulente cęteri consileant. Vel a concilio: vt sit consiliũ quasi concilium. Sed magis a consilio fieri existimo: quod ex con et salio componit̃: eo q̃ in vnam sententiã plurium mentes consiliant et conueniant. Vt eñ exilium ab exilio is. ita consiliũ a consilio descendit. Consilium dare est suadere. Quintil. Cũ Ciceroni dabimus cõsiliũ vt Antonium roget.

Consiliarius: qui consiliũ prebet.

Consilior aris. consiliũ capio. Psal. Accipere animã meã consiliati sunt.

Consulo lis. cõsului cõsultum/ penultima correpta: cũ accusatiuo significat consilium peto: vt cõsului doctos: id est a doctis consiliũ petij. Quintilian⁹. Ego aures consulens meas. Potest etiam in hac significatione habere duos accusatiuos: vt Consulo te bonum cõsiliũ. Et aliquando genitiuũ cum accusatiuo. Macrobi⁹. Cõsulo te boni. Aliquãdo genitiuũ sine accusatiuo. Plinius lib. xxxiij. Quęrebat argentum auaricia. Boni cõsuluit interim inuenisse minimũ: rubentisq; terrę excogitauit vsum. Cum datiuo neutrum est: et significat consilium do: vt Medicus cõsuluit mihi. Interdũ ꝓuideo/ ꝓspicio/ et presidium fero. Sed hoc sępius in rebus inanimatis fit: vt Cõsule honori tuo. Cõsule reb⁹ tuis. Cõsule saluti tuę: id est ꝓuide. Cicero. Consuli quidem te a cęsare scribis: sed ego tibi ab illo cõsuli mallem. Hoc est. Mallem q̃ cęsar ꝓuideret tibi/ q̃ te interrogaret. Ambro. Nec inuerecunda petitio: que nõ sibi sed liberis cõsulebat. Aliquando post datiuũ iungimus accusatiuum: vt Consulo tibi cõmodum tuum. Hoc est: Do tibi consilium/ quod sit futurũ cõmodum. Quandoq; accusatiuũ cum in. pro contra. Terentius. Pessime istuc in te atq; illum consulis. Interdum cõsulere est deliberare: sed in plurali tm̃ et absolute: vt Consulunt senatores: id est deliberant. Huius verbi cõpositum est percõsulo: quod est optime ꝯsulo. Tert.

in Phormi. Adeon rem rediisse: vt qui mihi perconsultū optime velit esse.

Consulto tas. cōsiliū frequenter capio/vel consilium frequenter do/siue frequēter delibero. Sal. Delecti quibꝰ corpꝰ animis firmū ingeniū sapientia validum erat reipub. ꝯsultabāt. Liui. li. j. ad hec ꝯsultāda.

Cōsultor: qui aliū consulit: id est qui consilium ab aliis inquirit. Cic. ꝓ Cornelio Balbo. Et em̄ si. Q. Sceuola ille augur cū de iure pretorio consuleretur. Iurisconsultissimus consultores suos nōnunꝙ̄ ad Furium et Camillum reiiciebat. Idem ꝓ Murena. Vigilas tu de nocte vt cōsultoribꝰ tuis respōdeas. Accipitur quandoꝫ ꝓ eo qui alii consulit: vt apud Salust. in Iugurth. Simul ab eo petit vt fautor cōsultorꝫ sibi adsit. Et in illo verbo ꝓuerbiali. Cōsilium malū consultori pessimū est.

Consultus quando participiū est: significat eum q̄ cōsulitur: hoc est: a quo consiliū petitur: vt Medicus cōsultus dixit te febribus laborare. Quādoꝫ nomen est: et ponitur ꝓ prudenti atꝫ sapienti. Ouidius lib. j. de arte amandi. Sit tibi credibilis sermo consultaꝫ verba: id est prudentia ac sapientie plena. Est autē nomen duobus modis. s. cū per se ponit̄. Horacius. Eris tu qui mō miles Mercator tu cōsultus mō rusticus. Vel quando habet genitiuū. Liuius libro decimo. Callidos solertesꝫ iuris atꝫ eloquētie consultos. Hinc dicimus cōsultus iuris/ꝛ iuris consultior/et cōsultissimus. Idē libro primo. Cōsultissimꝰ iuris vt illa quisꝙ̄ etate esse poterat. Augꝰ. Quāto cōsultius reges/nō sicut Herodes interficere querunt: sed sicut magi potius adorare. Sic incōsultus potest esse participiū ꝛ nomen.

Consultus consultus/et consultum pro re que consulitur. Horacius in Epistolis. Qui consulta patrū: qui leges iuraꝫ seruat. Et consultum: decretū/statutum: quod aliquando resoluitur in infinitiuū: vt illud Salustii. Nam et priusꝙ̄ incipias consulto: et postꝙ̄ cōsulueris/ mature facto opus est: id est consulere/siue vt consulas.

Consulto aduerbiū: id est deliberate.

Consus: consilii deus putabat̄: qui ideo templū sub tecto i circo habebat: vt ōnderet̄ tectū esse debere cōsiliū. Hinc consualia festa: que fiebant in honorē Cōsi. Liuius lib. j. Ludos ex industria parat Neptuno equestri solēnes consualia vocant.

Consul. lis. a consulēdo: ꝙ cōsuleret populū et senatū. Nam ex hoc ꝯsulere veteres vocauerunt. Vnde adhuc remanet illud: Rogati bonū consulitis: id est iudicatis. Potest etiā dici cōsul a cōsilio consilis/sicut exul ab exilio/et presul a presilio: mutatione i in u: vt in Insulto/exulto ꝛ resulto patet. Consulo autē a cōsul. Nec obstat ꝙ cōsul a ꝯsulendo dicat̄: qm̄ ideo cōsul creabatur vt consuleret: vtpote qui consilium haberet in se precipuū. Prius enim homo is exigitur qui cōsulat/ꝙ̄ actus consulendi fiat. Non ergo a cōsulendo nominatus est cōsul/qꝛ a consulo deriuetur: sed ꝙ ab ipso consule verbum consulo exercetur. Et ideo ab ipso qui consulit deriuari cōsulo equissimū ē. Var. Consul nominatus quia consuleret populū et senatū. Et est consul qui magistratū gerit. Procōsul/ qui cū potestate extraordinaria ad aliquam prouinciam administrandā mittitur.

Consulatus tus. officiū vel dignitas: siue tempus quo consul in officio est.

Consularis vir: qui cōsulatū gessit: vel qui consulari dignitate dignus est. Cic. Lentulo Qu. Maximo: qui filiū consularem amisit.

Consisto is. cōstiti: cōstanter et audacter sto: firmor: qd̄ est audacis ꝛ robusti hōis. Plau. i Cur. Nec vobis quisꝙ̄ in foro frugi consistere audet: id est se firmare. Liuiꝰ li. j. Cū instructe acies constitissent. Itē erigor. Virgil. Constitit in digitos.

Consistoriū: locus in quo consultandi gratia homines consistunt. Potest etiam poni ꝓ consistentium multitudine. Idem consistoria dicuntur archius cesarea et imperatoris palatine domus: que etiam vocant̄ augustalia. Vnde consistoriani ab Ambrosio dicunt̄: qui senatorii ordinis/vel amplissimi sunt: qui ad principale consilium eligebantur: ꝛ Suidas κωνσιστόριον παρα ρωμαιοις ουτω λεγεται το συνέδριον και το συστημα ενθα περι των επειγοντων βουλευονται.

Consolida: herba est que et conserua et coagulū dicit̄: et grece strygnon.

Consobrini: qui ex duabus sororibus sunt editi: quasi consororini. Amitini: qui que ve ex sorore ꝛ fratre ꝓpagantur. Sed fere vulgus omnes istos communi appellatione consobrinos vocat. Item qui ex fratribus patruelibus aut consobrinis propagantur/ vel amitinis consobrini vocantur: patrueles/ qui ex fratribus nati sunt.

Consolor penul. ꝓ. solatiū presto: ꝛ ꝓprie verbis fit cōsolatio. Cic. Sulpi. Dices quid me ista res consolatur: in tātis tenebris et quasi ꝑpetuis reipublice. Est omnino vix ꝯsolabilis dolor: Inuenit̄ et in significatione passiua. Asinius. Sed cū ob ea que sperauerām dolebā/cōsolabar ob ea que timui. Hinc cōsolatoriꝰ ria riū: vt Epistola ꝯsolatoria.

Consono penultꝰ. corrcp. simul sono. Var. de apibus. Cū iam euolature sunt: aut etiam inceperunt/ꝯsonāt vehementer: perinde vt milites faciunt cū castra mouent. Inde cōsonantes dicte sunt ꝙ cū vocalibus sonent nō per se. Per translationē consonare significat cōcordare. Hierony. ad Asellam. Anteꝙ̄ domū sancte Paule noscerem: totius in me vrbis studia cōsonabant: omniū pene iudiccio dignus sūmo sacerdotio decernebāt. Hinc ꝯsonantia vocum concordātia que grece euphonia dicitur.

Consors eiusdē sortis: id est conditionis ꝛ fortune ꝛ q̄litatis in omī negocio. Sappho ad phaonē. Nō tn̄ alceus cōsors patrieꝫ lyreꝫ Laudis habet. Cōsors etiā dicit̄ qui tantundē sortis attulit ad societatē mercature/q̄ntū ille cum quo societas est.

Consortium: ipsa societas: que et cōsortio onis. Vnde Liui. lib. vj. Quenā ista societas/q̄nā consortio est.

Cōspicio cis. penul. corre. video. Vnde conspectus ꝓ aspectu. Virgil. Vix e conspectu sicule telluris in altum Vela dabant leti.

Conspico as. penul. ꝓduc. et conspicor deponēs: a con et spico vel spicor componitur. Spicor autem a spica vel a spiculis. Vnde ꝛ despico cor. inspico cor. perspico cor. suspico cor. Est autem cōspicari conspicere/seu in conspectu habere. Terent. in Eunu. Cur te ego in his conspicor regionibus. Sal. in Iug. Cum interea Metellus monte digrediens conspicat̄ primo dubiꝰ quidnā insolita facies ostenderet. Inspico ꝓtulit. Virgiliꝰ lib. ij. Georgi. Peruigilat: ferroꝫ faces inspicat acuto. Nec Priscianum audiendū puto: qui vult hec verba a Spicio fieri: quia si a Spicio essent nō conspicor sed conspicior faceret. Sicut consternor et aspernor a sterno ꝛ a sperno ꝭm analogiā: licet coniugationem mutent. Ascen. Nihil tamen cōspicor ꝓ conspicio cōmune habet cum spica: presertim cum secundam corripiat: licet inspico pro acuo a spica eam producat.

Conspicuus a. um. a conspicor/sicut perspicuus a perspicor: mō significat sagacem/ perspicacem/ acutum. Quintilianꝰ. Conspicuus: sagax/callidus: mō clarꝰ ꝛ qui ab omnibꝰ conspicit̄. Vnde Mar. Conspicuum amphitheatrum appellat.

Cōspicilia: dicunt que ocularia vulgo vocant. Plau. Vitrū cedo: necesse est ↄspicilio vti.

Conspiro penult. ꝓduc. simul spiro: sicut conflo ꝓprie sumitur. Gell. lib. i. Sed enim acheos Homer⁹ pugnā indipisci ait: nō fidicularū tybiarumq́ concentu conspiratam. Col. lib. iiij. Celestes admittat imbres eosq́ alendis seminibus dispenset: ac suis omnibus partibus ad educandā prolē nouam conspiret. Per translationem conspirare sumitur ꝓ ↄiurare. Unde conspiratio que et in bonū et in malū capitur. In bonum Cice. pro ligario fratrum conspirationem dixit quasi vnanimitatē. Idem lib. ij. offic. Magnas vtilitates adipiscimur conspiratione hominū atq́ consensu. Et ꝓ domo sua. Hanc nostrā conspirationē in republica bene gerenda certi homines fictis sermonibus dirimerunt. Plini⁹ in epistolis. Proinde conspirate consentite: maioremq́ animū ex meo sumite. Col. lib. xij. Nihil quod aut maritus aut femina propriū esse iuris sui diceret: sed in cōmune conspirabat ab vtroq́ in malum.

Cōspondeo es. quere in dictione Spōdeo.

Consterno as. aui. atū. significat deiicio. Sal. Qua victoria elati hostes nostri territi atq́ animis ↄsternati discessere. Idē. Et qui sine rectoribus exterriti aut saucij ↄsternant. Unde ↄsternatio: que est concitatio quedā subita ex aliquo metu. Et a sternutamento deduci videt: ꝙ eo toto cōcutimur corpore.

Cōsterno is. ↄstraui ⁊ ↄsternui diuersū est: et significat impleo. Virgil. It stridor ⁊ alte Consternūt terram concusso stipite frondes. Et cōsternere est silicare/ et pauimentū supra facere. Col. li. i. Area si cōpetit ita ↄstituenda est: vt vel a dño vel certe a ꝓcuratore despici possit: eaq́ optima est scilicet cōstrata: ꝙ ⁊ celeriter frumenta deterunt: nō cedente solo pulsib⁹ vngulaꝝ/ tribulaꝝ/ ⁊ eadem euentilata mūdiora sunt: lapillisq́ carent ⁊ glebulis.

Constituo: dispono. Virgili⁹. Qui teneant (nam inculta videt) hominesne ferene Querere constituit. Locum siue tempus determino. Cice. Mario. Quare si quid cōstitutum cum podagra habes: fac vt in aliū differas diem. Quandoq́ significat conuenio et pactum facio. Teren. in Hecy. Nā constitui cum quodā hospite me esse illū conuenturū. Quādoq́ formo ⁊ quasi bonā dispositionē infundo. Unde Cice. li. ij. Tus. Metrodorus cū perfecte putat beatū: cui corpus bene constitutū sit: ⁊ exploratū id ita semper fore: quod medici recentiores barbare dicunt bene cōplexionatum. Et constitutio corpis dicit ipsa cōplexio. Constitutio etiam quandoq́ dicitur status: que in caussis potentissima est: cū sit prima causarū constitutio. Vide in dictione Status. Aliquādo constituere est gubernare/ moderari. Cic. Ineuntis eni etatis inscitia/ senum constituenda et regenda est prudētia. Interdum instituere/ decernere: a quo cōstitutiones decreta dicunt. Nōnunq́ parare. Cicero. Tametsi erat ignarus: quantū sibi/ ac liberis suis iam tū mali constitueretur.

Cōstitutus a. um. participiū: constitut⁹ tus. nomē: quo hoim consistentiū multitudo significat.

Consto as. constiti constitū et constatum. Luca. libro ij. Cōstatura fides supeꝝ. Marti. Cōstatuta fuit megalensis purpura centū. Est autē cōstare cōstanter ꝑmanere/ perseuerare/ ratū habere. Cice. Qua in sententia si cōstare voluissent: suā auctoritatem cū salute recuperassent. Idem libro primo Tuscu. Et si tibi quidem constare vis omnes quicunq́ nati sunt erunt ve: nō solū miseri/ sed etiam semper miseri. Hoc est: Si hanc sententiā ꝙ mors malū sit firmā ratāq́ habere vis. Dicimus etiam: cōstat pedibus: cōstat animo ꝓ firmat. Virgilius. Et paribus Cyllenius alis cōstitit. Interdū constare/ valere: et passiue sumitur pro empto aut vendito. Plini⁹ libro. xxxiij. Et omnibus pene annis mutari ꝓut nauigationes constiterint: aut vt quisq́ mercatus sit: aut aliquis preualens manceps annonam flagellet. Cicero. Quid mihi cōstat charius q̄ si in foro emissem. Interdum stare cōsistere. Idem libro primo Tuscul. Animus qui si est hoꝝ quattuor generū/ vnde omnia constare dicunt. Interdum compositū esse. Idē. Ut hec elementa ex quibus oīa cōstant. Interdū simul stare. Silen. libro. iiij historiaꝝ. Multitudinē procul hostiū cōstare viderunt. Interdum suppeditare. Iuuena. Quis feret vxorem cui cōstent omnia. In tercia persona sumitur pro manifestū est. Cicero libro secūdo ad Cesa. iuniorem. Cū constet lupercis id vectigal dedisse qui ante poterat id constare. Rursus pro conuenit. vt dicitur esse concordes: vt Hoc mihi tecū constat: id est conuenio tecum in hoc et assentior tibi. Cicero libro. i. ad Heren. Adhuc que dicta sunt arbitror mihi constare cum ceteris artis scriptoribus. Rationē constare significat equam legittimāq́ rationem/ aut ostendi/ aut apparere ostendi posse. Ulpi. Plane si defendendi gratia aliquid fecerit: rationem ei constare oportet: id est rationem eū iustā aut ostendere/ aut facile posse ostendere. A consto quantū ad primā significationē fit cōstans ꝓ eo qui firmus est et tenax ꝓpositi: a quo cōstantia et cōstanter: quibus contraria sunt inconstans/ inconstantia et inconstanter. Unde Cicero libro tertio ad Herenniū. Inconstanti gestu testimoniorum inconstantiam et incōstanter locutū esse dixit.

Construere: simul struere/ ordinare/ fabricare. Cice. in Cato. Ut nauē aut edificiū idē destruit facillime qui cōstruxit: sic hominē eadē optime quem conglutinauit natura dissoluit.

Consuesco is. eui. et consuetus sum: etiā in bono et in malo dicitur. In bono/ cū familiaritatē et conuersationem quāpiā cū aliquo habere significat: vt sit cōsuescere simul suescere: id est simul cōuersari. Plaut⁹ in Asi. Bene salutando cōsuescūt cōpellando blāditer. Terenti. in Adelph. Quid illi tandē credis fore animi misero: qui cū illa cōsueuit: id est cōuersat⁹ est. In malo cū de re venerea dicit. Idē in Phor. Cum eius consueuit olim matre in Lemno clanculū: id est coiuit. Similiter cōsuetudo de familiaritate et de re venerea dicit: vt apud eundē in Phormi. Dum expecto q̄ mox veniat qui hanc mihi adimat consuetudinē. Et ↄsuescere est accipere in cōsuetudinē. Col. lib. ij. Iumentis prebeas medicā: sed inter initia parcius dū cōsuescant: ne nouitas pabuli noceat. Item ↄsuescere est viuere. Col. li. ix. Nec magis humo q̄ stagno ↄsueuerunt.

Cōsuo is. simul suo/ cōpono/ cōiungo. Plaut⁹ in Am. Aduenisti audacie columen cōsutis dolis: imo equidē tunicis ↄsutis huc aduenio/ nō dolis.

Consumo is. penult. ꝓdu. in nihilū redigo. Solinus. Sunt etiam in Lycia saxa: que viuentiū quoq́ corpa adalligata cōsumūt.

Consūmo as. per duplex mm. summā simul capio. Lectan. lib. vij. Quoniā nec rationē totius mysterij magni cōsūmauerat/ in vnūq́ collegerat: nec sūmū bonū cōprenderat. Col. lib. ij. Hac cōsūmatione operū colligitur posse agrū ducentoꝝ iugerum subigi duobus iugis boū totidem bubulcis. Et cōsummare est perficere: ꝙ que perfecta sunt/ oīa sibi sumpsisse videant. Lactan. lib. vij. Mundū deus ⁊ hoc rerū nature admirabile opus sex dierū spacio cōsummauit. Unde et cōsūmatus hō perfectus dicit. Mar. Os magni trasee cōsūmatiq́ Catonis. Col. Nullus est cōsūmate sapientie.

Contagium et contagio et contages penulť. pro. morbus qui ex contractu contrahitur: ex con et tago is. qđ est tango. Virgil. Dira per incautum serpāt contagia vulgus. Iuue. Critice polluces dedit hāc contagio labem. Lucre. lib. iiij. Que contage sua palloribus omnia pingunt.

Contamino nas. penul. correp. ex con ꝛ tamino. Et est proprie contaminare ſm Donatū: cum res rei ita immiscetur/ vt neutra incorrupta maneat: sed fit i vtroqꝫ corruptio. Sunt qui dicant contaminare manibꝰ lutulentis quicqꝫ attingere ob hoc: pro fedo et maculo ponitur. Qua ratione Terentius/ contaminare fabulas dixit. Ambro. ꝓprie super Lucā. Nos sacerdos repudiauit: ne alios quoqꝫ eoꝝ lepra contaminet. Liuiꝰ libro. iiij. ꝓ dedecoro posuit. Contaminari sanguinem suū patres: confundiqꝫ iura gentiū rebanť: quod plebs egerrime ferens: nobilitatem arguebat eodē loco dicens: An esse vlla maior aut insignior contumelia potest/ ꝙ partē ciuitatis: velut contaminatā indignā cōnubio haberi. A cōtaminatus fit compositū incontaminatus: de quo ibi: Quas ꝗn tasqꝫ res. C. Camuleiū aggressum colluuionē gentium/ perturbationē auspiciorum publicorum priuatorumqꝫ afferre ne quid incōtaminati sit. Sunt et attamino ꝛ intamino: que sunt contraria. De primo Ambro. lib. j. offi. Ne tetigeritis/ ne attaminaueritis/ ne gustaueritis: que sunt omnia ad corruptelā ipso vsu. De secundo Horatiꝰ. Virtus repulse nescia sordide intaminatis fulget honoribus: id est incorruptis et indiminutis.

Corus sine h. ventus occidentalis: grece Argestes dicitur: qui contra aquilonem flat: et producit primam. Juvenalis. Atque habitas coros semper tollendus et haustro. Quandoque mutamus o in au, et Caurus dicimus. Virgilius. Semper hyems: semper spirantes frigore cauri. Et Corus est mensure genus quadragintaquinque modios continentis: modius vero capit vigintiduo sestertia. Chorus cum h. conventum et multitudinem significat: et veluti coronam eorum qui ad ludos conveniunt: sive saltantium atque canentium. Nam multorum vocibus et concentu constat: ut Seneca et Macrobius tradunt. Et apud priscos ex servis symphoniacis comparabatur. Unde apud Jurisconsultos libro tertio de legatis. Si chorus legetur: perinde est ac quasi singuli homines legati sint. Hieronymus. Ubicunque chorus est ibi diverse voces in unum canticum cogeruntur. Quomodo enim diverse chorde unam vocem efficiunt cantici: sic et diverse voces cum simul fuerint congregate, chorum domini efficiunt. Et a χαρα secundum Platonem libro secundo de leg. que est leticia deducitur. Festus a corona derivat: habetque primam correptam. Virgilius libro sexto. Vescentes letumque choro peana canentes. Idem. Omnis quam chorus et socii comitantur ovantes. Hinc Chorea et choraules. Hieronymus ad Dardanum scribit: Chorum esse musicum instrumentum ex simplici pelle cum duabus cicutis ereis: quod per primam inspiratur, et per secundam vox emittitur.

Coruscare: non solum splendere, sed etiam vibrare significat. Virgil. Talia vociferans sequitur: strictumque coruscat Mucronem. Et crispare. Idem. Tum silvis scena corusce.

Corylus penultima correpta: arbor et fructus a nostris dicitur Avelana. Virgilius libro .ii. Geor. Plantis edure coryli nascuntur. Coryletum: locus consitus corylis. A Corylus etiam columna opera dicta sunt ex corylo arbore facta.

Corymbi: uve hederarum, quibus coronabatur bacchus. Tibul. Sed varii flores redimita corymbis.

Corynephoros: latine dicitur clavam ferens.

Cos cotis, feminini generis: lapis quo cultri acuuntur. Proprie tamen cos sive cotes cautesve: dicitur saxum asperum atque abruptum. Virgilius. Quam si dura silex: aut stet marpesia cautes. Sed quod nos cotem vel cautem dicimus: greci ακονην dicunt in utroque significato. Hinc cotes sive aconas olearias et aquaticas dicimus: quod illas ad ferrum oleo: has aqua madefacimus. Est et Cos nomen civitatis seu insule: de qua supra in dictione Coos. Huius diminutivum est coticula: de quo infra. Et compositum Decotes.

Cossi: vermes in ligno editi: qui apud Phryges et in ponto pro delicatissimis cibis sumuntur. Hieronymus contra Jovi. In Ponto et Phrygia luxuria est comedisse xylophagion: ita enim appellat cossos vermes obesos ex lignorum carie nascentes: qui apud illos a patrefamilias in magnis redditibus computantur. Sic Pli. l. xvii. Luxuria cossos roborum delicatiores adhibere in cibo. A similitudine horum cossorum homines rugosi corporis ab antiquis cossi dicti sunt. Unde et Cossutiorum familia apud Romanos dicta est. Ex qua cossutia uxor cesaris: cuius meminit Suetonius in vita cesaris. Sic Cossuvius cossuviani.

Cosmus, nomen proprium: et latine dicitur ornatus et mundus: id est orbis: a κοσμεω orno et decoro. Ponitur interdum pro ipso unguento, quo quis ornatur. Marti. Qui cosmi redolent alabastra focique deorum. Fuit enim Cosmus nobilis unguentarius: a quo unguenta cosmiana

dicta sunt. Petronius. Affert nobis inquit alabastrum cosmiani. Cosmicus adiectiuũ: idẽ quod mũdanus. Micro cosmus: minor mund⁹: quo nomine vtit Aristoteles ꝓ homine.

Cosmographia cũ accẽtu i penul. mũdi descriptio. Cosmographus pe. cor. descriptor mũdi.

Cosmeta penul. ꝓduc. ornator/siue ancilla seruiẽs dominę ad ornatũ. Iuue. Ponunt cosmetę tunicas. Et cosmeta impator dicitur.

Costus fę. generis: et costũ radix magni odoris/seu arbuscula aromatica. Hiero. ꝯtra Ioui. Quõ aũt ꝟginitati sic nõ pręiudicat imitatio virginũ diaboli: ita ꝛ vegis ieiunijs costũ Isidis ꝛ cybele/ꝛ quorũdã cibor in eternũ abstinentia.

Costa. Vir. Et pede subigit terrã: fricat arbore costas

Cosyros pe. cor/nomen insulę siculę. Vnde cosyrij dicunt. Cosyra ꝟo vnde cosyrei: aphricana insula est Sunt tñ qui vnã insulã esse velint.

Cotię: alpes dictę sunt a Cotio rege: qui ꝑdomitis gallis eas extruxit molibus magnis/cõpẽdiarias ꝛ viãtibus oportunas.

Conicula diminutiuũ est a cote: licet nõ seruet significatũ primitiui. Non eñ est parua cos/sed lapis quo fit auri vel argenti experimentũ. Modicus quidem est et raro quaternas vncias longitudinis/binasq̃ latitudinis excedens.

Cotile pe. cor. grece κοτυλη omne concauũ poculi et mensurę genus sextarius: iunctura coxę cũ natibus/ꝛ pondus nouẽ vnciarum.

Corylũ scribit Strabo vocari locũ in Ida mõte: vnde Scamandri et Granici ꝛ Aesopi fluminũ origo. xv. mil. pas. a scepsi: et inde nomẽ corylo/quasi cõceptaculũ ꝛ acceptaculũ significet.

Corylã: est vas siue poculum ad potandum/quo Diogenes cynicus vsus est: anteq̃ vidisset puerũ manu concaua bibentẽ.

Cotidie: Quis a quoto ꝛ die cõponatur: per c. ꝛ non ꝑ q. scribendũ esse quidã existimant: quia tanta est affinitas inter c et q. vt q. in c. mutari facile patiatur: vt sequor secutus/loquor locutus/qs cuius. Vñ Quintilianus lib. primo. Insti. Frigidiora his alia: vt q̃cquid c. quartam haberet/ne interrogare bis videremur: ꝛ quotidie nõ cotidie: vt sit quot diebus. Verũ hęc iã etiã inter ipsas ineptias euanuerũt. Victorinus quoq̃ libro de orthographia: ꝑ c. capitalẽ litterã scribere pręcepit/sic inquiẽs. Quãuis eñ cocus a coquendo/ꝛ cotidie a quoto et die deriuata sint: ꝑ c. et nõ ꝑ q. scribenda sunt.

Cotones penult. corre. a coton portus in mari arte et manu facti. Qui etiã Cotonia ẜm Seruiũ dicuntur. Coton etiã nomen vrbis est in Syria: a qua hęc cotana vel coctana pluralis tñ numeri dicta sunt ꝓ quodã ficus paruę genere. Mar. Paruaq̃ cum canis venerunt cotana prunis. Pli. lib. xiij. Syria in ficorum genere habet caricas et minores eius generis quę cotana vocant.

Coturnix: auis aduena terrestris mag⁹ q̃ sublimis: nostri qualeã dicunt: grece ortyx. Vnde ortygometra. Dicta coturnix auctore Festo a sono vocis.

Coctonũ: nõnulli bombatiũ: vulgares indocti bombicẽ: litterati xylon/siue gossipion appellãt: genus illud lini candidissimũ ex ęgypto.

Cothurni/tragica calciamenta quibus calciantur tragedi: qui in theatro dicturi sunt alta voce. Suidas. κοθορνοσ υποδημα αμφο τεροδεξιον. Est autem calciamenti genus humile in modũ crepidarũ: sed tale est vt dextro et leuo pedi conueniat. Aliquando capitur pro calciamento subleuato subere/quo mulieres grandiores appareant. Iuue. Si breue parui sortita est lateris spaciũ/breuiorq̃ videtur. Virgine pygmęa nullis adiuta cothurnis. Aliquando pro alto dicendi genere. Virgilius. Sola sophocleo tua carmina digna cothurno. A cothurn⁹ fit cothurnatus a. um. Mar. Grãde cothurnati pone maronis opus.

Couinũ rheda. Vnde Couinarius eques a Tacito nũcupatur: qui ex equo couino depugnabat. Sunt qui equos couinarios cataphrattos intelligunt. Idẽ in vita Agricolę. Media campi couinarius eques strepitu ac discursu complebat.

Coxa et Coxendix pro eodem accipiuntur. Varro libro primo de re rustica. Lata fronte/naribus simis/lato pectore/crassis coxendicibus. Sunt qui coxendicẽ seu coxam intelligant coxarum vertebrũ quo femora vertuntur: quod grece ισχιον. Vnde Ischia dici dicuntur coxendicibus laborantes. Plinius lib. xxv. Coxendicibus et articulis omnibus cũ axungia vtilissima. Cato incantamentũ docet ad sanãdas coxendices luxas: Hoc est/loco suo motas. Suetonius de Augusto. Coxendice et femore et crure sinistro non perinde valebat/vt sępe etiam inde claudicaret. Plinius in epistolis. Hunc dũ sequitur colligitq̃ ꝑ lene et lubricum pauimentũ/fallente vestigio cecidit/coxamq̃ fregit: quę parũ apte collocata reluctante ętate male coiit. Celsus libro quarto. Coxis proxima sunt genua: de osse dixit.

C Ante R

Cranos siue Cranium: apud grecos: significat capitis caluariam.

Crantor: solensis academicus philosophus: fuit Xenocratis Platonis discipuli condiscipulus Polemonis: qui nouis opiniõibus academiã platonicã repleuerunt. Hic scripsit librũ de cõsolatione: quẽ Cicero emulatus est. Periit aquę intercutis morbo. Taxauit stoicor indolentiã: q̃ esse nullo mõ põt/nisi plane hoiem saxeũ esse velim⁹/ꝛ oñi sensu carentẽ.

Cras: nõ solũ ẜm consuetudinẽ accipit ꝓ die ꝓxime futuro: sicut Heri pro die ꝓxime elapso: sed etiã ꝓ futuro tẽpore: vt in sacris litteris loquitur phitonissa ad Saulẽ. Cras eris mecũ. Et libro Gen. dixit Iacob. Exaudiet me cras iusticia mea.

Crastinus crastina crastinũ: penultima correpta: a cras fit: sicut ab heri hesternus: vt Dies crastina. Et nõ solũ ꝓ die sequẽti hodiernũ/sed ꝓ quolibet alio. Virgi. Si ꝟo solẽ ad rapidũ lunasq̃ sequẽtes Ordine respicies: nũq̃ te crastina fallet Hora.

Crastino aduerbiũ: idẽ qđ cras. Gel. Si dixis messium ad amicos reiecit crastino seges nõ metet.

Crastino crastinas: significat diem de die traho et differo. Hinc procrastino et recrastino eiusdẽ significationis. Hierony. ad Paulinũ. Scilicet nisi tu semꝑ recrastinãs/et diẽ de die trahens: caute ꝛ pedetẽtim tuas possessiũculas vendideris: non habet Christus vnde alat pauperes suos.

Craneũ: gymnasiũ erat apud Corinthũ. Cice.

Crasis: latine dici põt tẽperamentũ/cõplexio/mixtio.

Crassus: pinguis/grossus/ac põderosus. Hinc crassicies ꝛ crassitudo ꝓ pinguedine. Crassare: pinguẽ facere: vt Incrassat⁹/impinguatus recalcitrauit. Grassor ꝟo ꝑ g. aliud significat.

Crassamentum: grossicies. Gellius. Surculi duo erãt teretes oblonguli pari crassamento eiusdem longitudinis/derasi atq̃ ornati similes. Sic Colu. Crassamentũ vini feculenti dixit. Idem libro vltimo Crassamen. Semꝑ inquit in re quieta aqua crassamen aliquod in imo reperitur.

Crassescere: est pinguẽ fieri. Columella lib. ix. de turturibus. Nec quia tritico vel alijs frumentis minus crassescant: verũ q semine eius maxime delectantur.

Inferdā est grossum siue densū fieri. Pli. lib. j. Qui neq; in nebulā densef ne crassescat: id ē grossus fiat. Aug°. Incorpore° carne vesaf: sermo crassescat.

Cratos latine: dicif potētia/imperiū.

Cratera penultima pducta et generis masculini: siue Crater crateris: cuppa grandis ac patēs: απο του κραιειν: quod est tenere/ capere. Uel potius quod est misceo. Quidam aiunt tres vrnas continere. Urnam vero quartarium dici certum est: φ quattuor sextarios contineat. Horatius i Ser. Siue grauis veteri cratere lim° adhęsit. Statius libro decimo Thebaidos. Et bacchus in altos crateras paterasq; reddit. Uirgili°. Craterasq; duos statuam tibi pinguis oliui. Ab huius vasis similitudine/ Crater in monte ethna appellat° est foramen illud per quod ignis euomitur. Ouidius. Et pronos currus medio cratere recepit. Et Crater in fontibus dicitur receptaculum: quod et labrum dicitur/ ex quo fistulis aqua decurrit/ sicut et castellum. Et crater signum cęleste qđ ouf decimosexto Calendas Martij vespere. Ascen. Cratera nominatiui casus ꝛ prime declinationis: fęminini est generis: licet fiat ab accusatiuo tertię/ q est masculini: sicut etiam panthera/ stathera. Quocirca vbi crateras accusatiui casus masculinū legeris: dixeris esse tertię/ nō primę.

Cratippus: fuit teste Plutarcho phus peripateticus: de quo Cice. libro. iij. offi.

Cratylus cum y. nomen phi: cui Plato librū de significatione nominū inscripsit.

Cratinus fuit poeta comicus clarus apud Athenienses: de quo Horatius. Eupolis atq; cratinus aristophanesq; poetę.

Crates is: notā habet significationē. Unde craticius a. um. quod est factū ex cratibus. Crates etiā nomen est philosophi Thebani: qui vt philosophię vacare posset: piecto in mare non paruo auri pōdere. Abite inquit pessum malę cupiditates: ego vos mergā/ ne ipse mergar a vobis. Neq; putauit se posse et virtutes ꝛ diuitias simul possidere.

Crathis cū th. aspirato: nomen est duorum fluuiorum: quoꝝ vnus ē apud Achiuos: alter apud Calabros: Ouid. lib xv. Metam. Crathis et hinc sybaris nostris contermin° oris Electro similes faciūt auroq; capillos. Et lib. Fas. iiij. Est ppe piscosos lapidosi crathidis amnes Paruus ager.

Craterus penultima correpta: nomen viri pprium. De quo Persius in tertia satyra. Et quid opus cratero magnos pmittere montes.

Cratio is. cratibus operio. Plinius lib. xviij. Utilissimū simul et herbę arare: deinde cratire: serere florē ex fęnilibus atq; ex pręsepibus fęno dilapsum spargere priusq; cratiantur.

Crapula penultima correpta: grece κραιπαλη: siue quasi lucta capitis. Dolores em̄ et vertigines i eo vinū facit/ resinatū maxime. Nā ꝛ medicamenta quib° vini leuitas excitaf/ crapulę dicunf. Siue απο του πηδαν: qua voce (vt Photion ait) poetę vinū significāt: quia παλλειν: id est vibrare faciat.

Creber: frequens. Hieronym°. Quā creber in oratione esset. Hinc aduerbiū Crebro/ crebritas et crebritudo p frequentia.

Crebresco cis. crebui: celebris fio et diuulgor. A quo percrebresco.

Credo credis: credidi: creditum: ex cre et do/ ßm Priscianum: q̄si a cretū et do. Et significat dictis vel factis fidem habeo. Cicero libero quarto ad Herennium. Nimium quirites creditis vnicuiq;: cum estis simplicibus et mansuetis animis. Nonnunq̄ credere est confidere. Uirgilius. Nimium ne crede colori. Salustius. Uirtuti satis credebant. Aliquando fidei cōmittere/ seu seruandum tradere. Plautus in Aul. Ubi is obijt mortem qui mihi id aurum credidit. Cicero lib. iiij. ad Heren. Nam cum canes funguntur officijs luporum: cui nam pręsidio pecuaria credemus? Et nō solum tradere/ sed etiam reuelare ac manifestare significat. Lactantius lib. iiij. Iudęis quoq; quibus solis arcanum dei creditū fuerat. Interdum mandare. Columella libro secundo. Ut iam percenseamus quot operis in arcam perducantur ea quę terrę credidimus. Quandoq; mutuare. Mar. Dimidium donare ligno q̄ credere totum. Qui mauult mauult perdere dimidiū. Hinc creditor et creditum. Et si construatur cū accusatiuo mediāte in: significat imittere/ inijcere. Uirgilius lib. ij. Georgicorū. Inq; nouos soles audent se gramina tuto Credere. Inter Credere deo/ credere deum/ et credere i deum: ecclesiastici hoc interesse putant: φ credere deum/ est credere deū esse. Credere deo/ est fidē habere deo/ siue verbis eius. Credere i deū/ est fide bona se conijcere in deum. Primū bonum. Secundū melius. Tertiū optimū. Huius verbi cōposita sunt Accredo/ concredo: quod est omnino credo/ siue cōmitto. Columella in pfatione. Itaq; qui ędificare velint fabros ꝛ architectos aduocēt: qui nauigia mari cōcredere gubernandi peritos: veteres creduas p credas dicebāt. Plau. Ipsus nec amat nec tu creduas.

Creditor dicitur cui debef ex quacunq; actione vel psecutione vel iure. Caius de Uer. sig. Creditorum appellatione non hi tm̄ accipiuntur qui pecuniā crediderunt: sed omnes quibus ex qualibet causa debetur: si cui ex empto vel ex locato/ vel ex alio vllo contractu debetur.

Creditū appellaf id quod nobis debef.

Credulus: q oia facile credit. A quo credulitas: credendi facilitas. Incredulus: qui nō facile credit.

Credibile: quod ita verisimile est/ vt facile credi possit. Huius cōtrariū est Incredibile.

Cremasteres nerui: a quibus testes dependent. Columella libro septimo. Priusq̄ ferrū admoueas: duab° angustis ligneis regulis veluti forpicibus apphēdere: et ipsos neruos quos gręci κρεμαστηρασ ab eo appellant: φ ex illis genitales partes dependēt comprensos pręcipit.

Cremera pe. cor. fluuius apud quē Fabij a Ueientib° occisi fuere. Iuue. Quid cremere legio.

Cremo as. cui° passiuū est Cremor. Hiero. i Leui. Cū q; cremati essent adipes sup altare. Hui° cōpositū ē Cōcremo. Liu. Inclusi cū cōiugib° ac liberis domos sup seipsos cōcremarunt.

Cremor apud Catonē accipif p lacte expresso ex grano aqua macerato.

Creare pprie est d nihilo aliqđ facere: qđ etiā ad homines ptinet/ nō solū ad deū. Aug° lib. iij. de ciui. dei. Alba illa quā filius Aenęę creauit: Ascani° Romę mater. Hinc creator/ creatio/ creatrix/ creatura. Cōposita: pcreo: qđ p simplici ponif. Recreo p instauro: ꝛ quasi nouā carnē facio. Pli. Sic em̄ defecta lōgis ęgritudinibus corpora recreanf.

Crepida dę. penul. correpta: ꝛ Crepis idis. teste Seruio: Thuscum calciamentum quod corrigijs ligabatur. Suidas: κρηπισ θεμελιον ηειδοσ υποδηματοσ ηιουσ ποδασ κρατουσ α υποβαθρα. Miror φ quidā poeta primā corripuerit: sed fuit: quia η in ε mutauit ßm Dialecticos linguarū. Persius vero ostendit fuisse grecum/ cum ait. Non hic qui in crepidis graiorum ludere gestit. Huius diminutiuum est crepidula. Gell. libro. xiij. Crepidas et crepidulas id genus calciamenti appellarunt: qđ gręci κρηπιδασ vocant. Et paulum supra. Omnia inquit ferme id genus quibus plantarū calces tm̄ in

fine tegunt cetera prope nuda et teretibus habenis iuncta sunt/soleas dixerunt: nonnunq̃ voce greca crepidulas. Hora. in Ser. Chrysippus dicat sapiẽs crepidas sibi nunq̃ Aut soleas fecit. Quidã hoc nomẽ a crepitu/hoc est a sono quem ambulãdo reddunt dicunt appellatum.

Crepidarius rij. qui crepidas cõficit. Crepidari⁹ a um. quod ad crepidas pertinet. Gel. Sempronius asellio lib. rez gestaz. xiiij. Crepidariũ inquit cultellũ rogauit a crepidario sutore.

Crepido pe. pdu. significat orã terre quam aqua alluit: ex hoc appellata/q̃ ibi aqua alluens crepitat: cũ currit/aut vndas appellit. Colu. lib. ix. Preiaciunt in gyrũ moles. Sic eñ maris atrocitas obiectu crepidinis frangitur: ⁊ in tranquillo cõsistens piscis/sedibus suis nõ exturbatur. Per translationẽ vo ⁊ putei extremã orã que ad ipsũ puteũ respicit: que vulgo dicit os putei: ⁊ editioris cuiusq̃ loci extremitatẽ solemus crepidinẽ appellare: vt a Hiere. In crepidine vig. Sene. Quis crederet iacentem super crepidinẽ marium aut fuisse/aut futurum consulẽ? Unde etiam p abrupti saxi altitudine ponit. Uirgilius li. x. Forte ratis celsi cõiuncta crepidine saxi. Expositis stabat scalis et ponte parato.

Crepo pas. pui. itum. Unde crepitus. Crepare: sonare. Plau. in mene. Dic mihi nunq̃ tibi intestina crepãt. Cui ille respõdet. Ubi satur sum/nulla crepitãt: quãdo esurio/crepãt. i. murmurãt ⁊ sonant: id quod intestinis inanibus accidere solet. Per translationẽ ponitur p dolere/queri/accusare. Horat⁹ libro. j. Car. Quis post vina grauẽ militiã aut pauperiẽ crepat. Itẽ pro ferire. Cice. lib. iiij. offi. Itaq̃ si vir bon⁹ habeat hanc vim: vt si digitis cõcrepuerit: possit in locupletum testamenta nomen eius irripere. Item p frangi. Uirgili⁹. Et acuto murice remi obniti crepuere. Item pro incitare. Turpil. Age tu hymeneũ increpa. Hinc componuntur cõcrepo: persono. Hieron. in Josue. Buccinis omnia concrepabant. Increpo/percrepo: valde crepo. Cicero in Uer. Locũ istũ lictoris percrepare totũ mulieꝝ vocibus cãtuq̃ symphonie. Et habẽt penul. cor.

Crepito tas. pe. cor: de Cymbalis et huiusmodi dicit: quis et de alijs rebus dici possit p crepitum facere. Aug⁹ lib. xxj. de ciui. dei. Eundem q̃ faceret aqua velut in igne crepitare.

Crepitus: sonitus et cõcussio qui ex impulsu resultat: et pedentis: quos stoici liberos esse aiunt. Plaut⁹ in Cur. Ubi quid surripuere operto capitulo calidũ bibunt tristes/atq̃ ebriosi incedũt: eos ego si offendero/ex vno quoq̃ eoꝝ eijciã crepitũ polentariũ. Et crepitus plagaꝝ dixit Ci. in verrinis.

Crepitaculum: sistrum instrumentũ quod manib⁹ percussum reddit sonum.

Crepitulum: ornamentũ capitis: quod in capitis motu crepitum facit.

Creperus a. um. penul. cor. idẽ quod dubius. Unde creperum: bellũ anceps et dubiũ. Et senes decrepiti in dubio vite constituti.

Crepusculum: lux dubia que fit ante solis ortum et ante occasum: a Crepero: quia tunc multis dubium est an sit iam nox. Plinius. Oriente sole aut occidente matutini, vespertini ve cognominari: prout alterutris eorum mane vel crepusculo contingit. Col. libro. vij. Iuxta conseptum saxis et canalibus sal superiectus: ad quẽ sature pabulo libenter recurrunt/cũ pastorali signo quasi receptui canitur. Nam id quod semper crepusculo fieri debet: vt ad sonum buccine pecus si quod in siluis substiterit septa repetere consuescant. Luca. Longa repercusso micuere crepuscula phebo. Hinc crepusci apud Sabinos nominati: qui eo tempore erant nati. Et Sidonius horam vespertinã crepusculã centum dixit.

Crepundia dicunt prima munuscula que dantur pueris: vt sunt fasciole linteoli: vestes/bulle coralia/ensiculi/crepitacula ⁊ puerilia ornamẽta huiusmodi quib⁹ pueri nutricant: a crepando. i. tinniẽdo dicta: quoniã infantes huiusmodi crepitaculis marie gaudẽt. Plau. Sunt crepũdia? Ecca: video: qua facie sunt? Ensiculus aureolus p̃mũ litteratus post altrinsecus securicula anceps. Itẽ aurea littera/ post hec siccula argẽteola/ ⁊ due iũcte manicule/ ⁊ sucula/ ⁊ bulla aurea ẽ quã pater dedit mihi natali die. Plini. lib. xj. Semestris locutus est Crgsi filius in crepũdijs: quo pdigio totũ id concidit regnum.

Cresco crescis: creui: sicut cerno. Crescere augeri est. Iuuenalis. Crescit amor nummi quantũ ipsa pecunia crescit. Hinc crementũ pro augmento. Hui⁹ cõposita sunt Accresco: adaugeor. Cõcresco: simul cresco et cõiungor. Unde concretũ: conglutinatũ. Uirgilius. Multa diu concreta modis inolescere miris. Idem. Concrescunt subite currenti in flumine crustee: id est congelascunt. Decresco: diminuor. Hieronymus libro secũdo Regũ. Domus Dauid pficiens/⁊ semper seipsa robustior: domus aũt Saul decrescẽs quotidie. Excresco/incresco: valde cresco. Itẽ libro p̃mo Reg. Increuerũt serui qui fugiunt dominos suos. Unde incrementũ. Recresco: rursus cresco. Plinius lib. xi. Circa coronã vesci illis auulsas etiã aiũt: ⁊ ex relictis radicib⁹ recrescere. Succresco inferi⁹ vł paulatim cresco/supercresco.

Creta e. ⁊ crete es. insula in medio ponto centũ vrbiũ/ fama clara: que (vt scribit Stra.) a septẽtrione egeo alluitur simul et rhetico pelago/ab austro aphro: ad occidentem egilam et cytherã spectat. Ad orientem carpathon. Habet in lõgitudine. cclxx. milia passuũ: in latitudine qnquagita milia. Circuitus ei⁹. dlxxxix. milia passuum complectit. Insignes in ea vrbes sũt Cortina/Cydonea/Gnosum/ Minois regia: ⁊ Strabonis chyrographi patria. Nullũ in Creta anial nociũ est: optimiq̃ vini feracissima est. De qua Uirg. Creta Iouis magni medio iacet insula põto. Mõs ideus vbi et gentis cunabula nostre Centum vrbes habitãt magnas vberrima regna. Dicta est Cureta ab habitãtibus curetibus/⁊ p syncopã creta. Alij dicunt cretã dictã a Crete quodã Iouis filio Curetum rege. Alij a crete nympha Hesperidis filia. Arrian⁹ nõ a crete/sed a Cres cretis gẽtis faciente nomiatã dicit ab eo qui Iouẽ abscõdit i mõte Lyceo. Unde Cressa tñ fe. genere. i. cretẽsis. Similit Cresseus ⁊ Cressius. Sunt aũt hec nomia que ex mas. femininũ ad similẽ formã mittũt. s. Cres cressa: Libyx libyssa. Phenix phenissa. Magnes magnessa. Thrax thraissa. Tibul. Etiã phebo gratissima dona Cres tulit. Auso. Prepetibus pẽnis super aera vectus hõ cres. A crete vo fiũt Cretic⁹ ⁊ cretẽsis. Creta etiã dicit terra tenax: a Creta insula in qua melior est: vel a crescẽdo: qñ pprietas eius est vt i macerãdo crescat: quod ẽ primis crete vmbrice accidit quã vocant saxũ: que nõ nisi poliendis vestibus adhibebatur duntaxat candidis. Erant et Cimolie crete duo genera: candidum vnum/et alterum ad purpurissum inclinans: vtrũq̃ vestibus aptum: hac medici aduersus morbos vtuntur. Laudat et creta thessalica. Item que argẽtariã appellat/nitorem argenteũ reddens. Uilissima creta qua pedes venaliũ trans mare ad vectorẽ notare mos erat. Unde cretatus. Iuue. Nuper in hanc vrbẽ pedibus qui venerat albis.

Creticus a. um. quod ex creta insula est/sicut et cretensis. Unde dicim⁹ creticũ pelagus siue cretẽse. Criticus etiã iudicãs siue arguẽs dicit κριρω Υαρ λεγετοι

delibero/iudico. Iuuen. Critice pellucces. Et medici dies creticos vocāt iudiciarios: i quib⁹. s. de ęgritudinis rōne ferri iudiciū pōt: a nr̄is decretori⁹ dicit.

Creticū substātiuū: gen⁹ pedis est: q̄ cōstat p̄ma et tertia lōgis. Alio noīe Amphimacrus.

Crete⁹ a. um. qđ ex creta terra est. Ouid. Strataq3 cretea belua strauit humū.

Cretatus ta. tū. quod est creta inspersū. Plinius. Tantūq3 nō cū laureatis fascibus remitti illo: vn̄ Cretatis pedibus aduenissent.

Cretosus a. um. quod est creta plenū.

Crene grece/fons latine. Vn̄ hyppocrene: eq̄ fōs dicit.

Crenę sunt incisurę: a quibus crenata herbarum folia vocātur. Hoc est serrata/sectaq3 per ambitū. Hodie quoq3 multis locis signa quib⁹ agrestes numerū aliquē in ferulis descriptū habēt Crenę appellant. In sagitta quoq3 partis extremę sectio/ in quā neruus insērit arcū tēdere volentib⁹ crena dicit. Sed ⁊ in ip̄o arcu sūma cornua crenas suas habēt: in quib⁹ collocat sedetq3 neruus.

Creontes: nomē corinthioꝝ regis: qui Creusā filiā Iasoni despōsauit. De quo Sene. i Medea. Alter fuit Thebanus Iocasti oedipi regis Thebanoꝝ vxoris pater. Fuerūt ⁊ aliꝫ hoc noīe.

Cribrum: instrumentū ex pellibus suillis: vt plurimū crebris pertusū foraminibus/ ad frumenta purganda: grece dicit λικμος και λικμωα. Apul. Asinati latrones clamorē absonū meū cedentes hincinde miseꝝ coriū: nec cribris iā idoneū relinquūt. Sūt et cribra quę e setis equoꝝ farinę a furfurib⁹ separandę gratia facta sunt. Farinaria setacea ⁊ subcernicula dicunt. Sūt excussoria e lino ⁊ polinaria a polline: q̄ a nōnullis ab incernēdo cernicula dicta sunt quib⁹ frumenta emundamus.

Cribro as. purgo. Cribramus eñi triticū/ ⁊ hmōi: vt a puluere ⁊ rebus immūdis secernat. Cribrari⁹ a. um. qđ ad cribros p̄tinet. Pli. lib. xviij. Itē cribraria q̄ simili mō in tertio remāsit cribro.

Crimissus: Sicilię fluui⁹: grece κριμισσος.

Crimē p̄prie dicit delictū. Sene. Vitā agens simplicē rectā sine crimine. Aliq̄n crimē appellat id qđ p̄ cōtētionē alicui obijcit ⁊ obtrectatio. Vn̄ criminari dicimus. Cice. Hereditatē mihi negasti obuenisse: vtinā hoc tuū verū crimē esset. Et sic dicit a Cerno: sicut a discerno discrimē. Virg. Disiice cōpositā pacē sere crimina belli. i. p̄tētiones ⁊ iurgia: ex quib⁹ bellū oriatur. Aliq̄n ponit p̄ falsa suspitiōe. Idē. Formidine crimē acerbat. Aliquādo p̄ causa: vt apud eūdē. Et crimine ab vno disce omnes.

Criminosus a. um. p̄tentiosū/ cōtumeliosū/ ⁊ crimē inferēs. Aug⁹ lib. x. cōfes. Nec illa res me copiosū faciat/ nec illa criminosū. Col. lib. j. Criminosū tñ senatori fuit supra quinquaginta iugera possedisse.

Criminale: qđ est criminis: vt criminalis causa.

Criminari: est culpare/ accusare/ cōtumeliose rep̄hēdere. Et dicim⁹: Criminor te furti illi/ vel apud illū. Terē. Hāc metui ne me criminaret tibi.

Crines: capilli a discretiōe dicti: q̄ sint discreti: hoc est: απο του κρινειν.

Criniculi (vt docet Amb. sup̄ Psal.) sunt qui fiūt i torquēdo. Amb. lib. de paradiso. Nā si Eua: hoc est sensus p̄mę mulieris accēsas habuisset faces: nūq̄ p̄uaricationis suę criniculis nos implicasset.

Crinire: est crines emittere. Vn̄ crinitus a. um. qđ multos siue lōgos crines habet. Virg. Crinitus iopas. Trāsfert etiā ad arbores. Vn̄ a Papinio dictū est. Crinit arbos p̄ eo qđ est frōdescit.

Crisis latine dici pōt iudiciū. Vn̄ Catacrisis/ diiudicatio. Chrysos cū h ⁊ y. significat auꝝ: vt Chrysostom⁹ quasi os aureū. Crysos sine h. abscōditū denotat.

Criticus penult. corrept. iudicans siue arguens ἀπο του κρινω delibero/ iudico. Vnde poetaꝝ interpretes: quos postea grāmaticos dixerunt: critici: id ē iudiciales dicebantur: qui iudicabant de poematibus: quasi iudicantes et arguentes. Vnde Ser. super. xi. Aene. dicit. Critici culpant hoc loco. Et critici dies vocātur a medicis iudiciarij: in quibus de ęgritudinis ratione ferri iudiciū potest: quos nostri decretorios vocare possunt.

Crissare: pedicare et ceuere: nō nisi magno cum pudore exponi possunt. Est eñi primum mulierum apte se motantium/ dum in re venerea sunt. Iuuenalis. Frictum crissantis adorat. Alterū masculoꝝ dū pedicātur. Mar. Sed pedicant sed pulchre neuole ceues. Ceuere etiam adulantiū gestus significat. Per. An romule ceues.

Crisa: nomen oppidi: quod Crisus Phoci filius condidit. Hinc criseus sinus. Sunt et alię vrbes hoc nomine appellatę.

Crito: nomen p̄hi atheniensis: qui ita Socratem amauit/ vt nunq̄ aliquid ex his quę sunt ad vitā necessaria ipsi deesse passus fuerit.

Critobolus: fuit medicus: de quo Plinius libro. vij. inquit. Magna et Critobolo fama est extracta Philippi regis oculo sagitta et deformitate oris curata orbitate luminis.

Critias philosophus fuit: qui dixit animā esse sanguinē/ sicut et multi aliꝫ. Vnde Virgili⁹ purpureā aīam nominauit. Orig. lib. ij. periarchon/ sanguinē omniū animaliū animā ipsoꝝ esse euidētissime demonstrat: ex illo qđ scribit: Nō mādūcabitis sāguinē: q2 aīa totius carnis sanguis est.

Crocū venatorē fuisse dicunt: precibusq3 musaꝝ i astra relatū. Et p̄ sagittario ponit.

Crocus puer et flos qui Safranū dicit. Crocū herba. Hinc croceus a. um. p̄ colore: qui vulgo dicit Gialdus: vt Vestis crocea. Idē color etiā flāmeus dicit. Pli. Lutei video honorē antiquissimū in nuptialib⁹ flāmis totū femininis concessum.

Croceatus a. um. quod est crocei coloris. Vnde dicimus pannū croceatū.

Crocotulę: vestes crocei coloris. Plaut⁹. Pathagiatam caltulā aut crocotulam. Hę vestes etiā crocotę appellantur.

Crocin⁹ a. um. idē qđ croceus: qđ est lutei coloris.

Crocinū pe. cor. vnguentū qđ crocomegna dicit. Fiebat ex croco trito ⁊ vino/ p̄cipue dulci. Hoc romani nō solū corpa/ s3 ⁊ pulpita spargebāt. Proper. Pulpita solēnes nō oluere crocos.

Crocatari⁹: hmōi vestiū infector. Plau. Qui incedūt infectores crocatarij.

Crocodilus pen. p̄du. aīal quadrupes: quasi croceus: q2 crocei coloris est: vel q̄ crocū fugiat: q̄ mella cōficiētes in Egypto sternunt: ne mel absumāt crocodili: quoniā mirum in modū eo delectantur. Hic pręoīibus ex minimo fit maximus. Ex ouo eñi ad duo et viginti cubitos excrescit. Quattuor menses hyemales nō comedit: et sola bestiaꝝ non habet linguā. De hoc Horacius. Stercore fucatus crocodili iāq3 sudando. Fuit ⁊ crocodilon oppidū Arsinoe postea dictū similiter ⁊ flumen.

Crocodilon ex eo dictū autumant/ q̄ κροκον δειλεν: id est q̄ crocū fugit: ac eius odorē reformidat. Ex genere amphibio est. Viuit eñi in terra ⁊ in aqua. Huius stercus medicamentū est faciei quod crocodileā vocāt: vt Plinius ⁊ Galienus testant.

Crocotillū: veteres valde exile dicebāt. Plau. Extortis cū crocotillis crustulis.

Crocinū pe. cor. gen⁹ vnguēti: de quo Pli. li. xiij. Proper. Et crocino nares murrheus vngat onyx.

Crocare et crocire: verba facticia a voce corui: a quib⁹ crocatio et crocit⁹us. penul. pdu. Et crocito tas. frequentatiuũ. Plau. Simul radebat pedibus terrã: ꝛ voce crocibat sua.

Crotalũ penult. correpta. grece κρόταλον: crepitaculũ/instrumentũ musicũ quo Egyptij in deoꝝ ceri monijs vtebant. Pulsant autẽ laminis quibusdam crotala ex ere rotundis: sonũ ex collisione reddentibus a pulsatione dicta: κροτον latine plausũ: ꝛ κροτεῖν: pulsare atq̃ percutere. Sunt qui dicunt crotalũ esse annulũ ereũ: qui ferreo baculo percutiebat ad sonũ fistule reddendũ. Virg. de copa. Crispũ sb crotalo docta mouere latus.

Crux: furca siue patibulũ: in quo damnati figunt. Hãc veteres gabalũ vocauere. Var. Nos barbari q̃ innocẽtes in gabalũ suffigim⁹ homines: vos nõ barbari q̃ noxios absoluitis. Hinc crucio as. a quo cruciatus: et crucifigo is.

Cruciũ: vinum insuaue: q̃ bibendo cruciet.

Crudus a. um. recens atq̃ acerbum: vt crudũ vulnus: id est recens: ꝛ quasi adhuc cruentum: a quo recrudescere dicimus: quasi renouari/ et ad pristinã acerbitatẽ redire. Et crudũ dicimus in passiua significatione/ qđ non est coctũ: a similitudine crude carnis q̃ adhuc cruẽta est. Similiter cruda poma dicunt q̃ acerba atq̃ imatura sunt. Cice. Poma que cruda sunt vt auellunt: q̃ autẽ cocta et matura/ decidũt. Itẽ Crudi cibi: qui indigesti ꝛ nondũ concocti sunt in stomacho. Iuue. Et crudũ pauonẽ in balnea portas. In actiua vo significatione: vt Crudus hõ cui⁹ stomachus nõ facile ꝯcoquit: Quint. Crudo oratori declamandũ nõ putat. Ci. Qđ in cenã nõ veniret q̃ esset crudior. Et crud⁹ dicit qui est truci aspectu. Hinc cruditas. Col. lib. vij. Cruditatis signa sunt crebri ruct⁹/ ac vẽtris sonitus/ fastidia cibi.

Crudescere: est crudũ fieri: a crudeo des. Inde incrudesco et recrudescere.

Cruor: sanguis ex aliquo vulnere spargit.

Cruento as. cruore inficiõ. Hiero. Pauimenta patris sanguine cruentata.

Cruent⁹ ta. tum. qđ cũ cruore est: vt Cruenta victoria. Sal. Cauete ne animã amittatis: neu capti poti⁹ sicut pecora trucidemini/ q̃ viroꝝ more pugnãtes cruentã atq̃ luctuosã victoriã hostib⁹ relinquatis. Cui⁹ cõtrariũ est incruentus ta. tum. qđ est sine sanguine. Idẽ. Neq̃ tñ exercit⁹ ppli romani letã aut incruentã victoriã retulit. Aliqñ cruent⁹ ponit ꝓ crudeli: vt cruenta vox/ cruenta oratio.

Crudelis: a cruore: q̃ est imitis/ asper.

Crudaria: argẽti vena: q̃ in sũma reperta est.

Crumena pe. pduc. loculus: a κρεμάω suspendo: q̃ plerũq̃ suspẽsa gestet. Quidã cũ h. scribũt ἀπὸ τοῦ χρήματος/ que est pecunia. Iuue. Quis enĩ te deficiente crumena. i. pecunia: cõtinẽs ꝓ cõtento. Crumenula diminutiuũ est.

Crus: tybia: q̃ illo curram⁹. Sunt aũt crura a genib⁹/ vsq̃ ad inferiorẽ pedẽ nõ equali mõ ducta: sed teretibus suris extantib⁹ sensimq̃ tenuatis firmata. Tibia est os: Sura: caro exterior: crus ex sura ꝛ tibia cõstat: cui⁹ diminutiuũ est crusculũ. Mar. Pect⁹ cicade crusculumq̃ formice.

Crustuminũ: oppidũ iuxta Veios: a q̃ crustumini dicti: ꝛ crustumina trib⁹: ꝛ crustumina pira: q̃ et crustumia

Crustumia pira sũt: q̃ ex pte rubẽtia putat. Gla (dicũt ciola nũc dicta a crustumio oppido sic appellata. Vir. lij. Ge. Crustumijs sirijsq̃ piris gravibusq̃ volemis.

Crusta. est pars exterior eoꝝ q̃ nõ comedunt: vt vitri/ marmoris/ ligni/ gelu/ ꝛ hmõi. Vñ icrustare marmore dicim⁹ parietes: q̃ externe tabulis marmoreis vestiunt. Vir. li. iij. Ge. Cõcrescũt subite currẽti in fluminis crustę. Pli. Crustas parietũ excisas tabulis marginatis inclusas esse. Cui⁹ dimi. est crustula. Iuuen. Nos colaphũ incutim⁹ lambenti crustula seruo. Crusta etiã dicit quã vuln⁹ seu vlc⁹ ducit qñ solidat: q̃ detracta fere remanet cicatrix.

Crustũ: est eoꝝ q̃ comedunt: vt sit pars panis vel placentę vel alteri⁹ edulij. Virg. Patulis nec parcere q̃ dris fatalis crusti. Vñ p diminutionẽ crustulũ. Hora: Vt crustula blãdi Doctores elemẽta velint vt discere pma. Qđ gen⁹ dulciarij esse putat Porphyrio. Inuenit tñ crusta ꝛ crustula dici de his q̃ comedunt. Hiero. in Exo. Tolle panes azymos et crustulã absq̃ fermẽto. Var. de lin. lati. Crustulũ a crusta pulti: eo q̃ vt corium exurit/ crusta dicta.

Crustare: a quo incrustare: significat crustã ducere seu applicare. Vnde crustati parietes: id est crusta marmoris intecti. Secabant enĩ marmora in laminas/ et parieti apponebant. Prim⁹ apud romanos Mamurra eques/ dom⁹ sue parietes legit e formijs in Celio monte operuisse. Hinc vasa que vitreis crustis tecta sunt/ crustata dicunt.

Crustari⁹: qui incrustat. Plini⁹. Habuit et teucer crustarius famam.

Crustari⁹ a. um. qđ ad crustas ptinet: Vñ crustrię taberne: quib⁹ crustata opa vendunt.

Crypta: subterranea cauerna vel testudo: ab κρύπτω verbo greco qđ est occulto. Iuue. Et solit⁹ medię cryptã penetrare suburrę.

Crypto portic⁹: nomẽ cõpositũ ex greco latinoq̃: et significat subterraneas portic⁹ cũ amplis fenestris: q̃bus refrigerãdi grã p estatẽ vtimur. Potest etiã dici porticus vndiq̃ septa/ ꝛ quasi sapimẽto parietũ abscõdita tãq̃ subterranea. Pli. in epistol. Subest cryptoportic⁹ subterranee silis estate incluso frigore riget: contentaq̃ aere suo nec desiderat auras nec admittit. Hinc cryptic⁹ a. um. qđ significat occultũ ꝛ subterraneũ. Sidonius. Potes antiquit⁹ crypticis arcubus fornicauit. Iul. Firmic⁹ crypticos hoies appellat secreta fideli taciturnitate custodiẽtes.

Crystallus/ se. ge. ꝛ Crystallũ dicit ex κρύος qđ est gelu. στέλλω cõtraho: ita vt gelu concretũ crystallum dicat. Nã vt scribit Pli. et gelu vehementiore ꝯcreto nascit. Nõ alibi certe repit/ q̃ vbi hiberne niues rigẽt: glacieq̃ esse certũ ẽ. Hinc crystallin⁹ a. um. pe. cor:. Mar. Frãgere dũ metuis crystallia frãgere peccas. Iuue. Grãdia tollunt crystallina maxia rursus. Murrina deinde adamas notissim⁹ ꝛ beronices.

C Ante T

Ctesiphõ pe. cor. nomẽ archytecti: q̃ tẽplũ Diane ephesię tradit extruisse op⁹ mirabile/ ꝛ toto orbe celebratũ: qđ postea ab Erostrato incẽsũ fuit: hac tñ ꝯ cã: vt ob aliqđ facin⁹ noiaret: rursusq̃ ornamẽtis muliebribus collatis edificatũ. Vide in dictiõe Ephesus. Itẽ Ctesiphon locus parthorũ. Stra. lib. xvj. sic habet. Prope Seleuciã vic⁹ maxim⁹ est noie ꝛ re Ctesiphõ in q̃ parthoꝝ reges hyemabãt. Hic vic⁹ ciuitatis potentiã ac magnitudinẽ habet a deo: vt parthoꝝ multitudinẽ ꝛ apparatũ oẽm recipiat: ac venalia ac necessaria artificia illis suppeditet. Quin ꝛ Ctesiphontem babylonici regni caput fuisse Pli. lib. vj. scribit.

C Ante V

Cubo as. bui. itũ. Quis cubatio nõ cubitiõ: sicut et ei⁹ cõposita: que tñ prime q̃ tertię coniugationis inueniuntur: vt Accubo bas. et accumbo bis: decubo bas. et decumbo bis. incumbo bas. ꝛ incubo bis. recubo bas. et recũbo bis. occubo bas. et occũbo bis. Virgil. Nec adhuc crudelib⁹ occubat vmbris: id ẽ iacet mortuus. Idẽ. Seu versare dolos: seu certe occum/

bere morti. Secubo as. et secumbo. is. quod est seorsum et separat⁹ cubo. Proper. Miles depositis annosus secubat armis. Liui⁹ lib. xxxix. Per iocum adolescens: vetat eã mirari/si p aliquot noctes secubuisset religionis se causa: vt voto pro valitudine sua facto liberef. Habet tamen cumbo aliqua composita que nõ habet cubo: vt discumbo: qd est cibi capiendi gratia iaceo/nõ discubo. Procumbo nõ pcubo. Similiter cubo habet aliqua cõposita que nõ habet cũbo: vt excubo/nõ excumbo. Supcubo/nõ supcumbo. Est autẽ cubare: iacere: ⁊ pprie egrotoꝝ est. Hora. Cubat hic i valle quirini: id est egrotat: sicut interpretes exponũt. Idem. Trans tyberim longe cubatis pe Cesaris hortos: Cice. lib. ij. Tusc. Itaqꝫ narrabat eũ grauiter ⁊ copiose de ipso nihil esse bonũ nisi qd honestũ esset cubãtẽ disputasse. Col. lib. vij. cubitoꝝ boũe appellat qui sepe discũbit ex peruicaci cõtumacia. Quod quidẽ vitiũ fame ⁊ siti tollendũ esse censet: nõ igni aliis ve tormentis.

Cubito as. frequentatiuũ. Cice. p Celio. Et ppter nocturnos quosdã manes metu tecũ semp pusio cũ maiore sorore cubitauit.

Cubat⁹ us. ipsa cubandi actio. Pli. Si in cubatu tonuerit omnia pereunt.

Cubile pe. pduc. lectus: q in eo cubetur. Et cubilia: loca in quibus fere cubant.

Cubiculũ: locus in quo cubile sternitur/ vt ibi supercubetur. Sene. ad Lucil. Quid psunt multa cubicula? in vno iacetis.

Cubicularius: q in cubiculo ministrat. Ci. Huncvestri ianitores: hunc cubicularij diligunt.

Cubiculare: qd ad cubiculum pertinet: vt Vestis cubicularis: qua in cubiculis vtimur: ⁊ cubicularis lectus apud Cice. lib. v. Tus. legif.

Cubit⁹ et cubitũ vtroqꝫ modo: dicif curuatura brachij vbi lacerto iũgitur. Et accipif a Pli. lib. vij. Inuenimus in monumentis Salamine Cautimenos filiũ in tria cubita triennio accreuisse p mensura cubiti. Hierony. lib. iij. Regũ. Domus quã edificauit rex Salomõ domino habebat sexaginta cubitos in lõgitudine. Aug⁹. Qui inde nõ videnf cõputare nisi trecenta cubita longitudinis. Cõstat autem cubitũ ex sex palmis digitisqꝫ xxiiij. vt auctor ẽ Victru. lib. iij. Sesquipes hoc est pes vnus cum dimidio facit cubitũ. Pes est sexta pars altitudinis in corpe nostro/ cubitus quarta. Est preterea cubitus regius: qui maior est cõmuni cubito tribus digitis: sicut refert Herodot⁹ libro primo. Est et cubitus geometricus: qui tantũ valet quãtũ sex nostra cubita: vt Origenes Augustinusqꝫ tradiderũt. Cubit⁹ in corpe humano est in quo decens flexura brachiorũ: sic dictus q supra eũ cubare soleamus. A cubitus p mensura fit adiectiuũ Cubitale. Inuenif etiam substantiuũ Cubitale p ornamẽto cubiti. Horaci. in Ser. Ponas insignia morbi. Fasciolas cubitale focalia.

Cubus: vide in dictione Thessera.

Cucubo as. pe. cor. pprũ est vocis noctue. Ouid. Noctua lucifuga cucubat in tenebris.

Cucurio is. pe. pd. galloꝝ pprũ est. Idem. Cucurire solet gallus: gallina gracillat.

Cucul⁹ penul. corre. et Cucull⁹ per duplex ll. auis nota. Mar. Quãuis p plures cucul⁹ cãtauerit annos. Hora. in Ser. Cui sepe viator cessisset magna cõpellans voce cucullum. Cucullus etiam genus vestis est. Iuue. Sumere nocturnos meretrix augusta cucullos. Unde constat fratres nostros Eremitanos male vti hoc vocabulo cuculla fe. generis. Sũt qui accipiant cucullum p nautico aut rustico tegmine ad arcendas pluuias. Columel. Cultam vestitamqꝫ familiam magis vtiliter q̃ delicate habeat munitam diligenter a vento pluuiaqꝫ que cuncta prohibentur pellibus manicatis/ centonibus cõfectis/ vel sagis cucullis. Iuuenalis. Contentusqꝫ illic vento duroqꝫ cucullo. Suidas. κοκκυξ ιλοσ ορμεου οπαρηλιν κουκκοσ. Itaqꝫ cũ cuccus grecũ sit nomen: cucullus ẽ dactylus duplo cc in prima.

Cucullio (vt Iul. Capitolinus docet) est gen⁹ pilei viatoriũ: quo capite obtecto vagari nocte solent. Apud Catonẽ d re rust. videf accipi p cucullo cũ inqt. Que opera p imbrẽ fieri potuerint: nouos fieri cẽtones cucullionesve familiã oportuisse sarcire.

Cucume pe. cor. vasa enea sũt ad calefaciendũ aquam. Amb. Dij tui aut erei sunt/ ex quib⁹ cucume melius fiunt ad vsus hoim. Petroni⁹ arbiter in saty. Frangif ceruix cucume ignẽqꝫ valescentẽ restinguit.

Cucumer et cucumis penul. corre. a curuore dicif. Virgil. in Geor. Cresceret in ventrem cucumis nec sera comantẽ. Cucumeres: quasi curui meres. Hi pepones etiam dici putanf: q in cibis impensi⁹ refrigerãt/ aluũqꝫ molliũt. Sed Hiero in lib. Numeri diuersos ostendit cucumeros ⁊ pepones/ cũ ait: In mentẽ nobis veniũt cucumeres ⁊ pepones.

Cucumerariũ: locus in quo sunt cucumeres: vt apud Esaiã. Derelinquef filia sion vt vmbraculũ in vinea/ et sicut tuguriũ i cucumerario. Pro tugurio Cyprianus custodiaꝝ posuit. Solet eñ fieri tuguriaculũ/ in quo custos vigil obseruat: ne cucumeres auferanf ex cucumerario.

Cucurbita: pprie auguria est. Sed apud Celsũ cucurbitã/ ⁊ p diminutionẽ cucurbitculã eã appellari legim⁹ q̃ nũc vulgo ventosa dicif. Hac vtunf medici ad sanguinẽ leui scarificatiõe educendũ.

Cudo is. cusi et cudi: a cedendo: vt qbusdã videf. Virgili⁹. Ac primũ silicis scintillã excudit achates. Ser. id est feriendo elicit. Nam cudere ferire est. Unde et incus dicif/ q illic aliqd cudam⁹. i. feriam⁹. Cudif pecunia dũ imprimif. Teren. in Heau. Argentũ cudo qd tibi dem. Hiero. per translationẽ cudere p cõponere vsus est. Cũ et eandem inquit in multis festiuitatib⁹ multoꝝ sanctoꝝ patrũ studia miro cuderint eloquio. Passiuũ protulit Teren. in Eu. At eñ in me istec cudef faba. Qd est in me hoc malũ recidet: i me hec vindicabif culpa. Ut laborat solũ in quo cudif: id est batuif faba cũ siliquis exuif. Uel q quidam male coctam fabã: ⁊ q̃ nõ maduerit sed dura permanserit sup caput coqui velut ipsi irati granũ saxo cõminuunt: tum vniuersũ malũ ad coquũ puenit. Hui⁹ cõposita sũt accudo ⁊ excudo/ incudo/ pcudo/ percudo/ et recudo: qd est iteꝝ cudo. Var. At hi solent q̃ vetera metalla recudũt: ⁊ habent. pe. pro.

Cuso as. frequentatiuũ a cudo: a quo accuso/ excuso/ incuso/ et recuso.

Cuias significat vñ: et nõ tñ patriã gentẽ nationemqꝫ innuit: vt apud Ci. lib. v. Tus. Socrates q̃dã cũ rogaref cuiatẽ se esse diceret. Mũdanũ: inquit. Tot⁹ eñ mũdi se incolã ⁊ ciuẽ arbitrabaf/ sed etiã partes et sectam: vt Cuiates phi vos estis: stoici ne/ an epicurei? Sic nfas et vfas. Ci. Nõ solũ etiã ista vestra oratoria/ sed ⁊ hec etiã leuia nostratia. Dicif et cuiatis cõmuni genere. Uñ apd Plau. freqnter legif: Cuiates estis? id est cui⁹ patrie ⁊ gentis. Acci⁹. Qui neqꝫ cuiates eẽt/ nũq̃ potuim⁹ multa rogitando scire.

Cuius a. um. qd antiqui per q. quius scribere solebant: referf ad personã hois. Virgili⁹. Dic mihi dameta: cuiũ pec⁹? an melibei?

Culcitra ad quietẽ paraf: dicta q in ea tomentũ vel sagũ aliud ve quid inculcef. Nõ ẽ ergo que sup nos habef cũ dormim⁹/ sed sup quam qescim⁹. Cice. lib. iiij. Tus. Eripiam⁹ huic egritudinẽ quo mõ collocem⁹ in culcitra plumea psaltriã abducamus.

Culex generali noie vermiculi parui alati culices dicū tur. Hos greci canopas vocant. Vñ ⁊ canopeum.

Culeus vter siue saccus lino vel canabe vel corio factus ab occulendo.i.claudendo. Eo vtimur ad portāda frumenta. Pli.lib.vij. Junius valens meruit in pretorio diui Augusti cēturio vehicula cū culeis donec examinarentur sustinere solitus. In eo etiā scelestissimi hoies cū simia ⁊ gallo et sepēte inclusi in mare iaciebanť. Vñ Juue. Quis tā pdit⁹ vt dubitet Senecā preferre Neroni. Cui⁹ supplicio nō debuit vna parari Simia nec serpēs vnus nec culeus vn⁹. Est ⁊ culeus nomē mēsure cōtinētis quadraginta vrnas vt est apud Pli. ⁊ Col. Hinc sesquiculeare dolium sexaginta vrnas capiens. A greco id nomen tractū. Vaginas enī κουλεουσ appellant.

Culullus calix fictilis quo in sacris vtebanť pontifices ⁊ vestales virgines. Accipiť ⁊ pro vrceolo. Horat. Reges dicūť multis vrgere culullis: Et torquere mero quē perspexisse laborant.

Culleola sunt cortices nucum viridium: a similitudine culeorū quibus oleū aut vinū contineť. Quod et diminutiuū a culeum videtur.

Culus anus pars posterior ⁊ ꝓprie inter clunes ⁊ nates. Virgi. seu magis Oui. in Priap. Vt culū rugā nō habuisse putes. Mar. Cū sit ⁊ hic culo tritior ipse tuo. Hic alio noie Podex dr̄. Ju. Et podice leui ceduntur tumide medico ridente marisce. Culū aūt dici putāt quasi culeon.i.vaginā. Vñ in Priap. legimus Et qd̄ nos culū culeon ille vocat. Quidā a colēdo ꝙ fedo libidinis prurutu colitur.

Culigna vas proprie vinarium.

Culina pe.pro. locus in quo coquūtur epule quasi colina a colo is: vt Var. ait ꝙ locupletiorem in ea ignem colamus. Juue. continens pro contento posuit.s. culinam pro cibis coctis cum inquit. Sequitur sua quē ꝗ culina. Inde Culinarius ⁊ culinorarius quod est cu culinam exerceo.

Culmen qd̄ culmis tegitur: ⁊ ab antiquis culmina dicta sunt tecta: quia edificia de culmo.i.paleis e messibus contegebant.

Culmus frumenti calamus a radice vsq ad spicam dictus ꝙ colatur: qui ⁊ calam⁹ dicebať. Vñ ⁊ columē primo: postea culme. Stipula ipa folia ꝗ ambiūt culmū. Dicunť etiam culmi vt docet Var. ꝗ in summo cāpo nascunť ꝙ summū culmen teneant.

Culpe vt Do. inqt est eius qui nesciēs aliquē lesit.

Culter ⁊ Cultrū diciť. Proper. Et canis in nostros nimis experrecta dolores. Cū fallēda meo pollice cultra forent. Festus. Cluna culū est cultrū sanguinariū. Hinc Cultellū ⁊ cultellus diminutiua. Est aūt culter quo vtimur in mensa. Juue. Spectas ⁊ chironomūta volanti Cultello donec peragat dictata magistri. Dia: nec sane minimo discrimine refert. Quo gestu lepores ⁊ quo gallina secetur.

Cultrarius: minister qui victimam cultro victimat qui alio noie diciť victimarius. Sue. in Cali. Admotam altaribus victima succinctus pōparū habitu elato alte malleo cultrariū mactauit.

Cultus tus: ornatus a colo is. cui⁹ cōtrariū est Incultus. Amb. li. Hexa. Ea prima est grā que si desit tota domus deformi horret incultu.

Cum prepositio copulatiua qñq iungiť notāti societatem et cōiunctionē animi: vt Sūma cum beniuolētia summa cum hilaritate illū excepi. Itē iungitur abltō si comite aliqua persona quis fecerit quippiā: vt cū Socrate profectus sum. Et mihi cū illo negociū est. Et cū hoste pugno. In cōpositione vero postposita inuenitur: vt mecum: tecū: secū: quicū: quibuscū. Interdū ornatus vel metri causa. Aliqñ aduerbium est ⁊ accipiť pro qñ. Quod quidā quū scribūt. Et apud veteres quom scribebant. Virgi. Cū faciā vitulā ꝓ frugibus ipse venito. Ci. Nō nihil me consolať cū recordor quāta me cōplecteris beniuolētia. Jungitur modo indicatiuo. Vt cū dico: cum dicebam: cū dixi cum dicā. Modo subiunctiuo: vt cū dicerē. Interdū ponitur pro qd̄. Cice. Cū me in aphrycā cōtulissem. Interdū pro ꝗuis ⁊ exigit tn̄: iungiturq subiunctiuo. Ci. pro Deiotaro. Cū in oibus causis grauiorib⁹ initio dicēdi cōmoueri soleam: tn̄ in hac multa ita me perturbāt. Aliqñ pro qm̄ siue pro causa. Et similiter subiunctiuo iungitur: vt cum inueniā latinos ꝓprio sermone hec parū attigisse: conatus sum pro viribus Junguntur qñq cum ⁊ tū. Que licet idē fere significēt: diuerso tn̄ modo ordinanť. Nam in cū est quiddam minus in tum quiddā maius: ⁊ hoc duob⁹ modis fit: vt aut generale precedat: sequať speciale: aut ambo sint specialia. Primo modo sic. Quin. Qd̄ cū oibus confitendū est: tū nobis precipue qui rationē dicendi a bono viro nō separamus.i. oibus: multū mihi autē maxime. Altero mō. Idē. Quod opus Marcelle victori tibi dicam⁹: quē cū amicissimū nobis: tū eximio litterarū amore flagrātē dignissimū hoc mutue l nos charitatis pignore iudicabam⁹.i. multū ꝓpter amorē tuū in nos: plus tn̄ ꝓpter amorē litterarū. Aliqñ etiā cū ⁊ tū cōiunctiuo iūgūtur. Ci. Graui teste priuatus sum amoris erga te mei patre tuo clarissimo viro qui cum suis virtutibus: tū vero te filio superasset omniū fortunas si te ante vidisset ꝗ vita decederet. Qñ autē fit sub duob⁹ verbis fieri debet sub eodem mō ⁊ tpe: vt Cice. in pricipio lib. de natura deorū. Cū multe res in philosophia nequaꝗ satis adhuc explicate: tum difficilis brute qd̄ tu minime ignoras qstio est de natura deorū. Poniť qñq tū sine cū geminatū vel triplicatū in rebus parib⁹. Quint. Nec indigneť Herodotus equari sibi Titū liuiū: tū in narrādo mire iucūditatis clarissimiq cādoris: tum in cōcionib⁹ supra ꝗ enarrari pōt eloquentē: ita dicunť oia tū rebus: tū personis accōmodata. Poniť nōnunꝗ tū ꝓ aliqñ. Cice. Tū hoc tū illud argue.i. modo: hoc modo illud. Qñq pro tūc. Virg. Tum primū nostri casum videre trementē. Qñq est aduerbium ordinis pro deide. Idē. Aeneas matri Eumenidū: magneq sorori Ense ferit sterilēq tibi proserpina vaccā. Tū stygio regi nocturnas inchoat aras. Quandoq pro preterea. Idē lib. iij. Tum vox tetrum inter odorem Sunt qui distinguant: vt qñ prepositio est: cum c. scribi debeat: qñ aduerbium seu coniunctio cum q. Sed cū rō nō sit satis pōderosa iam doctorū vsus obtinuit vt cum c. semper scribatur. Quare vnusquisq prout voluerit scribet.

Cum maxime vna pars est: ⁊ significat nimis. Terēt. in Hecy. Hāc bacchidē amabat vt cū maxie tū Pāphilus cum pater vxorē vt ducat orare cepit.

Cum potestate est: dicebatur de eo qui a populo alicui preferebatur negocio seu qui magistratum gerebat. Cicero libro. ij. artis ve. Felix an infelix: priuatus an cum potestate sit.

Cum imperio est dicebatur cui nominatim dicebatur a populo imperium.

Cumprimis significat imprimis. Apul. Hic cumprimis nobilis ac facundus. Sic diciť cumprime.

Cume arum. Vide in dictione Comum

Dedalus penul. cor. dici potest ingeniosus. Quo nomine dictus est atheniēsis faber egregius Icari pater qui serram asciam perpendiculū terebrā glutinū lithocollam inuenit: malumqꝫ ꝛ antemnam naui imposuit. Hic accusatus ꝙ perdicam sororis filiū interemisset: iudicij metu in cretam fugit: vbi Labyrinthum fabricauit vbi Minotaurus includeret opus portentissimū humani ingenij. Dictus Dedalus (vt quidā existimant) απο του δαιδαλλειν: quod est variare. Alij hoc verbū a dedalo deriuatum putant: ob multiplex variumqꝫ ingenium hominis: propter quod greci δαιδαλον varium dicunt. Et Lucre. terram ob rerum artificiorumqꝫ varietatē dedalam nomināt. Aennius simili modo Mineruā. Virg. Circen. Plaut. Logodedalos vocauit qui dolū colunt sermonis ornatu.

Dedala neutro genere vrbs lycię: a monte lycię: seu a dedalo ibi sepulto quum eum coluber aquaticus ex amne Nino in paludem quā dedalus commeabat egressus momordisset.

Dalmacia regio Illyrica contermina liburnię versus occasum a qua dalmatę dicti sūt populi: qui vt apianus scribit: domiti ab Augusto fuere. In ea Iadera ciuitas insignis rerū abūdātia ꝛ Ragusiū olim epidaurus dicta. Hinc dalmaticus a. um. Suet. Extrema bella duo per se gessit: dalmaticū adolescens adhuc et cantabricum.

Dama genus caprę syluestris tam mas. ꝙ fę. generis. Virg. Cū canibus timidi venient ad pocula damę. Mar. Dente timetur aper: defendūt cornua ceruū. Imbelles damę quid nisi preda sumus. Huiꝰ diminutiuū est damula.

Damascus vrbs nobilissima ꝛ caput Syrię. Vn̄ Damascena pruna auctore Plinio lib. xv. dicta credūt.

Damon nomen phi pytagorici: qui cū phythia arctissimo amicitię vinculo cōstrictus fuit.

Damocles nomē ꝓpriū vniꝰ ex assentatoribꝰ Dionysij.

Damoetas cū diph. ę. nomen pastoris de quo Virg. in Buc. Dic mihi Dameta ꝛc̄.

Damnū ꝛ damnatio a demptione: q̄si diminutione cū minus de re factū est: ꝙ quāti ꝯstat. Hinc dānosus a. um. Col. lib. j. Quod ꝛ si per partes nōnunqꝫ dānosum est: in summa tn̄ cōpendiosum.

Damno as. damno afficio. Unde indemnis qui nullo afficitur damno. Sed cum de peccato vel de peccati pęna agit quādoqꝫ ablatiuo: quādoqꝫ genitiuo iungitur. Cice. lib. iiij. ad Here. Maiores nostri si quā vnius peccatū mulierem damnabāt, simplici iudicio maleficiorum: multorum cōuictam oportebat. Quo pacto? Quoniam quam impudicam iudicarēt: eam veneficij quoqꝫ damnatam existimabant. Et libro. j. Tus. Sed plurimi contra nituntur: animosqꝫ quasi capite damnatos morte mulctauit. Quādo vero nō apponitur precium vel peccatum pęnaqꝫ peccati accusatiuo tantum iūgitur: et significat culpo. Hiero. in prefa. pent. Quid igitur damnamus veteres? minime. Sed post priorum studia in domo domini qd̄ possumus laboramus. Cic. lib. iiij. Tus. Rerū naturam ꝙ errorem damnare voluimus. Interdū damnare accipitur pro exheredare. Unde e duobꝰ filijs alterū heredem institutū: alterū damnatū legimus. Interdū pro cōpellere/obligare ꝛ necessitate astringere. Terē. Tuus est dānatus gnatus: nō tu. Interdum pro liberare. Virg. Dānabis tu quoqꝫ votis. Et est translatio quasi vt damnati cōpelluntur maleficijs eorum penas luere: ita tu votis supplicū compelleris eos exaudire. A participio damnatus fit cōpositū indēnatus: qui indicta causa: id est non defensa aut incognita causa damnatus est. Salu. Hi ꝑmo cepere quēqꝫ pessimum ꝛ omnibus inuisum indēnatū necare. Aliqñ indēnatus dicit non dēnatus. Liui. lib. ij. Eum indemnatū in dicta causa nō debere violari. Cōposita a damno sunt condēno ꝛ ꝓdāno quod est ante damno. Liui. lib. iiij. Totā culpā eius tēporis in pędamnatum collegam transferētem omnes tribus absoluerunt.

Dan vicus est in quarto a paneade miliario euntibus tyrū qui vsqꝫ sic hodie vocat: terminꝰ Iudeę ꝓuincię contra septentrionē. De quo ꝛ Iordanis flumen erūpens a loco sortitus ē nomē. Ior quippe pilpon id est fluuiū siue riuū hebrei vocant.

Danista fenerator creditor. Plau. Morigerus est mihi danista qui de me argentū nō petit: a dādo ꝙ det fęnori: vł a greco απο του δανειζειν qd̄ ē mutuare. Danisticus feneratorius. Danisma mutuum vsura.

Danunt qñqꝫ a veteribus dicebat pro dant: et duis ꝓ dederis. Plau. Cui se virtutē dij danūt lenoniam.

Danubius ꝛ danubium dicitur. Ser. Ister fluuius est scythię qui ꝛ danubius noīat. Sal. Nomenqꝫ danubiū habet in iugis germanię montis Sarnobę ortū ꝑ innumeras gentes dicit Danubius: vbi Illyricū attigit Ister. lx. amnibus acceptis in mare inuoluit. Amb. lib. Hex. Danubius de occidentalibus partibus barbarorū atqꝫ Romanos intersecās populos donec ponto ipse condat.

Danaus egypti frater Argiuorum rex: qui anno egressionis populi Israel. xxvij. Sthenelo rege expulso argos tenuit: ibiqꝫ quinquaginta annos regnauit. Genuit quinquaginta filias: quę belides dictę sunt. Hę vna nocte viros suos egypti filios preter vnam interfecerunt. A Danao fit patronymicū femininū danaides. Sene. in Hercule. Ut neqꝫ frustra Danaides plenas ferunt.

Danae cū e. sed non diph. grece Δανάη nomen Acrisij filię. Aliquando tamē diphthongus diuiditur: vt apud Ouidiū lib. ij. de tris. Quid danaen danaesqꝫ

nurus matrem᷑ lyci.

Dapes sunt magnifici & oppipari apparatus. Mar. Illa quidē lauta ē: dapibus᷑ instructa superbis. Sed nihil omnino te recitante placet. Hinc dapalis cena q̃ diuersis & amplis dapibus constat. Pli. Pauonē cibi gratia Rome primus occidit orator Hortēsius dapali cena sacerdotij.

Dapaticus a. um. quod est amplū & magnificū vt negocium dapaticum.

Dapsa apud veteres genus sacrificij: qđ fiebat: aut hyeme seuienti: aut vere a grecis δαψ vocat̄.

Dapsilis penul. correpta: abundans/liberalis. Greci δαψιλεα largum dicunt. Colu. lib. iiij. At spionia dapsilis musto. δαψιλειαν largitatē abūdantiā rerum liberalitatē᷑. Unī nostri quo᷑ dapsiles aliquā lautos & liberales appellant. Plaut. in Aul. Istas magnas factiōes dotes dapsiles: nihil moror: id est affluentes & largas. Dapsile aduerbiū abundanter. Suet. in Vespa. Sed & cōuiuabat̄ assidue: ac sepius recte ac dapsile.

Daphnis latine laur⁹. Fuit (teste Seruio) Mercurij filius formosissimus.

Daphne propriū nomen puelle nymphe & daphne vt docet Stra. nemus apud Antiochenses. Uide in dictione Epidaphne.

Dardanus nomen electre Iouis᷑ filiū. Qui cum Iasium fratrem interemisset: inde fugiēs samothraciam deuenit. Unde Virgil. Hic ortus in agris Dardanus Ideas phrygie penetrauit ad vrbes Threiciam᷑ samon: que nūc samothracia fert̄. Et ab ipso Dardano dardania regio in phrygia vocata est: & dardanide populi. Hic Erichthoniū genuit q̄ filiū habuit Troem: qui Troiā: que prius dardania appellabat̄: a suo noīe vocauit: hic filios habuit Assaracū & Ilū: qui vrbem regiā a se Ilion nominauit. Huius filius fuit Laomedon Priami pater.

Darideus nomen regis Persarū tēpore Tiberij Caij et Claudij imperatorum.

Darius nomen regis persarū: qui. xxxvi. annos regnauit: cui Xerxis filius ex atosa Cyri filia successit in regno. Hoc nomē habet penul. pro. q̃m apud grecos scribit̄ per ei diphthongum.

Daricus penul. cor. numisma persicum darij imagine percussum.

Darmentius fluuius Medullorū sese per cōfragosa loca in Rhodanū p̄cipitans.

Dascia densitas spiritus & signū est vocalis aspirate.

Dardanarij dicūtur propole qui omnia precemunt vti demum carius vendant. Dicti a dardano quodā cōtaminatissimo & p̄ flagitiosissimo Mago a quo etiā dardanie artes a Colu. vocantur magice. Eius sunt verba. At si nulla valet medicina repellere pestem: Dardanie veniunt artes.

Datatim aduerbiū significat in vicē dando. Plau. Tū isti qui pila ludūt serui scurrarū datatim in via.

Datarius: qui in postulationib⁹ ac litteris manu pontificis maximi subscriptis diem & locū notat: quibus date sunt littere. Datarius a. um. quod est dandum. Lingua vernacula dadare. Plaut. Eho an nō prius salus? Nulla est mihi salus dataria.

Daunia Apulia: a Dauno Illyrice gentis claro viro: qui eam condidit.

D Ante E

De prepositio est: que separata modo significat απο Hoc ē a: vel ab: vel ex: vt audiui de patre meo. Mō περι: vt cum dicimus de partibus orationis. περι μηρων του λογου. Modo propter. Teren. in Eunu. Quātū me amas de fidicina hac. Modo deorsū sicut sus sursum. Unde susu᷑ deq̄ fero veteres dicebant. Hoc est sursum an deorsum res ferat̄: paruifacio. Modo memoratiuā vim habet: vt Cicero scripsit de officijs. Modo significat non: vt delūbe: quod est nō habens lumbos. Composita interdum auctiua est: siue intensiua: vt deamo: depravo. Interdum diminutiua: vt decresco: deferuesco. Interdū priuatiua siue negatiua: vt desperatus: demēs: dedecet. Interdū localem vim obtinet: vt deambulo: descendo. Interdū deficientē vim sui simplicis indicat: vt disco dedisco: tego detego: doceo dedoceo. Interdū est honoris exhibitiua: vt defero: deduco. Significat quādo᷑ in totū vel omnino: vt demando. Quādo᷑ aperte seu palam: vt demōstro. Componitur autē cū dictione incipiente ab a. vt deamo: b. vt debacchor: c. vt decerno: d. vt deduco: e. vt deerro: f. vt defero: g. vt deglutio: h. vt dehisco: i. vt deiicio: l. vt delabor: m. vt demiror: n. vt denudo: o. vt deosculor: p. vt depellor: q. vt dequtio: r. vt deriuor: s. vt desudo: t. vt detraho: v. vt deuenio. Patitur tñ nonnunq̄ elisionē metri gratia: sicut in deinde et dehinc. Virgil. Oscula libauit nate dehinc talia fatur: vbi elidit̄ e. et dicimus dehinc.

Dehabeo es. significat non habeo. Hiero. ad Eusto. Ita ille moderat̄ vniuersa: vt nemo quid postulet: nemo dehabeat.

Deamo valde amo: qđ vulgo dr̄ cordialit̄ amo. Ter. in heau. Ne ego sum fortunatus deamo te Syre.

Deambulo de loco ad locum: vel hinc inde ambulo: vt fit salutis vel relaxationis causa. Teren. in adel. Deambulare huc libitū est. August. lib. v. con. Ante tribunal deambulabat solus.

Deambulatoriū locus in quo deambulamus.

Deartuo as. q̄si per artus incido. Plaut. in Cap. Tū igit̄ ego deruūciatus deartuat⁹ sum miser.

Deauro as. a summo vel ad imū auro: vñ deauratus.

Debacchari p̄prie est pre ebrietate valde furere. Ter. in adel. Satis debacchatus iam leno es: audi si vis nunc: egone debacchatus sum in te an tu in me? Per translationē ꝓo dicit̄ cū quis ira percitus furit.

Debellare bello vincere vel capere: et p̄prie debellamus hostes: expugnamus castra/vrbes/naues et huiusmodi. Pli. lib. vi. Dariū Alexander debellauit.

Debilis ex de & habilis: q̄si parū habilis: hoc est male habitudinis. i. infirm⁹. Hinc debilitas: & debilito as.

Debeo es. debui itum pertinet ad omnia: quibus deuincti sumus: quod vulgo teneor: seu debitor: siue obligatus sum dicitur. Cicero. Planco. Perfice vt ne minus respu. tibi q̄ tu reip. debeas. Idē Seruio Homo & maximis meis beneficijs deuinctus & prope omniū qui mihi debere aliq̄d vident̄ gratissimus. Aliquādo debere est dare debere. Plau. in Cur. Beatus mihi videor subduxi ratiunculā q̄tū eris mihi sit: q̄tum᷑ alieni siet: diues sum si nō reddo eis quibus debeo. Salu. Res aūt opportuna videt̄: ꝗ eis priuatim egregia liberalitate publice maximis muneribus grandē pecuniā debeat. Sed cū accipit̄ pro eo qđ vernacula lingua dicimus douere: verbū familiarium est: vt tu debes legere.

Debitor p̄prie dicit̄ is a quo inuito exigi pecunia pōt: inquit Modestinus.

Debitio ipse actus. Cic. Perq̄ dissimilis est pecunie debitio et gratie: nā qui pecuniā dissoluit statim non habet id qđ reddidit. Qui autē debet es retinet alienum. Gratiā autē & qui refert habet: et qui habet in eo ipso quod habet refert.

Debitū & participiū & nomen esse potest. Qñ nomen significat id qđ debet̄: vt oē debitū dimisi tibi. Qñ participiū dr̄ obligatū. Liui. lib. xxi. Cū Romanus plures q̄ penus recepisset: argentū᷑ pro eis debitum sepe iactatum in senatu re quā tunc cōsuluissent

patres tardius erogaretur.

Decacumino as. penul. cor. cacumen precido: siue cacumine priuo. Col. lib. vj. Potest etiam vlmus sic disponi: vt adhuc tenera decacuminetur: ne altitudinem. xv. pedum excedat.

Deca grece Δεκα latine decem. Decatos decimus. Decas adis. numerus denarius seu quicquid nūerū denarium continet: vñ Liuius libros suos decadas nūcupauit ꝙ decē volumina singulę ɔtinerēt. Item decadas decēnalia spatia nūcupamus.

Decapolis penu. cor. Judeę regio est decē vrbiū trās Jordanē. Hanc multi cęsaream esse dixerūt.

Decarchon greci eum appellant q̄ decē p̄est equitib⁹.

Decachordū instrumētū musicū decē chordas hñs.

Decalogus penul. cor. sacrū volumē quod decē legis precepta continet.

Decaphorus pe. cor. lectica quę fertur a decē hoibus: sicut hexaphorus quę a sex.

Decadoros penul. pro. longus decem palmis.

Decalicatum calce litum.

Decaluo. Uide in dictione caluo.

Decedo is. significat discedo: proprie vero a mādato custodie loco recedo: vt consules de ꝓuincia dicunt decedere: ⁊ presides de vrbibus. Et decedere ē deorsum ire siue minui. Lactan. lib. j. Id aūt solidum existimandū est: cui nihil decedere id ꝑfectū cui nihil possit accedere. Decedere via est per errorē siue honoris gratia digredi. Suet. in Cęsa. Et cū luminib⁹ extinctis decessisset: via diu errabundus tandem ad lucē duce reperto per angustissimos tramites pedibus euasit. Idē in Tibe. Nec mirū cum palā esset ipsum quoq; eisdē assurgere ⁊ decedere via. Plau. in Tri. Decedā ego de via: de semita de honore populi. Rursus decedere ponit̄ ꝓ mori. Et ꝑ se plenū est: vt subintelligat̄ vita tanq̄ de custodia ⁊ gubernatione corporis ꝓficisci: vt eo modo dicat̄ decessit: quo defunctus est. Cice. tñ in Cato. dixit. Uetat pythagoras sine iussu Imperatoris dei presidio ⁊ statione vitę decedere pro discedere: sed semper abltīu desiderat: vt excessit e vita.

Decerno is: proprie statuo: constituo: definio: siue de magnis rebus certam sententiā ꝓfero. Uñ ⁊ senat⁹ decretū. Cic. lib. j. offi. Quare expectāda: quidā magis ē decernēdi ratio q̄ decertādi fortitudo. Terē. Quicquid peperisset decernerūt tollere. i. deliberarūt. Per translationē vero ꝑtinet ad ea q̄ sunt dimicatiōis. Liui. lib. j. Obuiā egressi vt potius aciē decernerent: q̄ inclusi de tectis dimicarent.

Decerto as. frequentatiuū Amb. Unguentati spectare solent non decertare.

Decermina dicunt̄ quę purgandi causa decerpuntur.

Decretū nomen id significat quod definit̄. Unde decreta pontificū cōstitutiones dicunt̄. Decretū participiū vt cū dicim⁹ Decretū est. i. statutū et definitū. Decreta senatus a consultis sic distinguūt̄ ab aliquib⁹ vt decretū dicāt particulā quādā esse senatusconsulti vt cū ꝓuincia alicui decernit̄ tanq̄ decreta sint specialia: consulta generalia.

Decretorius a. um. ponit̄ pro iudicario in quo. s. iudicium ferri potest vt dies decretorius qui ⁊ criticus Aliqñ dicit̄ quod est decretum firmatū extansq; ad aliquid arguendum iudicandum ve. Quinti. At quidam litigationibus suis illū modo ambitiosum declamandi sudorem prestitisse contenti cū turba laudantium destituunt: subsellia pugnamq; illam decretoriā imperitis ac sepe pullatę turbę relinquūt. Decretorium sydus et tēpus decretorium dicitur id ex quo de prouentu aliquarum rerum futuro sumitur iudicium. Pli. lib. xviij. Res summa vitium agitur decretorio vnius sydere illo quod caniculam appellauim⁹. Uñ carbūculatę dicunt̄ vt quodā vredinis carbone exustę. Idē. Aquila exorit̄ vesperi decretorio die florentibus oleis.

Decerpo ex de ⁊ carpo: significat detraho: siue inde carpo. Unde decermina.

Decet conuenit: honestū est: aptum est cōsentaneū est. Cice. li. de opti. di. genere. Decere inquit q̄si aptum esse: ɔsentaneūq; tēporis ac ꝑsonę. Quod tū in factis sepissime: tū in dictis valet. In vultu deniq; ⁊ gestu ⁊ incessu. Contra itēq; dedecere. Et modo ꝑsonale est. Ouid. de reme. Lude decent annos mollia regna tuos. Modo impersonale: quod nōnunq̄ cum datiuo construitur. Ter. Facite ita vt vobis decet. Plaut. Nobis decet esse bonis. Hinc contrariū est dedecet qđ est incōueniens / ineptum / turpe / siue inhonestum. Ouid. libro. vj. meta. Admouitq; preces quarum me dedecet vsus. A decet fit decens conueniens / decētia / decent̄: decus decor decorus decorū ⁊ decoro. Cōposita sunt cōdecet / indecet / ⁊ dedecet pe. cor. A quibus condecens / indecens / condecētia / indecentia / condecoro ⁊ indecoro.

Decor oris. penulti. ꝓducta mascu. generis est quasi pulchritudo quędā. Uirg. lib. v. Et dorycli coniux diuini signa decoris. Hinc decorū pulchrū: et decore pulchre. Decoro as. pe. ꝓ. quod est pulchrū visu aut auditu facio: siue orno. Unde decorū ⁊ indecorum substantiua dicunt̄: significatq; decorum decentiam quādam rebus personis locis siue in agendo: siue in loquendo accommodatam. Unde si quis inducat agricolam ea loquentem quę ad philosophū pertinent: hunc nō seruare decorū dicimus. Aliquādo etiā ad virtutes transfertur: et appellatur decorum non tam ipsum honestum q̄ quod hominibus ⁊ communi opinioni honestum videtur ⁊ pulchum et approbabile. Ci. de opti. genere di. Atq; illud indecorū quod quale sit ex decore debet intelligi. Est et decorus a. um. et Indecorus a. um. Quinti. lib. iij. Cuncta corrumpit ac propemodū perdit indecora vel voce vel gestu ꝓnunciatio. Decor oris. pe. cor. ⁊ adiectiuū a decus deriuat̄: pro decorus a. um. Sal. lib. iij. Equis ⁊ armis decoribus vultus. Inde fiunt cōposita indecor ⁊ dedecor. Uir. lib. x. Nec tñ indecorē tua te regina reliquit. Sta. li. iij. the. Legimus indecores. Inuenit̄ tñ hic ⁊ hęc indecoris. Accius. Cui⁹ sit vita indecoris morem fugere haud ɔuenit. Uirg. li. xij. Nec genus indecoris sine me hęc haud mollia fatur. Ubi patet indecoris substantiuū esse. Nā si adiectiuū esset indecore dixisset. Iūgit̄. n. neutrū cōmuni: vt paupere regno. Salu. li. iij. Dedecores militiq; terga ab hostib⁹ cedebant̄. Ascen. Nonius quidē indecoris: sed plures legūt indecores vt sit indecores genus ꝑ synecdochen dictū.

Decus oris. penultima cor. et generis neutri honorificentia ex rebus gestis est. Uir. lib. v. Oblitus decorisq; sui sociumq; salutis. Huius cōtrariū est dedecus: quod ꝓ ignominia siue infami turpitudinis genere sumitur. Capitur quandoq; etiam decus ꝓ honesto: cū quid honeste fit ⁊ dedecus pro inhonesto. Hinc decoro as. pe. cor. quod ē honesto seu honorifico. Hor. At bene nūmatū decorat suadela venusq;. Gel. Leonides laudat̄ qui simile apud thermopylas fecit: propter eius virtutes omnis gręcia gloriam atq; gratiam precipuam claritudinis inclytissime decorauere monumētis / signis / statuis / elogiis / historiis / aliisq; rebus gratissimum id factum habuere. Unde decora militie / laudes / honores / honestamenta militi in bello comparata. Sta. lib. the. Terrarū decora alta viri decorisq; iugales. A decoro fit ɔdecoro pro honesto. Dedecoro pro vitupero: siue turpifico. Ter. in hecy. An quicq̄ pro istis factis di/

gnum te dici potest que me ⁊ te et familiam dedecoras. Ex his omnibus patet: ꝙ plus est decus ꝙ̃ decor ⁊ plus ē dedecus ꝙ̃ indecorus: ⁊ decoro penul. correp. ꝙ̃ decoro penu. pro. Quoniã decoro penul. cor. significat honorifico. Decoro penul. produ. pulchrum visu aut auditu reddo. Unde decorum ⁊ indecorum minus est ꝙ̃ decus et dedecus. Cice. lib. j. offici. Sin aliquã necessitas nos ad ea detruserit que nostri ingenij non erunt: omnis adhibenda erit cura meditatio: diligẽtia: vt ea si nõ decore: at ꝙ̃ minime indecore facere possimus.

Decorũ penulti. pro. appellaꝝ quod greci prepon dicunt cuius vis ea est: vt ab honesto non queat separari. Nam ⁊ quod decet honestum ē: et quod honestum est: decet. Decorũ inquit Cic. lib. de offi. id esse quod consentaneum sit hominis excellẽtie quod ad prudentiam/ ad fortitudinem/ ad iusticiã/ ad temperantiam pertinet: et in omni honestate versatur. Est ⁊ decorũ: quod ⁊ poete sequuntur: cũ id quod quãꝗ ꝑsona dignũ est et fit ⁊ dicitur.

Decem a greco Δεκα fit: a quo componunꝝ vndecim: duodecim ⁊c̃. Deriuata sunt decimus: a quo vndecimus: duodecimus cum reliquis. Denus a quo vndenus: duodenus. Denarius a quo vndenarius: duodenarius: decennarius: et q̃ sequunꝝ. Decies aduerbium: a quo vndecies/ duodecies ⁊c̃. Decenus a quo vndecenus ⁊c̃. Col. lib. iiij. Ut ego existimo tricenas vt decenas certe amphoras ꝑcipient.

Decimus non solũ nũerũ: sed q̃nꝗ etiã magnitudinẽ significat: vt decimũ quodꝗ ouũ decim⁹ quisꝗ fructus. i. precipuus magnitudine.

Decimanus siue decumanus. i. magnus. Unde decumana porta castrorũ: que in his maxima est ⁊ decumanus limes in limitatiõe agrorum a magnitudine ⁊ longitudine dictus putatur: qui agrum ab exortu equinoctiali ad occasum eq̃noctialẽ secat. Nã alter ex transuerso occurrẽs: cardo appellaꝝ. Decumani etiã vt Asco. docet vocanꝝ publicanoꝝ principes a q̃bus decume siue decime exigebanꝝ.

Decima e. significat portionem vnã ex decem. Plau. Ut decimã solueret herculi.

Decimare est decimã partem detrahere. Unde apud Euang. Ueh vobis qui decimatis mentham ⁊ omne holus. Et decimari legiões dicunꝝ qñ decimus q̃sꝗ supplicio afficitur ab imperatore. Liui. li. ij. Cetera multitudo sorte decim⁹ quisꝗ ad suppliciũ lecti. Sic vigesimare ⁊ cẽtesimare diciꝝ. Hui⁹ verbi cõposita sũt addecimo. Hier. lib. j. Re. Greges vr̃os addecimabit. Exdecimo eligo. Uñ exdecimatũ electũ.

Decemiugis currus: quẽ decem equi iuncti trahunt.

Decempeda pe. cor. pertica qua mensuraꝝ terra a numero pedũ dicta sicut quincupeda a quinꝗ pedib⁹. Cice. Urbẽ iam perit⁹ metator ⁊ callidus decẽpeda sua sata diuiserat. Hinc decẽpedator. Idẽ Cauebat etiã. L. Antonio qui fuerat equissimus agri priuati et publici decempedator.

Decennium spatiũ decem dieꝝ. Nam decẽnium siue decẽnis decẽ annorũ diciꝝ. Decennale qđ est decem annorũ: vt bellũ decẽnale.

Decussis a decem assibus: que dictio in omni denario numero mensure ⁊ ponderis valet. Fuit cõsuetudo apud maiores: vt era in vocabuli cõpositione postponerẽꝝ: sicꝗ semisquintus: semisquartus: semistertius pronũciabãt. Dipondiũ a duob⁹ ponderibus: ⁊ vnum pondus fuit. Assipondiũ quasi libre vnius põdus. Reliqua deinceps a numero dicebanꝝ vsꝗ ad cẽtussis. Et a tribus assibus tressis ⁊ pariter vsꝗ ad decem cõputabantur. Ab inde sumebatur cõpositio ad decẽ. A duob⁹ decussibus Uicessis deinde tricessis vsꝗ ad centussis.

Decurio dictus est auctore Ulp. Qꝛ in initio cũ deducerentur colonie consilij publici gratia decima pars deductorũ conscribi solita sit. Uñ Cicero in orationib⁹ citat decreta decurionũ. Col. Classes etiam nõ maiores ꝙ̃ denũ hominũ faciũde quas decurias appellauerunt antiqui. Erant tamẽ alij vrbani: alij municipales decuriones Urbanus decurio turme preerat que duob⁹ ⁊ triginta equitibus ꝯstabat. Neꝗ vero belli solum: sed domi quoꝗ pro eo qui preest cubicularijs. Sue. in Dom. Saturius decurio cubiculariorũ. Decurio q̃ꝗ palatij dictus est ab Ammiano qui prepositus erat palatio: qui est ordo dignitatis. In municipijs autẽ decurio idem creditur qui ⁊ senator Rome. Cic. Recita queso Sexti quid decreuerint capue decuriones. Hoc etiam patet ex epistola Plinij qui ait. Esse autẽ tibi centũ millium nũmum satis indicat ꝙ apud nos decurio es. Igiꝝ vt te nõ decurione solũ: verũ etiã equite romano perfruamur: offero tibi ad implendas equitis Romani facultates trecenta millia nummũ. Similiter decurio ordo dr. Uñ latine dici potest de curia cubiculariorũ: sicut de curia iudicũ ⁊ scribarũ: cui⁹ princeps decurio noiaꝝ. Cuius dignitas decurionatus diciꝝ sicut a Centurione centurionatus.

Decuriare est decurionis officiũ exercere. Uñ decuriata comitia sicut a centuriõe centurio as. A quo centuriatus ager ⁊ centuriata comitia.

Decido is. penul. ꝓ. deorsum seco: vt fit cum ex lardo frustum incidimus. Per translationẽ vero significat determino: et liti finẽ impono. Hora. Et post decisa negocia campo. Uñ decidere dubia dicimus: quasi amputãdo suꝑflua qđ itegrũ ẽ ostẽdere. Decido is. pe. cor. deorsum cado: a quo fit deciduus a. um.

Decidua dicunꝝ illa que cadũt: vt folia. Plini. lib. xj. Omnib⁹ autẽ caua ⁊ in mucronẽ demũ cõcreta sunt ceruis tantũ solida ⁊ omib⁹ annis decidua.

Decipio is. pe. cor. defraudo. Unde ⁊ decipula.

Decipula e. quoddã laquei genus ad decipiendas capiendasꝗ aues.

Declamare ẽ se in ficto themate exercere. Caluus scribit declamationem esse domesticam exercitationẽ q̃ res plurimũ cõducit eloquẽtie. Solebãt eñ romani adolescentes eloquentie studiosi exercendi ingeniũ gratia inuehi oratiõib⁹ in eos q̃s scirent aliquo crimine posse notari. Uñ Senece et Quintiliani declamationes q̃ sunt ꝑludia quedã orandi. Hier. ad Dema. Nec aures Quintiliani flosculis ⁊ scholari declamatione mulcende. Sene. Declamationis nomẽ apud nullũ auctorẽ antiquũ añ ipsum Ciceronẽ inueniri potest. Idẽ li. j. Decla. Declamabat Cicero nõ quales nũc ꝯtrouersias dicimus.

Declamatorius a. um. quod ad declamandũ pertinet: vt declamatorius liber: qui declamanda continet. Declamatorie aduerbiũ significat declamãdo Hiero. More eoꝝ q̃ declamatorie loq̃ solẽt ad populũ.

Declarare est aperte monstrare. Nã plus ẽ ꝙ̃ significare: ⁊ tam ad facta ꝙ̃ ad dicta ꝑtinet. Cic. Luccio. Itaꝗ hoc sepius dicendũ vbiꝗ non significandum sed etiã declarandũ arbitror. Idẽ Declarauit id mõ temeritas. C. Cesaris: qui omia iura diuina ⁊ hũana peruertit. Quãdoꝗ etiã poniꝝ ꝓ significo.

Declino as penu. pro. cũ accusatiuo significat deuito. Cic. lib. j. offi. Declinetꝗ ea que nocitura videntur. Ambro. lib. j. offi. Ipse sibi silentio legem posuit innocentie: vt tacendo culpam declinaret quã vix effugere posset loquẽdo. Cum ablcõ significat caueo: q̃uis in sensu idẽ sit cum deuito. Cic. li. iiij. Tus. Que quoniã vt bona natura appetimus: sic a malis natura declinamus: que declinatio si cũ ratione fiat: cautio appellatur eaꝗ intelligitur in solo esse sapiente.

Interdum ponitur pro deflecto seu recedo. Idē in Leli. Declinandum est de via modo hoc ne summa turpitudo sequatur: vt in Ver. acti. v. Qui sibi sumpsit vt corrigat mores aliorū: ac peccata reprehendat: quis huic ignoscat si qua in re ipse ab religione officij declinarit. Interdum pro deduco. Liui. lib. j. Nec ea culpa quam arguo omniū albanorum: ducē secuti sunt: vt et vos si quo ego inde agmen declinare voluissem fecissetis. Interdum pro alieno existimo. Teren. in hecy. Neq; declinatam quicq̄ ab aliarum ingenio vllā reperies. Interdū pro depono: vt li. ij. Re. Extēdit oza manū ad arcā dei & tenuit eā quoniā calcitrabant boues & declinauerūt eā.

Decollo as. collum trunco. Fenestella lib. ij. Quēadmodum Cesar a piratis captus sit: vtq; eos postea ceperit et decollauerit. Veteres autem securi cesos dicebāt. Enni. Quod in collo tuo ē decolles caue: id est ex collo depone. Item Decollare est decipere. Plau. Una est que decollauit. Lucil. lib. xij. Quibus fructibus me decollaui.

Decolor penul. cor. adiectiuū significat quod colore viciato est: vel sine colore. Hiero. ad Ocea. Aperuit cunctis vulnus suum et decolorem in corpore cicatricē flens. Roma cōspexit. Dicitur et decolorus a. um. Amb. Sed ea propriū quoddam genus habēt nō ex tritici semine in aliud genus seminis decolora mutatione translata degenerē traxere naturā.

Decoloro as. pe. pro. colore pristino priuo: aut colorē vitio. Cice. lib. ij. ad Heren. Mortuum deformatū tumore preditum/decoloratum corpore constat esse. Et i canticis. Nolite me considerare q; fusca sim q: decolorauit me sol.

Decoquo is. penul. cor. in totum vel vehementer coquo. Unde decocta aqua. Pli. lib. xxij. decoquere pro conuertere accipere videt. Si em̄ clarigaris clauus si ferri vel chalybis aliqua rubigo: aut panni marcor affuerit: omnē illico succū alienum saporemq; in venenum decoquit. Quandoq; decoquere sumitur pro pfecte digerere. Hysopū inquit Hieroni. pariter tonsum sumebant in cibo vt escam grauiorem illius calore decoquerent. Quandoq; pro substantiā consumere: seu solutione creditoribus impedita fidem concidere. Quod sepe euenit iis qui gule omnia dedunt: aut qui scorta sectantur. Unde decoctores dicuntur qui patrimonio absumpto ad inopiam sunt redacti. scribit Spartia. Hadrianum senatoribus q̄ non vitio suo decoxerant patrimoniū pro modo senatorie pfessionis expleuisse. Colu. lib. xij. Nam q̄uis interdū emendatū sit perperam factū vel imprudentia vel negligētia res tn̄ ipsa iam dño decoxit: id est detrimentū dedit. Tale quid in se habet defrigo vt hic defrixit. i. bona consumpsit.

Decortico as. pe. cor. corticem detraho.

Decortes dicte sunt toge attrite: quasi cotibus detrite atq; consumpte sint: habetq; pe. pro.

Decrepiti auctore Dona. a crepitu quorum plangore familie funera ita cōclamata fuerint. Vel a crepero: q; in dubio vite sint constituti.

Decrescere est diminu. Am. Cuius opes nunq̄ deficiūt: cuius diuitie nunq̄ decrescunt.

Decubo as. penul. cor. iaceo q̄si deorsum cubo. Apu. Decubantē excitaui ferā. Col. li. vij. Est etiam post domiturā mollioris generis bos: q̄ decūbit in sulco.

Decumbo is. idem qd̄ decubo. Hieron. Quintū iam diē decūbens lectulo nimia festinatiōe dictaui. Aliq̄n decūbere significat mori. Cic. lib. ij. tus. Mittūt etiā vulneribus confecti ad dños qui querunt quid velint si satisfactū iis sit: se velle decūbere.

Deculto as. ex de & occulto in quo abijcit o et c.

Decurro is. decurri et decucurri decursum deorsum curro. Vir. Sūma decurrit ab arce. Per translationem decurrere est a principio ad finem vsq; currere. Lact. li. iiij. Que oratio tante affluentie vbertate decurrēt. Itē pterire. Idē li. vij. Decurso tēporum spatio. Aug. li. ix. con. Tolerabam illud interuallū temporis: donec decurreret.

Decurtatus participiū a decurto idem est quod mutilatum breuiatus. Cic. Mutila sentie quedā & decurtata. Et a Hiero. Decurtatus liber dicit.

Decussare est in decusses formare atq; diuidere: & per integram longitudinem dissecando trahere. Decussis em̄ dicit a decē assibus. Nā numerus denarius perfectus et absolutus est. Unde & decumanus limes Colu. libro. iiij. Nam duas regulas eius latitudinis quo pastinator sulcum facturus est in speciem grece littere decussabimus.

Decussatū significat p decusses. Col. li. vltimo. Rapā in alueo aut sero cōposito deinde sicut psueuerunt salgamarij decussatim ferramēto lunato incidito.

Decutio is. penul. cor. ssi. ssum. ex de & quatio significat deijcio deorsum quatio demeto decido. Liui. li. j. Rex velut deliberabundus in hortū ediū sequēte nuncio filij: ibi inambulans tacitus summa capitum papauera dicitur baculo decussisse. Hier. per trāslationem ad Dardanum dixit: Ut decutiā superciliū iudeorum: qui synagoge angustias latitudini ecclesie preferunt.

Dedecus pe. cor. et dedecoro as. vide in decor.

Dedignor aris. Uide in dictione dignor.

Dedisco is. dedidici. Uide in dictione disco.

Dedico as. pe. cor. per vba psecro siue honoris gratia deputo: aut dicendo defero. Cecil. lib. j. annaliū Legati q̄ missi sunt veniūt dedicāt mandata.

Dedo is. dedidi: deditum: significat in perpetuum do vel totum subdo: siue in manus potestatem ve et arbitriū do. Unde dedere se hostib9 dr̄ qui se in hostiū potestatē tradit. Et traditio ipsa deditio dicit. Et q̄ ita se dedunt dediti vocātur. Plau. in Am. Conuenit vtri victi sint eo prelio vrbem/agros/aras/focos seq; vti dederent. Liui. li. j. Sic ad suppliciū numitori remus deditur. Cesar. lib. j. Heluetij omniū rerum inopia adducti legatos de deditione ad eū miserunt. Et dedere est simpliciter dare. Ter. Uerberibus te cesū i pistrinū Daue dedā. Forma deditiōis describitur apud Liuiū in dediciōe collatie. Ita em̄ rex interrogauit. Estis ne vos legati oratoresq; missi a populo collatino: vt vos populūq; collatinū dederetis? Sumus. Estne populus collatinus in sua potestate? Est. Deditis ne vos: populūq; collatinum: vrbē: agros: aquā: terminos: delubra: vtensilia diuina humanaq; oīa in meā populiq; Ro. ditionē? Dedimus. Et ego recipio.

Deditus a. um. in totū vel valde datus. Ter. in hecy. Priusq̄ hāc vxorē duxi: habebā alibi animū amori deditū. Dedita opa. i. data opera siue accurata opa: seu de industria: vel ex cōposito data opera: q̄si cura adhibita: & labore impenso. Idē in Eu. Apud antiphonē vterq; pater & mater: quasi dedita opa erant vt nullo mō introire possem quin viderēt me. Fest. Deditū interpretat valde datum.

Dedititius a. um. a deditus fit: & is ē qui se in alterius imperium dedidit. Curti9. Multitudo dedititiorū incolis nouarum vrbiū cū pecunia capta dono data ē. Per abusionē tn̄ dicimus ego sum dedititius tu9. i. tibi deditus & tuo imperio obnoxius.

Dedocere est secus ab eo quod quis doctus est docere vel falsum id esse ostendere. Quintil. li. ij. Quāta in eluendis que semel insederunt vitijs difficultas consequatur cum geminatum onus succedētes premat. Et quidez dedocendi genus plusq̄ docēdi pre-

pter qđ Timotheũ clarũ in arte tibiarũ ferunt duplices ab ijs: quos alius instituisset solitum exigere mercedes: q̃ si rudes traderẽtur. Grece. διδασκω οθεν διδασκαλοσ.

Dedoleo es.pe.cor. non doleo: vel dolore me priuo. Oui.li.iij.fas. Quid me in desertis morituram Liber barenis: Seruabas: potui dedoluisse semel.

Dedolo as.penul.ꝓ. significat dolabra vel eiusmodi ferramento deorsũ vł pulchre dolo: cedo. Colu.lib.v. Hec eorumq̃ similia pedamẽta post putationem retractanda sunt: partesq̃ eorũ putres dedolãde.

Deduco is.penulti.pro.ꝓprie deorsum duco. Virgł. Carmina vł celo possunt deducere lunam. Quãdoq̃ deducere est de loco ad locũ siue de re ad rem ducere. Idcirco ei ablatiuus dał nõnunq̃ separatiuus accusatiuus vero similiter. Et tam in passiua q̃ actiua significatione: quod premonẽdum esse duximus ne quis in passiua ablatiuos huiusmodi putet esse agentes: nisi in exemplo Ciceronis quod dicemus In actiua Plau.in Cur. Deduco pedes de lecto clã miles ne sentiat. Hic ponitur pro detrabo. In passiua. Hiero.ad Helio. Ubi quies non est: ibi mens a ꝓposito sepe deducitur.i.reuocatur siue remouetur. Idẽ in Paulo. Nec tñ accepto itinere deducebał. Lact.lib.iiij. ꝓ deriuare seu descẽdere posuit. Diximus nomen religionis a vinculo pietatis esse deductum: ꝙ hominem sibi deus religauerit. Cicero. Terentie. Neq̃ legis improbissima pena deductus est quo minus hospitij et amicicie ius officiumq̃ prestaret. Hinc deductus pro deterritus sumił: et ablatiuus pena agens est: licet sine prepositione sit. Ad hoc fit interdũ et in alijs. Aliquando sine ipso ablatiuo separatiuo et cum accusatiuo mediante prepositione ponitur pro delabi: vt apud Lactan.libro.ij. Homines autem ipsos ad tantam cecitatẽ esse deductos vt viuo ac vero deo mortuos ꝑferant. Proprie in significatione sua cum accõ mediante prepositione Cesar in primo cõmentariorum. Cesar vna estate duobus maximis bellis confectis maturius paulo q̃ tẽpus postulabat in hyberna in sequanos exercitũ deduxit. Virg.li.ge. ꝓ diuertere sine ablcõ et accõ posuit. Riuos deducere nulla Religio vetuit. Sumitur et deducere pro in tenuitatem ducere. Pomp. Vocẽ deducas oportet vt mulieris videantur verba: quare et pro subtili et nihil subrusticũ ꝓferre ponitur. Hora. Cũ lamentamur non apparere labores nostros ⁊ tenui deducta poemata filo. Vir. etiã deductũ carmen significatissime dixit ꝙ q̃si filum de inuentione deducatur. Tractum a lana que purgatur ⁊ in fila trahitur. Inde etiam pro imminuere et detrahere: ⁊ deductio pro imminutione: vt inquit Asco. Interdũ pro mouere. Salu. Arma deponere presidia de locis deducere. Interdum pro officiũ vel honoris gratia alicui comitatum prestare: et fit fere cum pompa quadam: et sepe cũ multo populo. Ambro. Deduximus fratres hostiam viuam dominũ et fratrem meum Satyrum Hiero.ad Julianũ: ꝙ sanctissimam coniugem tuam non quasi mortuam: sed quasi proficiscentem deduxeris. Liui. Frequentes eum deduxerunt domum. Cuius contrarium est reducere. Cicero in Cato. Hec enim ipsa honorabilia que videntur leuia atq̃ communia salutaria: appeti: decedi: assurgi: deduci: reduci: consuli. Comitari est minorum tam paucorum q̃ multorum. Virg. Ipse vno graditur comitatus achate. Et magna comitante caterua. Assectari fere quasi per vrbes: vt fit cum quis amicicia vel propinquitate vł discendi studio: vel alicuius commodi assequẽdi gratia quempiam assectatur: quasi iuxta illum preeuntem sectatur: vti puer herum: filius patrem: discipuli ꝑceptorẽ: clientes patronum. Cicero lib.de ora. Cunq̃ maior natu et consularis Sergius Galba assectaretur. Est et ꝑsequor quod est quasi deduco: sed in itinere cum quẽpiam aliquantum longe comitamur. Liui.li.ij. Decedentẽ domũ cũ fauore ⁊ laudibus ꝓsequuti sunt. Hiero. Quo gemitu te abeuntẽ ꝓsecutus sim: iste quoq̃ littere testes sunt.

Deerrare est de via siue ratione declinare. Cicero. Si transitionibus nullis vtemur: et si non deerrabimꝰ a proposito.

Defamo as.penul. produ. fama priuo: sicut diffamo. Gel. Ut vocabula eorũ quoq̃ defamata atq̃ deformia cum ipsis viderentur. Sed ex greco omnino veniunt. φημαι και φημη.

Defeco cum diphtongo: significat a fece purgo: quasi fecẽ detraho. Pli.lib.xviij. Per brumã vitem ne colito: vina tñ defecari etiã diffundi Higinius suadet. Unde oĩa pura inturbata ⁊ sine sordibus ac vinũ sine fecibus defecata dicuntur. Plaut.in Aul. Nũc defecato demũ animo egredior domo .i.ab angore purgato. Proprie Col.li.vltimo. Et defecatũ vinũ in amphoras bonas adijcito.

Defendo is.di.sum.ex de ⁊ fendo. Uñ ⁊ offẽdo: q̃uis fendo non reperiał: significat tueor. Lact. Qui sepe etiam malas copiose defendisti causas. Duobꝰ autẽ modis ab aliquo defendi dicimur: vel cum ille nos defendit: vel cũ ipsi defendimꝰ nos vel alius defendit nos ab illo tanq̃ iniuriã inferente vt si nobis aduersentur iudices ⁊ Cicero tueatur. Recte dicemus defendi nos a iudicibus nõ ꝙ illi nos defendãt: sed ꝙ presidio Ciceronis ab illorũ iniuria defendamur. Differt tñ defendere a propugnare: quia defensio ẽ quoquo modo fiat: propugnatio non nisi per contẽtionẽ. Rursus defendere ẽ auertere depellere. Gel. Q. Claudiꝰ hostes defendebat a pinnis facillime. Cicero lib.iij.offici. Etenim si quis nõ defendit iniuriam: neq̃ propulsat a suis cum potest: iniuste facit. Hoc aũt fit ex vi prepositionis de: que duplicẽ facit significationẽ. Cum enim tueor significat tunc de auget. Quando vero prohibeo protectionis detractionem ⁊ negationẽ facit. Dicimꝰ autẽ Defende frigus tibi: ⁊ defendo te a frigore. Virgł. Solstitiũ pecori defendite iam venit estas. Et alibi. Hic ego dũ teneras defendo a frigore myrtos.

Defensito as.frequentatiuũ est. Cice.li.j.offi: Si igił non poterit siue causas defensitare: siue populũ cõcionibus tenere: siue bella gerere: illa tñ prestare debebit: que erãt in ipsius potestate.

Defero penul.cor.affero. Vir. li.iiij. Celeris mãdata per auras detulit. Aliquãdo denuncio. Cice. Ruf. Scito contubernales duntaxat meos delatos esse. Idem Sulpitio. Eiq̃ nec opinanti voluntatẽ tuam per litteras detulisse. Aliquãdo in accusationem defero. Uñ delator occultꝰ accusator calũniator. Sue. in Dom. Princeps q̃ delatores non castigat: irritat Aliq̃ñ prodo qđ celatũ est. Hier. Sed forte cõquesta me delatorẽ: ꝙ te ꝓdiderim clamabis. Pertinet etiam ad dignitatem ⁊ honorẽ ⁊ venerationẽ ⁊ officium variisq̃ modis ponitur: ac cõstruił. Ad dignitatẽ. Liui.libro.j. Omnes nume pompilio regnũ deferendũ decernũt.i. offerendũ atq̃ tradendũ. Ci. Octauio. Que tibi nõ antequã postulares maiora q̃ velles plura q̃ saperes detulit senatus: Ad venerationẽ ⁊ officiũ. Amb. Mouerit deferre senioribꝰ .i. venerationẽ exhibere/inseruire et subuenire. Aliq̃ñ deferre est tribuere. Hier.ad nepo. Honorent clericos: et ipsi a clericis: q̃si episcopis honor deferał. Scitũ est illud oratoris Domitij. Cur ego inquit te habeã vt principẽ: cũ tu me non habeas vt senatorẽ Habeo hic Honoro seu accipio significat. Alias ꝓ

loco. Cice. Treba. Uniuersum studiū meum ⁊ beni/
uolentiā ad te defero.i.tibi attribuo. Nauis in por/
tum delata est.i.deuecta. Hic delatus est lectica.i.
deportatus. Ille detulit argentū.i. de loco tulit. Et
diuinos honores parentibus detulerunt: id ē dede/
runt:seu celebrauerunt.

Deferuescere significat decrescere. Cice.lib.iiij.tuscu.
Aut rogandi orandiq́ sunt vt si quam habent vlcis/
cendi vim: differant in tempus dum deferuescat ira.
Deferuescere aūt certe significat ardorē animi inui/
ta ratione excitatum. Ex quo illud laudatur Architē
qui cum villico factus esset iratior: quo te modo inqt
accepissem ni iratus essem? Sed hoc pertranslatio/
nem quasi ira sit ignis quidā animū incendens. Col.
proprie deferuescere pro refrigerari posuit lib.ij.de
fęno loquēs. Prudentes agricolę q̄uis iam illatum
tecto nō ante cōponūt: q̄ p paucos dies temere con
gestū in se cōcoqui ⁊ deferuescere patiant.

Deficio is.ex de ⁊ facio construit cum datiuo ⁊ signi/
ficat deesse vel non sufficere. Cicero in Uer.acti.iij.
Uererer ne mihi crimina non suppeterēt: ne oratio
deesset: ne vox viresq́ deficerent. Idem Ser. Sul.
Sed opprimor interdū ⁊ vix resisto dolori: q̄ ea mi
hi solatia deficiunt: quę ceteris quorum mihi exem/
pla propono: simili in fortuna nō defuerunt. Et mo/
re suo hic fecit Cicero vt per desum deficio exposue
rit. Hinc defectus p priuatione deducit. Legimus
etiam deficere absolute positum p deesse. Hircius
Quare neq́ tāti sum animi: vt sine spe castra oppu/
gnanda censeam: neq́ tanti timoris: vt ipse deficiam.
Aliter alibi dixit. Martius rufus questor in castris
relictus a Curione cohortatus suos ne animo defici
ant.i.terreantur: et animus desit. Inuenitur etiā cū
accusatiuo pro derelinquere positū q̄q̄ in sensu idē
sit cum deesse. Cice. Prudētia nunq̄ deficit oratorē.
Cęsar. Frustra meę vitę subuenire conamini: quē iā
sanguis viresq́ deficiunt. Sal.in Iug. desero vsus
est in similibus. Sed de studijs partium deq́ omni/
bus ciuitatis moribus si sigillatim atq́ pro magni/
tudine parem disserere tempus q̄ res maturius me
deseret. Accomodat huiusmodi nominatiuꝰ rebus
inanimatis vt Dies me deficiet: vox te deficit: et ora
tio illum deficit. Lact.lib.ij. Non eni verendum est
ne te in tam bona causa deficiat oratio: qui sępe etiā
malas copiose ac fortiter defēdisti. Cęsar.li.ij. Ipsos
res frumentaria deficere cepit. Si quis tamē in his
datiuo pro actō vtat: non culpandus erit. Frequen
tius tamen cum actō vsurpatur. Et notanter dixi re/
bus inanimatis accōmodari in hac significatione q̄r
non recte dixeris vxor vel res me deficit: sed a me de
fecit. Item deficere cum actō significat non suggere
re. Uir. Cū iam glandes atq́ arbuta sacrę deficerēt
syluę.i.non suggererēt glandes atq́ arbuta. Inter/
dum absolute ponitur p finiri desinere defecisci vt
hic prę merore defecit. Martianus. Tum demū id
agere consilium erat cum vita defecit. Aug.cum infi
nito posuit in quodam sermone. Nunquid deꝰ defe
cerat pascere seruū suū. Heliā? Nōne illi cui deerāt
homines alites ministrabant. Construitur quādoq́
cū ablatiuo sine prępositione et sic sumitur p carere
siue priuari. Col.li.iij.de vite loquēs. Cum transtu/
lerꝭ inquit de humido in aridū locū vide ne pristino
alimento deficiat. Idē Cōmode fluunt: nec deficiūt
macro solo. Et li.iij.passiuo vsus est. Iugatū quadā
parte deficitur: quadā superat. Et li.viij. Qui si me/
moria deficitur quo minus agnosat cuiusq́ proge/
niem pice liquida eādē notā scrofę ⁊ porcis innotat
Capit ⁊ pro dissentire recedere seu rebellare: ⁊ tunc
ablō iungitur cū prępositione. Sal.in Iug. Quod
oppidum primum omnium post malam pugnā ab
rege defecerat. Deficere.n.dicuntur qui ab ijs quorū
sub imperio sūt desiscūt: et in hostiū numerū se confe
runt. Cice.in Lel. Difficile est amiciciam manere si
a virtute defeceris. Liui.li.ij. Eodē anno duę colo/
nię pometia et chora ad auruncos deficiūt. Sub in/
telligit eni a Romanis deficiūt transeūtes ad aurū/
cos. Inde defectores qui transeunt de vno exercitu
ad aliū. Defectio recessus: vel militū ab imperatore
vel ciuitatꝭ a dn̄o qui dicunt deficere cū ab eorū gu/
bernatione discedūt. Nōnunq̄ accipit pro diminui
debilitari ⁊ viribus exhauriri. Ply. Genus vini qđ
bion vocamus prodest stomacho dissoluto pregnā/
tibusq́ ⁊ defectꝭ. Mar. Dulcia defecta modulatur
carmina lingua. Cantator cygnus funeris ipse sui.

Defectus a.um. participium a defio vel deficio ha/
bet significationē actiuā in voce passiua. Col. Dili/
gentis patrisfamilias est primā quāq́ arborē senio
defectam tollere: id est quę defecit. Quintil. lib. iij.
vt si obsessi ⁊ impares ⁊ aqua ciboq́ defecti de faci/
enda ad hostem deditione deliberēt: id ē qui defece/
runt. Hinc fit comparatiuū defectior ⁊ superlatiuū
defectissimus. Col.in prefa. Sz siue fundū locuples
mercatus est e turba pedisequorū lecticariorumq́
defectissimū annis ⁊ viribus in agrū relegat ⁊c. De
fectus us.nomen significat penuriam non vitiū aut
culpam: aut morbū: vt defectu ciborū dedimus nos
hostibus. Liui.li.iiij. Defectus alibi aquarum circa
torridos fontes riuosq́ stragē siti pecorū morienti/
um dedit. Interdū defectus dicit diminutio. Gel.
li.ij. Sed de lunę motibus solisq́ defectibus. Ply.
li.j. Defectus autē suos ⁊ solis rem in tota cōtempla/
tione naturę maxime miram ⁊ ostento similē. Defe/
ctus animi: siue defectus animę vt Celso moris est
loqui lipothymia ⁊ liposychia grece dicitur a nostrꝭ
etiam animi deliquium: et verba linqui animo ⁊ in/
termori et deficere ⁊ extinctę animę species prębere
quos pli.et defectos animo q̄q́ appellat. Defectata
vero corpora ⁊ defecti sunt quos greci παρε Ιουσ
quasi resolutos dicūt: et resolutionem ipsam παρε/
σιν λεγουσι.

Defectio recessio siue rebellio. Liui.lib.j. Ob residu/
as bellorum iras maxime sollicitati ad defectionem
voluntarios traxere. Cic.li.iiij. Tus. Omnium aūt
perturbationum fontem esse dicunt intemperantiā:
q̄ est a tota mēte a recta rōne defectio. Aliq̄n dr di/
minutio ⁊ decretio. Idē in Cato. Quoniā delecta/
bant ad defectiones solis et lunę: multo nobis antē
prędicere. Sunt et defectiones mulierū a conceptu
quod genus etiā malaciā pregnātibꝰ vocare. Plin.
solet. Est eni malicia in stomacho debilitas ⁊ in ma/
ri malicia p tranquillitate capitur.

Defectiuus a.um.quod est mancum. Cicero lib.j.offi.
Est. n.cognitio contemplatioq́ naturę manca: id ē
defectiua quodā modo.

Defetiscor eris. defessus inquit Pris. compositum a
fatiscor fessus: quod quidā a Fateor deriuari volūt.
Sed Diomedi assentiendū puto qui ait. Fessus ap/
pellatio est: postea sequitur. Differt aūt fatigatus a
fesso q̄ fatigatus dicitur cum quis per aliū labora/
re compellitur: vt lassatus. Fessus vero cum quis la
bore deficit vt lassus. Fessus igit nomen est nō par/
ticipiū: q̄r sicut lassus nō est participiū ita nec fessus
qđ eorū significatio quasi eadē plane ostendit: quam
verius docuit ex quo ostendit nō esse idē fessus ⁊ fa/
tigatꝰ: igitur neq́ a fatiscor fessus: neq́ a defetiscor
defessus: quia fessus nomē est: et eius compositū est
defessus: ipsaq́ verba supinis atq́ prętеritis carere
existimo: quēadmodū ⁊ fatisco. Et quoniā fatisco in
vsu est: nimirum fatiscor obsoleuit: cōpositum tamē
defetiscor remansit et in eadē pene significatione su/

mitur qua fatisco quod deficio significat: defetiscor. vero ceiso: siue deficio. Et sic duo verba nobis relicta sunt. Alterum neutrum simplex: ꝛ alterum deponens compositum. De fatisco Col. lib. ij. Sed omni solo quod ꝓdictorum leguminum segetibus fatiscit vna p̄sens medicina est: vt stercore adiuues ꝛ absumptas vires hoc velut pabulo refoueas. Virg. lib. j. Ge. Neu puluere victa fatiscat. De defetiscor. Ter. in Pho. Istec res mihi sollicitudini est: neq̃ defetiscar vnq̃ ego experirier donec tibi id quod pollicitus sū effecero De defessus. Idē in adel. Defessus sum ambulando. Eius contrariū Indefessus. Clau. li. iij. Accingar lustrare diem per deuia rerum. Indefessa ferar nulla cessabitur hora. Non requies non somnus erit dum pignus ademptū Inueniā.

Defigo is. pe. pro. deorsum figo. Aliquando etiā defigi pro defatigari ponit̄ ac viribus attonitorū modo linqui: vt apud ply. li. vij. Defigat̄ postremo expiret.

Definio is. penul. ꝓ. t̄mino decerno ꝛ quasi finem do. Diffinio vero descerno quasi dispertiēdo distinguo. Unde diffinitio vocata est qua in disputando vti solemꝰ. Et ē oratio: q̄ id qđ diffinit̄ explicat q̄d sit. Est. n. coacte in se atq̃ cōplicate rei implicatio: veluti cū dicimus Hō ē animal rōnale ꝛ mortale. Explicat enim diffinitio id qđ breuiter ꝛ anguste designabat̄.

Defioculus dicitur qui ē captus vno oculo: quē luscū alio noīe vocitamus.

Defit deest: cum datiuo construit̄. Ter. in Ecy. Nihil apud me tibi defieri patiar quin quod opus sit benigne p̄beatur. Vir. Lac mihi non ęstate nouum nec frigore defit Prisci. hoc loco ait. Deficio autē loco passiui defio facit ꝛ inde defectus.

Deflagro as. penul. pro. vehementer comburor. Ideo cū ablt̄ō cōstruit̄. Ci. li. iij. offi. Ictu fulminis defla/

Deflecto is. deorsum flecto. Col. li. iij. Cum (grauit. iam satis ampliū incrementū susceperit: ramū oliuę duflecte ꝛ ad crus arboris ficulnee religa. Cice. li. iij. offi. ꝓ declino per translationē posuit. Hoc aūt de q̄ nūc agimus idipsum est qđ vtile in quo verbo lapsa consuetudo de via deflexit.

Deflaco as. attero. Tractum a vestibus siue a flacco vt ait Nonius.

Deflorere est sine floribus esse: quod fit cum flores decidunt. Unde ꝛ deflorescere qđ est sine floribus fieri. Plyn. li. xvij. Pessimū est inter omnia cum deflorescentem vitem ꝛ oleam percutit imber: quoniā simul defluit fructus. Ci. ad Herē. per trāslationē. Formę dignitas aut morbo deflorescit: aut vetustate. Eiusdem significantię est Effloreo vt est in p̄s. Dies eius tanq̃ flos agri sic efflorebit. Aliquādo etiā Deflorere est flores emittere. Colu. li. ij. Et cum totā spicam edidit: octo diebus deflorescit: ac deinde grandescit diebus. xl. quibus post florem ad maturitatem deuenit. Sic efflorescere est valde floridum fieri. Cicero in Lel. Quę tn̄ efflorescat amicitia etiā si tu minus eam secutus sis.

Defluere deorsum fluere ꝛ ꝓprie de fluminibus dicit̄ Per translationē significat decurrere: delabi. Cice. in Lel. Ad leues amicitias defluxit oratio. Sal. in Iug. Ubi per socordiam vires tempus ingeniū defluxere. Quod est quasi cecidere ꝛ periere. Lactan. li. iij. pro in nihilum redigere posuit Nauis sine gubernatore abit pessum ꝛ corpꝰ relictū ab anima defluit. Quandoq̃ ponitur pro valde fluere abundare. Amb. Peccator cuius foris abundet ꝛ delicijs fluat odoribus fragret: in amaritudine animę suę vitā exigit. Quādoq̃ ꝓ subtus fluere. Virg. li. iij. Georg. Udisq̃ aries in gurgite villis mersat̄: missusq̃ secūdo defluit amni. Defluere etiā dicit̄ quod ętate morbo ve soluitur. Unde defluere capillus dicit̄. Et qui ita defluit: dicit̄ defluus. Et defluuiū capillorū fluxus.

Defluxus idem quod defluuium.

Defluus a. um. qđ decidit aut decidere solet. Ply. lib. xx. Hippocrates capillos mulierum defluos fricari raphanis iubet. Am. improprie. Alliga sensum tuū non sit remissus ac defluus.

Defluuium ipse decidendi actus. Plyn. Sed defluuia comarū facere dicitur.

Defodio is. penul. cor. sepelio obruo. Liui. Fuerātq̃ defossi annis quindecim supra quingentos ꝛ durauerant. s. libri. Plau. in prolo. aul. Domi suę defossam multis cū opibus aulā inuenit. Col. vero lib. viij. ꝓ fodiendo facio posuit cum dixit. Confestim scrobem defodiamus in limine stabuli ꝛ viuam pecudem quę sit pustulosa resupinam obruamus. Et Defodere est infra siue deorsum fodere. Idem lib. xj. Pastinatur terreni iugerum: ita vt solum in altitudinem trium pedum defodiatur.

Defętus a. um. ꝑ ę diph. idem qđ destitutus sicut effętus fętu destitutus. Ouid. in Ibin. Sic quoq̃ quod ratum est solito defęta fauore Fortunę facies inuidiosa tuę. Hinc Defętissimus. Col. Sed siue fundum locuples mercatus est e turba pedissequorū lectariorūq̃ defętissimūq̃ annis ꝛ viribus in agrū relegat.

Deforme: turpe: quasi seorsum a forma a quo Deformitas ꝛ deformo as. qđ est a forma sua deijcio. De quo in dictione Formo.

Deformicatū. Vide in dictione formicatio.

Defrico as. penul. cor. valde frico. Col. li. ij. Totumq̃ Deorū suppellatū sale defricato.

Defrigo is. xi. Vide in dictione decoquo.

Defringo deorsum vl̄ valde frango: siue decerpo: decido. Col. lib. vj. Plerūq̃ fit: vt aut crure aut cornibus boum ramuli vitium defringant̄. Virg. Aut summas defringe ex arbore plantas.

Defraudare per fraudē aliquid decerpere vel fructum diminuere aut priuare vt ē illud. Qui sophistice loquitur odibilis est: in omni re defraudabit̄. Defraudare vero geniū ē interrumpere voluptatē.

Defrugo as. penul. ꝓ. omnē fructū exhaurio. Defrugare segetem videtur qui vel nimia fętura exinanit agros: vel ꝑ inscitiam aut negligentiā perdit lacessit ve fruges omnino cū vel festinata sem̄ētis ē: vl̄ serotina p̄ep̄roperéq̃ aut p̄ep̄ostere q̄d agit̄: defrugari segetem contingit. Plyn. li. xviij. Oraculū illud magnopere custodiēdū segetē ne defruges. Col. Cōstat segetē nimia defrugatione exinaniri.

Defrutum a deferuendo vt inquit Palladius vinum decoctū Plynio auctore vsq̃ ad mediā partē. Sappa vero a sapiditate: mustū est ad tertiā partē decoctū. At Col. aliter. Mustū inquit q̄dulcissimū decoquit̄ ad tertias: et decoctū sicut supra dixi defrutum vocat̄. Sic Nonius. Sappa quod nunc mellatium mustū ad mediā partē decoctū defrutū si ex duabus partibus ad tertiā redigatur.

Defrutare mustū decoquere vt inde defrutū fiat. Col. li. ij. Sȝ defrutū quoq̃ ꝛ defrutare vinū licet. Hinc Defrutarius a. um. vt vasa defrutaria apud Col. dicuntur: quę sunt ad defrutum idonea.

Defugere: recusare: in totum fugere. Lact. lib. v. Non defugi hūc laborē vt implerē materiā quā Cyprianꝰ non est executus.

Defundo deorsum fundo. Cato de re rusti. Aquā defundito non omnē eo addito oleum.

Defungor eris. Vide in dictione fungor.

Degener penul. cor. qui maiorū suorum moribus nō respondet. Ponit̄ q̄nq̃ ꝓ ignobili: et vili. Vir. Degeneres animos timor arguit. Est autē gene. oīs. In ablt̄ō degenere vel degeneri. Luc. Si me degeneri strauissent fata sub hoste. Degenerare qđ ē a genere

descissere. Hiero. ad Dama. Hic obruta sulcis frumẽta in lolium auenamq́ degenerant. Virg. lib. ij. Ge. Pomaq́ degenerant succos oblita priores. i. deteriorant in sapore. Proper. Dij mihi sunt testes nõ degenerasse propinqs. Dicimus aũt degenerare tam a malo q̃ a bono. Liui. li. ix. Ne degeneraueris a familia imperiosissima ⁊ superbissima.

Dego is. Ex de et ago: sed abijcitur a. preteritum facit degi supinũ dactum ẽm analogiã: sed nusq̃ legi neutrum est sed in tertia persona passiue eo vti possum⁹. Et quandoq́ absolute: quãdoq́ cũ actõ significatq́ deduco: siue ad finem vsq́ duco ⁊ ago. Lactã. lib. v. Quo rectius vita degaẽ nõ est necesse oĩa circuire. Itẽ degere est viuere. Idẽ in eodẽ. Idcirco eum voluit sub aliena ditione atq́ imperio degere: ne rerũ prosperitate corruptus in luxuriam laberetur. Item expellere detrahere. Plau. in aul. Nunc ego istũ sorori laborẽ degam et diminuam. Idem in Epi. Degitur corium de tergo meo.

Degrũmari significat a grũma mẽsura dirigere Lucil. Viãq́ degrũmaris vt in castris mẽsor fecit olim.

Degulo as: pe. cor. gule trado. Plau. Postq̃ degulato patrimonio pauper est factus.

Dehabeo es. Vide in dictione debeo.

Dehinc dequi in ancl. Teren. in An. Dehinc vt quiescant porro moneo. Item significat appresso vt sit aduerbum ordinis Sal. Imprimis arduũ videtur res gestas scribere: primũ ꝙ facta dictis exequanda sunt dehinc quia plerique delicta que tu reprenderis maliuolentia atq́ inuidia putant esse dicta.

Dehonesto as: contrariũ verbi honesto qđ significat honore afficio. Aug. lib. v. con. Quid nocuerunt tibi in quo imperiũ tuũ dehonestauerunt.

Dehonestamentũ cicatrix est vultum hominis dedecorans: aut oculi effossio. Gel. lib. ij. Quo dehonestamento corporis maxime letabatur.

Dehiscere valde hiscere: siue deorsum pessumq́ aperiri. Hic em̃ auget Pli. li. ix. Ac⁹ siue belone vn⁹ pisciũ dehiscẽte ꝓpter multitudinẽ vtero parit. i. se aperiẽte.

Deiero as: penul. cor. valde vel sancte seu libere iuro. Hiero. li. Re. Et addidit Ionathas deierare Dauid eo ꝙ diligeret eũ. Gel. lib. j. Nam cum amicus eum rogaret vt ꝓ re causaq́ eius filiũ deieraret: his ad eũ verbis vsus est.

Deiurus pe. pro. qui sancte ac valde iurat. Deiuriũ sanctũ iusiurãdũ. Gel. Octo ad hostes redire voluerũt ꝙ deiurio vincti forent duo reliqui rome mãserunt.

Deijcio is: pe. cor. deorsum iacio vel deorsum mitto. Plau. in Asi. Iussin colũnis deijci operas aranearũ. Virgi. Toto genitrix que plurima celo deijcit in terras. Liuius lib. ij. pro iaciendo defigo posuit. Dum intentus in eũ rex totus aduerteret: alter elatã securim in caput deiecit. Per translationem ponitur pro auerto. Cice. in phil. Nec vero vsq̃ nec a repu. oculos deijciebã. Itẽ pro depellere vt apud eundẽ. Si me edilitate deiecisset. Ab hoc verbo fit Deiectus us. pro deiectione.

Dein ex de ⁊ in. sumitur pro deinde. Exin pro exinde. proin proinde subin subinde. Et hec habent accentũ in prima. Significatq́ deinde postea.

Deinceps proprie significat gradatim per ordinẽ siue per vices siue quod dicere solemus: vnum post aliũ. Liuius lib. j. Ita duo deinceps reges alius alia via ille bello: hic pace ciuitatem auxerunt. Cice. Thermo. Si tamen tres fratres summo loco natos promptos non indisertos quos video deinceps tribunos ple. per triẽniũ fore te nolo habere iratos. Col. li. vj. Quod quomodo ⁊ qualis generis faciendum sit: nõ pigebit deinceps precipere. i. per ordinem. Interdũ sumiẽ pro deinde siue postea. Hiero. Versa est ⁊ ipsa sine coitu in matrem: vt nõ sit iam admodum quod fuerat: sed purpura verissima ad indumentũ ⁊ gloriam summi regis diuinitus aptissime dedicata: vt nulli deinceps ea vti vsu femineo licuerit nisi deo. Interdũ significat preterea. Liui. Extemplo cõcilio scelera in se fratris originem nepotum vt geniti: vt educati: vt cogniti cedẽ deinceps tyranni seq́ eius auctorem ostendit.

Deinsuper penul. cor. significat desuper. Sal. lib. j. hi. Ad mediũ dein sup astantiũ manib⁹ in murũ attoliẽ.

Deintegro penulti. cor. significat totum denuo siue a principio ad finẽ. Teren. in An. Post hac q̃s faciet de integro comedias.

deintegro as. penul. cor. diminuo.

Dephebus penul. cor. nomẽ filij Priami ex Hecuba. Deiphebe vero nympha fuit Glauci filia. Virgi. Deiphebe glauci fatur que talia regi.

Deiphylus pen. cor. fuit Steneli filius Capanei in bello amicissimus. Deiphile nomẽ Adrasti regis filie ⁊ Tydei vxoris matris Diomedis.

Deiopea siue deiopeia nympha. λεγεσθαι οιωισ ωσ οτι δηι οσιγεσθι εφιμερον τον ερωτα εφινηικαι οπου φωνην. Ita vt ab hac ꝓprietate nominarit ventorũ flatibus cõuenitẽte.

Deiugo as. penul. cor. disiũgo: cui contrariũ ẽ cõiũgo.

Delabor pen. pro. demittor. Liui. lib. j. Celo repente delapsus. Quãdoq́ cõsumor ⁊ ad nihilum redigor. Ci. lib. ij. offi. Habenda ẽ aũt ratio rei familiaris: quã quidẽ delabi sinere flagitiosũ ẽ. Quãdoq́ Decido. Virgl. Serta procul tantũ capiti delapsa iacebant. i. que deciderant.

Delachrymare est lachrymas vel aquã more lachrymantis demittere. Col. lib. v. de vite loquẽs ait. Vt interdũ potius deuexa q̃ in germine delachrymet.

Delanico as. penul. cor. discindo: et quasi lanã traho. Vñ lanius qui pecus discindit.

Delapidata dicunẽ lapide strata quales sũt vie apud Bergomum.

Delasso as. valde lasso. Plau. in Asi. Eum etiam hominẽ in senatu dare operã aut clientibus ibi labore delassatũ totã noctẽ stertere.

Delecto et oblecto frequentatiua sunt et composita a Lacio is. Delecto. n. a delicio ⁊ oblecto ab oblicio quod ex de ⁊ lacio componitur. Vnde fit lacto as. Delecto sepius in tertia persona auctores vtuntur. Cic. Ruso. Itaq́ me ⁊ superiores littere tue admodũ delectauerũt: quibus expectatũ meũ aduentũ abs te amanter videbam. Et habet nihilominus in se significationem actiuã quãdoq́ etiam passiuã: eodemq́ modo cõstruiẽ quẽadmodũ oblecto. Idẽ Peto. Plures iam pauones cõfeci q̃ tu pullos colũbinos: tu te isthic atheniano iure delectato ego me hic hirciano. Oblecto vero plerũq́ in se significationẽ passiuam habet q̃uis ⁊ actiuam. Et q̃uis passiuam habeat tamẽ regit accusatiuũ non alterius persone aut rei q̃ eius qui se oblectat. Et vltra accusatiuum ablatiuũ postulat. Ex quo passiua eius significatio monstraẽ. Ter. in Eu. Ne speres me te oblectes. Quo itẽ modo delecto sumiẽ ex superiore Cicerõis auctoritate. Idem in actiua significatione sumpsit cũ in Catone ait. Quas si exequi nescirẽ tamẽ me lectulus me⁹ oblectaret: qđ est q̃si delectaret. Et pro Archia. Adolescentiã agunt: senectutẽ oblectant. s. littere. Quandoq́ cum ablatiuo mediante in. Ex hoc vt ostendaẽ maior vis delectationis. Ter. in Adel. In eo me oblecto: solũ id est charum mihi vt sit quasi in eo cõsisto tanq̃ in delectatiõe mea precipua. Si enim dixisset eo me oblecto hoc ad partem quandã pertineret oblectationis: quã de illo non in illo sumit. Sic. Lact. lib. ij. inquit illos non disputare vt doceant sed vt se

oblectent in ocio. Et fit oblecto ab oblicio: sicut a delicio delecto. Et sicut a delecto fit delectatio delectamen et delectamentū: sic ab oblectatio oblectamen ⁊ oblectamentū. Delectare vero proprie significat attrahere ducere. Ennius. Et me apollo ipe delectat adducat Delphicus. Quadrigari⁹. Fabius de nocte cepit hostium castra oppugnare: hostem delectare. Et quoniam que grata ac iucunda sunt nos attrahere solent: factum est vt delectare sit gratum esse ac iucunditate afficere. Legimus etiā delector quod quidam deponens putauerunt: sed magis passiuum est licet non habeat ablatiuum cum prepositione. Col. lib. j. Iucundus vtiq; viro si etiam matrona comitatur cuius vt sexus: ita animus est delicatior amenitate aliqua delectanda erit quo patientius moretur cū viro. Quod in aliis etiam verbis fieri solet: vt desiderium tenet me: ego teneor desiderio. Sic oblector ⁊ huiusmodi que significationē passiuam innatam habent. Lact. lib. ij. Auro ⁊ gemmis ⁊ ebore delectant. Idem. Oblectatur friuolis et specie simulachrorum capitur. Ci. Celio. In cōmunibus miseriis hac tantū oblectabar specula. Differunt tamen delector ⁊ oblector a delecto ⁊ oblecto: quāuis eandē significationē passiuam innatam habeant: q; hec accusatiuum eiusdem persone extrinsecus volunt cū ablatiuo sine prepositione: vt delecto siue oblecto me hac re. Illa vero sine accusatiuo ipsius persone cum ablatiuo tantum eius quo delectamur: vt delector siue oblector tua consuetudine.

Delectatio inquit Ci. lib. iiij. Tus. est voluptas suauitate auditus animū deliniens: et qualis est hec aurium tales sunt oculorum ⁊ tactuum et odorationū ⁊ saporum que sunt oēs vnius generis ad ꝑfundēdū animū tanq; ille que facte voluptates. Scdm hāc diffinitionem delectatio a delecto est. Item oblectatio est ab oblecto cū actiue significatiōis sūt. Cū vero delectatio aut oblectatio sumit ꝓ voluptate eius qui eiusmodi que dicta sunt a Cicerone: aut aliis delectatur siue oblectatur: tunc a delector oblector ve erit quāuis a delecto vl' oblecto i passiua significatiōe etiā sumi possint

Deliciū in singulari ⁊ delicie in plurali oblectamentū oblectamenta ve: que nobis voluptati sunt a delicio quod ex de ⁊ lacio componitur. Mar. Stelle delicium mei columba verona Licet audiēte dicā vicit maxime passerem catulli. Sue. Titus amore ac delicie generis hūani. Dicit etiā delicia se. genere Plau. Mea voluptas: mea delicia. Licet delicia dicat etiā genus tigni quod a culmie ad tegulas angulares infirmas versus fastigiatū collocat. Unde tectū ipsuz deliciatū: et tegule deliciares dicunt: siue colliciares.

Delicias facere sepe legitur ꝓ eo quod est ferme lasciuire ac lusitare: ⁊ se quodāmodo fastidire ac superiorem esse verbis aut gesta ostendere: qd aliter dicitur deliciari. Plaut⁹. Eia delicias facis mi Menechme quin amabo is intro. Hiero. sup canticis. Deliciabit autez non in vno solo edendi gustandiq; sensu: sed et auditu deliciabit ⁊ visu.

Delicatus a delicium fit: ⁊ idem est quod plenus deliciis: seu qui in deliciis viuere assuetus est. Et per metaphoram mollis ac tener dicitur. Col. Cultā vestitūq; familiā vtiliter magis habeat q; delicate.

Delico as penultima correpta Indico explano. Teren. Quid istuc est: aut iste vult sermo mater delica: id est explana. Veteres etiam delicare pro dedicare quandoq; dicebant.

Delego as: penultima pro. deputo preficio vt cū quēpiam mei loco officio negocio ve exequendo preficio Col. lib. iiij. Immo quis non imprudentissimū quēq; etiam eū qui nihil aliud operis facere valeat huic negocio delegat. Ci. Post delegatam mihi hanc ꝓuinciam .i. post onus mihi impositū. Hinc subdelegare dicim⁹ delegatas nobis a principe causas: alteri cognoscendas iniūgere. Delegare etiam significat legatos mittere. Liui. Decernunt: vt duodecim delegarentur ad regem. Veteres delegare ꝓ discedere et dispertire posuerūt. Plau. in Am. Sicubi fautores delegatos viderit. Et delegata dixerūt diis consecrata: que nūc dedicata dicimus.

Deleo es. eui. etum. ex de et leo: vt inquit Prisci. Unū letum significat destruo: et refertur ad lineam ⁊ ad notam. Tractū a tabella geometrica nā ibi scribunt seu lineas faciunt: quas postea delent vt alie super fiant. Aliquādo est in totū leuare ⁊ remouere. Ter. Delebo oēs dehinc ex animo mulieres. Diom. vero. Deleor delitus et deletus. Var. Delite littere. Qd tamē a delino esse potest.

Deletile penul. cor. quod delet. Var. Si displicet tibi tam magnum sumam spongiam deletilē. Interdū deletile seu deletitium est deletum: vt cartha deletilis seu deletitia: que abrasis prioribus litteris rescribit. Alio noie palimpsestus vocatur.

Delebile qd deleri potest. Cui⁹ cōtrariū ē indelebile.

Deligo as. penul. cor. deorsum vl' valde ligo. Liui. li. ij. Stabāt deligati ad palū nobilissimi iuuenes. Col. lib. vj. Si tradux traducem non cōtingit media virga inter eas deligetur.

Deligo is. penul. cor. de magis idoneis aliquem lego ad aliquid agendū: vt populus delegit imperatorē ad bella. et imperator milites ad arma. Plau. Continuo delegit viros amphitrio primorū princeps eos legat telebois hostib⁹. Unde delectus militū dicit. Eligere est de quouis nūero ⁊ quauis multitudine electionē facere ad emolumentū vel dignitatem: vt q; optimam sibi mansionē elegit. Hinc electio ⁊ elegantia ⁊ postulat duplicem accusatiuū: sed vltimū cū in: vt cardinales elegerūt Alexandrū in potificē. Cooptare dicit inter collegas aut fere pares. Cice. in Bruto. A quo in collegiū augurū fuerā cooptat⁹.

Deliberare dictū est a libella qua quid perpendit: et significat definire. Cic. in Ver. Deliberatū est .i. fixū ⁊ decretum est. Aliquādo dubitare. Ci. li. iij. off. Est eī totū sceleratū ⁊ impiū qui deliberāt vtrum id sequantur qd honestū esse videant.

Deliberatiuū gen⁹ est qd in ꝯsulatione positū habet in se suasionē ⁊ dissuasionem.

Delibro as. penul. cor. decortico. Col. li. iij. In ea nitidissimū ramū elegito ⁊ eiusdē spacij corticē circūcidito ⁊ materiā deliberato. Idem lib. v. Cortex quoq; aridus fissusq; p summa trunci dependēs deliberandus est. Est ⁊ delibro a libra deductū ⁊ compositū a libro as. cui⁹ pe. pro. de quo in dictione libro.

Delibo as. penult. pro. significat more religioso libor et osculor. Interdū violo / destruo vitio. Col. lib. ij. Neue aut cornu bos ad stipitē vehemēti⁹ offendat aut extremo iugo truncū delibet deplantetq;. Gel. lib. j. Rependit quippe ⁊ cōpensatur leue damnum delibate honestat'. i. viciate. Et delibare ē degustare sacrificare ⁊ aquam sulco deriuare. Sed cū grecum sit vide quid significet λειβω.

Delibatorium locus delibationi accōmodatus. Pli. libro. xvj. Fuit et memoria nostra in porticibus septoū a. M. Agrippa relicta eque miraculi causa que delibatorio supfuerat. xx. pedib⁹ breuior sesquipedali crassitudine.

Delibutus: vnctus. Ter. i Phor. Si te delibutū gaudio reddo. Ci. li. iij. ad Heren. pro cōspersus posuit. Aut si quā rem deformabimus turpē: vt si cruenta aut ceno oblitā: aut rubrica delibutā inducam⁹. Est autē participiū sine verbo: nec scio an cōpositū sit.

Delinquo is. fallo seu a bono deficio: pretermitto.

Plau. in Am. Ex me queris quid deliqueris. Quoniam vero pretermittere ea que preteriri peccare est delinquere ꝓ peccare ponit̃. Sed proprie delinquere: vt Aug. in psalmorum interpretatione inquit: est tanq̃ de liquido quodam defluere a stabilitate firmamenti virtutis atq; iusticie.

Deliquiũ defectus: vt deliquium solis cum sol in cursu suo deficit. Et deliquiũ animi cum animus linquitur ⁊ quis animo deficit.

Delictũ peccatũ a delinquo is ꝙ qui peccat delinquat officiũ suũ. Nam proprie delictũ est cũ non fiunt que fieri debent: peccatũ cũ fiunt que fieri nõ debẽt.

Delinio is. pe. pro. valde linio vngo seu frico. Cice. ꝑ translationẽ vsus est ad Cas. li. i. Jam est biennũ cuz virtuti nunciũ remisisti delinitus illecebris voluptatis. Et delinitus dicitur mente alienatus. Plaut. in Am. Delinitus sum ꝓfecto ita vt qui sim nesciam.

Delinimentũ oblectamentũ. Lactan. lib. vj. Vitia ꝟo quibusdã delinimẽtis naturalib⁹ illicere animos hominũ ⁊ inaniũ incũditatuz specie captos ad acerbas amaritudines miseriasq; perducere.

Delino is. pe. cor. delini deliui ⁊ deleui delitũ pe. cor. Unde delitus pro fedatus. Cice. Caluo. Tuli moleste ꝙ lr̃e delite mihi a te reddite sunt.

Delinio as. Ex de ⁊ linio quod a linea fieri certum est significat designo vt fit cum articulatim homies aut res a pictoribus initiantur. Pli. de Apelle. Arrepto carbone extincto e foculo imaginem in pariete deliniauit. Unde ⁊ liniamenta dicta sunt. Idem paulo post. Nec qui succederet operi ad prescripta liniamẽta inuentus est.

Delenio is. pe. ꝓ. ꝑmulceo ac valde placo cuius passiuum protulit. Col. lib. x. vt scire liceat aliud esse delenio: aliud delinio. Sed tñ inquit iracũdia note melioris facile delenitur assiduo interuentu eorum qui curant aluearia. Plau. in Sti. Senex castigat filias ꝙ he viros tam perseuerẽt peregrinantis pauperes ita sustinere fratres: neq; relinquere: contraq; verbis delenitur cõmodis.

Delimo as. pe. pro. deorsum seu de aliqua materia limo. Pli. Alij delimatã eris scobem aceto spargunt. Apul. delimatum posuit pro delinito. Anus inquit muneribus delimata consensit. Eiusdem significationis est Elimo. Pli. lib. xxxiiij. Alij elimataz scobẽ in fictili cado coquũt i caminis donec ꝑcoquat̃ figulinũ

Deliro as. pe. pro. a recto recedo. Trãslatio ab aratore. Nam lira est recta fossa que cõtra agros tuendos ducitur: ⁊ in quam vligo terre decurrit. Et quia rect⁹ est sulcus delirare dicuntur: qui vltra sulcum: id est a recta via declinant. Hor. Quicquid delirant reges plectunt̃ achiui. Est aũt compositũ ex de ⁊ liro quasi deorsum liro. Lirare ꝟo est agros in sulcos dirigere

Delirus pe. pro. qui a ratione discedit. Rõ eñ est via recta ꝑ quã oẽs ducunt̃. Uide in dictione lira.

Delirus pe. cor. qui insanit. Lucr. Quod facit hic idez perdelirus esse videtur. Nam contra sensus a sensibus ipse repugnat.

Deliteo es pe. cor. ex de et lateo significat deorsum latens sto. Sed nõ inueni nisi in preterito. Uir. Limosoq; lacu per noctez obscurus in vlua Delitiui. Hinc delitesco qd̃ est eo vt lateam.

Delos grece latine manifestus. Quo nomine dicta est insula in Aegeo omniũ cycladum clarissima alumna apollinis templo et mercatu: Dicta delos vt docet Arist. ꝙ cũ mersa esset subito apparuit. Nã. δηλοω ostendo significat. Hec pyrpile dicta est ab igne ibi primum reperto. A quibusdã Cynthia ab alijs Asteria: ab alijs cynetum: sed in primis ortygia quoniã in ea primum coturnices inuente sunt: quas greci ortygas vocãt. Uir. Linquimus ortygie portus. Interpres callimachi και θουκυδιδης σιμουγ ευομενον μεγαβοιλομενος εηγησασθαι φησιν οτι το σουτον ην μεγασωστεσην δηλον νησον σεισθηναι.

Delius qui est ex delo: vt appollo delius.

Deliacus a. um. eiusdem significatiõis. Unde deliaca dicta sunt vasa ex ere preciosa ab insula delo vbi fuit prima nobilitas eris. Plin. lib. xxxiiij. Antiquissima eris gloria deliaci fuit mercatus in delo cõcelebrãte toto orbe. Cic. pro Roscio. Domus chrysogoni referta vasis corinthijs ⁊ deliacis. Ex ere deliaco fiebant pedes tricliniorũ fulcraq;.

Delphi tam ꝓ oppido q̃ oppidanis plurali tantũ numero sicut Gabij Leontini Puteoli. Hinc Delphicus a. um. Uñ Delphica laurus ꝙ victores delphis ea coronarent̃. Et ẽ viridior laurus.

Delphin ⁊ delphinus genus piscis vel potius maris belua: parit catulos decimo mense interdum binos nutrit vberibus sicut balena ⁊ decem annis ad summam magnitudinẽ peruenit. Hi etiã simones dicũtur ad quod nomẽ vocati accurrere feruntur. Ferũt delphinũ non modo omnium marinorum: sed etiã terrestriũ aĩaliũ velocissimũ pene volucri equantẽ ⁊ ad puerorũ amorẽ duci solere. Lingua est his ꝯtra naturã aquatiliũ mobilis: pro voce gemitus humano similes: dorsum repandum: mulcet̃ musica arte presertim simphonie.

Delubrum locus in quo dei simulachrum dedicatum est παρα το θεου λαμβανε λεγεσθαι θασιν q̃si deũ capiẽs vel dei repositoriũ sicut candelabrũ in quo ponitur candela. Uñ Hier. super Joel posuit ꝓ templo. Uniuersa inquit donaria in delubro eius ꝯsecrarũt. Alij accipiũt delubrũ pro loco ante aras vbi aqua currit a diluẽdo. Religio. n. sacrificij apud antiquos exigebat vt ante sacrũ sacrificulus manus ablueret. Alij delubrũ dei simulachrum accipiunt a delibrato ligno ita dictũ. Ser. ait delubrũ esse quod vno tecto plurima cõplectitur numina.

Deludo is penul. pro. Uide in dictione ludo.

Delumbe adiectiuũ quo significatur non habens aliquid lumborũ. i. virtutis. In lũbis. n. virt⁹ corporis sita est. Nam de hoc loco significat non: vt sit delũbis homo effeminatus ⁊ mollis ob nimiã venerem q̃ effractis pudoris claustr? in venerẽ soluit̃. Persi. Sũma delũbe saliua h̃ natat in labris. Hinc delũbe carmẽ ꝓ lasciuo minimeq; virili. Idẽ ꝟcat Eulũbe.

Deluo is. lui. delutũ: depurgo diligenter lauo. Cato. Laserpitiũ acero deluito. Et deluere ẽ malefaciẽdo aliq̃d delere. Uar. Oborteq; interlegendũ lachryme litteras deluebant.

Deluto as. ex de ⁊ luto quod a lutum fit. Cato. Granarium totum oblinito crasso luto: postea conspergito amurca omne quod lutaueris vbi aruerit eo frumẽtũ condito nõ nocebit. Lutũ. n. a luo: Quis eius supinum nõ inuenerim: cũ tñ Col. lib. vij. supinũ ostendat dicens. Et eluta ⁊ siccata vinacea: que de lorea eximunt̃. Est autẽ delutare vsq; deorsum luto aspergere. Cato. Habitationẽ delutare terra q̃ maxime cretosa vel rubicosa.

Demando as. in totum cõmitto. Hiero. ad Sabi. Et omni ordini ꝓuidebat precipueq; ordinibus quorũ ei cura cũ Barnaba fuerat demandata.

Demmarathus nomen sparthanorũ regis q̃ ob indignationẽ ad regẽ persarũ diffugit. Alius fuit vt scribit Liuius corinthi⁹ negociator diues: q̃ ob seditiones domo profugus tyrannidẽ Cypselli fugiens in ethruriã cõmigrauit cõportat? opibus luculẽtis: q̃ a Tarquiniensibus ethrurie populis exceptus. Tarquinũ priscũ regẽ populi romani ex illustri ethrusca vxore genuit. Hũc comitati sunt duo ex corintho fi-

ctores. Eucirapus ⁊ Eugrammius: a quibus italię tradicā plasticē: hoc est figulinā artē ferunt.

Demens q̄ est mente diminuta a quo Dementia.

Dementio is: de mente exeo deliro insanio. Lactā. lib. iiij. Ecce aliquis instinctu demonis percitus dementit efferē insanit. Lucr. Dementit enī deliraq; fatur.

Demento as. eiusdem significationis. Apul. in magia Confessa est sese mea magia in amorē inductā demētate. Illud vero in actibus apostolicis nō tam significat dementē esse q̄ dementē facere. Sic enī scriptū est. Attendebant eum propter qd̄ multo tēpore magicis suis dementasset eos.

Demetior: diligēter ⁊ quadā ratiōe metior. Cice. Quę nō insidiis sed aperte ⁊ palam laborat: ⁊ verba verbis quasi demensa ⁊ paria respondeant.

Demensum quasi mensuratū vel ęquatū. Et id est qd̄ seruis dabaē singulis mēsibus vñ viuerent. Terēn. Qd̄ ille vnciati vix de demēso suo: suū defraudās genīū cōpersit miser. Serui enī quaternos frumēti modios accipiebāt in mense. Qd̄ vtrū a mense an a metiendo deducaē incertū est.

Demeto is pe. cor. Vide in dictione meto.

Demereo es rui itum. quasi lucror. Gel. Thais corinthia ob elegantiā venustatēq; grandē demerebat.

Demereor: de aliquo bene mereor: concilio deuincio placo beniuolū facio: beneficiū pręsto: ⁊ exigit accūs. Oui. Dic mihi quid feci si nō te semper amaui. Crimine te potui demeruisse meo. Quinti. Simul vt plenior obsequio demererer amantissimos mei. Lactā. de ira. Votis dona offerunt iustis ac bonis operib⁹ demereri eū laborantes. Sue. de Aug. Profectum mox auūculū in hispanias aduersus. C. Pompeii liberos vix dū firmus a graui multitudine per infestas hostibus vias paucissimis comitib⁹ naufragio etiam facto subsecutus magnope demeruit. Est ⁊ demereri valde mereri. Lact. lib. iiij. Si vna hostia placabilis placabiliores vtiq; hostię plures q: multiplicata demerenē potius q̄ offendant.

Demetrius nomen Seleuci filii. Fuit ⁊ alius Demetrius phalereus Theophrasti discipulus qui ob eximias virtutes athenīēsibus pręfuit annis decē trecētisq; sexagita statuis ęreis honorat⁹ est. Hic vt Plutar. inquit monebat Ptolomeū regem vt de regno imperioq; libros sibi cōpararet atq; plegeret. Quę enī amici nō audent monere reges: hęc in libris scripta sunt. Fuere ⁊ alii Demetrii vocati.

Democedes pe. cor. fuit Crotoniata medicus illustris qui cum inter Darii captiuos esset: ⁊ Darius ipse ob inuersum pedem grauiter egrotaret ita vt iam septē dies insomnis egisset: nec a medicis vllis iuuareē ductus in medium Democedes vinctus compedibus Darium penitus liberauit. De hinc summo in honore apud regem habitus est.

Demiror pe. p. valde miror. Terē. in Hecy. Sed demiror qd̄ sit quāobrē tantopere hoc oēs nos celare volueris. Aliqū demirari est nescire quoniā vt Do. inquit. Admiratio ignorantiā facit. Terē. Quid mihi dicent ⁊ quā causam reperient demiror.

Demitto deorsum mitto: vt Celo demittitur alto. Inde demissitie tunicę dictę a Plauto longę ⁊ demissę ad talos: ⁊ nulla zona succinctę. Ait enim: Sane genus hoc mulierosum est tunicis dimissitiis. Item demittere est humiliare ⁊ quod vulgo dicitur sebassare Virg. libro. iiij. Ge. Demissę aures incertus ibidem sudor. Et alibi. Vultum demissa profatur. Itē defodere: vt lib. ii. Ge. Altecq; iubebis in solido puteū demitti omnēq; repones rursum humū.

Demolior iris: a mole deductum est: ⁊ significat diruo deiicio. Cice. lib. de offi. Demoliti ea quorum altitudo officeret auspiciis. Inuenię ⁊ demolio. Lact. lib. 4. Reliquerūt te filii Israel: ⁊ altaria tua demoliesēt.

Demonstro as. aperte vel palam monstro. Plaut. in asi. Et ędes demonstraui nostras. Demonstrationē dialectici diffiniunt esse cū certis ac necessariis rationibus aliquid probatur.

Demoror penul. cor. multū moror seu detineo. Lact. li. iiij. Cū moyses dux eorū ascendisset in mōtem atq; ibidē. xl. diebus demoraretē. Col. li. iiij. Prudētis magistri est eiusdem nomen elationis aucupio quo potiri nequeat studiosos non demorari.

Demorior: in totum morior. Col. lib. v. Siue. n. caput demortuū est: duo induanē statim vimina.

Demo is. ex de ⁊ emo abiecta e. signifi. detraho. Demos grece latine popul⁹. Vñ cōponunē multa noia δημος ἐπιδημία καὶ τὰ λοιπά.

Demosthenes penul. cor. nomen oratoris clarissimi ⁊ grecorum omniū oratorū principis: et latine robur populi dicitur: δημος. n. populus σθένος τοῦ σθένεος robur. Hic natus patre qui cultellarius cognominat⁹ est: q. s. domū haberet officinā ⁊ operarios cultellorum. Relictus puer in hereditate locupleti tutorum fraude et negligentia direptis bonis vix habuit vnde pręceptoribus mercedem solueret. Verum cum multo studio ⁊ laborioso peruigilio in clarissimum oratorem euasisset libertatis grecie defensor: publice grauibus concionibus Philippū insectatus est: vtpote publice libertatis insidiatorem post cuius mortem patria pulsus tandē reuocatus est. Sed iam mortuo Alexandro ⁊ antipatro rebus grecis pręposito cum apertā cedem videret relictis athenis in calabriam insulā vbi asylum erat neptuno sacrum concessit: haustoq; veneno se necauit. Hic eloquentię studio flagrans iugiter lucubrabat adeo vt a se duos vel tres menses continuos domi inclusus sine intermissione studeret abrasa parte capitis vt exeundi facultatem sibi pręriperet. De hoc Hieronymus. Demosthenes plus olei q̄ vini expēdisse dicitur et omnes opifices nocturnos semper vigiliis preuenisse. Mortu⁹ ē sicut Suidas ἐτελεύτησε φυγὼν εἰς καλαυρίαν ἐν τῷ τοῦ ποσειδῶνος ἱερῷ διὰ τὸν μακεδόνα ἀντίπατρον προσενεγκάμενος φάρμακον τὸ ἐν τῷ δακτυλίῳ ἐπιβιώσας δύω καὶ ἑξήκοντα.

Democritus penul. cor. nomen phi abderite: qui diuisa substantia duobus fratribus peregrinatus est in varias orbis terrarum partes: quo scientiam perciperet. Postea in patriā reuersus cū summa inopia in hortulis iuxta sue vrbis muros se ad solas rerum naturas contēplandas cōtraxit. Fertur q̄ quocunq; fortunę casu ⁊ mutabiliū rerū audito in risum soluebaē sicut Heraclitus in fletū. Vñ Gelasinus nolat⁹ est. Tandē teste Cice. lib. v. Tus. se occecauit vt naturę secreta subtili⁹ rimareē. Agebat centū ⁊ nouē annos cū mortuus est. Hic dixit omnia ex athomis fieri ac plures esse mundos ⁊ corruptibiles. Fertur Theologiā ac Astrologiā didicisse a magis ⁊ chaldeis: cum gymnosophistis quoq; congressus est. In phia adeo profecit vt pentathlos siue quinquercio: id ē quinq; certaminū dici posset. Namq; naturalia moralia mathematica liberales disciplinas artium q; omnium peritiam callebat. Hunc plinius virum sagacem et vitę vtilissimū fuisse refert: sed nimio iuuandi mortales studio prolapsum. Constat hunc diuitiis opulentū fuisse in tantū vt pater ei⁹ xersis exercitui epulū hospitaliter dederit.

Demodocus nomē citharedi apud home. Cōponię ex δημος ⁊ δόκησις ęstimatio q̄si pp̄li ęstimatio.

Democratia pn̄cipatus populi. Democraticus q̄ fouet pn̄cipatū pp̄li. παρὰ τὸ δῆμος καὶ κράτος.

Demophoon nomen thesei ex phedra filii qui etiam

athenarum rex fuit.
Demarchus tri. ple. Demarchia ipse tribunatus.
Demulceo valde seu leniter mulceo sicut fit catulis cum manus super eos tractamus. Terentius in Heau. Non possum pati quin tibi caput demulceam.
Demum significat ad postremum. Teren. in Adelph. Ego nouus maritus anno demum quinto et sexagesimo fiam. Ponitur etiam pro dumtaxat: vel omnino praesertim quando iungitur cum is ea id vel ita. Cice. in Sal. Ea demum magna voluptas equalem ac parem verbis vitam agere. Pli. Ea demum sola auida non nisi volatu depascitur. Quin. Ita demum mihi satisfacies si apud patrem fuisti.
Denarius a um: Idem quod decenarius. Unde denarie cerimonie dicebantur sicut tricenarie quibus sacra aditurus decem continuis rebus vel triginta certis quibusdam rebus carendum erat. Hinc vndenarius duodenarius et huiusmodi. Denarius vero substantiuum est genus monete argentee quod denas libras eris valeret: vt inquit Var. Dicitur et denarium neu. genere Plau. in Ru. Quis me est mortalium miserior qui viuat alter hodie quem ad recuperatores modo damnauit centum denaria philippea.
Denarro per ordinem narro. Gel. li. ij. Hec nobis fauorinus summa cum elegantia verborum totiusque sermonis comitate atque gratia denarrauit.
Denaso as: pe. pro. nasum aufero. Plau. in Cap. Nam que edepol si habites propius os denasabit tibi mordicus: id est destruet.
Denato as pe. cor. frequentatiuum est verbi deno as: quod est deorsum nato. Aug. per translationem dixit. Quanto humilius sedebat: tanto amplius capiebat. Confluit enim aqua ad humilitatem conuallium denatat de tumoribus collis.
Denego as. pe. cor. dare nego seu non do. Lactan. lib. ij Si alimenta frugibus longa siccitas denegauit.
Denigro as. pe. cor. nigrum facio. Plinius. Capillum denigrat suffitu.
Denique a denue siue vt quidam volunt a denuo significat ad extremum. Teren. in Heau. Fodere et arare aut aliquid facere denique.
Denobilito as: vitupero dedecoro. Teren. in Eu. Tu iam pendebis qui stultum istum adolescentulum denobilitas flagitiis. Al. v. ...
Denoto as penultima correpta: culpo increpo. Cypri. Nam cum denotarentur discipuli eius: quod ederent nec prius manus lauissent.
Dens ab edendo quasi edens: sed potius grecum esse quis nesciat? ελλενικ γαρο λουσ ολογοσ εξω λεγουσι. Sed et omne quo aliquid teneri vel erecari potest solet dens appellari. Virg. lib. vj. Tum dente tenaci anchora fundabat naues. Hinc bidens tridens et huiusmodi. Dentes diuersa sortiuntur noia. Qui enim prius apparent apertis labiis primores vocantur: lati et acuti quibus fit morsus. Ipsi enim vt Pli. lib. vij. nec cibo tantum et alimentis necessarij: quippe vocis sermonisque regimen primores tenent concentu quodam excipientes ictum lingue. Qui vero sequuntur quasi rotunda specie acuti in modum serre serrati dicuntur ab antiquis canini appellantur in quocumque animali. Pli. lib. vj. Lupi dextre caninus in magnis habetur operibus. Sequuntur maxillares qui duplices sunt cibumque conficiunt. Iuue. Interque molares difficili crescente cibo. Genuini nouissimi nascuntur homini: vt ait Pli. Dentium etiam quidam dicuntur serrati a similitudine serre qui pectinatim coeunt ne contrario occursu atterantur quales habent pisces et canes. Quidam continui vt boi et equo. Quidam exerti: hoc est extra os producti vt apro et elephanto
Dentio is: dentes emitto. Plau. in mili. Venter creat omnes has erumnas: auribus peraudienda sunt ne dentes dentiant. Hinc dentitio dentium emissio. Pli. li. xxviij. Infantibus nihil butyro vtilius per se et cum melle praecipue quatim et in dentitione et ad gingiuas et ad oris vlcera. Dens lupi adalligatus infantibus prohibet pauores dentientiumque morbos.
Dentatus qui magnos habet dentes: qui et dentosus dicitur. Pli. tamen dentatum dictum fuisse M. Curium lib. vij. scribit quoniam cum dentibus natus fuerit. Hinc edentatus qui est sine dentibus. Macro. Edentate belue morsus. Similiter edentulus.
Dentale lignum quo vomer arandi causa inducitur sed pro vomere poni solet. Colu. lib. vij. Et dentalibus terram subigere quo minore bubus id administrari possit. Dicitur etiam dens vt Var. inquit quod eo quasi dente mollerentur terra.
Denticulus paruus dens. Denticulo dentes imprimo. Denticulatum quod est ad similitudinem denticuli factum.
Dentatim et denticulatim aduerbia significant ad similitudinem dentium.
Dentifricium medicamentum quo dentes fricantur vt fiant candidi. Pli. docet ex pumicibus fieri dentifricia. Apul. in magia. Primo igitur legere e ludicris meis epistolium de dentifricio versibus scriptum.
Dentiscalpium instrumentum quo scalpuntur dentes.
Dentifragimbulum. Plau. in Bac. Ne tu hercle haud longum es ab infortunio ita dentifragimbula hec meis manibus gestiunt.
Densum coarctatio nimia coniunctarum partium Rarum contra in quo interuallis frequentibus larior: partium videtur esse coniunctio. Hinc densitas et densitudo. Compositum condensus.
Denso as. cogo spisso. Luc. lib. iiij. Densaturque globus quartum pede prima relato. Hinc condenso. Col. lib. viij. Torrido sale contingitur: rursusque ponderibus condensatur. Est et denseo es. a quo densesco is. densus fio.
Denudo as. pe. pro. spolio: nudum reddo.
Denuncio as. Vide in dictione Indico.
Denuo aduerbium significat rursus quasi de nouo.
Depalmare est palma percutere. Gel. Quemcunque depalmauerat numerari statim serui. xij. tabulas viginti et quinque asses iubebat.
Deparcus. Vide in dictione Parcus.
Depango is. planto seu defigo. Col. li. iiij. Deinceps pastinatur malleolus vitibus inserendus: cunque satis erit medio spacio quod vacat inter vites per vnam lineam depangere. Inde depactus.
Depecto is. xij. vel xi. xum. diligenter pecto. Ouid. li. iij. fas. Interea liber depexos crinibus indos Vicit: et eoo diues ab orbe redit. Pli. li. xix. Ars depectendi digerendique iustum est quinquagenis fascium libris quinas denas carminare. Per translationem et in malam partem. Ter. in Eu. Egone si viuo adeo exornatum dabo: adeo depexum: vt dum viuet meminerit semper mei. i. ornatum cultum dictum a contrario sensu. Quod si depessum legamus a patior siue a pando significat laceratum. A depecto fit depexo as.
Dependo is. fere pro simplici pendo est: quod varie sumitur: vt pecuniam vel tributum pendere est dare vel soluere seu pati penam. Sed de hoc in pendo.
Dependeo es. deorsum pendeo. Col. lib. iiij. Sed si per vnumquemque pampinum maior numerus vuarum dependeat. Aliquando dependere est sustentari. Cice. Omnis illorum salus a nostra salute dependebat.
Depereo is. ex de. et pereo accipitur pro maiori. Colu. lib. iiij. Nos tamen plus quattuor milibus conserimus quia negligentia cultorum magna pars deperit. Quandoque deperire est impatienter amare. Plau. In cas. Hic ipsus casinam deperit. Hiero. lib. ij. Re. Accidit vt Thamar adamaret Amnon et depiret in eam valde
Depiles pe. cor. qui sunt sine pilis. Var. lib. j. de vi. pa. quod ludis floralis pueri essent glabri ac depiles propter etatem.

Depilo as: penul. cor. pilos detraho. Mar. Cum depilatos chreste coleos portes. Et depilo rarefacio. Lucil. Depilati omnes sumus.

Deplanto as. Vide in dictione Planto.

Deplano as: pe. pro. in planũ deduco. Lactan. lib. iiij. Ego ante te ibo ⁊ montes deplanabo.

Depleo es: Col. Conche q̄bus deplet oleũ.

Deploro as: pe. p. ꝓpter actũ plorationis qui in re miserabili exigitur si lachrymę manant: tunc ꝓprie. Si non manant significat quasi plorando lamentor. Cicero in Cato. Non libet deplorare mihi vitã quod multi ⁊ hi docti fecerunt. Et lib. ij. offi. Admonebat me res vt hanc quoq̃ intermissionẽ eloquẽtię deplorarem nisi vererer ne de meipso aliqua viderer queri. Aliquando deplorari est plorandi finem facere. Vñ deplorata cadauera diceoantur: quibus vltimis luctus persolutus erat. Et remp. deploratam dicimus iam euersam. Ab hoc tractum est Conclamatum est: quando affines heiulantes conclamabant. Dicturq̃ in omni re iam deꝑdita: quia post lachrymas affinũ mortuum plane cadauer erat. Inde ⁊ indeploratum dicit. Ouid. in Ibin. Indeploratum ꝓiciere caput.

Depontanus pe. p. Vide in dictione Pons.

Deponere: est deorsum ponere. vt Depone sarcinam. Cicero per translationẽ dixit pro dimittere Existimaui honestissime molestias posse deponi si me ad philosophiam retulissem. Per translationẽ etiã significat priuare. Plau. Vt me deponat vino eã affectat viam. Sue. Ne imperio turpiter depositus priuat⁹ viueret. Aliquando derelinquere et quasi desperare Vnde depositi desperati dicuntur. Virg. Ille vt depositi proferret fata parentis. Cicero in ver. acti. j. Itaq̃ mihi videor iudices magnam ⁊ maxime ęgrã ⁊ prope depositam reip. partem suscepisse. Aliquando est apud aliquem quicq̃ ponere seruandũ seu pro pignore. Habet enĩ hoc loco de vim augendi: vt ostẽdatur totum fidei eius cõmissum qđ ad custodiã rei pertinet. Virgi. Ego hanc vitulam ne forte recuses: Depono. Ad seruandũ vero vt gladium pecuniam. Cicero lib. iij. offi. Si gladium quis apud se sana mẽte deposuerit repetat insaniens reddere peccatum sit officium non reddere.

Deponens verbum. Ideo dicit quia deponit aliquid de quantitate cõmunis verbi. s. futurum participiũ in dus a significatione passiua. Nam cum participia quattuor habeat verbũ cõmune: vt criminans criminaturus criminatus ⁊ criminandus. Hoc non habet deponens. s. futurũ a passiua significatione: vt minor minãs minaturus ⁊ minatus nõ minandus.

Depositum quod deponitur: hoc est qđ alicui sub fide traditur: vel quod pignoris loco dimittitur: vel qđ sequestro a pluribus in solidum certa conditione custodiendum reddendũq̃ cum fuerit de iure discussũ traditur. Et sic est nomen Cice. Quid si quis apud te pecuniã deposuerit: bellũ patrię inferat: reddes ne depositũ? Nõ reddere depositũ maxia iniusticia est.

Depositorius: qui aliquid deponit. Depositarius qui depositum accipit.

Depopulari: est destruere siue depredari. Apud antiquos etiam depopulo dicebatur.

Deposcere: est multũ desiderare: siue ratione quadam exigere. Col. lib. ij. Canabis solum pingue stercoratũq̃ et riguum vel planum atq̃ humidum ⁊ alte subactum deposcit.

Deportare est de aliquo loco aliquid portare. Col. libro. v. Nec procul a mari vel nauigabili flumine quo deportari fructus ⁊ per quod merces vehi possint. Vnde deportari dicunt quibus aqua et igni interdictum est: vel quibus princeps prouinciam annotauit Transfertur etiam ad ea quę delectationem: laudem ⁊ vituperationẽ habent q̄ nr̄a opera sumus assecuti: vt cum inde reuertimur quo profecti fueramus: aut cum vbi sumus inde quicq̃ deportat. Cice. Trebatio Mihi crede nihil ex ista ꝓuincia potes quod iucundius sit deportare. Idem in Cato. Te. q̃ non cognomen solum athenis deportasse. Vituperationẽ vt deportauit Verres amicam: pro deporto: vulgo reporto dicitur: cuã reporto retro porto seu reueho reduco vt quod portatũ siue delatum deductũ fuerat. Lact. lib. iiij. Repente virib⁹ roborati ipsi lectulos suos reportarẽt quib⁹ fuerãt paulo ante delati. Hier. ad Dama. Et inuentã sup humeros reportat ad caulam. Cicero. pro. se. Itaq̃ pub. Lentuli beneficio excellenti atq̃ diuino nõ solum reducti sumus sed equis insignib⁹ ⁊ curru aurato deportati. Transfertur etiã ad ỽba: cũ quis ꝓ verbis verba reportat. Virg. Illaq̃ adytis hęc tristia dicta reportat.

Deprauo as. penul. pro. prauũ facio vitio: vt cũ quid est scriptorum: aut maledicorum vitio corruptum. Ter. in phor. Nihil ẽ tam bene dictũ quin narrãdo possit deprauarier.

Deprehendo is. significat caute vel incautũ quẽpiam capio: vt deprehẽsus in adulterio in scelere in sermone: deprehensus ab hostibus: a tempestate. Virgi. Deprensis olim statio tutissima nautis. Horati⁹ in Ser. Deprensi non bella est fama treboni. Vnde et deprehẽsa genus aiauersionis militaris qui certo in errore deprehensi fuissent: castigatiõe maiore ignominia minor. Interdũ deprehendere ẽ aiaduertere cognoscere. Lact. li. j. de Ioue loquẽs. Nonne a sua prima pueritia impius ⁊ pene paricida deprẽditur. Amb. li. j. offi. Qui ea quecũq̃ vana sunt deprẽdit: ea quę sancta sunt: nescit.

Deprecor penul. cor. qñq̃ ponit pro simplici. Vnde Hie. Noluit inquit veniam depcari. Quãdoq̃ deprecari est impetrare. Idẽ apud Exodum. Ascendã ad dñm si quo modo quiuero eũ deprecari pro scelere vestro. Quãdoq̃ vehementiã supplicationis denotat: vt sit deprecari vehementer siue suppliciter precari. Sue. in Cesa. Satis constat Sillam cum deprecãtibus amicis ⁊ ornatissimis viris aliquãdiu denegasset: atq̃ illi ptinaciter cõtenderent expugnatum tandẽ proclamasse. Cic. in Lel. At. C. Blosius cumanus hospes familię nostrę. Sceuola. cũ ad me qui aderam cum Lenate ⁊ Rutilio ꝯsulibus in consilio deprecatum venisset. Et lib. j ad herẽ. Deprecatio cum ⁊ peccasse ⁊ cõsulto fecisse reus confitetur ⁊ tamen postulat vt sui misereat. Hiero. lib. iij. Re. obltõ iñrit. Petitionẽ vnã paruulam ego deprecor a te ne cõfundas faciẽ meam. Habet qñq̃ contrariam suo simplici significationẽ et precis negationem seu detractionem importat: sicut in Dedecet despero ⁊ huiusmodi. Et sic deprecari significat recusare. Asinius Cicerõi. Nec periculum est vllum quod ꝓ libertate aut refugiam aut deprecer. Virg. Equidẽ merui nec deprecor inquit. Ouiđ. li. j. de pon. Sępe precor mortem mortẽ quoq̃ deprecor idẽ. Ne mea sarmaticum contegat ossa solum: hoc est non precor nollem: recuso: et quod vernacula lingua dici solet. Non te p̄go de questo maio te ne desprego. Liui. de bel. mace. vtranq̃ significationem complexus est. Ego si quid scelerate in fratrem admisi. nullã deprecor pęnam si innocens sum: ne inuidia conflagrẽ cũ crimine non possum depcor. Hoc postremum ꝓ abominor detestor siue recuso sumitur: primum ꝓ vehementer precor. Quãdoq̃ deprecari est depellere abigere propulsare siue redarguere prece adbibita vel quouis alio modo. Inde dicimus Ignominiam et inuidiam et pęnam deprecatus est. Sue. in Aug. Cũ lectorius adolescẽs patricij generi in depcando

grauiore adulterij pęna allegaret se esse possessorẽ. Cicero lib.iiij.ad Heren. Audes verbum facere? audes quicq̃ petere? Audes suppliciũ deprecari? Nõ significat recusare neq̃ precari ne de se supplicium sumatur: sed depellere: siue redarguere. Quintil.lib.iij scribit deprecationẽ depulsionem esse. Item Cice.in Catil.lib.j. Nunc vt a me. P. C. quandam prope iustam querimoniã detester atq̃ deprecer: pcipite q̃so diligẽter que dicã. Idẽ pro Balbo. Quiddam de cõmuni aditione omniũ nostrũ deprecãdę maliuolẽtię causa breuiter cõmemorandũ videtur. Qua de re si Gellius scripsit deprecari significare execrari detestari depellere vel abominari non fuit culpand⁹ a Lau. Valla. cuꝫ depello hisce. Ciceronis exemplis probe conueniat: et deprecor maxime congruat: propter prępositionẽ de: quę ambobus prępposita est. Execror vero detestor: abominor cum pęne idem significẽt quod recuso etiam ipsi verbo deprecor conueniunt in ea significatione qua supra. Morte quoq̃ deprecor idẽ diximus accipiendũ vt ꝛ illud Cicero libro.vj. de rep. Etiam in Claudiũ inuidiam Grachi charitas deprecabat.i.pulsabat ꝛ defẽdebat. Sal.in Jugu. Sed q̃m eo natus sum vt iugurthe scelerum ostentui essem nõ iam mortem ꝛ erumnas tantũmodo imperiũ inimici ꝛ cruciatus corporis deprecor. Est autẽ deprecor q̃nq̃ verbum cõmune: vt apud Aug. qui ad Hiero. scribens ait. Vnde agnosco dominum a me potius deprecandum vt tuę voluntati det facultatem mittẽdi quod rescripseris.

Deprimo is: pe.corre. deiicio humilio defigo. Varro. Ab eo depressus a quo erigi extolliq̃ sperabã. Lact. lib.iij. Ita dũ hoiem querit extollere rẽ ipsam depssit id est in imo fixit hũiliauit. Idẽ li.vj. Altera q̃ ad inferos deprimat.i.deorsuꝫ p̃mat vel mittat. Ci.li.iij.ad Herẽ. q̃ maxie sedata ꝛ depssa voce principia dicemus: id est demissa.

Depromo as pe.p. Vide in dictione Promo.

Depso is: significat subigendo manibus aliquid molle ꝛ tenerum reddo. Quo verbo vtitur Cato lib. de re Rust. Cuius compositum est Condepso: et deriuatiuum Depsiticius a um.

Depudico as: penultima pro. significat violo stupro et pudicitiam aufero.

Depuber: pe.pro. dicit̃ qui ad pubertatis annos nõ potuit peruenire. Hinc depuberẽ porcum dicimus quẽ lactentem occidimus.

Depudet pe.cor. pudorem abiicit. Oui. Depuduit profugusq̃ sua signa reliquit. Aug.lib.viij.con. Depuduit vanitatẽ: ꝛ erubuit veritati. Hie.ad Eusto. vsus est Depudesco. Non depudesco inquit infęlicitatis meę: quin potius plango nõ esse qd̾ fuerim.

Depugnare: probe pugnare. Lactã.libro.v. Retinuit id qd̾ erat ei cõtrariũ cũ quo depugnare posset.

Depuo is: Vide in dictione Pauio.

Depurgo as: probe vel deorsum purgo. Cato de re Rust. Terram cum stercore bene pmisceto depurgato ab herba graminibusq̃.

Deputo as: pe.cor. pprie deorsum puto. Col. libro.iij. In agro macro ꝛ sicco vineam imbecillem in brumẽ amputato: quã partem non deputaueris circa Kalendas Febrúa. repetito ꝛ deputato. Amb. in Ser. de quadragesima. Modo ferrũ gestãs agricola sarmẽta deputat vinearũ. Itẽ deputare est existimare censere iudicare: qd̾ vulgo dicit̃ Reputare nõ vt multi putant delegare. Ter. in hecy. Aedepol ne meã esse herus operã deputet parui pręcij qui ob rem nullam me misit frustra vbi totũ desedi diem. Plau. in Am. Inde cras e prõptaria cella depromari ad flagrum? ne causam liceat dicere mihi neq̃ in hero quicq̃ auxilij siet: nec quisq̃ sit quin me omẽs esse dignum deputẽt. Itẽ Assignare attribuere. Hier. sup Mattheum. Pharisei opa dei principi demoniorũ deputabãt.

Derbices: seu derbie ꝛ derbij sunt populi hyrcanis propinqui: De quibus Hiero. Massagete et Derbices miserrimos putant qui egrotatione moriant̃ ꝛ parẽtes cognatos ppinquos cum ad senectam venerint iugulatos deuorant: rectius esse dicẽtes vt a se pot⁹ q̃ a vermibus comedantur.

Derbenses populi ex quorum numero fuit Timotheus apostoli discipulus.

Derelinquere: significat prorsus seu in totũ relinquere deserere.

Derepente: tota vna dictio quia vt docet Po. aduerbijs prępositionẽ separatim nõ addim⁹. Si.n.separaueris non est latinũ de repente. Terẽ.in hecy. Ita corripuit derepente tacitus sese obuiã.

Derideo es.pe.p. ſcat cũ alterius cõtemptu rideo.

Deripio is.penul.cor. tam in bonũ q̃ in malum sumi potest. In bonũ. Virg.li.ij.ge. Collacq̃ florũ fumo sis deripe tectis.i.cõfestim defer. In malũ. Lact.li. v. Quomodo se rapinis ꝛ fraudibus abstinebũt qui mercurij furta nouerunt? docentis non fraudis esse deripere sed astutię: id ẽ surripere. Diripere vero in malũ est cũ significet ac diuersa diuerse rapere: vt fit in vrbium expugnatione. Gellius. Nam cum oppidum tolosanum in terra italia. Q. Cepio consul diripuisset: multumq̃ auri in eius oppidi tẽplis fuisset quisq̃ ex ea direptione aurum attigit misero cruciabiliq̃ exitu perijt.

Deriuo as pe. pro. a Riuus descendit: cum aqua deflectitur aliquo. Vnde et deduco riui more siue deflecto significat. Per translationẽ plerĩq̃ vsi sũt. Ter. in phor. Quid vis nisi vt maneat faniũ atq̃ ex crimine hoc Antiphonẽ eripiã: atq̃ omnẽ in me deriuem iram senis.i.deflectam. Po. Deriuatio dicitur inflexio criminis ab eo ad quem pertinet ad eũ ad quem non pertinet. Cice. in ver. acti.iiij. Quid est quaobrẽ putes te tuam culpam nõ modo deriuare in aliquẽ: sed communicare cum aliquo posse. Amb. Plerĩq̃ varias significatiões de vinee appellatione deriuãt. Col.li.j. Proprie dixit. Crebrosq̃ sulcos aquarios quos nonnulli elices vocant faciamus: et omnẽ humorẽ in cloacas atq̃ inde extra segetes deriuemus. Cicero pro Milone posuit pro deuitare. Fecerunt id serui Milonis dicam.n. non deriuandi criminis causa: sed vt factũ est neq̃ imperante neq̃ sciente domino qd̾ suos quisq̃ facere seruos voluisset Hinc fit deriuatiuũ a.um. qd̾ ab alio deducit̃.

Disertus a dissero: quis dissero per duplex ss. scribat. Et is est qui probe disserit/ qui vel ornatissimis verbis abundat. Eloquens: cuius oratio est grauib⁹ sententijs referta: et ornatis distincta verbis: Vñ. M. Antonius apud Cice. ait a se disertos visos esse multos/ eloquentẽ ꝟo neminẽ.

Dispalo as. penul. ꝓdu. ex dis et palo. Palare ꝟo vagari et errare significat: a palis castrorũ: hoc est sudibus/ mõ huc/ mõ illuc trãslatis. Dispalare itaq; ẽ passim digredi vel separare. Sisen lib. iij. hi. Dispalati a signis digressi oẽs ac dissipati. Gel. lib. j. Ea prẽcẽtiõe trãquilla ⁊ venerabili ad quandã q̃si militarẽ musice disciplinã vis ⁊ impet⁹ militũ: ne sparsi dispalatiq; ꝓrucrent cohibebatur.

Displodo is. in diuersas partes plodo. Var. lib. ij. de re rus. Pedibus nõ latis neq; ingredientibus qui displodentur: nec cuius vngule diuaricent.

Dispello lis. dispuli sum. varijs locis/ varijsve modis pello. Liui. lib. v. Cũ due acies duo diuersa ꝓlia circũuentos etruscos: ⁊ a fronte et a tergo vrgerent: castra neq; in mõtes vñ se nou⁹ hostis obiecerat iter fuge esset: et equitẽ passim liberi frenis dispulissent eq̃: veientiũ maxima pars tyberim effusi petũt. Cic. li. j. Tus. Eadẽq; ab aio tãq̃ ab oculis caliginẽ dispulit. Vir. Teucrorũq; alios acer quos equore turbo Dispulerat. i. disiecerat siue segregauerat.

Dispendo dis. varie pendo: id ẽ expendo/ distribuo. A quo dispendiũ et dispenso sas. Col. lib. iiij. Celestes admittat imbres: cosq; alẽdis seminibus dispenset: ac suis omibus partib⁹ ad educandã prolẽ nouã conspiret. Aliqñ significat exp ido: ⁊ tunc nõ a pẽdo sed a pando cõponit. Plau. Vbi lubet dispẽdite hoiem diuersum atq; distendite.

Dispendiũ dicit qd incuria vel negligentia aut imoderatione dispendimus. Plinius. Magno id lignorũ dispendio fit addito sale. Aliquãdo dicit damnũ qd in dispendendo solet minus fieri. Est eñ cõtrariũ cõpendio. Terẽ. in ecy. Quid est quod mihi malim q̃ꝫ ꝙ huic intelligo euenire vt gratiã ineat sine suo dispendio et mihi ꝓsit.

Dispẽdiosus a. um. dãnosus. Col. li. ij. Nã dispendiosa est cunctatio. Primũ ꝙ auibus prędã cęterisq; aialibus ꝓbet. Deinde ꝙ grana ⁊ ipsę spicę culmis arẽtibus ⁊ aristis celeriter decidunt.

Dispenso sas. frequentatiuum a dispendo: quod magis vsurpatur q̃ꝫ dispenso. Vnde Dispensator: qui es pensans expendit: et necessaria in familiam distribuit: qui grece οικονομοσ appellatur. Nã apud Romanos cũ asses librales essent/ appendebantur. Quinctiã stipis ponderandę pensatores libripẽdes dicti sunt.

Dispẽno is. expãdo: tractũ a pẽnis ⁊ volatu auiũ.

Dispersia: difficilis et egra concoctio. Dis difficile: πέπτω concoquo.

Disperdo is. disperdi: vide in dictione Perdo.

Dispergo is. si sũ. vide in dictione Spargo.

Dispero ris. ex dis et eo componitur: significatq; vario/ aut in totũ pereo et deficio. Mar. Dispercam si nõ hic decianus erit. Lactantius. Cum terrã et aquã et ignem disperire cõsumi extinguiq; videamus quę mundi sunt partes.

Dispertio is. huic et illi ptes do. Plau i Aul. Hercle iniuria disperti/ iusti/ pingui agnũ habent.

Dispesco scis. scui. ex dis. et pasco: quasi pecus a pastione deduco.

Dispicio is. pe. corre. discerno. Quintil. lib. ij. Nã proprietates ingeniorũ dispicere prorsus necessariũ. Et dispicere: diuerse diligenter ve inquirere/ cõsiderare: seu mẽte circũspicere ⁊ ꝓuidere: et tãq̃ꝫ in omnẽ partẽ lumina mentis intendere. Cice. lib. j. Tusc. Tamẽ acie mẽtis dispicere cupiebãt. Col. in pręfa. At ego cũ aut magnitudinẽ totius rei quasi quandã vastitatẽ corporis: aut partiũ eius velut singulorũ subtilitatẽ dispicio: vereor ne supremus ante me dies occupet/ q̃ꝫ vniuersã disciplinã rurẽ possim cognoscere. Inde fit displicentia: quę est circũspectio ⁊ ꝓuidẽtia vel cõsideratio diligens.

Dispondeus: quasi bis spõdeus: pes qui constat ex q̃tuor syllabis longis: vt oratores.

Dispono is. pe. ꝓ. vide i dictione Pono.

Disputo as. pe. cor. et cõputo: ex ꝓpositione dis. ⁊ verbo puto: qd valet purũ facere. Var. Ideo oratio disputari dicit: in qua sũma sit pura: sic sermo in quo pure disponunt verba/ ne sit cõfusus/ atq; vt dilucear dicit disputatio. Lactã. lib. vij. Immortales esse aias pherecides ⁊ plato disputauerunt.

Disquiro is. penul. ꝓduc. p omes partes quęro: vt inquirendo nihil me lateat. Aug⁹ lib. ij. de ciui. dei. Vñ postea nobis erit in dei veri dñi voluntate disquirẽdi ac disserẽdi locus. A quo disquisitio: quę est inq̃sitio volũtatis iudicijq; diuersorũ. Sue. in Cęsa. Primo preture die. Q. Catulũ de refectiõe capitolij ad disquisitionẽ populi vocauit.

Disraro as. significat castro: et diuersis modis quod spissũ erat rarũ facio. Col. lib. x. Sed illud de itegro refodi debet. Hoc põt intercidi ⁊ disrarari: qd opus rustici castrationẽ vocant.

Dissauior aris. cum lętitia ⁊ voluptate multa osculor. Ex dis. et sauior: ὥσπερ ἑλληνιστὶ λέγεται φιλῶ κυρίως ἀλλὰ καὶ τὸ ἰδιαλλῶ σημαίνει. Sauior aũt a Sauiũ siue a suauiũ p diminutionẽ u. De Sauio Gel. li. iij. Diagoras tres filios adolescẽtes habuit: vnũ pugilẽ: alterũ pancratisten: tertiũ luctatorẽ: eosq; omis vidit vincere/ coronariq; eodem olympie die. Et cũ ibi tres eũ adolescentes amplexi coronis suis in caput patris positis sauiarẽtur: cũq; ppls gratulabũd⁹ flores vndiq; in eũ iaceret: ibidẽ in stadio inspectante populo in osculis/ atq; in manib⁹ filioz aiam efflauit. Plau. in bac. Quis istic habet? amor/ voluptas/ venus/ venustas/ gaudiũ/ ioc⁹/ lud⁹/ sermo suauis/ suauiatio. De dissauior Cice. Tyroni. Ego vos ad quarto klas videbo: tuosq; oculos etiã si te veniens i medio foro videro/ dissauiabor. i. multũ siue sępius sauiabor.

Dissentio is. q̃si diuerse seu aliter q̃ꝫ alij sentio. Vñ dissensio: q̃ est sentẽtiaz diuersitas. Discordia ꝟo ẽ discretio aliquoz: quos amoris vinculũ colligauit.

Dissentior eiusdẽ significatiõis est cũ dissentio.

Dissentaneũ: dissentiẽs/ nõ ꝯueniẽs: sicut cõsentaneum cõueniẽs. Nigidius. Eũ locũ facit dissentaneũ.

Disseputo tas. frequentatiuum est a dissepio is. a quo disseptatio/ quę dicit disputatio et quasi colluctatio. Hiero. in Esaia. Adhuc iudicio contendã vobiscũ: ⁊ cũ filijs vestris disseptabo.

Differo is.penul.corre.rui.tũ.varie semino. Col. Panax vtroq; tẽpore leni et subacta terra rarissime differitur. Per translationẽ Differere significat disputare/enarrare/declarare. Var. Nã vt olitor differit lareas sui cuiusq; generis res:sic l orõne q̃ facit disertor dicit̃. Hiero.i.plo. Ecclesiastes. Rogarũ ab eavt in morẽ cõmẽtarioli obscura queq; differerẽ.

Disserto tas.frequẽtatiuũ. Gel. Cũ de antiq̃tate quorundã verbor̃ dissertaremus.

Dissertio:diuisio patrimonii inter cõsortes.

Dissideo es.pe.cor.ppter dissidiũ alienus sũ. Ci.i Leli. Cũ is tribunusplebis capitali odio a. Q. Põpeio dissideret qui tũ erat cõsul. Transfert̃ etiã ad inaiata:et p discordo seu nõ cõuenio ponitur. Plini.lib.xxxvii. Adamas dissidet cũ magnete lapide:intantũ vt iuxta positus ferrũ nõ patiat̃ abstrahi.

Dissidiũ:segregatio/discordia. Teren. Valeant qui inter nos dissidiũ querunt. Ouid.lib.xiiii. Metam. p discessu posuit a seorsũ sedendo. Nõ bene dissidium phrigii latura mariti.

Dissilio is.penul.cor.ex salio:significat loco/ moueor. Apul. Vertibulo ossa dissilierãt. Proprie aũt dissilire:est in diuersas ptes salire. Pli.li. xxxvi. Lunẽsem silicẽ serra secari: at tusculanum dissilire igni. Aliqñ ponit̃ p crepare/frangi. Virg. Aeraq; dissiliũt vulgo. Aliqñ p cito descẽdere. Virg.li.xi. Portisq; ab equo regina sub ipsis dissiluit.

Dissulto as.frequẽtatiuũ:cõponit̃ ex dis.et salto:quod est quasi diuerse salto. Plin.lib.xxxvii. Incudibus hi deprendunt̃ ita respuentes ictũ: vt ferrũ vtrinq; dissultet:incudesq; etiã ipse dissiliant.

Dissipo as.pe.corre.ex dis.et sipo:significat dispgo/diuulgo. Col.li.ii. Sin aũt prime messis occupãdũ erit restibile desectis stramẽtis quattuor et viginti vehes stercoris in iugerũ disponemus dissipabimusq;.

Dissonus a.um.pe.cor.qd nõ est cõueniens. Vñ Dissono p discordo.

Dissimulo as.diligenter et astute celo siue tego: ne qd nosci possit vel intelligi:cui⁹ cõtrariũ est simulo. Simulam⁹ eñ falsa/dissimulam⁹ vera. Simulam⁹ esse q̃ nõ sunt:dissimulam⁹ nõ esse q̃ sunt. Ab his fiũt aduerbia: Simulãter et dissimulãter/simulatim.

Dissoluo:qd ligatũ erat nõ ligatum facio/destruo. Lactantius lib.i. Dissoluat hoc argumẽtũ si quis põt. Et li.vii. Vtrũ ne aia maneat post mortẽ an dissoluatur. Et dissoluere:expedire. Teren.in Heau. Dissolui me ocius/operã vt tibi darẽ. Itẽ Dissoluere significat diuersis personis/seu varia debita soluere. Cic.lib.ii.offi. Nunq̃ nec maius es alienũ fuit nec melius nec facilius dissolutũ est. Dicimus autẽ: Dissolui es alienũ:id est qd cõtraxerã eris alieni restitui/et pluribus solui:vel quasi catena qua voluebar me soluendo pecuniã dissolui.

Distedet:multũ aut varie tedet.

Distendo: in diuersas partes tẽdo. Leo papa. Cuius multis aucta victoriis ius iperii tui terra mariq; distenderis:minus tñ est qd tibi bellicus labor subdidit q̃ qd pax christiana subiecit. Col.libro.v. Stabilior est vinea que ex vtraq; parte iugo deuicta pari libramento velut anchoris quibusdã distendit̃. Est et distendere varie implere:tractũ ab vtre:qui cũ plenus est tenditur:cũ vacuus/relaxatur. Virgili⁹. Et dulci distendunt nectare cellas.

Distento as. valde tento. Virg. Sic cithiso paste distentent vbera vacce.

Distero is.pe.cor.multũ siue crebro tero:qd fit cũ aliquid subtiliter terit̃. Cato. Libũ hoc mõ facito. Casei.p.ii.bñ disterere in mortario.

Distichon penul.corre.geminus versus: dis bis: στίχον versũ greci dicunt. Sic tetrastichon dicim⁹ quattuor versus hexastichon sex.

Distillo as.a quo distillatio:quã greci catharrũ/coryzã vel branchũ vocant.

Distineo es.pe.corre. varie siue diuersis rebus causis vt impeditũ teneo. Cice. Mario. Nos hic multitudine et crebritate iudicior̃ et nouis legib⁹ ita distinemur/vt quotidie vota faciamus ne intercalet̃: vt q̃primũ te videre possimus. Et distinere:arcere/repellere. Virg.li.xi. Dũ distinet hostẽ Agger muror̃ neq; inundãt sanguine fosse.

Distare significat differre. Lactan.lib.ii. Alioqn inter deũ hoiemq; distaret nihil/si cõsilia et dispositiões illius maiestatis eterne cogitatio assequeret̃ humana. Itẽ abesse. Pli. Qd circiter quinq; millia passuũ distat ab vrbe. Hinc distantia:que mõ differentiã/mõ interuallum significat.

Distito as penul.corre.frequentatiuũ. Col.lib.vii. Distitent inter se aliquanto spacio:ne in colluctatiõe alter alteri noceat.

Distinguo is.diuido. Col.li.i. Sed et lateribus distinguunt̃ granaria: vt sepatim q̃q; legumina ponant̃.

Distringo: valde seu varie stringo. Cice.lib.iii.offic. Fraus distringit/nõ dissoluit periuriũ. Qñq; defrico seu radendo sordes detergo. Vnde distinguẽtes vocamus qui se poliunt/et sordes corpis radunt. Id qd fere post quietẽ solent oẽs. Plinius de Lisippo. Plurima ex omnibus signa fecit fecundissime artis. Inter q̃ distringentez se. Mar. Pergamus has misit curuo distringere ferro. Nõ tam sepe teret lintea fullo tibi. Qñq; significat intendere/minitari: tractũ a gladiatoribus:qui cõtra aduersariũ suũ ensem stringunt:id est nudant. Cice.lib.iii.offi. At ille vt ingressus ẽ:cõfestim gladiũ distrinxit:iurauitq; se illũ statim interfecturũ. Qñq; colligere. Col.lib.vlt. Sereno celo manibus distringi oliuã oportet. Substratis tegetibus aut cãnis cribrari et purgari. Hiero. Amos pphetta pastor et rusticus mora rubor̃ distringens:paucis verbis explicari nõ potest.

Distraho: diuerse traho/diuido. Terent. Ut si eo mee fortune redeunt abs te vt distrahar. Virgili⁹ lib.vi. Turbatis distractus equis. Apul.p translationẽ lib.i.de Asi.posuit p vendere. Caseus recens erat et scitissaporis/admodũ cõmod⁹ pcio distrahi. Itẽ ponit̃ p cõponere/sedare/finire. Sue.in Cesa. Apud eandẽ lõgo tẽpore sacrificare/vota suscipere/cõtrouersias quasdã interposito per Cesarẽ iureiurãdo distrahere perseuerauit.

Distorqueo es:diuerse torqueo. Terẽ.in Eu. Ah illud videos vt sibi carnifex distorsit.

Disturbo:disiicio. Cicero pro domo sua. Etiam se videre distrahi a complexu suorũ:disturbari tecta: diripi fortunas.

Dito as.a dis ditis fit:significatq; ditẽ facio.

Diteo es:diues sũ. A quo Ditesco:diues fio. Aug⁹ li.i.de ciui.dei. Vt bonus seru⁹ magnas facultates haberet:ipsam dñi voluntatẽ cui pedissequ⁹ mente ditesceret:nec cõtristaret̃ eis reb⁹ viuẽs relictis:quas fuerat cito moriens relicturus.

Dithyrãbus: vir thesbiac⁹:a q̃ credit̃ genus illud versuũ fuisse cognoiatũ:in honorẽ bacchi factũ.

Ditrocheus pes:bis trocheus. Cõstat eñ ex duobus trocheis:hoc est ex lõga et breui/ et iterũ lõga et breui: vt Cantilena.

Diuagor pe.cor. varie vagor. Lac.lib.iiii. Vbi anim⁹ in multa dispersus huc atq; illuc diuagatur.

Diuarico cas.penul.corre.ex di et varico: sicut et Preuaricor:ex pre et varicor. Vnde et actiuũ Varico intelligimus/et Varicor deponens:licet nõ sint in vsu. Et a varicibus dicunt̃. Significatq; Diuaricare diuidere:quod quidẽ faciunt qui stant diducti. Quint.

Varicare:inquit supra modũ ⁊ in stãdo deforme est: et accedente motu ꝓpe scenicũ. Hiero. ad Eu. Sedebit ad aquas solitudinis posita vaga: et diuaricabit pedes suos om̄i transeũti: ⁊ vsq; ad verticẽ pollueƚ. Cato. Arbores hoc mõ putentur: rami diuaricentur: quos relinques: hoc est: ⁊ in diuersas partes brachia disponanƚ. Noni⁹. Diuaricari dictuꝫ est distendi ab his qui vitio naturę ita sũt pedib⁹ discretis: vt eos in diuersum habeant separatos.

Diuendo: diuisim vel varie vendo: vt fit huic ⁊ illi mõ hoc/mõ illud. Liuius lib. j. Cũ diuidenda prędа. xl. talenta argenti effecisset.

Diuerbia: partes comędiaꝝ vbi plures personę versãtur: a personaꝝ varietate dicta. Liui⁹. Inde ad manũ cantari histrionibus cęptũ: diuerbiaq; tm̄ ipsorum voci relicta.

Diuerto: de vna re ad aliã verto/deflecto: vt Cũ qð cępi relinquo vt aliud agã. Siue alio me verto. Lactã. lib. viij. Sed huc necessario diuertendũ fuit: vt ostenderẽ tot ac tanta ingenia in rebus falsis esse ꝯsũpta. Et diuertere est hospitari. Col. lib. j. Hęc aũt ꝯtere/untiũ viatoꝝ populationib⁹ et assiduis hospitijs diuertentium infestat rẽ familiarẽ.

Diuersito tas. penulƚ. corrcp. frequentatiuũ a diuerto ꝓ deflecto. Gel. Ad ipsa Platonis penetralia/ipsarumq; rerũ pondera et dignitates pergendũ est: non ad vocularum eius amęnitatẽ: nec ad verborũ venustates diuersitandũ.

Diuersor aris. mõ diuerto significat/mõ cõuersor.

Diuersor: qui in cauponia hospitatur. Cice. lib. ij. artis ve. Caupo cũ quibusdã diuersoribus illũ qui añ exierat cõsequiƚ. In itinere hoim cõprendit: homo in vrbem ab illo deditur.

Diuersorium: a diuertendo accipitur pro villa/⁊ quasi ꝓ hospitio: q2 ibi magis nos recipimus ⁊ cõmoramur q̃ habitemus. Cice. in Cato. Ex vita ista discedo tanq̃ ex hospitio/nõ tanq̃ ex domo. Cõmorandi em̄ natura diuersoriũ nobis/nõ habitandi dedit. Idẽ Fabio Gallo. Me ego libentius emerim diuersoriũ tarracinę: ne semper hospiti molestus sim. Proprie autẽ capitur ꝓ hospitio: vt apud eundẽ. Quiescam in cęsaris sermone quasi in aliquo oportuno diuersorio. Dicitur et Diuersorius a. um. vt Taberna diuersoria. Sueto. in Nero. Dispositę per littora et ripas diuersorię tabernę.

Diuerticulũ: est via per quam a militari via siue de itinere nostro alio diuertimus. Teren. in Eu. Cũ sensi redeo rursus: male ꝟo me habens/vbi ad ipsum veni diuerticulũ constiti. Seruius. Diuerticula sunt semitę transuersę/quę sunt a latere vię militaris. Hier. per similitudinẽ ita accepit lib. de natiuitate ꝟginis. Deniq; inquantũ recordari possum/nõ verba sed sensum scriptoris sequẽs: et nũc eadẽ semita nõ hisdem vestigijs incedens: nunc quibusdam diuerticulis ad eandem viam recurrens: sic narrationis stilũ tẽperabo/vt nõ alia dicã q̃ quę aut scripta sunt/aut ꝯsequẽter scribi potuerunt. Diuerticula etiã dicunƚ domicilia in via ad quę diuertendũ sit.

Diuersus: non solum pro vario/sed etiam pro separato ponitur.

Diuortiũ: separatio: et ꝓprie distractio matrimonij: inquit Modestinus: quod inter virũ et vxorẽ fieri dicitur: q̃uis ad alia etiã transferaƚ. Cice. Sic doctrinarũ facta diuortia. Virg. Obijciunt equites sese ad diuortia nota: id est ad flexus viarum.

Diuello is. li. sum. varie vello. Sal. Rapi virgines pueros: diuelli liberos a complexu parentũ. ελληνεσ ʃισ πασω λεγουσι και σπασʃω και ʃαπυλλα εχουσιν.

Diues: a diuo fieri dicitur: q2 qui diues est/quasi deus nihil indigere videtur. Et mõ construitur cum genitiuo: vt Insula diues opũ. Mõ cũ ablatiuo. Cice. li. ij. offic. Pub. Crassus tũ cognomine diues: tum copijs functus est edilitio maximo munere. Et est generis ois: facit em̄ accusatiuũ diuitẽ ⁊ hoc diues. Oui. lib. j. de ar. Addidit externo marmore diues opus. Hinc diuitior cõparatiuũ. Cice. Inde ille licentior ⁊ diuitior fluxit dithyrambus.

Diuito as. penultĩ. corre. diuitẽ facio. Acci. Nihil credo auguribus qui aures verbis diuitant alienas: suas vt auro locupletẽt domos.

Diuitię numero tm̄ multitudinis ita ab opibus differunt: q2 diuitię sint quibus vtamur: opes vt alijs opitulemur. Cic. Sunt ergo diuitię ad necessariũ vsum: opes ꝟo ad magnificentiã.

Diuexo as. varie vexo. Lact. li. vij. Vt si q̃ forte tũ fuerint boni prędę sint sceleratis ac diuexenƚ vndiq;.

Diuido is. pe. cor. si. sum. cõpositũ videƚ: licet ei⁹ simplex nõ legerim. Et est diuidere: separe/partiri. Vir. Diuisũ imperiũ cũ Ioue cęsar habet. Poniƚ ⁊ ꝓ pędicare. Plau. in Aul. Ne quidẽ hercle dicã palã nõ diuides. Qð ⁊ ꝑcidere diciƚ apud Martialẽ.

Diuisio: vt Cic. lib. j. ad Heren. ea est ꝑ quã aperimus quid cõueniat: quid in cõtrouersia sit: vel ꝑ quã exponimus quib⁹ de rebus dicturi sumus.

Diuisor cum sit verbale nomẽ: a diuido plerũq; apud Cice. criminis est: hiq; antiquitus diuisores vocabantur/qui pecunias inter tribus viritim candidatoꝝ nomine diuidebãt in creãdis magistratib⁹: quos Plautus curiaꝝ magistros vocat. Cõsueuerãt em̄ petitores magistratuũ apud Romanos pecunia largitioneq; sibi studia cõciliare suffragatorũ: et per cẽturias tribusq; diuidere nũmos. Ci. ꝓ Plã. Quã tibi cõmodũ est vnã tribuũ deliges: tu doce id qð debes per quẽ sequestrem/quo diuisore corrupta sit. Est et diuisor q̃ pueros corrũpit. Cice. Peto. Quid em̄ nõ honestũ est verbũ diuisor? At inest obscenũ cui respõdet intercapedo. Sũt ergo diuisores nõ solum criminosi: sed etiã obsceni tanq̃ in obsceno coitu: prępostereq; libidine nates diuidantur. Qui et emasculatores et pędicones dicuntur.

Diuiso as. pe. ꝓ. crebro siue more ꝯsueto: vt partẽ mihi capiã diuido. Ci. li. ix. Phil. In galliã inuasit. Antonius in Asiã dolobella in alienã vterq; ꝓuinciã alteri se Brut⁹ obiecit: impetũq; furẽtis: atq; om̄ia dirĩpere cupiẽtis vitę suę periculo colligauit.

Diuidiũ a diuisiõe/sicut dimidiũ a dimẽsione. Terẽ. in Adel. Totũ diuidiũ face ⁊ ꝓ eo dimidio.

Diuidia ę. tediũ. Actius. Hui⁹ me diuidia cogit plus q̃ est par loqui. Interdũ etiã diciƚ discordia.

Diuidicula: castella ex quibus a riuo cõmuni aquã quisq; in suũ fundũ ducit.

Diuiduũ: quod separabile ⁊ separatũ est. Cui⁹ contrariũ est indiuiduũ. Plau. in Ru. Diuiduũ talentũ faciam: id est in duas partes diuisũ. Hinc diuidue: qð ꝟnaculo sermone dicimus per la meitalde. Idẽ i Cas. Nã qð tibi ęgre est/idẽ mihi est diuidue.

Dius dicitur generosus: απο ʃου Διοσ: id est a ioue. Virgĩ. lib. xj. Quos ipsa dec⁹ sibi dia Camilla. Dius in cõpositione accipiƚ ꝓ die: vt perdius.

Dium substantiuũ: diuinũ sub cęlo lumẽ. Celum greci Διον dicunt. Vñ adhuc sub dio fieri aliq̃d dicimus: cum nõ fit sub tecto.

Diuus a. um. idem quod diuinus: quod etiam diũ dicimus: quasi απο ʃου Διοσ: hoc est a Ioue genitũ: vel q2 veteres in singulari diũ dicebant: hoc est deũ. Vñ nũc quoq; in plurali dicim⁹ a dio dij/sicut a deo dei. Cũ autẽ dicimus diuã feminã: intelligim⁹ eã quę sua virtute diuinitatẽ meretƚ. Sic dicim⁹ diuos imperatores: etiã dũ sunt in vita.

Diuinus a.um. quod est dei: vel quod ad deū pertinet: vt opus diuinū/res diuine: que vt Aug. li.j. Acad. inquit: dicūtur per quas hōi diuinatio ipsa cōtingit: Hinc diuinitas/sicut a deo deitas.

Diuinitus aduerbiū: significat a diuinis siue a deo: sicut humanitus ab humanis rē demōstrat. Diuine ꝓ deo ⁊ humane: ad deoꝝ atq; hoim similitudinē.

Diuinipotēs: q̄ in diuinis potestatē habet. Apul. Saga ⁊ diuinipotens celū deponere.

Diuino as. penult. ꝓducta: nō tm̄ de preterito dicitur/sed etiam de presenti pro verū dico. Unde prouerbium: aiunt diuinare sapientē: quia qui dicit verum de his/diuinus est. Teren. in Hecy. Plane hic diuinat. Nā id est. Plerūq; tn̄ diuinare est augurari: a quo diuinatio: ꝓuidentia futurorū: que q̃q; etiā dicit iudiciū. Nam cum de cōstituendo accusatore querit iudiciū quod super ea re redditur cuinam potissimum ex duobus pluribusve accusatio in reum permittatur: ea res diuinatio appellatur. Et vt ait Caius Bassus id iudiciū diuinatio appellatur: qm̄ diuinare iudicem quodammodo oporteat/quā sententiā sese ferre par sit. Alij diuinationem appellatam esse putant: qm̄ cū accusator et reus due res quasi cognate coniuncteq; sint: neq; vna sine altera cōstare possit. In hoc tamen cause genere reus quidē iam est: sed accusator nondū est: et ideo diuinatione supplendum est quisnam accusator futurus sit. Ita Ciceronis prima verrinarū diuinatio inscribit: quia nō de facto/sed de futuro queritur: que est diuinatio/vter debeat accusare. Cicero in Cecilium. Alij putant diuinationē dici/ꝙ res agatur sine testibus et sine tabulis: et his remotis argumenta leuia sequantur: ⁊ iudices quasi diuinent. Huius cōpositū est prediuino: quod. Pli. posuit ꝓ presentio/cum ait lib. x. Tum vniuerse prouolant si dies mitis futurus est. Prediuinant eīn ventos imbresq;: et tūc se cōtinent tectis.

Diu aduerbiū ꝓ die. A quo fit Interdiu. Plaut. Nec noctu nec diu quietus. Interdū significat longo tp̄e. Unde fit diutius: lōgiori tēpore.

Diutissime: lōgissimo tp̄e. Tādiu: tanto tp̄e: Q̄diu quāto tp̄e. Iādiu: olim.

Diutile pe. cor. aduerbiū diminutiuū: significat aliq̄ñdiu. Gel. Cū diutile tacitus cogitando fuissem.

Diutinus a.um. pe. cor. lōgus seu cōtinuus. Ci. Libertatis desiderio/tedio q; diutine seruitutis.

Diuturnus a.um. idem quod diutinus: a diu deriuatū. Cice. Diuturni silentij.

Diurnus a.um. a die fit: sicut nocturnus a noctu. Unde ⁊ diurni dicuntur libri in quibus scribuntur gesta singuloꝝ dierū: vulgo iornales dicuntur. Iuue. Lōgi relegit transacta diurni. As diurnū accipit ꝓ victu atq; mercede vnius diei. Seneca. Diurnū accipit: in cēticulo dormit. Idē lib. ij. contro. Cōsors mō dis fortune diurnū petā.

Diurno as. diu viuo: sicut perenno as.

D Ante O

Do das/dedi datum. Cuius composita si sint ex monosyllabis prepositionibus/sunt tertie coniugationis: ⁊ preteritū geminant: vt reddo dis. reddidi: perdo dis. perdidi. Excipitur sedo as. aui. ex se ⁊ do. Et dicit verbū datiuū: qm̄ vltra accusatiuū postulat datiuum: et quicq̄ dare sedulo reperitur. Et ita datiuo delectatur: vt quādoq; duos datiuos exigat pro adscribere seu imputare: q̄ꝙ alter eorum non semper ponatur/sed subintelligit. Cicero libro. ij. offici. Ne Marco quidē Seio vitio datū ꝙ in charitate annone asse modiū dedit populo. Teren. vnum tm̄ expressit. Nunc quam rem vitio dant queso animaduertite: subintelligit poete. Plautus in Amphi. Nunc tibi hanc paterā: que dono mihi ob virtutē data est alcmena tibi dono. Hic dono/vtrū casus datiui an ablatiui sit dubium videtur. Utroq; mō sumi posse censeo. In datiuo pro dedico capitur. Si autē ablatiuū esse velimus: vt dono sit quasi nomine doni: tunc do a ꝓpria significatione nō recedit. In qua Plautus tamen ipsi verbo accusatiuū vltra accusatiuū sine prepositione dedit: sed appositiue. Sic. Est ager sub vrbe. Hic vobis eū dabo doti sorori: id est vt sit dos: vel nomine dotis/vel ꝓ dote. Aliquando vltra datiuū ponit accusatiuus cum ad Ci. Corni. Litteras ad te nunq; habui cui darem/quin dederim. Idē ad Q. fratrē. Oculos autē natura nobis vt equo et leoni setas et caudam et aures ad motus animoꝝ declarādos dedit. Aliquando preter datiuū ponit accusatiuus: cū in Teren. in Phor. Hic quid velis dari tibi in manū/vt herus his desistat litibus. Nōnunq; accusatiuus ponit cū ad/⁊ datiuus remouet. Cice. lib. ij. Phil. Ad sepulturā corpus vitrici sui negat a me datum. Interdū ipse actūs cū in ponitur. Plautus in Cap. Hoc si facis dabo in caueā. Cice. Terentie. In viā qd̄ te des hoc tēpore nihil est: id est ponas seu inducas. Quandoq; regit ablatiuū cum prepositione post datiuū: vt cū quādo damus ꝑ aliquē aliquid alicui ab aliquo. Plau. in Cap. Sequere me viaticū/vt dem a trapezita tibi eadē opera a pretore sumas singraphū. Quandoq; nō per ablatiuū sed per accusatiuū cū per. Col. lib. ix. Accessus deinde quibus ad tabulata per vtrāq; cellam datur. Sepius tamen post accusatiuū datiuū regit: et hoc varijs actibus applicari solet. Plau. in Epi. Si equū sit me plus sapere q̄ vos: dederim vobis cōsiliū cautū quod laudetis. In Cur. Nunc rei diuine operam dabo. In Mer. Me totico morti dabo. In Cap. Do tibi operam si quid est quod me velis. Gel. Cretenses quoq; prelia ingredi solitos/memorie datū est. Capitur etiā sicut vendo: vt ꝙ in caritate annone asse modium populo dederit. Item dare est offerre/obijcere. Terentius in Ecy. Profecto hoc sic est vt puto omnibus nobis: vt res dant sese ita magni atq; humiles sumus. Itē accipere. Idem in eadem. Dabo iusiurādū nihil esse istorum tibi. Item inferre: inducere. Virgilius. Magnā dabit ille ruinā Arboribus. Itē promittere. Teren. in Ecy. Si mihi fidem das te tacituram dicā. Itē permittere: vt apud apostolū ad Romanos. Dedit illis deus spiritū cōpunctionis: id est permisit vt haberent spiritū cōpunctionis. Itē dicere. Terē. in Heau. Nunc q̄obrem has partes didicerim/paucis dabo. Itē obtemperare. Idē in Adel. Da te mihi: id ē accōmoda te mee voluntati. Itē prostituere. Mar. Casta igitur nulla est: caste sunt mille: quid ergo casta facit: nō dat nō tamen illa negat. Item facere. Teren. in Adel. O eschine pol haud paternū istuc dedisti. Item concitare: vt apud eundē in Eu. Ludum iocumq; dices fuisse illum alterū prout huius rabies q̄ dabit. Dare penas est sustinere. Lactan. lib. vij. Sed tamen docent nos sancte littere: quemadmodum penas impij sunt daturi. Dare veniā est cōcedere quod petitur. Teren. Da veniam queso filio tuo. Cice. de ora. Dabis hanc veniā mi frater. Dare operā: est adiuuare/inseruire. Teren. in Phor. Nos operā dabamus phedrie. Dare potestatē: est rē in alterius arbitrio permittere. Pli. Et qui suarū omniū rerum potestatem auunculo dederat. Dare fidem: est aliquid sancte ꝓmittere. Dare in manū: significat separatim et sine arbitro aut interprete: vt cū preuaricator aut iudex corruptus accipit pecuniā. Do me in disciplinā: significat do operā discipline. Ambro. Sed relictis omnibus in disciplinā se ꝓpheticā daret. Datū est: id est fato decretoq; concessum est: vt Nō dabitur regnis

esto ꝓhibere latinis. Huius verba cōposita sunt Ab
do/addo/condo/circundo/credo/dedo/ędo/indo/ob
do/perdo/prodo/prędo. A quo et Prędor passiuū:
de quo alibi. Reddo/Subdo/sedo/satisdo/ pessundo/
venundo/trado ⁊ mando.

Doceo ces.cui.doctū: cuiuscunqȝ rei cognitionem do:
cōstruiturqȝ cū duobus accusatiuis: vt Doceo te lit/
teras. Aliquando cum vno tm̄: licet alius posset in/
telligi. Aliquando precium exprimit̄ in ablatiuo vel
genitiuo. Cice.li.ij. Phi. Jam inuideo magistro tuo
qui te tanta mercede quanta iam ꝓferā/ nihil sapere
docuit. Juue. Tenta Gulosonius quāti doceat/ vel
pollio quanti. Aliquando cū ablatiuo. Cice. Peto.
Socratem fidibus docuit. Virg'.lib.iiij. Paucis ad
uerte docebo. Aliqñ cū ablatiuo cū de. Salu. in Ju/
gur. Tametsi legatos miserat qui senatū de cede fra
tris de fortunis edocerēt. Aliqñ absolute. Virg. Do
cuit post exitus ingens. Ponit̄ etiā docere ꝓ mone/
re: qḋ quidā barbare dicūt aduisare. Cic. Apio Pul.
Me litteras quidē vllas accępi quę me docerēt quid
ageres/aut vbi te visurus essem. Huius composita
sunt Addoceo/dedoceo/edoceo/perdoceo: quę am/
bo significant perfecte doceo. Salust. Cicero per le/
gatos cuncta edoctus. Plaut⁹ in sti. Nam illa omnes
artes perdocet. Prędoceo: prius doceo. Salusti⁹ in
Jug. Cęterū illi qui centuriis pręerant: prędocti a du
ce arma ornatumqȝ mutauerāt. Subdoceo: loco ali/
cuius doceo. Aug⁹ lib. viij. Cōfess. Nebridius ami/
citię nostrę cesserat: vt omniū nostrū familiarissimo
Verecundo mediolanēsi/ ⁊ ciui ⁊ grāmatico subdo/
ceret vehementer desideranti.

Doctus dicitur qui rationem rei tm̄ tenet. Peritus: q̄
cum ratione experientiam ⁊ cōsuetudinē tenet: απο
τησ πειρασ: id est experientia. Itaqȝ minus est do/
ctus q̄ peritus. Cice. in Salust. Satis docte atqȝ pe
rite fecisti. Idē lib. iij. offi. Itaqȝ cum sint docti a pe/
ritis: desciscunt facile a sentētia. Maiorē tamen vim
habet doctus q̄ eruditus. Idē lib. j. offi. Nec solum
viui ac pręsentes studiosos discendi erudiūt atqȝ do
cent: sed hoc idē etiam post mortē monumentis litte
rarum assequuntur. Nec mirū est ꝙ minus sit erudi
tus q̄ doctus: quoniā rudis et eruditus ꝯtraria sūt.
Pli. Sedere cępit sentētia hęc: pariterqȝ ⁊ eruditum
vulgus ⁊ rude in eā cursu vadit. Quint'. li. j. A pe/
dagogis exigat vt sint eruditi/ quo adolescētes erudi
re queant: aut se nō eruditos esse sciant: ne mala pro
bonis illos imbuant litteraꝝ eruditione: eos insuper
redarguēs/ ꝙ cedere ꝑcipiendi peritis indignant̄: vt
animaduertat̄ si pedagogos decet esse eruditos: ꝓ/
fecto ꝑcęptores par est/ nō solū eruditos/ sed doctos
atqȝ peritos esse debere. Doctus cū quo cōponitur
indoctus: nomē est: tametsi participiū esse possit: sed
tamē ablatiuū regit. Cice. lib. ij. offi. Nec me angori/
bus dedi quibus essem confectus/ nisi restitissem: nec
rursū indignis docto homine voluptatib⁹. Idē Cor
nifi. Sed ꝓxime scripsi de optimo genere dicendi: in
quo sępe suspicatus sum te a iudicio nostro: sicut do/
ctum hominē a nō indocto paulum dissidere. Semi/
doctus similiter ⁊ participium ⁊ nomen esse potest.
Plaut⁹ in Asi. Tua ista culpa est quę discipulū semi
doctū abs te amoues.

Docilis penul. corre. qui attente vult audire: inquit Ci
ce. lib. j. ad Heren. Vel docilis: qui facile docet̄. La
ctan. de opi. Nam si te litteris nihil aliud q̄ linguā
instruentibus auditorē satis strennuū prębuisti: quā/
to magis in his veris ⁊ ad vitā pertinētibus docili/
or esse debebis. Varro li. j. de re rust. Cassius scribit
hec operarios parandos esse qui laborē ferre possint:
ne minores annorum vigintiduorum ⁊ ad agricultu/
ram dociles. Hinc docilitas: aptitudo qua quis faci
le docet̄. Pli. lib. viij. de elephātis. Nā quo ad doci/
litatē attinet: regē adorant.

Docilis: qui idoneus est vt doceatur: vt lib. iij. Regū.
Dabis igitur cor docile seruo tuo: vt iudicare possit
ꝑplm tuū. Hiero. Ingeniū docile ⁊ sine doctore doci
bile est. Laurē. Val. cōtra Pris. ita differit. Docilis
q̄ facile docet̄: ⁊ qui natura aptus ē doceri. Sic Cy/
prianus. Docibilis est q̄ ē ad discēdi patientiā lenis
⁊ mitis. Aug⁹. Oēs regni illius hoies docibiles dei
erunt: nō ab hominibus audient.

Doctrina dicit̄ vt a doctore ꝑficscit̄: disciplina vt a di
scipulo cōprehenditur.

Documentū a pręterito docui fit: sicut a monui moni
mentū. Et est id qḋ nos docet/ siue ex quo quid doce/
mur. Salu. Quarū rez ego maxime hęc documenta
habeo/ ꝙ in bello sępius vindicatū est in eos q̄ cōtra
imperiū in hostē pugnauerant.

Docus: latine tignū vel trabes. Plini⁹ lib. ij. Trabes
ignee quas docos vocant.

Dodona pe. ꝓd. ciuitas Epiri: iuxta quam ꝓpinquum
erat nemus ioui sacrū: vbi quercus vocales fuisse di
cunt. Hinc dodone⁹ a. um. Virg'. li. iij. Stipatqȝ ca/
rinis Ingēs argentū dodoneosqȝ lebetas.

Dodrans dicitur dempto quadrante ex vncia nouem
partes assis.

Dogma atis. et Dogmatum greci dicunt. Δπκεω τό
οιωεσϊι οθεν Δογματα ερχεται: nostri mō de/
cretum: modo scitum: mō placitum appellant. Sūt
enim dogmata vniuscuiusqȝ sectę decreta: quę vt in/
quit Cice. prodere scelus est nō minus q̄ patriam: si/
ne quibus nec sectę philosophorum/ nec religionum
vires constare possunt. Unde Laertius ait sectam
eam nō appellari/ quę dogmata non habet. Scribit
Aug⁹ lib. de ciui. dei: se ex Varronis philosophia col
legisse dogmata fuisse solo habitu int̄ se diuersa. Vn̄
etiam dogmata illa dicunt̄ quę synodus sanctorum
sciuit/ et Athanasius cōscripsit. Artes quoqȝ libera/
les habent decreta sua/ nō tm̄ pręcępta/ sicut Medi/
cina. Itaqȝ est alia Hippocratis secta: alia Asclepia/
dis: alia Themisonis. Pręterea nulla ars cōtempla
tiua sine decretis suis est. Pli. frequenter placita ap
pellat: vt illud ex lib. ij. Babyloniorꝝ placita mot⁹ ter
re/ hiatusqȝ/ ⁊ cętera oīa vi siderum existimāt fieri.
Idē magorꝝ placita appellat.

Dogmatistes: qui alicuius dogma sequitur. Hierony/
mus. Nunc ꝟo cum interpres magis Apostoli fue/
rim q̄ dogmatistes.

Dolo as. ascia cedo/ vel dolabra seu falce. Prope. Sti
pes acernus eram ꝓperanti falce dolatus. Dicitur
et Dolio is. iui. itum. Var. i Aga. Nunqȝ celatus in
manu dextra scyphus celo dolitus artem ostētat mē
toris. Huius verbi composita sunt Dedolo ⁊ Edo/
lo: de quibus in locis suis.

Dolabra penul. cor. instrumentū fabrorum quo ligna
dolant. Col. lib. iij. Quę falce amputari nō possunt:
aucta dolabra abradito.

Dolobella diminutiuū a dolabra. Idē lib. v. Semper
circa crus dolobella dimouēda est terra.

Dolabro as. ascia vel dolabra diminuo.

Dolor est animi vel corpis cruciatus: a dolādo. i. minu
endo. Augent̄ eīn corpa lętitia: dolore minuunt̄.

Dolentia: idem quod dolor: cuius contrariū est indolē
tia. Cice. Ut qui rem expetendā/ vel voluptate vl in/
dolentia metiuntur.

Doloro as. dolore afficio.

Dolorificus a. um. quod dolorē facit.

Doleo es. dolui itum. vnde doliturus. Augusti. libro
xxj. de ciui. dei. Quēadmodū dicimus hominū cor/
pora viua futura quę semꝑ arsura atqȝ dolitura: nec
tamen aliqñ sint moritura. Hoc verbū si ad corpus

referatur neutrum/acquisitiuū est: vt oculi dolent vi/
ro tuo. Sin de rebus alienis/effectiuū est: vt Doleo
tuis rebus aduersis. Aliquādo etiam cū accusatiuo:
vt Doleo tuā miseriā. Salust. Quasi dolens eius ca/
sum. Huius cōposita sunt: Cōdoleo: qđ est simul vel
in totū doleo. Plau. in Tru. Date iā soleas/ atq₃ in/
tro me ducite actutū: nā mihi devento misere cōdolu
it caput. Dedoleo: de quo alibi.

Dolus: a delendo/vel a dolando: id est lędendo et mi/
nuendo. Nam et grece δολασ lęsio dicitur: et acci
pitur pro fraude et machinatione: quę fit ad fallendū
aliquē. Veteres tamen etiam in bonā partē accipie/
bant ꝓ solertia et calliditate/quę aduersus hostes ad
hibetur. Unde nūc dolū malū dicimus: quoniam et
bonus dolus dicebatur. Hinc dolosus ꝓ inuidioso.
Subdolꝰ: occultus decęptor: a sub: id est subtus. Do
lus etiā ꝓpriū nomen fuit auctoris Mendesij: Cuius
meminit Col. lib. viij.

Dolon: nomen ꝓprium viri troiani egregia pedū per/
nicitate prędit.

Dolones: a fallendo dicti sunt: ingentes cōti ferro bre
uissimo/ꝙ decipiant cum speciem pręferant ligni: in/
tus autem ferrum acutū habeant. Virgilius lib. vij.
Seuosq₃ gerunt in bella dolones. Ubi Seruius ait
dolonē flagellū esse: intra cuius virgā lateat pugio.
Apud Liuiū accipi vidētur dolones ꝓ armamentis
naualibꝰ/vbi scribitur. Sublatis raptim dolonibus
Ephesum petit fuga. Suidas tamen δολωνεσ τα/
μικραισ τι αχαλασ αι τεσ τα μεγαλα αρμο
να τοισ μικροισ αλλο λωνεσκα λουσιν
επεσ θαι και αυθισ δολωνησ προβαλομε
νοσ του παντοσ στολου ναυσ ο λιγασ ταυ
ταισ τουσ δολωνασ επαραμενοσ επλει οι
δε ρωμαιοι πλησι ονγενο μενοι καθειλον
τουσ δολωνασ.

Dolia sunt vasa grandia quibus vinū reconditur. Te/
rentius. Repleui omnia dolia/omnes serias. Veteres
dolia fictilia in cellis vinarijs seruabant. Quę si du/
as aures habuissent/diotę dicebantur. Iurisconsulti
scribunt vino legato: cū vasis dolia legata nō sunt: qꝛ
scȝ ea mēte vinū in dolia cōdimꝰ: vt ex his postea in
amphoras vel cados diffundamus. Et hoc est vinuȝ
quod diffusū nominaṫ. Iuue. Ille capillato diffusum
consule potat.

Doliola: dimi. a dolijs. Uñ et locus in vrbe fuit sic vo/
catus: qꝛ inuadentibus gallis senonibus sacra roma
noꝝ in eodē loco doliolis cōdita: illic defossa fuerūt
a flamine quirinali: sicut Liu. lib. v. scribit.

Doliaris ꝛ hoc doliare: qđ ad dolia ꝑtinet. Uñ Plau.
in pseu. festiuiter appellat anū ventrosā doliarē.

Dolopes pe. cor. ꝑpli Thessalię: vt ostēdit Lu. Pli. ꝓo
scribit esse populos Etolię.

Doma atis. tectū ελληνεστι γαρ τοιαυτα λεγε/
ται και νομοσ και το δομα τοσ. Nam (vt in/
quit Hieronymꝰ) in Egypto et in Palestina vbi vel
scripti diuini libri vel interpretati sunt: nō habent in
tectis culmina sed domata: quę Romę vel solaria vł
mediana vocantur: id est plana tecta quę transuersis
trabibus sustentātur. Deniq₃ et Petrus in Actibus
apostoloꝝ: quando ascendit in doma: in tectū ędificij
ascendisse credendus est. Et quando pręcipiṫ nobis/
vt faciamus domati nostro coronā: hoc pręcipiṫ vt i
tecto faciamus ꝑ circūitū quasdā eminentias/ne faci
lis in pręceps sit lapsus. Et in euāgelio. Quę audistę
in aure/dicite sup domata.

Domus: proprie ędificium ad habitanduȝ factū: quod
ex tecto et parietibus cōstat: ο δομοσ ελλανικα
λεξισ εστι. Improprie ꝓ quocūq₃ habitaculo. Un/
de et tēpla et auiū nidi domus dicuntur. Virgilius
lib. vj. Ostia iamq₃ domus patuere ingentia centum
Spōte sua. Idē. Antiquasq₃ domos auiū cum stirpi
bus imis Eruit. Aliquando domus dicitur familia.
Idē li. v. Sergestusq₃ domus tenet a quo Sergia no
men. Aliquando sumitur pro vna tota gente. Idem.
Cū domus assaraci: volēs intelligi romanos: qui de
Assarico ꝑ Troianos originē ducunt. Et in sacris lit
teris: domus Iacob dicitur id ingens hebręorū po/
pulus. Aliqñ ꝓ patria: vt Da propriā tymbree do/
mū: da męnia fessis. Et sciendū ꝙ domus facit geni/
tiuū domus et domi. Datiuū domui. Accusatiuū do
mū. Uocatiuū domus. Ablatiuū domo. Sed cū di/
cimus domi: locū significamus in quo qs manet. Cū
ꝓo domus: tunc ędificiū quod ex tecto et parietibus
cōstat: vt Domi maneo/nō domus. Et Partē domꝰ
demolitus sū/nō domi. Et Superiora domus ascen
di/nō domi. Domi ꝛ in domo idē significat. Quintl.
In domo furtuȝ factū ab eo qui domi fuit. Dicimus
etiā: Reuertor domū et ad domū. Exeo domo vel e
domo. Et quoniā frequēter iungiṫ cū his ꝓnominibꝰ
mea/tua/sua/nostra ꝛ vestra/ꝛ vni nomini aliēo. Nō
est dicendū ꝙ domus sit aduerbiū: vt erā domi meę.
Tu eras domi tuę: et sic de ceteris. Cice. Qui cū ista
ętate et forma alienę domi nolo dicere: ꝙ si nō pona/
tur/hec ꝓnomina subintelligūtur: vt domi ero: id est
meę. Huiꝰ nominis diminutiua sunt. Domuscula/do
muncula ꝛ domuncio. Apul. Iā deniq₃ nec larē requi/
ro: nec domunciomē paro.

Domesticus a. um. quod ad domū ꝑtinet: vt domesti/
ca negocia. Aliqñ domesticus diciṫ māsuetꝰ ac mitis.
Pli. Mite aial atq₃ domesticū. Hi domestici dicun
tur. qui ex eadē domo sunt/ꝛ nobiscū habitant.

Domesticatim aduerbiū/significat ꝑ varias domos/si
ue ꝑ domesticos. Sue. i Cęsare. Quoꝝ vt q̄ maxime
expectatio esset ea q̄ ad epulū ꝑtinerēt: quis macel/
larijs oblocata esset domesticatim apparabat.

Domiciliū: habitatio lōgi tēporis. Unde mutare do/
miciliū dicunṫ/qui migrant vt aliā vrbē habitēt/ tan/
q̄ illius ciues futuri. Nā qui ad tēpus habitat mox
inde discessurus: domū quidē potest habere quā cō/
duxit: domiciliū autē nō habet. Gel. Qui domiciliū i
Italia nō haberet.

Domo as. domui itū. vel domaui atū. Unde domitor
et domator. Ouid. de trist. Quid tibi de tetrico refe
rā domitore chymerę. Tibul. Te duce nō alias puer
sub terga domator. Nā vt docet Prisc. Uerba pme
cōiugatiōis formantia ꝑteritū in ui diuisas: antiq ter
tia declinatione declinare solebāt. Ex quo patet/ꝙ a
prima cōiugatione pręteritū terminaṫ in aui/ supinū
in atum: deriuatiua in ator atio. Quę autē in ui diui
sas/a tertia sumptū est: q̄uis vt plurimū in pma cōiu
gatione declinenṫ. Est autē domare: quasi sub domo
ꝛ potestate/vel mea/vel alicuiꝰ facere siue māsueface
re ꝛ domesticū reddere. Uñ equoꝝ domitores dicū/
tur ꝛ domiti atq₃ indomiti eq. Indomitę gētes fero/
ces. Per translationē domare significat vincere: a q̄
domitos hostes dicimꝰ: id est victos ꝛ domitos po/
pulos i potestatē redactos. Hic cōponiṫ ꝑdomo pe
nul. cor. qđ est valde domo vel ad finē domo. Iusti.
li. j. Terminos vsq₃ libyę ꝑdomuit.

Domitura rę. domandi actus. Pli. Domitura boū in
trimatu optima. Col. lib. vij. Curandū ne in domitu
ra bos calce aut cornu quēq₃ cōtingat.

Domitalis: aptus ad domandū.

Dominus a domo fit: et is proprie dicitur qui domui
pręest/et qui domus imperiū habet. Itē domini ap/
pellatio ad eos extenditur: qui rei alicuius proprie/
tatē habent: etiā si vsusfructus alienus sit. Abusiue
tamen et filiūfamilias et cęteri liberi qui in potestate
sunt/ꝛ vsufructuarij dñi dicuntur. Itē dominus vo/
caṫ cui seruitur: ꝛ cui populi subsunt. Virg. Roma/

nos rerũ dominos. Hinc dominiũ ꝑ imperio et vita dominoꝝ. Rursus dominus dicit maritus. Idẽ lib. iiij. Cõnubia nostra repulit: ac dominũ enẽã in regna recepit. Itẽ mulierũ amator/ et dña ꝑ amica seu amãte dicit. Ouidi⁹. Hec tibi sub dño est pyrrhe puella suo. Et iterum. Nam furor in dominã temeraria brachia mouit. Itẽ ponit ꝑ conuiuij exhibitore. Var. Aut dominũ aut vinũ: aut aliud quid laudato. Dominus quoq; et dña sumi solent ꝑ deo ac dea. Oui. Et dño soluere vota ioui. A Dños sunt deriuatiua: dominicus/ domitius et domitianus.

Dominor aris. imperium gero. Et mõ genitiuũ regit. Hiero. in Ecclesiastico. Et dominatus est bestiarum. Mõ datiuũ. Virgilius. Victis dominabitur argis. Mõ accusatiuũ: cum in Ouid. lib. j. Metam. Et q dominari in cetera posset/ natus hõ. Cice. Felix senectus si vsq; ad vltimũ spiritũ dominabit i suos. Mõ ablatiuũ similiter cũ in. Ser. sulp. Ciceroni. Quũ casus et natura in bonis dominat. Virgl. li. ij. Incensa danai dominant in vrbe. Inde fit dominatio: imperiũ: et Dominatus/ principatus.

Dona sunt/ que aut propiciandis diis dantur/ aut hominibus ꝑ benefactis: que nulla necessitate iuris/ sed spõte prestant. Ouid. Munera (crede mihi) placãt homines q; deos q;. Placat donis Iuppiter ipse datꝰ. Aliquando donũ dicit de rebus pniciosis. Virgili⁹. Quas illi philomela dapes: que dona pararit. Donũ honorarium: id est qd dat patrono. λεγεται και δωραρ εισ η dorium.

Dono as. vnde donatio: quam Vlpi. dici ꝓprie existimat: cũ quis ea mente dat/ vt statim velit accipientis fieri: nec vllo casu ad se reuerti: et ꝓpter nullã aliã causam facit q vt liberalitatẽ et municẽtiã exerceat. Que si sub cõditione fiat/ nõ est vera donatio. Et dicimus: Dono tibi munus: et dono te munere. Donare ciuitate ẽ efficere ciues: et iura ciuiũ dare. Hui⁹ verbi cõposita sunt: Cõdono: quod quãdoq; ꝑ simplici ponitur. Quãdoq; significat quicq; ad alioꝝ petitionem do: et quãdoq; ignosco. Teren. in Phor. Argentum quod habes cõdonamus tibi. Sal. Haud facile alterius libidini malefacta condonabã. Redono ponit pro simplici. Aug⁹. Redona qd rogamus: excusa qd timemus. Et habent pe. pro.

Donatus dicit cui aliquid dono datũ est. Cuius cõtrariũ est indonaatus. Virg. Nemo ex hoc numero mihi nõ donatus abibit.

Donaria: loca vbi reponunt dona que deo offeruntur. Abusiue ipsa templa. Virgl. lib. iij. Geor. Tempore nõ alio dicunt regionib⁹ illis Quesitas ad sacra boues iunonis et vris Imparib⁹ ductos alta ad donaria currus. Gel. lib. ij. Vbi reponi solerent vetera q ex eo templo collapsa essent: et alia quedã religiose donarijs consecrata. Apul. Ibi donarium dee perq; opulentũ plurima auri et argẽti ratio in lãcibus/ spectaculis/ poculis/ et hmõi vtẽsilibus. Quod est cõtra Lau. Vallã: qui Seruiũ culpat. Aliqñ donaria dicũtur ipsa dona. Vnde Spartianus scribit Antoninũ dedisse populo cõgiariũ/ et militibus donariũ. Hiero. sup Ioel. Vespasian⁹ et Tit⁹ Rome tẽplo pacis edificato: vasa tẽpli hierosolymitani/ et vniuersa donaria in delubro illius cõsecrarunt.

Donatiu⁹: q donare põt. Paulus iuriscõ. Si duobus debitorib⁹ mortis causa donatiuus creditor vni accepꝰ tulit et ꝯualuerit: eligere põt vtri cõdicat.

Donatiuũ munus: qd a pñcipe vel imꝑatore donatur. Aug⁹. Magnũ quippe donatiuũ suis militib⁹ attulit quo eos nõ solũ copiose ditauit/ sed etiã ad certandũ inuictissime cõfortauit.

Donatice corone dicebantur quibus veteres in ludis vtebantur.

Donec aduerbiũ: modo tempus finitum designat: vt Dormiã donec excitet ab aliquo. Mõ infinitum: vt apud Apostolũ. Oportet illũ regnare/ donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. Nunquid tãdiu regnaturus/ donec incipiant esse sub pedibus ei⁹ inimici: et postq; fuerint sub pedibus/ tũc regnare desistet: cũ vtiq; tunc magis regnare incipiet: cum inimici ceperint esse sub pedibus eius? Et in Psal. Sicut oculi ancille in manib⁹ dñe sue: ita oculi nostri ad dominũ deũ nostrũ: donec misereat nostri. Ergo tãdiu oculos habebit ad deũ donec misericordiã ĩpetret: et postq; impetrauerit: oculos torquebit ad terras? cũ alibi dicat. Oculi mei defecerũt in salutare tuum? Iungit aũt donec tã indicatiuo q subiũctiuo: cum significat tẽpus finitũ: vt Seruiã tibi donec viuo. i. q diu viuo. Seruiã tibi donec moriar. i. vsq; ad mortẽ.

Donysa: insula est ĩ mari egeo.

Dorcas: adis: aĩal dama seu caprea: ab eo q acute videat: hoc est απο του οξεωσ δερκειν

Dormio is. verbũ absolutũ: cuius actĩ quãdoq; habeat. Amb. lib. j. offic. Soporẽ quietis habere nõ possunt quẽ ille dormiuit qui resurrexit. Huius cõposita sunt: addormio/ a quo abdormisco: quod est cõtrariũ verbi Expergiscor. Sue. de Clau. Et quotiens post cibũ addormisceret quod ei fere accidebat: olearũ ac palmularũ ossibus incessebatur. Obdormio: qd mõ dormio: mõ soporor significat. Predormio: antedormio. Redormio: euigilo. Pli. In redormitiõe varia fuisse somnia apparet.

Dormito tas. penul. ꝓduc. frequentatiuũ est: cuius diminutionẽ significati quãdoq; habeat. Hora. Quandoq; bonus dormitat homerus. Et in psalmo. Ecce nõ dormitabit neq; dormiet.

Dorsum et dorsus us. ſm Probũ: dicitur tota posterior pars: q ea pars corporis deuexa sit deorsum. Hiero. in Ezech. Inter vestibulũ et altare quasi. xxv. viri dorsa habentes contra templũ: deinde et faciem ad orientẽ. Est eñ tergũ qd nõ solũ dicit de hominibus ceterisq; aĩalibus/ sed etiã de inanimatis: vt de littoribus/ aquis/ mõtibus/ et hmõi. Vir. Dorsum imane mari sũmo. Idẽ. Nãq; inflicta vadis dorso dũ pẽdet iniquo. Significat eñ duriorẽ arenã: vt inquit Ser. que remeãtibus fluctibus et euntibus detegit: quod a nautis puluinus vocat.

Dorsualia tegumẽta quib⁹ equi et boues tegunt. Iul. capi. Processerũt cẽtum albi boues cornib⁹ auro iugatis/ et dorsualib⁹ apricis discolorib⁹ ꝑfulgẽtes.

Dorsuari⁹ a. um. qd dorso aliqd fert. Var. Greges fiũt fere mercatoꝝ et eoꝝ q e brũdusio aut Apulia asellis dorsuarijs cõportãt ad mare oleũ aut vinum.

Doris nympha quedã maris Oceani et Tethyos filia quã Nereo fratri vxorẽ dedit. Et interpretat amaritudo. Vñ et a poetis ponit ꝑ mari. Virg. i Gallo. Doris amara suã nõ intermisceat vndã.

Doriscus: vrbs littoralis thracie fere ex opposito adsamothracã et a dori nympha: hoc est dea mariũ noiat. Iuxta hãc Herodoto teste campus ẽ magn⁹ eiusdẽ ꝑ quẽ Hebrus amnis defluit.

Doria et Dorica noia sunt partis achaie: q ꝓpinqua est Athenis/ dicente Platone lib. iij. legũ. Dori ꝑ achiuis mutato nomine appellati ꝓpter doricũ: a quo exules restituti fuerunt. Ser. ho super. ij. Aene. Dorica inquit a Doro neptuni filio dicit. Dores sunt populi dorice iuxta coliam.

Dory cum y. nomen oppidi pontici: quod apud nos lãceam significat.

Dorycles nomẽ filij priami: et interꝑtari põt lãcee gloria: δορυ lancea vel asta. κλεοσ gloria.

Doryphorus penul. cor. latine spiculator vel satelles dicitur portans lanceam. Et est nomen viri ꝓpriũ: de

quo Quintil. lib. v. Curti⁹ cognatorum Darii regis tur bam. xv. M. hominum fuisse muliebriter prope modum cultam luxu/magis quam decoris armis conspicuam do/ryphori vocabantur.

Dorophorus: latine dona ferens dicitur.

Dorylaus: nomen fluuii in Phrygia.

Dorciū: nomen feminę diminutiōis siue adulatiōis cau sa sic/platō: ab δωρον: quasi dulce et amabile donum.

Dorodocche: nomen proprium vxoris Icari.

Dos dicitur/cum datur et accipitur. Nisi enim accipe retur/dos non esset. Et datione et acceptione firmatur. Nec potest videri datum id quod nō sit acceptum. Et nō solum ea quę marito ab vxore dantur: sed etiam quic/quid alicui datum est/ vel a natura vel ab hominibus. Unde dotes animi dicuntur: prudētia/iusticia/fortitu/do/et hmōi. Et dotes corporis: pulchritudo/robur/inco/lumitas/et his similia.

Dotale: quod dotem ptinet: siue quod vulgo dicitur p dote. Unde dotalia bona/dotales fundi. Plau. i Asi. Do/talem servum Saureā vxor tua adduxit: cui pl⁹ i manu sit quam tibi. Idem in mili. Pasce ędis dias dotales tu/as. Li. Hęc tibi a me dotalia dona accedent.

Doto tas. dotem do. Hiero. in Exo. Dotabit eam: et hō habebit eā in vxorē. Unde dotatum hominem dicimus: qui dotem habet: et indotatum/qui dotem nō habet. Plau tus in Asin. Hę sunt atque alię mulieres in magnis dori/bus incōmoditates sumptusque intolerabiles. Nā quę indotata est/ea in potestate est viri. Dotate mactant et damno et malo viros.

Doxa latine: maiestas et opinio dicitur. Unde et parado xa: quę admiratiōe digna sunt: et opinionem hoīm supe rant. Interdum dicitur gloria. Unde Eudoxa vera glo/ria: vel potius prer opinionem.

D Ante R

Drachma: genus ponderis ex. xvi ū. siliquis: id est trib⁹ scrupulis cōstās. Est et genus numismatis. Ut in Iul. pollux. Drachmon atheniis numisma quod etiā bos di cebatur: quia boue signatus erat.

Dragma tis. δρασω το ποιεω ὅθεν το δράγμα οτι γενεται apud grecos dicitur: quod nos rapinā siue manipulum dicimus.

Drama atis. sine c. et sine g. dicitur vt in scenis agi fa bula solet: vbi diuersę personę introducuntur: et aliis accedentibus aliis autem discedentib⁹ a diuersis et ad diuersos text⁹ narrationis explet/sicut in Comediis: quod genus carminis inquit Hiero. cantari solebat. Unde etiā apud Cantica scribitur. Ante torum hui⁹ vir/ginis frequētate nobis dulcia cātica dramatis. Hinc Dramaticus stilus dicitur: qui mixtus nō est: vbi poe/ta nusquam loquitur: vt sunt Comedię et Tragedię exegy maticus: in quo solus poeta. Mixtus: vbi pmiscue/ et poeta et persona.

Draco: genus animalis venenosi. Plini⁹ libro. viii. scri bit veris draconibus ora parua esse/ et admodum non dehiscentia: sed artas fistulas per quas trahunt spiri tus: et linguas exerūt. Apud Indos et ethiopas dra/cones sunt. xx. cubitorum. Dictus draco a δερκω. Nā habet aciē peracutā. Dracones etiā dicuntur a Pli. li. viii. ex tortuositatum similitudie: palmites emeriti: plu ribusque annis indurati.

Dracūculus dimi. significat paruum draconem.

Dracena cū diphthōgo: draconis femina: quę et draca quo/que dici potest.

Dracontiū: herba.

Dragiana puincia in Asia maiori. Quā Ptol. ab oc/casu et septentrione Aria et bagao monte terminari ait ab oriente Arachosia.

Draucenis: vide in dictione Pathicus.

Drepanū pe. cor. pmōtoriū siue vrbs a curuositate in star falcis. δρεπανον enim falx dicitur. Nō lōge abest ab Erice mōte trās lilybeū. Uel ab eo quod saturn⁹ ampu tatis virilib⁹ patrernis illuc falcē pieceit. Oui. li. de fa/stis. Quique loc⁹ curuę noia falcis habet.

Dryades: nymphę siluarum ab arborib⁹. Nā apud grę/cos δρυσ ois arbor dicebatur: quis postea p quercu vsurpata sit. Hę enim siluas habitare dicuntur.

Dryas: nomen proprium viri Thessali amici Nestoris.

Dryopes: ppli epirotici. De quib⁹ Uirg. lib. iiii. Cretesque dryopesque fremūt pictique agathyrsi.

Dryjde: dicti sunt quidā gallorum religiosi et sapientes a quercubus. Pli. lib. xvi. Nihil habent dryjde. Ita enim galli suos appellāt magos. Sue. Diryjdarum religi onem apud gallos dire immanitatis tantum ciuibus sub augusto interdictā Claudius imperator quint⁹ peni/tus aboleuit. Suidas. δρυιδαι παρα γαλαταισ οιφιλοσ οφοι και σεμνοθεοι.

Drylon: fluuius dalmatię: qui per mediam mysiā per/gens/in Danubium influit.

Dromos latine cursus. Et accipitur nō solum p actu currē di/sed etiā p loco vbi curritur. Sue. in Nero. Elephā to supsedēs peragratum dromorum decucurrit.

Dromedarius: aial a currēdi velocitate dictum.

D Ante V

Dubius dicitur quę duas vias habeat: et vtrā eligat nesci/ens: sicut ambiguū/quod in ambas agi ptes possit. Ci. lib. i. ad Heren. Dubium genus est/cū habet in se cau sā et honestatis et turpitudinis partē.

Dubio as. in dubio sum. Plau. Dubiat quid agat.

Dubito tas. idē quod dubio: Cui⁹ composita sunt Ad dubito: quod est etiā vel ad aliquid dubito. Li. lib. ii. Proditoribus extemplo in vincula cōiectis delega/tus paululum addubitatum est. Cic. Cecine. Habes au/gurium meum: quo si quid addubitarē: nō potius vterer quam illa cōsolatione. Subdubito: parum dubito. Idē Ce lio. Hęc eo pluribus scripsi/quod mihi significabant lit terę tuę subdubitare qua essem erga illum volūtate. A dubio fiunt Dubitatio et dubietas. Aduerbia du bitanter/quod est a dubitās: et dubitatim a dubitat⁹. Ce cil. Imperator clamat de medio: vt velites a sinistro cornu remoueāt: et gallis nō dubitāter immittāt. Si scen. Quod hostē nō dubitatim cū pluteis et scalis iter facere cernebat.

Duco cis. xi. tum. proprie ducimus volentes: trahim⁹ inuitos. Seneca. Fata volentē ducūt: nolentem tra/hunt. Quandoque ducere significat respicere/iudicare/ existimare. Cic. Ego si mei cōmodi rationē ducerē: te mecum esse maxime vellē. Uirgil. lib. x. Tantone me cri mine dignum duxisti. Quandoque inescare/allicere/et delectatione quadā demulcere. Cice. in ver. ac. ii. Si quis honore aut gloria ducitur. Quādoque voluere/pertra ctare. Uirgil. libro. vi. Sic equidē ducebā aīo: rebar que futurum. Quandoque nudare/educere. Idem libro. xii. Ille tamen clypeo obiecto cōuersus in hostē Ibat: et au/xilium ducto mucrone petebat. Quandoque cōtrahere. Idē. Astrum quo segetes gauderēt frugibus: et quo Duce/ret apricis in collib⁹ vua colorē. Quandoque agere seu pa/ti. Idem. Nate dea potes hoc sub casu ducere som/nos. Quandoque struere/ erigere. Idē. Pars ducere muros/moliri que arcē. Quandoque auertere siue cōtrahere. Mar. Qui ducis vultus et nō legis ista libēter. Quandoque in longum ptrahere. Cic. ad Cesarē iuniorē libro. i. Ne res duceretur: fecim⁹ vt Hercules antiari⁹ in aliū locum trāsferretur. Quandoque dimittere/descēdere. Plau. in Aul. Ubi ille abit/ego me duco ab arbore. Quādo/que gerere. Uirg. lib. viii. Hi bellum assidue ducunt cū gēte latina. Quandoque ad sepulturā efferre. Persi⁹. Ne/rio iā tertia ducitur vxor. Quandoque ad supplicium du/cere: vt apud Curtium ait Hermolaus ad Alexan/

drum. Nos duci iube. Dicit & de re obscena. Plau. Si tenetis ducite ne disrūpamini. Hinc etiā ductor pro vibratore & lumborum ad concinniorē venerem prestandā quassore. Huius verbi cōposita sunt: Abduco/adduco: que sunt contraria. Conduco/circūduco/deduco/diduco/educo/induco/introduco/obduco/perduco/produco/reduco/seduco/subduco/superduco/et traduco.

Ducto as. sepe duco: aut huc illucque duco/guberno. Salus. Huc accedebat/quod L. Sylla exercitū quē i Asia ductauerat quo sibi fidū faceret contra morē maiorum: luxuriose nimisque liberaliter habuerat. Plau. i Cap. Me vt libitū est ductauit dolis. Ductare etiā apud Plau. est scortū cōducere: quod pudendā esse vocem ostēdit dicēs: Errauo potius quam qui me ductet. Et Quin. ait. Ductare exercitū nō sine rubore dici.

Ductito as. sepe circūduco. Terē. in Adel. Tu inter eas restim ductitās saltabis.

Duco as. guberno. Var. Ab eo quod sit ducare quod est dux aut ductor: qui ita inducit vt doceat: pe. cor.

Ducatus us. ipsa ducandi actio: vt est illud. Si cecus ceco ducatū prestet/ambo in foueā cadūt. Et ducatus dicitur regio cui dux dominatur: vel etiā ipsa ducis dignitas/prefectura & imperiū. Jul. Capi. Petenti signū proxima die tribuno dedit militi munus exprobrās vtique segnitiē temporum superiorum: quod quidē etiā ante in omnibus ducatibus dederat. Scribit Lāprid. Heliogabalū prepositura et ducatus et officia palatina vendidisse. Hoc nomen peculiariter datū est Spoletane vrbi: cuius regio Umbria dicitur ab auctoribus. Cuius fines a fonte Tyberis vsque ad Anienis fluuij sinistrā ripā: vbi videlicet Anio tyberim illabitur ducatus: vti ē aureus nūmus ducalis.

Ductus tus. ipsa ductio. Unde Aqueductus: aquarum deductio.

Duces dicti sunt qui alios ducunt. Unde & ducē belli dicimus & ducē gregis. Ductor & ductrix: nola probalia. Virgi. Ductores danaū.

Ductarius a. um. vnde ductarius funis dictus est: qui per orbiculos trochlee traijcitur.

Ductile pe. cor. quod facile ducitur attenuaturque. Unde es ductile: quod malleis obsequitur attenuaturque i laminas. Ductilis scena dicebatur: cū tractis tabulatis hac atque illac species picture interior videbatur.

Ductim aduerbiū: significat cū mora.

Dudū: quasi diu: dū eandē vim habet quā iamdudum: ita vt quādoque diē non transcendat: vt dudū intraui: dudū te expecto. i. hora est vel due vel tres exquo intraui/& exquo te expecto. Quādoque etiā transcendit diē. Pli. lib. iiij. Fabri qui dudū assueti apud penos. Et li. xviij. Nam dudū ex eadē Hispania zeliten venit in Italiā plagis vtilissimā.

Duellū: bellū quod duabus partibus de victoria cōtendentibus dimicatur: nō tamen duorum: vt quidā existimauerunt/sed multorum & ipsorum exercituū. Alioquin non diceretur a Plauto duellū inter Thebanos & Thelebo os. Et ab Horacio. Gratia barbarie lento collisa duello. Hinc Perduellis & perduellio.

Duello as. bello. Unde Duellator: qui duellū peragit. Plau. in Cap. Homi belliquae duellatores optimi.

Duillus: nomē ciuis romani: qui primus Rome nauali certamine triumphauit. Is iā senex & trementi corpore in quodā iurgio audiuit exprobrari sibi os fetidū: et tristis se domū cōtulit. Cūque vxori questus esset: quare nū quam se monuisset/vt huic vitio mederetur. Fecissem inquit illa/nisi putassem omnibus viris sic os olere.

Dulce: suaue: quod quidā a Delicio deducūt: quod dulcia maxime alliciāt. Eius cōposita sunt Predulce: valde dulce. Subdulce: aliquātulū dulce. Dulciloquus pe. cor. dulciter loquēs. Dulcifluus: dulciter fluens. Dulcisonus pe. corre. dulciter sonans.

Dulcidulus a. um. diminutiuū est.

Dulcedo/dulcitas/dulcitudo & dulcor: in eodem sensu accipiuntur. Pli. Cōtracta dulcorē amittit. Neuius. O suauis lingue sonitus. O dulcitas aie. Actius. Tanta hinc in corda dulcitudo inuasit.

Dulciarius panis: qui conficitur ex zucchario et nucibus pyneis vel amygdalis ad ientacula: vt est qui vulgo dicitur Marzapanus: pistor dulciarius: qui panes & mellita cōcinnat edulia: de quo Marti: Mille tibi dulces operū manus ista figuras Extruit: huic vni parca laborat apis: Lāpri. de Heliogabalo. Dulciarios hauit quo de dulcibus exhiberent quecūque coquo de diuersis edulibus exhibuissent. Ubi dulciarius significat simpliciter cōcinnatorē eduliū mellitorum/& operis pistorū dulcedine cōditi.

Dulceo ces. cui. A quo dulcesco is. dulcis fio. Cice. in Ca. Primo vua est peracerba gustatu: deinde maturata dulcescit. Huius cōpositū est obdulcesco: quod est i totū dulcis fio. Aug. lib. vij. cōfes. Nā si primo sctis tuis litteris informatus essem: & in earum familiaritate obdulcuisses mihi: & post i illa volumina incidissem: forcasse abripuissent me a solidamēto pietatis.

Dulco as. dulce facio. Sidonius Apul. ad Agricolam. Parco libens laudatur vite tā dulcate sollicitus ingenuitatem. Hinc Edulco cas. quod est valde dulco. Cn. Martius. Quapropter edulcare cōuenit vitā: curasque acerbas sensim gubernare.

Dulcacidū penul. corre. dicitur id quod dulcissimis rebus est illitum.

Dulia cū accentu in pen. latine hominis seruitus dicitur: δουλος seruitus: δουλη ancilla: δουλικος seruilis. Hinc fit cōpositū hyperdulia.

Dulichiū: insula in Maliacho mari: seu (vt quidā aiūt) Jonio vna Echinadū corintho proxima: ante Leucada: in qua regnauit Ulisses. Inde fit Dulichius a. um. Proper. Aut cū dulichias pallas spaciatur ad aras.

Dum aduerbiū temporale est: & modo pro quando ponitur: vt Dū dormis fures domū intrāt. Modo pro donec. Sal. Postremo neque sumptui neque molestie sue parcere: dū illos obnoxios fidosque sibi faceret: id est donec vel vt. Modo pro postquam: cū coniūgitur preterito subiunctiui. Mar. Audieris dū grāde sophos: id ē postquam audieris. Et posita post: nec vel nō vel haud/semper aduerbiū tēporis est: vt necdum/nondū/hauddū: pro nō adhuc. Est etiam coniūctio: & significat mō pourche. Sal. Neque id quibus modis assequeretur dū sibi regnum pararet/quicquam pensi habebat. Aliquā dum mō domēte che. Hiero. Dū persecutionis finē prestolatur: necessitatē in voluntatē vertit. Ponitur nōnunquam pro expletiua. Ter. Ades dū paucis te volo. Cōponitur cū quis: vt quidū. Cū age: vt Agedum. Cū modo: vt dūmodo/& Taxat/vt Dumtaxat.

Dūtaxat componitur ex dum aduerbio/et taxo as. pro estimo. Et nō recipit/sed etiā. Ci. pro deiotaro. Quod ipsū et si iniquū est in tuo dūtaxat periculo. Solum vero & tamen & modo recipiunt.

Dumus generis mascu. dicitur ois spina. A quo dumosus a. um. frōdosus/spinosus/vepribus plenus. Virgil. Dumosa pēdere procul de rupe videbo. Dumetū: locus vbi sunt dumi. Antiqui dumetosū locū dicebant pro dumoso. Et quae nos dumeta/appellabāt dumetica.

Duo is. dui dutū: significat do. Plau. i Cap. At ob eā rē mihi libellum pro eo argēti ne duis.

Duo et ambo: sicuti docet Priscia. genitiuos et actōs secundū secundā declinationē proferunt duorum amborum duos ambos: Quis in neutro differentie causa duū soleat dici: vt duum/milū amphorarū. Necnō et accusatiuus masculinorū est quādoque similis nominatiuo: profertur in neutro more greco. Hora. Duo si dis-

cordia veret inertes. Virg. Si duo preterea tales idea tulisset terra viros. i. duos. A duo fit duodecim: a quo duodecim⁹ ꝛ duoden⁹/duodenarius/duodeuiginti/ꝛ hmōi/ducēti/ducēten⁹/ duodecies/duodeuicies/ducēties/duodeuigesimus/ducētesimus.

Duplaris numer⁹ dicit: in quo minor bis numerat. Duplares siue duplarii torquati dicebant milites q̄ in legiōe romana ob ꝟtutē duplas ꝯseq̄bant annonas: sicut simplares: quib⁹ vna ꝛ semis annona dabat.

Duplex q̄n q̄ significat duo. Virgilius. Duplices tendens ad sidera palmas. Ciçe. lib. iiii. ad Heren. Duplices similitudines esse debēt. Quādoq̄ latū. Vir. Duplici aptant dentalia dorso. Duplices tm̄ numero plurali ꝛ genere mas. tabellarū genus est in quib⁹ littere scribi solebāt. Que quidē aliqn̄ etiā triplices erāt in quibus res amatorie scribebant. Mar. Tunc triplices nostros nō vilia dona putabis. Cū se venturam scribet amica tibi. Sic duplices/triplices/quadruplices ꝛ quintuplices portic⁹ dicunt/i quib⁹ ordines columnarū duplicati/triplicati/q̄druplicati ꝛ q̄ncuplicati sunt. Vitr. li. v. In duplici palestrarū porticu collocanda esse cōplura mēbra scribit.

Duplico as. duplicem facio/gemino. Hiero. Duplicauit annonā. Interdū Augere. Sal. Et maur⁹ victus duplicauerat bellū. Vir. Et sol crescētes decedēs duplicat vmbras. Hinc Cōduplico ꝛ Reduplico.

Duram quidam putant esse nomen fluuii: iuxta quē gygantes turrē Babel fecerunt. Alii volunt esse campū. Unde apud Danielē. In campo Duram statuit Nabuchodonosor statuā.

Duria siue durias: nomen fluuii Valentie proximi: vt scribit Pompo. Hunc Salust. vocat Turiā lib. iiii. hist. Inter leua meniū dextrū flumen Turia: qd̄ Valētiā paruo interuallo p̄terfluit. Clau. Floribus et roseis formosus turia ripis. Grāmatici formosum legerent: ꝙ vnum amniū Turia neutro genere proferri putent. Aug. Priscianoq̄ auctoribus. Ptol. hac parte Turulim vocat amnē. Est in Lusitania q̄q̄ durius. Quē Strabo duriam: multi Doriā appellant. Sirius Duriū ait eū. Hinc certant pactole tibi duriusq̄ tagusq̄.

Duro as. durum facio/firmo/solido. Colu. libro septimo. Annicula mula recte a matre repellitur: ꝛ amota mōtibus/aut feris locis pascit vt vngulas duret: sitq̄ postea lōgis itineribus habil. Per translationē Quinti. lib. i. Multa lingue vitia nisi p̄mis annis inemēdabili in posterū prauitate durantur. Et durare est tolerare. Virgilius. Durate: ꝛ vosmet rebus seruate secundis. In qua significatione quādoq̄ contra naturā iūgit accusatiuis/maxime apud poetas. Hora. lib. i. Car. Vix durare carine possunt imperiosius equor. Nā sicut dicimus clamare hominē: id est cum clamore vocare: sic durare equor: id est p duriciē ferre. Itē Durare: persistere/pseuerare. Plau. in Am. Durare nequeo in edibus: ita me pbri dedecoris a viro/argutā meo. Dui⁹ cōposita sunt Eduro: valde durū facio: et quasi ad laborē assuefacio. Colu. Quare docendus/et a puericia rusticis operibus edurādus futurus villicus. Induro: vt Indurabo cor Pharaonis. Obduro. vt est apud Deutero. Nō obdurabis cor tuū. Que fere idē cū simplici significant. Preduro: cito duro. Col. Verū est in opere difficilior/ꝙ neq̄ humentē fodere possis: ꝙ si glutinosissima nec nimiū sicca: quia nimiū preduraf. Perduro: valde vel ad finē duro. Idē lib. viii. Est etiā nō ingrati saporis iniuria perduratus. Terē. in Hecy. Sancte adiurat nō posse apd̄ nos pamphilo se absente pdurare. Reduro: qd̄ est aperio: cōtra id qd̄ dicit: Obduro vt inquit Ho. Et oia habent pe. pro.

Dureo res: durui: durus sum. A quo Duresco: durus fio. Col. libro. ix. Plumule sub cauda clunibus detrahende: ne stercore coinquinate durescant. Lucan⁹ tamen. Totosq̄ induruit artus: ab indureo in eadē significatione qua induro protulisse videtur. Sed huiusmodi preterita raro a Dureo compositis reperiuntur: sepe autē ab his que a Duresco sunt: Induresco. Virg. libro. iiii. Georg. Styriaq̄ imperiis induruit horrida barbis ad est valde dura: siue in se dura facta est. Col. libro. ii. Justa em̄ fieri nequeunt: cū induruerit ager. Obduresco: vndiq̄ durus fio. Cicero M. Celio. Magno dolore me affecissent littere tue nisi et ratio ipsa depulisset omnes molestias: et diuturna desperatione rerū obduruisset animus. Perduresco: valde durus fio. Col. lib. vii. Vex neq̄ ante tertiū/neq̄ post quintū annū iuuencos domare placet: cū illa etas adhuc tenera est: hec iā preduruit: id ē nimis dura facta est.

Durus a. um. quod est solidū ac firmū: et firmitate nature corruptionē sui nō facile admittit. Cuius contrariū est molle: in quo est natura luxuriosior: nec ad cōtraria repellenda sufficiēs. Virg. Sed duris genuit te cautib⁹ horrēs Caucasus. Per trāslationē capit modo p patiente ac tolerante laborū. Idem. Scipiadas duros bello. Et Gens dura ꝛ aspera cultu. Mō p aspero et nocente. Idē. Aut durū tinee gen⁹. Mō pro crudeli: qm̄ nulla humanitate mollescit: vt apud eundē. Quid iuuenis magnū: cui versat i ossib⁹ ignē Durus amor?

Dure et duriter aduerbia sic inter se differunt ſm Donatū: ꝙ duriter sit sine sensu laboris. Dure: crudelit. Illud ad laborē/hoc ad seuitiā refert. Sed dure i alterum: duriter in nos aliquid facimus. Terē. in An. Primū hec pudice vitā parce ac duriter agebat: lana ꝛ tela victū queritans.

Duricia ꝛ durities: eque dicunt de firmitate/asperitate crudelitateq̄. Cice. in Cato. Quanta in altero comitas/in altero duricies.

Durabile: qd̄ durare potest. Oui. Qd̄ caret alterna requie durabile nō est.

Duramē ꝛ duramētū: brachiū vitis. Col. libro. v. Sed vt caput trūci pedali fere spacio sit inferi⁹ iugo: quaternisq̄ brachiis q̄ duramenta quidā vocāt: diuidat i totidē ptes: alio nomine duramina nuncupant. Idē. Considerandū erit cui⁹ longitudinis sint duramina/que excedant predictā mensurā.

Duracine vue dicunt que duram et firmā corticem habent: a duricie/vel a duris acinis. August⁹ in epistolis. Dū lectica ex regia redeo: panis vnciā cū paucis acinis vue duracine comedi.

Duracina persica dicunt/quorum corpus ligno adheret/auelliq̄ nequit. Plinius libro. v. Sed persicorū palma duracinis.

Duricoria dicunt: q̄ sunt duri corii. Unde sic⁹ duricorie: que habent durā corticē.

D Ante Y

Dyas: latine dualitas: Δυο duo.

Dynastia: vis potentatus: Dynastes: dominus regni potens: optimas: απυτου Δυνασθαι: vt hi q̄ magistratus gerunt/et iudiciis presunt. Scribit Strabo reges Dynastas vocari/ppterea ꝙ plurimū possunt pollentq̄: ꝛ populos quo velint: aut vi/aut persuasione perducant. Cice. ad Atticū. Erit nebulo iste cū istis dynastis in gratia.

Dyrrachiū: fuit ciuitas in Epyro: que prius Epidamus vocabatur. De qua Luca. i principio. Dyrrhachiū rapiendas tendit ad arces. Dicta dyrrhachiū a nomine dyrrachii: qui portū vrbi adiecit. Vide in dictione Epidamum.

Dys prepositio greca: que in compositione malū vel

difficile aut impossibile significat.

Dyscolus pe.cor.difficilis malus vel siue perniciosus: ex δυσ: et κελομαι iubeo: ita vt dyscolus dicat cui difficulter iubet. Dyscolia: difficultas.

Dysenteria: dici pōt intestinorum exulceratio: ex δυσ qđ malū denotat: et εντερον intestinū. Et latine Tormina/auctore Celso dicunt. Vide i dictione Tormina.

Dysuria et Stranguiria: difficultas vrine dicit. Que vt Galenus inquit fit ex vesice passionibus vrinā supprimens. Quod qđē sine calculis et inflāmatiōe nō pōt accidere. Hoc Cato significat cū ait: Quibus egre lotiū it.

Dysphylus penult. corre. quasi malus amicus. Iuue. Non est romano cuiquam locus hic vbi regnat Prothogenes aliquis vel dysphilus.

Dyspepsia: difficilis concoctio.

Dyspnea: spirandi difficultas. Docet Hippocrates in Aphorismis: in senectute stranguriās/dyspneas/dysurias/ cacexias esse frequentes. Δυσ εστι μοριον κακωσκαι πνεω καιπνοη.

Et Ex prepositiōes

sunt: que ⁊ separant ⁊ cōponunt. Separate inō temporales sūt: vt Ex illo celebratus honos. Nō locales: vt Ecelo. Nō ponuntur pro a vel ab: vt Audiui e patre me. Modo significant pro vel ad: vt Ex dignitate et vsu/ex vtilitate: hoc est pro dignitate vel ad dignitatem. E republica pro republica. Modo secundum: vt Ex Platonis sententia: id est secundum Platonis sententiā/siue pro Platonis sententia. Nō in. Cice. E renibus laborabat. i. morbū patiebatur in renibus. Cōposite quando priuationem indicant: vt Elinguis/exanguis. Quādoque vehementiā vel perfectionem: vt Eludo/exoro. Quandoque extra: vt Educo/Excludo. Cōponitur autem E cum b. vt Ebibo. D. vt Educo. G. vt Egredior. I. vt Eiicio. L. vt Eludo. M. vt Emitto. N. vt Enitor. R. vt Erigo. V. vt Euebo. Ex vero componitur cū A. vt Exaudio. C. vt Excurro. E. vt Exeo. F. vt Efficio. O. vt Exoleo. P. vt Expello. Q. vt Exquiro. S. vt Exequor. T. vt Extēdo. V. vt Exuro. Verū quando post ex sequitur f. mutat x in f. vt Effundo. Cum vero sequitur x. abiiciatur s. vt Exequor ⁊ exicco. In aliis integra manet.

E Ante A

Eantes: nomen proprium historici Cizyceni: qui fuit etate qua Pygmalion in oriente regnabat.

Ear latine: ver. A quo Earinus: vernus.

Eatenus penult. correp. significat vsque eo: vel ad eum modum. Cui respōdet Quatenus: vsquequo. Hieronymus. Quia et si in sanctis patribus et prophetis gratia fuisse creditur: nō tamen eatenus plena. Sue. in Tyber. Ac primo eatenus interueniebat ne quid perperam fieret.

E Ante B

Ebenus vel Ebenum penult. corre. nomen grecum: et Arabicanus dicitur: Lignum nigrum est/ solidum/ pulchrum/aptumque ocularibus medicinis. Hec arbor nascitur in India: que cesa durescit in lapidē: viturque odore iucundo. Virgil. lib. ii. Geor. Sola India nigrū fert ebenū. Aetius amelinus ita scribit. εβενοσ ξυλον ισιιτων ισ χυλονανα λυομηνον ρυπτικησ και λεπτομερουσ εστιδιναμεωσ οθενκαι τα ταισ κοραισ επισ κοτουντα πεπισιευ ται ρυπτειν ταισ τε αλλαισ οφθαλ μικαισ μιγνυται δυναμεσιν.

Ebrius et Ebria: a bria quod est vas vinarium. Est enim ebrius: qui nimio potu alienatus est mente. Cuius cōtrarium est sobrius: quasi sine ebrietate: qui in cibo ⁊ potu temperans est: ⁊ qui nō est actu ebrius. Vñ nō sobrius pro ebrio sumitur. Mar. Et nō sobria verba subnotasti. Hinc Ebrietas: quam Cato dicebat nihil aliud esse quam insaniā voluntariā. Interdū ebrius ponitur pro pleno et abundanti. Plau. Facite mihi cena vt ebria sit: id est abundās ⁊ opipare parata. Ebriosus: qui sepe fit ebrius. A quo ebriositas. Huius contrariū est Sobriosus: sobrietatis affectator: quo vsus est Cyprianus. Inter ebrium et ebriosum hoc interest. Nā potest qui ebrius est tum primū esse: nec habere hoc vitiū: ⁊ qui ebriosus est/sepe extra ebrietatē esse. Sic ebrietas ab ebriositate seiūgit/quod alterū affectionis sit/alterum habitus.

Ebrio as. ebrium facio. Unde et inebrio: verba actiua. Hiero. lib. ii. Regū. Et inebriauit eū. Plau. in Aul. Nō ebriatus somno sanari solet. Aliqñ ebriari seu inebriari sumit pro impleri/seu quasi satiari: vt apud Apostolū. Nolite inebriari vino in quo est luxuria.

Ebriulo as. pe. cor. ebriū facio. Sunt tñ qui hec aspirent ab hauriēdo potu illa deducentes.

Ebron: mons Palestinorum: haud longe a Gaza Syrie ciuitate.

Ebur et ebor: vtroque modo dicitur pro elephāti dēte: quasi e barrho. i. elephāto. Hora. Quid tibi vis mulier nigris dignissima barrhis.

Eburneus a. um. quod est ex ebore: aut quo instar eboris album est: sic Eburnea facies. Ouidius libro. iii. Metam. Impubesque genas/ et eburnea colla decusque. Grece. ελεφαντινοσ.

Eburnus a. um. idē quod Eburneus. Tibu. Hic primū veniens plectro modulatus eburno. Luc. li. ii. Legitimeque faces gradibusque accliuis eburnis.

Eboreus a. um. ab Ebor fit: sicut a marmor marmoreus. Eburneus vero ⁊ eburnus ab Ebur. Et significat quod est ex solido ebore. Quint. lib. vi. Cū in triūpho Cesaris eborea oppida essent trāslata.

Eboratus ta. tum. quod extrinsecus ex ebore est. Quod et eburatum dicitur. Plautus in Persa. Lectos eburatos auratos.

Ebudes: insule sunt quinque numero in oceano britānico angusto freto diuise: cuius incole (vt scribit Solinus) lacte solū et piscibus vitā agunt.

Ebulū: herba est faciēs baccas i similitudinē sambuci. Columel. libro secūdo. Sed citra hoc experimentū multa sunt que et dulcē terrā ⁊ frumentis habilē significent: vt iūcus ⁊ calamus/gramē ⁊ trifoliū/ebulū/rubi/pruni siluestres/⁊ alia complura. Idē. Et rutilas ebuli creat vuida baccas. Legit ⁊ ebulus.

Ebullo las. erūpo/crepo. Tractū a bulla que estiuo tempore ex aqua pluuia fingit in speciē pile: ⁊ facile rūpit. Persius. O si ebullet patrui preclarū funus.

Eburones: populi gallie qui per fraudē multos ex Cesaris exercitu trucidarunt.

Ebusus: insula que cuniculos non habet. Pōpo. Ebusus sialiū qui nocēt adeo expers: vt ne ea quidē que de agrestibus mitia sunt generet/aut inuecta sustineat.

E Ante C

Ecbatana numero plurali: penult. correp. metropolis est Medie: vel vt quidā existimant: regionis magne nomen. Est et Ecbatana vrbs in Syria: que Epiphania quādoque vocata fuit: ac per g. etiā scribi posse quidam testātur Egbatana.

Ecbasis penul. cor. latine dici potest excursus. Nā cōponitur ab εκ et βαδιο. μα και αλλα εκτουβαινω: quod est egressus: vt Virg. li. i. Geor. describēs tempestatē precauendā a rusticis.

Ecce aduerbium demonstrandi: quod apud Virgiliū

aliquid repẽtinũ insperatũq; significat: vt Ecce autẽ gemini a tenedo tranquilla per alta Horresco referẽs. Scribit Asconius etiam hoc proprium esse Ciceronis vt in rebus improuisis hac particula vtatur cum apud alios interdũ in rebus letis vsurpetur. Ouid. Ecce Corinna venit: ⁊ modo actõ: modo ntõ iungit.

Echemythia ab ἐχεμυθέω latine taciturnitas.

Eccũ: eccam: eccos: eccas: quasi ecce eum: ecce eam ecce eos: ecce eas: Sic ellũ ecce illũ. Ellã ecce illaʒ. Ita exponit Do: Terẽ. in An. Eccum video. Alij exponunt Eccum: ecce hic subintellige virum de quo agebamus: Eccam ecce hic subintellige feminam de qua agebamus. Ellum ecce illic. s. virũ resoluẽdo per aduerbia nõ per nomina vt apud eundẽ. Eccum me. qđ non licet exponi ecce eũ me.

Eccubi: ꝑ duplex cc. ⁊ pe. cor. Cõponitur ex ecce ⁊ vbi.

Ecquis ex. en. pro ecce: ⁊ quis. vbi. n. ratione. q. sequẽtis mutatur in c. Ex quo ostenditur eandem vim habere. c. et. q. Et significat nũquis. Nam particula. ec. iuncta dictionibus incipientibus a q. interrogatiue positis significat an: vel ne: vel nũ: vt Ecquid/nonne/nunquid. Terẽ. in Eu. Ecquid nos amas de fidicina hac. i. aliquãtulũ ne amas propter fidicinam. Ouid. lib. ij. fast. Ecquid in officio torus est socialis: ⁊ Ecqđ coniugibus nostris mutua cura sumus?

Ecquando. i. nunqñ/vel an aliquãdo/⁊ aliquo tẽpore.

Ecclesia latine Cetus/concilium/concio/congregatio. Ecclesiastes concionator.

Echinades pe. correpta: Insule sunt Herodoto teste in Malcaco mari ex opposito ad ostiũ Acheloi. De quibus Luc. Crassis oblimat echinadas vndis. Seneca in Troade. declinat. Echina ẽ. pe. pro. Quolibet vẽto faciles echine.

Echinus penul. pro. Tegmen spinosum quo seruanẽ castanee: vulgo Riciũ vocant. Vñ castanee echinate Pli. nuces vocamus ⁊ castaneas q̃q̃ accõmodatiores glandiũ generi: armatũ his echinato cortice vallum est. Ab huius tegminis similitudine dictus est echinus piscis quidam quem Pli. scribit esse cancrorum genus in quibus spine pro pedibus sunt: in gredi huic est in orbem volui. Greci eñ ἐχῖνον hirtum vocãt. Mar. Iste licet digitos testudine pungat acuta Cortice deposito mollis echinus erit. Saxa petit inter q̃ se locat ne a fluctib⁹ iactet. De hoc Amb. lib. hexa. sic scribit. Echinus aial exiguuʒ vile ac despicabile maritimũ loquor plerũq; index future tẽpestatis aut tranquillitatis annũcius solet esse nauigantibus Deniq; cum procellam ventorũ presenserit calculuʒ validum arripit: eũq; velut saburram vehit: ⁊ tanq̃ anchoram trahit ne excutiatur fluctibus. Itaq; suis se librat viribus: sed alieno stabilitur ⁊ regitur põdere. Quo indicio naute velut signum future pturbationis capessunt: ⁊ sibi precauent: ne eos imparatos turbo improuisus inueniat. Hic alio nomine a latinis erinaceus dictus est. Est ⁊ echinus apud grecos terrestre animal: cui est apud nostros Hericio nomẽ quod ipsum ab herendo deductum est: ⁊ eque spinis hirsutus est atq; maritimus echinus. De quo Amb. eodem lib. Echinus iste terrenus quem vulgo hericium vocant si quid insidiarũ presenserit spinis suis clauditur atq; in sua arma se colligit. Preterea echinus genus vasis enei est in quo calices lauãtur: quã alij ampullam dicũt esse vitream. Horatius in Ser. Pocula cum cyatho duo sustinet: astat echinus. Et echinus echini et echinuntis ciuitas fuit de qua Cicero in Arato. Dicitur excelsis errans in collibus amens. Quos tenet egeo defixa in gurgite echinus Hoc etiam nomine dicta est alia ciuitas in phthiotide in faucibus Sperchij amnis vt inqt Plinius vna cum Ptolomeo.

Echineis: genus pisciculi quẽ ferunt per aquaʒ sistere nauem q̃uis imensam ⁊ velo et remis concitataʒ ne possit iter institutũ peragere ἀπὸ τοῦ ἔχω habeo teneo ⁊ ναῦς nauis siue ab ἔχομαι hereo ναῦς nauis ꝙ nauem teneat: vel naualibus tabulamentis adherens remorari compellat. Plinius libro. ix. Est paruus admodũ piscis assuetus petris echineis appellatus. Hoc carinis adherente naues tardius ire creduntur. Inde nomine imposito Remora a morãdo dicitur latine. Ob quam rem a grecis ita dicitur a nostris Remora. Remiligoq; nominatur. Luc. lib. vj. Non puppim retinens euro tẽdente rudẽtes In medijs echeneis aquis. Amb. Alios l exiguo corpore tantũ validitatis assumere vt maximas nauiũ plenis currentes velis in medijs fluctibus sistant: sicut breuis pisciculus echeneis tanta facilitate memoratur nauem ingentẽ statuere: vt quasi radicatam mari herere videas nec moueri. Aliquãdiu eñ imobilem seruat. Ferunt hunc piscẽ fluxum grauidarũ vtero sistere: partusq; ad puerperiũ cõtinere.

Echidna: latine hydra ea potissimũ que ab hercule interfecta est. Ouid. lib. iiij. Fas. Sanguine centauri lex nec sanguis echidne. Mixtus ad auxilium tempora nulla dabat. Vide in dictione Excetra.

Echo soni vel vocis repercussio. Grece ἠχὼ sonus ⁊ ἠχέω resono. Ouid. lib. iij. me. Planxerũt dryades plangentibus assonat echo. Fit eñ in conuallibus et locis cõcameratis: vbi scinditur resultans aer: in quibus accepte voces numerosiore repercussu multiplicantur: nomenq; echo eiusmodi voci a grecis datum est: vt Pli. lib. xxx. scribit: quoniã non est vagandi liberrimus campis sed obiectu reflectitur. Que causa etiam multas voces multis in locis reciprocas facit sicuti in vrbe Cyzico turres septẽ acceptas voces multiplicant. Et olympie porticus fuit: quam heptaphonon appellant: quoniam septies eadem vox redditur. In hanc sententiã ait. Lucr. Sex etiaʒ ac septẽ loca vidi reddere voces. Vnã cum iacceres ita colles collibus ipsi Verba repulsantes iterabant verba referri: hec echo a latinis dicitur imago. Val. Flaccus lib. iij. argo. Rursus hylan ⁊ rursus hylan per longa reclamat Auia responsant sylue ⁊ vaga certat imago. Hora. Quem deum cuius recinit iocosa nomen imago. vbi Porphyrio exposuit ꝙ imago dicit quasi imitago.

Echos ἤχους etiam greci vocãt argutas valles ab ἠχάω vt inquit Col. lib. x.

Eclegma atis: latine linctum dicimus frequentissimuʒ medicis omnibus. Sunt enim eclegmata que fiunt lingendi gratia: non edendi neq; deuorandi hoc est cũ aliqđ in ore tenẽtes paulatim distillando sorbem⁹ ἀπὸ τοῦ ἐκ καὶ λέγω γίνεται ἔκλεγμα.

Econas vocant imagines ex membris aliquorũ similitudine expressas: inquit Plinius libro. xxiiij. Vnde ⁊ Econcula diminutiuũ. Sue. in Nero. Pro summo inquit numine: tribusq; in die sacrificijs colere perseuerauit econcula puellarem. Dicitur etiam Icona et Iconcula.

Eclypsis latine defectio. Eclypticus defectiu⁹ ἐκλείπω deficio.

Ecthlipsis latine Elisio: Cesura est qua m. cum vocali eliditur. Ab aliquibus Elepsis. A quintil. Detractio transfertur. ὑπὸ ἐκ καὶ θλίβω

Ectasis dici potest productio. Figura est qua syllaba naturaliter correpta ꝓducit. Ab ἐκτείνω ꝓduco. Dicitur a nõnullis Extasis. vt Italiã fato ꝓfugus.

Ectasis latine stupor. grece ἔκστασις. Aug. in psal. interꝓtatiõe. Ectasis excessum mẽtis significat. que fit vel pauore vel aliq̃ reuelatiõe: in qua oẽs sci: fuerũt quibus arcana dei mũdũ istũ excedẽtia reuelata sunt

ita vt de eorum memoria laberent interna.

Ecloga:electio explanatio ab εκλεγω qd est eligo. Unde et Exceptus dicitur sicut testatur Eusebius lib. de eccle. historia.neque sermonem de capris significat. Tunc enim egloga dicitur.

Ectrapeli:quasi horrentes et auersati communem et vsitatum nature modum.

Ectropium dicitur cum inferior palpebra parum sursum attollitur:sed pendens hyat:nec cum superiore committitur. Lagophtalmos vero cum superior palpebra non descendit.

Ecyra pe.cor.socrus latine dicitur. Unde Teren. fabula. Similiter εκυροσ socer: pater viri. Sunt tamen qui hoc nomen aspirent.

Eculeus vide in dictione Equuleus.

E Ante D

Edo es est:edi esum vel estum. Dicitur et Edo is. correpta prima syllaba ab εζω quod significat Vescor. Virg. Est mollis flamma medullas. Infinito Esse. in passiuo Edor eris:estor preteritum esus. Pli.lib.xx. Et in egypto propter eius amaritudinem non estus. Quandoque Edo significat consumo. Huius composita sunt Adedo quod est consumo. Virg. Nam sepe fauos ignotus adedit stellio. Ambedo circumedo. Idem. Ambesas malis absumere mensas. Comedo a quo Excomedo. Exedo Obedo. Peredo et superedo:que habent pe.cor. Ab edo deducuntur Esito as: et Esurio et que sequuntur.

Edax accipitur pro vorace consumptore:a quo Edacitas:pro ingluuie.

Edo onis:idem quod edax:qui et manduco dicitur.

Edeatre dicti sunt qui presunt regiis epulis.

Edilia dicuntur omnia que ad esum pertinent. Gel. Quod ex salutis vsu foret vt edilia quidem omnia defenderet ab arteria depelleretque in stomachum et pulmonem.

Edones penul.cor.sunt populi Thracie maritimi quod apud grecos per ω scribitur.

Edonii etiam thracie populi mediterranei. Virgi. Ac velut edoni boree.

Edonus mons est apud eosdem populos a quo edoni populi.

Edonides mulieres bacchantes que furore diuino agitate mysteria bacchi celebrabant variis autem nominibus appellabantur huiusmodi bacchantes. Nam et Euantes Thyades:et Mimalonides et Menades et Bassarides. De his Ouid. Protinus in syluis matres edonidas omnis.

Edessa nomen ciuitatis quo significatur aquarum impetus. Hinc edessenses populi. Stra. Trans euphratem est bambyce quam Edessam et hierapolin vocant in qua Atergatim syriam deam colunt.

Edico edicis:penul.produ.significat Iubeo pronuncio decerno:et est proprie magistratuum. Unde edicta que sunt Consulum pretorum et edilium littere quibus aliquid imperatur. Mandare est gerendum aliquid assequendumque committere. Precipere magistrorum seu magistratuum et superiorum. Iubere frequenter pro imperare. Edicere etiam est ostendere et declarare:quasi extradicere. Unde legimus de apostolo Ioanne quod compulsus fuerit diuinam natiuitatem edicere.

Edissero edisseris:penultima correpta extra dissero explano declaro. Pacu. Edissere fabulam hanc. Virg. lib.ii. Mihique edissere vera roganti.

Edolo edolas:penultima correpta perfecte dolo polio. Nonius. Edolare fabrorum est cum materiarum complanatur asperitas. Usi sunt eo verbo laudandi scriptores vetustatis etiam ad alias fabricas rerum. Unde ego libellum non edolem.

Edom Esau dictus est ob coctionem rufe lentis cuius edulio primogenita perdidit. Hebrei namque vt Iosephus libro.ii.scribit Edom rubeum dicunt. Unde et regio in qua regnabat Esau edom dicta est:quam greci honestius Idumeam denominauerunt. Hec nunc regio inquit Hiero. Gebalena dicitur:que est in finibus Eleutheropoleos: vbi habitabant ante chorei qui interpretantur liberi. Unde et ipsa vrbs postea sortita vocabulum est. Nunc viculus palestine est a conditore sic imposito nomine:alio nomine dicitur Seir.pilosus et hispidus. Unde et montes Idumeorum appellantur montes Seir.

Educo educis penultima producta extra duco. Liuius lib.i. In aciem copias eduxit. Virg. pro extraho posuit libro.x. hoc dicens Eduxit corpore telum. Aliquando educere est erigere. Item libro.vi. Aramque sepulchri congerere arboribus:celoque educere certant. Aliquando Nutrire. Terentius in Adelph. Inde ego hunc maiorem adoptaui mihi:eduxi a paruulo habui amaui pro meo. Sed nos magis educare dicimus quam educere. Virgilius libro.vi. Quattuor hic iuuenes totidem quos educat vfens.

Educo educas penultima correpta nutrio. Unde liberorum educatio.

Edurum non durum quasi extra durum. Ibi enim e priuationem significat: vt in enode. Nam eduras corylos dicimus. Hoc est non duras.

Edulis penultima producta quod manducari potest. Hora. Vinea summittit capreas non semper edulis.

Edulium dicitur quicquid ad prandium cenamque edendi gratia apponitur et sumimus preter panem. Hiero. Cuius edulio primogenita perdidit.

Ection:nomen patris Andromaches qui apud Cilicie thebas imperabat. Homerus lib.iliad.xxi. κρηδεμνο θεο ραοι δωκε χρυγη αφροδιτη ηματι τω ο τεμιν κορυθαι ολοσηγα γεθε εκτωρ εκ δομου ηετιωνοσ sed nota cassandram in predam venisse agamennoni: eiusque concubinam fuisse vnde Euripdes in Hecube tragedia προσ σοισι πλευροισ παισ εμη κομιζεται φοιβασιν καλουσι κασ ανδραν φρυγεσ.

E Ante F

Effarcio is: effarsi tum.maxime impleo. Cesa.lib.vii. Hec autem que diximus interualla grandibus in fronte saxis effarciuntur.

Effata sunt vltime precationes augurum:quas post fines auspiciorum extra vrbem sunt effati. vt Varro et Seruius aiunt. Effari enim proprie eloqui est. Virgilius. Sic effatus vestigia pressit.

Effaxillo as: ab Axilla venit et significat extero quod ex certo brachio axilla ostendatur.

Effero penul.cor.ers.extrafero sed omnino grecum est φερω φερεισ και μελλωνοισω εσ ιγαρ αρω μαλον. Virgilius lib.ii. Mene efferre pedem genitor. Hinc efferri cadauer dicitur cum celebratur funus vel dum sepelitur:quasi extra domum ferri. Siquidem veteres solebant extra vrbem sepeliri nisi fuisset magistratus. Honestiores tamen circa vias. Unde frequenter epitaphii ad viatores diriguntur. Luc. Depugnabunt pro te ipsi et morientur ac se vltro efferent. Et efferri dicuntur mala que patiendo vincimus et quasi tumulamus. Ci.lib.iiii. Tusc. Neque tam terribilis vlla fandi ratio est neque sors neque ira celitum inuentum malum quod non natura humana patiendo hec efferat: id est vincat subdat sepeliat. Interdum Efferre est prouehere exaltare. Virgilius. Extulit hec decios marios magnosque camillos. Interdum Laudare: quod huius ad idem reduci possit. Nam cum dicimus: Effero illius facta cum euehimus ab humiliori gradu ad altiorem. Sed hec per translationem. Nam proprie idem alibi. Ostendit dexteram insurgens entellus:et alte extulit id est in altum leuauit. Interdum proferre: vt apud eundem. vt Belli signum laurenti turnus ab arce extulit. In-

terdum Eleuare minuereq̃ quasi extra ferre: hoc est euacuare. Cice. lib. ij. de ora. Illa autem que aut conciliationis causa leuiter aut permotionis vehementer aguntur contrarijs cōmotionibus efferenda sunt vt odio beneuolētia misericordia inuidia tollat̃.

Effero as pe. cor. efferū: hoc est crudelem instar fere facio. Sta. li. achil. Et raptum superis mare efferat aurum. Amb. Efferauerat herodes vniuersos. Hieronymus in Daniele deponēti vsus est cum inquit. Cū appropinquasset prope arietem efferatus est in eum. Efferare etiam est qđ vernacula lingua dicimus Insaluatichire. Liui. lib. ij. Obsita erat squalore vestis fędior corporis habitus pallore ac macię perempti. Ad hęc promissa barba: capilli efferauerant speciem oris. Lactā. lib. iij. Nam si hō ad aspectum alterius hominis efferaretur quod facere videmus animantes quorum natura soliuaga est: nulla esset hominum societas.

Efficio is: pe. cor. perfectionē denotat. Terēn. in And. Quid est quod mea ars efficere hoc possit amplius. Inde effectus ꝛ efficientia.

Efficax: dicit̃ qđ ad agendum aliquid vim habet: ac maxime conducit. Hinc efficacia que est vis.

Effingo is valde fingo. Ex em̃ auget: vel quasi naturalia formo: ꝛ ad alterius formam fingo: ꝛ qualem volo fingendo formā repręsento. Quintil. Nam mihi videtur. M. Tullius cum se totū ad imitationē grecorum cōtulisset: effinxisse vim Demosthenis: copiā Platonis: iucunditatē Isocratis.

Effigies: signum est ad viuam alterius similitudinem: vel ad veritatis imaginē factum tam in picturis q̃ in sculpturis. Ponit̃ ꝛ quādoq̃ ꝓ aspectu. Dicit̃ etiā Effigia. Plau. in ru. Veneris effigia hęc quidem est

Effigio effigias ad effigiem formo. Aug. lib. viij. de ci. dei. Quid sunt idola nisi ꝙ oculos habent ꝛ nō videbunt: ꝛ quicquid tale de materijs licet a fabro effigiatis tamen vita sensuq̃ carentibus dicendum fuit. Ineffigiatus aūt qui nō habet aliquā formā.

Effilatum. Vide in dictione Filo.

Efflagito efflagitas cū clamore seu cum magna instantia flagito. Virgilius Ille simul fugiens: rutulos simul increpat omnes. Nole queq̃ vocās notūq̃ efflagitat ensem. Quintil. ad Tripho. Efflagitasti quotidiano cōuicio: vt libros quos de institutione oratoria scripseram iam emittere inciperem. tamen a flamma componitur.

Efflictim aduerbiū significat valde. Plau. in pe. Earū hic adolescens ad terram efflictim petit.

Efflo as extra flo. spiro. Varro lib. j. rei rus. Preterea ꝙ ab sole toto die illustratur salubrior est: ꝙ ꝛ bestiolę si que prope nascuntur aut inferuntur: aut efflantur aut aritudine cito pereunt. Inde efflare animam dicimus. Suetonius. Priusq̃ efflaret animam pro mortuo deferri iussit.

Effloreo es: a quo Effloresco. Vide in dictiōe defloreo

Effluo extra fluo: effundor. Lactā. lib. j. Siue igitur a Melisseo sicut Didymus tradidit colendorum deorum ritus effluxit.

Effodio is pe. ꝓ. extra fodio. Plau. in cur. E sterq̃linio effossa tua illic pręda est.

Effęmino as: pe. cor. in muliebrē mollicię atq̃ lasciuiā conuerto. Sal. Ea quasi venenis malis imbuta corpus animūq̃ virilē effęminat. Cice. lib. j. Tus. Cogitationibus molestissimis effęminamur. Unde ꝛ effęminati molles ꝛ lasciui dicuntur.

Effoeta cum ę. diphton. accipitur quę fętum emisit: vt illud Col. lib. viij. Primus effętę partus amouēdus est: quoniam tyruncula nec recte nutrit. Item sumit̃ effętus pro fętu qui emissus est. Idem lib. ix. Pullos oportet singulos vt quisq̃ natus sit tollere: sed vno die in cubili sinere cū matre et aqua ciboq̃ abstinere dum omnes excludant. Postero die cum grex fuerit effętus: hoc modo deponatur. Effęta quoq̃ dicitur q̃ nō amplius parit: quasi frequenti partu lassata. Pli. Est autem tanta gallinis fęcunditas vt aliquę et sexagenta pariant oua: aliquę quotidie: aliquę bis die: aliquę in tantū vt effętę moriantur. Hinc effętus fętu destitutus: eneruatus: exhaustus ꝛ lassatus. A similitudine mulierꝫ: quas partus debiles reddit Virgilius: Frigetq̃ effętę in corpore vires. Similiter effętam tellurem dicimus: vt Idem lib. j. Geo. Effętos cinerem imundum iactare per agros. Vbi Ser. Continua fertilitate lassatos: sicuti etiam frequenti partu effęta dr̄ mulier. Col. in pfatione Qđ existimēt vbertate nimia prioris ęui defatigatuꝫ et effętum solum nequire pristina benignitate pręhere mortalibꝰ alimēta. Cicero in Cato. Libidinosa et intemperās adolescentia effętum corpus tradit senectuti: id est debile ꝛ infirmū quia vacuū viribus ꝛ eneruatū.

Effrenus. Vide in dictione Frenum.

Effugio is: pe. cor. extra fugio euado. Unde effugium et effugia ę. Vide in dictione Fugio.

Effundo is. extraspargo. Lactan. lib. j. Nam preter verborum licentiam quibus obscenitas omnis effunditur. Plau. Totāq̃ effudit fideliā: id est sparsit quicquid in fidelia erat. Per translationeꝫ Effundere ponitur pro consumare. Cice. li. ij. offi. Multi patrimonia effuderūt incōsulte largiēdo. Quādoq̃ pro emittere. Virgi. Ruuntq̃ effusi carcere currus. Quandoq̃ pro ꝓsternere ꝓfligare. Sal. Effuso ac ꝓfligato peditatu paulatim retrocedere ceperūt.

Effutio is: pe. ꝓ. inepte et inconsulte eloquor: euacuo. Translatio a vase futili: quod patulo ore fundo acuto instabile nihil in se contineat. Et ipse futilis dicit̃ q̃ nihil intra se continet: ꝛ semper inanis est. Horatius Effutire leues indigna tragędia versus. Var. Euax verbum nihil significat sed effutitum naturaliter est. Nonius. Effutire exponit pro dicere cum mendacio adducitq̃ Ciceronem libro. v. Tus. vbi sic ait Nec hoc sic agit: vt ex tēpore quasi effutire videat̃.

E Ante G

Egelidor penul. cor. regelor: geluq̃ dissoluor. Sidoni. Egelidarentur fibrę glaciales.

Egeo es egui. alicuius rei necessitatem habeo: ꝛ tam genitiuo q̃ ablatiuo iūgitur. Plau. in asi. Quia tui abcuntis egeo. Lactā. lib. v. Tanta esse innocentię vim vt non egeat nec armis nec viribus. Hinc componitur Indigeo. Deriuantur vero Egestas/paupertas/ Egens/egentior/egentissimus. Aug. lib. j. con. Opibus egentissimo.

Egenus pe. ꝓ. qui aliquid habet ꝛ aliquo indiget: pauper qui nihil habet. Inops sine ope.

Egestosus: ab egestate formatur sicut a sobrio sobriosus. Cyprianus. Cum nulla fuerit oportunitas scandali vbi transeunter qđ peius est egestosam habuerit mansionem.

Egeria: nympha cui sacrificabant pregnantes: ꝙ eam putabant facile fętam aluo egerere.

Egero is: pe. cor. ssi. stū. Vide in dictione Gero.

Egregius a um. excellēs: qđ ex toto grege eligitur. Et egregius eminens prestans. Terentius in An. Forma egregia et ętate integra. Hinc contra grāmaticorum regulas Iuuenalis formauit cōparatiuū. Egregius cenat meliusq̃ miserrimus. Sic Lucre. Nam nihil egregius q̃ res secernere aptas a dubijs. Egregię aduerbium Excellenter q̃uis etiam vsurpetur ꝓ valde nimis: vt apud Teren. in An. Horū ille nihil egregie preter cetera studebat.

Egredior: extra gradior exeo. Lactan. lib. ij. Ille vero

cum egressus esset ex arca. Dicimusq; egredior tem/plo & e templo: & templum.i.extra gradior templũ. Inde egressus & egressio.

Egurgito as:pe. cor. significat exhaurio. Plautus in Epi. Atq; egurgitem domo prorsus.

Eho Interiectio est ad se vocantis: vel nutus est intẽtionẽ deposcentis eius cum quo vult loqui. Teren. in an. Eho dũ ad me. Alias interiectio admirantis vt apud eundẽ. Eho.an tute intellexti.hoc assimularier.

E Ante I

Ei:datiuus ab is ea id:aliquãdo habet qualitatis vim. Tereñ.in an. Ei ne ego vt aduerser?hoc est tali tam bono. In metro plerũq; monosyllaba dictio est sicut cui & huic licet quandoq; etiam duarum syllabarum reperiatur: vbi e modo corripitur:modo producitur Iuue. Iuuenes hortantur: vt illam Ire viam pergant & eidem incumbere secte. Lucr.lib.vi. Scilicet & fluuius qui visus maximus ei.

Ei mõ adhortãtis est:modo corripientis ελληνιστι και ριμαατο του εαω εω.

Eicio is:extra iacio excludo. Virg. Nec non Tarquinium eiectũ Porsenna iubebat accipere. Quãdoq; extendo. Idem. Eiectoq; incumbit cernuus armo. Eiectum quoq; pro naufrago idem posuit. Eiectum littore egentem excepi. Hinc Eiectitius a um. Pli. Vulua eiecto partu melior q̃ edito Eiectitia vocat̃ illa:hec porcaria.

E Ante L

Elabor:pe. p.extra labor:effugio:eo modo quo lubricus anguis aut anguilla manu pressa lapsu fugit Virgili⁹. Ecce aũt lapsus pyrrhi de cede polites. Plau. in cap. Ea spes elapsa est.i.effugit: Hiero. in plogo Iob. Vt si velis anguillam aut murenulã strictis tenere manibus: quanto fortius presseris:tanto citi⁹ elabitur. Cice.per translationẽ. Hic fratri suo censore qui proximus ante me fuerat elapsus est: hoc est accusatorum veluti pressentium manus effugit.

Elaboro as: Vide in dictione laboro.

Elamite pe. p.dicti sunt persarum principes:ab Elam filio Sem: vt ait Iosephus.

Elaphos pe.cor. latine ceruus. Vnde Tragelaphus Hircinus ceruus.

Elatus pe.pro.sublimis:excelsus:eminens: superbus: ab effero rs.

Electra teste Hesiodo nympha oceani & Tethyos filia: vxorq; Atlantis cuius filia quedam etiã Electra dicta fuit que Ioui Dardanũ peperit dicẽte Virgi. lib. viii. Dardanus iliace prim⁹ pater vrbis & auctor Electra vt graii perhibent athlantide cretus. Et subdit. Electrã maximus atlas edidit ethereos humero qui sustinet orbes. Alia fuit electra Horestis soror.

Electryon. Amphitryonis frater & filius Alcei.

*Electrũ:gũmi siue lachryma succus ve ex arboribus pinei generis profluens: qd a latinis succinnum dicit̃: nascitur vt inquit Pli.in exoticis insulis sub metalli specie & glessum dicũt barbari. Hinc electriferas insulas glessarias. Cui⁹ coloris similitudine puto eam mixturã electrũ dici que ex parte quadã auri & argẽti conficitur dicente Plinio lib.xxxiii. Aurum in quo quinta argenti portio est electrum vocatur.

*unde Electricitas sive vis attrahendi et repellendi corpora leviora.

Elemosyna munus quod inopi datur ab ελεος quod miserationem significat. Quod nomen apud gentiles raro legitur cũ apud christianos frequentissimũ inueniatur. Spartianus de Caracalla. Non tenax in largitionẽ non lentus in eleemosynam.

Elegans pe.cor.nomen est non participium ab eligo: vt Cicero libro de opti. dicẽdi genere innuere videt̃ eum inquit. Nam si vt in epularũ apparatu magnificentia recedens non se parcum solum:sed etiam elegantem videri volet eliget quibus vtatur. Sunt enĩ plereq; apte huic ipsi⁹ oratoris de q̃ loquor prudentie. Est igitur elegans idem qd cultus: ornatus politus quasi qui eligere sciat:aut qui ipse sibi sit eligendus. Tereñ. Regẽ elegantẽ narras. Hinc elegantia.

Elegãtia dicta est ꝙ sit electa & separata a vulgari opinione & accipit̃ p cultu & ornatu q̃ tamẽ apud veteres non ad ingeniũ opa:sed duntaxat ad nimis amenũ lautũq; cultũ ac victũ applicabat̃. Nec sine vitio erat nunc elegans solũ laudando dicitur: vt elegans oratio. Est & elegãtia elocutionis pars que facit vt vnũquodq; verbũ pure aperteq; dici videatur. Huius due sunt partes latinitas et explanatio. Latinitas que sermonẽ purum seruat ab omni vitio. Explanatio est q̃ reddit apertam et dilucidam orationem. Ea duabus rebus comparatur.s. vt vsitatis verbis vtamur & proprijs. Vsitata sunt que versant̃ in consuetudine quotidiana. Propria sunt q̃ eius rei de qua loq̃mur verba sunt aut esse possunt.

Elegia.pe.pro. siue Elegeia miserabilis vel misera ab ελεεω misereor ελεος miseria. Vnde elegi Versus dicti sunt ꝙ ad fistulam luctus cantari soliti erant aut ꝙ his miserabiles hominũ erũne & amoris querimonie decantant̃. Romani id gen⁹ carminis qd cũ lamẽtatione adcanitur mortuis neniam nuncuparũt. Vnde tractum vt epitaphia quoq; defunctorum elegis versibus scribantur. Ouid. Flebilis indignos elegia solue capillos. Ah nimis ex vero nunc tibi nomen erit. Dicitur elegũ metrum et elegia & per diminutionẽ elegidion. Persius. Nõ si qua elegidia crudi dictarunt proceres. Penultima huius nominis Elegia a poetis longa profertur. Hor. Detineat cultis aut elegia comis. Ouid.lib.de reme. Blanda pharetratos elegeia cantet amores. Statius vero lib.i.syluarum. Quas inter multũ petulans elegia ppinquat. Huius metri princeps fuit Callimachus. Secũdus Philetas. Ab elegus fit elegiacus a um. Elegiographus qui elegiam scribit.

Epictetus penultima producta nomẽ philosophi stoici qui ex hieropoli phrigie vrbe originẽ ducẽs rome Epaphrodito cuidã neronis familiari seruiuit. Atq₃ ad marci vſq₃ Antonini tempora peruenit. Domitiano autẽ imperante eius dominatu offensus roma hieropolim migrauit ratus verum esse quod est tragicum: patriã esse cuiusq₃: vbi quis recte ageret. Tãta vero apud oẽs hoies eius vite admiratio extitit: vt Lucian⁹ syrus epicteti lucernam fictilẽ tribus drachmarũ milibus ob eius auctoritatẽ venisse tradat. Hic Encheridion scripsit opus vtile quod angelus Politianus nuꝑ latinũ fecit.

Epicrocũ pe. cor. genus amiculi croco tinctum.

Epidamnus ciuitas Epiri. ab Epidãno rege barbarorum. Sed romani coloniam deducentes: vt inquit Plinius Dyrachium dicere maluerunt ꝓpter inauspicatum nomen Epidamni: tanq₃ a damno dicatur. Epidamnum ad quod allusit Plau. in Men. cũ ait Ne mihi damnum in Epidamno duas tanq₃ nomẽ inditũ sit epidamno ꝙ illuc nemo sine damno diuertatur. De hac Luca. libro. x. Ad campos epidamne tuos Apianus sic habet. Epidamnus rex vrbẽ condidit que ab ipso nomen assumpsit. Huius ex filia nepos dyrrhachus portũ vrbi adiecit quod dyrrhachium appellatur.

Epi daphne due dictiones: quasi ad daphnen Locus in Syria de quo Stra. in Seleucide syrie quattuor insignia sunt oppida: ob id ⁊ tetrapolis dicta regio Antiochia. Epi daphne cognominata. Est autẽ Daphne antiochẽsib⁹ vicinũ ⁊ amenitate inclytũ nomẽ octaginta stadiorũ ambitu quo loco antiochensium conuentus agitabatur. Dictũ a Daphne Ladonis filia. Jul. Capi. Uerius posteaq₃ in syriã venit i delitiis apud Antiochiã ⁊ daphnen vixit. Ammianus Tunc apud daphnẽ amenũ illud ⁊ ambitiosum antiochie suburbanum.

Epidaurus ciuitas in peloponneso. vt Ptol. inquit a Strabone Epidaura dicta Plinius. Epidaurũ oppidum Aesculapii templo celeberrimũ. Hoc etiam nomine dicta fuit insula iuxta Dalmatiam i illyrico mari sita. De qua Luc. lib. ii. Illyris ionias vergẽs epidaurus in vndas.

Epidromes dicuntur funes quibus retia tẽdunt̃ circa summã ⁊ imam partem ꝙ in his retia discurrãt επι enĩ significat in: δρομω curro. Quidã accipiũt ꝓ anulis quibus cortina chorde appendit̃.

Epigamia e. cõnubium: affinitas cum aliis gentibus.

Epigenes nomen phi byzantini.

Epigoni dicti sunt auctores secũdi belli thebani quasi fetus illorum qui primum confecerant bellum grece enim επιγονη fetus appellatur: et qui post gignitur. Inde Euripides tragicus: tragediam hoc argumento compositam epigonos inscripsit: que agi exposcebat voce magna scenicoꝝ ⁊ sonora. Ob hoc dixit Cice. libro. j. offi. Ut histriões voce freti agunt epigonos medeamq₃. Errãt qui existimãt epigonos apud Stra. esse populos a quibus fabule nomen inditum sit: cum epigoni dicti sint generali vocabulo omnes illi qui ex diuersis populis cõflati: scḋm bellũ thebanũ duce alcmione confecerũt quasi post geniti ⁊ filii illorum qui in primo bello ad thebas mortẽ oppetierant. Nam ex Statii lectione cõstat bellum thebanum ⁊ noia ducũ: qui in eo bello occubuerunt. Quorũ filii vt mortẽ parentũ vlciscerent̃ communi cõsilio contra thebanos iterum arma mouerũt qui acceperant responsum ab apolline eam se ciuitatem expugnaturos si Alcmeonem Amphiarai filiũ imperatorem rei bellice fecissent. Igitur alcmeon exercitu ex grecis collecto contra thebas duxit copias: acerrimeq₃ cõmissa pugna potitus est victoria ⁊ thebe capte ac dirute sunt. Epigoni etiam dicti sunt successores macedonum veteranorum qui sub Alexandro magno ex asiaticis feminis sobolem susceperũt. Que soboles vt historici memorant nomen habuit Epigoni: qui in castris nati: in armis educati a paruula etate periculis exercitati: laborib⁹ durati prorsus inuicti extiterunt.

Epigrãma atis. seu Epigrãmatum ati. dicit̃ inscriptio vel superscriptio ab επι suꝑ γραμμα littera: vel scriptio. Hinc epigrãmatarius ⁊ epigrãmatista pro eo qui epigrãmata cõponit.

Epigraphe pe. cor. titulus: inscriptio: census. i. dinumeratio ciuium lustrum.

Epigryphus penul. cor. d̃r qui habet aduncũ nasum.

Epiglossis seu epiglotis fistula exterior ẽ. Quo etiam vocabulo d̃r eius fistule superior pars: qua cib⁹ potusq₃ ferunt̃. Totaq₃ Curculio vocatur.

Epilepsia επιληψια penul. pro. latine correptio seu apprehensio d̃r. Morbus est sic dictus ꝙ mentẽ apprendens corpus pariter possideat ex melancholico humore. Cõtrahunt̃ enĩ nerui ex hoc morbo. Dicit̃ ⁊ morbus caducus. Vulgus appellat lunaticũ. Idẽ Comitialis appellatur eo ꝙ si cuiq₃ in comitiis contigisse deprensum fuisset dimittebant̃ comitia. Sũt etiam huius morbi alia nomina: de quibus in dictione Comitialis.

Epilepticus: qui ex Epilepsia laborat.

Epilogus penul. cor. latine conclusio. Nam quas nos conclusiones dicimus: greci epilogos appellant ab επι que diminutionẽ hic denotat: et λογοσ sermo. Epilogus ẽ pars nouissima oratiõis: quã quidã cumulũ: quidã perorationem vocant. Rhetorici tripertitum epilogum faciunt: constantem ex numeratione amplificatione ⁊ comiseratiõe. Per enumerationem fit rerum repetitio que grece dicitur anacephaleosis. i. recapitulatio. Per amplificationẽ cõcitantur animi auditorũ. Per cõmiserationẽ flectuntur ad misericordiam.

Epilogismus cogitatio. Computus.

Epimachus penulti cor. nomen ꝓprium viri: et latine facilis expugnatu dicit̃.

Epimenides penulti. cor. nomẽ philosophi cretensis cõtemporanei pythagore qui multa ⁊ versu ⁊ prosa scripsit: vixitq₃ annis. clxxix. vel secundum aliquos

cxciiii. Vide Laertium.

Epimēdiū: vt Pli. scribit est tertiū bulbi genus cibis gratū angustius folio minusq; aspero.

Epimone penul. cor. latine perseuerantia. Figura q̄ñ ad maiorem certitudinē in eadem dictione p̄seuerat: vt apud Virg. Sic sic iuuat ire p̄ vmbras. Hec etiā epiçeusis vocatur.

Epinicia orum greci vocant premium et celebritates ꝓ parta victoria επινικιοσ επι καὶ νικαω οθεν παραγεσθαι και νικοσεοσ. Victorialis. Hier. lib. ii. macha. Et cū epinicia agerent in Hierosolymis: id est solennitates de victoriis. Sue. vero accipit ꝓ carminib⁹ ac laudationibus cōpositis cū in Nerone scribit. Sequēti die letū inter letos cantaturū epinicia que iam nūc sibi cōponi oporteret

Epiphania grece apparitio seu manifestatio latine dr̄ φανω enī manifesto. Hiero. dies epiphaniorū greco sermone sic vocatur. Quod enim apud nos apparitionem vel ostensionem dicimus: greci epiphaniam vocant. Hoc autē ideo quia dominus noster hodie saluator apparuit in tenebris. Licet enī olim natus esset ex maria: et triginta annorū explesset etatem tñ ignorabatur a mundo: eo tēpore cognitus ē quo ad Joānē bap. vt in iordane baptiçaret aduenit: et vox de celo patris intonātis audita est. Hic ē filius me⁹ dilectus in quo mihi bene cōplacui. Quem pater de celis mōstrauerat voce: hunc spiritussanctus versus in columbam: ⁊ sup̄ caput illius sedens tactu quoq; ipso voluit demōstrare: ne quis alius dei filius putaret ex populo. Epiphania q̄q; vocat̄ cū latitudo mē suratur cū longitudine. Vide in dictione Grame.

Epiphanes penul. ꝓ. latine illustris επι sup̄ φανοσ clarus. Unde Antiochus epiphanes. i. illustris qui fuit crudelissimus omniū tyrannorū.

Epiphora penul. cor. morbus oculorum: quem vulgo lachrymā vocāt: cū descēsus humoris oculos angit απο του επιφερειν. hoc est ab inferendo. Plin. Caro peponū epiphoris oculorū ⁊ dolorib⁹ ꝓdest. Col. lib. vii. de maguderi. Eadē radix cōtusa ⁊ cum oleo lentisci inuncta vitiū expurgat: epiphorā supprimit: polenta ꝯspersa mulsa aqua. Dicit̄ ⁊ de aliis mēbris. Pli. Testiū ꝓ epiphoris cū ramis laurec tenere adeo pecularis est.

Epirhediū rheda: compositū nomē ex greco ⁊ gallico επι ⁊ rhede gallicū latini epirhediū dixerūt. Juue. Tritoq; trahunt epirhedia collo.

Epirus pe. pro. continens dicit̄: hoc est firma terra: regio que molossa dicta est: et a chaone heleni fratre Chaonia nunc vero albania vocat̄. Terminat̄ Epirus a septētrione macedonia: ab oriente Achaia: ab occidēte Jonio mari. In ea sunt ciuitates Nicopolis ⁊ Ambracia. Hinc Epirota: qui est ex epiro.

Epodum seu Epodium canticū quod dicit̄ cadaueri nondum sepulto: alio nomine nenia dr̄ ex επι super ⁊ ωδον canticum.

Episcopus grecum inde ductum: q̄ ille qui preficitur superintendit: curā eorum gerēs επι sup̄ σκοποσ intentio cōsideratio. Ergo επισκοπειν latine sup̄ intendere possum⁹ dicere: vt intelligat non se epm̄ qui preesse dilexerit nō prodesse. Et proprie dicitur qui p̄est pani ceterisq; venalibus rebus ciuitatibus ob quotidianū victū necessariis. Episcopatus dignitas ipsa Episcopiū episcopi habitatio. Episcopalit̄ intente. Aug. lib. v. cō. Suscepit me paterne ille hō dei: et peregrinationē meā satis episcopalit̄ dilexit.

Epistola απο του επιστελλειν quod est mittere: quia ad absentes mittit̄. Hinc epistolare qd̄ ad epistolā p̄tinet. Hier. Neq; enī epistolar⁊ angustia euagari longi⁹ patiebat̄. Libani⁹ aūt i libello epistolādi αριστα δε αυτισ δυνηθειν επιστειλαι ειγνοι ηικοσθι επιστολη και τιλεγειν ειναι τηθεμιστισ ποσ α προσ αγοριασ διαιρει ταιεπιστολη μεν ουν εστιν ομιλια εγιραμματοσ απονθοσ προσ απονθα γινομεν ουκαι κρει δη ωσκοπον εκ πληρουσ αερειδετισ εν αυτηωσ πορπαρονθι προσ α πονθα δια ιρειθαι δεεισ συχνασ τε και παμπολουσ προσηγοριασ

Epistilium capitellum: quod sup̄ columnā ponitur.

Epistates grece dicit̄ qui a nobis villicus ꝓcuratorq; ac p̄positus rei faciende vocat̄.

Epistomium dicitur in fontibus manu fabrefactis in quib⁹ sunt fistule plures aquā trāsmittentes. Sene. ad Lucil. Nisi aquā argentea epistomia effuderint ⁊ adhuc pleocias fistulas eloquor. Varro lib. iii. de re. rus. Cū ⁊ aqua calida ⁊ frigida ex orbe ligneo mēsaq; quā dici in primis radiis esse epistomiis versis ad vnūquodq; factū sic vt fluat in cōuiuam.

Epischidion apud Vict: āccipit̄ pro cuneo.

Episynalipha conglutinatio duarū syllabarū in vnam qd̄ i diphthongo: ⁊ synerest fieri ꝯtingit. Nā συναλειφη cōiunctio dicitur.

Epithaphium latine supra sepulchrum ταφοσ enim sepulchrum: ⁊ sumit̄ ꝓ laude post sepulturā. Est enī eulogium quod in sepulchr⁊ marmoreis incisum videmus completa sepultura. Accipit̄ et pro titulo et pro oratione funebri.

Epithalamium sacer hymnus qui in spōsaliciis canit̄.

Epithesis pe. cor. impositio impostura aggressus.

Epithetes modestus: impostor: fundator.

Epitheton penul. cor. a Quintil. dr̄ appositū ab aliis adiectiuū ab επι qd̄ significat in ⁊ τιθημι quasi impositū. Epitheta tribus de causis noibus addūtur Discretiōis: vt phrigie molimur montib⁹ ide. Proprietat⁊: vt Terribili impetum ferasq; ⁊ dētib⁹ atris. Ornatus: vt alma venus.

Epithome es. pe. ꝓ. breuiariū vl' incisio dr̄ et cōpendium ab επι sup̄ ⁊ τομη incisio vel intersectum.

Epitogium genus palliū: quod supra togā ferebatur. Cōpositū nomē ex greco ⁊ latino.

Epithima penulti. ꝓ. dici potest sup̄impositū: operculum θημα positum dr̄ quicquid alicui rei imponit̄ ex quo ⁊ medicamenta q̄ ad refrigerandū cor imponunt̄ Epithimata dicuntur.

Epithymia e. cum accentu in pe. latine dicit̄ ꝯcupiscētia desideriū vaporatio sacrorū.

Epithyrum genus eduli seu casei siculi. Fit enim ab επι et τυροσ case⁹. Epithyrū etiā siue pytyrū dicit̄ a ꝯfracta oliua que grece dicit̄ πιτυρισ. Vñ apud Col. Epithyrū conditura oliuarū legimus.

Epitrapeçia dicunt̄ generaliter mēsis apta q̄ sunt vascula ⁊ potoria ⁊ escaria ab επι ⁊ trapeça mensa.

Epitrita penul. cor. pes ex quattuor syllabis constans quarum vna semp̄ ab aliis trib⁹ discrepat. Primus ꝯstat ex iambo/⁊ spondeo. i. ex prima breui ⁊ tribus longis: vt sacerdos. Secūdus ex trocheo ⁊ spōdeo. i. ex secūda breui aliis longis: vt ꝯditores. Tertius ex spondeo ⁊ iambo. i. ex tertia breui aliis longis: vt hereditas. Quartus ex spōdeo ⁊ trocheo. i. ex quarta breui ceteris longis: vt Celestinus.

Epitrocasmos verborum sup̄ seinuicē effusio vl' supermensio q̄ fit aduersariū turbandi causa.

Epiçeusis cōbinatio. Figura cuius dictio in versu absq; medio aliarū conbinat̄. Vir. Me me adsum q̄ feci.

Epos carmen heroicū diuinarum rerū ⁊ heroicarum hūanarūq; cōprehēsio. Mar. Scribam⁹ epodos cepisti scribere cessi Emula ne starēt carmina nr̄a tuis Cōpositū cū ωδη q̄ et cant⁹ apud nos dr̄ Epodus quasi carminis cātus. Et inde Epodion diminutiuū. i. paruū carmē qd̄ a lyric⁊ clausula breuis dr̄ q̄si p̄ce

sos versus integris subiiciat: vt apud Hora. Beatꝰ ille q̄ ꝓcul negocijs. Deinde sequiť ꝑcasus: vt prisca gens mortaliū. Et sic deinceps alterni quibꝰ aliqua pars deest: ⁊ sunt ipsis ꝓcedentibus similes.

Epule ab opulentia: siue ab edendo quasi edipulę sūt cibi ministerio hominū in nostrū vsum comparati. Epulū vero significat solēniores ⁊ ꝓprie publicum ꝯuiuiū in ꝓpatulo ciuibꝰ exhibitū: siue in dedicatiōe tēpli: siue in triūpho: siue in funere: siue ludoꝝ causa q̄le imꝑatores apud romanos ⁊ q̄le factū esse cōstat a pluribꝰ q̄ testamēto legauerūt epulū quotānis ad sepulchrū rosis ⁊ varijs respersum odoribꝰ ꝓ heredītatū facultatibꝰ exhibēdū. Iuue. Vn̄ epulū possis centū dare pythagoreis. Sꝫ ꝯfunduntꝛ q̄n̄q꜄. Nam epulū ꝓ priuato ꝯuiuio inueniť: et epulę ꝓ cōuiuio in cōi. Cic. pro. L. Plan. Sepulchrū. L. catiline floribꝰ ornatū: hominū audacissimorū ac domesticorū hostiū cōuentu epulisq꜄ celebratū est.

Epulari est in cōuiuio esse: seu cōuiuari. Liui. lib. xxv. Vulgo apertis ianuis in ꝓpatulo epulati sūt. Cōstruiť q̄n̄q꜄ cū actō quasi pro comedo. Amb. Non statim inquit epulamur om̄ia: neq꜄ potamus om̄ia.

Epulones dicti sunt conuiuę: vnde et coepulones qui simul epulantur. Itē epulones dicebanť quos pontifices ꝓpter sacrificiorū multitudinē esse voluerūt: vt ludorum epulare sacrificium cōficerent: auctor ē Cice. lib. iij. de ora. Hi epulas ioui ceterisq꜄ dijs instituēdi potestatē habebāt. Vnde Aug. li. de ci. dei. asserit epulones perpetuos fuisse qui ad aureaꝫ iouis mensam statuę appositā perpetui erant cōuiuę: vt mimorum potius ⁊ parasitoꝝ et contubernia: q̄ dei sacra celebrarentur.

Epulare quod ad epulas pertinet: vt epulare sacrificium: epularis sermo: qui in cōuiuio fit. Apul. Iā illatis luminibus epularis percrebruit. Epulares etiā vocabantur qui in sacris epulabantur. Var. Dum epulares nocte epularentur.

Epulatorius a. um. qđ aptum est vt in epulis comedatur. Amb. ad Simpli. Bona oꝑa epulatoria dicimꝰ quę sunt esui. Et paulopost. Epulatoria ⁊ refectoria requies in deo que facit animi tranquillitatē.

E Ante Q

Equus animal quadrupes qui et caballus ab ęqualitate dictus: detracta prima littera quę diphthongū faciebat: q̄r pares eligebanť qui bigis: quadrigisq꜄ iungerentur. Equorū alij gradarij qui molli gradu ⁊ sine succusura incedūt. Contra succussores sessorem frequēter inquietāt. Alij dicunť Veredi in cursu velocissimi: quibus maiores vsi sunt in venatione.

Eques generis cōmu. significat hominē equo insidentem. Vnde equites a peditibus distinguūť. Virg. lib. viij. Interea premissi equites ex vrbe latina. Sumiť q̄n̄q꜄ ꝓ ipso equo. Idem. Dorsoq꜄ equitem ducere sub armis Insultare solo: ⁊ gressus glomerare superbos. Et eques dicitur qui equestrē dignitatem adeptus est.

Equester ab eques fit: sicut a pedes pedester. Vnde pedestres ⁊ equestres copię. Equestrem vero ordinem medium fuisse constat inter patricios ⁊ plebē. Hi olim sub romulo regibusq꜄ celeres dicebantur a Celere remi interfectore: deinde a flectendis animis: quonia iudices erant siue potius aflectendis equis flexamines vocitati: postea Trossuli a trossulo oppido thuscię: q̄ id sine vllo peditum adiumēto equites cepissent.

Equestre ęs. dictū est quod equiti dabatur.

Equestria loca erant in quibus sedebant equites. Seneca. lib. vij. de benefi. Equestria omnium equitum romanorum sunt. Et iterum. Sed cum in theatrum illic quis sedere mihi licet. Sic popularia dicebanť vbi plebs ipsa i theatro sedebat. Sue. in Domi. Et quia pars maior intra popularia deciderat quinq̄genas tesseras in singulos cuneos equestris ac senatorij ordinis pronūciauit.

Equito as. dicitur de hoīe equo insidēte: et de equo. Lucil. de equo. Nempe hūc currere equū nos atq꜄ equitare videmus. Huius cōposita sunt Adequito: qđ ē iuxta equito. Liui. Adequitauit deinde sensim portis. Obequito: circū equito. Idem. Obequitare iubet hostiū portꝭ. Perequito sicut ꝑagro vt apud eundē. Cū perequitasset aciem tantū iniecit ardoris vt cū vltra sustinuerint impetū equi.

Equitatus modo equitum turmam significat: sicut peditatus pro pedestribus copijs: modo actū equitandi. Plin. Fęmina equitatu atteri ⁊ aduri solent: modo ordinem equestrē. Idē lib. xxxiij. Quinetiam ipsum equitū nomē sępe variatū est in ijs quoq꜄ qui ad equitatū trahebantur.

Equarius a. um. quod ad equum ꝑtinet: vt equarius medicus q̄ equis medeť. Val. max. li. vlti. Herophilus equarius medicus. C. Martiū septies cōsulem auū sibi vendicando se excudit.

Equinus a. um. possessiuū. Hora. Humano capiti ceruicē pictor equinā Iungere si velit.

Equio is. de equis diciť cū coitū appetūt sicut catulio de canibus et Subo de suibus. Col. lib. vij. Equiētī mulę cruda brassica datur.

Equimentum merces quę datur pro admissura equi. Var. An si equam emisses q̄drupedē vt meo asino reatino admittēs q̄ntū poposcisses dedisseꝫ eq̄mētū.

Equitiū equorū mandra. Vlpia. Equitiū vsu legato videndū an ⁊ domare possit ⁊ ad vehēdū subiugo vti.

Equitius nomen viri propriū ⁊ cognomen familię romanę ab equo deductum.

Equile penul. pro. stabulū equorū sicut ab oue ouile. vn̄ Var. Suadet frenos in equili suspendendum vt oculi equuleoꝝ cōsuescant videre eorū faciē: ⁊ e motu crepitꝰ audire cū iā ad manꝰ accedere ꝯsueuerint: interdū imponere his puerum.

Equiso equorum domitor. Var. Nam vt equus qui ad vehēdū est natus cū traditur magistro vt equiso doceat tollutim incedere. Et non tantum equorum magistrum: sed etiam omniū rerum quarū ei regimē conceditť equiso designat.

Equitabilis: locus in quo equi facile inambulare possunt. Liui. Opportuna explicandis copijs regio erat equitabilis: ⁊ vasta planicies. Idem contrariū posuit. Imber violētius q̄ alias fusus campos lubricos inequitabiles fecerat.

Equuleus diminutiuum: sumitur pro pullo eq̄no ⁊ nouello. Cice. in hortē. Vt igitur domitores equorum non verba solū adhibent ad domandū: sed cibū etiā sępe subtrahunt: vt fame debiliteť equuleorū nimis effrenata vis. Est et equuleus tormēti genus in equi formā in quē coniiciebantur rei. Cice. lib. v. tus. Nec etiā in equuleū cōiiciuntur: quo vita non aspirat beata. Idē de fi. lib. iiij. Nec si ille sapiens ad tortoris equuleū a tyrāno ire cogatur similem habeat vultū vt si ampullam perdidisset.

Equulus etiam diminutiuum. Cice. de signis. Equulos argenteos nobiles qui maximi fuerunt aufert. Et li. iij. de natura deoꝝ. Om̄ia in ꝑfectis ⁊ maturē docet esse meliora: vt in equo q̄ in equulo: in cane q̄ in catulo: in viro q̄ in puero. Var. ait equulum post annū ⁊ sex mēses domari posse. Sic equula. Idēm Nemo ē tam negligēs quin summa diligētia eligat asinū qui suam saliat equulam.

Equiria ludi quos romulꝰ Marti instituit. In his eīn ludis currere in Martio cāpo equi solebant.

Equidem non ego ⁊ quidem cōposita coniunctio: sed simplex est Salusti. Ego equidē sic existimo. Nam si esset cōposita: nō subiūgeret ego: q̄ apud Vir. vbiq̄ ego quidē significet. Equidē merui nec deprecor inquit Persius posuit ꝓ quidē. Nō equidē hoc dubites amborū federe certo Consentire dies.

E Ante R

Erasistratus nomen medici eximiū: ex Aristo. familia nati ερος amorē σιρατος exercitū significat.

Erate es. penulti. cor. nympha oceani ⁊ thetios filia ab ερος quod est amor.

Erate numero plurali: vrbs corytanorum.

Erato penulti. cor. vna musarū ab amore dicta ερος εραμαι amo ꝙ p̄sit his qui amoris face rapiuntur. Virg. lib. x. Nunc age qui reges erato que tēpora rerū Quis latio antiquo fuerit status.

Eratosthenes penul. cor. nomē philosophi qui orbis terrarū mēsor appellatus est: hic vixit annis. lxxxj. sicut ⁊ plato et Diogenes cynicus ⁊ xenocrates platonic⁹ ερατος εραμαι και τοσθενος λυιαμισ και κρατος λεγεται και α τρος πορισημος και μαθηματικος.

Erasinus penul. pro. fluuius in argolica. Papi. Ruit agmine facto Inachus ⁊ gelidas surgēs Erasinus ad arctos. Dictus est ⁊ Arsinus: et in archadia vbi ortū habet Stymphalus. Sunt ⁊ Erasini in peloponneso alij sicut Strabo scribit.

Ercinia multis syluis nomē est inditū. Sed apud germanos maxime q̄ apud grecos Orcinia dicit̄. Ab heluetijs ad nemetū tauriorūq̄ fines ꝓtendit̄ ⁊ ad dacos ⁊ danubiū inde ad alias gentes longitudine sex dierū multis feris abūdans ⁊ ꝓceris frequēs arborib⁹. Sūt qui hoc nomē aspirēt: et cū y scribant.

Ercisceere prisca lingua significat diuidere. Inde familię erciscunde. i. reifamiliaris diuidende. Quidam erciscūdum ab erciunt antiqua dictione dici volunt a coercendo. Vnde et Iouem ertium puto dictū ꝙ mala crederet̄ arcere.

Erebus pe. cor. fluuius inferorū. Vir. Magnos erebi tranauimus amnes. Qn̄q̄ ꝓ obscuriori inferni parte: vt Imas erebi descendit ad vmbras. Varro ex erebo natam noctē ait. Vnde ⁊ illud. Erebo creatā fuscis crinibus noctem inuoco.

Erembi populi i arabia q̄ ꝑrupta saxa nudi inhabitāt.

Eregione ex aduerso ex opposito.

Ere mea ere tua. Vide supra in E ⁊ Ex.

Erepublica. i. ex vtilitate ⁊ commodo publico. Sue. in Cesa. Plerīq̄ pecunias ꝯtulerunt necato ne q̄dā abnuēte eā largitionē e republica fieri. Econtrario dicimus ab re est: pro eo quod est ꝯtra cōmodū.

Eremus penul. pro. Nam apud grecos per η. scribit̄ ερημος. Solet tn̄ ab aliquibus corripi ꝓpter inopiā litterarū grecarū: vt prepotens martyr eremiq̄ cultor. Est ⁊ generis fe. Hie. Inter multos sepe dubitatū est a quo habitari cepta sit eremus. Significatq̄ eremus solitudinē. Hinc eremite ⁊ eremitani Vn̄ ordo eremitanus sub diuo Augu. militans non tam doctrina q̄ virtutibus insignis.

Erga ꝑpositio licet eandem vim habere videat̄ cum contra: beniuolētię tn̄ plena est: vt pro meo summo erga te amore onus subeo.

Ergasylus nomen viri proprium est.

Ergo illatiua siue completiua coniunctio est quę minoribus adhibetur clausulis: sic igitur. Aliquando inceptiua est conueniens maxime indignationi. Iuuena. Impune ergo mihi recitauerit ille togatas. Hic elegos? Aliquādo hortatiua quę ponit̄: vt hortemur qui tarde aliquid faciunt ⁊ affectum exprimit reprehendentis. Virgilius. Ergo age chare pater. Aliquando aduerbium est ⁊ ponitur pro causa. Circunflectiturq̄ vltima. Virg. lib. vj. Illius ergo venimus ⁊ magnos erebi tranauimus amnes. Sisen. libr. iiij. Milites vt lex calphurnia cōcesserat virtutis ergo ciuitate donati.

Ergon latine opus a quo fiunt quę sequuntur.

Ergastulum penulti. cor. taberna vel officina vbi lapides metalla ve fodiuntur vel aliud quippiā operis a vinctis seruis fitq̄ quos Pli. bis t̄bis describit. At nunc eadē illa vincti pedes: dānate manus inscripti vult⁹ exercent. Dictū ergastulū ab εργαζομαι qd̄ ē operor. Iuue. Nēpe in lucanos ⁊ tusca ergastula mittas. Sed qm̄ in diuersis locis serui durius operari cogerent̄: factū est vt ergastula mō ipsos damnatos: seruosve opātes: mō carcerē significet. Var. Mistq̄ mox eo iniuriā qui tota ergastula donaret libertate. Col. lib. j. Optime solutis seruis cellę meridiē equinoctialē spectantes fiant. Vinctis q̄ saluberrimū subterraneū ergastulū plurimis sitq̄ id angustis illustratum fenestris.

Ergastulus custos pęnalis loci. Lucil. Nō ergastul⁹ vnus ⁊ alius indicem apposuit: vt nemo sentētiam libere magis q̄ ergastulus dicere possit. Aliquādo sumit̄ pro opario. Pli. Coli rura ergastulis pessimū est: vt quicquid agitur a desperantibus.

Ergastularius qui pręest ergastulis. Vnde Col. lib. j. docet quomodo ergastuli ab ergastularijs tractari debeant. Ergastes ⁊ ergasticus: latine oparius. Ergasia operatio. Ergaleia ferramēta. Ergasenon officina. Ergasemos frabricabilis. Ergasteriarches tabernarius opifex.

Ergasterium: officina vbi aliquid operamur: vt est in decretis disti. xliiij. Nulli clerico liceat tabernā aut ergasterium habere.

Ergesteni. pe. pro. populi sunt ab ergeto oppido Sirius. Hadrianū ergetūq̄ simul.

Ergumenus pe. cor. q̄ a demone agitat̄ ab εργόμαι qd̄ latine agro. i. agitor prohibeor.

Eribea dicta est nouerca Mercurij. i. iuno cuius monitu ⁊ precibus ipse mercurius Martē ex vinculis liberauit: et dici pōt lis bucule. Nā εριος lis βους bucula siue iuuenca dicit̄: q2 Isidem multa indignatione persecuta fuit.

Ericates nomen viri ⁊ potest interpretari: q̄si ira confractus. Nam εριος ira καταχω infringo.

Ericetheus nomen ꝓpriū pheacis viri. Alter fuit athenar rex quē Minerua e rure vbi natus erat susceptt educauit ⁊ atheniensi populo ꝓ rege tradidit.

Ericthonius rex atheniensis Vulcani ⁊ Minerue filius a quo populus atheniensis ericthonius dict⁹ est. Hic teste Pli. quadrigas primus iunxit ⁊ ludos instituit in attica regione.

Eridanus penu. cor. fluuius in italia ab eridano solis filio ibi submerso dictus: Quis sit ita intelligendum vt nō erremus: sed melius ē tacere: q̄ pauca dicere: alij viderint.

Erigone penulti. cor. nomen Icari filię: quę ob fratris necem dolore parcita laqueo se suspendit: vt Higinius late tractauit.

Eriphyle penul. pro. nomē vxoris Amphiarai ⁊ sororis Adrasti. Hęc accepto aureo monili latētē maritū ꝑdidit. Vir. lib. vj. His phedrā procrinq̄ locis mestāq̄ eryphylen: scribit̄ et sine h. Iuue. Ducarte multe tibi belides atq̄ eripyle.

Erimātus qui lites disseminando diuinat quasi εριος εριδος. i. litis μαντις diuin⁹. Iuue. aut disphyl⁹ aut erimantus. Erymanthus ꝑo cum y et h mons archadie q̄ aprū agrorū vastatorē hercules domuit: viuūq̄ sup hūeros ad euristeū detulit Quo ꝯspecto euriste⁹ in ereo se vase abscōdit. Vir. Aut erimāthi

placarit silvam: et lernam tremefecerit arcu. Est et silua et fluuius hoc nomine in alpheũ defluens vt ostendit Pli. lib. iiij. Ci. lib. ij. tus. vocat erymantum beluã erymanthiã vastificã. Sophocleus autẽ λαμπρει αορος αρκαδιας αφε ου και ποταμος ρει ερυμανθος πορι δε του καπρου και ηρακλεως φησιν ιστι επι τας πυλας των μυκηνων κομισας αυτον απεθετο.

Erinacius animal non maius ericio vt Hiero. inquit similitudinẽ vsi murisq̃ habens. Unde in palestina Arconius dicit: et magna est in istis regionibus huius generis abũdãtia semp in cauernis petrarũ: et terre foueis habitare consueuerũt. Dicitur ab aliquibus Cyrogrillus: quod nomen ab horrendo quidam deducũt et cum h scribunt.

Erynnis cum y. furia infernalis: dicta ꝙ humanã corrumpat mentẽ απο του ερρειν την νουν ρεγαλε γελαι ηγαια και ν αιω οτ. Huius grãs erinnyos et erinnys latine: et per synerefim erinnis: actũs erinnya et erinnyn: in plurali erinnes.

Eripio is. pe. cor. extra rapio: et cõstruit cum datiuo fere in malã partẽ: vt eripuisti mihi substantiã. Aliquãdo cũ ablõ in vtrãq̃ partẽ: vt eripuisti me a periculo et eripuisti a me librum.

Eriphysa insula vna ex eoliis: quasi εριφ.i. litẽ φυσω νον sufflans dicitur.

Erodius et erodion auis maior omnium volatilium et aquilam vincit et comedit.

Erogo as. penulti. cor. distribuo et quasi rogatoribus distribuo. Hiero. ad Julianũ. Cũ multis erogaueris censum tuum et quidã tua gaudeant liberalitate: tñ multo plures sunt quibus nihil dedisti. Inuenitur etiã exrogare: quod est vt Fes. inquit ex lege vetere aliquid per nouã legẽ eximere.

Erotema penulti. pro. grece ερωτημα interrogatio latine dr. vt Quo res summa loco panthu quã prendimus arcẽ. Erotematicus interrogatiuus ερωτω ερωτω εστι το ερομαι.

Error inquit Aug. lib. enchiridion: est existimatio vel approbatio veri pro falso vel econuerso et certi pro incerto vel econtrario. Et errare est putare vel approbare verum esse quod falsum est: vel falsum esse quod verũ est: vel certũ pro incerto: siue falsum siue verum sit. Unde sciendũ ꝙ licet quis absq̃ ignorantia errare nequeat: nõ tñ qui aliqd nescit cõtinuo errat: sed qui se existimat scire qd nescit: et falsum pro vero: siue incertum pro certo approbat. Accipitur etiam quãq̃ error pro peccato: et quandoq̃ pro vagatione. Et errare pro vagari et discurrere. Virg. Vidistis si quam hic errãtem forte sororum. Sed qm pecudes errando. i. vagando pascuntur: errare ponitur pro pascere: vt Mille meç siculis errant in mõtibus agne. Item quia errando sepe a recta via deflectimur errare sumitur pro peccare. Sane inter errorẽ et errationem hoc interesse. Do. existimat ꝙ error animi sit erratio pedum. Ter. in adel. Sane ac mlto propius ibis et minor est erratio. i. minus est spatii per quod erretur. Cõposita verbi erro sunt Aberro quod est valde erro: vel longe vagor. Cic. in tus. Sed redeat vnde aberrauit oratio. Decerro: oberro: circumerro Lactan. lib. ij. Uulgus existimat mortuorũ animas circa tumulos et corporum suorum reliquias oberrare. Pererro per totum erro. Col. in prefa. sempq̃ ritu volucrũ longinqui littoris peregrinus ignotũ pererret orbẽ. Exurro valde erro. Cypria. ad Ianuariũ. Ne quis exorbitans: et a via veritatis exerrans apud hereticos iungeretur.

Erratus us. et erratũ ti. peccatũ. Cic. Tironi. Tantũ mihi dolorem cruciatũq̃ attulerunt errata mee etatis: vt non solũ animis a factis: sed aures quoq̃ a cõmemoratione abhorreant. Et in decretis dist. xl. scribitur. Ut aliquando in ipsis quoq̃ cõspicimus erratibus electorum.

Errones sunt vagabundi. Tibul. Atq̃ iterum erronem sub tua signa voca. Sapho. At vos erronem tellure remittite nostrũ. Ulp. Errones appellantur serui qui non quidẽ fugiunt: sed frequẽter sine causa vagantur et tẽporibus in res nugatorias cõsumptis serius ad dominum redeunt.

Errabundus affatim vel valde errans. Uirgilius. Si qua forte ferant oculis sese obuia nostris. Errabunda bouis vestigia.

Erraticus a. um. quod vbiq̃ serpit: seu vbiq̃ nascitur vt vitis erratica.

Erubesco rubens fio. August. per translacionem pro verecundor in significatione actiua posuit cum ait. Quisquis me erubuerit corã hominibus: erubescam eum coram patre meo.

Eruca penult. pro. si apuleio creditur: ab herendo venit qm rebus quas occupat tenaciter inhereat. Uerum alijs magis sine h. et sine diphthongo scribi placet: et ab erodẽdo deduc. Est aũt genus vermis: Campe alio nomine: qui in olerum folia repit abroditq̃ presertim brassicas. Col. lib. xi. Ubi vero apricis regionibus post pluuias noxia incesserũt aialia q a nobis appellantur eruce: grece aũt campe nominantur: vel manu colligi debent vel matutinis tẽporibus frutices olerũ cõcuti. Sic eñ dum adhuc torpent nocturno frigore: si deciderint non amplius in superiorem partẽ prorepunt. Est etiaṁ Eruca herba q̃dam virtutis calide: dicta similiter quod erodat. Nã bestiolas oẽs corpori innascentes erodit: venerẽq̃ excitat. Ouid. de reme. Nec minus erucas iubeo vitare salaces. Col. Excitet vt veneri tardos eruca maritos. Sunt qui erucã dici velint ꝙ vrat. Nam linguã pungit et sanguinem exurit vt sit eruca quasi vruca u in e versa. Aut ꝙ fortasse dicta sit ab esu hoc ẽ ab edendo. Et cũ principio esset esuca: postea commutatiõe littere facta ẽ eruca vt ex valesio Ualerius.

Eructo as. ex e et ructo: quod est frequentatiuũ verbi Erugo is. Juuena. posuit exemplum de Ructo. Si bene ructauit: si rectũ minxit amicus. De eructo Hiero. Eructauit cor meũ verbum bonum. Est et ructor in eadem significatione. Hora. Hic dum sublimis versus ructat et errat. Ructo autẽ a rugo is. xi. ctũ. vnde Ructus a ructo quoq̃ fit Ructito aliud frequentatiuum. Colu. libro. vij. de boue egrotante sic inquit. Gemitus exprimit. locoq̃ stare non patitur sepe decumbere et ructitare cepit: caudamq̃ crebrius agere. Dicitur et ructuo as. et ructuor. Hinc a Sidonio dicta est ructuatio esculenta. Ex quo Eructuo. Augu. Illi audiunt tanq̃ verbũ eructuatum: illi tanq̃ scientiam annunciatã. Quod enim ructuatur presentibus ructuatur. Est autem eructare proprie extra ructum mittere q̃uis ad alia transferat. Col. lib. viij. Nec ipsum viuarium repletur cõgerie quã tempestatibus eructat pelagi violentia. Est et irructo. Plau. in pseu. Quid tu malum ergo in os mihi ebrius eructas.

Erudio is. pe. cor. significat ex rudi doctũ facio. Hinc eruditio pro doctrina.

Erudero as. penult. cor. ab e. et rudero. Rudero vero a rudus eris. Et sunt rudera purgamenta: puta cementum lapides confracti: arena calx et hmõi ex ruina congesta. Hinc ruderatus ager qui veterũ edificiorũ macerija scatet. Eruderare itaq̃ est purgare et rudos extra iacere. Amb. de obitu Theo. Sꝫ Isaac obstructos ab alienigenis puteos eruderauit nec latere aquam passus est.

Erugo. Uide supra in dictione Aerugo.

Erumna. Uide in dictione Aerumna.

Erunco as. Uide in dictione Aerũco.

Eruo is. extraho. Lactã. lib. ij. Ipse sibi oculos eruat: vt oẽs ceci sunt. Interdũ Eruere est in totũ destruere. Idem lib. viij. Eruetur funditus ciuitates.

Eruũ genus pabuli seu leguminis. Col. Eruũ letat loco macro nec humido: q: luxuria plerũq; corrumpit. Dictũ eruũ ab eruẽdo. Carpit eñ ⁊ manu vellit.

Eruilia idẽ qđ eruũ. Col. Sarsena putat agros stercorari lupino faba vitia eruilia lente cicercula piso.

Eryngion herba aculeateq; mordacitatis spinosa veluti carduus: satiua in cibos probat radicẽ tantũ q̃ melle cynamomo ⁊ cariophilo ꝯdita gustui nõ iniucũda ẽ.

Erythace apũ cibus dũ operant: quã alij sandaracã: alij cerinthum nominant. Hic sepe fauorũ inanitatibus inuenit repositus saporis amari. Uar. Erythacen vocant qua fauos extremos inter se cõglutinãt. Erythace a coloribus rubedine dicitur. Grece enim ερυθημα rubor appellatur.

Erythacus auis hyeme dicit: phenicurus estate: quaz vulgo pectus rubeũ vocant απο του ερυθραιν̕εσθαι: hoc est a rubescẽdo ερυθακοσ phenicurus vero ꝙ caudam rubeam habet: phenix purpureũ significat ουρα cauda est.

Erythreon rubrum dicitur. Col. lib. viij. Nec minus alia rutilos quos vocat ερυθρεουσ hoc noie persei ⁊ andromache filius vocatus fuit. A quo teste Solino non solum ab arenarũ colore mare id vocatũ fuit quod rubrum dicimus.

Erythre ciuitas Asie non longe a chio: ex qua Sibylla fuit quã numine afflataz crediderunt. Antiqua sane mulier ⁊ diuinatrix ⁊ tẽpore Alexandri.

Erythea insula Geryonis regia in mari gaditano. In ea tanta aeris benignitas fertur: vt homines pariat pene immortales: habuit etiam canem geryones de quo fratre cerberi ita scribit Julius pollux libro. v. γνωριμοσ δε γηριονου κυων ο Τασ βουσ φυλαττων αδελφοσ ην του κερβερου ασηνεθη δε υφη μακλεουσ.

Eryx nomẽ montis in sicylia: ⁊ nomẽ ciuitatis in eo site in quo templũ Ueneri cõstruxit Eryx filius eius. Ouidi. Sed dea nec patitur sic ad sua munera cogi. Colle sub vmbroso quam tenet alt⁹ eryx. Pompo. Montiũ eryx maxime memorat ob delubrũ Veneris. Unde venus erycina dicta est. Oui. Quid geminas erycina meos sine fine dolores?

E Ante S

Esau nomẽ filij Isaach q̃ ⁊ edom. hoc est rufus ⁊ Seir quod pilosum significat appellatus est.

Esca cibus q̃ dat holbus aialibusq;. Et esca est q̃ datur auibus piscibusve ad decipiendum: a quo fit Inesco as. ⁊ Escarius ⁊ esculentus/adiectiua: ⁊ Esito.

Escarius a. um. quod ad escã pertinet: vt escaria vasa. Pli. Ad escaria vasa totũ rubẽs vitrũ nõ trãslucẽs. Escaria mensa in qua hoies epulant.

Esculentus a. um. qđ ad edendum pertinet. Pli. li. x. Accipit res totius massilie humi fetificãt: nihil esculenti rapere vnq̃ ex funerum ferculis. Hiero. ad Eusto. posuit esculentior ꝓ delicatiori cuz ait: Qđ si volueris respondere te nobili stirpe generatam semꝑ in delicijs/semper in plumis non posse a vino ⁊ esculentioribus cibis abstinere: nec his legib⁹ viuere districtius. Respondebo. Uiue ergo lege tua.

Esculus arbor glãdifera/ꝙ veteres ex eius fructu escã sumerent.

Esito as. pe. cor. frequẽtatiuũ est a supino esum formatum. Gel. Uidetur aũt de Cyamo non esitato cum erroris fuisse/scribitur per e.

Eshon ciuitas Seon reg. amorreoꝝ in terra Galaad.

Esseda penulẽ. cor. vehicula gallorum britannorumq; apud belgas primo reperta. Et proprie Essedum in equo sicut staticulum in vehiculo: petoritum in mula est. Sirius de Asturcone. Aut molli pacata celer trahit esseda collo. Confunduntur tamen hec. Sue. in clau. Solit⁹ i gestatorio ludere: ita essedo alucoq; adaptatis ne lusus confunderetur. Hinc essedarij q̃ esseda regunt.

Essedones sunt asiaticorum scytarum populi: quibus teste herod. lib. iiij. histo. Mos est parentum funera cantu prosequi ⁊ congregatis proximis cadauera ipsa pecudum admixtis carnibus comedere: qui ossa capitum suorum parentum auro cincta in poculorũ tradere ministerium asseruntur.

Essei Judei. Nam tria iudeorum dogmata (vt scribit Josephus) extitere pharisei saducei ⁊ essei. Et hi quidem Essei ab vxorib⁹ ⁊ vino ⁊ carnibus abstinuerãt semꝑ ⁊ quotidianũ ieiuniũ verterunt in naturã.

Essentia fit ab infinitiuo esse/⁊ idem est quod esse/quãdo nominaliter accipit: quale est apud persiũ. Velle suum cuiq; est. Ut enim velle idem est quod voluntas: ⁊ scire ipsum quod scientia: ⁊ posse ipsum qđ potẽtia ⁊ viuere ipsum quod vita: ita esse ipsum est qđ essentia. Aug⁹. lib. xij. de ciui. dei. Sicut ab eo quod est sapere vocatur sapientia: sic ⁊ ab eo qđ est esse vocatur eẽntia: nouo quidẽ nomine quo vsi veteres nõ sunt latini sermonis auctores: sed iam nostris tẽporibus vsitato: ne deesset etiam lingue nostre qđ greci appellant ουσιαν. Hoc enim verbum e verbo expressum est/vt diceretur essentia. Hinc essentiale: qđ est essentie/⁊ essentialiter secundum essentiam.

Esto futuri temporis imperatiui. Interdum concedẽtis aduerbium est. Uirgil. Esto egram nulli quondã flexere mariti.

Esuries/esuritio/esurigo ⁊ fames idẽ sunt: hoc est edẽdi auiditas.

Esurio is. penul. cor. iui itum. cupio edere absolutũ est q̃q̃ ⁊ cum accusatiuo inueniatur. Aug⁹. Et fructum pietatis quem debuerãt: queq; in eis dñs esuriebat fere recusabant. Ambro. Qui verbum in interiorib⁹ anime receperunt: alimẽti celestis ⁊ fontis vbertate recreati esurire ⁊ sitire non possunt: hoc est famẽ ⁊ sitim pati. Quintilia. Pater filios esurit.

E Ante T

Et coniunctio: sed greca est τε per litterarũ transpositionẽ: etiã hoc latini susceperunt: modo copulatiua: vt Cicero eloquẽs fuit ⁊ philosophus/duplicaturq; interduz ac completiua est in diuersis rebus: vt Te admirantur ⁊ ciues ⁊ hospites. Uirgil. Multũ ille ⁊ terris iactatus ⁊ alto. Modo causalis: vt Quorũ Iphitus euo iam grauior pelias ⁊ vulnere tardus Ulyssi. pro etiam. Modo interrogatiua seu expletiua: vt Et que tãta fuit romã tibi causa videndi. Modo indignatiua: vt Et quisq̃ numen iunonis adoret: Preterea aut supplex aris imponit honorem. Modo confirmatiua: vt Et dubitamus adhuc virtutẽ extendere factis. Ponitur interdum pro id est. Plau. Annos natos iam sexaginta ⁊ senex. Interdum pro etiam. Quinti. Tamen si quid aduersus te ipse commisit sit hostis ⁊ meus. Uirgil. Nat⁹ ⁊ ipse dea. Interdum ꝓ quia. Idem Audieras ⁊ fama fuit. Quintilia. Has primũ audiat puer: harum verba effingere imitando conabitur: ⁊ natura tenacissimi sum⁹ eorum/que mollibus animis percipimus. Plerũq; sententiarum initiũ competit. Idem: Et finite quidem sunt partes due quas hec professio pollicetur. Deseruit etiam affectui ⁊ quasi interrogãdi vim habet. Cice. Et sunt qui de via appia loquantur: taceant de curia. Interdũ ponitur ꝓ aduerbio ordinãdi: vt Cor

pusq̄ lauant frigentis ⁊ vngūtid est deinde vngunt. Item pro quis. Cicero: Defendi legem voconiam magna voce bonisq̄ latratib⁹ ⁊ videtis annos meos: id est quis sim ita senex. Hui⁹ cōposita sunt: Etsi/tametsi.

Etenim significat quia. Et modo pmū locū/modo secūdum obtinet in oratiōe. Plinius: Etenim multa de hac magi tradiderunt: q̄ nō sunt a nobis cōmemorāda. Senec. Quis etenim inter tot corporis cruciat⁹ felicem quemq̄ esse posse existimat?

Etiam cōponitur ex et ⁊ iam: ⁊ significat quoq̄. Plau. Tu ne etiā id resciuisti miser? Aliquādo significat adhuc/siue preterea. Teren. in An. Nihil suspicās etiā mali. Idem in eadem. Non satis me pernosti: etiam qualis sim simo. Aliquando hortantis est pro Eia. Ser. sul. Etiam tu ab hisce rebus animū ad cogitationem tuam aduoca. Aliquādo confirmantis est: pro Ita. Est enim affirmatiua responsio. Ut vidistis me hodie. responderi debet etiam: vel sic. Pli. ad tacitum. Studes inquam? Respondit etiā. Ubi? Mediolani. Quod perinde valet: ac dixeris studeo. Sz cum multa latini dixerint/teneo solum clarū esse: scz ab greco deduci eti: addendo am fit etiam ideo per t scribitur.

Etiam num/ponitur pro quoq̄. Plini⁹. Quod eo magis miror etiamnum homero prodente egyptiis nō erat.

Ethalia insula i ligustico mari populonie vrbi opposita. ab Ethalio qui ei prefuit dicta. Quidā hoc nomē cum diphthongo scribunt.

Etearcus nomen propriū regis oaxis vrbis crete.

Etesie venti qui certo anni tempore flant. Hos Stra. lib. iii. subsolanos vocat: id est euros. Hiero. Mense Augusto flantibus etesiis: nauem securus inscendi. Hi quotannis in vigore estatis perflāt quadraginta diebus post canicule exortum: Dicti etesie. id ē annui ετωσ enim annus ετησιασ. annus ꝙ ex omnibus vētis: hi maxime stati sint/⁊ singulis annis eodem tempore redeant.

Eteocles/cum accentu in antepe/fuit filius Oepodis thebanorum regis.

Ethnicus pe. cor. gentilis ab εθυοσ qd̄ gentē significat. Hiero. contra Joui. Et si ducende essent vxores christianas tm̄ accipi iuberet. an ⁊ ethnicas?

Ethnearches: gentis princeps. Ethnearchia principatus vel prefectura.

Ethos cū significat causam producit primā. Quando significat morem corripit. Unde Callimachus op⁹ suum ethia. i. de causis inscripsit.

Ethic⁹ pe. cor. latine moralis dicit̄ ab εθοσ εθεοσ mos αλλα και εθιξω και ηθοσ ηθεοσ οθεν προτη συλλβη διχρονα εοικε και εθικα τοι αριστοτελουσ.

Ethologus pe. cor. moris expressor qui gestu ipso corporis ⁊ sono vocis ita exprimit mores hominū: vt gestus ⁊ mores eorū loqui videat̄ ab εθοσ mos cōsuetudo ⁊ λογοσ ratio απο τοι λεγειν.

Etymon recta interpretatio. Etymologia latine veriloquium ετυμον verum λογοσ rationē significat: Sed quia veriloquiū inquit Boetius minus in vsu latini sermonis habet̄. Cicero etymologiam vocat notationem: quia notam facit rem de qua predicatur Aristoteles symbolon nominat: alii vim intuiti originationem vocant.

E ante V

Euado is. pro extra vado effugio. Uirgil. lib. ix. Nostras ne euadere demens sperasti te posse man⁹. Idē pro transeo/⁊ per quācūq̄ difficultatem peruenio. Euaditq̄ celer ripam irremeabilis vnde. Plaut⁹ in asi. Demiror quid sit ⁊ quo euadat sum in metu. Et Euadere est ascendere. Uirgi. Euado ad sūmi fastigia culminis vnde. Item apparere. Idem: Ut tādē ante oculos euasit ⁊ ora parentis. Itē liberare. Salu. At ni Marius signa inferre atq̄ euadere oppido properauisse: profecto cuncti aut magna pars fidem mutauissent. Itē fieri. Cice. An verebat/ne non putaremus potuisse improbum euadere.

Eualuo as. extra valuas excutio e valuis eiicio. Plin. li. xviii. Et ipsa autem que eualuantur variam picturarum rationem habēt.

Eualeo es. pe. cor. a quo Eualesco. valde validus fio. Pli. lib. xv. Que postq̄ eualuit flaccescente primitia marsico bello/languida auctoritas patrū facta est ac paulatim in sterilitatē emarcuit maiestas.

Euan/interiectio ⁊ exclamantis vox laudantium bacchum: ⁊ interpretatur bone puer. Potest tamen declinari ꝑm Priscianū. Euan. tis. Uirgilius libro. vi. Euantis orgya circum.

Euadne. per. d. aū. n. Martis filia ex thebe vxore Asopi: fuitq̄ coniūx Capanei que illum incredibili amore dilexit: ita ꝙ cum audisset illum apud thebas cecidisse fere in mortis stuporē diriguit. Deinde cum celebraretur funus se in rogum proiecit.

Euenetus/nomen regis lacedemoniorum qui ad custodiendum introitum thessalie contra xerxem vna cum Themistocle athemensium duce a grecis constitutus fuit.

Euander proprium nomen Carmentis filii: ⁊ interpretatur bonus vir. Hic dimissa arcadia ad italiam venit: ⁊ ostia tybridis intrans: atq̄ pulsis ab originib⁹ in palatino monte consedit/vbi oppidum palanteū fundauit.

Euaneo es. penult. pro. a quo Euanesco/qd̄ est vanus fio seu in nihilum redigor. Lactā. lib. vii. Nō est anime vitium si visus euanuit.

Euanidus/sine fructu. Col. libro. iii. Nam que in proceritatem extenduntur/euanide fiunt: parumq̄ fructus ferunt.

Euāgeliū/latine bona nūciatio Athanasi⁹ in homelis λεγεται δε ευαγγελιον αξιωσ οτι ευ και αγγελλω οθεν και αγγελοσ ωνομασ θη οτι τησ ανθρωπων σωτηρια επαγγελλιται απασι υι ου του θεου. Quare autem sit bona nunciatio. Euse. lib. de preparatione sic ostendit. Euangeliū dicimus ꝙ eternorum atq̄ incorruptibiliū bonorum q̄ certe suprema ⁊ maxima sunt: ⁊ ex antiquissimis p̄dicta tēporibus: nuper vo splendore sui orbē illustrantia cunctis hoibus annunciat qd̄ non cecas caducasq̄ huius seculi diuitias/nec breuē hanc calamitosamq̄ vitā: nec instabilia corporis cōmoda/sed animarū q̄ intellectuales substantie sunt a quib⁹ etiā corporū bona quasi vmbrā cōsequentia dependent: summā/propriāq̄ nobis affert felicitatem.

Euapelos. penul. pro. stolidos ⁊ amātes dictos refert Photion grammaticus.

Euax/interiectio exultātis. Plau. Euax iurgio vxorem tandem abegi: fuit etiā nomen regis indie qui de virtutibus gēmarū scripsit ad Neronē: quē habet tēpestate nostra Petrus bonus aduocarius ciuis ferrariensis astronomus in omni seculo admirandus.

Eubouea/nomē insule ⁊ ciuitatis i ea site. Hinc Euboicum mare qd̄ duplex eē dicit̄. Aliud in egeo: aliud in campano seu thusco. Quod in egeo/euboe adiacet insule/a qua denoiatū est. Quod autē in Tuscho Cumarū baiorūq̄ alluit oram ab euboicis aduenis ⁊ cumarum conditoribus nuncupatū.

Eubulus. pe. cor. nomen historici/ qui historiam Mitre multis voluminibus explicuit.

Eucheristia/latine bona gratia. ex ευ ⁊ χαρισ gratia

gratitudo et gratiarum actio. Eucharisteo gratias ago. Eucharisticon. liber in quo gratię redduntur.

Eucnion: nomen bacchi: deductū ab ευχη qđ votuʒ ⁊ precē indicat: quasi dignus sit voto.

Euchile: res dicunt̄ quę sunt boni succi: vt est case⁹ mollis: caseus do vet⁹a Cor. celso numerat̄ inter res cacochilas. i. quę sunt mali succi.

Euclides penultima pducta: nomē geometrę insignis ab oppido Megaris quod Isthmo adiacet: ⁊ Plutarcho auctore Socrati cōtemporanei. Sed videat ne errent: nam Proclus interpres faciens quatuor libros in primū librum Euclidis/ ita scribit: ου πολυ δε του ιωρρεω ιεροσ εστι ευκλει δησ ο τα σtοιχεια συναγαγων γεγραφειν αλλα πολλα αλλοσ και.

Eudemonidas: nomen viri proprium: et latine dicitur bene intelligens.

Eudamidas penultima correpta: nomen filij archidami et fratris Algidio.

Eudora penul. pdu. nympha oceani ⁊ Tethyos filia. Et interpretari potest bonū donum.

Eudoxa: bona gloria: δοξα enim latine gloria dicitur et opinio.

Eudoxus: bene gloriosus: quasi gloria insignis: proprium nomen Eschinis filii: qui patria Gnidius geometres et astrologus: summus medicus: Socratis auditor: qui primus annū composuit. Scripsit leges: ⁊ de geometria atq; astrologia libros edidit. Fuit ⁊ alius Eudoxus rhodius historicus. Alius siculus agatoclis poeta comicus.

Eueho is. extra veho. Var. libro. j. de re rust. Quarto eundem fructum foret ut faciāt vecture: si vię sunt qua plaustra agi facile possint: aut flumia propinqua quę nauigari possint: quibus vtrisq; euehi atq; inuehi ad multa prędia scimus. Per translationē significat extollo. Unde euectio/ extollentia. Aug⁹ lib. v. Cōfess. Missum est a Mulo romā ad prefectū vrbis: vt illi ciuitati rhetorice magister traderetur/ impetrata etiā publica euectione.

Eumenes seu eumenus: fuit vir Cardianus: qui cura vigilantia patria calliditate ⁊ celebritate ingenij omnes macedones superauit: de quo multa a grecis historicis traduntur.

Euenire: est alicui quippiā per sortē venire. Et plerūq; de magistratib⁹ ac puinciis dicit̄. Sal. in Iug. Metellus ⁊ Sillan⁹ cōsules designati puinciā in se partiuerāt: metelloq; numidia euenerat.

Euentus generis mas. et quarti ordinis: tam in plurali q̄ in singulari: dicit̄ quod casu aut fortuna nobis euenit/ tam in bonū q̄ in malum. Cicero libro. j. de ora. Ut eni quis optime dicit: ita maxime dicēdi difficultatē: variosq; euentus orationis/ expectationēq; hominū pertimescat. Silr̄ dicit̄ Euentū neu. ge. quod in plurali euenta facit. Luc. libro. j. Euentū dici poterit quodcūq; erit actum. Cic. in partitionibus. Si cuiusq; facti ⁊ euenti causa ponetur. Idē de diui. Si euenta querimus quę exquirunt̄ auibus. Et ad Atticum. Semp causę euentorū magis mouēt q̄ ipsa euenta. Qđ est cōtra Vallā ⁊ Sipontinū. Aliqñ etiā euent⁹ finis rei dicit̄. Quid. Careat successib⁹ opto Quisqs ab euētu facta notāda putat.

Euenos penul. pdu. fluui⁹a Thracia descendens ⁊ calydoniam secans: de quo Ouidi⁹ libro. ix. Metam. Iāq; noua repetens patrios cū cōiuge muros Uenerat eueni rapidas ioue nat⁹ ad vndas. Hūc fluuiū poetę quādoq; centaurʒ vocant.

Euerto: extra verto/ eruo/ demolior. Unde euersiones dictę sunt.

Euerro ris. extra seu valde verro. Col. libro. viij. Stabula frequenter euerrenda et purganda: humorq; omnis vrinę deuerrendus est.

Euerriator dicit̄: qui iure accepta hereditate iusta facere defuncto debet: quę si nō fecerit/ seu quid in ea re turbauerit suo capite luat.

Euestigio aduerbiū: dicit̄ vel quod stans aliqs in eodē vestigio facit. Unde statim dicit̄. Uel quantū temp⁹ est in vno vestigio faciendo qđ est breuissimū. Ut tractū est ab his q̄ se planta mouentes nihil tardant aliquid perficere: ⁊ illi negocio qđ eis imminet nullam aliā rem anteuortunt.

Euganei: Uenetiarum populi: ab euganea: hoc est nobilitate cognominati: de quibus Stra. Plini⁹/ Liuius. Euganei: montes supra Patauiū Istriā versus: in quibus abundant pecudes mollissimas lanas facientes. Lucan⁹. Euganeo si vera fides memorantibus augur: Colle sedens aponi terris vbi fumiger exit. Atq; antenorei dispergitur vnda timaui. Hinc Euganeus nea. neum. Iuuenalis. Et euganea: quantūuis mollior agna.

Euge: interiectio assentientis: quasi sponte sua congratulātis. Hiero. iterpretat̄ Euge euge: bn̄ bene: vt est illud Ps. Euge euge viderūt oculi nostri.

Eugium: caro eminula inter cunni symplegadas. Unde scindere eugium est puellam inscindere. Neuius. Sine eugio puellam inuenit. Laberius. Quęnam mens quę diritas vos suppillatores fecit cū cano eugio velitari?

Euidens penul. corre. quod aperte videtur et intelligitur: ab Euideo: quod est clare et expresse video. Euidenter: clare.

Euilla: regio ad orientem vergens: quam circuit de paradiso Phison egrediens: quem nostri mutato nomine Gangem vocant. In ea aurū preciosum quod hebraice Zaab: ⁊ gemmę preciosissimę: carbūcul⁹ smaragdusq; nascuntur.

Euiratus: modo cui amputata sunt virilia dicitur: hoc est eunuchatus: modo lasciuus perditus atq; effeminatus. Plaut⁹. Adolescens euiratus ac mollis. Ambro. Euiratos delicię reddūt. Varro. Euirauit omes veneri vaga pueros.

Euiscero as. vide in dictione Uiscus.

Euito tas. penultima producta: vitam eripio/ vita priuo: sicut Letare est leto mulctare. Est tamen vet⁹ verbū planeq; poeticū. Cice. lib. iij. Tusc. Hec oīa vidi inflāmari: priamo vita euitari. Euitare etiam dici potest valde vitare/ cauere.

Eulogium dicitur benedictum: ευλογεω benedico: ευλογιο: benedictio. Eulogos: rationabilis. In decretis canonicis Eulogia pro benedictionibus/ siue muneribus quę minutuli sacerdotes ad synodū conuenientes maioribus summatibusq; sacerdotib⁹ deportant. Unde. xviij. distin. scribitur. De eulogiis ad sacra concilia deferendis nihil inuenimus a maioribus determinatum.

Eumel⁹ admeti regis Thessalię ex Alcesta vxore fili⁹.

Eumenides: furię infernales: latine beniuolę et mites dicuntur per contrarium: quasi non mites: ευμενη enim beniuolus.

Eumonides: nomen proprium viri thebani: sicut scribit Plutarchus.

Eunuchus penul. prod. castratus/ ab ευνη quod est cubile: et εχω custodio: quia id hominum genus adhiberatur seruandis cubilibus reguʒ: quasi euneechus: et per synęresim eunuchus.

Eunucho as. castro. Varro. Quod facit pro sua parte is qui seu eunuchat.

Eunuchiʒo ʒas. eiusdem significationis. Hieronym⁹ contra Iouinia. Sunt eunuchi qui de vtero matris ita nati sunt. Et sunt eunuchi qui ab hominibus eunuchiʒati sunt: et sunt eunuchi qui se castrauerunt

propter regnum celorum.

Euoco cas. penult. corre. extra voco. Plaut⁹ in Amphi. Euocate huc Sosiam. Per translationẽ est quasi extraho. Cicero libro. j. Tus. Nam quid aliud agimus/ cũ a voluptate. i. a corpore: cum a re familiari q̃ est ministra ⁊ famula corporis: cũ a rep. cũ a negocio omni euocamus animũ.

Euocati dicuntur/ nõ qui iusti milites sunt/ sed qui repẽtina aliqua necessitate ex agris in bellum tumultuarie vocant̃. Hi pro militibus dicebant̃. Salusti⁹. Neu quis miles/ neu pro milite.

Eupalia: nomen vrbis in locride: quam alij Eupalion: alij Eupolion vocant.

Euphemia: nomen mulieris: ⁊ latine dicit̃ laus/ fauor. Euphemus: boni nominis.

Euphonia cum accentu in penul. bona sonoritas vł vocalitas. Euphonus: cõcinnus.

Euphranor: nomen statuarij/ laudatissimi Isthmij: de quo Quint. lib. xij.

Euphrates tis. ⁊ euphrate es. pe. produ. fluui⁹ Mesopotamię in paradiso oriens. Stra. scribit Euphratẽ ex Niphate monte Armenię magnũ/ profundũ ⁊ celerem nasci: exire autẽ in mare rubꝝ. Pli⁹ tamen Babyloniã per mediũ diuidere: ⁊ Tygri coniunctũ mesopotamiã facere. Salusti⁹ quoq; certissimus auctor asserit eã Tygris q̃ Euphratis i Armenia fontes demõstrari. Ex quo aniaduertim⁹ (inq̃t Hiero.) aliter de paradiso et fluminib⁹ intelligendũ. Boe. Tygris et Euphrates vno se fonte resoluũt. Euphrates latine fęcũditas atq; abũdãtia fructuũ dicit̃. Amb. lib. de paradiso. Plęriq; inq̃t euphratẽ dictũ ab ευφραίνεσθαι. hoc est a lętãdo: eo ꝙ hoĩm gen⁹ nullo magł q̃ iusticia ⁊ ęquitate lętetur.

Euphrosina ę. ⁊ euphrosine es. pe. corre. fuit vna ex tribus gratijs/ ⁊ nomẽ mulieris ꝓpriũ/ latine lęticia dicit̃: euphrosia exultatio: euphrenin lętari est.

Euphorbium et euphorbia herba/ ab Euphorbio medico Antonij musę fratre dicta: vt inquit Plini⁹: nascit̃ in Atlante monte. Hiero. cõtra Joui. Basilides magister luxurię post tot annos ita in Iouinianũ q̃si in euphorbiũ trãsformatus ẽ: vt latina quoq; lingua haberet heresim suam.

Euphorion: nomen poetę Chalcidensis quem transtulit Gallus. Habebat hic quosdã ita deditos sibi amatores/ vt eum pręferrent Ennio/ et reliquis poetis: eiusq; poemata studiose cantarent: posthabitis aliorum poematibus.

Eupilus: lacus cisalpinę gallię: in quẽ progredit̃ Lambrus in Padum defluens.

Euprepi: latine decor: ex eu ⁊ bonũ: ⁊ πρέπον decẽs.

Euripides: nomen egregij poetę: apud grecos Tragędię illustratoris: quam scribere natus annos duo de viginti adortus est: et in spelunca quadam tetra et horrida Salaminis insulę fertur tragędias scriptitasse. Hic vi/ sermone/ et sententiarũ crebritate oratoribus comparãdus fertur. Hic a canibus laceratus periit. Unde interpres Euripidis ita scribit: Διαγρίβωμ ουνεκει πειδη ευτιμι αλσει φουτίζωμ ετυ χεκατεβρωθη ωσ φασιν απο το του αρχελαιου κυνομ εξοντοσ εισ θηραυυπαρ τα ευβλοn μη κοντα ε ετη γεγόνωσ εταφη μεν εν μακεδονια.

Euripi penultima producta: canales seu ductus aquarum aliunde deductarum in sublime salientium si paulo minutiores sint: quos intra domos romani p̃ pratum deducebant. Si autem maiusculi sint/ nili dicuntur. Cicero libro. j. de legibus. Ductus aquaꝝ quos isti nilos euriposq; vocant: quis cum viderit nõ irriserit? Euripi quoq; sunt fossę in ludis circundatę pro septis: quorum loco temporaria prius clostra fuerũt auctore Pli. Spartianus in Heliogã. Euripis vino plenis nauales circenses exhibuit. Quidam euripos interpretãtur piscinas. Euripus etiã dicit̃ fretũ: hoc est mare angustum: qualis est Euripus taurominitanus in Sicilia/ ⁊ alter in Euboea.

Europa: tertia pars orbis: ab Europa Agenoris phęnicum regis filia/ sic appellata. Dicitur autem Europa/ quicquid terrarum iacet a freto ad Tanaim: ⁊ habet quattuor sinus magnos: quorũ primus est a Gaditano freto ad Lacinium vsq; promontoriũ Italię in locris. Secundus a lacinio ad ipsa epyri acroceraunia. Tertius inde ad Hellespontum. Quart⁹ ab Hellespõto ad Meotis ostia. Fuit ⁊ Europa nomẽ oceani/ ⁊ Tethyos filię.

Eurotas penul. produc. nomen fluuij in Laconia: qui teste Liuio libro. iiij. de bello macedo. vrbem Lacedemona pręterfluit. De hoc Virgił. Omia quę phębo quondã meditãte beatus Audijt eurotas iussitq; ediscere lauros.

Eurus: ventus ab oriente flans: et calidus est. Col. libro. vj. Cũ plęrũq; sideris caniculę tempore quędã partes eius regionis sic infestant̃ euro: quem incolę vulturnũ appellãt: vt nisi teguminibus vites opacẽtur: velut halitu flãmeo fructus vrantur. Gręci appellant Apelioten/ ꝙ a sole spiret: vñ ⁊ a latinis eadẽ ratione Subsolanus vocatur.

Euriale: fuit regis Minois filia: quę Neptuno orionẽ peperit. Alia fuit Proieti Argiuoꝝ regis filia. Alia ex tribus Gorgonibus vna.

Eurialus: nomen vnius ex principib⁹ peloponesiacis: qui argos ⁊ propinquas vrbes incolebãt: ⁊ ad Troiam cũ octoginta nauib⁹ venerũt. Aliũ troianũ fingit Virgł. Fuit ⁊ nomẽ histrionis. Iuue. Nobilis euryalũ aut mirmillonẽ exprimat infans.

Euribates: nomẽ viri ithaci. Ouid. Simul eurybates me Chalcibiusq; vocarunt.

Eurribiades teste herodoto fuit ex ducibus xerxis.

Euribia: nympha quę stellas ⁊ luciferꝝ genuit.

Eurycion nomẽ fabri argentarij: de quo Virgł. lib. x. Quę bonus eurycion multo celauerat auro.

Eurycratidas: vir lacedemoni⁹: de quo Plutarchus.

Eurydamas penul. correp. vir troianus: latine dicit̃ late domans. Ouidius. Atq; vel eurydamas ter circum busta thrasylli: Est larisseis tractus ab hoste rotis. Ubi per eurydamanta intelligunt Hectorẽ qui virtute cuncta domitabat.

Eurydame teste Herodoto: fuit vxor Leutichidis spartanorum regis.

Eurydice: vxor orphei ꝓ q̃ recuperãda ferũt Orpheũ ad inferos descẽdisse. Alia fuit Nestoris coniũx.

Euriloch⁹ fuit phlegioꝝ rex: qui Thebas destruxit anteq; veniret Cadmus: q̃ eas postea rędificauit.

Eurymedõ: nomẽ patris periboię: ex q̃ neptun⁹ genuit nausithoũ regẽ pheacũ. Alter fuit atheniensiũ dux cũ demosthene.

Eurymone nympha oceani et tethyos filia mr̃ leucothoes. Alia fuit apollinis filia q̃ adrastũ argiuoꝝ regẽ ⁊ eriphylẽ amphiarai cõiugẽ pepit.

Euryphil⁹ pe. cor. fuit Herculis fili⁹ q̃ regnauit i Coo insula: et cunctoꝝ gręcoꝝ augur peritissim⁹ est habitus. Virgł. Suspẽsi eurypilũ scitatũ oracula phębi Mittimus. Fuere ⁊ alij hoc nomine.

Eurystheus fuit Steneli Mycenaꝝ regis fili⁹ q̃ Iunonis instinctu imperabat Herculi: vt varia mõstra superaret quib⁹ posset perire.

Euritb⁹ pe. cor. oethalię rex/ ⁊ pater Ioles. Hinc eurythis idis. patronymicũ fęmininũ. Oui. Eurythidos ioles/ ⁊ insani alcide. Alter fuit cẽtaurus.

Eustratius: nomen phi qui in ethicã Aristotelis scripsit: ab σρατοσ exercitus nomen deductum.

Eustathius: nomen fuit grãmatici greci.

Euterpe fuit vna ex musis ab ευ bene τερπω delecto quasi sit bona delectatio.
Eutrapelos pe. cor. quidam aiunt significare tricubitos. Mar. Eutrapelus tonsor dum circuit ora luperci. Vide Pli. lib. vij. circa principiū. Aliū putāt hoc nomen significare apud grecos eum qui facilitate quādam morum preditus est: hoc est comis lepidus elegans & facetus. Eutrapelia comitas.
Eutyces pe. cor. nomen fuit heresiarche.
Eutymedos pe. cor. nomē cuiusdā philosophi.
Euthymia/animi trāquillitas. Laertius in vita Democriti. Finem esse rectū quietūq; animi statū quem euthymiā dicit dum nullo metu/nulla supstitione/aut alia quauis perturbatione agitatur.
Euxinus pe. pro. mare illud est quod incipit a bosphoro thracio: componit ex ευ quod bonū apud nos indicat & ξενος hospitiū vel amic⁹ quasi bonū sit hospitiū: quod per cōtrariū dictū est. Nam ibi sunt loca asperrima. Oui. lib. iiij. de tristi. Euxinus falso nomine dictus habet. Sed teste Pli. li. v). Pont⁹ euxinus antea ab inhospitali feritate axenus appellat⁹ est peculiari inuidia nature sine vllo fine indulgētis auiditati maris. Post cōmerciū illarū gentiū mollitis aliquantū moribus dictū est Euxinus.
Euzomum bonum ius. ευ enim bonum ζωμος ius quod comeditur.
Euzonos/strennuus. ζωνη cingulum. Nam qui militant cinctos dicimus: discinctos instabiles.

E Ante X

Exactum/preteritū transcursum. Virgi. lib. iij. Ge. At tribus exactis vbi quarta accesserit estas. Exacti menses dicuntur qui circa partum sunt. Idē. Exactis grauide cum mensibus errant. Item exactum diligens. Vale. maxi. Quia nūq; remotos ab exactissimo cultu cerimoniarū oculos. Itē exhaustū fugatū. Sene: Ut tot procellis tēpestatibusq; exactis aliqñ in portū veniamus. In hunc sensum veteres exanclatū accipiunt. Habet & alia significata: de qb⁹ in dictiōe/exigo.
Exactor & exactio. vide in dictione exigo is.
Exaduerso appellare. Vide in dictione appellare.
Exaggeratio/magna coaceruatio: poniturq; pro altitudine & excellentia. Translatio sumpta a terra que exaggerata & in aggerē erecta sustollit in fastigiū. Cic. lib. ij. tus. Hoc tibi propone amplitudinē animi & quasi quandā exaggerationē quā altissimā animi q̄ maxime eminet in contēnendis & despiciendis dolorib⁹ vnam esse omniū rem pulcherrimā. Oratores exaggerationē facere dicuntur: qñ pluribus verbis vnam eandemq; rem vehemēter dicūt: que res maxime venustat orationē. Apud Catonē luculēta illa exaggeratio est. Succidias humanas facis/decē funera facis/decē capita libera interficis/decem hoibus vitā eripis/indicta causa/iniudicatis indēnatis.
Exagoge penul. correpta latine eductio dicitur. απο του εξ και αγω μελλων αξω.
Exagito as. significat vehementer vexo. Lactan, li. v). Poete tres furias esse dixerunt/que mētes hominū exagitent. Item significat exaspero ad iram prouoco. Sal. Tamen qr in tali tēpore tanta vis hoīs magis lenienda q̄ exagitanda videbatur.
Exalburno as. vide in dictione Alburnū.
Exalto/in altū eleuo. Col. Senū pedū latitudinis sulcos dirigunt/fodiuntq; & exaltant in tres pedes: per translationem significat magnifice laudo.
Exaluminati/dicuntur vniones qui colore prestant.
Examen/noua apum soboles quā parentes ex suis aluearibus ad nouas sedes querendas exire cogunt q̄ hec ita vniantur/ vt simul ligate videantur. Nec solum de apibus/sed etiā de vespis & hmōi intelligitur

Rursus examen/stilus est in lance siue statera q̄ quo pondus se vergit/exit. Virgi. lib. x. Iuppiter ipse duas equato examine lances. Hec bilancis seu statere lingua/ab aliis equamētū/ab aliis libramentū/ab aliis equilibriū & trutina dicitur. Unde metaphorice ponitur pro equamēto & iudicio inuestigatione. Persi. Examenq; improbū in illa Castigas trutina.
Examino as. penulti. corre. scrutor et inuestigo equādi causa.
Examussim. Vide in dictione Amussis.
Exanimus a um. & exanimis & hoc exanime. & exanimatus a. um. ambo duplicem eandemq; significationē habent. Licet Ser. velit hec inter se differre. Exanimus siue exanimis idem est quod mortuus: vt apud Liuiū lib. viij. Ut vno ictu exanimē equo precipitaret. Virgil. Exanimūq; auro corpus vendebat achilles. Interdum idem est quod exterritus. Idem libro iiij. Audijt exanimis trepidoq; exterrita cursu. Unguib⁹ ora soror fedans & pectora pugnis Per medios ruit. Sic exanimatus non solū pro exterrito/siue perturbato: vt Teren. in an. Ibi tū exanimatus pamphilus bene dissimulatū amorē & celatum indicat: sed etiam pro mortuo accipitur: vt apud Liuiū lib. xxij. Unam in ipso portu sospite filio repente oblato i cōspectu eius expirasse ferunt. Alterā cui mors filij falso nunciata mestam sedentē ad primū conspectū redeuntis filij gaudio nimio exanimatā.
Exanimalis & hoc exanimale: qđ non est animal: vl qđ est sine anima. Plau. in bac. Nam neq; bellona mihi vnq; neq; mors credat ni illum exanimalē faxo: niue exheredem fecero vite mee.
Exanimo facio: significat facio: quod i animo volo: vt sit quasi ex sententia animi. Exanimi enim sententia/locutio est quotidiana qua vtimur: quādo significamus aliquid factū esse prout optamus & volumus. Unde dicimus: Habes vxorē ex animi sententia.
Exanimo est/vt natura fert: hoc est vt refert naturalis ingenita actio.
Exanimo as. capit sicut animo: de quo supra/nisi q̄ ex prepositio significat extra: siue cum animā quis emiserit: siue cum pene animū pauore amiserit. Quādo ab animo fit/significat perterreo perturbo. Plau. in aul. Nimis male timui: priusq; intus redij exanimatus fui. Terē. in an. Oratio hec me miserā exanimauit. Quādo vo ab anima est/significat anima priuo/siue neco. Curtius: Multos exanimauit rigor insolitus niuis/multorū adussit pedes: plurimorūq; oculis/precipue perniciabilis fuit. Gel. Anus repente filio viso copia atq; turba: & quasi ruina incidenti inopinati gaudij oppressa exanimataq; est.
Exanio as. Col. lib. vltimo. Ut omnē amaritudinē et⁹ & pallorē exaniet. Et alibi: Patimur autē non nunq; tota nocte & postero die baccā velut exaniari.
Exanclo as. ab ex & anclo. Prisciano dicente: Anclo pro anclor/significat effundo/exhaurio/supero. Plaut⁹ in Sti. Ne iste edepol vinū poculo exanclauit. Cice. libro. j. tus. Quod cum exanclauisset oēs labores tū incideret in mortis malū sempiternū. Aliquādo exanclare est perpeti. Lucil. lib. xx. Quantascūq; modo erumnas/quātosq; labores exanclaris. Aliquando perficere: Pac. Non potest menalippe hic sine tua opera exanclari clauus.
Exanthemata/appellātur a Plinio eruptiones pituite: aliquando papule.
Exarmo as. mansuefacio. Unde exarmate bestie pro cicuribus & mansuefactis. Lampri. in Helio. Habuit leones & leopardos exarmatos in delicijs quos edoctos per mansuetarios subito ad secundā mensam & tertiā mensam iubebat accūbere ignorātibus cūctis q̄ exarmati essent ad pauorē & ridiculū excitādū.

Exaresco/perfecte aresco. Col.lib.iiij. Et sole ac vento penitus siccari atqꝫ exarescere. Cice. papirio. Deinde ipa illa si qua fuit in me facultas oratiōis nisi me ad exercitationes retulissem exaruisset. i. olno arida facta fuisset ⁊ defecisset.

Exaresso. idem quod exaresco: nisi ꝙ exaresco proprie extrinsecus fit: exaresco intrinsecus: vt de fuco marino dicit Pli.lib.xxvj. Sed omnibus articulis morborum impositus anteꝗ̃ exaresat.

Exaro as.penul.produ. perfecte aro. sed per translationem significat scribo. Qui enim stilo scribūt in codicillis: hi quasi sulcos instar aratorū ducere videntur. Cic. Cornificio. Hec cū essem in senatu exaraui.

Ex asse/due partes sunt/significatqꝫ ex tota hereditate que dicitur as assis: que pluribus modis diuidebatur. Unde dicimus: Hic ex asse heres relictus est: id est ex toto. Mar. libro. vij. Heredem fabius labienum ex asse reliquit.

Exauctoro as.penul.produ. significat ab auctoramento: hoc est obligatione militari atqꝫ stipēdio libero: priuoqꝫ: a quo exauctorati milites dicuntur qui missionē habuerunt. Et ꝗ̃uis frequenter cum dedecore exauctorare dicatur: persepe tamen significat missos facere a militia milites citra vituperationē. Liuius lib. xxv. Uolonū exercitus qui viuo graccho summa fide stipendia fecerat /velut exauctoratus morte ducis ab signis discessit. Et libro. xxvj. Cum disseruisset exauctorato dimisit. Ulpi. Exauctorare interpretatur insignia militaria detrahere: quod cū infamia conficitur: vt est apud Lampriđ. qui scribit Alexandrum tumultuantes legiones exauctorauisse.

Exaudio/perfectionē audiendi denotat: ⁊ hoc duobus modis. Uno cum quod petimus/impetramus. Unde dicere solemus: vt nos exaudire digneris. Uirg. Et nulli exaudita deorū vota precesqꝫ mee. Alio cū proxime seu vehementer audio. Liui. libro. j. Equitē clara increpans voce vt hostes exaudirent redire in prelīū iubet. Terē. in hecy. Uereor si clamorē ei⁹ hic crebro exaudiat/ne parturire intelligat.

Exbalisto as. a balista fit/ ⁊ significat decipio. Plaut⁹: Ego hunc cōmunē meū atqꝫ nostre omniū hostem exbalistabo lepide. απο του βαλλω λεγεται και αλλο εστι το σκορπιοσ απο του σκορπιζω το αποσκεδαννυμι. ita scribit Michal⁹ etymologicus ⁊ balista est maiorū tormentorū gen⁹ vnam bricolā dicebāt aui nostri.

Excalfacio ⁊ excalfactorius. vide in dictiōe calefacio.

Excādesco is. ⁊ excandefacio. Uide in dictiōe candeo.

Excandescentia. ab apul . libro de dog. platonis appellatur ea anime pars: que irritabilis est/habens domicilium in corde: quam alio nomine irascētiā nomināt que iracundia a Cicerone dicta est in prima tusculana a furore ⁊ impetu anime ducto vocabulo vt inq̄t Plato in Cratilao.

Excanto as. significat quod incantatū est alio incantamento libero: quod ⁊ recanto dicitur. Pli.lib.xxviij. Qui fruges excantasset. De recanto idem: Non pauci ⁊ serpentes ipsos recantari putant. Aliquando excantare capitur pro excludere. Plau. Nam crede cuius cor excantare potest.

Excerebro as. cerebrū excipio: vt apud Esaiā. Qui mactat pecus quasi qui excerebret.

Excetra/dicta est hydra/ꝙ vno ceso capite tria excrescebant. Plau. in persa. Cum excetra/cum antheo deluctari mauelim ꝗ̃ cum amore. Greco vocabulo dicit echidna. Ouidius. Pars quota lernea serpens eris vnus echidne. Scribit Diodo. Herculez debellasse hydram non solum ferro: sed etiam flammis adhibito Joalo qui incisam ceruicem ardēte face e vestigio inureret. Constat ſm historicos hydram in lerna argiuorum palude extitisse aquas euomentē que vastabant vicinas ciuitates: in qua vno meatu clauso multi erumpebant. Quod hercules videns loca ipsa exussit: ⁊ sic aque meatus clausit. Nam hydra απο του υδατοσ. id est ab aqua nomen accepit. Plato asserit in Euthydemo hydrā fuisse callidissimū sophistam/cui ꝓter sapientiā pro vno sermōis capite amputato multa repullulabant.

Excedo is. penul. pro. discedo/egredior. Cice. In ipsa cura ⁊ meditatione obeūdi sui muneris excessit e vita. Item vltra cedo transeo. Col.lib.vij. Cum excesserint annos decem fetibus inutiles sunt. Plaut⁹ in aul. Isthic adesto si hercle tu ex isthoc loco digitum tranuersum aut vnguē latū excesseris. Itē supero: vt Cice. excedit omnes eloquētia.

Excido is. penul. cor. ab ex ⁊ cado. a in i mutata preteritum excidi supinū excasum facit/significatqꝫ deorsū cado. Uirgi.lib.ij.geor. Nam sepe incautis pastoribus excidit ignis. Unde per trāslationē excidere animo est i obliuionē dare. Idem: Necdū etiā cause irarum seuiqꝫ dolores exciderant animo. Interdū dissentire. Luca.lib.xxviij. Ego ab archolocho excido.

Excido is. penul. produ. excidi excisum/extra vel de aliquo cedo ⁊ penitus destruo. Cice.lib.ij.offi. Nec lapides ex terra exciderentur ad vsum nostrum necessarij. Idem in Cato. Quo modo carthagini male iam diu cogitant bellū inferatur multo tempore ante denuncio: de qua vereri non ante desinam ꝗ̃ illam excisam cognouero.

Excidiū ⁊ excidio/ab excido deduci manifestū est pro peremptione ⁊ quasi nece vrbis aut prouincie vt cū cesis hominibus menia ad solum deducuntur. Hec etiam a cedendo dici videri possunt.

Exciso as. penulti. produ. lanio/verbero /⁊ quod vulgo dicit stratio frapo. Plau. i cis. Capillo scisso atqꝫ excisatis auribus.

Excello is. exculi excelsum: ⁊ excelleo es. excellui. significat supero. Lactā.lib. vij. Qui omnes licet eloquētia excelluerit. Hinc excelsus magnus Gel.lib. j. Tāto fuisse herculē corpore excelsiorem.

Excerno is. purgamenta ventris emitto. Cels. lib. iiij. Quoniā porre modo in inferiores partes ea que excreturi sumus emittit. Hinc excrementū purgamentum ⁊ stercus. Unde Pli.lib.x. scribit/ꝙ quia coru⁹ excrementis calciamenta fedauerit a menci̅ppe exanimatus sit. Proprie tamen excernere est extra cernere/quod vernacula lingua dicim⁹ Cernit fora Col. libro. ij. Itaqꝫ in area detrita frumenta sic aggeranda: vt omni flatu possint excerni.

Excerpo is. pst. ptum. significat secernendo/ extraho. Unde excerpta dicimus que ex libris velut flosculos extrahimus.

Excipio is. penul. corre. extra capio. Cice.lib.tus. Nā si solū eos diceres miseros quibus moriēdū esset: neminem tu quidem eorū qui viuerent exciperes. Aliquādo excipere est se ad aliquē recipere: ⁊ proprie excipiuntur cadentes/aut in calamitatem collapsi. Lactan. libro. ij. Hunc errantē atqꝫ inopem ianus excepit. Uirgi.lib.iij. Heu quis te casus deiecta cōiuge tanto Excipit. Aliquādo aliquid recipere. Aug. li. v. con. Et dum cor aperiā ad excipiēdū ꝗ̃ diserte diceret pariter intrabat. Aliquādo inquirere. Cice. libro ij. de ora. Quedā dari ex hac vita ad pertrahendos animos hominū ⁊ ad excipiendas eorū voluntates. Aliquādo separare. Uirg . lib. ix. Ipsum illū clypeū cristasqꝫ rubētis excipiā sorti. Aliquādo per dolū capere/opprimere. Idem: Excipit incautum patriasqꝫ obtruncat ad aras. Aliquādo colligere. Mar . Uentris onus misero: nec te pudet excipis auro. Aliquādo abscondere. Plau. in aul. Nec parem tibi ab co

Indipisces: neq furem excipies.

Exceptio/exclusio que sicuti vlpianus docet interponitur actioni cuiuslibet rei/ad excludendū id quod in intentionē condēnationēq deductū est.

Excepto as/sepe extra capio/vel ad me frequenter traho. Cice. in parad. Et videat aliquē summis populi beneficijs vsum: barbatulos mullos exceptentem de piscina. Virgi. lib. iij. geor. Ore omes versę in zephirum stant rupibus altis. Exceptātq leuis auras et sepe sine vllis Cōiugijs vento grauide mirabile dictu id est frequēter ad se trahunt ⁊ capiunt.

Excipuū qđ excipit̄ sicut precipuū qđ ante capit̄.

Excipula/ab excipio sicut decipula a decipio ⁊ ⁊ est septum ex arundinibus cōtextis ad capiendos pisces. Pli. Hiemato lacu fluctib⁹ glomerate voluunt̄ anguille in tantū mirabili multitudine: vt in excipulis eius fluminis ob hoc ipsum fabricatis/singulorū milium globi reperiantur.

Excieo as. exciui exciti excitum/extra moueo. Festus Exciet/excutiet.

Excio is. exciui vel excij excitū/extra voco vel extra seu valide cōmoueo. Plaut⁹ in cis. At mihi exciuisti lachrymas. i. cōmouisti. Et in epi. Quid est pat̄ ꝙ me exciuisti añ edes. He. At matrē tuā videas. i. euocasti. Excire autē/expergefacere est. Liui. lib.). Hercules ad primam aurorā somno excitus.

Excito as. penul. corre. frequentatiuū. Terē. in. heau. Nā vides q̄tum mali ex ea re excites. Pro expergefacio. Damasus ad Hiero. Dormientē te ⁊ longo iā tempore legenē potius q̄ scribentē questiūculis ad te missis excitare disposui. Pro prouoco sollicito ve Col. lib.). Nam cum certamine opus excitetur/tum incessantis animaduersio iusta est ⁊ sine querela videtur adhiberi.

Exclamare/voce magna clamare. Plau. in am. Ibi nescio quis maxima voce exclamat. Item exclamare alte vocare. Idē in eadem. Dum hec agūtur voce clara exclamat vxorē tuam. Exclamationes fieri solēt sine aliquo adminiculo/modo per nominatiuū/ modo per accusatiuū/modo per vocatiuū.

Excludo is. penulti. produ. extra claudo eijcio. Plau. in asi. Homo hercle hinc exclusus est foras. Hiero. Philippū regem macedonū introeuntē ex more cubiculum vxor irata exclusit. Per trāslationē excludere ponitur pro liberare. Accius. Qua virtute hic se seruitute exclusit. Item pro incubādo pullū emittere. Col. lib. ix. Veteranas auis ad rem eligi oportebit que iam sepius id fecerint/moresq earū maxime pernosci. quoniā alie melius excludant: alie editos pullos cōmodius educent. Idē Colūbe excludunt vigesimo die. Sic excludere/ eminere ⁊ apparere quod idem fere est quod emittere: vt in Ps. Excludantur qui probati sunt argento. Unde dicūtur ⁊ in arte argentaria exclusores: id est ex quadā confusione masse ad sue forme expressores.

Excolo is. penul. corre. Liui. Excultū perfecte adoro. Lactan. lib. vj. Nam si deorū cultores simulacra insensibilia excolūt: ⁊ quicquid preciosi habēt/in ea cōferunt. Habet ⁊ reliquas significatiōes quas colo: sed profectas ratione prepositiōis ex.

Excomposito ꝭm ordinem datum. Liui. Tum excomposito orta vis/signoq dato iuuētus romana ad rapiendas virgines discurrit.

Excorio as. vide in dictione corium.

Excors/extra cor: quasi sine corde: hoc est animo quo sapimus. In corde enī vt inquit Pli. habitat mens. Unde ponitur pro insipiente. Lactā. lib. iij. In quo alios non excordes tātū fuisse arbitror/sed etiam impios ꝙ in secreta celestis illius prouidentie curiosos oculos voluerunt immittere.

Excreare est quadā vi expuere. Celsus. Et interdū aliquid purulenti excreat.

Excrescere/valde siue extra crescere. Col. lib. v. Si satis excreuerint iugo supponantur.

Excretū supinū ab excerno: significat egestū. Unde excreta tritici dicuntur/vulgo granacia: hoc est que ex incerniculo pro immundis seponūtur. Col. lib. viij. Ubi annona est carior: excreta tritici minute cōmode dantur gallinis. Ibi excreta nomen. Participiū po est: vbi paulopost ait. Furfures a farina excreti. Excretū po supinū ab excresco/significat qđ valde creuit. Virgil. lib. iij. geor. Multi iam excretos prohibent a matribus hedos.

Excubo as. penul. corre. vigilo/custodiā facio ⁊ quasi minime iaceo: vt milites extra castra vel extra tentorium ad imperatoris custodiā noctu armati ꝯsidēt. Sal. in Iu. Nec secus q̄ si iter faceret castra munire: excubitū in porta/cohortes ex legionibus/p castrē equites auxiliarios mittere. Liui. Ptolemeū ac leonatum excubantes ad cubiculi limē excitauerūt.

Excubie/vigilie: licet vigilie tm̄ nocturne dicātur. Excubie ⁊ diurne ⁊ nocturne.

Excubitor/qui excubat. vnde gallus dicitur excubitor qui peruigil horas cantu indicat.

Excudo is. penul. produ. si. vel excudi sum. cudēdo elicio. Vir. At primū silicis scintillā excudit achates. Per trāslationē. Lactā. de opi. Profiteor nulla me necessitate vel rei vel tēporis impediri/q̄ minus aliqd excudam quo philosophi secte nostre quā tuemur instructiores/doctioresq in posterum fiāt. Sic Virgilius. Ut varias vsus meditando excuderet artes: id est studiose reperiret. Excudere etiā dicuntur galline oua/quādo ex eis pulli nascūtur: quod ⁊ excludere dicimus. Col. lib. ix. Negat̄ anser aliena excudere oua nisi subiecta sua quoq habuerit.

Excuso as. penul. produ. obiectū crimē purgo ⁊ a me repello. Cic. Nulla est excusatio peccati si amici causa peccaueris. Et excusare est afferre i excusationē id quod peccandi causam prebuit: qđ potius per accuso dici debere videtur: veluti si latrones aut flumina impedimēto fuerūt ne ad dies adesse possem. Eo modo quo Quint. Tu tamē si interpellatus tēpestatib⁹ serius venisses excusares mare ⁊ ambiguos flat⁹. i. mare in excusationē adduceres. Liui. de Torquato. Oculorū valitudinē excusauit.

Excusabile/qđ excusatione dignum est.

Excusatorius a. um. quod ad excusationem pertinet: vt excusatoria epistola.

Excutio as. penul. corre. ssi. sum. ab ex ⁊ quatio/significat qđ vernacula lingua dicimus scotlare. Virgi. lib. xij. Summasq excussit vertice cristas. Plau. Excute, dum palliū. Per translationē significat eijcio/emitto. Plau. in aul. Mihi misero cerebrū excutiunt tua dicta soror. Lapides loqueris. i. frangunt. Virgili⁹: Excussus acōteus fluminis in morem. Item deijcio. Hinc excussores equi dicūtur q sessorē deijciūt. Pli. Excusso circensibus auriga cucurrisse excussores constat ⁊ primatū obtinuisse. Itē eligo. Cic. lib. xij. phil. Iuuentutē omnē ex tota italia excussimus.

Excussoriū cribrū. vide in dictione subcerniculū.

Exdiscutio ab ex ⁊ dis ⁊ quatio significat perfecte discutio. Hieronymus ad ctbesi. Cum hec se ita habeant prouoco aduersarios vt omnes retro cartulas exdiscutiāt: ⁊ si qd in meo ingeniolo vitij repererint proferant in medium.

Exdorsuo as. dorsum cōfringo vel dorso nudo. Plautus in aul. Tu macherio congruin murenam exdorsua quantum potes. Hec duo preter regulam componuntur cum ex. Non enim ex sede componit̄ cum d vt educo.

Execo as.pe.cor.ab ex ⁊ seco:sed s abiicit / ⁊ significat excido extra seco. Colu.lib.iiii. Arborem quã inserere voles/diligẽter execato ea parte que maxime nitida ⁊ sine cicatrice est/dabisq; operã/ne librũ lędas.

Execro as.penul.cor.ab ex ⁊ sacro abiecta s ⁊ a in e mutatur. Dicitur ⁊ execror deponẽs/pro horrori ⁊ abominatiõi habeo:qd est magis in usu. Virgi. Et terram altricem seui execramur vlyssis.

Exedo is.penul.cor. vel exes/cõrodo/cõsumo. Pli.lib. xxvi. Nascuntur quoq; in sanguine ipo hominis animalia exesura corpus. Cice.lib.iiii.tus. Egritudo lacerat exest aiam/planeq; ɔficit. Aliqñ exedere est extra seu de aliquo vase edere. Terẽ.in phor. Tu tibi hoc intristi tibi omne est exedendũ.

Exedra/loc⁹ spatiosus quasi tricliniũ:que quasi ad occidentem versa esse solebat. Cice.lib.iii.de ora. Tũc dedita opera quiescẽtibus aliis in eã iam exedrã venisse in qua Crassus posito lectulo requieuisset. Hiero.ad Eusto. Si quis ceperit egrotare/trãsfertur ad exedram latiorẽ ⁊ tanto senũ ministerio confouetur vt nec delicias vrbiũ/nec matris querat affectũ. Michalus autem etymologicus. εξεδρα τοπυσ ιισι/σιι απο του ξκαι εδρα κει συνεκρτα καφεδρα παρατο εξομαιτο εξω μελλωνεξω.

Exemplũ inquit Festus quod sequamur aut vitemus. Exemplar ex quo simile faciam⁹. Pli. lib.xxxv. Sũt qui venerẽ dianeã illo pictã exemplari putant. Sed sepe confunduntur: vt exemplũ sit ex quo simile faciamus. Sal. Litteras quas sibi noĩe Catiline redditas dicebat exemplũ earũ infra scriptũ est :id est earũ forma infra scripta est. Quintil.li.x. Sic litterarũ ductus vt scribendi fiat vsus pueri sequũtur. Sic musica vocem dicentiũ: Pictores opera priorũ. Rustici probatã experimẽto culturã in exemplũ intuent. Cice. Apio. Ex litteris quarũ ad me exemplum misisti. Oui.de tris. Pluribus exemplis scripta fuisse reor. Ponũtur nõnunq̃ pro eodẽ. Cice.pro Mure. Domesticũ te habere dixisti exemplũ ad imitãdũ. Et iterum: Ad imitãdũ vo tam mihi propositũ exemplar illud est q̃ tibi. Dicit ⁊ exemplarium pro exemplari. Pli. Juba hec omisit in hoc tractatu exemplariũ vitiosum est. Sciendũ tamẽ ꝙ exemplũ dicit quãdoq; grauis pena que potest ceteris documento esse. Teren.in eu. Que futura esse debent exempla in eũ indigna. Rursus exemplum dicitur illud qd adhibet rei aut ꝓbande aut ornãde causa. Unde pars ꝓbatiõis vocatur ab exemplis. Et in elocutiõe exemplũ inter ornamẽta numerat: pro quo exemplar dici non põt. Similiter exemplũ vocat qd vulgo dicit monstra. Cice. Si qs purpurã aut aliud q̃ppiã vendẽs dicat: sume a me:sed huius exẽplũ aliunde rogabo tibi qd ostendã: aut si aceruos dicant se tritici habere ⁊ eorum exemplũ pugno non habent qd ostendant.

Exemptus. vide in dictione Eximo.

Exequor pe.cor.significat pficio/⁊ executioni mando. Apul. Neq; in tenebris sed in ꝓpatulo iussa dñi exequebar. Qñq; declaro exprimo. Cice. Var. Habeo multa occultiora que vix verbis exequi possum.

Exequię/funebrę officiũ: qd.s.in funere exequimur: ab eo dicte ꝙ hoĩes pompã post sequunt. Hinc exequior qd est exequias facio: vl exequiis ɔuiuor. Var. Ipm propter ius liberti semitracti exequiãtur. Hec etiam parẽtalia ⁊ iusta dicebantur.

Exerceo es.cui.exercitũ ab ex ⁊ arceo/quasi extra arceo/pmo/fatigo. Teren.in adel. I sane ego te exercebo hodie vt dignus es silicerniũ. Quãdoq; exercere est in operã ponere. Virgi.lib.iii.geor. Exercete viri tauros. Quãdoq; tractare. Col.li.iiii. Qui vt bonas ac delicatas artes exercuerit. Quãdoq; habere. Sal. Jurgia/discordias simultates cum hostib⁹ exercebant. Quãdoq; lucrari. Ter.in heau. Ancillas seruos nisi eos qui opere rustico faciundo facile sumptum exercent suũ omnes produxi ac vẽdidi. Quandoq; probe terrã colere. Virgi.li.i. geor. Exercetq; frequẽs atq; imperat aruis. Hierony.a simili in pfa. psalmorũ. Cogitis ergo vt veluti quiddã nouale ꝓscissum iã aruũ exerceã: ⁊ obliqs sulcis renascẽtes eradicẽ. Quãdoq; insequi. Virgi. Tum vos o tyrii stirpem ⁊ genus omne futurum exercete odiis.

Exercito as.frequẽtatiuũ. Cice.pro cluẽ. Homo in primis ingeniosus ⁊ in dicẽdo exercitatus. Hinc exercitatio.de qua idem lib.i.ad heren. Exercitatio est assiduus vsus consuetudoq; dicendi.

Exercitiũ est ipse act⁹ ⁊ vsus exercẽdi ogandiq;.

Exercitus a.um.participiũ: vt homo exercitus q̃ multis negociis assuetus sit ⁊ experiẽtia doctus ⁊ detritus. Gel. Aderat forte ibi amicus noster homo lectione multa exercit⁹: cui plerąq; omnia veterũ litterarũ q̃sita meditata euigilataq; erant. Cice.lib.v.tus. Vlus est inexercitus pro non exercitatõ cum ait: Asclepiadẽ ferũt nõ ignobilẽ nec inexercitũ philosophũ. Aliquando exercitus sumitur pro fatigato ⁊ in laborib⁹ assueto. Virgi.li.iii. Nate iliacis exercite fatis. Aliquando pro durato: vt cum quis diu se exercẽdo durus:hoc est robustus factus est corpore in laborib⁹ perferendis. Sal.in Jug. Nabdalsa exercito corpore.i.solidato: vt exponit Nonius.

Exercitus us/nomen significat militum copiã ab exercendo: qr vt inquit Var. fit melior. Vege.lib.ii. Numer⁹ militũ exercitat: vnde ex re ipsa atq; ope exercitus nomen accepit: vt ei nunq̃ liceret obliuisci quod vocabat. Docet etiã vegetius romanos milites tam veteranos q̃ tyrones exerceri solitos ad omne gen⁹ armorum. Omnes eñ artes iugibus exercitiis proficiunt/cuncta exercitatiõe cõualescunt: vt merito dictum sit quotidiana exercitia ad sanitatẽ plus ꝓdesse q̃ medicos. Et non vnã cohortẽ neq; vnã alã/ sed numeros multos militũ exercitũ esse Vlpia.scribit.

Exercitorius/qui se exercet.

Exercio is.iui.itum.ab ex ⁊ sarcio componitur/⁊ significat sarcio.

Exentero as.pe.pro.perforo. Plau.in epi. Acutũ cultrum habeo qui exenterẽ marsupiũ senis.

Exeo is.extra eo:egredior ⁊ cõstruit tam cũ actõ q̃ cũ ablatiuo: vt exeo domũ ⁊ exeo domo. p translationẽ exire est liberari. Luci.lib.xxviii. Ne hoc faciat atq; erumna exeatis. Item vitare. Virgi.lib.v. Corpore tela modo atq; oculis vigilantibus exit. Item erũpere: vt apud eundem libro.ii. Non sic aggerib⁹ ruptis cum spumeus amnis exit. Exire de potestate significat mentis impotẽ fieri. Cice.lib.iiii.tus. Itaq; iratos ꝓprie dicimus exisse de potestate: id est de cõsilio/de ratione/de mente.

Exero is.penul.corre.exerui exertum ab ex ⁊ sero significat extraho/emitto/eleuo/nudo. Sta. Fulgentẽq; exerit ensem. Oui.lib.i.fas. Credibile est illos pariẽ virũsq; iocisq;. Altius humanis exeruisse caput. Idẽ Exerit hec humerũ vestes trahit ille per altas. Col. lib.viii.posuit pro exeo/cum ait: Nam dum vincula exerere conantur/non quiescunt.

Exerto as.ab exero. Virgi.lib.iii. At scyllam cecis cohibet spelunca latebris. Ora exertantem ⁊ naues in saxa trahentem.

Exfio/significat purgo: a quo Exfit⁹ us.ꝓ purgatione.

Exheredare. vide in dictione abdico.

Exhalo as.penul.pro.extra halo/spiro. Lactã.lib.vii. Quos autẽ morbus interimit spiritũ diutius exhalant. Vir.lib.vii. Seuãq; exhalat opaca mẽphitim.

Exhaurio is.prorsus euacuo finio. Virgi.lib.iiii. Heu quibus ille iactat⁹ fatis que bella exhausta canebat.

Inde inexhaustus/pro infinito. Sic dicimus: Gratias deo inexhaustas replico.

Exherbare/est herbas extirpare. Col.li.v. Perticalis fere salix eundē agrum quē viminalis desiderat melior tamen riguo prouenit: atq̃ ea talcis cōserit̃ ⁊ cum germinauit/ ad vnā perticā summittitur: crebro q̃ foditur atq̃ exherbat̃: nec minus q̃ vinea pampinat̃. Et alibi: Exherbandus est locus.

Exhibeo es.pe.cor.profero ⁊ in publicū deduco: ⁊ videndi tāgēdiq̃ hois facultatē prębeo vel reostendo quasi extra secretū habeo. Paulus: Exhibere est facere in publicū potestatē: vt ei qui agit experiūdi sit copia. Exhibere negociū est labore vel molestia afficere. Cice.lib.iij.offi. Quod cum audisset adolescēs negocium exhiberi patri.

Exhorreo/a quo exhorresco/pro expauesco. Plan. Ciceroni. Sed non possum nō exhorrescere/si q̃d intra cutē subest vulneris qd̄ pri⁹ nocere potest q̃ sciri curariq̃ possit. Ibi passiue. Virgil. actiue dixit lib.vij. Adueniat vulnus neue exhorrescat amicos.

Exhibilo as.penul.cor. significat cū sono vocis ⁊ populari tumultuariaq̃ sibilatiōe expello/derideo. Cice. Histrio si paulum se moueat extra numerum/aut si versus pronunciatus vna syllaba breuior aut lōgior exibilatur atq̃ exploditur.

Exigo is.penul.cor.exegi/exactum: excludo/ eiicio/ expello/quasi extra ago. Plau. Itaq̃ omnes exegit foras. Et exigere est debitū repetere. Ci. Cassio. Lōgiores expectabo vel poti⁹ exigā. Hinc exigere pecuniā dicimur/q̃ nobis debet̃. Et exactores vocātur q̃ pecunias exigunt. Interdū est conuenienter postulare. Lactā.lib.iiij. Sapientia spectat ad filios quę exigit amorē. Interdū vehementer ⁊ cum instantia postulare Hiero.in pro. Tobię: Mirari nō desino exactionis vestrę instantiā. Exegistis em̄ librū chaldeo sermone scrptū ad latinū stilū trahā. Interdū agere seu traducere. Teren.in hecy. Illiq̃ exopto vt reliquā vitā exigat. Interdum perdiscere/inquirere. Virgil. Querere cōstituit socūsq̃ exacta referre. Suc.in Cęsare Britāniā petisse spe margaritarū/quarū amplitudinē cōferentē interdū sua manu exegisse pondus. Interdū facere. Virgi. Quos improba ventris exegit cęcos rabies. Interdū definire cōstituere. Idem lib.iiij. Decreuitq̃ mori secū ipa modūq̃ exegit. Interdum cōplere. Plau.in am. Menses iam tibi exactos esse vides. Interdum vi extorquere. Cice.lib.de di. Et cū eēt tritici modi⁹ sestertiūs duob⁹ ꝓ frumēto in modios singulos duodenos sestertios exegisse.

Exitium ab exeo.is. Festus: Exitium antiqui ponebāt pro exitu: nūc exitium pessimū exitum dicim⁹. Unde ⁊ mors dicitur aliquando calamitas. Terē.in phor. Quod ego nūc subito huic exitio remedium inueniā miser? Colu.lib.j. Sic emunita sola ⁊ latera horreorum prohibēt curculionē: quod genus exitij cum incidit multi opinant̃ arceri posse si exesę fruges in horreo ventilentur ⁊ quasi refrigerentur.

Exitiale/mortiferum/calamitosū/damnosumq̃. Pli. lib.viij. Ille contra vrinā spargit prudens hāc quoq̃ leoni exitialem. Virgil.lib.vj. Sed me facta mea et scelus exitiale lacene.

Exitiabile/idem qd̄ exitiale. Oui.lib.vj. met. Dumq̃ manu tentat trahere exitiabile ferrum.

Exilio is.penul.corre.ab ex ⁊ salio/significat exeo ⁊ q̃si saltando/prorumpo. Cicero Tyroni. Mihi crede tuis ⁊ illius litteris perlectis exilui gaudio. Hui⁹ frequentatiuum est exulto.

Exilium priuatio patrię: quasi extra solum. Seneca in lib.de consolatione apud albinam matrem exiliū diffiniens ait. Exilium nempe loci cōmutatio est. Hanc cōmutationē loci aliquādo sequūtur incōmoda paupertas ignominia contēptus quibus detractis nihil est quod magnopere exilium sit pertimescendū/nec cōmutatio loci onerosa. Assiduus enim est humani generis discursus ⁊ naturalis quędam irritatio animis mortaliū inesse creditur cōmutandi sedes ⁊ trāsferendi domicilia.

Exilior aris.exul fio. Unde scribit̃ de Iohāne apostolo/q̃ Domitianus iusserit eum exiliari.

Exilicus a.um.quod ad exilium pertinet: vt exilica causa quę aduersus exules agitur.

Eximo is.penul.cor.ab ex ⁊ emo/significat excipio seu aufero. Terē. Ubiubi inueniā pāphilū: vt ęgritudinem/in q̃ nūc est eximā atq̃ expleā aim gaudio. Au. lib.viij.con. De vinculo desiderij cōcubitus quo artissimo tenebar: ⁊ sęculariū negocioꝝ seruitute quēadmodū me exemeris narrabo. Uñ exēpti dicuntur excepti. Exēptus apud iuriscōsultos dicit̃ q̃ a suo iudice siue iurisditiōe ordinarij subductus est.

Exemptile penulē.cor.qd̄ auferri ⁊ eximi pōt. Col.lib. ix. Quadratę perticę parillis superponuntur: vt auē recipiat assilientem. Sed idcirco sunt exēptibiles vt cum res exigit a parillis deductę liberum aditum cōuertentibus stabulum prębeant.

Eximium/excellens egregiū ab eo q̃ in sacrificiis optimum pecus de grege eximebat̃: vel q̃ eximia specie animal numini offerendum. Et eximij porci dicebātur maiores qui ad sacrificandum electi erant signati macula aut nota: sicut egregię oues e grege electę. Nam quod a vulgo exemptum est/singulare dicit̃ q̃ in aliorum ordinem non sit redigendum. Uñ Virg. Eximias hostias dixit q̃ ad sacrificiū destinatę eximūtur a grege. vt: Quattuor eximios pręstanti corpore tauros. Dicit̃ ⁊ in malū. Cice.in ver. Sin hanc vos in rege tam eximiā iniuriā/tam acerbū neglexisse.

Exinde/pro exinde: propter hoc quapropter. Ideo Liui.lib.j. Ut igit̃ pauloante animū inter fidenatē romanāq̃ rem ancipitē gessisti: ita iam corpus passim distrahēdū dabis. Exin duabus admotis quadrigis in curru earum distentum illigat Metium.,

Exinanio is ab ex ⁊ inano: euacuo/attenuo: ⁊ ad nihilum redigo.

Exinsperato/aduerbium quod non sperabatur. Liui⁹ lib.j. Tum clamore qualis ex insperato fauentiū solet romani adiuuant militem suum.

Exis/dictio greca εξισ qua significatur habitus. Pli. in epistolis: Ad tantā εξιν studio ⁊ exercitatiōe peruenit: sed cum h hexis. απο του εχειν.

Existimo as.penul.cor.puto/iudico: ⁊ quasi ex ęstimatiōe statuo atq̃ decerno. Hinc existimatio q̃ fere semper passiuę significationis est: ⁊ ꝓ reputatione ac bona fama capit̃: vt homo magnę existimationis: id est de quo omnes bñ opinant̃. Pau.iuriscon. Existimatio est dignitatis illęsę status: legibus ac moribus cōprobatus: q̃ ex delicto nostro auctoritate legum aut minuitur aut consumitur. Minuitur quotiēs manēte libertate citra statū dignitatis pęna plectimur: sicut cum relegatur quis: vel cū ordine mouetur: vl̃ cum ꝓhibetur honoribus publicis fungi: vl̃ cum plebei⁹ fustibus ceditur: vel in opus publicum datur: vel cū in eam causam quis incidit quę edicto perpetuo infamię causa memoratur. Consumitur vero quotiens magna capitis diminutio interuenit: id est cum libertas amittitur: veluti cum aqua ⁊ igni interdicit̃.

Existo/appareo/emineo/prodo/exurgo/exalto. Cicero de diui. Summersus equus voraginibus non existit. Et iterū: Existit hoc loco quęstio subdifficilis. Et lib. ij.offi. At qui eo tempore tantę discordię secutę sunt vt ⁊ tyranni existerent ⁊ optimates exterminarētur: id est exurgerent vel exaltarentur.

Extare/eminere superesse. Virgil. Torpent mole no/

ua & summis vix cornibus extant. Unde extare dicu tur libri qui deperditi non sunt. Cice. Que vt scis: ex tat oratio. Nam vt de hoie q adhuc viuit dicim⁹ su perest: quasi si nō est sub terra humatus: ita de reb⁹ ex tant quasi extra stant/& non intra atq in tenebris la tent. Et est translatio sumpta a statua q stat & appa ret. Huius cōtrariū est/intercido qd est pereo. Pli. lib. xxxv. vtrūq cōplexus est. Jam ho & onerariis na uibus/quoniā & pericula expingimus/ne quis mi retur & rogos pingi/exceptis operum claritatib⁹ que & ipsa conueniet attingi siue extant siue intercidere. Interdū extare est/manifeste esse. Lactā.li.iiij. Si ce lestibus bñficijs extiterit ingratus.

Exlex/qui sine lege vel extra legē viuit.

Exoculasso is. vide in dictione Oculo as.

Exoche/eminētia vel excellētia latine dicitur. Unde ca texochē dicit per excellentiam. ἐξοχος ἐλληνιστι

Exodiū genus cātus. vt inquit Jul. pol. Quē cedētes de theatro cantare consueuerāt ab ἐξοδων. Sunt qui exponāt exodiū esse cantū. ab ἐξο extra ᾠδην cantū. Erant enim sm eos exodia ridicula versibus intexta fabellis attellanis potissimū inserta que sine cantu solebant iuuenes iactitare. Juue. Tandēq re dit ad pulpita notū exodiū. Et iterum. Urbicus exodio risum mouet atellane. Sue. in Tyberio. Unde vox attellanico exodio primis ludis assensu maximo ex cepta percrebuit hircū capreis naturā ligurire. Exo dium etiam significat exitū quasi ἐξω της ὁδου. id est extra viā. vnde Var. finē vite appellat exodium. Idem: Quod ceperas modo in via narra: vt ad exo dium deducas. Unde etiā exodus liber quo iudeorum exit⁹ ab egypto describit: sed secūda syllaba corripit in exodo tā in prima q in secūda significatiōe: quis alterū ab ὁδου qd viā significat: alterū ab ᾠδης. i. a cantu cuius syllaba penul. est producta.

Exolesco is. eui. ab exoleo fit/& significat crescere desi no. Unde exoletus/masculū scortū seu pathicū con cubinū iam adultū & fere dimissum qd crescere desi nit. Olim Alexander romanorū imperator exoletos heliogabali iussit deportari: aliquos etiā naufragio mergi. Scribit Pli. Hominē crescere ad annos vsq terseptenos in longitudinē: tum deinde in plenitudi nem. Aliquando exolescere est vehemēter crescere. Unde exoletus oleta. um. pro vehementer adulto. Plau. Reliqui domi exoletā virginē: aliquādo signi ficat veterem fieri/deficere. Agretius/adolescere au gmenti est: inolescere coaugmēti: exolescere vanescē tis est. Pli. lib. xxxvij. Carchedonij nescio an in totū exoleuerint postq metalla eris ibi defecerūt. Col. li. ij. Nam multa sunt vt dixi q negligētia exolescant & fiant sterilia. Un exoletus ē ab vsu remot⁹. Quinti. lib. viij. Obscuritas fit in verbis etiā ab vsu remotis: vt si cōmentarios quis pontificū & vetustissima fede ra: & exoletos scrutatus auctores idipm petat. Liui. Arte agendū exoleto iam vetustate odio.

Exoluo is. qd ligatū erat pfecte soluo. Plau. i epi. Tu vt exoluā man⁹. Lactā. lib. j. Religionū animos no dis exoluere pergo. Itē exoluere est pfecte soluere. Hiero. in proe. epi. psal. Sunt nōnulli qui votū quo deo vouerūt se in singulos dies psalteriū totū in ei⁹ laudē esse dicturos: vel diabolo exagitati: vel ecōtra rio ieiuniorum austeritate vel debilitate corporis id exoluere nequeant. Item pmio afficere. Lact. li. x. Imperatori omniū deo fides seruāda est: qui nō tm viuentibus sed etiā mortuis potest virtutes exolue re. Item expedire/liberare: Teren. in hecy. Illas er rore & te simul suspitione exoluas.

Exomides/genus vestis que alijs superponit. Sunt q comicorū vestimētū esse intelligāt exertis humeris.

Exorbito as. penul. cor. quasi ex orbita recedo. Orbi ta ho vestigiū est rote decurrētis siue circuitus. Au gu. lib. viij. de ciui. dei. Non eis cedentes ad aliquid approbandū vel perpetrandū quod exorbitet ab iti nere sapientie & lege iusticie.

Exorcizare inquit Aug. lib. j. de beata vita est per diui na imundū spiritū adiurādo expellere. Exorcismus/ adiuratio. Exorcista/ adiurator: sed spiritus rident barbarismos ideo dicendū est exorgibare. nam com ponit ex ἐξ και ορκη ἐυθυ ρημα και σουι λασ ἐξορκιζειν εισ ορκον ἐμβαλειν.

Exordium/initium. Uirgi. lib. iiij. ene. Quo nā regina ambire furentē audeat affatu que prima exordia su mat. Cice. lib. j. ad heren. Exordiū est principiū ora tionis per quod animus auditoris vel iudicis consti tuitur vel apparatur ad audiendū.

Exordior iris. exorsus incipio. Plau. i asi. Pergā quo accepit & ibi cōsilia exordiar. Uirgi. lib. ij. geor. Nō hic te carmine ficto atq per ambages & longa exor sa tenebo.

Ex ordine sine intermissione. Uirgi. lib. iiij. ge. Septē illum totos phibent ex ordine menses fleuisse.

Exorior/nascor/emergo exurgo. Teren. Tu sola exora re q perturbas hec tua imprudētia. Et exoriri /inua dere est. Nam vt Do. inquit: Qui expectans aliquē inuadit exoriri dicitur.

Exorno as. valde orno/seu magnifice apparo/instruo. Plau. in aul. Repudiū rebus paratis/exornatis nu ptijs. Teren. in eu. Ita visus est dudū: q: varia veste exornatus fuit: nunc eo videt tibi fedus: q: illa nō ha bet. Interdum exornare/fedare dicit. Idem in heau. Ego ne si viuo adeo exornatū/adeo depexū dabo: vt dum viuat/meminerit semper mei.

Exors tis/extra sortē: cui cōtrariū est consors.

Exoro as. pe. pro. orādo induco: seu orando impetro. Teren. in phor. Neqō te exorare vt maneas triduū hoc. Idem: Orator ad vos venio ornatu prologi si nite exorator sim. Interdū exorare significat pro ma gna gratia orare: psertim qn cum duob⁹ accusatiuis cōstruit. Plau. in cap. Unū exorare vos finite nos. Sic dicimus. Hoc vnū te exoro: hoc est vnū pro ma gna gratia/siue vnū magnopere te oro. Qd prepositio ex & oro cōmode & naturaliter expetunt.

Exorabula/ab Apuleio vocāt oia artificialia argumē ta qbus orator per vim eloquētie iudices exorat.

Exos/sine osse. Lucil. Exos & exanguis tumidos per fluctuat artus.

Exosso as/ossa detraho. Terē. in adel. Congrū istū ma ximū in aqua finito ludere paulisp. Ubi ego venero exossabit. Apul e. Exquamatus atq exossatus piscis vix palpitat amplius.

Exoticus a. um. penul. corre. peregrinus aduentitius. Plau. in mus. Non possum olere vnguenta exotica: hoc est aliunde apportata.

Expando is. vide in dictione pando.

Expalpo as. elicio. Plau. in aul. Nunc seruus argentū a patre expalpabit.

Expapillo as. vsq ad papillā denudo. Unde brachiū expapillatū dicit. Plau. in mili. Idem cōnexū in hu mero leuo expapillato brachio.

Expato as. pe. pro. expatare est in locū patentē se da re. Pacu. Expatāt se oēs/publiceq ostēdūt. Et sic a pateo fit. Quidā a spaciū deriuāt: vt sit: Expatare in spatiū se cōferre. Sed & spatiū a patēdo deducit. Ni hil enim aliud est spaciū q locus siue tēpus patens. hoc est interuallū vel loci vel tēporis.

Expectoro as. pe. cor. extra pectus eiicio. Cice. li. iij. d ora. Tū pauor mihi sapiētiā oēm exanimato expectorat.

Expello is. eiicio. Plau. Ancillā domo expulit.

Expulso as. frequētatiuū: quod significat frequēti pul su agito. Mar. Si me nobilib⁹ scis expulsare sinistrē

sum tua si nescis rustice redde pilam. Hinc expulsor ⁊ expultrix verbalia. Cice. Expultrixq; vitiorum.

Expulsim aduerbiū/significat frequēter pulsando.

Expeculiati/dicuntur serui sine peculio/quo vocabulo vtitur Plau.

Expecto as. ab ex ⁊ specto/significat obseruo. Teren. in an. Expecto quid velis. Quoniaꝫ ꝟo aspicientes aliquid diligenter manere diutius eodē loco solem⁹ expectare quādoq; pro manere capitur ⁊ opperiri. Terē. in phor. Senē quoad expectatis vestrū? Itē ꝓ desiderare: quoniā q̄ desideramus/cuꝫ voluptate aspicimus. Virgil. in .ij. Expectate venis. Teren. in an. Expecto q̄d velis. i. desidero scire q̄d velis. Unde expectat⁹ ꝓ odioso ⁊ molestę vitę. Nā filij parētes aut amabiles sūt/aut expectati/amabiles boni expectati mali: quorū mors indies singulos expectanda ⁊ exoptanda est. Item ꝓsperare Virgil. lib. j. geor. Sed illos expectata seges vanis elusit aristis.

Expedio is. penul. cor. libero ⁊ quasi pedū ligamenta dissoluo. Sisen. li. iij. histo. Inermes armat: impeditos expedit. Aliquādo ponitur pro explico. Seneca Iam diu vtile sit expedi. Aliquādo ꝓ extra fero/ꝓfero. Virgilius. Cereremq; canistris expediunt. Aliquando pro extollo. Idem: Tum ꝟo augurinꝫ rutili clamore salutant/expediuntq; man⁹. Et expedire est vtile seu bonū ac necessariū esse. Sꝫ hoc tm̄ in tertia persona singularis vl' pluralis numeri. Teren. in heau. Expedit bonas esse vobis. Idē in phor. Nostrapte culpa facimus/vt malos expediat esse dū nimiuꝫ dici nos bonos studemus ⁊ benignos: hoc est cōgruat ⁊ quasi necesse sit.

Expediti milites dicūtur leuioris armaturę ⁊ sine impedimentis.

Expeditio vocaē cum exeunt milites ad bellū/ꝙ expediāt rēpu. aut se a cęteris negocijs ⁊c̄. Curti⁹: Omē expeditionē ac militarē apparatū adduxit.

Expendo is. di. sum. pondero. Plau. in asi. Quot pōdo te censes esse nudū? At pol ego qui te expēdi scio nudus vinctus centum pondo es per pedes quando pendes. Quādoq; significat exactę examino cōsidero. Cice. lib. j. offi. Quę contēplātes expēdere oportebit: quid quisq; habeat/sua eadēq; moderari. Ambro. lib. j. offici. Expendat atq; examinet verba sua. Quādoq; est ꝑfecte soluere. Virgi. lib. ij. ęnei. Et scelus expendisse merentē a lachaonta ferūt: id est persoluisse. Quādoq; exponere/erogare. vnde expensę dictę sunt. Hiero. Qualiter fauente deo tota hęc dies expendaē in laudē ⁊ cum gaudio celebreē.

Expensa sę. sumptus.

Expio as. vide in dictione Pio as.

Expergo is. xi. ctum. quasi exporrigo/a somno excito. Cice. Experge te iam. vnde experrectus excitatus ꝙ recentes a somno exporrigi ⁊ extendi solemus.

Expergisco is. ⁊ expergefacio ⁊ expergifico actiuā significationē habent. Pli. Urtica letargicos expergiscit tactis cruribus magisq; fronte. Gel. Ingenio expergificando ratus idoneas. Cice. Expergere facias scripsit pro te expergefacias. Expergiscor ⁊ expergesio passiuā. Cice. Expergiscimini aliqñ atq; exurgite. Ab expergiscor fit experrectus ꝭm Diom. Expergitus ab expergor. Et exꝑgefactus ab exꝑgesio. Expergitus dicię qui satiatus somno spōte vigilat. Vñ ⁊ Luci. ait: Ego e somno pueros cū mane exꝑgitus clamo. Exꝑrectus a quiete impeditus. Sal. Exꝑrecti somno arreptis armis tumultū facere. Exꝑgefactus q̄ ꝑ aliū somno excitat⁹ est. Festus aliter. Exꝑrectus qui per se vigilare cępit.

Exꝑgit⁹/ab alio excitat⁹ quē solem⁹ dicere exꝑgefactū.

Experior iris. exꝑtus/significat tentare. Terē. in eunu. Omnia prius experiri ꝯsilio q̄ armis sapiētē decet. Vñ inexpertus/intētatus. Virgi. Neq̄d inexpertuꝫ frustra moritura relinquat. Et experiori/doceri. Idē: Vos ⁊ cyclopea saxa exꝑti reuocate amnios. Unde experti/periti dicuntur. Experiētia/vsus doctrina.

Expes/ ab ex. ⁊ spes: sed s abijcitur/⁊ significat extra spem vel sine spe.

Expers/extra partē vel sine parte: ⁊ ponię ꝓ ignaro/rudiq;: ⁊ nullā rerū experientiā habente. Apul. Homo rudis: omniū bonarū artiū expers. Quādoq; etiā ꝓ eo qui non sentit. Unde expers doloris/qui non sentit dolorē. Expers mortis/qui non morię. Expers lucis qui non habet lucem. Quidā hoc nomen cōponi volunt a pars quidā ab experior.

Expeto is. penul. corre. vide in dictione/appeto.

Expilo as. penul. pro. diripio/depredor/furtiue fraudo/dictum a pilis romanorū telis: vel greco πιλῶ. ꝙ ὀπιλῶ. id est complano/ꝙ qui e domo suppellectilem detrahunt ęquare ac complanare omnia videtur. Inde apud iurisconsultos titulus est de crimine expilatę hereditatis: ⁊ qui alienā hereditatem expilauerit extraordinarie solet coerceri. Cice. in para. Si socios spolias/ęrariū expilas. Ouid. lib. iij. me. Expilatq; genis oculos.

Expiro as. penul. produ. dictū a spiritu effuso: vl' a spiraminib⁹/quasi spiritū emitto. Luc. lib. iij. Expirans animā pulmonibus ęger agebat. Aliquādo ꝑ se plenum est: vt expirauit. i. mortuus est.

Expiscor aris. diligenter quęro: vbi nam pisces lateāt. Sępius tamen expiscari pro indagare sumitur. Teren. in phormi. Perinde expiscare/ quasi non nouis. Quādoq; pro lucrificare. Plau. Tandemq; nescio quid ab eo expiscatur.

Explano as. penul. pro. perfecte planū facio/declaro. Salu. De cuius moribus hominis pauca pri⁹ explananda sunt q̄ initiū narrandi faciam.

Explanto as. vide in dictiōe planto.

Expleo es. perfecte impleo seu facio. Virgi. libro. iij. geo. Improbus/ingluuiē ranisq; loquacibus explet. Sal. Neq; prius iugulandi finis fuit q̄ silla omnes suos diuitijs expleuit. Interdū cōpleo seu perficio. Virgi. Discedā/explebo numeꝝ/reddarq; tenebris. Pli. lib. xxvj. Ulcera eorum purgant leniter ⁊ explētq; cicatrices ⁊ emendant. Interduꝫ consolor. Terē. in heau. Hem tot mei soli⁹ solliciti sunt causa/vt me vnum expleant. Interdū/minuo. Nam ex/quādoq; priuatiua est. Ennius: Nauibus explebant sese terrisq; replebant.

Explico as. pe. cor. ꝓprie extēdo/emitto. Cice. Quę virtus pręter cęteras totā se ad alienas vtilitates porrigit atq; explicat. Per translationē significat explano ostendo. Idem lib. iij. offi. Ut quędam sibi concedātur q̄uo facilius quę volunt/explicent. Item extraho. Ouid. Atq; explicat ensem. Item exhibeo. Marti. Explicat ⁊ cęnas vnica mensa duas.

Explodo is. penul. pro. si. sum. ab ex ⁊ plodo significat cum sono elido: quod fit cum rem quę nō placuit clamore ⁊ gestu ac strepitu damno. Nec proprie idē est q̄d manibus cuꝫ sono pulsantibus eijcio: sicut Lau. Valla docuit. Nec supplodo est pedem terrę incutio. Nec cōplodo significat aduersas manus inuicē collido: quod non significat ex se: alioquin Cice. frustra pedem adiecisset libro primo de ora. Pedē nemo in illo iudicio supplosit. Similiter Quintil. lib. xj. Pedis supplosio. vt loco est opportuna. vt ait Cice. in contentionibus aut incipiēdis aut fouēdis: ita crebra est inepti hominis ⁊ desinit iudicem in se cōuertere. Aliquādo per translationē supplosus ꝓ reiectus ponitur. Damas. papa Hieronymo. Abscissis opinionibus/ ambiguitatib⁹ supplosis. Idē tidē de Complodo dicendū est; quoniā ⁊ Hieronymus

libro numerorū manibus addidit. Iratusq; balach. contra Balaam complosis manibus ait ad maledi/cendum inimicis meis vocaui te. quibus econtrario tu modo benedixisti. Et in Ezechi. Ecce complosi ma/nus meas super auaritiam tuam. Apuleius scribit: Complodere vacuas manus doloris et mestitię si/gnum esse Quintilian⁹ libro vndecimo. Nam etiā ⁊ Complodere manus scenicum est: pedes applode/dere interim licet. Preterea ꝙ ista verba a plodo cō/posita non nisi actibus pedis vel manuū accōmoda/ri possint/minime crediderim: quis plerūq; accom/modentur. Lactantius enim libro de opi. ad linguę actū vsus est complodo/cum dixit: Bestias etiā po/tu adiuuat. protenta enim cauataq; hauriūt aquam: eamq; comprensam linguę sinu ne tarditate ⁊ mora effluat/ad palatum celeri mobilitate complodunt. Hieronymus libro Iudicū: Ceperunt buccinis clan/gere ⁊ complodere inter se lagenas. Cūq; per gyrū castrorū in tribus personarent locis ⁊ hydrias cōfre/gissent: tenuerunt sinistris manibus lampades ⁊ de/xtris sonātes tubas. Preterea ꝙ explodo significet eiicio manibus ⁊ quidem cum sono pulsantibus/ne/quaq; verum est/quoniā si eiicio significaret. Cicero libro. iiij. de fi. bo. non dixisset. Quirinus autem non q̄ sint iam/sed vnde sint explosę eiectęq; sententię pir/ronis/Aristonis/Herilli. Et pro Cluē. Te vero illud idem quod tum explosum ⁊ eiectum erat nunc retu/lisse demiror. Si autem significat per pulsationē eii/ciendum quempiā manuū vel pedum/siue alio/aliq̄ liquet explodo non significare eiicio: quoniā ⁊ copu/lare debet diuersa ⁊ non temere Ciceronem eiectę ⁊ eiectā subtexuisse credi par est. Quandoq; explode/re significat aliquid tanq; indignum seu inutile eiice/re. Cicero libro secundo de diuinitate. Sed hoc ge/nus diuinationis vita iam cōmunis explosit. Applo/do etiā Hieronī. Pedibus accōmodauit. Sicut sup/plodo contra Virgil. scribens: Recordare quęso illi/us diei quādo me de resurrectione corporis prędicā/te ex latere subsultabas ⁊ plaudebas manu ⁊ applo/debas pede. Idem Damiano. Naz si applosisset pe/dem/intendisset oculos/rugasset frontē/iactasset ma/nus: verbo tonuisset/tenebras añ oculos offudisset iu/dicibus. Igitur applodo/complodo/explodo/sup/plodo/⁊ si qua alia reperiantur ꝺm rei actum cui ap/plicātur/ita sumi oportet. Et quicquid significat qua/tio/eiusq; cōposita/idipsum plodo./eiusq; composi/ta designant/nisi ꝙ in sono pulsationis diuersa esse existimo: ⁊ quibusdam actibus rerum ista non accō/modari quibus illa.

Exploro/exploras/penultima producta. Exclamo ⁊ cū fletu quodam vocifero. Varro: Gemit/explorat/tur/bam omnem concitat. Unde tractum est vt capiatur pro intentius/ac etiam cum voce inquirere. Virgili. Exire locosq; explorare nouos. Hinc exploratores dicti sunt. Interdum explorare dicit̄ obseruare. Idē libro nono. Necnon ⁊ trepidi troes formidine por/tas explorant. Interdū probare. Cicero in Catone/ Quis est tam stultus quis adolescens cui sit explo/ratum se ad vesperū esse victurū? Interdū delibera/re. Virg. Tuus o regina qđ optas/explorare labor. Interdū siccare. Idem libro primo Geor. Et suspen/sa focis explorat robora fumus.

Expono is. penul. pro. explico/declaro/ostendo. Cice. lib. j. Phil. Auteq; de repu. scribam. P. Con. expo/nam vobis breuiter consiliū profectionis ⁊ regressi/onis meę. Unde expositio pro interpretatione. Idē Vocat ad cęnam. deinde ipse pretorē: exponit copi/as suas omnes: id est ostendit. Ponitur quādoq; ꝓ extraho: ⁊ quasi extra pono. Virg. lib. xj. Socios de puppibus altis pontibus exponunt. Quādoq; pro Abiicio. Unde infantes abiecti vt pereant expositi/siue expositicij dicuntur. Teren. in heau. Erat hic co/rinthianus haud impura ei dedi exponendā. Plau. Reuertar ad illam puellā expositiciā. Quandoq; ꝓ expendo. Solinus. Cum magnā his pecuniā expo/suisset. Quādoq; pro expromo. Cice. Cum tibi expo/sita esset ad prandiū omnis pamphilia.

Exposco is. vide in dictione Posco.

Expostulo as. penul. cor. Exquiro/conquiro seu quere/lam apud eū ipsum depono qui fecit iniuriā: ⁊ cū q̄re/la amicos insto: ⁊ quasi officiū amicicię in alio deside/ro. Et non solū ablatiuo cum ꝓpositione iungit̄: sed etiam alij ablatiuo. Marcus Cice. filius. Lenis ⁊ fa/cilis a te existimari debeo: qui nihil tecum de ipsis re/bus expostulem. Aliqñ sine ipso ablatiuo: vt cū iniu/ria de qua quis rationē postulat in accusatiuo ponit̄ ⁊ tūc etiā significat exquiro. Teren. in an. Sed quid agā adeā ne ⁊ cum eo iniuriā hāc expostulē. Iniuriā id est rationē siue causam iniurię. Aliqñ expostulare est vehemēter postulare. i. vehemēter velle: rōne ex q̄ multū auget. Postulo vero pro volo sępe sumitur. Teren. in an. Etiā me nūc seducere istis dictis postu/las. Inde expostulo. Idē in adel. Si me in illo credi/disti esse hoim numero q̄ ita putāt sibi fieri iniuriā vl/tro si quā fecere ipi expostulāt ⁊ vltro accusant. Do. Expostulatio q̄rela aduersus illū ipm q̄ peccauerit.

Exprimo is. pe. cor. ꝓmēdo/extraho. Pli. Expresso vi/no infunditur aqua vinaceis. Aliqñ declaro/manife/sto. Macro. Nihil vnq; locutus fuit expressi⁹. Hie/ro. in prolo. Tobię. Quicq̄d mihi ille hebraicis ver/bis expressit: hoc ego accito notario sermonibus la/tinis exposui: id est elocutus est. Idem: Et nomē dñi tetragrāmaton in quibusdā gręcis voluminib⁹ vsq; hodie antiquis expressum litteris inuenimus: id est clare vel proprie scriptum.

Exprobro as. pe. cor. quę alijs pręstiti cōmemorās im/propero. Terē. Nam isthęc cōmemoratio quasi ex/probratio est immemoris beneficij: sumitur tamē ex/probrare pro qualēcūq; culpā obiicere. Quid li. xij. me. Trepidoq; fugam exprobrauit amico. Et apud euangeliū. Exprobrauit incredulitatē illorū.

Expugno. vide in dictione Pugno.

Expūgo is. extrudo atq; amoueo. Persius: Expungā namq; est scabiosus ⁊ atrabile tumet. Unde etiam si/gnificat milites ab exercēda militia repellere adem/pto/stipendio significat. Seneca lib. iiij. de bñfi. Pi/gnus est ꝓtinus aliud/inuicē mittere ⁊ munus mu/nere expungere/qđ significat delere/ne debere vide/atur. Milites eñ punctis scripti inserunt̄ legioni et iurant: vt docet Vege. lib. ij. Inde expuncti dicti de/leti ⁊ a militia remoti. Ifidē: Expūgi dicunt̄ iudices qñ amouent̄ a iudicādo veluti cācellati ex albo iudi/ciū. Dispūgere quoq; sile est: qđ significat cōferre ac/cepta ⁊ data sicut Papinian⁹ iurecōsult⁹ docet.

Expuo is. cum fastidio aliquid eiicio: quasi pus extra mitto. Pus aūt est omnis humor corpori onerosus. vt: Et periculosam cum tussi miser expuo saliuam. Teren. per translationem in Eu. dixit: Illam vbi ex/pueret miseriā ex animo.

Exputo as. pe. cor. ab ex ⁊ puto componit̄ significatq; ex arbore puto ⁊ incido. Col. lib. xj. Palos vna ope/ra cedere ⁊ exputatos acuere centū numero potest. Idē exputare est perfecte siue extra putare: vt apud eundem. lib. iiij. Deinde velut veteranā vitem totā exputare ⁊ ad vnam materiā firmissimā redigere/no/dosq; ⁊ cicatrices alleuiare satis officiū est. Item est perfecte intelligere seu discere. Plancus Cice. Quę mens eum: aut quorū consilia a tanta gloria: sibi vero etiam necessaria ac salutaria auocarint ⁊ ad cogita/tionem cōsulatus bimestris summo cum terrore ho/

mihi/ ꝛ insulã cũ efflagitatõe transtulerint: exputare nõ possum. Exputare ꝓ compositũ ab ex ꝛ sputo: ꝛ habet pu. syllabã. p. ꝛ significat q̃si extra sputare.

Exquiro pe. p. diligenter inquiro/ secerno eligo. Unde Exq̃sita opa dicunt̃ opa electa: q̃si diligenter quesita. Plau. in Am. Te certo heri aduenientẽ ilico ꝛ salutaui: ꝛ valuisses ne vsq̧ exquisiui.

Exquilię tm̃ pluraliter Romę mõs erat ab excubijs regis: vel q̧ excultę fuerint a Tullo rege. Ouid. li. Fast. Adde q̧ excubias/ vbi rex roman⁹ agebat: Qui nunc exquilias noie collis habet. Hinc ꝛ exquilin⁹ mõs dicit̃. Uar. Exquilin⁹ mons septiceps apud ędẽ Iunonis lucinę: vbi ędititimus habitare solet.

Exta: proprie iecur/ cor et pulmo dicunt̃: quia in parte superiori locantur: ab extãdo. Et lien et iecur hoc nomine appellãtur: quoniã supra inferiora intestina locant̃. Uirgil. in Geor. Pinguiaq̧ in verub⁹ torrebimus exta colurnis. Omnia simul cõplexus est. Romanorum religio semper extoꝝ caput putauit iecur. Unde Fest. hęc omnia exta dici putauit quia dijs ꝓsecent qui extãt eminẽterq̧: vt nõ a situ sed ab officio dicta putarit. Scribit Pli. lib. xxx. ꝗcordia vocari vno nomine exta in homine.

Extales: via purgãdi alui. Hiero. in li. Reg. Et cõputrescebãt ꝓminẽtes extales eoꝝ.

Extemplo aduerbiũ: tota vna dictio: significat statim: quasi extra tempus: hoc est temporis commoditatẽ. Templũ em̃ dicitur locus manu designatus in aere: post quem illico captãtur auguria: seu q̧ augures statim visis auspicijs/ vel a templo cęli oculos auertebãt/ vel e templo terrę discedebãt.

Extispices pe. corre. dicti sũt haruspices ab extis inspiciendis. Extispiciũ: ipsa extoꝝ inspectio: quę alio nomine haruspicina dicitur.

Ex tempore due partes sunt: ꝛ significat ex improuiso ꝛ imm̃editate. Cice. Quos credim⁹ expedire rem ꝛ consiliũ ex tempore capere posse. Inde vocat̃ Extẽporalis siue extẽporaria oratio. Uide in dictiõe Tẽporalis. Aliqñ significat ex tẽpore ꝓ tẽporis cõditione. Cice. lib. iij. offi. Hui⁹ generis questiones sunt hę omnes in quibus ex tp̃e officiũ quęritur.

Extendo is. vide in dictione Tendo.

Extenuo as. valde tenuẽ facio siue minuo. Cicero li. ij. ad Herẽ. Defensor autẽ fuisse causã negabit si poterit: aut eã vehementer extenuabit.

Exterreo res. rui. ritũ. vide in dictione Terreo. Hinc Exterrit⁹: quod modo pauefactũ significat. Uirgil. Plausumq̧ exterrita pẽnis Dat tecto ingentẽ. Aliõ accensum/ inflãmatũ. Idem. Sequit agris asperq̧ siti atq̧ exterritus ęstu.

Exterebro bras. penult. corre. extra/ vel valde terebro. Per translationem significat aliquid extorqueo/ scrutor/ et curiosus quero. Uar. Atq̧ omes adeo perq̄rit atq̧ exterebrat artes.

Exter a. um. penult̃. corre. idẽ quod extern⁹. Uñ Sta. Exter honos dixit.

Exterus a. um. idem quod exter. Uirgil̃. lib. iiij. Et nos fac extera quęrere regna. Fitq̧ ab Exter: quod ab extra deduci certũ est. Hinc Exterior extimus: sicut ab interus interior intimus.

Externus na. num. quod nõ est ex patria. Liui⁹ libro. j. Timor deinde patres incessit: ne ciuitatẽ sine imperio/ exercitũ sine duce multa circa ciuitatem irritatis animis vis aliqua externa adoriret̃. Proprie aũt qđ foris ꝛ palã est. At hesternus cũ h. ꝛ s. fit ab heri. Cice. lib. j. Tusc. Dici nõ potest q̃ sim hesterna tua disputatione delectatus.

Externo as. ab ex ꝛ sterno: dementẽ facio. Pacu. Sed eccã miserã quã frequẽs luct⁹ externauit.

Exterraneus: aduena: quasi ex alia terra: sicut Conterraneus: qui est ex eadem terra: Quis id nomẽ pãp ab eruditis vsurpet. Exterraneus etiã vocat̃: qui añ tẽpus natus/ vel potius eiectus est: dictus q̧ cũ mater exterrita ieceerit.

Extero ris. pe. cor. extra tero/ aut terẽdo extraho. Col. lib. ij. Cũ rursus amplior messis ꝓuenerit: quicq̃d exterẽt capisterio expurgãdũ erit. Uar. lib. j. de re rust. Apud alios exterit̃ grege iumentoꝝ inacto: ꝛ ibi agitate perticis/ q̧ vngulis e spica exteritur grana. Exterere etiã dicim⁹ aciẽ ferri vt exacuta sit.

Extermino as. pe. corre. extra terminos mitto. Cicero lib. iij. off. Atq̧ hoc omne genus pestiferum atq̧ impiũ ex hoim cõmunitate exterminandũ est. Aliquãdo exterminare ponitur pro demoliri. Hieronymus in Matth. Exterminant̃ exules q̃ mittunt̃ extra terminos. Cũ ergo in euãg. dicit̃. Exterminãt facies suas: semꝑ demoliunt̃ debem⁹ accipere.

Extillo as. ab ex ꝛ stillo. Unde et distillo: extillare/ guttare/ ꝛ guttatim finiri. Teren. in Phor. Hisce ego illam dictis ita sibi incensam dabo: vt ne restinguas lachrymas si extillauerint. i. si lachrymę ex corpore guttarent: aut corp⁹ guttatim finiret̃: vel totũ in lachrymas conuerteretur.

Extimesco: valde timeo: actiuę tm̃ significationis reperi. Cice. in Cat. Quod igitur adolescẽtes ꝛ hi quidem nõ solũ indocti/ sed etiã rustici cõtemnũt: id docti senes extimescent?

Extinguo: ab ex et tingo: minorem i se vim habet q̃ opprimo. Cice. in Le. Primuz danda opera est/ ne qua amicoꝝ dissidia fiant. Sin tale aliquid euenerit: vt extinctę potius amicitię q̃ oppressę videant̃: quasi qđ extinguit̃ possit redamari: quod opprimitur nõ queat. Aliqñ extinguere est perfecte distinguere. Idem in Horten. Quam si subtraxeris: qui. i. quomodo extingues artificem ab inscio. Aliquãdo significat occidere/ destruere. Lactan. lib. iij. Cęlestes animas vna cũ corporibus extinguũt. Idem lib. iiij. Iudęorũ nomen ꝛ gentẽ Uespasian⁹ extinxit: id est deleuit. Ter. in Adel. Sem animã primũ extinguerẽ ipsi qui illud ꝓduxit scelus: id est auferrem.

Extispex: idẽ qđ haruspex: hoc est qui extis inspectis futura ꝓdicit: a quo extispiciũ ꝛ extispicina.

Exto as. extiti: supinũ nõ legi. Uide supra Existo is.

Extollo is. vide in dictione Tollo.

Extorris: qui est extra terraz: id est patriã eiectus: sicut exul: extra solũ. Gel. Exul extorrisq̧ esto: et ꝓprie vagabundus. Sappho ad Phaonẽ. At vos extorrẽ tellure remittite nostrum.

Extorqueo es. si. sum. vel tum. significat tormento veritatem elicio. Aliquando etiã per vim aufero/ extirpo/ euello. Dona. Torquemus hominem/ extorquemus veritatẽ. Cicero in Cato. Nec mihi hunc errorem dũ viuo extorqueri volo. Liui⁹ lib. ij. Neq̧ ambigitur quin Brutus qui tantum glorię superbo exacto rege meruit pessimo publico id facturus fuerit/ si libertatis immaturę cupidine priorũ regum alicui regnum extorsisset.

Extra prepositio separata: cui contraria est in significatione Intra. Ab extra deducuntur Exter/ exteris/ extraneus/ extrarius/ extrinsecus/ extro extras/ extrorsum/ et extremus.

Extrarius: alien⁹: qui extra focũ/ sacramentũ/ iusq̧ est. Preterea minabat̃ si extrario nupsisset: nihil se filijs eius ex paternis eoꝝ bonis testamento relictuꝝ. Hic accipit̃ ꝓ eo q̃ nõ sit domestic⁹ ꝛ ex eadẽ familia.

Extraneus: qui est ex altera terra: quasi exterraneus.

Extremus a. um. modo initium alicuius rei. Plau. Ab extremo narrare incipiã: id est a principio. Modo finis. Uir. Extremũ hũc arethusa mihi. Ponit̃ nõnunq̃ ꝓ seuo/ pessimo. Idem. Illã terra parẽs ira irrita

in deoꝝ Extremã vt perhibent ego enceladoq; sororem Progenuit. Hoc est pessimã. Qđ nõ sine ratione esse videt᷑: quãdoquidẽ medici affirmant deteriores esse qui vltimi nascũtur.

Extrinsec⁹ pe. cor. vide in dictione Intrinsecus.

Extrico cas. penultima prod. ab ex et trico: qđ a tricis fit. Tricę aũt sunt impedimenta ⁊ implicationes. Et est extricare: explicare. Lact. lib. vi. Deniq; muta quoq; animalia cũ fraude capiunt᷑: si aliquo se modo i fuga extricauerint/ fiũt postmodũ cautiora. Col. li. iiij. Siluestris ager pcipue est eligendus: q̃ et si frutetis aut arboribus obsessus est: facile extricatur ꝙ suapte natura quęcũq; gignũtur: non penitus nec in profundũ radices agũt: sed per summa terrę dispergunt atq; deducunt.

Extricabile: a quo exiri potest. Cui⁹ contrariũ est inextricabile. Pli. libro. xxxvi. Intus labyrinthũ inextricabilẽ: quo si quis improperet: sine glomere lini exitũ inuenire nequeat.

Extro as. exeo. Nã sicut intrare ingredi est: ita extrare egredi. Afra. Sil' limẽ intrabo: illi extrabunt illico.

Extrorsũ significat extra versus/ sicut introrsũ intra versus.

Extruo is. ędifico. Hiero. ad Julianũ. Extruis (sus. monasteria: mult⁹ a te numer⁹ sustentat᷑. Et extruere: ordinare. Cice. in Cato. Caret epulis: extructisq; mẽsis: frequentibus poculis.

Extrudo dis. penult. prod. extra trudo: per vim expingo/ expello. Terẽ. in Hecy. Eo amantẽ inuitũ Pamphilũ extrudit. Plau. in Aul. Nã q̃ nũc me causa extrusisti ex his ędibus.

Extũdo is. extorqueo vel inuenio. Vir. li. i. Geor. Ut varios vsus meditãdo extũderet artes Paulatim.

Exturbo as. e loco deficio.

Exubero as. pe. corre. q̃si superabũdo. Tractũ ex vberib⁹ lactãtib⁹. Col. in p̃fa. In Asia Mysiaq; densa ⁊ glutinosa terra maxime exuberat.

Exupero as. pe. cor. ab ex ⁊ supero: q̃si sup̱ supero.

Exudo as. pe. p̱. emitto. Pli. Est aũt trium generũ vnũ arbor ipsa exudat humi: modo alterũ manat i plaga. Virgil. s̃o li. i. Geor. Exudat inutil' humor: dixit pro exudat᷑. Nõ eni humor/ sed terra desudat.

Exugo is. pe. cor. xi. ctũ. quod ⁊ Exugeo es. dicit᷑ p̱ extra sugo. Plaut⁹. Jaz ego me conuertã in hirudinẽ: atq; eoꝝ exugebo sanguinẽ.

Exuccũ p̱ duplex cc. dicit᷑ qđ est sine succo.

Ex vinculis causam dicere: significat vinctũ respondere criminibus.

Exurene: purgatio q̃dã dom⁹ ex qua mortu⁹ ad sepulturã ferend⁹ est: q̃ purgatio fit p̱ euerriatorẽ certo genere scopaꝝ adhibito: ab extra verrẽdo dictę.

Exul: ab exilio lis. sicut pręsul a pręsilio esse cõuenit: vñ et exiliũ est quod analogiam verbi seruauit. Nec obstat mutatio litterę i. in u. euphonię causa: ne exilꝫ p̃sil dicat᷑: q̱ nimis exilis et incõcinna esset pronunciatio. Aut certe ab exulto ⁊ pręsulto sunt: in quibus sicut ⁊ in cęteris Insulto resultoq; frequentatiuis mutat᷑ i in u. Nã exulto notũ est. At pręsulto apud Li. libro. vii. Si tu permittis: volo ego illi beluę ostendere quãdo adeo ferox pręsultat hostiũ signis me ex ea familia ortũ q̃ galloꝝ agmen ex rupe Tarpeia deiecit. Est igit᷑ exul ab exilio/ et pręsul a p̃silio. Pari eni modo ista sumi oportet: vt vnde exul/ inde ⁊ pręsul: ⁊ vnde pręsul/ inde et exul extra p̃positiones capiam⁹. Nam exul nõ quisq;. Aliter eni nõ recte dicit᷑ nisi eũ exilierit vnde exulat: facinus ab eo admissum in eum animaduerteret᷑ vt fit propter aliquid morte dignũ: cui⁹ causa in exiliũ profugit. Cicero pro Aulo Cecil. Exiliũ non est suppliciũ/ sed perfugiũ portusq; supplicij: Nam qui volunt pęnam aliquã subterfugere aut calamitatem/ eo solũ vertunt: hoc est sedem ⁊ locum mutant. Itaq; in nulla nr̃a lege reperit᷑ apud cęteras ciuitates maleficiũ vllũ exilio eẽ mulctatũ: sed cũ oẽs vincula/ neces ignominiasq; vitant quę sunt legibus constitutę: confugiunt quasi ad arma in exiliũ. Qui si in ciuitatem legis vim subire vellent: non prius ciuitatem q̃ vitam amitterent. Exul tamen etiã qs dicit᷑ cũ sit innocens ob suspitionẽ seditionis aut proditionis. Unde Fest⁹ inquit. Solũ autem quin significet locũ qs dubitet/ cuꝫ exules quoq; dicant᷑ loco patrię suę pulsi. Cicero p̱ domo sua. Hũc tu etiã portentosa pestis exulẽ appellare ausus es/ cũ tãtis scelerib⁹ esses notat⁹? Et iterũ. Quid eni exul: ipm̃ p̱ se nomẽ calamitatis/ nõ turpitudinis.

Exulo as. pe. cor. patria priuat⁹ sũ. Et duob⁹ modis dicit᷑: scꝫ de loco in quo exul est/ et de quo eiect⁹ est. Teren. in Eu. Nã domo exulo. Hierony. ad Paulinũ. Eschines cũ Rhodi exularet.

Exulto tas. ab ex et salto: a in u mutata: significat gestu corporis leticiam exhibeo. Dicimusq; exulto reb⁹ p̱spere gestis. Cicero lib. de repub. Est igit᷑ quiddam turbulentũ in hominib⁹ singulis: qđ vel exultat voluptate/ vel molestia frangit᷑. Hiero. in Prouer. Letãtur cũ malefecẽrint: ⁊ exultant in reb⁹ pessimis. Item Exultare est cum iactantia gloriari. Cicero in Cato. Annibalẽ iuueniliter exultantẽ patientia sua molliebat. Itẽ est gestu vel dicto iniuriã facere. Virg. libro v. Exultãtiaq; haurit corda pauor. Itẽ Seuire. Cicero lib. iiij. de rep. Quę sanguine alit᷑: q̃ omni crudelitate sic exultat: vt vix hoim acerbis funeribus satiet᷑. Hęc tamen significata ad idẽ redeunt: vt Exultare sit supra modũ exilire atq; efferri: ⁊ quasi gestibus saltibusq; affectũ animi ostendere: siue ira id fiat/ siue sęuitia/ siue voluptate/ aut alia animi affectiõe. Proprie ṽo Exultare est extra saltare. Virg. lib. iij. Exultãtq; vada atq; ęstu miscent᷑ arenę.

Exundo as. vide in dictione Abundo.

Exuo is. ab ex ⁊ suo: quasi dissuo ⁊ exoluo. Virgil. Exuit exutas tẽdẽs ad sidera palmas. Quãdoq; spolio. Cui contrariũ est Amicio. Liuius libro. i. Primo se agro paterno auitoq; exuisse: deinde fortunis alijs. Lact. lib. i. Exuunt᷑ etiã vestib⁹ flagitãte pplo. Quãdoq; Detraho. Virgil. lib. ix. Sic ait illachrymãs humero simul exuit ensem. Quãq; Denudo. Idẽ. Magna ossa lacertosq; exuit. Quãq; Depono. Cicero pro Liga. Nõne humanitatẽ omnẽ exuisses?

Exuuię: ab exuẽdo/ sicut induuię ab induẽdo. Et nõ solũ hoim tegmina aut vestes dicunt᷑/ sed etiam animaliũ. Virgil. lib. ij. Geor. Cũ positis nouis exuuijs.

F Littera a Prisciano inter mutas numeratur: Ab alijs inter semiuocales: eo ꝙ a vocali incipiat: ⁊ in seipsam terminetur. Hęc alio nomine digãma dicta est: quia duplicis gamma figuram detineat. Ea in latinis tm̃ vtimur: in grecis ṽo ph.

F Ante A

Faba: genus leguminis noti⁹ q̃ vt a me declaret᷑. Cui⁹ diminutiuũ est Fabula.

Fabarius a. um. quod ad fabã pertinet: vt Insulę fabarię. De quib⁹ Pli. Insulis quas ob id fabarias appellãt/ qr scꝫ sponte fabas generent.

Fabalia. Pli. Sed maior pars malunt fabalia maturę sationis q̃ trimestrẽ fructũ eius. Nam siliquę caulesq; gratissimi sunt pabulo pecori. Col. lib. ij. Veteres rusticos plerũq; dicentes audio: malle se matura fabalia q̃ fructũ trimestrem.

Fabius: a Faba cognomen eius: qui fabam optime

ferebat. Sic Cicerones Lentuli/pisones ⁊ huiusmo di. Fuerunt autem Fabii/nobiles romani ex qb° Idi bus februarijs vna die trecenti ⁊ sex ad vnum occisi sunt per insidias a vientibus iuxta Cremerā fluuiū. Quorum cedem. Ouid lib. ij. fas. sic deplorat. Una dies fabios ad bellum miserat omnes. Ad bellū mis sos perdidit vna dies. Sed qui primus Fabius di ctus est Allobrox φ apud flumen Isaram Allobro gum regem ceciderit.

Fabianus nomen viri propriū. Fabiarius a. um. a Fa bius fit. Unde dicit. Arcus fabianus qui constructᵘ est iuxta regiam in sacra via.

Fabatia a veteribus dicebat genus libi. Pli. Quin ⁊ prisco ritu fabatia sue religionis dijs in sacra est.

Fabula/diminutiuū a faba. Plau. in Sti. Pro operi/ bus nostris satis cōmodule nucibus fabulis/ficulis. Est ⁊ fabula res passim diuulgata/etiam si vera sit a fando dicta. Iuue. Et noua nec tristis per cūctas fa/ bula cenas. Et fabula que ad delectationē ⁊ vtilitatē inuenta est. Est rerum nec verarū/nec verisimiliū: vt φ daphne versa sit in laurū. Apologus non differt a fabula/sed tñ addit: vt ptereа id φ sit res ficta ⁊ nō ve risimilis: vt fabula: allegorice tamē aliquid cōtineat/ qd ad vitam ⁊ mores ptineat: vt sunt Esopi fabule. Argumentum est res non vera: sed tñ verisimilis: vt sunt argumenta comediarum. Fabule ƀm ritus ⁊ habi/ tus hominū noiabātur. Romane enim togate dice/ bātur: qꝛ toga romana est. Sic grecas fabulas ab ha bitu eque palliatas. Uar. scribit nominari. Togata/ rum genera quattuor. Sunt eñi togate que ptextate dicuntur/in quibus imperatoris negocia agebant ⁊ publica: ⁊ reges romani vel duces inducunt psona/ rum dignitate ⁊ sublimitate tragedijs similes. Pre/ textate autem dicunt: quia vere regum vel magistra tuum in hmōi fabulis acta comprehendunt. Secun dum genus togatarum tabernarie dicunt humilitate p/ sonarum: ⁊ argumentorū similitudine comedijs pa/ res: in quibus non magistratus/sed humiles homi/ nes ⁊ priuate domus inducunt: que φ olim tabulis tegerent/cōmuniter Tabernarie vocabātur. Tertiū genus Attellane. Quartū planipedes: de quibᵘ ali/ bi. Sciēdū est φ fabule nomen ab auctoribus fe. ge/ nere pferri solet. Teren. in eunuchū suā. Iuue. vero masculino protulit. Necdum finitas Horestes.

Fabella/diminutiuū est a fabula.

Fabulosus a. um. celeberrimū de quo omnes fantur. Uel fabulosum dicit de quo multa fingunt. Hora. lib. j. car. Uel que loca fabulosus lambit idaspes.

Fabolinus putabat deus qui pueris primo fari incipi entibus preest.

Fabulor aris. loquor. Hiero. Sole cū solo sponso aut lectionibus sacris/aut sanctis meditatiōibus secū fa bulamini: vt ipse vobiscū. Eius cōpositū est Cōfabu lor. Teren. Si qñ ad eū accesserat confabulatū.

Fabulator/qui fabulas edit/ vt Esopus.

Faber/a faciendo nomen est: id significans speciale cui adhereret adiectiuū. Nā est omnis artifex q labore cor poris aliqd artificiū facit: vt faber lignariᵘ/faber fer/ rarius/faber murarius ⁊ hmōi.

Faber a. um. ad Fabrum pertinens. Unde Fabre ad/ uerbium.

Fabre/artificiose. Plau. Ut apologiā facit: Quāq fa bre. Hiero. in Exo. Quicquid fabre inueniri pōt de/ dit in corde eius. Et paulopost. Ut scirent fabre ope rari que in vsus sanctuarij necessaria erant. Ueteres affabre pro eo qd est pulchre dixerunt: sicut Infabre fede ⁊ turpiter. Pacu. Barbarū pestē nostris nauibᵘ obtulit noua figura factā cōmissam infabre.

Fabrefacio/edifico/ artificiose cōpono. Plau. in cast. Nec fabulā astutiorē vllus fecit: atq vt hec fabrefa/ cta a nobis. Unde fabrefactus opus: id est artificiose factum/siue manu artificis.

Fabrico as. ⁊ fabricor deponens. pe. cor. in eadē signi/ ficatione pro cōpono. Oui. lib. xiij. me. Cratere enee quem iam fabricauerat alcon. Cice. lib. iij. de ora. Ca pitolij fastigiū illud ⁊ ceterarū edium non venustas/ sed necessitas ipsa fabricata est. Trāsfert etiā ad ani mū. Curtius. Multa interea fabricatᵘ ingenio quo/ modo auertere inde hostem posset.

Fabrica proprie fabri lignarij officina: Quis ⁊ de alijs officinis dicatur. Ponit etiā pro arte ⁊ fabricatione alicuius rei. Unde ⁊ edificiū fabricā dicimᵘ ⁊ machi nationem. Plau. Nunc hoc consiliū capio: ⁊ hāc fa bricam apparo: vt filias dicas tuas.

Fabrile pe. pro. quod est fabri/siue qd ad fabrū ptinet vt opus fabrile. Hora. Quod medicorū est tractant medici/tractant fabrilia fabri.

Fabricius nomen romani ciuis frugalissimi q in tenuis simo censu Samnitum munera forti animo spreuit. Hic norma paupertatis ⁊ exemplū apud romanos q patellā ⁊ salinū: ex argento tñ colendorū deorum causa domui habuit: ita tñ vt patella corneo pediculo sustineret. Cuiᵘ filie ob paupertatē de publico do/ tibus donate ad maritos ierunt portātes gloriā do/ mesticam/pecuniā publicā. Hunc Pyrrhus epirota/ sis nullo auro/nullis pollicitationibᵘ expugnare po tuit vt secum esse vellet: ac proximū a rege principa tum obtineret. Qui dixit Pyrrho: non hoc illi con/ ducibile esse: nā si epirote inquit ambos nos nouint a me regi q abs te mallent. Higi. in lib. de viris illu stribus scribit legatos samnitū obtulisse dono Caio Fabricio grandē pecuniā. Cū fabriciū planas manᵘ p oia fere corporis mēbra deduxisse: ⁊ legatis ita re/ spondisse. Dū illis oibus mēbris q attigisset imperare posset/nuūq qcq defuturū: ⁊ ita pecuniā repudiauit.

Fabrateria/oppidū Campanie/a quo fit Fabraternᵘ.

Facio is. feci. factū. Cuiᵘ passiuū facior apud veteres in vsu erat. vnde etiā cōpositū cum ad. con. de. ex. in. ob. pro. pre. per. re. ⁊ sub. Plerūq fit actiuū: vt Affi cio ois. Conficio ois. Deficio pro Derelinquo. Defici/ or. Efficio ois. Inficio ois. Uñ res infecta dicit: id est non facta. Officio ois. Perficio ois. Proficio ois nō in/ ueni/sed proficitur impersonale vsus est. Sta. lib. iij. theb. proficitur bello. Praeficio ois. Reficio ois. Suffi cio ois. Sciendū est φ facio in compositiōe cum reti/ net a tam in secūda ⁊ in tertia persona q in prima ac centum super fa. syllabā seruat: Quis a breuis fit: vt bñfacio is. Malefacio is. Fabrefacio is. Madefa/ cio is. pinguefacio is. assuefacio. calefacio. Cādefacio. excādefacio. condocefacio. cōmonefacio. frigefacio. feruefacio. ɔsuefacio. Tepefacio. Dissuefacio. Mā suefacio. Orbefacio. Stupefacio. Satisfacio. Ua/ cuefacio. Patefacio. Ignefacio. Umbrefacio. Con gelefacio. Putrefacio. Pudefacio. Labefacio. Ex/ pergefacio. Torrefacio. Rarefacio. Nigrefacio: ⁊ si qua alia reperiantur. Que tamē habēt e ante fin/ differentē: presertim quādo verba cum quibus com ponitur facio/sunt secunde ɔiugatiōis. Hor. in Ser. In nostris iugulo ferrū tepefecit acutū. Catul. Alta tepefaciet permixta fulmina cede. Est autē Facere p prie in opere esse. id est qui rei quā facit faciē quandā imponit. Unde a faciēdo facies dicit. qui enim facit vas vasis facit illi imponit. Qui vestimentū/ vesti/ menti faciem. Interdū ponit precipere: vt facio sti/ pendia pexhibere. Cice. p Murc. Nolite a sacris patrijs iunonis sospite cui oēs cōsules facere necesse est domesticū. Pro scribere. i. cōponere. Uñ Ho. in Terē. Facit q materiā cōponit: vt Menander. Pro Estimare. Pli. li. xxix. Sed hoc ipm mercede faciūt: vt fides his sit: ⁊ facile ordinant. Plau. in Cur. Mi

grare certũ iã nũc e fano foras qñ esculapii iã sentio senẽctiã: vt me nihili faciat:nec saluũ velit. Sic dicimus Magnifacio/paruifacio/tantifacio:qđ est summe estimo/nullius estimo/tanti estimo. Jungit̃ et genitiuus lucri/sed non in hoc significato/verũ in suo: vt lucrifacio. Plau:in persa. Non edepol nauis trecentis cara est. Fecisti lucri:quod exponi põt: Fecisti multũ lucri. Similit̃ Sumpti facio:id est in aliqua re emenda sumptũ facio. Idem: Si nunc me suspendam meã operã luserim: ⁊ ꝑter operã restim sumpti fecerim. Passiuo etiã fio. Ci. vsus est Tironi scribẽs Quãtã diligẽtiã in valitudinẽ tuã ꝯtuleris/tãti me fieri a te iudicabo. Nec cõposita sunt/cũ multa ex his aperte diuisa sint. Plau.in Cur. Respicio vos nihili meã gratiã facere. Idem in Ru. Minacias ego flocci non facio tuas. Ci. Cecine. Vtebar familiarissime Cesare. Pompeiũ faciebã plurimi. Transfert̃ hoc verbũ facio ad omnia. Nã ⁊ facere verba dicim⁹/id est loqui. Facere iter.i.ire. Facere terrorẽ.i. terrere. Facere aliquẽ certiorẽ:reddere alicuius rei indubiũ. Facere gratũ.facere ludos. Facere solennitatẽ:exhibere. Facere vrinã:meiere. Facere sordes: sordescere. Facere pediculos:emittere. Facere copiam:potestatẽ ꝑbere. Facere lucrũ:lucrari. Facere etiam pati est: vt feci iacturã/damnũ/naufragiũ. Itẽ facere sacrificare. Virg. Cum faciã vitulã ꝓ frugibus ipse venito.i.cũ sacrificabo. Plaut⁹: Plenã faciã tibi fideliã. Itez Cõuenire. Mar. Nõ facit ad seuos ceruix nisi prima leones. Item prodesse. Pli. Hoc ⁊ tussi facit. Item rem obscenã facere. Plau. Mauult ancille facere ꝙ̃ libere. Item tacere. Teren.in Adel. Ab minime gentiũ non faciã. Quod do. exponit. Nõ tacebo quasi tacere aliquã actionẽ habeat. Sed moralis significatio est ⁊ cõmunis omnibus. Sicut aduocatũ dicimus male fecisse cum tacuerit: pertinet ⁊ ad pecuniam:que fieri dicit̃. Sal. Que pecunia ad hispanense bellũ metello facta erat. Facio iniuriã: iniuste facio. Ter.in Ecy. Et facis iniuriã cũ fingis fabulas causas ad discordiã. Deniꝙ Facere vt Papinianus inquit omnẽ oĩno faciendi causam cõplectit̃/dandi/soluendi/numerandi/iudicandi/ambulandi/reddendi. Vnde qui ociosus sedet/ si roget̃ qđ faciat/recte respondere poterit se nihil facere:quãdo quidẽ ociosus est. Recte etiã se sedere:quoniã ⁊ sedere ipm aliquid facere est: vt iacere/nauigare/quiescere. Faciaz vt te plurimũ amẽ.i.plurimũ amabo. Faciam vt tibi profiniti:id est tibi prodero. Fac te esse qui sum.i. finge te esse me: vel pone te loco mei. Facto op⁹ est. fieri opus est.i.factu. Dici opus est dicto opus est pro dictu. Quõ eñ infinita rem verbis significãt. sic hec participia pro infinitis verbis ponuntur ⁊ significãt passionẽ. Supina in u magis significãter nominatiuo iunguntur: vt nec dictu facilis /nec visu effabilis vlli. Factũ iri audio/ illi iniuriã significat ad contumeliã faciendã operã dari quo fiat iniuria. Itẽ factum itur mihi contumelia. Cato pro se cõtra Cessiũ Atꝙ euenit ita quirites: vt in hac cõtumelia que mihi propter hmõi petulantiã factũ itur:rei quoꝙ publice medius fidius miserebar quirites. A Facio itẽ fiunt verba prime cõiugationis in co terminata que prope infinita sunt: vt Sacrifico/magnifico/ deifico/ clarifico/edifico/viuifico/mortifico/iustifico/falsifico ⁊ hmõi.

Facesso is.facessi.ꝑm Priscia.facessitũ ꝑm alios facessum:ꝑm alios non habet supinũ. Et significat ad faciendum eo: vt Viso ad videndum eo. Virgilius: Haud mora continuo matris ꝑcepta facessit. Interdum Facescere est discedere. Nec mirũ. Altera enim significatio alteram gignit. Nam ⁊ qui ad faciendũ qđꝙ̃ it:discedit vt id faciat. Hinc vulgo dicit̃: Abeat facere facta sua. Terentius in Phormione: Hic qđ velis dari tibi in manũ: vt herus his desistat litibus. Hec hinc facessat:id est sua curatum abeat. Dona. Facessat:pro hin se faciet:id est abeat. Cice.in Horten. Facessant igit̃ qui docere nihil possunt: quo melius sapientiusꝙ viuamus. Interdũ significat exhibere se inferre. Nec tamen a significatiõe sua faciendi recedit. Cice. Apro pul. Cum est nobis allatũ de temeritate eorũ qui tibi negociũ facesserent. Huius passiuũ protulit pro Clu. Sed hoc polliceor omnibus sicut facessit̃ negocium.

Factito as.pe.cor.sepe facio. Ci .lib.ii.offi. Hec apud maiores nostros factitata. Facto debet esse frequentatiuum a facio:sed pro eo vtimur factito.

Facturio is.pe.cor.facere desidero. Qđ nõnulli ad rẽ venereã transferunt. Plau. Facturit postꝙ̃ ancillaz aspexit:hoc est coire cupit.

Factor nomẽ verbale:qui aliquid facit: vt cum dicim⁹ deũ factorẽ celi ⁊ terre. Interdũ dicit̃ qui vinum vel oleũ vel quid simile facit. Similiter qui alterius manualia negocia gerit: vt qui fruges domum vehit. Cato: Lectũ stratũ vbi duo custodes libere cubẽt: ⁊ tertius seruus vna cum factoribus vbi cubet. Idem Leguli volunt vti olea caduca ꝙ̃ plurima sit q̃ plus legat̃:factores vt in tabulati diu sit: vt fracida sit q̃ facilius efficiant. Inde Factus.

Factus us. ⁊ factum dicebant:quod vno tempore conficerent:quem alii centum quadraginta modiorum/ alii centum viginti.

Factum:res gesta. Vir. Fortia facta patrum.

Factura re.compositio rei quam facimus.

Factitius a.um.quod de aliqua re fit in aliam. Plini⁹ lib.xii. Ergo in vtraꝙ gente bina laudaui genera terrenum ⁊ factitiũ. Factitiũ etiam dicitur ab alicuius similitudine factum. Vnde factitia verba que ab alicuius vocis similitudine facta sunt vt balantes a balando oues dicuntur.

Facinus penul.cor.a Facio deducitur: ⁊ modo factũ significat: vt apud Sal. Qui aliquo negocio intenti preclari facinoris:aut bone artis famã querũt. Modo scelus. Cice.lib.iii.offi. Ab hoc nulla fraus/nullũ facinus aberit.

Facinorosus/scelestus ⁊ flagitiosus.

Facilis pe.cor.dicit̃ sine labore: at hec res facilis est factu. Cuius cõtrariũ est difficilis:que non sine labore fieri põt. Et difficiles terre dicunt̃ q̃ non sine labore fructũ producũt. Vir. Difficiles ꝑmũ terre collesꝙ maligni. Aliqñ facilis dicit̃ exorabilis ⁊ ad ignoscẽdum paratus: vt Faciles venerare napeas.

Facile aduerbiũ: sine labore: vt non facile dici potest. Est etiã cõfirmantis aduerbiũ: ⁊ significat haud dubie/liquido/certo/nullis aduersantibus: vt Cesar illius ciuitatis facile princeps. Cice. Que mea sentẽtia in senatu facile valuisset. Et iunctũ cũ noĩe exigit superlatiuum: vt facile doctissimus. Jungit̃ etiaz noibus que diuersitatẽ significant: vt facile dissimilis. Et verbis cum pre cõpositis: vt facile prestat. Qñꝙ significat libẽter: vt facile patior me a te laudari. Antiqui tñ faculter ⁊ facul pro facile dixerunt.

Facilitas habitus est quo quis aliquid facile facit: vel facilis est ad faciendũ aliquid. Et facilitas exorabilitas seu indulgentia. Ter.in Ecy. Et si ego meis me omnibus scio etiã apprime obsequentẽ:sed nõ adeo vt facilitas mea corrumpat illorum animos.

Facultas/proprie facilitas agendi: vt non est mihi facultas adeundi pontificem. Cuius contrariũ est difficultas. Aliquãdo facultas sumit̃ ꝓ opibus: qm̃ cũ diues qs existit:facile qđ vult/agit. Petroni⁹: Quisquis habet nũmos/secura nauiget aura. Fortunãꝙ suo tẽperat arbitrio. Alta loquor:quoduis nũmis

presentibus opta. Et veniet: clausum possidet arca iouem. Aliquando pro potestate ⁊ vi. Pli. Si mihi facultas daretur verum mallem eligendi. Et facultas est vis quedam que facit vt id facilius fieri possit quod de vnaquaque arte precipitur. Est enim genus omnium artium: quia sic diffiniri potest. Dialectica est facultas differendi. Rhetorica est facultas dicendi: ⁊ sic de aliis: quoniam per eas facile instruimur.

Factio ab initio honestum vocabulum. Unde factiones histrionum: ⁊ quadrigariorum dicebantur: nunc nomine factionis seditio ⁊ arma dicuntur. Nam est diuisio ciuium in diuersa studia: cum aliqui se principes facere in ciuitate conantur: inter quos est emulatio. Et qui eos sequuntur factiosi appellantur: quia. s. affecti sunt ad factionem. i. discordiam ⁊ seditionem. Tertullianus in Apologetico. Cum probi: cum boni congregantur: non est factio dicenda/ sed curia. Interdum factio capitur pro opulentia ⁊ auctoritate alicuius in ciuitate. Plau. in Aul. Istas ambiguas factiones. dotes dapsiles: nihil moror. Quattuor apud antiquos fuerunt factiones. Ueneta: prasina alba: rosea: a coloribus nominate. Cassiodorus quattuor colores harum factionum cum partibus anni quaternis assimilat. Prasinus virenti veri dicatus erat. Roseus flamee estati. Uenetus nubile hyemi. Albus pruinoso autumno. Sue. scribit. His addidisse. Domitianum duas: alteram aurati: alteram purpurei panni. Hec pernicitate cursus inter se decertabant: fauoreque populari siue imperatorio ex his preualebat vna.

Facies ⁊ vultus differunt: ꝙ vultus voluntas sit que pro motu animi in facie ostenditur Uide Ser. Uultus est voluntatis indicium: qui pro voluntatis varietate mutatur. Uirg. Spem vultu simulat: premit altum corde dolorem Inde etiam celi ⁊ terre vultum appellamus: quia mutari contingit. Facies pro ipsa species. Sal. Prorsus in facie vultuque vecordia inerat. Sumitur tamen facies pro totius corporis forma: vt Do. in Eu. Tere. exponit. O faciem pulchram. Faciem modo non partem corporis dicit: sed totam speciem que apparet ⁊ cernitur. Ut enim ab aspectu species: a fingendo figura: ita a faciendo vel a factura corporis dicitur facies. Plautus in Penu. Sed earum nutrix que sit facie mihi expedi. Statura non magna: corpore aquilino: ipsa est. Neque solum de hominibus dicitur: sed ⁊ de litteris: vt egregia litterarum facies. De montibus: de mari: ⁊ de ceteris quoque rebus cum sit ingenitus cuiusque rei aspectus: haud facile mutabilis. Inde superficies: non discrepans a facie, dicitur facies: vt facies maris. Sal. lib. ii. histo. Sardinia in aphryco facie vestigii humani in occidentem quam in orientem latior. Idem. Quibus rebus permota ciuitas atque immutata vrbis facies erat. Dicimus tamen confuse facie fedata: ⁊ vultu fedato. Quandoque etiam facies pro specie dicitur. Uirg. Que scelerum facies o virgo effare. Antiqui vt notauit Gellius declinabant. Hec facies: huius facies vel facii pro faciei.

Facetus a fando deduci videtur: ⁊ is dicitur qui verbis facit quod vult. Est enim elegans in dicendo: non tantum circa ridicula. Cum dicat Horatius. Facetum catoni genus natura concessum esse Uirgilio decens: sed ex culte cuiusdam elegantie hec appellatio est: a quo facete aduerbium pereleganter vrbane. Quidam a faciendo deriuant: vt is sit qui gestibus aut verbis ita alium imitatur: vt se illum faciat.

Facetie sunt quasi delicie quedam sermonis ⁊ dicta vrbana sine scurrilitate: que etiam in factis intelligi possunt

Facundus disertus a fando: qui ea que mente conceperit: ad audientes facile atque ornate profert. Hinc facundia que est facultas differendi cum gratia

Facula pe. cor. paruus fax incisus fustis. Fit autem ex piceis arboribus precipue: siue ex arundinibus aridis Est autem diminutiuum a fax.

Facularii dicuntur qui faculas gestant.

Fex per e. diphthongum vt Apul. docet: ⁊ tam mas. quam fe. generis est Et hoc vt differat in dictione a preterito verbi facio. Et est excrementum cuiuscumque rei. Cuius diminutiuum est Fecula.

Feculentus a um. quod est fecis plenum.

Fecatum vinum: quod e fecibus expressum est inquit Cato Hoc est quod inter vina operaria numeratur: cum sit aquatum. Unde ⁊ defeco as: fece purgo.

Fecutinus a um. pe. p. similiter a fece fit. Gel. Non eas finitiones prerancidas: neque fecutinas grammaticas spectaueris: sed aurem tuam interroga quo quid loco conueniat dicere.

Fecinie vue dicte sunt que plus quam cetere fecis afferunt Et alio nomine a colore Rubellane vocantur.

Fagus. Uide in dictione Phagus. φηγοσ

Fale: turres lignee: ob altitudinem dicte a fando: ꝙ tusci celum vocabant. Quidam tamen per ph scribunt. Unde ⁊ phalarica. de quo loco suo.

Falx a farre: littera commutata. Falces in campania secule dicuntur a secando. Et alie fenarie: alie adoree: alie dumarie: que ⁊ Scirpule a scirpando. i. alligando quibus secant dumeta: alie dumarie.

Falcicula diminutiuum: parua falx.

Falco as: vnde ⁊ defalco: amputo siue tollo.

Falcidia lex: que amputat legata: quando saltem quarta pars bonorum non superest heredibus.

Falcito as. pe. cor. falce cedo. Aug. in psal. Adduxisti me ad vineam: vt falcitem illam ⁊ amputem.

Falcarius a um: quod ad falcem pertinet: vt cotes falcarie: quibus falces acuuntur.

Falcarii: qui falcibus vtuntur. Cice. lib. i. inuectiuarum contra Catil. Dico te prima nocte venisse inter falcarios: quem locum exponens Priscia. ait inter falcarios id est in locum vbi sunt falcarii.

Falcatus a um. quod formam falcis habet. Pli. lib. x. de Gallo loquens. Ipsum pro cantu plausu laterum in sublime quoque caudam falcatam erigens. Rursus falcatum dicitur falcibus instructum. Unde falcati currus dicti sunt. Macro. Inducebat etiam currus cum falcibus: ⁊ elephantos cum turribus.

Falco auis: cuius digiti pollices intus sunt curuati: a similitudine falcis: itaque dicitur falco non falcatis vnguibus: sed ꝙ ⁊ rostro et alis: et tota falcata sit in rapinam: sicut accipiter: qui grece dicitur ἱέραξ ἱερακοσ κοινωσ αλλα ποιητικωσ ιρηξ est enim auis sacra augurio: ⁊ ideo dicitur accipiter quasi auis accepta ter: affert enim ⁊ nunciat optimum augurium rebus agendis volatu in sinistram: idcirco greci auem sanctam ⁊ sacram appellant. vel accipiter: ꝙ acciperet. Iupiter ab illa tam bonum augurium. omnes enim sunt femine tamen masculine declinantur: ⁊ qui vulgo dicuntur moscardini sunt mares: ita errorem deprendit posterior etas: vt affirmant principum aucupantes.

Fallo is fefelli falsum: decipio: a fando deductum verbum: vt inquit Uarro ꝙ contra quam diximus decipiamus. Ponitur et pro lateo. Liui. Speculator carthaginensis qui per biennium fefellerat Rome deprensus precisis manibus dimittitur. Huius compositum est refello

Fallax inquit Aug. lib. ii. soli. Is recte dicitur cuius negocium est vt quisque fallatur: vel qui habet quandam fallendi appetentiam.

Fallaciter aduerbium significat causam decipiendi.

Fallacie dicuntur verba ad fallendum composita. Inde fallaciosus a um. quod est plenum fallaciis. Gel. Ueterum testimonia quibus huiusmodi ambages fallaciose confutantur.

Falsarius: qui decipiendi gratia scripta publica falsificat

Falsidicus penul. cor. ⁊ falsiloquus: qui falsa loqui consueuit: sicut Ueridicus qui vera fari consueuit. Uir/

gi.li.j.geo. Solē quis dicere falsum audeat.i.fallacē Participiū vero passiue sumit. Terē.in An. Falsus es.i.decipieris. Falsus tn̄ tutor dicit qui nō est tutor sicut falsum est testamentū quod nō est testamentū. Falsus liber improprie dicitur mendosus. Recte autem falsum iudiciū: falsa sententia: falsum nomē pro non veris: nō q fallendi gratia dicta sint: sed q homi nū opinionē fefellerint.

Falsum habere est fallere. Salu.in Jug. Neq ea res me falsum habuit.

Falso aduerbiū: non vere. Sal: Falso queritur de natura sua genus humanū.

Falso as falsum facio. Au.li.v.cōcor. Cum dicerēt scripturas noui testamēti falsatas fuisse a nescio quib⁹.

Falernus regio Cāpanie vbi colles vitiferi sunt. Var. Quid in italia vtensile nō modo nō nascitur: sed etiā non egregiū nō sit? Quod far cōparādū campano? Qd triticū Apulo? Quod vinū falerno? Qd oleū Uelafrano? Pro vino vero et masc. et neu.generē est Mar. Rhesinata bibis vina falerna Tibul. Nunc mihi fumosos veteris proferte falernos.

Fallonia: est culpa iniuria propter quā vasallus amittit feudum: nomina barbara.

Falisci: populi etrusci fuerūt: quorū oppidū Falerij vocabat. Ouid. Adde senē iunoni colosq faliscos. Ibi fuit vrbs: mons faliscorum dicta: quā nunc corrupte Montēflasconē appellant. Est et faliscus venter non dissimilis lucanice inuētus primo in faliscis. Papi. lib.iiij.syluarū. Non lucanica nō graues falisci.

Fama a fando dictio media. Est eñ quicquid de aliquo diuulgatur: siue in bonū siue in malū. Uirgi.lib.iiij. Neq eñ specie fama ve mouetur.i.infamia vt expo nit Nonius. Fama etiā dicit de re inueterata firmataq in hominū opinione: siuis incerta. Mar. Quic qd fama canit donat arena tibi. Quint. Fama ē olim iouē in imbrē aureū cōuersum puelle in gremiū descē disse. Interdū dicit opinio. Pli. Huc eū liberalitatis tue fama pduxerat. Interdū Laus et celebritas: vt fama scipionū: fama camillorū. Uirg. Sum pius Aeneas fama super ethera notus. A famo diffamo et infamo deducūt: de qb⁹ alibi Famella diminutiuū

Famosus a um: tam in bonū q in malū. In bonū. Juuenal. Famosos equitū cū dictatore magistros Hiero.de Judith. Hec erat in oibus famosissima qm̄ timebat deū valde: nec erat qui diceret malū verbum In malū. Ci.li.ij.de ora. Me ad famosas vetuit mater accedere. Sal. Largitionē famosaz impudentēq

Famiger pe.cor.qui fert famā. Famigero as diuulgo. Famigerabilis diuulgādus.

Famen locutio et sermo: a fando dictū: vt illud. Ne leui saltē maculare vitam famine posset.

Fames: edendi cupiditas: a φαγω edo. Et differt ab inedia: q fames est semper cum appetitu edendi. Inedia etiaz sine appetitu: vt in egrotis. Unde melius inedia dicitur abstinentia: vel impotentia comedendi: non comestio.

Fameo es: ex quo famesco is.

Famelicus penul.corre.a fame et edendo dictus est qui fame laborat

Famelicosus qui frequēter famelicus est. Uñ famelicosam turrim palustrem veteres vocabant.

Familia in res et in personas deducitur. In res: vt in lege.xij.tabularū. Agnatus proximus familiā habeto. Terē.in Heau. Decē dierū vix mihi est familia. In personas autem natura aut iure sub vnius potestate subiectas vti filios nepotesq et deinceps seruitutes quoq appellate sunt familia. Uar. Si ab fundo lōgius absunt oppida aut vici: fabros pcurēt qs habeāt in villa sic ceteros necessarios artifices ne de fundo familia ab opere discedat ac profestis diebus ambulet feriata potius q opere faciundo agrū fructuosiorem reddat. Unde et paterfamilias: et materfamilias. Hoc autem nomen primo a famul: deinde mutatione littere u in i.familia dicta p ipsis seruis: deinde paulatim inualuit vsus: vt etiā liberi familie noie: et quicūq in eadem domo viuerent cōprenderē tur. Posthec ad eos quoq translatū est qui ex eadē sunt cognatione: vt Cesarū familia. Scipionū familia. Unicus vero seruus familie nomine non cōtinet nec duo faciunt familiā.

Familiaris: quando adiectiuū est: significat quod ad familiā pertinet. Unde familiaria negocia: res familiaris res domestica. Cicero. Et si negociis familiaribus &c. Quādo po est substantiuū significat amicum nobiscū versantē et diuturna cōsuetudine nobis astrictū quasi in eadē familia nobis cōiunctū: huis etiam familiaris dicat: et pprie de eo qui ex eadem familia est Ci.ad Q.fratrem Aesopi tragedi Familiaris seruus tibi notus aufugit.

Familiaria dicunt sepulchra q̄ quis sibi ac familie sue constituit: sicut scribit iurecon.de religiosis.

Familiaritas: consuetudo ipsa.

Familiariter: domestice: ad similitudinē familiarium. Familiariter fero.i.grauiter et moleste. Nam q̄ sunt nobis familiaria: ea animo nostro sunt chara. Terē. in An. Huius mortē tam fert familiariter.

Famulus qui et famul: originē habet ab oscis populis apud quos seruus famul dicebat. Unde et famulor aris qd est seruio tanq seruus. Cice.lib.ij.de repu. Est eñ genus iniuste seruitutis: cū hi sunt alteri⁹ qui sui esse possunt. Cum autem hi famulantur.

Famulatus tus. Famulitas: et famuletiū pro seruitute. Cice. Qui aliqādiu pter ignorantiā stirpis et generis in famulatu fuerint. Uar. Apud ignauuz dñm duro famuletio astrict⁹. Dicit etiā Famuletiū seruorū copia. Macro. Unus e famuletio cui prouincia erat admittere volētes dñm cōuenire.

Famulanter aduerbiū a famulās significat suppliciter.

Famularius a um: qd ad famulū pertinet. Unde verba famularia dicta sunt: quia infinitis famulari videantur. Que sint famularia verba: vide in dictione Incipio.

Fanum templū a faunis diis qui solent diuinare: vt ait Martianus capella: vel a fauno q̄ auctore Probo grāmatico prim⁹ cōditor fuit. Festus a fando: q pontifex in dedicatione templi certa verba pfari solet. Hinc pfanus. Sunt tñ qui hoc nomen p ph.scribāt. απο του φανερου qd significat manifestū: quod e phano responsa dabant. Hinc pphanus a um.

Fanuz piceni amenissima seu Umbrie vrbs in littore Adriatico inter Pisaurū et Senogalliā non longe a Metauro amne situm: sic dicta: q i ea pulcherrimū fortune templū fuerit.

Fanaticus pe.cor.insanus dicit: qm sacerdotes cum responsa dabāt furore pleni insanire videbant se cōcutientes. Nā apud auianū querit si seruus inter fanaticos non semp caput iactaret: et aliqua pfatus esset an nihilominus sanus videt. Dicit et fanaticus qui fano pest: aut fani custos. Juuc. Et crine senex fanaticus albo Sacrorum antistes.

Fanaticus sinus vulgo dict⁹. Uide i dictiōe phanates

Fanesii: populi in oceano septētrionali: qui vt auctor est. Pli.li.iiij.tā grandes habent aures: vt eorū nuda corpora tegantur.

Far farris apud veteres de oibus frugibus dicebatur quia id ferret terra: vel a frangēdo: seu a faciēdo: q in pistrino fiat. Nam apud antiquos molarum nō erat vsus: sed frumentū i pila missuz frāgebāt: vocabātq Adoreū ab adolendo.i.sacrificando Col.li.ix. Post hec caues cum matre claudendi sunt: et farre. hordea

ceo cum aqua incocto: vel adoꝛeo farre: vino asperso modice alendi.

Farraca pe.pꝛo.dicunt cibaria e farre.

Farreū genus libi ex farre factū. Pli. Noue nupte farreū pꝛeferebant. Farreū quoqꝫ veteres hoꝛdeū a farre sicut granariū a grano: ⁊ hoꝛdeū ab hoꝛdeo.

Farreaceo: genus sacrificij quod fiebat farreo libo quotiens nuptie conficerent. Hec etiā confarreatio dicebatur. At cū dissoluerentur matrimonia diffarreatio dicebatur.

Farrago pe.pꝛo.a farre. Et id est quod ex multis satis vt hoꝛdeo: vicia: ⁊ leguminib⁹ fit pabuli causa Var. Inde q̄ far ferro cesum farrago dictuȝ: aut q̄ pꝛimū in farracea segete seri ceptū sit. Uel dicitur a farciendo: hoc est saturādo. Diuersarū quoqꝫ rerū cōmixtio farrago dici potest. Iuue. Quicquid agunt homines votuȝ: timoꝛ/ira/voluptas: Gaudia discursus: nostri est farrago libelli. Persius autem farraginē pꝛo farre vel frumento posuit cum inquit. Uappa lippus ⁊ in tenui farragine mendax.

Farina a farre: vt lib.xviij. Pli. docet: denominata est Ideo per duplex rr. scribi deberet. Ueruȝ apud poetas pꝛima coꝛripitur. Mar. Pascit ⁊ dulci faciliqꝫ farina gallina. Ouid. de medicamine faciei. Nam q̄ puluere fuerint confusa farine.

Farinaceus a um: qđ factum est ex farina

Farinarius a um qđ ad farinam pertinet. Pli. lib.xviij Farinario cribꝛo succernunt.

Farinariū: locus vbi seruatur farina.

Farcio is. farsi fartū. saturo: quasi farre impleo: et per translationē sagino: pinguefacio. Col. lib.ix. Hec enī fere cōmunis est cura farcientiū. Nam illi qui volūt non solū opimas: sed etiā teneras auis facere mulsea recente aqua pꝛedicti generis farinam conspergunt: ⁊ ita farciūt. Huius verbi cōposita sunt. Confarcio. Effarcio: infarcio: offarcio: a quo offartissimū piguissimum. Plau. Sine sacris hereditateȝ sum adeptus offartissimā ⁊ Refarcio.

Farcimen pe.coꝛ. intestinum varie ac minutim concisa carne refertum.

Fartoꝛes qui farcimia faciūt ex insecta carne ⁊ adipe ⁊ huiusmodi. Terē. in Eu. Cupedinarij omnes: cetarij lanij: coqui: fartoꝛes.

Fartilia: quibus implent ea q̄ decoquunt. Pli. Iecur anserinū fartilibus crescit mira magnitudine

Fartum esca qua quid farcitur: vel fartū est. Col. li.iij. Sꝫ pꝺerit simul ac folia agere ceperit ficus subꝛica amurca diluere: ⁊ cum stercoꝛe humano ad radicē infundere: ea res efficit vberioꝛem fructuȝ: ⁊ fartum fici speciosius et plenius.

Fartura fartū est: siue actus modusve farciendi. Ideȝ lib.ix. Sed si fastidiet cibū: totidem diebus minuere opoꝛtebit: quot iā farture pꝛocesserint.

Faran oppidum trans arabiam iunctuȝ saracenis qui in solitudine vagi errant.

Farfarus siue farfar syrie fluuius in radicibus libani montis emittitur: ⁊ per Antiochiam fluens in syriaco miscet mari. Hic tantus fertur: vt trāsiri vado nō possit. Farfarus etiam dictus est fluuius qui per sabinos transit. De quo Oui. Et amene farfarus imbꝛe. Alio noīe dicit farbaris penul. coꝛrepta Uir. lib.vij. Qui tybꝛim fabarimqꝫ bibunt.

Faris vel fare fatur fatus: a fero deductum est. Nihil enī aliud est ferre q̄ fari. i. loqui. Quod etiam significationē passiuam habere inuenit. Sue. Pretoꝛ fasti dies sunt quib⁹ ius fat. i. dicit: vt nefasti quib⁹ nō dicitur. Hui⁹ verbi pꝛima ꝑsona debet esse foꝛ: vt inq̄t Pris. Eius composita sunt Affaris: Extra loquens. Affaris ad aliquē faris. Ci. in Cato. Licet mihi hisdem versibus affari te attice: quibus affat flāmineū

ille vir. Pꝛefaris ante loqueris. Col. in pꝛefa. Quas oꝛdine suo tunc demū ꝓsequar cum pꝛefatus fuero q̄ reoꝛ ad vniuersaȝ disciplinā maxime pertinere. Pꝛofaris vltra faris. Uir. Tum breuiter dido vultum demissa pꝛofatur.

Fas gēn non habet: ⁊ a fando deducit. Nā si faris seu fatis passiue dicamus: aliud significare pōt. Et fas quidē piū et religiosuȝ ⁊ fari dignū dicit. Et ad deos refert: sicut iustū ad hoīes. Uir. Fas ⁊ iura sinunt. i. diuina ⁊ humana iura ꝑmittunt. Cuius contrariū est nefas: qđ est impiū ⁊ execrabile.

Fascia genus ligature qua pueri vel aliud quid ligari solet. Et ꝓpꝛie ꝓ tegumento crurū pedūqꝫ fascie poni consueuerunt. Ideoqꝫ crurules pedulesqꝫ dicunt Ulp. Fascie crurules pedulesqꝫ vestis loco sunt quia partē coꝛpoꝛis vestiunt. Scribit Pli. lib.viij. Mures poꝛtēdisse exitiū carboni impatoꝛi arrosis fasceis quibus in calciatu vtebat. Itē fascie dicunt ȝone siue plage. Uide in fascie. Col. li.vij. Recte genib⁹ applicant: ac fasceis circūdant. Martianus. Oꝛbis terre in quinqꝫ ȝonas siue melius fascias discernit. Aliqñ ponit pꝛo nube in modū fascie celū ꝑcurrēte. Iuue. Nil fascia nigra minatur.

Fasciola diminutiuū: parua fascia.

Fasciari ē fascia ligari. Spartia. de Antonio pio. Sed cū esset longus ⁊ senex incuruatusqꝫ tiliaticijs tabulis in pectoꝛe positis fasciabat: vt rectus incederet.

Fascis lignoꝝ: aut alterius cuiusqꝫ rei congeries: q̄ ligando fit. Per trāslationē qñqꝫ ponit ꝓ onere. Nā fasces lignoꝛum: seu aliarū rerū graues sunt poꝛtantibus. Uirg. Ego hoc te fasce leuabo. Sed qm̄ lictoꝛes cum fascibus virgarum securibus alligatis ad terroꝛem pꝛeire solebant consules ⁊ alios magistratus: factum est vt fasces numero plurali sumant pꝛo magistratibus ⁊ honoꝛibus qui a populo pꝛestantur: qꝛ aut.xij. aut sex fascibus vtebant. Uirg. lib.ij. geoꝛ. Non illum populi fasces non purpura regum flexit Nonnunq̄ etiā numero singulari pꝛo consule. Ideȝ Iniusto sub fasce viam dum carpit.

Fasciculus diminutiuū paruus fascis: vt in sacris lr̄is. Fasciculus myrrhe. Accipit ⁊ ꝓ olfactoꝛiolo. Cice. lib.iij. Tusc. Fasciculū ad naris admouebis.

Fascinus ⁊ fascinū penultima coꝛ. a fando quoddā incantationis genus quo homines ita ligant: vt liberi non sint: nec mentis compotes: sepeqꝫ ad extremam maciē deueniant. Hoꝛa. in Epo. Minus ve languet fascinum. Ponitur interduȝ fascinus pꝛo fascinatione: vt apud Plinium.

Fascino as: pe.coꝛ. maleficiū infero. Uirgi. Nescio q̄s teneros oculus mihi fascinat agnos. Huius compositum est: Effascino eiusdem significationis. Solin⁹ Quedā in terra aphꝛyca hominuȝ familie sunt voce atqꝫ lingua effascinantes que si impensius foꝛte laudauerint pulchꝛas arboꝛes: segetes letioꝛes: infantes ameniores: egregios equos: pecudes pastu atqꝫ cultu optimas emoꝛiant repente. Pōt etiaȝ significare maleficium tollo: sicut Excanto incantationeȝ remoueo. Ply. Esse eiusdem generis in triballis ⁊ illyrijs adūcit Isigonus qui quoqꝫ effascinet.

Fascelis dicta est Diana a fasce lignoꝛum in quo abscōditū diane simulachꝛū Oꝛestes ariciam detulit.

Faselus generis mas. vel fe. qui ⁊ phasellus dicit gen⁹ nauigij cāpani. Uirg. lib.iiij. Et circūpictis vehitur sua rura faselis. Sal. lib.iij. histo. Et foꝛte in nauigāda cohoꝛs vna grandi fasello vecta a ceteris deerrauit. In genere masculino genus est leguminis exilis. ⁊ teretis qui et phaseolus ⁊ phasilus dicit.

Fasti dies dicti sunt quibus sine piaculo pꝛetoꝛibus licebat tria verba fari. s. do. dico. addico. Et nefasti quibus non licebat fari. Ouidius. Ille nefastus erit per

quę tria verba significentur. Fastus erit per quem lege licebat agi. Fastoꝝ libri in quibus totius anni res populi romani scriptę cōtinebant᷑: ⁊ causę festiuitatum explicant᷑: vt in fastis Ouidij. de quibus idem. Sacra recognosces annalibus eruta priscis. Et quo sit merito quęqꝫ notata dies. Inuenies illic et festa domestica nobis. Sępe tibi pater est: sępe legēdꝰ auus Scribit Liuius. Flauium scribaꝫ fastos circa forū in albo ꝓposuisse: vt quando lege agi posset sciret᷑. Et est fastus secūdę ⁊ quartę declinationis. Luca. Nec meus eudoxi vincetur fastibus annus. Var. in Ephemeride. Cęsar fastus correxit. Col. lib. x. Sequor nūc eudoxi ⁊ Metonis fastus astrologorum. Et vt auctor est Pris. Eadē forma dicit᷑ fastis fasti quę senatꝰ vel senati. Fastus vero pro supbia semper est quartę Et est ꝓprie indigna suupstiue per supbiā existimatio

Fastidio dis pe. pro. iui. itum a fastu fit. Nam proprie fastidire est cū fastu quodā contēnere. Virg. Inuenies aliū si te hic fastidit alexis. Unde ⁊ pro stomachari dicit᷑. Cōstruit᷑qꝫ modo cū actō: modo cuꝫ dtō: mō cū gtō. Hor. in ser. Nō esuriens fastidis oia p̄ter pauonē rhōbūqꝫ. Cice. ꝓ Milo. Sed etiā recte factis sępe fastidiūt. i. fastidiū faciunt. Plau. in Aul. Abiit neqꝫ me certiorē fecit fastidit mei. Lucil. li. vij. Difficiles sumus: fastidimus honorū.

Fastidiū meum: quo ego alios fastidio. Fastidium mei quo ego ab alijs fastidior. Quint. Ceu mulier omnibus exposita mortalibus vanitatem fastidium mei despectuqꝫ captauit.

Fastiditus: fastidio habitus. Luca. Pars magna senatus fastidita iacet.

Fastidiosus qui omnia fastidit: vel qui alijs est fastidio

Fastigiū altitudo ac sūmitas operis. Virg. Et fastigia suspicit vrbis. Qñqꝫ dicit᷑ ima pars. Idem li. ij. geor. Forsitan ⁊ scrobibus q̄ sint fastigia queras. Qñqꝫ finis. Ci. lib. iij. offi. Sed quo ope inchoato prope tñ absoluto tibi fastigiū imponimus.

Fastigio as: acumino et q̄si fastigiū erigo. Pli. li. xviij. Frumenta hyeme in herba sunt: verno tp̄e fastigiant᷑ in stipulā quę sunt hiberni temporis.

Fatigo as pe. pro. quasi fatim ago. Hoc est abundanter agito: ⁊ ad lassitudinē deduco. Virg. lib. v. Veloces iaculo ceruos cursuqꝫ fatigat. Aliqñ pcutio. Idē. Versaqꝫ iuuencū terga fatigamus hasta. Aliqñ perturbo cōmoueo: vt Que mare nunc terrasqꝫ metu cęlumqꝫ fatigat. Aliqñ Excito. Ideꝫ. Sociosqꝫ fatigat pręcipites vigilare viri. Aliqñ Cohibeo. Ci. lib. iij. offi. Qui non verbis sunt ⁊ disputatione phoꝝ sed vinculis et carcere fatigandi. Huius compositū est Defatigo quod est deorsum seu valde fatigo. Terē. in Adel. Utinā quidē qđ cū salute eius fiat: ita se defatigari velim: vt triduo hoc perpetuo prorsus lecto nequeat surgere.

Fateor eris: fassus affirmo sponte. Lactan. Idem etiā poetę fatent᷑. Huius cōposita sunt Confiteor: diffiteor Infiteor quę significant non fateor nego. Profiteor: de quo infra.

Fator aris: multū loquor. Est enim frequentatiuū a faris Festus: fatantur multa fantur.

Fatum a fatus ꝯm Priscia. in passiua significatione. i. dictus. Unde fatum iussum ⁊ dictum dei. Ps̄. Semel locutus est deus: duo hęc audiui: quoniam potestas dei est ⁊ tibi dñe misericordia. Aug. li. v. de ci. dei. Quod enim dictum est: semel locutus est: intelligitur imobiliter: hoc est incōmutabiliter est locutus sicut nouit incōmutabiliter oia quę futura sunt: ⁊ quę ipsę facturus est. Hac ratione possemus a fando fatū appellare nisi hoc nomē iam in alia re soleret intelligi: quo corda hominū nolumꝰ inclinari. Scribit Ci. fatū esse connexionē rerū ꝑ eternitatē se inuicem tenē tem quę suo ordine et lege variātur ita tamen vt ipsa varietas habeat eternitateꝫ. Sene. in questionibus naturalibus. Quid intelligis fatum? Existimo necessitates rerū omniū actionūqꝫ quas nulla vis rumpat Sed quid de fato sentire debeant catholici: scribitur apud patrē meū Augustinū lib. v. de ciui. dei cap. ix. Apud poetas fatum qñqꝫ capitur pro natura. Vir. Nam quia nec fato merita nec morte peribat. Quādoqꝫ pro voluntate. Id enim Plato dicit fatum esse voluntatē ⁊ iussionem diuinā. Virg. Fatis iunonis inique. Quandoqꝫ pro oraculo quod dij fantur. Idē Oblitus fatorū. Quandoqꝫ pro morte: quia nil tam necessariū impendet homini ꝙ mors. Unde fato cōcedit qui moritur.

Fatale quod perniciosum est: vt dies fatales. Et fatale dicitur quicquid nobis ex fato debetur siue bonū sit: siue malum. Aug. lib. v. de ciui. dei. Et fatalia dicunt quę pręter dei ⁊ hominū voluntatem cuiusdam ordinis necessitate contingunt.

Fatidicus pe. cor. qui futura prediuinādo solet fari qui nobis fatā. i. decreta deoꝝ exponit. Unde fatidici libri qui continent fata populoꝝ quales erāt deceꝫ sybillarū libri qui ⁊ ab historicis fatales appellantur. Fatidici vates ⁊ Fatidica manto noiatur qm̄ erat fatiloqua que vaticinabatur diuinitate pręditā ελλη νιστὶ ἐνθεῖ λεγωρται και μαντικ

Fatifer a um pe. cor. qđ est mortiferum.

Fatim aduerbiū Abundāter a fando: quia verborum ꝙ rerū maior sit copia: vel ꝙ fari facile sit. Hinc cōponit᷑ Affatim de quo supra.

Fatisco is. deficio. Col. li. viij. Nō debet octo capituꝫ numerū excedere: non qr ignorē fecunditatē scropharum maioris esse numeri: sed qr celerrime fatiscat q̄ pluris educat. De hoc etiā in Defetiscor.

Fathiscere cum h est abundāter aperire: quasi affatim hiscere. Vir. Remisqꝫ fathiscunt. Ambro. lib. hexa. Plerūqꝫ terra meridianę plagę torretur ardoribus atqꝫ ęstu soluta fathiscit in puluerē miserādi agricolę labore cōsumpto.

Fatuus insipiēs tractū a sapore ciborū: qui cum nō sapiunt / fatui dicunt᷑. Mar. Ut sapiant fatuę fabrorū prādia bete O ꝙ sępe petet vina piperqꝫ coquꝰ. Ter. in eu. Fatuus est insulsus tardus. Var. hoc nomen a fando diriuat. Fatuus qui fat᷑ qđ puer p̄mo fat᷑: hoc est qui inepta loquitur. Fatui quoqꝫ dij sunt q̄ ⁊ fauni dicunt᷑ quasi multū fantes.

Fatua dea dicta est terra ꝙ infantes partu editi nō prius vocem edunt ꝙ terraꝫ attigerint. Eadem ⁊ bona dea vocata est ꝙ omniū nobis ad victū bonorū causa est. Et fauna ꝙ omni vsui animātiū fauet: ⁊ ops ꝙ ipsius ope vita cōstat.

Fauissę cellę quędam ⁊ cisternę in area capitolina vbi reponi solebant signa ⁊ alia quędam religiosa donarijs cōsecrata. Auctor Gellius.

Faueo es. faui fautū. Fauere proprie est bona fari / seu fauorem facere. Hinc fauor vox bene precans alicui siue alicuius cōmodū ⁊ laudē tuens. Fauete etiā tacere est: vt inquit Do. Terē. in an. Fauete adeste ęq̄ animo. Similit᷑ fauere linguis est tacere. Seneca de beata vita. Fauete linguis. In ludis vero ore fauere inquit Ser. est dicere bona verba: qr in illis necessarius est fauor. A faueo fiunt fautor ⁊ fautrix.

Fauorabilis dicit᷑ q̄ gratiosus ⁊ impetrabilis ac fauoris plenꝰ est apud omnes. Sue. in Cali. Sic vulgo fauorabilis vt plurimi tradāt quotiēs aliquo adueniret: vel secūde discederet ꝑ turba occurrentiū prosequentiū ve nōnunqꝫ cum discrimē vitę adisse.

Faustus a. um. a fauore / ꝓspex ac ꝓpiciū significat: cui oēs fauēt. Ter. O faustū ⁊ fęlicē. Hinc aduerbiū fauste: quorū cōtraria sunt infaustū ⁊ infauste.

Fauni agro⁊ ⁊ syluarū putati sunt dii q̄ post plurā tēpus moriātur: ꝙ e terra geniti sint. Hinc fana dicta existimat probus. Ser. Faunū ⁊ faunā tradit/ dictos esse a vaticinādo .i. fando. Unde ⁊ fatuos dicim⁹ inconsiderate loquētes. Hos quidā incubos vocant. Fauni apud latinos hi sunt qui apud grecos satyri filii Saturni. Scribit Hiero. satyrū a diuo Antonio inuentū. Aug⁹ docet faunos aut imortales aīas nō habere aut humano semine natos. Et faunus dict⁹ fuit Pici filius ⁊ Latini pater/ qui regnauit in latio a fando dictus ꝙ oracula sua voce redderet.

Fauilla quasi cinis extinctus: ꝙ ignem tectum foueat quasi fouilla. Est eīm deserta igne. Siue potius quasi flauilla a colore. Nam ⁊ Pacu. flauum dixit puluerem. Scintilla vero proprie est que e silice cuz ictu cēditur exilire solet. Virgi. Ac primū silicis scintillam excudit achates. Ouid. lib. iiii. Fas. Pars quoq; cum saxis pastores saxa feribant: Scintillā subito ꝓsiluisse ferunt. Hieronymus in eccle. Ab scintilla vna augetur ignis.

Fauonius ventus a fouendo dictus: ꝙ cuncta foueat. Est enim genitalis spiritus viuendi: eo maritātur viuiscentia terre: zephyrus a grecis dicitur. Spirat aduersus Eurum.

Fauus apum domus et cellule: a fouendo ꝙ in his sobolem foueant. Pli. Primū itaq; fauos cōstruūt: ceram fingunt. Virgi. Prima fauis ponunt fundamina deinde tenaces. Suspendunt ceras. Pli. Junior Buccellā panis dedit ⁊ fauum mellis: hoc est frustū operis apiarii melle plenum.

Fauulus diminutiuū paruus fau⁹. Plau. Meus dulciculus fauulus.

Faux superior pars gule: mento ꝓpinqua: sed interior vbi os angustatur. Pli. lib. xi. Summā gule fauces vocantur: postremū stomachus. Virg. lib. vi. Vestibuluz ante ipm primisq; in faucibus orci. Per trāslationē fauces dicunt̄ stricti ingressus valliū seu alteri⁹ loci. In faucibus sunt foramina duarū fistularū: cibalis .s. ⁊ spiritalis que continua humectatione indigēt Sicce eīm exulceranṫ. Oui. lib. vi. Caret os humore loquentis ⁊ fauces arēt: Vix est via vocis in illis. A faux fiunt Offoco/ prefoco ⁊ suffoco.

Fax fustis incisus a lumine faciendo: ꝙ lumen facile faciat. Cuius diminutiuū est facula. Primā facem noctis principium vocitabant: ꝙ tum primum vti face incipiunt.

Faxo is pro faciam. Virg. lib. xii. Ego sydera faxo firma manu. Faxim fecerim. Faxint faciant. Terentius in heau. Utinā dii ita faxint.

F Ante E

Febris a feritate morbalis mali: vel sicuti Seruius docet a feruore.

Febricula diminutiuū parua febris. Plau. Ciceroni. Qui ex labore in febriculā īcidit assiduā ⁊ satis molestam grece πυρετοσ και πυρεττω α πωτου πυροω παραγονται

Febriculosus qui habet multā febrem. Gellius. Non morbus hic febriculosus aut nimiū grauis.

Febrile. pe. pro. quasi ad febrem pertinens. Apul. Ardore estuans febrili.

Febrio is iui itū. febrem patior. Macer. Nec nondū tremulo potanda dabis febrienti.

Febricito as. pe. cor. ⁊ Febricitor deponens in eadem significatione. Col. lib. vii. Febricitāti boui conuenit abstinere cibo vno die.

Februo as: lustro purgo a ferueo: hoc enim adolendo ⁊ flāmis feruentibus fieri solebat: vel a sabinorū lingua qui febrū purgamentū dicūt. Hinc Februarius mēsis dictus est: ꝙ tū .i. extremo anni mēse populus februareṫ .i. purgareṫ ꝑ .xii. eīm dies cōtinuos februarii celebrabanṫ februa. Hisq; diebus pro impetranda mortuo⁊ aīabus quiete oīs ppl̄us piaculis sacrificiisq; circa sepulchra accensis facibus: cereisq; intentus erat. Et Juno februata siue februalis ꝙ ei hoc mense sacra fiebant: eiusq; ferie erant Lupercalia Et quecūq; purgamēti causa in quibuscūq; sacrificiis adhibebantur Februa appellabantur. Et id quod purgatum erat februatū dicebatur. Plinius. Vulgata priscis temporibus opinio obtinuit februa esse oīa quibus malefactorum conscientia purgarentur: delerenturq; peccata/ aut manes animabus defunctorum placidi redderentur.

Februus dictus pater: ꝙ ei mēse februario sacrificareṫ

Februarius mensis. Vide paulo ante in Februo as.

Feciales dicti sūt a ferēdo: ꝙ belli pacisq; ferēde apud eos ius erat. Neq; enim licebat bellum alicui inferre nisi hi ⁊ iusta causa susceptū declarauissent ⁊ prius indixissent. Var. Itaq; bella tarde nec magna luminia suscipiebant: ꝙ bellum nullū nisi pium putabant geri oportere ⁊ priusq̄ indiceretur bellū his quibus iniurias factas sciebant: feciales legatos res petituz mittebant quattuor quos oratores vocabant. Sunt etiā qui feciales a faciēdo deriuari existimēt: ꝙ apud eos belli ac pacis faciende ius esset.

Felis aīal quadrupes quod nobiscum in domibus tenemus ad murū venatū vulgo Cattus qd̄ nos cautū astutūq; dicimus: a quo Catones primo volunt appellatos a grecis αιλουρον dicitur. Et ipsi quorū vanitas rideṫ egyptii nullā beluā nisi ob aliquā vtilitatē cōsecrauerunt: velut Ibim ꝙ vim serpentium conficiat Crocodiluz ꝙ terrore arceat latrones. Felē ꝙ pelle eius scuta contegant. Ichneumones ꝙ non sinant serpentes maximā eius regionis pestem augeri. Pli. li. x. Feles quo silentio q̄ leuibus vestigiis: q̄ multo speculatu in musculos exiliunt: excremētia sua obruunt terra: intelligentes odorem illum indicē sui esse. Ait eīm Varro li. iii. Oēs parietes tectorio leuiganṫ ne feles alia ve bestia introire ad nocendū possit. Hos Varro ⁊ Col. accipiunt ꝓ eo genere animalis qd̄ vulgus fouinū seu murturellū appellat. Seneca li. epl̄a⁊ moraliū .xo. Quid est quare tam pauonē q̄ anserem gallina nō fugiat. At tanto minorem eis nec notum sibi accipitrem: quare felem pulli timeāt: canem non timeant.

Fel fellis est purgamentū sanguinis pessimū cui tantum inest virus vt hominē totum decolorem reddat ⁊ maximē oculos vt in bove irato cernimus. Fel eīm ire sedes est. Humor aūt qui in folliculo fellis bilis vocaṫ q̄ ꝓ sui conditione hominē cōuariat. Bilis eīm atra quā greci melācholiā vocāt facit insaniā. Plau. in Am. Delirat vxor atra bili percita est. Sed de bili suo loco dictū est. Aliqn̄ fel cū sit pessimus humor ꝓ animi amaritudine ponitur.

Fello las: lac exugo ⁊ succo ebibo. Mar. Si fellas et aquā bibis nil lesbia peccas: Qua tibi parte op⁹ est lesbia sumis aquā. Solinus i collectaneis Nequaq̄ mater equa pullo prebet vbera fellicanda Transfertur ad rem obscenā. Nā fellare dicunṫ illi illeve qui que ve virilia intra os recipiūt: ⁊ illa perinde ac papillas exugūt. Qui vo virilia huic libidini ꝑ voluptatē accōmodabāt Irrumare dicebanṫ. Inde fellator ⁊ fellatrix ⁊ fellico as frequētatiuū:

Fellicones boies mali dicunṫ ⁊ nullius vsus.

Femur qd̄ ⁊ femor dicitur ꝫm Phocam: a ferendo ꝙ his precipue partibus sustineatur aīal atq; feratur. Hinc femoralia pro verendo⁊ tegminibus. Sue. de Aug. Quare quassato corpe neq; frigora neq; estus facile tolerabat. hyeme quaternis cū pingui toga tunicis ⁊ subucule thorace laneo ⁊ femoralib⁹ et tibia-

libus inueniabatur.

Femen inis capitur sicut femur. Plau. in mili. Ecce autem aduortit nitus leuo i femine. Proprie tñ femina sunt interiores partes femora exteriores: femina posteriores femora anteriores. Pli. lib. xi. sic de apibus scribit. Prioribus pedibus femina onerant propter id natura scabra. Et lib. xxviii. Femina inquit atteri adurique equitatu notum est. Femina enim interiora equitando atteruntur nõ exteriora. Hinc Apuleius finxit vocabulũ. Interfemineũ: pro locis muliebribus veluti positis inter femina. Col. li. vii. Veterẽ quoque ꝛ sub femina manũ subiicere ne ad huiusmõi tactũ postmodũ paueſcant. Existimat Ser. femen in ntõ nõ reperiri. Pris. docet esse in raro vsu. Festus femẽ declinat. Femina etiã inferiores partes significant. Nam a flexu dicta videntur. Ubi eñ iunctura cum flexu pedis est femina dicunt̃. Plau. in Asi. Sed tñ tu nempe eos asinos ꝗ dicas vetulos claudos quibus obtrite ad femina erant vngule. Col. lib. vii. Femina secari ꝛ interdũ inuri solent.

Feminalia tegumenta feminũ ꝛ subligacula. Hiero. in Exo. Facies ꝛ feminalia linea vt operiant carnẽ turpitudinis sue a renibus vsque ad femora. Idem ad fabiolã. Discamus primũ cõmunes sacerdotuz vestes atque pontificuz lineis feminalibus que vsque ad genua ꝛ poplites veniunt verecũda celãtur ꝛ superior pars sub vmbilico vehemẽter astringit̃ vocaturque lingua hebrea Machinasse: grece περισκελη a nostris feminalia vel brache vsque ad genua pertingentes. Et vt scribit Josephus ob fortitudinem ex bisso retorta fieri consueuerunt.

Fenestra απο του φαίνειν qđ est lucere. Fit eniz ad lucem reddendã. Ouid. Qua lumen thalamis parua fenestra dabat. Interdũ ponitur pro aditu ꝛ via. Terẽ. Hui quantã fenestrã ad nequitiã patefeceris. Pli. Fenestrire verbum vsurpat pro fenestras aperire. Sic enim ait Media oculorum cornua fenestrauit pupilla.

Fenestrenula parua fenestra. Hiero. Sic autẽ vna vel plures fenestrenule iuxta dispositionem episcopi. Et ꝑ detractionẽ medie syllabe Festra quod est ostium paruũ in sacrario: vt ait Macro.

Fenestrella similiter ꝛ fenestricula diminutiua sunt.

Fenestella sine r. nomẽ est propriũ historici qui nouissimo tẽpore Tyberii Cesaris claruit.

Fenestratus a um qđ est apertum ꝑforatũ. Plautus. Nulla est fenestratior domus.

Fero fers tuli latũ ꝛ tetuli ſm Diom. Teren. Huc tetulissez pedẽ. Proprie significat porto. Vir. li. v. Vix illã famuli phegeus sagarisque ferebant ρημα γελλημικον φερω γαρ λεγουσι και αρωμαλον μελλωροισω ουτω τοισ λατινοισ. Aliquando tolero patior. Terẽ. in heau. Nã quẽ feret si parẽtem suum non feret? Aliqñ duco dirigo. Liui. lib. i. Pergit ad proximã speluncã si forte eo vestigia ferrent. Vir. li. vi. Hinc via tartarei ꝗ fert Acherontis ad vndas. Aliqñ dico nomino. Idez. Quã Juno fertur terris magis oĩbus vnã Posthabita coluisse samo. Aliqñ do: exhibeo. Idem. Sacra dionee matri diuisque ferebã. Lactã. lib. iii. Nõ eñ descẽdit aliqs e celo qui sentẽtiã de singulorꝫ opinionibus ferat. Aliquando Concupisco. Sal. Tunc Catilina polliceri tabulas nouas: proscriptiones locupletũ: magistratus: sacerdotia rapinas atque alia omnia que bellum ꝛ libido victorꝫ fert. Aliquando Extollo. Idem. Consulares omnes item senatus magna pars sententiaz eius laudant: virtutem animi ad celum ferunt. Aliquando gigno produco. Virgilius. Si duo preterea tales idea tulisset terra viros. Aliqñ habeo. Idem. Ferre sui dederat monumẽtũ ꝛ pignus amoris. Aliquando Affero. Idem. Legati responsa ferunt. Aliquando Confero. Idem. Quibus acer erit in prelia suetus ferre manum. Aliquando Disturbo. Idem. Quippe ferant rapidi secum verrantque per auras. Aliquando Ostento. Idem libro. xi. Captiuo siue vt se ferret in auro venatrix. Aliquando Consulo: vt Pompeius tulit ad populum. Aliquando Aufero. Virgilius. Postque te fata tulerũt. ꝛ Oĩa fert etas. i. aufert. Aliqñ Refero seu recipio. Ter. in adel. Pro labore ab his fero odiũ. Aliqñ Assequor. Idẽ in eu. Hoc si effeceris quod vis donũ a me premiũ optato id optatum feres. Et in Adel. Ni faciant quod illos equum est: haud sic ferẽt id est obtinebunt. Qꝫ si cum hoc verbo pre me pre te pre se addantur significat dicto vel facto vel gestu aliquid ostendo confiteorque et ipsa statim fronte de aliqua re: aut homĩe vt ꝗ te fers iram. Quinti. Fiduciam igit̃ pre se ferat orator: semperque ita dicat tanque de causa optime sentiat. i. ex ipso aspectu oratoris: ex ipsa voce: ex ipsa tota oratiõe eluceat fiducia quẽadmodũ qui pugnaturi sunt in vultu ꝛ gestu indicant tacitam vel formidinem vel fiduciãz hoc est pre se ferunt fiduciam formidinem ve. Cicero Nam ille qui accipit iniuriã meminit et pre se fert. i. se mentem persequende iniurie habere ostendit. In eundem sensum accipi solent Pre me duco: pre me gero. Composita sunt Affero. Aufero Antefero Cõfero Circũfero Defero. Differo. Effero. Infero. Introfero. Offero. Perfero. Prefero. Profero. Refero. Suffero. Superfero. ꝛ Transfero que habẽt penultimã correptam.

Fere a ferendo dicte sunt ꝙ toto corpore ferant̃ siue ꝙ cum impetu et sine ratione ferantur: aut ꝙ naturali vtuntur libertate et pro desiderio ferũtur. Proprie autem fere dicuntur que ferocitatem habent: vt leones: pardi: lupi: ꝗ vbi mãsuefacte sunt Cicures appellantur Improprie omnes quadrupedes pecudibus exceptis.

Fere aduerbium significat festinanter: ꝛ parum abest quin quasi continue ferendo: ꝙ id qđ fertur in motu est: vt fere hominẽ occidisti: id est parum abfuit quin hominem occideris. Priscia. docet fere significare iuxta: quia celeribus oĩa iuxta sunt. Et profert̃ cuz accentu in vltima βαρεια Interduz in oratione ita cõstituitur vt intelligatur quedaz vniuersitas. Quint. He fere sunt emendate loquendi scribendique partes id est fere oẽs. Cice. Memini in eũ sermonẽ incidere qui tum fere erat in ore. i. fere semꝑ.

Ferinus a um: pe. pro. quod est feraruz. Apul. Ferino ac beluino ritu.

Ferale adiectiuũ significat diruz exitiale a feralibus sacrificiis. Apul. Rogum demolirentur: cenam feralẽ a tumulo ad mensam referrent. Virg. Solaque culminibus ferali carmine bubo. Visa queri. Et feralis dies dicebatur quo feralia fiebant.

Feralia sacrificia parentalia: quedam ab inferis ꝛ ferẽdo ꝙ ferrent epulas ad sepulchrum eius cui vellent parentare: vel a feriendis pecudibus. Ouid. in fast. Hanc quia iusta ferũt dixere feralia lucem. Ultima placandis manibus ista dies.

Ferus dicitur Atrox seuerus qui ferinum animum habet: vel qui durioris est vite ꝛ animi crudelioris. Virgi. Ferus oĩa Jupiter argos transtulit. Vñ Augu. in dial. Ferum mansueto opposuit. Hinc feritas nature quedam asperitas: ꝛ diri semper est animi. A ferus componitur Semiferus penul. cor. Semifera dicunt̃ aĩalia ꝗ ex fero placidoque nascunt̃: vt ex apro ꝛ sue. Semifera etiã dicuntur ꝗ nec placida nec fera sunt: sed medie inter vtrũque nature: vt in volucribus hirundines in campo: lepores: cuniculi. In mari delphini. Perferus valde ferus. Var. libro. ii. de re rust.

Boues perferi etiam nunc sunt multi in Dardania & Media et Thracia.

Ferox fortis inuictus. Hora. lib. Car. Urbes gentesq & latiū ferox. Sal. Ille animo feroci negat se fusam totiens numidiā pertimescere. Itē dicitur preanimosus ad certandum cum altero: & ad vim alteri inferendā atq nocendū. Virgi. Stat sonipes et frena ferox spumātia mandit. Augusti. in dial. Mansueto opposuit. Plau. p cordato & faceto in Mili. posuit Et quia tectū eram: propterea animo eram ferocior. Hinc ferocia & ferocitas. Ci. lib. vi. de rep. Qui cōperit eius vim & effrenatam illam ferociam. Ferociter. Plau. in Mili. Superbi nimis ferociter legatos nostros increpant.

Ferocio is iui. vel ferocij: ferocitum ferox fio: qđ vernacula lingua dicitur ingagliadir. Gellius lib. i. Nihil adeo in congrediēdis hostibus atq in principijs preliorum ad salutē virtutēq aptius rati q̄ si permulcti mitioribus non īmodice ferocirent.

Ferax dicitur qđ abundanter ex se producit. Plinius. Ut tam ferax bonarum artium seculum videremus. Unū inferax contrarium. Sic Hiero. ad Dama. Inferaces syluas dixit.

Fertile adiectiuū penultima correpta sicut ferax sumitur. Col. lib. iiij. Ut ex his partibus trunci sumantur qui genitales sunt & maxime fertiles. Hinc fertilitas sic a ferax feracitas. Idem. Id enim non accidit palmitis fertilitate.

Ferentarij: leuis armature milites auxiliatores: a ferēdo auxilio: vt quicquid opus esset auxilio ferrent: excursu leues armis grauibus non impediti: sed ense & telis tantum instructi. Uel dicti sunt Ferentarij: quia fundis lapidibus pugnabāt que tela feruntur non tenentur. Sal. Postq̄ eo ventum est: vnde a ferētarijs prelium cōmitti posset. Cato eos ferētarios dixit qui tela ac potiones militibus pugnātibus ministrabāt. Hi & velati vocabantur.

Feretrius dictus est iupiter: q pacem ferre putaretur quoniam ex templo eius qđ rome primum a romulo edificatum est sumebant sceptrum per qđ iurarent et lapidem silicem quo fedus ferirent: vel a feriendo vt inquit Plutar.

Feretrum a fero penultima correpta: Lectus vel aliquid aliud quo mortuus ferri solet. Et alio nomine Capulus dicitur: a capiendo: seu in quo aliquid cum pompa fertur. Liui. Spolia ducis suspensa fabricato ad id apte feretro gerens in Capitolium ascendit. Ibiq cum ad quercū pastoribus sacram deposuisset templū designauit. Quidā grecū putant φερετρον greci enim pheretra vocant argentū aurum gēmas imagines principum: spolia hostium & cetera que in pompa feruntur.

Ferentinum oppidū quod Plinius collocat in prima italie regione: in qua Roma est a qua Ferentinates dicti. Est & Ferentinū in Tuscia. vnde Ferentini.

Feretrus mons a quo familia feretria dicta a qua Urbini dux originē habet.

Ferentum oppidum sabinorum: seu samnitum: a quo Ferentani dicuntur. De quo Dionysius Halicarnasus libro. xvij.

Ferculum a ferendo. Unde & fercula pulmentariorū ab eo q mense inferantur. Iuue. Quis fercula septē secreto cenauit auus? Aliquando sumitur pro gestamine quo pōpa deferri solet. Sueto. in Cesa. Pontico triumpho inter pompe fercula trium verborum pretulit titulum: Ueni vidi vici: hoc est inter pompe triumphalis gestamina. Quo nomine continentur simulachra oppidorū: simulachra deorum: spolia hostium: corone: machine: & id genus alia que fieri solēt in pompa triumphali: sicut fercula: ludorum fercula que in ludis. Fercula sacrorum que in sacris. Acron. etiā docet fercula esse pulpita in quibus deorū simulachra sint quia in pompa circensi: hoc est celebritate ludorū circensium hmōi simulachra deorū feruntur Cicero lib. i. offi. Cauendū est ne tarditatibus vtamur in ingressu mollioribus: vt similes pomparū ferculis esse videamur. Ambro. lib. i. offi. Sunt qui sensim ambulando imitantur histrionicos gestus & quasi quedam fercula pomparū.

Ferio is percussi: preteritū mutatuatur a percutio idēq significat. Virg. Cornu ferit ille caueto. Et Ferire sancire firmare. Unde ferire seu pcutere fedus dicimus. Idē Haud mora tarchon. Iūgit opes: fedusq ferit. Et apud Esaiam. Feriam vobiscum pactū sempiternū. Item Ferire pulsare est Plau. in Am. Feriam fores aperite. Huius compositum est referio: quod est Repercutio. Idē in Asi. Partitor tu idem cum ego te referiam.

Ferie a feriendis victimis dicte sunt dies cessationum ab opere: seu ab epulis ferendis. In his enim epule fiebant. Feriarum autē apud antiquos multa erant genera que pollui dicebantur si in his aliquod opus fieret. Feriarum publicarum erant quattuor genera. Statiue vniuersi populi cōmunes: que certis & constitutis diebus fiebant in quibus precipue seruabant Agonalia: carmentalia: lupercalia. Conceptiue que quotannis a magistratibus vel sacerdotibus concipiebat certos siue incertos dies: vt sunt latine: sementiue paganalia cōpitalia. Imperatiue quas cōsules vel pretores pro arbitrio indicebant. Nundine pannorū ac rusticorū quibus ad negocia & merces conueniebant. Erāt preterea proprie familie ferie quas queq familia ex vsu domestice celebritatis obseruabat: vt Claudie ferie & emilie. Itē singulorū vt natalium dierum que natalicie dicuntur & fulgurum & funerū expiatiões. Et a ferijs festi dies dicti sunt feriati. Hoc est in quibus ferie celebrabant.

Ferio as & Ferior deponēs significat vaco. Unde Feriatus ociosus. Pli. lib. xviij. Malū patrēfamilias quisquis interdiu faceret quod noctu posset nisi in tēpestate celi. Peiorē qui profestis diebus ageret qđ feriatis deberet. Pessimum qui sereno die sub tecto potius operaretur q̄ in agro. Augu. lib. ij. con. Interposito ocio ex necessitate domestica feriatus ab omni schola cum parentibus esse cepi. Hiero: lib. ij. macha. Tūc feriatis iudeis arma cape suis precepit.

Ferula penultima correpta: baculus siue virga qua puerorū manus feriuntur a ferīēdo siue ferēdo id est portando. Iuue. Et nos ergo manum ferule subduximus. Grece ναρθηξ et p diminutionē narthecium dicit. Inde apud Platonē in Phedrone narthecophori ministri bachi quasi feruligeri nominant. Baccho eīm ferule assignantur q̄ asinis grate sunt in pabulo. Ideo asinus grata hostia baccho cadit. Ferula annumerata est inter externos frutices a Plinio. Lignum corticis loco habet: ligni aūt loco fungosā intus medullam: vt sambuci calidis nascitur locis: cuius eadē natura est que aneto: et fructu similis: nulli fruticum leuitas maior ob id gestata facilius baculorum vsum senectuti prebet. Col. lib. iij. In quo scrobe destinaueris nuces serere: terra minutam in modum semipedis ponito. Ibiq semen ferule facito: cū ferula fuerit enata eam findito & in medulla eius nucem grecam vel auellanam abscondito. Hinc Ferulaceus a um. Pli. lib. xviij. At milium & panicum in culmen geniculatum & concauum zizania ꝓo in ferulaceum. i. fastigiatur.

Ferabites pe. pro. dicit Agrestis. Sisen. Partim ferabite partim lauro ac pinu abundant.

Ferme aduerbium idem quod fere. Terē. Iam ferme

moriens me vocat.i.cum parum abesset quin moreretur. Ponit̄ q̄nq̄ pro facile. Idem in An. Fidelem haud ferme mulieri inuenies virum.

Feruor calor qui cum sit ex igni: ex contrario ⁊ pro frigoribus ponitur.

Ferbeo ferbes ferbui bullio. Horatius libro.j.Ser. Uelatūq̄ stola mea cum deferbuit ira. Unde et Ferbesco ferbescis. Ambro. Quomodo intelligimus ꝙ sit torcular nisi forte q: psalmi de torcularibus inscribunt̄: eo ꝙ in his mysteria domini passionis modo musti sancto feruente spiritu prophetarum ardētius ferbuerunt? Huius composita sunt. Deferbeo: qđ est a buliendo cesso. Hieronymꝰ in lib. Hester. His itaq̄ gestis postq̄ deferbuerat regis assueri indignatio. Gel. proprie. Puer interea venerat: ⁊ aula deferbuerat: tempusq̄ esse ceperat edendi. Efferbeo extra vel valde bullio. Hiero. in Iob. Interiora mea efferbuerunt absq̄ vlla requie.

Ferueo ferues feruui, per duplex uu. vno consonante altero vocali: quod et per syncopen dicimus ferui: in eadem significatione qua non solum ex incendio calere significatur: sed etiam ex quibuscūq̄ molestiis perturbari. Unde ⁊ iactus marini ⁊ estuatio animi sub hac significatiōe recte poni sentiunt̄. Uir. lib. iij. geo. Omnia tunc pariter vento nimbisq̄ videbis feruere. Feruere opus dicimus dum studio ⁊ diligentia elaborat̄. Et hominē ira odio aut calore feruere: duꝫ ira aut odio aut calore incēsus est. Cuius contrariū est deferuere qđ est mitescere ⁊ placidū fieri: seu a calore deficere. Cōposita a ferueo sunt Deferueo Efferueo valde seu extra ferueo. Referueo rursus ferueo. Pli. Item therebētinā in sartagine referuēti. A quibus Deferuesco Efferuesco ⁊ Referuesco.

Feruo feruis ferui eiusdeꝫ significationis est cum Ferueo. Proper. Incipit ⁊ sicco feruere terra cane. Gellius. Dies quos rogauerat operitur: sol feruit ⁊ fit nihil. Hinc Feruisco.

Feruefacio is: bullire facio. Cato de re rust. Et polionē polente eodem addito et oleum: postea feruefacito. Hinc cōponit̄ Inferuefacio: qđ est intus bullire facio. Idē Sumito brassicaꝫ conycito in aquā feruentē coquito paulisper vti subcruda sit: postea aqua defūdito nō omnē eo addito oleum bene ⁊ salem ⁊ cumini paululū inferuefacito paulisper.

Feruidus pe.cor. calidus diligensq̄.

Fermentū dictū est ꝙ feruēdo crescat. Est eīm farina: q̄ subigitur priusq̄ addatur sal ad pultis moduꝫ decocta et relicta donec acescat.

Fermento as: misceo seu crescere facio. Plinius. Cum fieret panis hordeaceus cicercule farine admixtione fermentabatur. Colu. lib. ij. posuit pro pinguefacio. Maxime inquit tū columbinū ꝓbamus: qđ modice sparsum terrā fermentare cōperimus. Hiero. Neq̄ panes azimi poterant fermentari.

Fermentescere est crescere. Pli. Conteratur inter digitos fermentescens.

Ferrū vel a ferēdo ꝙ in agros colēdi grā ferat̄: vel a feriendo: ꝙ cetera eo feriant̄: hoc est domentur.

Ferreus a um: qđ ex ferri materia est: vt massa ferrea: anulus ferreus.

Ferrarius a um: qđ ad ferrū pertinet vt faber ferrariꝰ fodina ferraria. Aliqñ etiā significat qđ ex ferro est: quasi ferreū. Pli. lib. xxxiiij. Coniū in italia cum ferraria metalla in his locis nō sint.

Ferraria e. locus in quo ferrum foditur. sicut Auraria: argentaria: Aeraria: in quibus aurum: argentum: es effoditur.

Ferramētarius ferramentorū confector. Iul. Firmicꝰ scribit Mercuriū in solis domo constitutum facere ferramentarios ⁊ pelliones.

Ferramentum instrumentū ex ferro. Unde ferramenta fabrilia et ferramenta tonsoria dicimus. Col. li. iij. Nōnunq̄ etiam cum frondere ceperint arbores: cacumina fici acutissimo ferramento summa amputare prodest.

Ferro as: ferrum induco. Unde ferrata spicula ⁊ ferratas lanceas dicimus. Uirgi. lib. iij. Georg. Undiq̄ iam tergo ferratos sustinet orbes. Huiꝰ cōpositū est Preferro: quod est ante vel in anteriori parte ferruꝫ induco. Pli. lib. xviij. Quippe ⁊ ethruria spicam farris tosti pinsente pilo preferrato.

Ferrugo penultima producta: rubigo ferri proprie dicitur sicut erugo eris. Pli. Sudor virge cornu arboris lamina candēte ferrea exceptus nō cōtingente ligno illata: qđ deinde ferrugo incipiētes linchenas sanat. Per trāslationē ferrugo cōpresse purpure color rufus nigrioris rubedinis quasi violacei vulgo morellū dicūt similitudine coloris ferri dū est rubiginosum. Uñ Uir. li. ix. Pictus acu chlamydē ⁊ ferrugie clarus hybera. Quidā ferruginē scribūt esse ceruleū colorem. Erat ⁊ oppidum ⁊ lacus ferrugo in volscis apud Ualeriā: sed a Liuio vocat̄ verrugo.

Ferrugineus a um: qđ est coloris ferruginis: vulgo viridis obscurꝰ. Uir. Et ferrugineus hiacinctus Pli. Et ferrugineas maculas habentes. Quidā ferrugineum coloreꝫ accipiunt pro ceruleo marinis fluctibꝰ simili qui ⁊ Thalassicus.i. marinus dicit̄. Greci eīm Thalassan mare appellant. Hunc colorē. Uege. li. iiij. de re mili. vocat Uenetū scribēs nautas veste veneta esse inducēdos ⁊ vela nauiū exploratoriarum colore veneto esse tingenda. Est autē venetus color ceruleus similis marinis fluctibus. Unde Plautus in Mili Tu illico facito vt venias ornatu huc nauclerico causeam habeas ferrugineā: hoc est subnigram ceruleiq̄ coloris a similitudine ferri.

Ferrumen pe.pro. quasi gluten: iunctura seu ligatura. Pli. lib. xxxvj. Ea maxime causa ꝙ flucto calcis sine ferrumine suo cementa componunt̄.

Ferrumino penultima cor. iungo aut simul tempero ꝓprie de metallis dicit̄ q̄uis ad alia transferat̄. Pompo. Iuriscon. Si tuum scyphum alieno plumbo plūbaueris argento ferruminaueris nō dubitat̄ tuū scyphum esse Plinius. pro glutino posuit libro. xxxvj. Uitrum sulphuri incoctum ferruminat̄ in lapides.i. quasi glutinatur in formam lapidis. Et libro. xxxv. Calcis quoq̄ bitumen prebuit ita ferruminatis babylonis muris.

Feronia nemoris dea a ferendis arboribus. Uirgi. Et viridi gaudens feronia luco. Fuit ⁊ Feronia ciuitas sub monte Soracte: in qua eiusdē nois dea erat quā finitimi mira religione venerabant̄.

Fertum genus libi: a fero dictum: ꝙ sepe ad sacra ferebatur. Persius. At tamen hic extis ⁊ optimo vincere ferto intendit. Uel dicit̄ fertū ꝙ pluribus variisq̄ rebus fartū esset. Nam cato de re rus. scribit struem farris tritici/hordei/fabe/seminis rapacij thure ac vino additis ante messem parabant in porce precidaneę immolatione Ianoq̄ ac Ioui et Iunoni sacrificabant: que diuersarū rerū congeries fartū nōiabat̄.

Festino as penultima producta: significat ꝓpero. Uirgilius. Festinate viri nam que tam sera morat̄ Segnicies? Ambrosius cum accusatiuo iunxit. Anxia mater pro filio festinauit hierosolymam. Dicimus etiā Festina me baptiçare: et festina ad baptiçandum. Interdum festinare est trepidare ⁊ turbari. Salu. Festinantibus in summa inopia patribus hinc componit̄. Prefestino de quo alibi.

Festinus celer. Festinantia ⁊ festinatio celeritas.

Festināter aduerbiū a festinans deductum celeriter.

Festinato aduerbiū a Festinatꝰ. Hiero. in Gen. Itaq̄

festinato deponētes in terrā saccos aperuerūt singli mitates fimbrias dicimus.

Fescenium oppidum cāpanię inquit. Ser. vbi nuptialia inuenta sunt carmina. Hi autem populi ducunt originem ab atheniensibus. Virg. Hi fescenninas acies equosq; faliscos.

Fescennini versus qui canebantur in nuptiis: sic dicti q ex vrbe fescenio dicunt allati: siue a fascino: qr fascinū putant arcere veluti malorū ingruentiū amuleta.

Fessus generale est: dicimus enī Fessus animo: fessus corpore quod magis proprium est. Et fessus rerum a fortuna venientium. De quo in defetiscor. Virg. Fessi rerum.

Festus a.um. solenniter letum & feriatum. Unde festi dies in quibus vel sacrificia diis offerebantur: vel dies diurnis epulationibus celebrabant: vel ludi in honorem deorum agebantur: vel ferię obseruabantur. Virg. Festosq; dies de nomine phebi. Cuius cōpositū & contrariū est profestus: vt profesti dies qui hoib' ad rem vel priuatā vel publicā administrandā cōcessi erant. Plin. Malum paterfamilias & cete. Vide in dictiōe Ferio. Hi fasti erant quibus licebat pretor ius dicere. Quãq; festus dicit ad festum diem pertinēs: vt festi frondes q̄ festis adhibentur; est & infestus: a quo Infesto as. de quibus infra.

Festiuus festiua festiuum penultima producta a festus: quod est iucundū et lepidum: vt festiua oratio dictū festiuum. Cicero libro primo offici. De grecis dulcē & facetum festiuiq; sermonis. Multi etiam festiuum pro festo accipiunt: siue ad festum pertinente: vt festiua gaudia.

Festiuitas quasi iucūditas & leticia quedā in dictis. Ci. lib. i. ad heren. Illud genus narrationis qd in psonis positū est: debet habere festiuitatem.

Festuo as. diem festum ago.

Festuca penultima producta: dicitur & arboris nouelle omninoq; infantis: cuiusq; sati pullul': vt inquit Augusti. Hoc nomē scribitur a quibusdam per ę. diph. q festus a festu deducat.

Festra ostium minusculū in sacrario: ab Fenestra per detractionem medię syllabę.

F Ante I

Fiber aial in ponto sic dictum ab extremis oris amniū quas colit: & vbi maxime solet videri. Effossis enī in ripa cuniculis: caudā intra aquas tenet reliquo corpore in sicco habitat. Plau. Sic me suber quotidie quasi fiber salicem. Hoc aial periculo vrgente testiculos sibi amputat. Hos medici castoreū vocant et ipsum anial castora. Paruū est infra magnitudinem porcelli: pedes habet breuissimos: vñ fit vt currere non possit: ventricosus est. Cum vocē dat infans esse credit: dētes habet peracutos: sed minime mordet. vescitur pomis & arborū corticibus. Hui' pilus pluma mollior habet. Est et fiber genus vespę quadrupes incitatissimum.

Fibrę omnium extremitates rerum: vnde et iecoris et cordis & cuiuscūq; viscerū extreme partes. i. in quas iecur ipsum diuidit fibre dicunt. Virg. lib. vi. Nec fibris requies datur vlla renatis. Et Pli. pulmonis fibras nominat cum inquit. A tergo spinę ipsi iūctus in duas fibras vngulę bubulę modo diuidit. Venarum quoq; ptenues meatus per quos sudor it fibre dicunt. Pli. Murium iecusculis fibre ad numerum lunę dierū in mense congruere dicunt totidemq; inueniri. Quin & minutę radices arborum herbarūq;. Idem de arborū sationibus ait: solū eligi oportere q̄ maxime rimosum ne sol exurat fibras. Virg. Et amarę intuba fibris. Columella de hallio cū ternas inquit fibras emiserint spice sarriant. Idē lib. vltimo de rapis Mediā rapi. Sic etiam vestimētorū extremitates fimbrias dicimus.

Fibula pe. cor. circulus proprie ornamentum cinguli ad vestem subligandā. Virg. Aurea purpureā subnectit fibula vestem. Ponitur q̄nq; pro circulo ęneo. Colu. de bobus sic habet Aenea fibula pars auricule latissima circūscribit ita vt manante sanguine tanq̄ o littere ductus appareat. Hinc suffibulū vestimētum album pretextum quadrangulum oblongū: qd in capite vestales sacrificantes habebant: idq; fibula comprehendebatur.

Fibulare opponere cōiungere. Colu. lib. i. Omisisq; parietum & soli iuncture testaceis puluinis fibulantur: quoniā fere cum his partibus ędificia rimas egerūt caua prebent ac latebras subterraneis animalibus. Huius composita sūt diffibulo: refibulo: et infibulo. Est autē infibulare fibulā ponere. Infibulatio fiebat vel vocis seruande gratia que a coitu mutat: vel valitudinis. Hoc modo pforabant vtrinq; a lateribus cutē quę super glandē extendit atq; superaddebant fibulam. i. circulū ęneum. Refibulare vero est fibulam tollere siue soluere. Mar. Cui refibulauit turgidum faber penē. Idem significat diffibulare. Papinius. Emicat & torto chlamydē diffibulat auro.

Ficus grece συκον & συκοσισ και συκου Γοποσ τοΣι συκη Δε Δενδροσ a fęcunditate. Nā masculino quidē genere: ac secūda declinatione pro fructu protulit. Pli. lib. xvi. Fici mirabiles sunt & abortiui qui nunq̄ maturescunt. Galeotus narniensis vir nō indoctus in eo quem de homine inscripsit libro hęc intulit verba. Sed nusq̄ in lingua latina Ficus mas. ge. est: carpitq; Priscianū vna cū laurentio vallensi: cū ipse poti' carpendus sit. Pli. Junior ad Octauiū Rufum. Quę nunc cum ficis & boletis certamen hz. Macro. Grossi appellant fici: qui non maturescūt. Cice. in Catone. Ex tantulo grano fici. Hora. in ser. Pinguibus & ficis pastū iecur anseris albi. Inuenitur etiā genere fę: et quarte declinationis. Juue. Si vis aliam decerpere ficū. Hiero. in Hieremia. Calathus intus ficus bonas habebat nimis vt solēt ficus esse primi tēporis. Mar. Res mira est ficus non hz vnus ager. Item dicitur ficus genere fęminino: & secunda declinatiōe: vt apud Var. lib. de re. rust. Fici inquit semen naturale intus in ea fico: quam edimus quę sunt minuta grana: e quibus paruis q enasci coliculi vix queunt. Et paulo post. Cum enī per resticulā ficos quas edimus maturas pferunt & eas cū maturuerint cōplicant. Hui' dimi. est Ficulus. Plaut. in Sti. Nucibus fabulis ficulis. In ficorū genere sūt calchidicę: chię: purpurę: chelidonię: mariscę: calistrutię: liuię: libyssę: flauę: & reliquę.

Ficus pro arbore ge. fę. est & secundę decli. Pli. lib. xvi. Quidā breuitate radicū senescere celerius arbores putant q coarguunt fici: quarum radices longissime sunt: & senectus ocyssima. Juue. Ad q̄ discutiēda valent sterilis mala robora fici. Ci. de Ora. pm quartā declinationē inflexit. Cui cū familiaris qdā quereret q diceret vxorē suā suspendisse se de ficu.

Ficus pro morbo mas. ge. & quarte declinatiōis. Mar. Dicemus ficus Ceciliane tuos. Nascitur hoc vitiū fere in capite: tū in capillo: tum in barba: et locis obscenis: quę pilis integuntur. Cor. Cel. lib. vi. Est etiā vlcus quod a fici similitudine αιμόρροισ a grecis a latinis etiam marisca nominatur. Caro excrescit: sub quo duę species. Nam alterum vlcus durum et rotundum: alterum humidum inequale. Ex duro exiguū quiddā & glutinosum exit. Ex humido pus mali odoris. Fitq; in his partibus quę pilis contegūtur. Sed id quod callosum est & rotūdum maxime est in barba. Id vero quod humidū precipue est in capillo: atq; ano ex attritu quē cynędi patiuntur.

Ficetū: locus vbi ficus cōsite sunt. Var. Ficusq; densa materia nō est: ideo sequit̄ calidiorem: a quo fit vt in locis frigidis ficeta fieri nō possint.

Ficosus: ficis hoc est vlceribus et tuberculis plenus. Unde ⁊ ficositas ipsa vlcerum copia.

Ficitas ficorū fructuū abundātia: seu fertilitas.

Ficarius qui libenter comedit ficos. Pli. Ficarios culices caprificus generat.

Ficaria ficus arbor. Palladius lib. iiii. Aliqui inter ficarias caprifici arborē serūt. Et hoc est cōtra Vallā: qui negat dici posse Arbor fici: sed arbor ficus.

Ficitor: penul. cor. ficorū amator: seu ficorū collector. Neuius. Ficitores omnes cupiunt ficitatē.

Ficedula: auis que vulgo Galberius dr̄ a ficu fructu. Mar. Cū me ficus alat: cum pascar dulcibus vuis. Cur potius nomē nō dedit vua mihi. Hāc aūt greci quoq; sycelidam appellauere.

Ficatum iecur suillum maxime: quod greci sycoton appellant a sue fico pasta.

Ficulnus a. um. qđ est materiatū ex ficu arbore. Hora. Olim truncus eram ficulnus inutile lignū.

Ficulneus a. um. idem qđ ficulnus. Augu. De arbore ficulnea que triennium habebat et fructū nō ferebat: Et iterum ibi in lucam. Primus homo postq̄ peccauit foliis ficulneis pudenda velauit. Eadem autem forma ficulnus ⁊ ficulneus: qua salignꝰ ⁊ saligneus: ilignus ⁊ iligneus dicitur.

Ficulnea est ipsa ficus arbor: vt est apud euangelium Videte ficulneam. Pli. lib. xvi. Quibus ⁊ ficulnea ⁊ ligna ex hedera tradentur. Amb. Plerīq; s̄m domesticam et fructiferam ficum agrestem ficulneam feruntur inserere. Hiero. in canticis. Et ficulnea germinauit. Idem super ps̄. In vineis ficulneisq; ac reliquis lignis omne humanum genus ostēdit plagis celestibus verberatum.

Fictor a fingendo dictus est qui fingit: id est qui componit ⁊ qui simulat.

Fictum quod factum est: vel simulatum.

Fictitius a. um. quod fictum est hoc est simulatum: vt ratio fictitia: que ficta est ⁊ ad tēpus excogitata.

Fictile penultima correpta: quod est factum a figulo. Pli. lib. xxxv. Fictilibus doliis ad vina excogitatis. Hiero. Calix ⁊ vrceolus fictilis probantur prius et sic emuntur: sola vxor non ostenditur ne ante displiceat q̄ ducatur.

Fides fidei genitiuum facit nō ratione sed differentie causa vt inquit. Ser. Quod nomen videtur habere: cum id quod dicitur fit vt scribit Cicero libro. iiii. de rep. Hinc dare fidem dicimus aliquid sancte ꝓmittere. Virg. Accipe daq; fidē: qđ est ꝓmitte. Diffinit̄ sūt sic. Fides est dictorum ⁊ conuentorum constantia ⁊ veritas. Vel fides est cōmendatorum fida executio vel obseruantia. Aliqñ fides capitur ꝓ credulitate. Vñ bone fidei possessor dr̄ qui ignorauit rem quā emit alienā esse: aut putauit eū qui vendidit ius vendēdi habere. Itē bone fidei homo vocat̄ cui res tuto creditur: vel qui rem sibi creditam fideliter seruat. Sue. Augustus populo promissum congiariū reposcēti: bone se fidei esse respondit. Hinc habere fidē: credere est. Et accipere fidē est credi. Teren. in eu. Si hec fidē habeat se ire ꝓpositū tibi. Var. Accepit fabula fidē. i. credita ē. Sic a theologis accipit̄ vt est illud. Fides tua te saluū fecit. Interdū pro dei dono seu gratia qua sancti miracula factitarūt: vt est illud apostoli ad ro. Unicuiq; sicut deus diuisit mēsurā fidei. Et illud si habueritis fidem vt granū sinapis dicetis monti transi hinc. Cice. pro lentulo: fidē ꝓ promissione ⁊ q̄si sponsiōe posuit. Pompei fides quā de me Cesari dederat. Et fides ꝓbatio dicit̄: vt facio fidē per testes. Item fides ponitur pro auxilio Iuue. Nos hominū diuumq; fidē clamore ciemus. Sic etiā sumitur cum apud auctores dicit̄ ꝓh deū atq; hominū fidem.

Fidem adstringere est promittere: quia vincula fidei dicuntur. Teren. in eu. Heus tu hac lege tibi meam astringo fidem.

Fideiussorius q̄ fideiubet. Est eñ significatiōis actiue

Fide cōmissarius hꝫ passiuā significationē. Nā is dicitur qui fidei cōmissionē accepit.

Fido is. fisus fidem habeo: credo: spem pono: et tam cum abltō q̄ cum datiuo construit̄. Iuue. Fidimus eloquio ciceronis. Virg. Et fidere nocti. Huiꝰ cōposita sunt Confido ⁊ Diffido: que sunt contraria. Nā vt diffidere est crudelitatē deponere. Seneca. Nec secūdis rebus nimis fidendū: nec aduersis diffidendum est ⁊ habent penul. pro.

Fidus a fido is. dicit̄ cui fidendū est. Cuius cōpositum ⁊ contrariū est infidus penul. pro. Nā perfidus pe. cor. a fides fit. Liui. Infida regni societas. Similit̄ malefidus. i. minus fidus. Male eñ diminutionem ꝑcat nō negationē. Virgi. Statio malefida carinis.

Fidelis a fide ⁊ hic dicitur cui fidere possumus. Terē. in hecy. Ex paucos reperies meretricibꝰ fideles euenire amatores. Et ꝓprie vt scribit Do. ad seruū pertinet: fidus ad amicū. Fidele eñ officium est seruare aliquid. Cic. in Lel. Quod Tarquinū dixisse ferunt tum cū exulem se esse intellexisset. Quos fidos amicos habuisset ⁊ quos infidos. Transfertur etiam ad inanimata. Pli. lib. xxxvi. de infideli exemplū posuit Globosus fortis cōtra iniurias: sed ad structurā infidelis nisi multa suffrenatiōe deuinctus: nec certior fluuiatilis semper veluti madēs. Hinc fidelitas ⁊ infidelitas In sacris litterꝭ fidelis qñq; accipit̄ ꝓ veridico. Apostolꝰ ad Cor. Fidelis deus per quē vocati estis in societatē filii eius.

Fidentia a fidēs participio ⁊ ambo in laude ponūtur. Cice. li. ii. rhe. scribit fidentiā partē esse fortitudinis per quā magnis ⁊ honestis in rebꝰ multū ipse animꝰ in se fiducie cū certa spe collocauit.

Fiducia similiter audacia: et fere semper in bonum q̄uis aliquando in malum. Virg. Tanta ne vos generis tenuit fiducia vestri. Et Cernis que rutilos habeat fiducia rerum. Aliquando fiducia ponitur ꝓ spe: vt apud Esaiam. Qui autem fiduciam habet mei hereditabit terram.

Fides fidis cithara dicit̄ q̄ tantum inter se chorde eiꝰ q̄tum inter homines fides concordet. Cice. in hortén. Ponende sunt fides ⁊ tibie. Aliquando chorde ipse dicuntur fides.

Fidicula diminutiuū parua cithara vl̄ chordula cithare. Gel. lib. i. Sed enim acheos homerus pugnam indipisci ait non fidicularum tibiarumq; cōcentu cōspiratam. Cice. lib. iii. de natura deorū. Quid si platani fidiculas ferrent numerose sonantes idē scꝫ censeres in platanis inesse musicam. Suet. in Tiber. ꝓ chordulis accepit. Excogitauerat inter genera cruciatu vt repente veretris deligatis fidicularum simul vrineq; tormento distenderet ⁊c. Est ⁊ fidicula inter astra constituta que fides a Columella: ab Hyginio lyra nominat̄. Pli. li. xviii. Fidicula occasu suo autumnū inchoat. Preterea fidicule nūero tantū plurali sumitur ꝓ instrumento torquendi ex duobus vt putatur obliquatis lignis compacto: ab extorquēda veritate ac fide: vel a neruis funibus vinculis quibꝰ ad illū modū hoīes torquēdi alligabant̄. Sꝫ verius putatur esse tormentū quo sontes a tortore chordis funibusq; alligati vulgo torquentur.

Fidicen pe. cor. qui fidibus canit. Cice. peto. Socratē fidibus docuit nobilissimus fidicen.

Fidius deus est qui fidei preest. Plau. Per deū fidiū

credis iurato mihi. Unde dicimus medius fidius: sicut me hercules.

Fidelia ę. genus vasis fam ad usus plurimos. Persius: Disce: nec inuideas ꝙ multa fidelia putet in locuplete penu. Curius Cice. Nec solere duos parietes de eadē fidelia dealbare. Plau. in Aul. Mulsis cōgialem plenā faciā tibi fideliam.

Fidena ę. penul. produ. Fidenę arum: vrbs latinorum mediterranea. Virg. lib. vj. Hic nomenq̄ tuum gabios vrbemq̄ fidenam. Iuue. Viuat fincus ꝛ agello cedo paterno.

Figo is. xi. ctum. et xum. ꝯm Diome. Scaurum referentem qui ait Sagitta confictus: vsus tamē est per x. Est autem figere quod vernacula lingua dicimus ficare. Hierony. ad helio. Cerne manus iudeę quas fixeras cerne latus romanę quod foderas. Interdū ponitur pro plantare. Virg. lib. iiij. geor. Ipse feraces figat humo plantas. Interdū pro ꝑcutere ferire. Iuue. Cum tenet vxorem ducat spado: menia tuscū: Figat aprū: et nuda teneat venabula mamma. Huius composita sunt Affigo iuxta figo appono. Lac. lib. iiij. At illi comprehensum ac pontio pilato qui tum legatus syriā regebat oblatū cruci affigi postulauerūt. Aliquādo iuxta planto. Virg. libro. ij. geo. Nec semine iacto Concretā patitur radicē affigere terrę. Aliquando digitis ficus facio quod in vituperium fieri solet. Lactan. libro. v. Si quis attigerit ex istis inepte religiosis: vt sunt nimia superstitione impatientes insectentur etiam maledictis: et vix lecto fortasse principio affigat proijciat execretur: seq̄ inexpiabili scelere cōtaminari atq̄ astringi putet si hęc aut legat patienter aut audiat. Configo simul figo. Defigo deorsum figo planto aut mitto. Colu. libro. iij. Cum in terram bene pastinatā et stercoratam recisum sarmentū defigito. Virg. lib. ij. geo. Altius ꝛ penitus terrę defigitur arbos Esculus in p̄mis. Lactan. lib. ij. Oculos suos ab alto deijciunt soloq̄ defigunt. Persius posuit ꝓ ferio vel transfodio. Ore teris modico pallentes radere mores Doct⁹ et ingenuo culpā defigere ludo. Infigo intus figo. Col. lib. ij. Nā pecudes molli solo infigūt vngulas. Hiero. ꝑ translationē in ꝓlogo Iob ꝓ adscribo posuit. Error inquit mihi gemin⁹ infigit. Prefigo antefigo: seu intus claudo. Virg. li. iij. geo. Multi iā excretos ꝓhibēt a matrib⁹ hedos: Primaq̄ ꝓfigūt ferratis ora capistris. Suffigo subtus figo siue sup. clauis figo. Lact. lib. iiij. Quid de huius crucis indignitate dicimus in qua deus a cultorib⁹ dei suspēsus ē atq̄ suffixus. Refigo rursus siue valde figo. Col. lib. v. Nam siue ꝓpe truncū defigit palus: pedali tñ spacio refigendus est. Virg. lib. iiij. geor. Aulas ꝛ cerea regna refigunt. Transfigo vltra seu ab vna parte ad aliam figo. Liui. lib. j. Stricto itaq̄ gladio simul v̄bis increpans trāsfigit puellam.

Figmentū quod factum est a fingo is. vt est apud apostolū. Nūquid dicit figmētū ei qui se finxit: quare me sic finxisti. Aliqñ figmentū dr mendaciū ꝛ simulatio: vt sunt figmenta poetarum.

Figulus penul. correpta: fictor dicit qui ex creta atq̄ argilla opera facit.

Figulina: seu quod magis a doctis vsurpatur per syncopen Figlina penul. pro. officina est in qua figulus opa facit. Et opa ipsa figlina ꝛ fictilia dicunt. Plin. lib. xxxiiij. Vtunt omia ea crudo fictili in fornacibus donec figlina ꝑcoquat. Itē figlina dicit ars figulo℞. Idē lib. xxxv. Figlina℞ opa imbricibus tabulis tegulisq̄ ad balneas māmatis vel ad tecta coctilibus laterculis fundamentisq̄ aut quę rota fiunt.

Figura a fingo dicit forma aspectus qualitas. Unde figurę apud grāmaticos: et figurę sentētia℞. Col. li. iiij. ad herē. Sūt igit tria genera q̄ nos figuras appellam⁹ in quib⁹ oibus ratio nō vitiose ꝯsumit. Unā grauē: alterā mediocrē: tertiā attenuatā vocamus.

Figuro as. pe. pro. formo ꝛ figurā impono. Lact. lib. ij. Hominē figurauit ex limo terrę. Et oro figurata dr ꝑ figuras facta. Figurate aduerbiū significat ꝑ figuram. Cōposita sunt configuro: quod est compono ꝛ simul formo. Idem lib. vj. Quoniā homo ex rebus diuersis ac repugnantib⁹ configuratus est anima et corpore. Perfiguro de quo infra.

Filum proprie quod ex ligno lana ve trahendo ducit: hoc est linamentum. Luci. Surge mulier duce filum nō malū. Aliqñ ponit ꝓ linea. Var. Sūptoq̄ atramento sutorio filū duxit. Hinc filo as. cuius passiuū ē filor: a quo Effilo. Effilatum eñ dicimus qd extra vestimētū filo cōtextū est qd rectū quoq̄ a quibusdā dicit. Est autē filare filū ducere.

Filistim regio quę nunc dicit Ascalon: et ꝯtra regionē palestinorum.

Filix genus herbę satis notę. Colu. lib. ij. Iunci ꝛ graminis pernicies repastinationē filicis frequēs extirpatio. Nam cōstat filicē sationibus ꝛ stercoratione facilius interimi. Huius diminutiuū ē Filicula.

Fimbria omnis vestium extremitas. Antiqui fimbrias dicebāt extremū. Unā i vestimentorum fimbrię: et i iecore extremę partes fibrę nūcupant. Fimbriata vrticę folio esse scribit Pli. Ex quo colligim⁹ qualis sit positura ꝛ flexura fimbriarū. Fimbria quoq̄ nomen fuit romani ciuis crudelitate insignis.

Fimus letamen dicitur.

Fimum quod nos fritillum et alueolū dicimus in quo coniecte tesserę agitatęq̄ miscentur. Horati. Mitteret in fimum.

Fingo is. xi. ctum. compono formo. Unde ꝛ figuli dicuntur: ꝛ vas fictile quod formatur vt sit ꝛ aliquam formam habeat. Salusti. Quę natura ventri prona atq̄ obedientia finxit. Lact. lib. j. Itaq̄ hoīes eorū simulachra finxerunt vt haberent aliquod ex imaginum contemplatione solatium. Est eñ generale vocabulum ad omnia quę ingenio manuq̄ artificiose formant. Cice. lib. j. offi. Apium examina nō fingendorum fauorum causa congregantur: sed cū congregabilia natura sint fingūt fauos. Et fingere simulare est: quoniam ea quę simulamus: ita formamus atq̄ cōponimus vt vera esse videant. Cice. de fi. bo. Talibus exemplis non ficte solum fabulę: sed etiam historię refertę. Hinc fictio fictum ꝛ figmentū. Hui⁹ verbi composita sunt Affingo: quod est supra fingo vel compono. Lactā. li. iiij. Nihil nos affingimus: nihil nos addimus: Habeant hęc qui fecerunt: legant in quos hęc dicta sunt. Confingo simul fingo simulo. Ter. in phor. Omnia hęc cōfingam quod erit mihi bonum atq̄ commodum: cum tu horum nihil refelles vincam scilicet. Diffingo quod fictū formatumq̄ fuerat remoueo. Hor. lib. ij. car. Neq̄ diffinget infectumq̄ reddet. Seneca. Dissipatum instaurat atq̄ diffingit: id ē in diuersas formas fingit. Effingo de quo supra.

Findo is. fidi fissum: per duplex ss. significat scindo. Cicero lib. iij. Curabis vt preacutissima falce ab ea ꝑte qua bifurca est scindas eam. Huius composita sunt Diffindo: quod est in diuersas partes findo. Virg. Et media liquefacto tēpora plūbo Diffidit: ac multa porrectū extēdit arena. Infindo: intus findo. Idē Quę iubeant telluri infindere sulcos. Fissile fissura et quadrifidus deriuatiua sunt.

Finis generis tam mascu. q̄ femi. Virg. Quem das finem rex magne laborū. Idē. Hęc finis priami. Et est finis termin⁹ siue extremitas in vnaquaq̄ re: hoc est id in quo vnaqueq̄ terminatur res. Sic dicitur

finis terminationis: Sicut pratum dicitur finiri vbi terminatur: vt apud Esaiam. Cuius regni nō erit finis. Est ꝛ finis cōsumationis. Vñ dicimus domus finitā qñ consummat̃. Et vestis finita est qñ cōsuta est vt indui possit. ps. Ois ꝯsummatiōis vidi finē Rursus est finis cōsumptionis. Sic dicim⁹ cibū esse finitū ꝛ candelā finitā: qñ cōsumpta est: vt in Geñ. Finis vniuerse carnis venit corā me. Est ꝛ finis intentiōis: sic dr̄: talis est finis hui⁹ operarij. i. intentio: vt apud Iob. Sicut mercenarius pręstolatur finē operis sui. Hinc artifices finē vocāt id ad quod oīa referunt̃: ꝛ cuius gratia cetera fiunt: vt finis medici est curare: finis oratoris est bene dicere. Cōposita ab hoc noīe sunt affinis ꝛ cōfinis pe. pro. Vñ ꝯfines agri dicunt̃ qui eodē loco finiunt. Hiero. in ꝓlo. lib. Re. Syrorum quoq3 lingua ꝛ chaldeorum quę hebręę magna ex parte confinis est.

Finio is. iui. itum. perficio. Apulei⁹ Siue opus finiā: qđ incepi. Aliqñ finire est terminum ponere metari. Unde finitores. Huius verbi cōposita sunt definio: diffinio: et pręfinio.

Finitor pe. cor. dicebatur qui nunc Agrimēsor. Plau. in penu. Eius nunc regionis limites cōfinia determinabo eius rei ego factus sum finitor.

Finale quod ad finem pertinet. Unde finalis causa.

Finitimus a. um. pe. cor. quod ꝓpe est. Liui. li. j. Iam res romana adeo erat valida vt cuilibet finitimarum ciuitatum bello par esset.

Fio is. factus: significationē passiuam habet. Hiero. Equoꝝ cursus clamore pernicior fit. i. efficitur: grecū tamen est φυω φυσω επι του μελλοντος καὶ πεφυκα εν τω παρακειμενω. Et infinitiuo Fire habet ſm rectam declinationē: quod patet per eius composita Confire et Suffire: licet ꝛ confieri dicat̃. Virg. libro. iiij. Confieri possit paucis aduerte docebo. Quę duo ꝛ si a verbo passiuā significationem habente descendant: actionem tamē denotāt. Virg. At suffire thymo cerasq3 recidere inanes. Quis dubitet. Confio tñ in passiua significatione reperitur ꝓ cōficior: vt apud Macro. Oportet diem qui ex quadrantib⁹ confit intercalare. i. ꝯficit̃. Col. lib. ij. Tria stercoris genera sunt ꝑcipua quod ex auibus: quod ex hoibus: quod ex pecudibus confit. Defit: de quo alibi. Ex fio: infit incipit. Habet enim significationē actiuā. Li. lib. j. Tū ita Tullus infit. Antiqui tñ fior dixerunt: vnde Cato censorin⁹ de lucio inquit. Greco ritu fiebantur saturnalia. Cuius infinitiuus est Firi pro quo vt Pris. docet interposita e dicimus de vsu fieri. Construitur modo cum ablatiuo: vt hoc factū est a te. modo cum noiatiuo: vt ille fit doctus. Ponitur quandoq3 pro estimor. Cice. in Lel. Tertius ꝟo ille finis teterrimus vt q̄nti quisq3 se ipse faciat: tanti fiat ab amicis. Quandoq3 pro appareo ꝛ innotesco. Apostolus ad ro. Ut fiat supra modū peccans peccatum per mandatum. Et illud fiat deus verax. i. appareat innotescat. In tertia persona quandoq3 pro euēnit contingit. Idem lib. j. offi. Fit aūt interdum: vt nōnulli omissa imitatione maioꝝ suorum quoddā institutum cōsequant̃. Fieri potest: ꝓ possibile est ab oratoribus vsurpatur. Habet fio ea composita quę facio: vt calefio: frigefio ꝛc̃.

Firmus stabilis: constans a ferendo dictus ꝙ constanter oīa ferat. Hinc firmitas: quę ꝛ firmitudo dicit̃ ꝓ stabilitate ꝛ constantia. Plau. Si istā firmitudinē animi obtines salui sumus. Itē firmus dr̄ munitus fortificatus. Ci. Firmus ab equitatu: qđ est munit⁹ ab equitibus: firmus per equites. Et est ornatus dicendi modus vt Cicero fuit clar⁹ ab eloquētia. Huius contrariū est infirmus. i. debilis.

Firmo as. stabilio fortifico. Liui. Firmatq3 eū aphricis maxime pręsidijs. Lactan. libro. iiij. Superest vt ꝓbis facta firment̃. Hui⁹ cōposita sūt affirmo: cōfirmo ꝓ approbo roboro. Lact. li. iiij. Debet ergo doctor ille pfectus ꝛ docere ita pręcipiēdo ꝛ cōfirmare faciēdo. Et ꝓ certifico. Ci. Treba. Balbus mihi confirmauit te diuitē futurū. Infirmo nō firmo: siue deficere cadere ve facio. Lact. li. v. Ubi autē religiōis eius ꝯtra quā porabat infirmare voluit rationē. Refirmo rursus firmo. Offirmo de quo infra.

Firmamentum soliditas ꝛ stabilimentum. Cice. libro primo ad heren. Nam in ea nec ratio quare fecerit queritur: nec firmamentū queritur quoniā nō subest ratio. Vñ firmamentū dictum est cęlum a firmitate. August. Hoc sane nouerint nec nomen firmamenti cogere vt stare cęlū putemus. Firmamentū eñ non ꝓpter stationē: sed ꝓpter firmitatē aut ꝓpter intransgressibilē terminū superoꝝ et inferoꝝ aquarū vocatum intelligere licet.

Fisci fiscinę ꝛ fiscellę sunt vasa ad maiores summę pecunias capiendas q̄ marsupia. Unde quia maior summa est pecunię publicę q̄ priuatę: dicitur Fiscus pecunia publica: ꝓprie tamen apud idoneos auctores fiscus principis dicitur ęrarium vero publicum. Pli. ad Traia. At fortasse non eadē seueritate fiscū q̄ ęrariū cohibes: immo tāto maiore q̄nto plus tibi licere de tuo q̄ de publico credis. Iurisconsulti scribūt res fiscales quasi proprię ꝛ priuatę ꝑncipis sunt Inde confiscari solet dici in publicū ius ęrarij redigere. Sue. in Aug. Deuictisq3 his ꝛ cōfiscatis promissa veteranis premia soluerentur.

Fiscale qđ ad fiscū ꝑtinet: vt ius fiscale: fiscalis causa.

Fiscina penulti. cor. a fiscus pręter regulam aliorum a ꝑmitiuis habētib⁹ c. descendētiū: vt Mancus mancinus. Est autē fiscina genus vasis ꝓ capiēda maiorē sūmę pecunia. vñ Asco. Sporę sportulę ꝛ sportellę nummoꝝ sunt receptacula: Et sacci sacculi ꝛ sacelli: crumenę manticę ꝛ marsupia. Ita fisci fiscinę fiscellę. Fit aūt plerūq3 ex iunco qđ alij canistrū: alij calathū dicūt. Virg. Et facilis rubra texat̃ fiscina virga Dicta est fiscina vt inquit Var. a ferendo. Ea nāq3 ferūtur palee: fenū frondes ꝛ id gen⁹ reliqua. Ouid. Vñ data est ęgre fiscina frondis oui. Et Pli. Frōdarias fiscinas quattuor implere frondatorem iustum esse autumat. Fiscina item olei factores vtuntur: vt Idē libro decimoquinto ostendit. Hui⁹ diminutiua sunt Fiscella et fiscinula.

Fiscella vas vimineum aut ex iuncis: quo lac colatur dum caseus imprimitur vel in quo casei ferunt̃. Hiero. ad Rusti. Vel fiscellam texe iunco vel canistrum plecte viminibus. Tibul. Tunc fiscella leui detexta est vimine iunci Raraq3 per nexus est via facta sero. Fiscella etiā e viminibus funiculisve contexta: dicit̃ qua boum ora faucesq3 iumentorū capistrant̃. Pli. lib. xviij. Fiscellis capistrari boues oportet ne germinum tenera decerpant.

Fiscellus ab antiquis dicebat̃ casei mollis appetitor. Quo nomine etiā dictus est mons in italia non longe a Tyberi.

Fison fluuius quē nostri Gangem vocant de paradiso exiens. Uide Phison.

Fissile quod fissum est: vt fissilis arbor. Plini⁹ lib. xvj. Milleq3 fissile rimis hoc lignū. Quāq3 dicitur fissile pe. cor. qr̄ findit̃ quasi fissibile. Idē pauloante. Hę maxime fissilia alia frangi celeriora q̄ findi. Virg. Nā primi cuneis scindebant fissile lignū.

Fistula proprie dicitur per quam aqua educitur fusa a fundendo siue ferendo sicut Tubi a tumore et canales a canna ꝙ ad earum similitudinem facti sunt ego tamē grecum puto συσαω inflo fitum dicunt vulgo. Hier. lib. ij. Re. Tetigisset domatū fistulas.

A cuius similitudine instrumentũ musicũ quo flatu canitur. Cui⁹ pan dicitur inuentor fuisse. Virg. Septẽ cõpacta cicutis fistula: et vlcus altũ angustum ⁊ callosum in corpore fistule nomẽ sortitur siue ex vulnere sit: siue ex vitio ortum quoad suppurationem venerit. Et fistula in hoie ꝑ quã spirat̃: seu cib⁹ deiicitur. Nam duas esse fistulas scribit Lact. lib. de opi. hõis spiritualẽ .s. ⁊ cibalẽ illa spiritũ meare: hac cibũ potumq̃ descendere. Et he a faucib⁹ incipiũt. Spiritalem Cor. asperam arteriam noiat. Sed alia aliĩ ẽ superposita. Nã interior gula vocat̃: que a celso stomachus nũcupat̃: q2 stomacho cõnectitur: ⁊ per quã cibus demittit̃. Exterior vero Epiglossis dicit̃. Que operculũ habet carthilaginosum: quod claudit foramen cũ cib⁹ vorat̃: hoc sublinguiũ: siue lingua minor appellatur. Rursus fistula arbor aromatica: sed parua que ⁊ cassia dicitur: que pro sui breuitate a quibusdam inter herbas odoriferas numeratur: ⁊ ad curãdas viscerũ molestias valet.

Fistulator accipit̃ pro tibicine: vt est apud Gelliũ.

Fistulo as. fistulã ago: ⁊ in modũ spongie quicq̃ facio. Pli. Et pumicis fistulãs vice.

Fistulosus a. um. quod est spongie modo factum: hoc est foraminibus plenũ. Col. lib. viij. de Caseo. Dein de quo tenerior permaneat: clauso neq̃ vẽtis obnoxio loco stipat̃ per cõplura tabulata: Sic neq̃ fistulosus: neq̃ salsus: neq̃ aridus ꝓuenit. Quorũ vitiorũ primũ solet accidere si parũ pressus. Scõm si nimio sale inbutus: tertiũ si sole exustus est.

F Ante L

Flabrum quasi flatio a flo as. Prop. Neq̃ hic boree flabra: neq̃ arma timet: id est flantes ventos. Virg. Nec flabra nec imbres. Verũ Ser. Putat tñ flabra numero plurali dici.

Flabellum diminutiuũ a flabro: et accipitur ꝓ instrumento: quo fit ventilatio per estatẽ ad refrigerandũ corpus. Terẽ. Heus tu dore cape hoc flabellũ ⁊ vẽtulũ huic ita facito dũ lauamur. Oui. de arte. Profuit ⁊ tenui ventos mouisse flabello.

Flaces oliuarũ purgamenta. Plini. In amurca ⁊ flacibus he sunt carnes ⁊ ille feces.

Flaccum dicit̃ tritũ. Et flacco habere: quasi ad terẽdũ habere. Plau. Perij flacco habebit iam illic homo lumbos meos. Hinc fit deflacco as.

Flaccidus a. um. a flaccis dicit̃ qđ est languidũ. Unde flaccidi siue flacci dicunt̃ quorũ aures pendule ⁊ non arrecte sunt. Col. lib. viij. Caper flaccidis ⁊ ꝑgrauãtibus aurib⁹ exiguo capite habet̃ optim⁹. Hinc cognomẽ familie romane ductũ est: vt flacci appellãt̃: qui aures deorsum pendentes habent.

Flacceo es. cui. langueo. Hiero. in Esaia. Et erũt irrigua eius flaccẽtia: a quo flaccesco languid⁹ fio. Col. lib. iij. Paucis deinde horis dũ flaccescat in sole habeto. Deinde in vmbra assiccato ⁊ ita ꝯdito. Cõpositũ est Conflacceo quo vsus est. Gel. lib. j. pro detumesco. Nã fluctus inquit qui flãte aquilone maximi ⁊ crebrissimi excitant̃ sil' ac ventus posuit sternũt̃ et ꝯflaccescunt: ⁊ mox fluctus esse desinũt.

Flagella diminutiuum a flagris summe arborum partes et virge siue capita minorum sarmentorum vbi nascitur vua: ꝙ caro his ꝑcussa flagret: q̃uis aliqui a flando potius dici velint: ꝙ ventorum crebros sustineant flatus. Colu. libro. v. At certe in ordinatis vitibus vtiq̃ obtinendum est: ne pluribus flagellis emucientur nisi si propaginibus futuris prospiciemus. Var. libro. j. de re rus. Emucidũ sarmentũ propter infirmitatem sterile neq̃ ex se potest eiicere vitem quã vocant minorẽ flagellum: maiorẽ etiã vnde vue nascuntur palmã priore littera mutata in d. dalma a venti flatu dicta.

Flagello as. quasi flagello cedo. Sicut verbero a verbero et fustigo a fuste. Et flagellare increpare ẽ atq̃ personare.

Flagro as. ardeo a flamma vel a flatu quo alitur incẽdium quãdo flatu excitatur ignis. Virg. Flagrãtisq̃ dei vultum. Transfertur qñq̃ ad desideriũ amoris odij/ire/virtutis/aut vitij: Lact. lib. j. Quid Apollo pater eius nonne ob amorem quo flagrabat turpissime gregẽ pauit alienũ. Et lib. vij. Qui auaricia inopum inexplicabili quadã siti flagrãt. Liui. li. ij. Ciuitas secũ ipsa discors intestino inter patres plebemq̃ flagrabat odio. Hui⁹ cõposita sunt Conflagro: qđ est totũ simul flagro. Lact. li. iij. Capitoliũ nõ semel sed sepi⁹ fulmine ictũ ꝯflagrauit. Deflagro de q̃ sup̃.

Flagratores dicebantur illi: qui mercede flagri cedi se pertimebant.

Flagriões: dicti sunt serui ꝙ flagris subiecti sint vt verberones a verbere.

Flagitium est vitium flagitatione .i. reprensiõe dignũ. Nã flagitatio ad strepitũ dr. Flãma eñi flagella ⁊ flagitare .i. personare dici intelligim⁹ qm̃ sine sonitu nõ sunt. Est ⁊ flagitium generale ad oĩa mala. Cic. in Cato. Stupra ꝟo ⁊ adulteria ⁊ omne tale flagitium nullis aliĩs illecebris excitari nisi voluptatibus. Aliquando significat errorem: vt pute rem vel flagris vl' increpatione dignã. Cic. Tantã ne obliuionẽ inquit in scripto ꝑsertim vt ne legens quidẽ senserit quantum flagitiũ admisisset.

Flagitiosus sceleratus. Salusti. In tanta tamq̃ corrupta ciuitate id quod factu facillimum erat omniũ flagitiosorum atq̃ facinorosorũ circum se tanq̃ stipatorum cateruas habebat.

Flagito as. a flamma deductum videtur: vt sit quasi flãmas agito. Flagitare eñi proprie est vehementer cum instantia clamore ac strepitu poscere cum flagella flãma et sine sonitu crepituq̃ nõ sint vt docet Donatus in eu. Teren. Lact. lib. iiij. Succlamare ceperunt ⁊ crucem eius violẽtis vocibus flagitare. Hiero. in prolo. paral'. Deniq̃ cum a me nuper flagitassetis vt vobis paralipomenon latino sermõe trasferrem. Habet hoc verbum in se maiorẽ vim q̃ postulo. Et qñq̃ actõ tñ iungitur: vt Cice. pro Quintio: Eq̃ hoc causa postulat: ⁊ si postulat nõ tñ flagitat: Qñq̃ habet actm̃ cum ablatiuo mediãte ꝑpositiõe Cesar com. i. Interim q̃tidie Cesar ab heduis frumẽtum qđ essent polliciti flagitat. Qñq̃ construit̃ cum duob⁹ accusatiuis: vt apud Sue. in Vitel. Tũ feneratorũ ⁊ stipulatorũ publicanorũq̃ q̃ vnq̃ se aut rome debitum: aut in via portoriũ flagitassent vix vlli pepercit. Huius cõposita sunt. Conflagito. Pli. libro. xxx. Tanta populi romani ꝯtumatia fuit: vt magnis theatri clamorib⁹ reponi apoximenon cõflagitauerit. Efflagito: de quo supra.

Flamma a greco φλεγω φλεξω ardeo. Inde Flammifer. Ponitur interdũ methaphorice flamma pro periculo. Ci. li. ij. tus. Quid de cupiditate honorum loquar: Que flãma est ꝑ quã nõ cucurrerint hi q̃ hec olim punctis singulis colligebant. Idem in Bruto dixit. Galbam eripuisse sese de flamma iudicij: cum significare vellet eum liberatum esse a periculo iudicialis damnationis. Terẽ. in eu. Ex flamma te petere cibũ posse arbitror. De fumo tendere ad flãmam significat ire in periculum.

Flammeus a. um. Colu. lib. vj. Quedam partes eius regiõis sic infestant̃ euro quẽ incole vulturnũ appellant: et nisi vites tegminibus opacent̃ velut halitu flammeo fructus vratur.

Flammiuomus a. um. pe. cor. qđ flammas vomit.

Flammeum genus veli rubri seu crocei qđ gestabatur

a mulieribus nuper nuptis: sic dictum ꝙ eo assidue vtebatur flaminica. i. flaminis vxor cui non licebat facere diuortiū. Et eodem modo tegebatur nupta flameo: vt perpetuo cū viro maneret. Luc. de Martia iterū nubente catoni: Lutea demissos velarūt flamea vultus. Huius diminutiuū est flameolū. Iuue. Sedet illa parato flameolo.

Flaminiū tegumen quo matrone capita tegebant.

Flaminica sacerdotalia: siue flaminis dialis vxor.

Flaminia flaminis domus. Et flaminia via rome a flaminio dicta.

Flamearius infector flamei coloris viole lutee que flamea appellatur: que ꝛ luteola a nostris dicitur: sicut violarius qui violacea tingit. Hinc flamea appellabāt vestimēta lutei coloris: quibus flaminica vtebatur a quo ꝛ vestes quibus amiciebātur noue nupte similiter vocabantur flaminice.

Flaminius sacrorum ꝑminister. Est etiā proprium nomen ciuis romani: a quo via flaminia: arcus flaminius ꝛ forum flaminium.

Flamatica arbor fulmine icta.

Flamen neu. gene. flatus dicitur: siue voci ducta foramina musicorum instrumentorum. Hora. Cur berecynthee cessant flamina tibie. Masculino autem sacerdotem significat. Et flamines cognomē accipiūt ab eo deo cui sacra faciunt: vt flamen dialis a dio. i. ioue quasi Iouialis Martialis a marte ꝛ quirinalis a romulo. Aug. lib. ij. de ci. dei. scribit romanos tres tantū flamines instituisse tribus numinibus dialē ioui. Martialē marti. Quirinalē romulo: dicti flamines sacerdotes a filo quo cinctum caput habebant: vt docet Var. Seruius sic habet. Flamines in capite habebāt pileū: qđ cū per estus ferre non possent: filo tantum capita religare ceperunt. Nam nudis penitus capitibus incedere nefas fuerat. Vñ a filo quo vtebātur flamines dicti sunt quasi filamines.

Flāmo as. flāmam produco. Virg. lib. iij. geor. Exilit in siccū et flammantia lumina torquēs Seuit agris. Hinc cōponitur inflammo qđ est valde vel intus flammo. Ci. Curioni. Non feci inflāmandi tui causa: sed testificandi amoris mei.

Flāmescere ē flāmā fieri accēdi. Vñ in hymno dicimus flāmescat igne charitas: acendat ardor proximos.

Flandria germanie regio ad littora oceani septentrionalis posita Varios habet populos qui prisco nomine Cymbri dicti sunt.

Flator: et flatus. Vide in dictione Flo as.

Flauus color ex viridi rufo et albo concretus: hoc est fuluo clarior qualis est color auri. Et attribuitur quandoq; melli. Mar. Flaua mella: quandoq; capillis. Ouidius libro. ij. fasto. Forma placet niueusq; color flauiq; capilli. Quādoq; bladis maturis. Virg. lib. j georg. Nec illū flaua ceres alto nequicq; speccat olympo. vbi. Ser. Flaua ceres dicitur ꝓpter aristarū maturitatē. Sic flauam aquam flauas frondes olearum dicimus. Virg. lib. iij. geor. Turbidus ꝛ torquens flauentis hister arenas.

Flaueo es. flaui: fulgeo ꝛ auri colorem reddo a flammo ꝙ sit color non dissimilis flamme: vel a flando ꝙ flata metalla cum colorem habent. Col. lib. ij. Sed equaliter flauentibus iam satis anteq̄ ex toto grana indurescant cum rubicundū colorē traxerūt: messis facienda est.

Flauescere est flauum fieri. Virg. Molli paulatim flauescet campus arista.

Flecto is. xi. xum. inclino/ voluo/ duco. Teren. in hecy. Istuc ē sapere vbicūq; opus sit possis aīm flectere. Virg. li. ij. geo. Et ipsa flectere luctantis inter vineta iuuēcos. Ser. Cū quadā moderatione ducere ne tenera adhuc virgulta cōcutiantur. Huius cōposita sūt Circūflecto: Circūplico: Circuo. Virg. Prestat trinacrij metas lustrare pachinni Cessantē lōgos ꝛ circūflectere cursus. Deflecto de q̄ sup̄. Inflecto. Aug. li. viij. de ci. dei. Socrates p̄mus vniuersam p̄hiam ad corrigēdos cōponēdosq; mores inflexisse memoratur. Reflecto in idē flecto. Offlecto de quo infra.

Flexo is. xi. xum. eiusdem significationis est cū flecto. Prisci. A necto tñ nexui qđ inde etiā necto nexi dicētes ꝛ nexus: vt flexo flexi ꝛ flexus.

Flexile penulti. cor. quod flexum est: vt vitis flexilis ꝙ flexa sit: et lapsu erratico torqueatur.

Flegeton. Vide phlegeton qr grecū est.

Flegma. Vide in phlegma. Suidas. φλεγ́μα οσ λεγεται προτον απο τροφησ πρωτον γαρ απο τροφησ το αιμα το και φλεγμα πρωτον των απεπτων εστι δε καὶ αλλὰ απεπτα απο γαρ φλεγ́ματοσ μεταβαλ λεται οξυσ χὸμοσ περιτον στο μαχου εσσιγουν ουχ απλωσ πρωτον αλλα των τραπεπτων.

Flema dicitur cum ex labore vie sanguis defluit circa talos.

Fleo es. eui. etum. cum lachrymis plango. Ideo tātū hominū est: sicut rideo. Hinc fletus participiū. Vir. Hic multum fleti ad superos belloq; caduci. i. nobiles ꝛ cōspicui quorum mortē magna lamētatio sequitur. Fletus substantiuū. Compositū est defleo: quod est valde fleo. Cice. lib. j. tus. Nō exercitu amisso nudus in seruorū ferrū ꝛ manus incidisset: nō liberi defleti non fortune omnes a victoribus possiderentur grecū est κλαιω μκλαυσω.

Flebile: quod dignū est vt fleatur: a quo flebiliter aduerbium cum fletu.

Fligo is. xi. ctum. affligo quo vsi sūt antiqui. Vnde et flictus ꝓ afflictus. Sirius. Galea horrida flictu. Aduerse ardescit galee. Li. Ipse se i terrā fligit cadens. Cuius cōposita sunt Affligo: cōfligo: infligo: ꝛ ꝓfligo q̄ habēt pe. pro. Est aūt affligere ꝓprie ꝓsternere et in terram extendere. Pli. At canis ille horrentibus p totum corpus villis ingenti primū latratu intonuit: mox in ceruicē assultans contraq; belluam exurgens hinc et illinc artifici dimicatione qua maxime opus esset infestans atq; euitans donec assidua rotarum vertigine afflixit ad casum eius tellure concussa. Cesar. Neq; si quo afflicte casu fuerint erigere sese atq; eleuare possunt. Per translationē ponitur ꝓ perturbare vexare. Seneca. Et animū varijs curis afflictū oratione lenitē. Hinc afflicto as. frequētatiuum: de quo ꝛ alijs cōpositis locis suis.

Flo as. aui. atum. spiro. Hinc flatus tus. pro spiritu ꝛ flatus ventus qui ꝛ ipse spiritus est. Et flatores antiquitus tibicines dicebantur: ꝙ flando tibias sonarent. Et flabellum. Aliquando flare signare est: ꝙ es siue aurum siue argentum flando: hoc est flatu calefaciendo signetur. Hinc flatū es ꝛ flata pecunia dr. Eius cōposita sunt Afflo qđ est aliquid spiro. Cic. in cato. Cum admiraretur lysander ꝛ proceritates arborum ꝛ directos in quincuncē ordines ꝛ humū subactam atq; puram ꝛ suauitatem odorū qui afflarētur e floribus. Et in hymno. Impleta gaudent viscera afflata sancto spiritu. Per translationē. Lac. lib. vij. Non vidisse nec comprendisse philosophos veritatem: sz ita leuiter odoratos: vt tñ vnde eos odor ille sapientie tam suauis: tam iucundus afflauerit: nullo modo senserint. i. attigerit vel asperserit. Vir. Namq; ipsa decoram cesariem nato genitrix lumenq; iuuēte purpureum ꝛ letos oculis afflarat honores. i. flando dederat. Difflo: flatu dispgo. distribuo. Plau. Cuius tu legiones difflauisti spiritu. Lucil. lib. xxvj. Pars difflatur vēto: pars aūt obrigescit frigore. Deflo deorsum vel valde flo. Var. Vas fictile eo ꝙ est leuissimū

ac summū deflatum vt traijciant in alia vasa. Inflo Turgefacio quales sunt vtres vento distēti. Etransferturq͂ ad animū. Lac.li.vj. Si efferat ira: supbia tumid⁹ inflef. Tractū a folle q̇ flatu turgescit. Hinc inflare ꝓ pulsare siue tibia canere. Virg. Tu calamos inflare leues ego dicere versus. Perflo valde flo: siue multū cōmoueo. Idē. Et terras turbine perflant. Reflo retro vl' ꝯtra spiro. Ci.li.j.tus. Sin aūt reflantibus ventis reijciemur eū eodē paulo tardius referamur necesse est. Idem lib.ij.offi. Nam cū prospero flatu eius vtimur ad exitus prouehimur optatos. et cum reflauerit affligimur. Sufflo subtus spiro: siue superflo ꝛ turgefacio. Nonius. Sufflatū dicitur tumidum ꝛ quasi vento quodam latius factum Et sufflare flatū facere. Aug.lib.xij.de ci.dei. Quid est aliud sufflare q̄ flatum facere. Idem paulo ante Et cum virum terreno formasset ex puluere eiq͂ animam sufflando indidisset: siue potius sufflando fecisset. Conflo ꝛ efflo alibi. A sufflo etiam sunt duo cōposita insufflo ꝛ exuflo.

Floces vini vuarū purgamenta hoc est vinacee sicut flaces oliuarum: fex a vinaceis expressa. Cecil. Aedepol ego neq͂ florē: neq͂ floces volo mihi: vinū volo. Gel. Appludā edit: et floces bibit.

Floci lanarum particule diuise a velleribus inutiliter euolātes: ꝛ per diminutionē floculi. Var. Diligētiores tegeticulis subiectis oues tondere solent ne qui floci intereāt. Pli. Nascunf in robore pilule nucib⁹ nō absimiles intus habentes floculos molles lucernarū luminib⁹ aptos. Nam ꝛ sine oleo flagrant.

Focifacio ꝛ flocipendo a floco ꝓ cōtemno: et in nulla estimatione habeo. Plau. in epi. Dū tibi ego placeā atq͂ obsequar meū tergū flocifacio.

Flora dea quedā a romanis in honore habita.

Floralia eius dee ludi seu festa. Floralia etiā dicuntur loca in quibus sunt flores. Var.lib.j.de re.rus. Nec minus ea discrimināda in ꝯserūdo q̄ sunt fructuosa ꝓpter voluptatē: vt q̄ pomaria ac floralia appellanf.

Flores dicti sunt qui ex arboribus vel herbis colliguntur. Cui⁹ diminutiuū Flosculi.

Floreus a.um. quod est totū ex floribus.

Floridus a.um. quod floribus abundat. Tibul. Cum posti florida serta darem.

Floreo es.rui. Florere est floridum esse seu flores habere. Ci.li.j.tu. Segetes largiri fruges: florere oia: fontes scatere. Per trāslationē florere est splēdere: aut in aliq̄ ꝓsperitate esse: siue excellere. Cic.in Lel. Magnāq͂ greciā que nunc quidē deleta est: tū florebat institutis ꝛ preceptis. Lact.lib.v. Iniusti ac deū nescientes ꝛ diuitijs ꝛ potentia ꝛ honoribus florēt. Hier. Alium iuuenili etate florentē in amenissimos hortulos precepit adduci. Huius composita defloreo: effloreo: de quibus alibi: et Refloreo qđ est rursus floreo. Est ꝛ floro as. vnde ꝛ ꝓfloro. Gel. Et expectatio te spei suspensum fatigabit ꝛ futuri gaudij fructum spes tibi iam ꝓflorauerit.

Florescere est floridū fieri. Col.lib.v. Ventiq͂ nebulā ꝛ rorem pestiferū celeriter afficcant multūq͂ ad florescēdū ꝛ ad bonitatē vini ꝯfert. Var. li.j.de re.ru. Pratū aq̄ defendi debet anteq͂ florescere incipiat.

Floridare idē qđ florere. Vn̄ prata floridātia dicunf.

Fluo is.xi.xum. proprie decurro. Virg. libro.j.geor. Hec argenti riuos erisq͂ metalla Ostēdit venis atq͂ auro plurima fluxit. Quoniā vero ea que fluunt latius diffundi videnf: fluere qn̄q͂ capif pro latius atq͂ vberius excrescere. Idem libro.ij.georg. Tum deniq͂ dura exerceri imperia ꝛ ramos cōpesce fluentes. Rursus quia q̄ decurrūt quodā modo minui videnf Fluere ꝓ deficere sumitur. Idem. Ex illo fluere ac retro sublapsa referri spes danaum. Hinc fluxa dicimus que instabilia ac momentanea sunt et cito peritura. Et fluere procedere nasci. Lactan.li.ij. Ab hac gente proximi quiq͂ populi multitudine increscente fluxerūt. Item Transire. Hiero. Iam altera fluxerat dies. Huius composita sunt. Affluo. Confluo. Defluo: de quib⁹ supra. Circūfluo: de quo Cic. in Lel. per translationē dixit. Et circūfluere omībus copijs atq͂ in omni rerum abundantia viuere. Proprie: Pli. Id oppidum circūfluit amnis. Aliquando significat cōcurrere. Idem Postq͂ varie vndiq͂ gentes circunfluxere. Hinc circunfluxus pro concursu: et circūfluus qui circumfluit. Diffluo varie fluo. Lactan.lib.vij. Nam si terrenum ꝛ fragile corpus post secessum anime non statim defluit in terram que tabescit ex qua illi origo est. Per translationem luxurior prodigus sum. Itē cōsumor ac deficio. Teren. in heau. Vt illius animū qui nunc luxuria ꝛ lasciuia diffluit retūdam ꝛ redigam. Influo intus fluo. Col. libro pmo. Sed ampla stabula sic ordinenf ne quis humor influere possit. Cesar. A lacu lemāno: qui in flumen rhodanū influit. Cic.in Lel. Per translationem dixit. Quibus blandicijs. C. papirius consul nuper influebat in aures. i. facile introibat vel personabat. Interfluo: in medio fluo. Perfluo ꝛ trāsfluo per medium fluo: spargo non contineo. Terē. Plenus rimarū sum: huc atq͂ illuc perfluo. Profluo de quo alibi. Prefluo antefluo: vnde prefluxus et prefluuiū pro fluore alicuius rei ante facto. Preterfluo vltra vel antefluo. Liui.lib.pmo. Infima valle preterfluit tybris. Quinti. Per translationem libro.xj. Omnis disciplina memoria constat: frustraq͂ docemur si quicquid audimus preterfluat. Refluo retro siue rursus fluo: vnde fluxus ꝛ refluxus. Superfluo superabūdo a quo supfluus a.um. Col.lib.iiij. Per medullā transmittit quicquid aquarū celestiū superfluxit. Subterfluo inferius fluo.

Fluito as.pe.cor. frequētatiuū significat sepe siue continue fluo. Liui. lib.j. Tenet fama cū fluitatē alueū in quo expositi erāt pueri tenuis in sicco aqua destituisset. Et fluitare est supnatare. Pli. Omēs pisces cū sunt extincti fluitāt exceptis anguillis. Aliquādo Fluitare est solui ac relaxari.

Fluus a.um. quasi fluens: sed in cōpositione magis in vsu: vt mellifluus quasi fluens melle.

Fluidus a.um. penulti. correpta: modo fluentē: modo humectum significat.

Fluor: fluxus: et fluxio idem significant: id est profluuium. Aug.lib.vij.de ciui.dei. Sed ibi est dea. Mena que menstruis fluoribus ꝓest.

Fluescere est fluidum fieri: resolui. Aug. li.xxj.de ciui. dei. Agrigentinū Sicilie salem perhibent cū fuerit admotus igni velut in aqua fluescere.

Fluxus a. um. quod est instabile momentaneū et cito periturum. vnde Fluxe res dicuntur. Poet. Nos tibi ne fluxas phrygie res vertere fundo Conamur. Sal. Nam diuitiarū ꝛ forme gloria fluxa ꝛ fragilis habef. Aliquādo capitur pro largo ꝛ minime abstricto. Vnde parthoꝝ vestimenta fluxa fuisse Lucan⁹ scribit: Illic ꝛ laxas vestes et fluxa virorū velamēta vides. Et fluxi dicunf libidinosi molles effeminati. Suc.in Tybe. Drusus animi fluxioris remissiorisq͂ vite erat. Cyprianus. Vsq͂ ad hoc venim⁹ vt in comparatione fluxorū de sanctorū virtutib⁹ disputem⁹. Idē Fluxuras libidines vocat: scribens castitatē esse exarmaturā fluxurarum.

Fluuius: a fluo is. ꝙ fluat semꝑ. Idem quod flumen.

Fluuiale: quod ex fluuio est: vt aqua fluuialis.

Fluuiale: penul.cor. qđ in fluuio viuit: vt piscis fluuiatilis. Fluuiatilis auis. Fluuiatilis arena q̄ in fluuijs ē. Pli. Arene tria sūt genera fossitia: cui quarta pars

calcis addi debet. Fluuiatili aut marine tertia.
Fluuior aris. depo. sumitur pro abūdo: vt apud Josephum. lib. xviij. Nihil interest inter eos an diues fluuiatur: an paup defraudatur.
Flumen similiter a fluo: ꝓprie est aqua fluuij decurrēs: et maior est q̄ riuus. Et flumina dicūtur q̄ perennia sunt: ⁊ continue fluunt. Torrentes qui estate siccant. Sed qñ hoc nomen genitiuo iungit capitur ꝑ fluxu seu cursu. Pli. Ne flumini eius riui effēt impedimēto. Hinc flumētana porta rome quā tyberis vrbem intrās in sinistra ripe parte relinquit: dicta ꝙ Tiberis qñq; in eam influxerit.
Fluentum: paruum flumen: siue decursus aque. Hier. in Josue. Trans flucta iordanis. Amb. li. hexa. Ita ꝙ cū tanta de tris erūpant maximoꝝ fluenta amniū Nilus effuso egyptū stagnās flumine.
Flumineus a. um. vt aqua flumine a q̄ ex flumine colligitur.
Fluminosus a. um. quod fluminibus abūdet: vt regio fluminosa.
Fluctio: catarrhus dicitur.
Fluctus a fluo: et est aqua mota in vnum collecta que vnda dici solet.
Fluctiuagus: qui fluctuando vagatur.
Fluctuosus: vndosus: procellosus: inquietus. Et ꝑ trāslationem fluctuans anima dicitur quemadmodum estuaus cum ira aut curis aut libidine aliove morbo agitatur.
Fluctuare: iactari: cōmoueri: in dubio esse: et instar nauis fluctib⁹ agitari. Vir. lib. ij. geor. Ac late fluctuat ols ere renitēti tellus. vñ Fluctuat⁹ ꝑ iactato. Pli. Delos diu fluctuata vt prodit sola motū terre non sensit. Et li. viij. Fluctuatusq; similis exanimi. Proprie ꝓo est fluctus. i. vndas facere. Plau. in ru. Ita fluctuare video vehemēter mare. Itē significat sup vndas esse. Pli. li. xxxvj. Lapidē e scyro insula integrū fluctuare tradūt: eundē cōminutū mergi.
Flustrum: status maris cū fluctibus non agitatur.
Fluctuatim aduerbiū: iactanter solute. Afra. Volo fluctuatim ire ad illum.
Flute anguille siue murene dicebantur in freto siculo: que grece plote quasi nauigabiles dicunt: ꝙ in summa aqua mergi nō possunt. Macro. Accersebātur murene ad piscinas abusq; freto siculo. Illa em optime esse credunt q̄ sertim q̄ grece plote: latine Flute dicuntur: ꝙ in summo supernatantes sole torrefacte curuare se posse ⁊ in aquā mergere desinunt.
Fluonia. Juno quam mulieres colebant: ꝙ sanguinis fluorē in conceptu retinere putabatur.

F Ante O

Focus a fouendo: vel a flammis dicit id in quo ignis seruatur vel ipsa ignis fomēta. Ouid. li. vj. fasto. At focus a flāmis ⁊ ꝙ fouet oīa dict⁹. Idē. Thure vacēt are stentq; sine igne foci. Tibul. Dū me⁹ assiduo luceat igne focus. Cat. de re ru. Folia subdito i foco calido: sub testa coquito: leniter. Ponit etiā qñq; ꝑ priuatis domib us sicut ara ꝑ templo.
Foculus diminuti uū: qui etiā circunfert a testa testute triuialiter nomē adeptus. Gel. Tum illa foculū corā rege cū igni apposuit ⁊ tres libros ex nouem deurit. Val. max. li. j. Cum carbasum quē optimū habebat foculo imposuisset subito ignis emicuit.
Focula dicunt nutrimenta. Plau. in persa. Nam iam intus ventris fu mant focula.
Foculo as. pe. cor. nutrio seu foueo. Nonius. Focula dicta sunt nutrim enta: vñ et foculare dr vt fouere
Focillus: diminu. est a foculus: a quo focillo.
Focillo as. ⁊ focillor deponēs significat nutrio. Var. li. ij. de vi. pa. Sed suū quiq; cōmodū focillāt. Hinc cōponit refocillo qd est recreo.
Focarius a. um. qd ad focū ptinet. Hier. li. j. Re. Filias vr̄as faciet sibi vnguentarias ⁊ focarias.
Focale penulti. pro. genus ligaminis ad fauces velut fascia quedā collum ambiens: ꝙ fauces perfringere non fineret ⁊ pronūciationi cōduceret. Seneca. lib. iij questionū naturaliū. Videbis quasdā graciles et palliolo focaliq; circūdatos pallētes ⁊ egros. Quintil. li. xj. Palliolū sicut fascias quibus crura vestiuntur: ⁊ focalia ⁊ ligamina auriū sola excusare potest valitudo. Dictum Focale a faucibus a in o mutata. Quidā etiā accipiūt focale pro ferro q̄ ignito crispātur crines. Et sic habet prima cor. cū a foco defēdat Hor. in ser. Fasciolas cubitale focalia: potus vt ille Dicit a collo furtim carpsisse coronas.
Focaneus palmes dicit: qui in fauce vitis nascitur vt est apud Columellā. lib. v. Videtur inquit focaneus palmes qui solet in bifurco medius ꝓrepere. Et idcirco eū predicto vocabulo rustici appellant: ꝙ inter duo brachia sua se diuidit vitis enatus velut fauces obsidet: at vtriusq; duramē trahēs alimēta ꝓripit. Et lib. vj. Focaneus est qui inter duo brachia velut in vena de medio nascitur.
Fodio is. fodi fossum: cauo aro: vt Fodere non valeo: mendicare erubesco. Virg. libro. vj. Seu spumātis equi foderet calcarib⁹ armos. Hinc fouea. Et fodere forare. Hiero. ad helio. Cerne manus iudee quas fixeras: cerne latus romane qd foderas. Huius cōposita sunt Confodio: quod est cauo ferio: siue in totum foro. Plau. in aul. Hic apud me confodere hortum iussi. Sal. inter confertissimos incurrit ibiq; pugnando confoditur. Circūfodio circum cauo. Colu. lib. iij. Arborē quam deposueris sepius circūfodito. Defodio vide loco suo. Effodio: extra fodio. Plau. in aul. Oculos ego hercle istos improba effodiam tibi ne me obseruare possis siquid rerum gerā. Infodio intus fodio aut intus planto: pono seu sepelio. Col. lib. iiij. Campestrē locus alte duos pedes infodiendus est. Hiero. in gen. At ille infodit eas subter terebynthū. Virg. li. ij. ge. Ante supinatas aquiloni ostēdere glebas Q letū infodias viti genus. i. obruas. Perfodio valde cauo: rūpo ferio pforo. Plau. in asi. Vbi parietes perfoderis. Col. lib. xj. Tu grauib⁹ rastris cūctantia perfode terga. Lact. li. iiij. Sz tantūmodo latus eius perfoderunt. Gel. li. ij. Quadringenti oēs tum vna perfossi gladijs aut missilibus operti cadunt. Prefodio ante fodio. Pli. lib. xvij. Prefodere scrobes ante si fieri posset: tanto do nec pingui cespite obducantur. Refodio rursus fodio. Pli. Mus marin⁹ in terras scrobē effossa parit oua ⁊ rursus obruit tra trigesimo die refossa aperit fetūq; i aquā ducit. Suffodio subter cauo. Col. li. ij. Ne ꝑ suē velim̄ impasci qñ rostro suffodiat ⁊ cespites excitet. Transfodio trās: siue vltra ab vno latere ad aliud fodio. Oui. Gemino trāsfodi vulnere pectus. Et hec oīa habēt fo. syllabā correptā.
Fodico as. penul. cor. idem qd fodio. Cice. lib. iij. tu. Nō est eñ in potestate fodicātibus eis rebus quas malas opinamur dissimulatio vel obliuio. Horati. Emamus qui fodisset latus.
Fodina pen. pro. locus vbi quid fodit aut aurifodina vbi fodit aurū. Pli. Odor ex argenti fodinis inimicus oīb⁹ aialibus: sed maxime canibus.
Fecundus a. um. quod fructum facit a faciendo seu ferendo ꝙ ferax sit ⁊ sepe fructum faciat. Ouid. libro. iiij. fas. Fede ferens bos est fecundaq; dicta ferendo. Hinc etiam fetus nomen habere putant. Interdum sumitur pro abundanti ⁊ pleno. Hora. Fecundi calices quem non fecere disertum. Huius contrariū est infecundus non ferax. Vir. li. ij. georg. Sponte sua que se tollunt in luminis auras Infecunda quidem:

Unde infecunditas pro sterilitate: sicut fecunditas pro abundantia. Col. Sepenumero ciuitatis nostre principes audio culpantes modo agrorum infecunditatem: modo celi per multa iam tempora noxiam frugibus intemperiem.

Fecundo as: abundantem seu fructiferum facio. Virgi. lib. iiij. geor. Et viridem egyptum nigra fecundat arena.

Fetus tus: a ferendo: vt inquit Ouidius: seu a fouendo: quia et dum in vtero est et postquam educitur fetus est a matre fouetur. i. calefit. Est autem fetus generale nomen ad omnia animalia etiam si sint oua. Etiam ad arbores. Virgi. lib. i. Geor. Hic segetes illic veniunt felicius vue. Arborei fetus alibi: id est fructus: vt poma.

Fetus a um: plenus. Virg. Loca feta furentibus austris. Et feta mulier dicitur grauida. Idem Non insueta graues tentabunt pascua fetas. Idem dicitur partu liberata hoc est que peperit: vt Fecerat et viridi fetam mauortis in antro. Enixam autem fuisse lac quod pueris prebebatur ostendit. Col. lib. viij. Huic pecudi nocet estus et precipue fete que gelicidio hyemis conceptum fecit. Huius composita sunt Confetus. Festus. Confetus sus dicebatur qui cum omni fetu adhibebatur ad sacrificium. Defetus et effetus de quibus alibi.

Fetuosus a um: quod est plenum fetu. Hierony. contra Iouinianum. Lippientem iam deformem atque fetuosam synagoge typum pretulisse. retinet hoc nomen u. quoniam fetus est quarte declinationis: sic sumptuosus fructuosus luctuosus/actuosus/questuosus. Que veniunt ab aliis declinationibus non tenent u. vt fabulosus dolosus vitiosus portentosus et huiusmodi.

Fetura: genitura et pariendi tempus. Var. lib. ij. de re rust. Appello feturam: a conceptu ad partum: hi enim primi pregnationis et extremi fines. Unde et pro animalium prouentu ponitur. Vir. Si fetura gregem suppleuerit aureus esto. Pli. Optima fetura est post vernum equinoctium. Transfertur etiam ad inanimata: vt feturam pratorum. Idem ad opus suum transtulit: cum in principio ait. Opus natum apud me proxima fetura licentiore epistola narrare constitui.

Fetifico as: fetum facio pario. Pli. lib. x. Accipitres fortius massilie fetificant. vnde et Fetificus a um.

Feto as: fetum emitto. Col. li. viij. Circa paludes in quibus plerumque fetant. Aug. lib. v. de ciui. dei. Cur alios eligunt dies accommodatos ponendis vitibus: alios pecoribus vel domandis vel admittendis maribus quibus equarum vel boum fetentur armenta.

Fedus eris: a ferio vt quibusdam placet: cum e. vt o longa sit: quia ferio e. breuem habeat. Mos enim fuit antiquus vt in federe faciendo porca feriretur. Virgi. lib. viij. Stabant et cesa firmabant federe porca: quidam hoc nomen a fecialibus. i. sacerdotibus deriuant: per quos fiunt federa. Alii a fide: quia in federe interponebatur fides. Et proprie fedus dicitur pax que fit inter dimicantes. Accipitur etiam aliquando pro lege: vt apud Virgi. Regemque dedit qui federe certo.

Federo as: pe. cor. fedus facio. Unde federati dicuntur populi qui federe icto cum populo romano societatem inierunt. Namque inter ciuitates prouinciarum alie federatorum: alie stipendiarie dicebantur.

Fedifragus pe. cor. qui federa frangit.

Fedus a um quod est deforme. Terentius in Eu. Nunc tibi videtur fedus: quia illam non habet. Ponitur quandoque pro Execrando. Virg. li. vij. Auersusque refugit feda ministeria. Quandoque pro crudeli. Teren. in Eu. O facinus fedum. Do. Fedum crudele Ea enim que crudelia sunt et nefaria ipsa crudelitate feda et maculosa dici possunt.

Fedare polluere inquinare quasi foras edere. i. manifestare. Nam feda vel corporis vel animi foras eduntur. Uel fedare foras dare. Vir. Impulerat ferro argolicas fedare latebras. Lact. li. v. per metaphoram. Sed fortasse non ipsius vitium sed poete fuit qui insignes pietate virum insigni scelere fedauerit. Et Fedare lacerare cruentare. Sunt qui hoc verbum a fetu deriuari putent. Quoniam fetando mares polluunt.

Felix a fenus quidam deducunt: conuersione n in l. quasi beatus hoc est diues et fenore plenus. Et dicitur qui prosperitatem habet. Virgilius. Viuite felices quibus est fortuna peracta iam sua. Aliquando dicitur qui alios facit esse felices. Idem. Sis felix nostrumque leues quecumque labores: id est prospera et benigna. Aliquando commodum vtile. Mar. Illa manus quondam studiorum fida meorum. Et felix domino notaque cesaribus Aliquando pingue fecundum. Unde felices arbores que seruntur et fructum ferunt. Huic contrarium est infelix: quod quandoque ponitur pro aduerso. Virgi. lib. vij. Que potui infelix. i. aduersa troianis. Quandoque pro non fecundo. Idem. Infelix lolium ac steriles dominantur auene.

Felicitas: prosperitas: cuius contrarium est infelicitas. Interdum felicitas ponitur pro dea quam romani venerabantur. Aug. lib. iiij. de ciuita. dei. Quid felicitas dea est: edem accepit: aram meruit: sacra ei congrua persoluta sunt.

Felicito: felicem facio. Cuius contrarium est infelicito. quod est destruo quod tam de diuitiis quam de homine dicitur. Plau. in penu. Dii illum infelicitent omnes.

Femina e. mulier a feto as. Hinc femineus a um. et Femininus a um. Diminutiua Femella: feminella: et feminula. A femina etiam fit Effemino.

Fenus oris vsura dicitur a fetu. Nihil enim aliud est fenus quam fetus hoc est partus pecunie. Quidam tamen a fundo: quod cum o. non u. apud antiquos scribebatur quod prouentus fit ex naturali terre fructu. postea vero ad vsuram translatum quasi pecunia per se fructum producat sicut terra. Hinc vsura vorax auidumque in tempore. Plau. in Asi. Nam si mutuo non potero certum est accipiam summam fenore.

Fenusculum: diminutiuum. Plautus Ad danistam adderes fenusculum.

Fenebre penul. ad placitum: quod ad fenus pertinet: vt lex fenebris de credita pecunia. Si quidem crediti nummi alios pariunt.

Fenero as penul. cor. cum acto: et feneror cum datiuo idem significant que tam pro dante quam accipiente sumuntur. Quod est contra Laurentium valla. Hiero. in Ecclesiastico. Qui facit misericordiam feneratur proximo suo. Et postea. Fenerare proximo tuo in tempore necessitatis illius. Cicero. Ut enim benefici liberalesque sumus non vt exigamus gratiam: neque enim beneficium feneramur sed natura propensi ad liberalitatem sumus: id est fenori damus. Mar. Hec sapit: hec omnis fenerat vna deos. Augusti. in psal. interpretatione. Audi scripturam quomodo feneres dominum: fenerat dominum qui miseretur pauperis.

Feneror cum ablatiuo significat ad vsuram accipio: vt est apud li. digesto. xxx). Si autem aliquis eorum voluerit vendere partem suam vel fenerari super eam potestatem habeat vendere coheredi suo: et fenerari ab eo. Res fenerata que ad fenus tradita est.

Fenerator qui dat ad fenus: grece danista vocatur.

Fenératus. tus. Idem quod feneratio: id est mutuatio ad vsuram

Feneratitius a um quod datum est fenori: vel quod ad fenus pertinet. Feneratitia pecunia que ex vsuris collecta est.

Fenum dictum est quod sine cura fenus prebeat: vel quod herbe eedem manentes quotannis nouas pariant. Hinc Fenile pro loco in quo seruatur fenum.

Feneus a um: quod ex feno factum est. Aug. libro. iiij.

con. Popularis glorię sectantes inanitatē: vsq; ad theatricos plausus ⁊ contentiosa certamina et agonem coronarū fenearū.

Fenarius a um: quod ad fenū pertinet: vt falces fenarię quibus fenū secamus: quę aptę sunt.

Fenisex cis: qui fenū secat. Plinius lib. xviij. Igitur cornu propter oleum ad crus ligato fenisex incedebat. Idem fenisecę penul. cor. qui fenarijs falcibus fenum in pratis secat. Col. lib. ij. Ita necubi ferramentum fenisecis possit offendere. Var. lib. j. de re rusti. Herba in pratis ad speciem fenisece nata non modo non euellenda in nutricatu: sed etiam non calcanda. Idem non multo post. Sicilienda prata. i. falcibus consectāda quę fenisece pręterierūt.

Fenisecia ipsa feni sectio ⁊ veluti messis feni. Idē in eodem. Nec primo anno rigari nec pasci ante secunda fenisecia ne herbę vellant: obtritaq; hebetenť.

Feniculū a fenore vt quidā existimant: quasi paruū fenus: ꝙ semen terrę mandatum magno fenore reddat fructum. Greci Marathron vocant: oculoꝝ claritati mire cōfert: angues ꝑ hyemē mēbrana corpori obducta feniculi cibo impedimentū illud exuunt: quod Senectus ⁊ Vernatio appellať.

Feteo es: male oleo. Fetidus male olens. Fetor malus odor. Plautus in Asina. Dic amabo an fetet anima vxoris tuę.

F Ante O

Folium greci φυλλον dicūt. Sed ideo per simplex l. scribitur quia antiqui non geminabant consonantes. Est autē foliū quod in libris ponitur a palmaꝝ folijs in quibus olim scribi solebant: ⁊ greca voce philura appellať. Cuius extremitas margo dicitur: ⁊ pagina vtraq; pars folij. Nam foliū duas paginas habet. Veteres etiā quarundā arboꝝ libris: hoc est corticibus scribere solebāt. Ex quo libri ⁊ per diminutionē libelli: ⁊ codices a codice qui et caudex vocať ex quo cortex extrahitur. Hinc componunť Trifoliū quinq; foliū: grece pentaphyllū. Latifolium quod habet lata folia. Millefoliū grece Miriophylon herba ⁊ huiusmodi multa.

Foliatus a um: quod habet folia. Unde foliatū vnguentum pręciosum: dictū vnguentū nardinū a nardi folio quo confectum est. Hoc Plinius scribit constare omphatio balanino iūco nardo amomo myrrha balsamo. Plau. in Cur. greca dictione signare voluit: cū dixit. Tu petalion. Petalon eñ grece vocāt foliū.

Foleaceus a um: qđ ex folijs factū est. Pli. libro. xviij. Paucis foliacea ⁊ lata vt Atriplici sunt semina.

Follis masculini generis Instrumentū quo attrahitur ventus atq; emittitur ad ignē excitandū. Vir. li. viij. Alij ventosis follibus auras accipiunt redduntq;. His vtunť ferrarię argentarięq; officinę. Vtūtur ⁊ coqui sed paruulis ne opus sit ignem insufflare buccis. Qđ qui faciūt Sufflatores vocanť. Prim⁹ Anacharsis philosophus folles ignis exuscitatores inuenit: vt refert Stra. lib. vij. Et follis siue folliculus dr vter. i. pellis flatu plena Liui. lib. ix. Eques folliculis in castra frumētū veheret. Ibi accipe videť ꝓ sacculis ⁊ crumenis. Rursus follis pilę genus ex pelle atq; inflatione factū ⁊ pugno reddiť a flatu nomen habēs siue ꝙ veteres follē pellē dicebāt ⁊ ꝑ diminutōez folliculū. Mar. Ite ꝓcul iuuenes mitis mihi conuenit etas Folle decet pueros ludere folle senes. Sue. in Aug. in diminutiua forma dixit seperauitq; pilam a folliculo cū pila sit illa pusilla: folliculus sit illa ventu tumescens. Post bella ciuilia ad pilam primo folliculūq; transijt. Quoniā vero follis pugno percutiť pugillatorius follis quandoq; vocať. Plau. Extempło hercle ego te follē pugillatorium faciam: ⁊ pen-

tem cursabo pugnis periurissime.

Folliculus: cum sit diminutiuū a follis: ponitur tamen quandoq; pro vulua. Nam vt Plini⁹ inquit antea vulua vocabatur. Quandoq; pro theca frumēti vel lini vel cuiuslibet alterius rei: quę granū cōtinet inuolutū. Unde apud Exodū legimus linū cū iam folliculos germinaret. Quādoq; ꝓ corpore. Lucal. li. xvj. Et quo folliculo nūc sum indutus nō queo.

Folliculare: pars remi quę folliculo tecta ē. A quo viam folliculariis dicta est.

Fomes itis: a fouēdo: hoc est nutriendo ignem dicitur. Est eñ assula ex arbore excussa dum ceditur. Poniť et pro omni materia sicca in qua facile ignis inflāmatur. Vir. Ac primū silicis scintillam excudit achates Succepitq; ignem folijs atq; arida circa Nutrimēta dedit: rapuitq; in fomite flāmā. Per trāslationez fomes dicitur quicquid excitat nos ⁊ accendit ad aliquid agendum. Gel. Fomitem esse quendā dicens ⁊ incitabulum ingenijs virtutisq; si mens ⁊ corpus hominis vino flagraret.

Fomentū similiter a fouendo: id est calefaciēdo vel nutriendo. Unde fomenta dicuntur applicationes rerū calidarū seu humidarū ad partes corporis lesas ⁊ medendi gratia quę ⁊ fotus appellantur. Pli. Decoctura coꝝ coeliacos iuuat potione ⁊ fotu.

Fons a fundēdo ꝙ inde fundat aquā: tam masculini ꝗ feminini generis. Inter fontē ⁊ puteuz hoc interesse Augu. putat ꝙ omnis puteus fons: nō oīs fons puteus. Ubi eñ de terra aqua manat ⁊ se vsui ꝑbet haurientibus fons dicitur. Si aūt in alto ⁊ in ꝓfundo sit ita puteus vocatur vt fontis nomen non amittat: grece fons πηγη και κρηνη λεγεται vnde pagus simul positę villę id est rusticanę domus plures nomē accępit: ꝙ circa fontes hęc ponerentur.

Fonticulus diminutiuū paruus fons: a quo Fonticellus. Pli. Ubicūq; moueris humū fonticuli scatent.

Fontanus a um: qđ ex fonte est: vt aqua fontana. Pli. Fontanę aquę cyathos duos. Aug. libro. ij. de ciui. dei. Sub hoc tot deoꝝ pręsidio quos numerare quis potest. Numera idigenas ⁊ alienigenas cęlestes terrestres infernos marinos fontanos fluuiales.

Fontinalia: fontiū sacra. Fontinalis porta vrbis romę ob propinquitatē scaturientium fontiuz. Eadem Capena vocabatur. Iuue. Substitit ad veteres arcus madidāq; capenā. Liui. Aediles alteram porticum ad portam fontinalem ad martis aram qua in campos iter esset perduxere.

Forago. penultima ꝓducta a ferēdo filum: quod a textricibus fertur: vt diurnū opus distinguāt. Quāq; ⁊ a forando etiā dici posse videatur.

Foro as: penetro quasi foras do. Col. lib. vj. Amygdala si parum ferax erit: forata arbore lapidem adacito ⁊ ita librū arboris inolescere sinito. Hinc cōponitur Perforo pe. cor. qđ est multū foro. Idez lib. v. Sed aliud est ferramētū quo priores vitē ꝑforabāt. Liui. Una tñ ꝑforata naui. Inforo. de quo alibi.

Foramen pe. ꝓdu. quasi diminutiuū a foribus. Sisen. li. iiij. hist. Neq; porta neq; foramen erat quo posset eruptio fieri.

Foratus us: idem qđ foramen. Lactā. lib. de opi. Oculoꝝ orbes concauis foraminibus cōclusit: a quo foratu frontē nominatā Varro existimauit.

Forum neutri generis a ferēdo dicitur: ꝙ controuersię et res venales illuc ferantur. Et quattuor modis dicitur. Primo negociationis locus: quo venalia ferūtur: vt forum iuliū: forū flāminiū: forū Sempronium ab eorum nominibus qui ea fora custodienda curarunt. Quod etiam in vijs ⁊ locis priuatis ⁊ in agris fieri solet ⁊ vbi res multę variąq; venduntur. Unde forum boarium: in quo boues venduntur: forum bo-

litorium in quo herbe quod erat antiquū macellum quapropter nunc quoqȝ holerum locuȝ lacedemonij macellum vocant. Forum piscariū in quo pisces. Cupedinis forum in quo venduntur cupedia sic enī anti qui lautiores cibos nominabāt. Altero in quo iudicia fieri cuȝ populo agi ⁊ contiones haberi solent: ꝙ ibi iudicia feruntur. Unde cause forenses. Tertio cū is qui prouincie preest forum agere dicitur cum ciuitates vocat: ⁊ de cōtrouersijs cognoscit ac sententiā fert. Quarto tum id forū veteres appellabant: quod nunc vestibulū sepulchri dici solet.

Forum vinariū de quo Var. lib. j. rei rusti. Itaqȝ lect⁹ defertur in forum vinarium: vnde in doliū inane veniat electa in secretā corbulā inde in ollulas addatur et in dolia plena vinaceoꝝ. Col. lib. xij. ait. Torcularia ⁊ fori diligenter emundata lotaqȝ.

Forulum diminutiuū quod ⁊ foriculum apud Varro. lib. de re rust. dicitur.

Foriuliū regio italie que quondā Iapidia dicebatur. Virg. lib. iij. geo. Castella in tumulis ⁊ iapidis arua tim aui. in ea sunt Aquileia. vtinū ciuidale ⁊ tergestū

Forliuium ciuitas in emilia nobilis Galli poete ortu

Forū Cornelij: aliter vrbs emilie q̄ nūc Immola vocat.

Forensia vestes quib⁹ in foro vtebat: sic vt Cenatoria quibus domi vtebantur in cena. Sue. de Aug. Forēsia sbt ⁊ calceos nūqȝ nō intra cubiculū habuit. Alio nomine dicuntur toge forenses.

Foracia: a foro dicitur mulier villatica que fructus ville venales: hoc est pullastros pipiones poma nuces ⁊ huiusmodi in forum defert.

Foras ⁊ Foris: aduerbia primū ad locū: secundū in loco et de loco significat vt egredior foras tu morans foris. Ponitur quandoqȝ foras loco prepositionis Hiero. Foras sepelierunt corpora martyrum A foris fiunt composita. Aforis ⁊ Deforis pe. cor. vt est apud Sen. Et inclusit eum dn̄s deforis.

Forensis duobus modis intelligi potest. Uno cū a foro descendit in quo iura redduntur: vt cause forenses ⁊ forenses qui in foro versantur: quos greci pragmaticos dicunt. Alio cum a foris aduerbio fit. Ambro. lib. j. offi. Non ꝑm forensem abundantiam estimandam beatitudinem singulorum sed ꝑm interiorem cōscientiam. Idem lib. Hexa. Que signis forensibus internam exprimat voluntatem. Sic vestimenta forensia dicuntur a Col. que foris non in domo gerunt Et forensia neutro genere vestis quā ad forum proficiscentes sumebant. Apul. forensi toga indutus accumbebat. Sue. de Aug. Forensia ⁊ calceos nunqȝ nō intra cubiculū habuit.

Fori numero plu. sunt tabulata nauiuȝ vel locus in naui apertior: qui iter nauem perambulantibus prebet ab eo ꝙ per eos ferantur incessus. Cice. in Cato. Cū alij malos scandant alij per foros cursitent: alij sentinam exhauriāt. Item. Fori dicuntur Circensia spectacula. i. loca erecta vt ex his spectetur. Liuius li. j. Tum primū circo qui maximus dicitur: designatus est locus: diuisa loca a patrib⁹ equitib⁹ vbiqȝ sibi spectacula quisqȝ faceret fori appellati. Ex his minores forulos dicimus qui armariola quādoqȝ significant siue capsulas i quibus reponunt libri Suc. in Aug. Hos quoqȝ delectu habito condidit duobus forulis auratis sub lacini apollinis basi. Iuue. Hic libros dabit ⁊ forulos mediāqȝ mineruā. Apud Virg. pro oppidanis accipimus forulos: cum lib. vij. ait. Casperiāqȝ coluut forulos ⁊ flumen hymelle. Fori etiam in agris sunt veluti parui sulci et oblongi. Col. Angustosqȝ foros aduerso limite ducens.

Foruli diminutiuū a fori de quo modo.

Fores proprie inquit Ser. que foris aperiūtur. Unde Plutar. memorat primuȝ Valerio publicole fratri cum de Sabinis triumphasset domum publice post tā cuius fores extra aperirent cū antea ceterarū ediū intro reserādo ipellerent: vt ex hac cōcessione honoris appareret quotidie eā domū aliqd publice admisisse. Ualue q̄ intus reuoluunt: ⁊ se velant: he ꝑ dimi nutionē forule appellant Ianua prim⁹ domi ingressus. Cetera intra ianuā ostia siue value: siue fores generaliter vocātur: Quis vsus ista corruperit. Hoc nomen etiā singulariter declinat. Oui. li. j. de amo. Difficilē moto cardine pande forē. Cice. pro Corne. Aperuit forē scalarū. Terē. Quidnā fores crepuit? Ubi Ho. fores singularis numeri nominatiui casus.

Forculus de⁹ putabat q̄ foribus ꝑerat sicut Cardinca dea que cardinibus preerat: ⁊ Limentinus deus qui preerat limini.

Foricule diminutiuū a fores. Var. lib. j. de re rust. Et ideo oporothecas qui faciunt ad aquilonem vt fenestras habeant: atqȝ vt perflentur curant: neqȝ tamen sine foriculis: ne cum humorem amiserint pertinaci vento vineta fiant.

Forinsecus penul. cor. significat qd̄ aforis est: sicut intrinsecus: quod est intus. Augusti. lib. xxj. de ciui. dei De pomis terre sodomorum forinsecus quasi maturis: intrinsecus fumeis.

Foria: stercora liquidiora: sic dicta ꝙ facile ferant foras.

Forio is iui. ventrē deonero: foras eijcio. Cuius cōpositum est Conforio. Pompo. in Mago. Conforisti me diodemes.

Foriolus cum accentu in antepe. qui ventrem solutum habet: ⁊ foria facile emittit. Laberius. Foriolus esse videris in coleos cacas.

Forica penul. cor. locus in quem alui stercora deijcim⁹ Iuue. Inde reuersi conducunt foricas Et ꝓprie de publicis dicitur: latrina de priuatis a latendo.

Forem es et pro eo quod est essem es: ⁊c. declinatione deficit inquit Diom. Sal. in Iug. Nam ego quidem vellem ⁊ hec que scribo et ea que antea in senatu questus sum vana forent. Fore vero habet significationem participij futuri vna cum infinito esse. Idem est enim fore quod futurū esse. Ideo iungitur cū noie nō cū participio: vt spero te amicum fore: nō amaturum fore. Ci. Treba. Scribit ad me Cesar se tibi nonduȝ familiare esse satis ꝓpter occupationes suas sed cito fore. Nūqȝ etiam cū participio presentis: qd̄ est contra Vallā. Cesar. Nonnulli etiam cesari nunciabāt cū castra moueri aut signa fieri iussisset nō fore dicto audientes milites. Cōposita vero sine noie ⁊ sine participio. Virg. Esse quoqȝ in fatis reminiscitur affore tempus. Est autē Affore affuturum esse: afforē adessē Virg. Atqȝ vtinam rex ipse noto cōpulsus eodeȝ afforet Aeneas. Ci. Ser. sulpitio Maior mihi ratio af fore nulla potest q̄ cōiunctio ꝯsuetudinis sermonūqȝ nostroꝝ. Absfore de quo supra Confore. Conuenire et concordes esse. Teren. in And. Restat chremes: q̄ mihi exorandus est ⁊ spero cōfore. i. cōuenturos esse Defore deesse. Ci. contra Rul. Uerum arbitrabantur non defore qui illam restituerēt. Profore ꝓfuturum esse. Hora. Quamoqȝ [illegible] sequar: fugiaȝ q̄ ꝓfore credam. Perfore valde [illegible] esse. Cice. Appio. pul. Tunc mihi ille dixit ꝙ clarē tu velles decedere per fore accōmodatuȝ tibi si ad illā maritimā partem ꝓuincie nauibus accessissem.

Forcipes penul. cor. a formo ⁊ capio quasi formicapes dicte sunt quibus forma. i. calida capiuntur. Virg. lib. viij. Versantqȝ tenaci forcipe massā. Et est ꝑm Prisc. tam masculi. q̄ feminini generis.

Forfices penul. cor. quibus telam seu fila incidimus a ferro ⁊ filo dicti. Huius diminutiuum est Forficuli. Pli. lib. xxxv. Preterea mirum inuentū est ꝙ incisuȝ forficulis vt diximus scribant.

Forpices: penultima correpta: quib⁹ incidimus pilos a ferro ⁊ pilo.

Forcus nomen viri ꝓpriū qui tres filias habuit gorgones. Stenio. s. Euryalē ⁊ medusam q̃ nimis locupletes fuerūt: ⁊ Gorgones dicunt. i. terre cultrices.

Forda: bos pregnans a ferendo. Ouid. Forda ferens bos est fecundaq; dicta ferendo. Prisci horda dicebant. Unde ⁊ sacra Fordicalia: quibus pregnantes boues (vt inquit Uar.) immolabātur.

Forma facies cuiusq; rei que imobilis est et naturalis Uultus ⁊ mouetur et fingitur. Terēt. in And. Forma et vultu Sosia adeo modesto. Quandoq; tamē specialiter pro pulchritudine sumitur. Horatius li. j. car. Forma captiue dominū tegmesse. Inde Formosus transfertur ad architectos pro designatione. Ci. lib. j. offi. Formam quidem ipsam marce fili ⁊ tanq̃ faciē honestatis vides. Hinc cōposita fiunt. Conformis: Deformis: Informis: Uniformis: Multiformis: Semiformis ⁊ huiusmodi adiectiua. Col. li. viij Que cuncta remedia credunt esse aduersus tonitrua quibus vitiantur oua: pulliq; semiformes interimuntur anteq̃ toti partibus suis cōsumentur.

Formula: parua forma: diminutiuū est: ⁊ capitur non nunq̃ pro lege ⁊ institutione. Ci. lib. iij. offi. Nondū Aquilius protulerat de dolo malo formulas. Et formule dicuntur q̃ nos instrumenta vocamus.

Formella diminutiuū a formula. Hiero. libro Regū. Accipe fratribus tuis decem formellas casei.

Formosus: pulcher a foruo calido ꝙ sanguie calidiore forma acquiritur. Contra languescente corpore forma perit. Hinc fit diminutiuum Formosulus: q̃ vsus est Hiero. Contra Iouinianū.

Formo as: formā impono. Lactā. lib. j. Nam solis luneq; simulachra humanum in modum format. Hui⁹ composita sunt Conformo simul formo: configuro. Gel. lib. ij. Hippocrates in eo libro de quo supra scripsi cum ⁊ numero dierum quibus conceptū in vtero coagulū cōformatur. Cice. lib. iij. ad herēn. In primo loco rei totius imaginē cōformabimus. i. in formam cōponemus. Aliquādo cōformari est quasi assimilari. Idem Lentulo. Uerūtamen me ipse cōformo ad eius voluntatē. Et apud apostolū. Nolite cōformari huic seculo. Hinc cōformatio que pro cōfiguratione ponitur. Cice. lib. j. tus. Quasi vero intelligāt qualis sit in ipso corpore: q̃ conformatio: que magnitudo qui locus. Aliquādo pro exornatione rhetorica que fit cum persona fingitur: aut cum res muta siue informis fit eloquens ⁊ formata. Greco vocabulo dicitur prosopopeia. Deformo destruo ⁊ q̃si de forma deiicio. Cice. Qui sunt qui italiam deformauerūt? Carthaginenses. Quandoq; maculo ⁊ turpē facio. Hiero. Licet longa macerent ieiunia: abiecta ⁊ nigra vestis deformet: longa officioꝝ ⁊ opeꝝ texat series. ⁊c. Lactā. lib. de opifi. Admirabili q̃ diuina ratione molitus est vt tamen hiatus ipse nasi oris speciem non deformaret. Interdum deformare est ꝑfecte formare / figurare / designare. Hiero. lib. Numeri. Turgētibus gēmis eruperant flores: qui foliis dilatatis in amigdalas deformati sunt. Uictru. Architectus graphidis peritus vt deformare possit lineis imitationē quā velit edificioꝝ. Uar. li. iij. de re rust. Inter quas locus deformatus ad tabule litterarie speciem. Informo formā do ⁊ instruo. Ambro. lib. offi. Et sicut Tullius ad erudiendū filium ita ego quoq; ad vos informandos filios meos. Lactan. Christus instructus venit in terram: vt eam doceret hominesq; in formaret. Reformo in priorem formam pono. Lactan. lib. j. Pedes quoq; claudoꝝ ad officiū gradiendi reformauit. Transformo / in alteram formam formo. Idem lib. vij. Et trāsformabit deus homines in similitudinem angelorum.

Formie latina vrbs maritima iuxta Caietam quā Laicones cōdidere. Stra. lib. v. scribit oppidū formias esse maritimū vltra Taracinā quod prius hormias ab ορμησ id est stationis bonitate appellabant.

Formica a ferendis micis dicitur. Mica vero proprie est puluisculus ille qui in arena quasi argētum fulget a quo ⁊ panis et omniū rerum minime partes mice dicuntur: quasi minutim cadentes. Uel dicitur simpliciter a ferendo: ꝙ nullū animal frequētius pondera cōuehat: neq; si mensurā corporis respicias maiora. Inde fit diminutiuū Formicula.

Formicinus a um. pe. producta qđ est formice. Plau. Homo formicinus.

Formicatio: vitium corporis cū parua tubercula rotunda pinguia corpus infestant. Plinius. Cinis muliebrium criniū cū fuerint cōbusti addito melle sanguinem sistit illico: ⁊ formicationē corpoꝝ. Dicta formicatio ꝙ veluti exesa carne formice videantur. Et deformicatum dicitur a formicis submersū quibus cōfoueri solitum erat.

Formido penultima producta pauor a ferendo vt quidam sentiunt: ꝙ vehementius in mouendo: vt ab se abeat foras fertur. Cicero. Formidinem metum permanentem diffiniunt.

Formido as: magnū timorem habeo. Plau. in ca. Nimisq; hercle illū male formidabā. Hui⁹ cōposita sūt Deformido ⁊ Reformido q̃ significant valde formido. Col. lib. j. Si vexationē vie nō reformidet.

Formidolosus ⁊ actiue ⁊ passiue sumitur pro eo qui timet. Terēt. Egon formidolosus. i. egone qui timeā. Et pro eo qui alus timorem infert. Sal. Regibus boni q̃ mali suspectiores sunt: semperq; his aliena virtus formidolosa est. i. que formidatur.

Formidabile qđ est formidandum.

Fornax a foruo calido: vel a furuo atro Caminus vbi vel coquūt lapides. Cui⁹ diminutiuū est Fornacula.

Fornacalia: ferie farris terēdi gratia institute ꝙ ad fornacem que in pistrinis erat sacrificium fieri solebat. Oui. lib. ij. fas. Facta dea fornax leti fornace coloni. Et paulo post. Curio legitimis tunc fornacalia verbis Maximus indicit nec stata sacra facit.

Fornix icis: penul. cor. generis masc. arcus in edificiis et quodcūq; opus concameratum a furuo atro. Loca autem in arcum edificata subobscura sunt. Cicero Uidet ad ipsum fornicem famanū. Quoniam vero meretrices in huiusmodi locis. i. sub fornicibus habitare cōsueuerunt: ponitur fornix pro lupanari seu meretricia cella. Seneca libro. ij. cōtrouersiarum. Redoles adhuc fuliginem fornicis. Et in priap. Nigri fornicis oblitus fauilla. Hinc fornicor ⁊ fornicarius Unde fornicarie mulieres. Iuue. Lenonum pueri quocūq; in fornice nati.

Fornico as pe. cor. fornices facio: vel speciem fornicis assumo. Pli. lib. xj. Ruentes ceras fulciunt pilarum instar interi⁹ a solo fornicatis: vt sit adit⁹ ad sarciēdū

Fornicor idem est quod meretricor. Est autem meretricari cum meretricibus coire. Est etiam passiuū a fornico: significans incuruari. Pli. lib. xvj. Populus cōtra omnia inferiora panditur: palma e contrario fornicatur. Dictum fornicari a fornicibus in quibus meretrices esse consueuerunt.

Fornicarius a um: qđ fornicatur: vt mulier fornicaria: que vt Hiero. inquit ea dicitur que copulat cū pluribus. Adultera q̃ vnū virū deserēs alteri iungitur.

Fortis a ferendo dicitur: ꝙ equo animo fert aduersa. Unde fortitudo que est considerata periculorū susceptio et laborum perpessio. Uel vt alibi Idē Cicero diffinit. Est scientia rerum perferēdarū: vel affectio animi in patiendo ac perferendo summe legi parens

sine timore. Aug.lib.i.de libe.arbi. Fortitudo est illa animę affectio quę omnia incōmoda & dāna rerū nō in nostra potestate cōstitutarū contēnimus. Macro. Fortitudinis est animum supra periculi metū agere nihilqȝ nisi turpia timere: tolerare fortiter vel aduersa vel prospera. Fortitudo prestat magnanimitatem fiduciā: securitatē: magnificentiā: constantiā: tolerantiā: firmitatē. Fortis igitur dicit qui infractum habet animū. Quandoqȝ qui validis viribus preditus est: quandoqȝ celer. Virgili⁹. Si femina forti fidis equo qñqȝ formosus. Plau. Ecq̄d fortis visa est: Q̄ñqȝ diues. Idē eā sororē spōdidisse suā in eā fortē familiā.

Fortifico as: fortē facio. Plau. Fortifica animū.

Fortesco is: fortis fio. Neuius. Crescit annis et fortescunt vires.

Forticulus diminuti. a fortis. Cice. Cuius idem Epicurus forticulū se in torminib⁹ & in strāguria sua p̄bent

Fortuna a ferendo dicta est: ꝙ temere & sine ratione feratur. Est enim Fortuna accidentiū rerū subitus atqȝ inopinatus euentus. Hęc dea credita est Iuue. Te facimus Fortuna deā celoqȝ locamus. Fortunę vocabulū mediū est. Sed cū Fortunā solā dicimus intelligimus felicitatem. Unde fortunatos felices nominamus: infortunatos infelices: & infortuniū malam fortunam. Fortunę numero plurali dicunt diuitię.

Fors fortuna est euētus bonus. Vir. Forte sua lybicis tēpestas appulit oris. Teren. O Fortuna: o fors fortuna. Do. Aliud fortuna est: aliud fors fortuna. Fortuna dicta est incerta res Fors fortuna euentus fortunę bonus. Nam fors fortuna est cuius dię festum colūt q̄ in arte aliqua viuūt. Aliqñ Fors ꝓ forsitan.

Forsitan fors-fuerit Sido. Remigio.

Fortuno as: est ꝓspero: in bonis augeo. Cice. Curioni Tibi patrimoniū dii fortunent.

Fortunatus a um: qd̄ est ꝓsperū: qñqȝ ꝓpicium. Afra. Deos ego oēs vt fortunati sint p̄cor.

Fortunate insulę a fructuū vbertate dictę sunt. De quibus Stra.lib.i. sic inq̄t. Fortunatę insulę cōtra mauritanię finē ad occidentē sunt. Q̄m quidē ad partem & hispanię terminus concurrit. Ex ipso autē nomine manifestū est: qm̄ & has ipsas felices existimabant: qr huiusmodi locis propinquę forent. Fuerunt autem sex numero: quarum prima Ombrion. secūda Iunonia. Tertia eodē nomie. Quarta Capraria. Quinta Niuaria: a perpetua niue nebulosa. Sexta Canaria plena canibus ingentibus.

Fortunatim aduerbiū significat prospere. Plaut. Si dederit Iupiter vt fortunatim oia succedant.

Forte & nomen est ablatiui casus a fors qd̄ capitur pro fortuna. Hor.li.i.ser. Qui fit mecenas vt nemo quā sibi sortē: seu ratio dederit seu fors obiecerit: Illa cōtentus viuat. Nec habet alios casus nisi ablatiuum singularē. Virgi. Forte sua libycis tēpestas appulit oris. Et aduerbiū dubitandi: vt Forte sub arguta cōsederat ilice daphnis. In qua significatione accipiūtur Fortassis fortasse: forsan forsitan: & forsit: quę aliquando accipiunt pro temere: aliquādo sunt aduerbia dubitandi. Hora.lib.i.ser. Dissimile hoc illo est: qr nō vt forsit honorē Iure mihi inuideat quiuis.

Fortuitus a um: pe.pro. quod casu accidit: a forte & eūdo vt quidā aiunt. Aug.lib.v. de ciui.dei. Fortuita dicunt esse quę vel nullas causas habent: vel non ex aliquo rationabili ordine veniunt. Hinc fit aduerbiū Fortuito. Est & fortuitus nomen quarti ordinis: vt apud eundē lib.xi. Et sicut non est consequēs vt fortuitu potius q̄ ratione diuina deus non alio sed isto in quo est loco mundum constituerit.

Fossa: locus vnde terrā fodissent ab effossa terra dicta. Col.lib.iii. Priusq̄ pomariū constituas q̄ magnum habere voles circūmunito maceria aut fossa ita vt nō solum pecori sed nec homini transitus sit nisi per aditum dū adolescant semina Vlp. scribit fossam esse receptaculū aquę manufactū vt ad castra seu vrbes oppida ve aut alia huiusmodi munienda. Potest etiā Fossa esse participiū: vt Fossa terra.

Fossor qui fodit. Virgi.lib.ii. Geor. Et labefacta mōuens robustus iugera fossor.

Fossio ipsa fodiendi actio. Col.lib.v. Deinde malcolo inter ordines posito crebris fossionibus pastinatum resoluere.

Fossura: fossio. Idem in eodem. Hanc planam fossurā maxime nos ꝓbamus: numerus autem fossionis aut idem debet esse qui primi anni aut vna minus.

Fossula pe.cor. dimi. parua fossa. Cato Deide fossulas facito qua radices aspergi dimittas.

Fossarius clericus mortuos sepeliēs. Scribit Hiero. primū in clericis gradū fossariorū ordinē esse: q̄ in similitudine Tobię sancti sepelire mortuos admonēt vt exhibentes visibiliū rerū curā: ad inuisibiliū festinēt: & resurrectionē carnis credētes in dño totum qd̄ faciunt deo se prestare nō mortuis cognoscāt.

Fossicius a um: qd̄ fodit. Pli.lib.xxxvi. Arenę tria genera. Fossicia. cui quarta pars calcis addi debet. Fluuiatili aut marine tertia.

Fossile pe.cor. qd̄ fodit: seu qd̄ fodi pōt. Pli.lib.xxxvi. Theophrastus auctor est: & ebur fossile cādido et nigro colore inueniri & ossa e terra nasci. Et lib.xxxiiii. Tunc salē fossilē adiiciūt. i. qui fodit.

Fotus a um: participiū a foueo: vt apud Esaiā. Vuln⁹ & liuor & plaga tumens nō est circūligata: nec curata medicamine neqȝ fota oleo. i. aspersa. Fotus us: substantiuū. Amb.lib.i.offi. Radices arborū aut vrantur frigore aut fotu solis virescant.

Foueo es: foui fotum: significat nutrio: sustineo: proueho. Virg.lib.iii.geor. Progeniē nidosqȝ fouent. Interdū aspergo madefacio. Idē lib.xii. Fouit ea vuln⁹ lympha longeuus iapix. Interdū cōstituo. Idem li. iiii.geor. Sub terra fouere larem. Interdum Tueri vt apud eundē lib.ix. Non obuia ferre arma viros sed castra fouere. Interdū amplecti seu in delicijs habere. Idē Infelix o semꝑ ouis pecus ipse neerā Dū fouet ac ne me sibi p̄ferat illa veret. Huius cōposita sunt Cōfoueo simul nutrio. Circūfoueo. Amb. Mater eū maria sinu circūfouet. Refoueo rursus foueo. Col. in p̄fa.li.ii. Sed si frequēti & tēpestiua & modica stercoratiōe t̄ra refoueat. Et hęc hñt fo. syllabā cor.

F Ante R

Frenum cum ę.diph. a frangendo: Instrumentū quo equus coercet dictū ꝙ equorū ora frangat. Sūt etiā qui a ferendo deducant: ꝙ equos vertat feratqȝ quo velit. Seneca. Hyppolytus arctis ꝯtinet frenis eq̄s Frena Pelethronii inuenere qui & strata equorū primi monstrauerūt. Et in singulari quidē neu. generis est in plurali tā mas. q̄ neu. Aug.lib.x.con. Itaqȝ freni gutturis tēperata relaxatione & ꝯstrictione tenēdi sunt. Hinc cōponunt Effrenus a um. Et Effrenis et hoc effrene: qd̄ est sine freno. Virg.li.iii.geor. Gens effrena virū riphęo tundit euro. Ser. i. seua rectorē recusans. Hiero. Nequaq̄ effreni lingua reperiaris Infrenus siue infrenis eiusdē significationis vt illud Hinc numidę infreni cingunt.

Frenū mordere significat ꝯtēnere. Translatio ab equo qui cum sessorē contēnit frenū mordet. Cice. Cornifi. Si frenū momorderis peream.

Freno as: cōtineo cohibeo. Virg.li.iii.geor. Et glacie cursus frenaret aquarū. Huius composita. Defreno quod est frenum depono: siue absqȝ freno rectore veduco. Ouid.lib.i.me. Et defrenato voluunt in equora cursu. Effreno idem significat Cice.li.iiii.tusc. Ut

egritudo quasi morsum aliquem doloris efficiat: metus recessum quendam animi ⁊ fugam: leticia profusam hilaritatẽ: libido effrenatã appetenciã. Nã effrenatus dicit̃ q̃ cohiberi ⁊ ꝑ arbitrio nostro agi nõ põt Refreno quasi retraho. Lactã. li. vj. Uirtus est iraz cohibere: cupiditatẽ compescere: libidinẽ refrenare: Suffreno. Pli. lib. xxxvj. Sed ad structurã infidelis nisi multa suffrenatione deuinctus.

Fretus a um: idem quod sustentatus confisusq;. Et est incerte originis. Licet a fruor quidam participiũ esse velint. Et scribitur cum diph. vt differat a fretũ quod mare significat. Plau. in Am. Magnanimi viri freti virtute ⁊ viribus.

Frango is: fregi ctũ rumpo. Plau. in Asi. Quis nostras sic frangit fores? Dicimus etiam Fregit nauim fregit brachiũ: quasi ipse fregerit ⁊ nõ potius passus sit. Terẽ. in An. Is fregit nauẽ apud andrũ. Ci. Grecalesq; eũ in campũ cũ nõ venisset requirerẽt excusauit vespa. Terẽtius q̃ eum brachiũ fregisse diceret. Hoc est q̃ ei brachiũ esset fractum. Frangi vero in feminã est rem habere cuz femina Cypria. ad Euagriũ docet quẽadmoduz masculus frangatur in feminam et sepius arte mutetur. Huius cõposita sunt Confringo simul seu in totũ frango. Lactã. lib. iij. Ut videat iam pridẽ suis armis esse cõfracta. Defringo de quo alibi. Diffringo diuersis modis siue in varia frusta rũpo. Plau. in asi. Crura hercle difringẽt. Effringo valde frãgo. Idẽ in cap. Neq; ieiuniosiorẽ: neq; magis effractũ fame vidi. Terẽ. in adel. Fores effregit. Et effringere dicit̃ vt auctor est Uar. cũ glebe grãdes prima aratione solẽt excitari. Infringo valde frango Uide alibi. Offringo ꝑfringo valde siue ĩ totũ frãgo Cice. lib. iij. offi. Ego etiã cũ Catone meo dissensi: nimis ꝑfracte videbat̃ erariũ vectigaliaq; defendere. Perfringo vide alibi. Refringo. Suffringo aliquãtulũ seu ꝑ mediũ frango. Lactã. lib. iiij. Carnifices nõ putauerunt ossa eius suffringere: sicut mos eorum ferebat. Plau. in Tru. Ut ego hisce suffringam talos Ascen. Frangi in feminã longe aliud significat.

Fragmen ⁊ fragmentũ accipi solent ꝑ parte rei fracte.

Fragor sonitus qui ex arbore aut alia re fracta reddit̃. Uirg. li. j. geor. Et horridus altis mõtib⁹ audiri fragor. Ser. Horridus fragor sonitus qualis solet fieri ex aridis cũ frangunt̃ arboribus. Liui. lib. j. Iam fragor tectoꝝ q̃ diruebãt̃ vltimis vrbis ꝑtib⁹ audiebat̃.

Fragosus a um: a frango asper atq; ꝓruptus. Col. li. ij. Inculctũ igit̃ locũ cõsiderem⁹: siccus an humidi⁹: nemorosus arboribus: an lapidibus confragosus.

Frago as vigilias circũeo: q̃ eo labore homo frãgatur

Frageo es: a quo fragesco is: quod est frangor. Plau. Fragescit animus miserijs.

Frangile pe. cor. caducũ debile et qd̃ facile frangi põt. A quo fragilitas/debilitas/incõstantia.

Fragiliter inconstanter.

Fracidus a um: pe. cor. a frango dicit̃ qd̃ est plusq̃ maturũ et iam putrescens. Cato. Fractores volũt vt oliua in tabulato diu sit vt fracida sit quo facili⁹ efficiãt. Quidam fracidũ a fracceo deducunt.

Fracceo es: a quo Fraccesco quod est quasi frãgor resoluor et quasi vetustate putresio. Columella libro. j. Oleum quod nimis prouenit: si congelatur fraccescet id est putrescet. Uarro. Hec de qua fit oleum congeri solet aceruatim dies singulos ĩ tabulata vti ibi mediocriter fraccescat.

Fragitides pe. cor. auctore Celso dicunt̃ vene grãdes que tumide ab vtroq; latere colli apparent.

Fragra mora q̃ in terra nascunt̃. Uirg. Qui legitis flores ⁊ humi nascentia fragra.

Fragrare odorẽ emittere a frangendo: quia res fracte vehementer olent. Aug. lib. j. de ci. dei. Nã pari motu exagitatũ ⁊ exhalat horribiliter cenum ⁊ suauiter fragrat vnguentũ. Hinc fragrantia. Hiero. in Geñ. Ut sensit vestimentoꝝ eius fragrantiam.

Fragor aris: non est in vsu cũ tñ cõposita Refragor et suffragor habeant̃ quorũ primũ pro repugno: secundũ pro adiuuo quasi subfragor accipitur.

Framea e. pe. cor. ab aliquibus exponit̃ pro lancea siue hasta. Tacitus de Germanis. Ne ferrum quidem superest sicut ex genere telorũ colligitur raro gladys aut maioribus lanceis vtunt̃: hasta vel ipsoꝝ vocabulo frameas gerũt angusto ⁊ breui ferro: sed ita acri et ad vsum habili vt eodẽ pro vt ratio poscit vel cominus vel eminus pugnẽt: ⁊ eques quidẽ scuto frameaq; cõtentus est. Aug. ꝟo in octauũ ps̃. pro gladio accipit sic scribẽs. Gladiũ dei bis acutũ: hoc est frameã Iuue. Et martis frameã ⁊ tyrrhei spicula vatis.

Franosus qui fraudem cõmisit.

Frater: dicitur q̃ sit fere alter vel a greco. Greci enim φραΤρασ coniunctos appellant: ⁊ φραΤΤιαν vocãt contuberbium. Et quattuor modis in sacris dicitur. Natura. s. gente/cognatione ⁊ affectu. Natura sicut xij. patriarche filij iacob. Gente qua omnes iudei inter se fratres vocantur: sicut habetur in Deut̃. Non poteris cõstituere super te alienigenã: quia nõ est frater tuus. Cognatione fratres vocãt̃ q̃ sunt de vna familia. i. patria quas latini paternitates interpretant̃ cum ex vna radice multa generis turba diffunditur: vt in Geñ. dixit Abraam ad Loth. Non sit rixa inter me ⁊ te: ⁊ inter pastores meos et pastores tuos: quia fratres sumus. Affectu qui in duo diuiditur in speciale ⁊ in cõmune. In speciali quia om̃es christiani fratres dicunt̃: vt Ecce q̃ bonum ⁊ q̃ iocundũ habitare fratres in vnum. In cõmuni: quia omnes homines ex vno patre nati pari germanitate ꝯiũgimur sicut apostolus ad Corinthios. Si quis frater nomĩnatur fornicator aut auarus.

Fraterculus diminutiuũ. i. paru⁹ frater. Iuue. Unde fit vt malim fraterculus esse gigantũ.

Fratria vxor fratris. Nam fratrie dicũtur quasi fratrũ inter se vxores.

Fratrueles siue fraterni appellant̃ duorũ fratrũ filij: q̃ et fratres patrueles dicunt̃.

Frater patruelis: filius patrui. Fratres patrueles sororesq; patrueles dicuntur q̃ queve duobus ex fratribus ꝓgenerant̃: vt apud iurisconsultos traditũ est. Sue. in Cesa. Qui fratri patrueli suo Marco in cõsulatu successerat.

Fraternus substantiuum appellatur fratris filius: inquit Hieronymus: quo vocabulo vsus est in libro Canticorum.

Fraternus a um: possessiuum: vt fraternus amor: a quo fraterne aduerbium qd̃ est ad similitudinem fratris. Augu. Cũ eũ a teneris annis ardẽtissimo illo puerili amore mihi cõiunctũ plusq̃ fraterne amarem.

Fratrare puerorum mãme q̃ velut frẽs pares oriãtur qd̃ etiã in frumento spica facere videtur.

Fratilli villi sordidi in tapetis q̃ ꝑ terrã ferant̃.

Fraus a ferendo deceptio q̃ alicui infert̃ sicut impostura ab imponendo. Accipitur quandoq; pro periculo Uirgi. lib. v. Quis deus in fraudẽ que dura potentia vestra egit: Et in iure lectum est: Erat illa res fraudi: id est periculo: Quãdoq; pro pena. Cice. libro de ora. Idcirco narrabo ⁊ fraude capitali esse. Uirgili⁹ lib. xj. Iam nosces vẽtosa ferat cui gloria fraudem. Differũt tñ ſm Ulp. pena et fraus: q̃ fraus sine pena esse potest. Pena sine fraude esse non potest. Pena est noxe vindicta: fraus et ipsa noxa dicitur ⁊ quasi pene quedã preparatio. ποΤι φραζωΤο λεγω και φρασισ ο λογοσ εκ μικρουεργΤω λογω Δολοσ Δε εν πραγμασι.

Fraudulosus qui fraudem facit qđ magis a diminutiuo fraudula q̄ a fraude videtur descendere.
Fraudulentus: fraudis plenus: a quo fraudulēter hoc est cum fraude.
Frausus: erit qui fraudē cōmiserit. Plau. in Asi. Nō placet me tuo in cōmune ne quā fraudem frausus sit.
Fraudo as: decipio: Et dicimus fraudo te. Et fraudo te hac re. Virg. Quē regno hesperię fraudo ⁊ fatalibus aruis. Fraudare geniū: est nō satisfacere necessitati naturę ⁊ voluptati. Cuius contrarium est curare geniū. i. laute viuere. Fraudare desiderium est nō facere quod cupit ⁊ non esse voti compotē. Unde legimus. Nō sūt fraudati a desiderio suo. Hinc cōponitur Defraudo.
Fraxinus penultima correpta: genus arboris ꝙ in fragosis locis nascatur.
Fregella: olim ciuitas: nūc vō vicus nō lōge a Velitris
Fremo is ui itum: tumultū facio: vt fit ab vndis maris Virgilius. Talibus ilioneus cuncti simul ore fremebant. Ser. Fremebant hoc est consentiebant. Et bene ore: q: etiā armis possumus fremere. Unde Lact. lib. vij. Fremēt vbiq bella: oēs gētes in armis erunt. Huius cōpositū est Infremo pe. cor. qđ est valde fremo. Idē lib. ij. Si belli terror infremuit.
Fremitus us: pe. cor. proprie sonus fluctuū ⁊ in populo murmur indignante ⁊ pre iracundia humanā vocem imitante. Virg. Fluctibus et fremitu exurgens benace marino. Festus vult Fremitū dictū ferimētū.
Frendeo es dui. fresum: significat frango. Unde faba fresa dicitur mola leniter fracta. Col. Cicera bubus erui loco fresa dantur in hispania betica. Et frendere est cū gemitu siue iracūdia vocem emittere: vt apud Esaiam: Rugiet vt catuli leonū et frendet ⁊ tenebit prędam. Hierony. in Paulo heremita. At ille barbarum nescio quid frendēs ⁊ frangens potius verba q̄ proloquēs inter horrentia satis blandum quesiuit allocutū. Hinc cōponitur Infrendeo: quod est valde frendeo. Virgi. lib. iij. Dentibus infrendens gemitu graditurq per ęquora iam mediū.
Frequens. Vide in dictione Celebris.
Frequento as: sępe vel cum multis adeo. Salu. Iuuētutem quę domū Catilinę frequētabat. Inde frequētatio ⁊ frequentia pro cōuentione ⁊ cōcursu seu multitudine. Idem. Reliquos cū custodibus in ędem cōcordie venire iubet. Eo senatum aduocat: magna frequentia eius ordinis erat. Aliquando frequētare est frequenter facere. Aug. lib. ij. de ciui. dei. Extruantur amplissimę atq ornatissimę domus: vbi opipara cōuiuia frequententur.
Frequentarius a um: veteres dixerunt ꝓ frequēte.
Frequentatiuū: qđ frequenter fieri aliquid significat.
Fretum ab vndarū fremitu dictum: vt Varro inquit: a similitudine feruentis aquę ꝙ in fretum sępe concurrat ęstus atq feruescat. Et significat siue mare naturaliter mobile. Angustias enim quibus athlanticum mare irrumpit terras greci πορθμον. latini fretum appellant. Abusiue pro ipso mari. Hinc transfreto transfretas penultima correpta quod est trans fretum nauigo.
Fribolus: pe. cor. quasi fere obolo dignus.
Frico as: fricui frictum. Unde frictitius ꝑm Priscianū Iuue. Si prurit frictus ocelli angulus. Gregorius tamen dixit Confricatus. Macer. Urtice folijs reuocatur vulua fricata. Est aūt fricare sicut sonat Virg. lib. iij. Geor. Fricat arbore costas. Huiꝰ cōposita sūt Affrico iuxta frico Col. lib. viij. Pecudes aut morsu scalpūt aut cornu aut vngula tundunt: aut arbori affricant parietibus ve detergūt. Pli. Marathro herbę sese affricat. Confrico simul frico. Plau. in Asi. At qui pol hodie non feres ni genua cōfricētur. Col. lib. ij. Boues cum ab opere dimiserit substrictos cōfricet: manibusq comprimat dorsum: ⁊ pellem reuellat. Defrico deorsum frico. Cice. lib. iiij. ad Herennium vt forte hic in balneas venit: cępit post q̄ desursus est defricari. Col. libro. ij. Solida in sole siccētq et radice silphi trita cum aceto aspergatur defricetur Infrico intus frico. Idem libro. vij. Maxime proderit fuligo ex aheno vlceri infricata. Col. lib. vij. Deinde nares perfricato vt homines discāt adorari. Plinius in prologo. Perfricui faciem nec tamen profeci Hoc est eorum qui cum pudore aliquid agunt vt faciem perfricent natura ipsa ad id impellēte: quasi ad abigendum sanguinem qui ex precordijs ad faciei superficiē confluit. Propter quod querit Aristo. Cur pudore facies hominis erubescat metu pallescat? cū pudor nihil aliud sit q̄ timor futurę reprehensionis. Hinc ergo ortum est prouerbium: vt quotiens dicere volumus nos pudorem deponere dicamus. Perfricui faciem: hoc est pudorē expuli. Refrico rursus frico. Cice. Sex. publij filio. Sin aūt omnia q̄ sentio perscripserim: ne refricem meis litteris desideriū ac dolorē tuū. Et omnia habent pe. cor.
Frigus oris: pe. cor. ⁊ frigor oris: pe. pro. ꝓ horrore qui est contrarius calori. Virgi. lib. j. Geor. Frigusq colorēq inter. Macer. Pellet frigorem reuocabit ⁊ ipsa calorē. Aliquando sumitur pro metu ab eo qđ precedit ad id qđ sequit. Virg. Extēplo aeneę soluunt frigore mēbra. Ser. Frigore: id ē timore Reciproca translatio: ⁊ timor pro frigore ⁊ frigus pro timore ponitur: vt in Teren. Uxorem tuam pauitare aiūt non timere sed laborare frigoribus. Utrūq eñi in vnum exitū cadunt sicut ⁊ de calore ⁊ frigore vere dicimꝰ vt est Aut borę penetrabile frigus adurat Rursus frigus dicit ipsa aeris natura. Virgi. lib. ij. geor. At sceleratū exquirere frigus difficile est.
Frigeo es: frigui ⁊ frixi ꝑm Diom. frigidꝰ sum. Prisci. Syllaba vero naturaliter longa ante geo mutat geo in xi. vt lugeo luxi: frigeo frixi. Virgi. libro. vj. Corpusq lauant frigentis ⁊ vngunt. Fit autem frigeo vt quibusdam placet a frango: ꝙ tam calor q̄ horror nimis corpora frāgat. Alij a greco deducūt. απο του φριττω qđ est horreo. Unde φρικη horror siue frigus dicitur. Interdum Frigere est segnē esse. Plautus Frigent omnes nemo se vomet. Huius compositum Refrigeo.
Frigesco is: frigidus fio. Lactā. lib. vij. Quos autem morbus interimit: spiritū diutius exhalant: vt paulatim frigescentibus membris anima effletur: quę cum materia sanguinis contineatur: sicut lumen oleo ea materia febrium calore consumpta necesse est mēbrorum summa queq frigescere: quoniā vene exiliores in extrema corporis porrigūtur: ⁊ extremi ⁊ tenuiores riui deficiente vena fontis arescunt. Hinc Refrigesco compositū. Col. li. vij. Si bos aut ex languore aliquo ad maciem perductus est: aut sudans in opere faciundo refrixit.
Frigidus a um quod habet frigus. Ouidius. Frigidꝰ glacie pectus amantis erat. Quādoq frigidus dicit segnis. Virg. Largus opum ⁊ lingua melior sed frigida bello dextra. Quādoq pniciosus ⁊ nocens eo ꝙ frigida naturę mortaliū perniciosa sunt. Idē. Frigidus o pueri fugite hinc latet anguis in herba.
Frigidulus diminutiuū est: qui est parum frigidus.
Frigorificus a um: quod frigus inducit: sicut a calore calorificus.
Frigefacio: a quo frigefio notę significationis.
Frigero as pe. cor. Frigefacio: a quo Refrigero quod est rem aliquam calidam frigidam facio. Perfrigero valde frigero. Plinius. Omnium earum vis eadem perfrigerare est astringere.

Frigutio is iui. Frigutire: sursum saltare vt est ex frigore tremere: vel a calore frigere: et quod nos vulgo dicimus sgrisolos habere. Plau. in Cas. Nam quid friguttis? quid istuc tam cupide cupis?

Frigella auis dicta q frigore cantat & vigeat.

Frigo frigis. xi. xum. & gui ctum: significat torreo quod vulgo dicitur Frigere. απο του φρυττειν οθεν λεγεται φρικη.

Festus: frigere & frictum a greco: Inde frictorium & frixorium in quo quid frigitur. Hiero. in Esaia. Confrixa sunt ossa mea tanq̃ in frixorio. Cor. Celsus. Tum res eadem magis alit iurulenta q̃ assa: magis assa: q̃ frixa. Hiero. ad Furiam. Pueri erãt nec dum ad sartaginẽ venerãt in qua rex babylonis senes iudices frixit. Hinc fiunt cõposita Defrigo et perfrigo. Iuue. Et si perfrixit cantat bene.

Frixorium a sono frixationis dicit sartago in qua quid frigitur: que & frictoriũ appellatur.

Fritilla cibus ex pulte factus qui frigit.

Frit dicitur illud in summa spica iam matura: quod est minus q̃ granum.

Fritillus apud nos dicitur tabula lusoria qui apud grecos Pyrgus in quo tessere coniecte agitateq; mittũtur inquit Porphirio. Ex quo demonstrat tesseras cõfici fritillo tanq̃ vasculo quo agitate deinde mittũtur in alueolum. Iuuenalis. Paruoq; eadem mouet arma fritillo. Dictus fritillus vt quidã putãt a crepitu ipso tesserarum: vel q sup eo tessere ferant. Hinc etiã Alucolus dicit & Pyrgus. Mar. Dum blanda vagus alea december incertis sonat hinc & hinc fritillis. Varro. Quales sunt tessere quibus in alucolo ludit. Hora. Mitteret in pyrgũ. Alii in fimum.

Frio as: significat tero. Plinius. In ipsa quidez ethiopia friatur. Hic tanta est siccitas vt farine spissentur in panem. Huius composita sunt Affrio. Infrio qd est terendo aliquid digitis leniter inspargo. Suffrio paululum contero.

Friabile: qd facile friatur & quasi manibus minutim teritur. Pli. lib. xxviii. Optimaq; est que candidissima & friabilis minimeq; põderosa cũ terat inter digitos

Friuolus a um: pe. cor. a frio as dicit qd est inane leue nulliusq; momẽti: sicut friuola dicunt verba q̃ minus fide sunt subnixa. Unde friuola pro nugatoriis quoq; poni cõsueuerũt. Et vasa friuola q̃ vix attrectãdo aliquid confringunt: & in puluerẽ vertunt.

Frons frontis ab oculorum foratu: vel a ferendo q indicia animi pre se ferat. A dextra & sinistra temporibus: a superiori capillorum radice: ab inferiori vero parte supercilijs terminata: corrugatur in tristiciam & in leticiam dilatatur. Est enĩ tristicie hilaritatis clementie seueritatis indicium. Et pudorem significat. Persius. Exclamet melicerta perisse Frontẽ de reb9 Et ob hanc causam frontẽ Genio prisci consecrarũt. Dicit etiã frons de rebus inanimatis. Vir. Fronte sub aduersa scopulis pendentibus antrum. Et licet a grãmaticis genere fe. proferat tamen a Cecilio genere mas. ponitur: hi sunt inquit inimici pessimi fronte hilaro: tristi corde: Hinc cõponit Bifrons.

Frontale: qd ad frontẽ ponit. Pli. lib. xxxvii. Quõdãq; tante magnitudinis fecere vt equis regũ in oriente frontalia atq; pro phalaris pensilia facerent.

Frontati vt est apud Victr. id genus laterũ dicunt qs greci diatonos appellant: qr p latitudinẽ totam porrecti vtrãq; parietis frontẽ conficiant.

Frontosus pro impudente capitur.

Frons dis generis fe. a fero q frondes arbor huc atq; illuc a vento ferant: pprie aũt frondes arborum dicuntur: folia vo tam arbor q̃ herbarũ & florũ. Hinc frondifer. Lucre. Frondiferasq; domos auiũ.

Frondeus a um: quod totuz ex frondibus est: vt torus frondeus.

Frondosus a um: quod frondibus abundat: vt lucus frondosus.

Frondarius a um qd ad frondes ptinet: siue qd ex frondibus est. Pli. li. xviii. Unus frondator quattuor frõdarias fiscinas cõplere in diem iustũ habet.

Frondeo es dui: Frondes habeo. Virg. Nũc frondẽt syluẽ. Hinc Frondescere. Colu. lib. v. Nihilominus enĩ paucis frondescet pãpinis.

Frondo as: frondes emitto a quo frondator frondatio & Defrondo qd est frondes decido.

Frondator qui arbores amputat: & qui frondibus manipulos facit hyemis tẽpore aialibus ad pastuz efferẽdos. Et qui manib9 vitiũ folia vellit: quo ardor solis vuam maturiorẽ reddat.

Frondatio. Col. li. vi. Atq; in frondatione cauendum ne aut proliciores pollices fiant qui ex amputatatis virgis relinquũtur.

Fruor eris: fructuz in supino fm Priscianũ: sicut struo structuz. Cice. in hortẽ. Et amenitate summa per fructurus est. Ulp. tamen ad sabinum. Fructũ fruiturus nõ fructurus quomodo ortum oriturus Fructũ fruiturus: mortuũ moriturus dicit: q cũ i. in pterito nõ habeat id in futuro habẽt. Hiero. vo ad principiã fruitum dixit. Sepe & multũ flagitas virgo christi principia vt memoriã sancte femine marcelle litteris recolam: & bonum quo fruiti sumus etiam ceteris noscendũ imitãdũq; describã. Cice. lib. iii. tus. Zeno stoicorũ acutissimus contẽdere & magna voce dicere solebat: eũ esse beatũ qui presentibus voluptatibus frueretur: confideretq; sese fruiturũ. Utra autem sit verior sententia q fruor fructũ an q fruitum faciat non satis dignosci potest: q raro huiusmodi exempla reperiantur & nõnunq̃ vitiata: puto tñ q fructus & fruitus a quo fruitio: nõ fretus faciat: cuz nõ sit eiusdẽ significantie. Neq; astipulor illis qui dicũt frui de humanis dici. Cum et in bonam & in malam partem accipiat. Aug. lib. xv. de ci. dei. Boni ad hoc vtunt mũdo: vt fruantur deo: mali autem: vt fruantur mundo vti volunt deo. Hiero. ad Iulianũ. Difficile imo impossibile est: vt & presentibus & futuris quis fruat bonis: & ventrẽ hic & ibi mentẽ impleat. Iuuenalis. Exul ab octaua marius bibit & fruitur diis iratis. Est itaq; frui quasi delectationem & fructũ capere. Terẽtius in adel. Est hic paululũ quod locitas foris huic demus qui fruat. Composita huius verbi sunt Defruor et perfruor: que significant in totũ fruor seu omnem fructũ pcipio.

Fruiscor a fruor deducitur: sicut a fateor fatiscor. Metellus ad domitios. Illi vero omni iure atq; honestate interdicti: ego neq; aqua neq; igni careo: sed summa gloria fruiscor. Celsus libro. ii. cũ accusatiuo iunxit. Domus suas inquit quandoq; iubet ire et sua omnia fruisci.

Fruniscor p fruor. Cato posuit & fruitũ dixit prudentem. Hoc est cum quo perfrui liceret: sicut econtrario infrunitum insipientem ac stolidum: qui vili vsui esset: q̃uis alii fronitum per o. a greco φρονιμον. enĩ greci prudentẽ dicunt αφρονα vero dementem Unde est illud in sacris litteris. Et animo irreuerẽti & infronito ne tradas me.

Fructus tus: & fructi & fructuis. Teren. in Adel. Nũc exacta etate hoc fructi pro labore illis fero. Varro. Quero vtrũ fructuis an delectationis causa vẽdatis Antiqui etiam hec fructa dicebant. Cuius loco dicit hec fruges. Et a fruendo dicit fructus: vt inquit Varro: quia his fruimur. Quidam etiam a Ferendo fructus deriuant: & dicuntur ille res quas fundus fert & que in fundo sunt ferunt.

Fructifer a um: qd fert fructũ. Hoc est pingue fertile:

et fructiferę arbores q̄ ferunt fructū.

Fructuarius: dicit cuius fructus: fructuarius a.um. quod fert fructū: seu quod ad fructū pertinet. Colu. lib.j. Pars autē fructuaria diuiditur in cellā olearia torculariā ꝛ cellam vinariam. Idē lib.iij. Cū vitem inserere voles optimi generꝭ sarmenta fructuaria cū gēmas agere incipiet vēto haustro a matre p̄cidito. Valla. Decissis male natis omnibus ꝛ veteribus nouellos ꝛ fructuarios serues.

Fructificus a.um. idem quod fructuosus: qui fert fructum.i.vtilitatem prestat.

Fruges frugis: vel hęc frux frugis ſm Prisci. vt notat Var.de anal. Frux legumen triticum a quo frugi indeclinabile deriuatur. Sunt autē frugi homines qui in omni re motibus animi moderantur. Unde est pisonis illius cognomen. Auso. Ante equidē campis q̄ spicea suppeteret frux festus. Panticeps frux ventris.i.pinguitudo. Et a fructu seu fruēdo dr. Nā id ē qd segetes ferūt. Et generaliter fruges dicūt quicqd ex fructu terrę in alimoniam vertimus. Unde frugiferę arbores dictę sunt quecūq3 fructū ferūt qd redditum dicim⁹ sicut docet Ulp. Non solū qd ex frumētis et leguminib⁹ verū etiā qd ex vino vel ex siluis ceduis cretę fodinis: lapicidinis capit. Festus. Ser. et Do. frugis vocabulū a frumine eminente sub mento gutturis seu gurgulionis parte qua cib⁹ in aluū demittitur a ferendo cibo appellatū dicūt. Et alio nomine dicitur rumē. Errant igit qui discernunt frumenta a frugib⁹. Nā Cice. ait. Olei ꝛ frugū minutarū cū de leguminibus diceret: vt ostenderet etiā frumēta fruges vocari. Liui. Eā gentē traditur fama dulcedine frugū maxime vini noua tum voluptate captā. Hinc defrugo as. de quo supra.

Frugi nomen a fruge denominatū omnis generꝭ ꝛ indeclinabile est: sicut nihil a nihilo et ſm Prisci. lib.vj. cū omnibus casibus iungit. Hinc Mar. Ientacula frugi dixit. Et tā frugi iuno vellet habere iouē. Quintil. Carat eos a quibus dr frugalis ꝛ non frugi tanq̄ frugalis sic dictio parū proba. Cum tñ quod mirum videri potest frugalior ꝛ frugalissim⁹ vsurpent. Dicitur aūt frugi homines. Terē. in eu. frugi es. Ubi Do. frugi vtilis et necessari⁹: a frugibus quę q3 his fruamur dictę sunt. Inde fructus ꝛ frumenta. Greci frugi hoies ΧΡΗΣΙΜΟΥΣ dicūt.i. vtiles. Unde anti qui seruū laudare volentes frugi dicebant: tanq̄ sobuū vtilē ꝛ necessariū. Plau. in am. Ita seruum par videtur frugi sese instituere. Cice. lib.iij.tus. Sed qr nec qui propter metum prę sidium relinquit quod est ignauię: nec qui propter auariciam clam depositum reddit quod est iniusticię: nec qui propter temeritatē male rem iussit: quod est stulticię frugi appellari solet. Eas tres virtutes fortitudinem iusticiam et prudentiam frugalitas complexa est. Ergo frugi hominem bonum et virtute preditū intelligimus. Cuius contrarium est neq̄. Cuius significatio vna est: q3 sit libidinis intēperās. Altera q3 ad nihil bonus sit sed plane malus. Unde piso frugi appellatus est. Colu. lib.j. Eiusdem agilitatis homo frugi melius q̄ neq̄ faciet. Accipitur etiā frugi p̄ eo qui in victu vestitu similibusq3 tēperans ē: sicut econtrario Luxuriosus apud Sene. Quintilianumq3 de duobus filijs frugi Luxuriosoq3. Hor. Parcius hic viuit frugi dicatur. Unde frugalitas auctore Cice. ea virtus dici potest quā greci sophrosynē: latini tum tēperātiā tū moderationē appellare cōsueuerūt. Sene. Luxurioso frugalitas pęna est. Au.lib.j. de btā vita. Merito virtutū omniū matrē multi frugalitatē esse dixere. Qui bus ꝯsentiens Tullius etiā in populari oratione ait Ut volet quisq3 accipiat: ego tamē frugalitatem id est modestiam ꝛ temperantiam virtutem maximam esse iudico. Ut enim nequitia est mater vitiorū omniū: ita frugalitas mater cūctarū virtutū: et sicut illa a nihilo.i. sterilitate sic hęc a frugę.i.a fructu ꝓpter quandā animoꝝ fęcūditatē est noiata. Sic frugalior ꝓ temperantior. Teren. in heu. Dedō me patri nūc iam vt frugalior sim q̄ vult. Et frugalissim⁹ quasi expertus ꝛ prudēs. Col. lib.j. Magistros pecoribus oportet p̄ponere sedulos ac frugalissimos. Unde et frugalitas ꝓ sufficiētia. Idē. Minus in hoc officio q̄ in ceteris agricolatio frugalitatē requirit.

Frumen: summa pars gulę interior: per quam cibum lingua demittit in ventrem. Et a qua fruges dici a quibusdā putantur.

Frumentum dictum est veluti ferimentum: vel a fruendo: id est vescendo: vl quasi frugamentū a frugibus. Frumenti genera vt scribit Plini. hęc vulgatissima sunt: far quod Adoreum dixerunt. Siligo triticum hordeum. Frumenta dici putant quecunq3 emittunt aristas inquit Ser.

Frumentaceus a.um. quod ex frumento est. Hierony. Maior turba hordeaceis panibus minor frumentaceis pascitur.

Frumentarius a.um. qd ad frumentū pertinet: vt frumentarius ager: frumentarius negociator: frumētaria lex quę tractat de frumentis.

Frumentor aris. frumentum colligo. et Frumentatio frumenti collectio. et Frumentator: qui frumentatū profectus est.

Frusus genus ruborum tenue: spinis minoribus ꝛ nō aduncis.

Frutex dicitur qui ad iustam magnitudinē arboris nō assurgit ꝛ statura similis est multis herbis: sed nō demoritꝭ: neq3 arescit vt herba. Nā tertiū est qd nec arborē: nec fruticē ꝓprie dixeris vt est vitis. Aliquādo frutex ponit pro stirpe. Sue. de Uespa. Singulos repente ramos a frutice dedit.

Frutetū seu Fructicetū vbi multi frutices sunt.

Frutetosus locus fruticibus abundans. Plini. lib.xix. Siccis hęc ꝛ sabulosis locis frutetosisq3 nascuntur.

Frutico as. penulti. cor. pullulo et q̄si frutices emitto. Pli. lib.xvj. Quod sup terrā est e matre radi iubet vt fruticet: Est ꝛ fruticor deponēs r. Cic. ad Atticū. Excisa ē enī arbor non euulsa: itaq3 q̄ fruticet videos.

Fruticere est fruticem fieri. Plini. Punicę oleę quia celeriter fruticescunt.

Frustum rei cuiuscūq3 particula: sic dictum q3 facile feratꝭ. Uirgꝭ. Pars in frusta secant. Cat. Frusto panis ꝯduci potest vel vti taceat: vel vti loquatꝭ. Hui⁹ diminutiuū est frustulū: a quo frustillū.

Frustatim aduerbiū significat p frusta. Frustillatim p frustilla. Plau. in Cur. Iā ego te faciē vt hic formicę te frustillatim differant.

Frustra aduerbiū significat incassum.

Frustro as. decipio. Cesar. Nō frustrabo vos milites Inuenitꝭ et frustror ꝟbum cōmune ſm Priscianum. Plau. in Am. Nescio quis prestigiator hāc frustratꝭ mulierē. Passiue. Fenestella. Frustrat⁹ igit a spe deuictus in castra se recepit. Et frustra agere. Colu. in p̄fa. Sepe magnā dn̄is afferunt iacturā cū imprudēter facta opa frustrantꝭ expensas.i. proijciūt: siue frustra agunt. Idē ibi. Syderū ortus et occasus memoria repetat ne imbribus ventisq3 imminentib⁹ opera inchoet laborēq3 frustretꝭ.

Frutinal: dictū est templū Ueneris frutę.

F Ante U

Fucinę penul. cor. lacus in quarta regione italię prope Albenses Marsorū populos. Quo etiam nole dictus est lacus volscoꝝ. Mar. Fucinus ꝛ pigri taceātur stagna neronis. Uirg. li.vij. Te nemus Angitię

vitrea te fucinus vnda Te liquidi fleuere lacus.

Fucus genus apis sine aculeo: sed maior ape que non mellificat neq operam aliquam prebet in faciundo opere nisi q ad fouendos fetus concalefaciendo adiuuat et consumit alimenta que apes congesserunt. Virgil. Ignauum fucos pecus a presepibus arcent. Hec alio noie dr fur: vt inquit Var. Col. li. x. Fucus genus amplioris incremēti simillimū apis et immune sine doctrina fauis assidens. De hoc Plin. lib. xi. Fuci sunt sine aculeo imperfecte apes nouissimeq a fessis et iam emeritis inchoate serotinus fetus: et quasi seruitia verarum apū quāobrem imperant his primosq in opera expellunt: tardantes sine clementia puniūt. Dictus Fucus: vt inquit Pli. quia furtim mella deuorat. Hoc etiā nomine dicta est herba ſm Ser. qua tinguntur vestes. Et fucus color ipse ceruleus qui virore cōmendatur: et purpurissa seu Cerusatus dicitur. siue medicamentū. Plaut. Vitia corporis fuco occulūt: Siue vnguentū quale Myrrhabolanū et myrrha quibus odoramētis mulieres capillos perungebant. Tibul. Quid fuco splendente comas: ornare quid vngues Artificis docta subsecuisse manu: Per translationē sumit pro fraude astutia siue insidijs: in quibus veritas occultat. Teren. in Eu. Per impluuiū fucum factū mulieri. Quidā tamē hoc nomē per ph. scribunt tam pro animali: q a φαγω deducūt eo q apum labores comedat: q̄ p herba q̄ grece φυκοσ dr. Sed alij non a φαγω sed a φηκην deducunt.

Fuco as. coloro. Vnde fucate mulieres dicunt que vel medicamentis quibusdā colorant: vel vitia corpori inductis coloribus tegunt. Virgil. lib. ii. geor. Alba neq assyrio fucatur lana veneno. Transfertur etiam ad alia. Lact. lib. ii. Sic veritas fucata mēdacio est. Amb. in Lucā. Plebē dominus simplicē requisiuit q̄ phalerare audita et fucare nesciret.

Futilis pe. cor. falsus: vt res futilis. i. falsa et q̄si fucata

Fugo as. expello et in fugā conuerto. Lactā. lib. i. Saturnus cū fugatus esset a filio.

Fugio is. itum. contrarium est Fugo. Fugere enim est cum cursu et celeritate discedere. Virg. Nos patriā fugimus. Dicit etiā de nauigationibus. Virg. Tendunt vela nothi fugimus spumātibus vndis. Plau. Remigio velocq quantum potes festina et fuge. Aliquādo capitur pro facere. Plau. in cap. Ad fugā fugitiis scio quā rem agatis. Aliquando pro decipere vel frustra facere. Ter. in heau. Vide ne in mea vita tu tibi laudē is quesitum scelus: vbi si paululum modo qui te fugerit ego perierim. Aliquādo p nescire seu non recordari. Lactā. libro primo. Quod illum ipsum poetam minime fugit. Cice. lib. i. tus. Nisi q̄ me forte fugiunt: he sunt fere omniū de aio sententie. Aliquando pro cedere. Pli. lib. xxxvii. Fictitie sacrificationis candicantiā fugiūt. Hoc ē fictitias ad impressionem sacrificantis cedere: quod gemmarij hodieq appellāt fugere. Hinc ortum vt vina q̄ annis cedūt: hoc est etatē ferre non possunt fugere dicant: vt Cice. in offi. Huius composita sunt Aufugio: alio fugio: quod ex ab et fugio componitur b. in u. mutata vt fieret vox pronunciatu audituq lenior. Hieron. ad Helio. Dominus ne a turbis rex constitueretur aufugit. Confugio simul fugio concurro: aut totū simul reduco. Lact. lib. ii. Constituit asylū: eo passim confugerunt ex finitimis locis pessimi. Liui. Inde Turnus rutiliq diffisi rebus suis ad florentes etruscorū opes Mezentiū regem eorū confugiūt. Hiero. Ad sanctarū grauitatē scripturarū cōfugim. Hinc Confugiū et confugela: defugio: diffugio: de quibus alibi. Effugio extra fugio/discedo/deuito. Lactā. lib. iiij. Neq cultores deorum penam sempiterne mortis effugient. Interdū celeriter transeo. Virg. lib. iii. Effugimus scopulos itache laertia regna. Interdū nō bene scio. Aug. ad hier. Satis nequeo admirari si aliquid adhuc in hebraicis litteris inueniat quod tot interpretes illius lingue peritissimos effugerit. Interdum effugere ē in totum fugere. Teren. in an. Nullon ego chremetis pacto affinitatē effugere potero. Hinc effugium: et effugia e. sicut lana et lanitiū. Perfugio: quod est auxilij gratia ad aliquem fugio. Vnde perfugium. Et perfugere est perfecte fugere. Vnde perfuga qui ad hostes transit et perfugit. Refugio retrofugio. Pli. li. ix. Venantes refugere. s. pisces ipsos venantes in suas cauernas. Gel. Postea cum prelio victus in vltima regione refugisset. Et refugere cōfugere. Vnde refugiū. Per translationem ponitur pro deuitare recusare et odio habere. Lact. li. vi. Illos qui aut voluptates aut diuitias nō refugiunt ab hac publica et celebri via modice segregat. Aug. lib. de ci. dei. i. Sed aliud est qd carnis sensus infirmiter pauid refugit: aliud qd mentis ratio diligenter enucleata cōuincit. Col. libro. iiij. Idq adeo plurimi dubitent: vt multi refugiant et reformident talem positionē ruris. Profugio longe fugio a quo profugus. Subterfugio: secreto aut astute fugio vel vero. Cice. pro Cecilio. Qui volūt penā aliquā subterfugere aut calamitatē eo solum vertunt. Suffugio: latenter fugio. Sue. vero pro retro fugio in Tibe. posuit Adulationes adeo auersat est vt neminē senatorū ad lecticā suā admiserit: consularē vo satisfacientē sibi ac per genua orare conantē ita suffugerit vt caderet supinus. Transfugio trāscundo fugio ab vno ad aliū locū. Vnde trāsfuga qui ad hostes fugit. Liui. li. i. Sextus filius eius q̄ minim ex tribus erat transfugit ex cōposito gabios. Sal. Modo harum: modo illarū partiū leuissime trāsfuga. Et oīa habēt fu. syllabā correptā.

Fugito as. penulti. corre. sepe fugio siue fugiendi consuetudinē habeo. Plau. in asi. Verum nosmet fugitare censes. Terē. in eu. Fugitando fugi ne quis me cognosceret.

Fuga: ipse fugendi actus. Virgilius pro cursu posuit. Vel qualis equos threissa fatigat Harpalice: voluetremq fuga preuertitur hebrum. et Quintil. nauigationem dixit fugam: siue naues fugiētes que velocē faciunt cursum. Aliquando fuga dicitur Impetus. Virgil. Ille volat simul arua fuga simul equora verrit. Fuga vero mascu. genere componitur varijs modis: vt perfuga: transfuga: lucifuga: noctifuga: solifuga: lucrifuga. Plaut. Cū hos adhuc adij lucrifugas damni cupidos.

Fugia: letitie dea a fugatis hostibus dicta.

Fugax: qui facile fugit. Significat eñ habitū et abundantiā rei cuius ē habitus: vt edax/bibax. Aug. Terrena gaudia cōsectantes rebusq fugacib inhiātes. Nōnq tñ ponit pro celeri et veloci. Vñ fugacē equū dicimus velocē. Hinc fugatior fugacissimus: fugacitas et diminutiuū fugaculus.

Fugitiuus seruus dicit qui a domino ea mente recedit ne ad eū redeat etiā si mutato cōsilio ad eū reuertit. Et fugitiuus ē qui extra domini domū fuge causa vt se a dño celaret māsit. Itē fugitiu est qui eo se cōfert vñ eū dñs recuperare nō possit: aut abduci. Qui aūt incendiū: ruinā hostē aut preceptorē cui in disciplinā traditus erat: q: immoderate eo vtebat aufugit non fugitiuus dicendus est.

Fugitiuarius a. um. qd libēter seu facile fugit. Var. li. vij. Idoneus sub dio sumēdus est locus cochlearijs quē totū circū aqua claudas ne quas ibi posueris ad partū nō liberos earū sed ipsas queras: quā in aquā fundendā ne fugitiuarijs sit parandus locus.

Fugitiuę aquę dicuntur quibus ex publico riuo fluentibus furtim quis ac nō suo iure vtitur.

Fugalia festa siue ludi. Aug. lib. ij. de ciui. dei. Sed demonstrent loca talibus aliquā cōuenticulis cōsecrata non vbi ludi agerētur obscęnis vocibus ꝛ moribus histrionū: nec vbi fugalia celebrarentur effusa omnium licentia turpitudinum: et vere fugalia sed pudoris et honestatis.

Fúlcio is. si. tum. munio/sustēto/fortifico. Iuue. Nos vrbem colimus: tenui tibicinę fultā. Huius cōpositū est suffulcio. Var. Ut maioribus perticis suffulte vites auras non ꝑtimescant.

Fultura sustentatio. Plini. Ut eximantur trabes sine fulturis ac reponantur.

Fulcra a fulciendo. i. sustinendo dicta sunt. Sunt enim tabulę cōpactę seu spōdę in quib⁹ lecti imponuntur ꝙ toros fulciant. Virg. Fulgent genialibus altis aurea fulcra toris. Gel. Neq₃ apud eius lecti fulcrum capsam esse cū strue aut ferro oportet. Sue. in clau. Adhibebant omni cęnę et liberos suos cum pueris puellisq₃ nobilibus qui more veteri ad fulcra lectorum sedentes vescerentur. Sunt qui lecti pedes fulcra interpretent̄. Alij summas lectorū partes. Nec solū de lectis dr̄ sed etiā de alijs. Amb. li. hexa. Non ergo fundamentis suis nixa subsistit: nec fulcris suis stabilis ꝑseuerat: sed dn̄s statuit eam: et firmamento voluntatis suę continet.

Fulica penul. cor. auis quę et Fulix dicitur marina vel stagnensis vt inquit Aug. paulo supra magnitudinē columbę: a furuo. i. nigro dicta. Virg. lib. ij. geo. In sicco ludunt̄ fulicę: ꝙ autē quidā liber impressus dictionarium appellet φηνήρ male interpretatus est auctoritate Aeliani in libris de aīalib⁹: et Eustachiū: ꝛ Homeri q̄si in fine lib. iij. odys. ipsa φηνη auis est ęgypti magna: homerus ωσ αραφωνησ ἀσα πεσηγλᾶῦκω πισ αθηνη φηνηει λο μευηφαμβοσ λελὲ παντασ ιλορτοσ sed Suidas φηνι ει λοσ ορνεὀυισ ορ ἀελου inepta cū esset homeri comparatio pro fulica.

Fuligo pe. pro. similiter a furuo. i. nigro.

Fulgor splendor.

Fulgidus a. um. pe. cor. clarus splendidus.

Fulgeo es. si. sum. a φλοξ deducitur qđ apud grecos flammā significat. Unde ꝛ ꝓ lucere ꝛ splendorē mittere sumit̄. Luc. lib. x. Fulget gemma toris ꝛ iaspide fulua suppellex. Et fulgere vt inquit Festus ꝓ ferire prisci dicebant. Unde fulgur dictū est. Huius cōposita sunt Affulgeo ad aliquid fulgeo. Liui. Et nauiū speciē de cęlo auffulcisse. Confulgeo simul totus fulgeo. Plau. in Amp. Ardere censui ędes ita tum confulgebāt. Effulgeo splendorē emitto pręfulgeo: vide loco suo. Refulgeo splendorem reddo. Persi. Ceu si dolosi spes refulserit nummi.

Fulgo is. si. sum. ꝫtię ꝯiugatiōis in eadē significatiōe. Virg. lib. vj. Ille autē paribus quas fulgere cernis in armis. Idem lib. ix. Auroq₃ effulgere fluctus.

Fulgur uris. et fulgus uris. vel oris. penulti. cor. sicut Tergus oris: vl̄ fulgus eris: sicut munus eris. Et est lux illa et quasi vibratio luminis quę ante cernitur q̄₃ tonitruum audiatur. Constat autez fulmen ꝛ fulgur ęque ignē esse: Sed fulguratio vt inquit Seneca nihil aliud est q̄₃ flamma futura: fulmē si plus virium habuisset: siue fulmen nō perlatū vsq₃ in terras. Fulmen ē fulguratio ꝑducta in t̄ras et ip̄m (vt ita dicā) telū. Pli. Fulmē est cū flatus in nube aut vapor erūpit ardēs cū longiore tractu nitit̄ fulgetra: hinc aiūt naturaliū causarum scrutatores ꝙ fulgura ex nubiū collisione generentur in morem silicū duriorū quos cum complóseris sibi medius ex his ignis extritus elabitur: atq₃ ita cum fulgore pariter ꝛ tonitrua mugire: tonitrua scilicet sonitu indicante et fulgura excussi luminis claritate.

Fulguritas splendor. Lucil. Luporū aciem clarum et fulguritatē arborum.

Fulgetrū: idem qđ fulgur ꝛ fulguratio.

Fulguro as. pe. cor. fulgur emitto: seu fulgure afflor: vnde fulguratū fulgure tactū vel exustum.

Fulgurator fulgurū inspector.

Fulgurio ris. penul. cor. fulgur iacio. Neuius. Sane a suo sonitu claro fulguriuit Iupiter. i. fulgure afflauit. Festus. Fulguratū: id est qđ fulmine ictum. Quí locus statim fieri religiosus putabatur: ꝙ eum deus sibi dicasse videretur.

Fulmen vapor ignitus compactus ꝛ solidus: impetuose cadens qui e nubibus excitatur. Virg. lib. j. ge. Ipse pater media nymboꝝ i nocte corusca Fulmina molitur dextra.

Fulminare est fulmen iacere. Sene. Minore eni ignē ad fulgurandū q̄₃ ad fulminandum opus est. Et fulminatū fulmine ictum.

Fullones: qui curanda poliendaq₃ vestimēta accipiūt a fouēdis aqua calida vestib⁹. Inde ars fullonia dr̄.

Fuluus: color dicitur qui ex rufo ꝛ viridi videtur esse mixtus in alijs plus viridis: in alijs plus rufi habēs: sicut poeta diligentissimus fuluam aquilam dicit et iaspidem: fuluos galeros: fuluū aurū: et arenā fuluā ꝛ fuluum leonem: et fuluū ęs.

Fumus: a fumo: a quo fumosus: fumo abundans. Fumeus ex fumo existens. Infumibulum per quod fumus erumpit.

Fumariū: locus vbi vina fumo condiebant̄. Mar. Improba massillię quicq̄d fumaria cogunt. Accipit ętatē quisq̄s ab igne cadus. Nā vina fumo ꝯcoctē trahunt maturitatē ꝛ celerius vetustescunt: vt docet Colu.

Fumo as. fumum educo. Virg. Et iam summa ꝓcul villarum culmina fumāt. Huius cōpositum est Infumo pe. pro. quod est ad fumū sicco.

Fumigo as. penul. cor. ponitur pro suffio: et Fumigatio pro suffitu.

Fumifico as. idem quod fumigo. Plau. Eiq₃ vt arabico fumificem odore.

Fundi orum. vrbs latinorum mediterranea. Dicitur ꝛ fundanus ager.

Fundus ager: ꝙ fundat quotānis multa. Vel ꝙ sit rei familiaris fundamentum. Nā pecuniarum ratio labilis est. Vel ideo fundus dicitur ꝙ planus sit ad similitudinem fundi vasorum. Et fundi appellationē inquit Florentinus iuriscon: oīe ędificium ꝛ omnis ager continetur. Sed in vsu vrbana ędificia ędes: rusticę villę dicuntur.

Funda qua lapides rotant̄. Virg. libro. j. geor. Stuppea torquentē balearis verbera fundę. Est etiā funda retis genus qđ in orbē spargitur: quod ꝛ reticulū dici solet. Idem in eodem. Funda iam verberat amnem. Accipitur quandoq₃ pro sacculo seu marsupio in modum retis facto: in quo pecunię et alia gerunt̄. Macro. Cūq₃ accessisset ad sellam demissa in fundā pauperē manu paucos denarios ꝓtulit quod princípi daret. Quod sacculi genus etiā reticulum vocat̄. Hora. Reticulū panis venales inter honusto Forte vehas humero. Aliquando pro circulo ex auro siue alio metallo quo gēmę ita nectunt̄: vt aurum nō nisi margines amplectat̄. Pli. Fūda includunt̄ ꝑspicue ceteris subijcit̄ aurichalcum.

Funditores: qui funda dimicant. Sal. Ipse cum expeditis cohortibus adhuc funditorum et sagittariorū delecta manu.

Fundibularij similiter qui funda dimicant.

Fundum: ima pars cuiusq₃ rei q̄ aliquid liquoris in se contineat: vel ad continendū facta est: vt dolij nauis

aluei fluminis: lacus mar℞. Hinc fundamentū ⁊ profundū quod ꝓprie imū significat: vt ꝓfundū mare: dictum ꝙ ꝓcul habeat fundum.

Funditus penul. correpta aduerbiū significat a fundo: sicut Celitus a celo.

Fundamen: et fundamentū vtroqꝫ modo dicitur ꝓ eo sup qd̄ quid fundaf. Aug. lib. xviij. de ci. dei. A quibꝰ tm̄ prima cepta fundamina ⁊ altare ꝯstructū est.

Fundo as. firmo: et quasi fundamentū facio: stabilio. Pro quo etiam dicere solemus Ieci fundamentum Transfert ⁊ ad incorporalia. Quintil. Fundatā patnis auidisqꝫ opibus domū exhaurit. Cice. Quantū in me fuit ieci fundamenta pacis. Huiꝰ cōposita sūt Effundo as. quod est a fundo euerto. Ceci. Respublica amisso ⁊ effundato pulcherrimo nō paruā fecerat iacturā. Suffundo subijcio. Var. Qui i domibꝰ latericeis paululum modo lapidibus suffundatis vt humorē fugerent habitabant.

Fundo is. fudi fusum: liquefacio. Vñ metalla dicunf fusa: id est liquefacta. Plinius. Fuso ac superiniecto plūbo. Hinc fusile: fusor: et fusorius. Quoniam vō que fusa ac liquida sunt spargi solent. Fundere pro spargere ponitur. Clau. Et pessima fudit vina cadis Lact. libro. vj. Fundendus ad vltimū cruor: omnia deniqꝫ amara ⁊ grauiora patientur ferenda. Aliquādo ꝓ prosternere. Virg. Ne prius absistit qꝫ septē ingētia victor corpora fundat humo. Aliquādo pro profligare quod vernacula lingua dicimus mettere in rotta. Liui. li. j. Exercitū fundit fusum persequitur Aliquando ꝓ abundanter prebere. Virg. Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores. Aliquādo pro large loqui. Idem libro tertio. Talia fundebat lachrymans. Aliquando pro demittere vt apud eundem. Cristisqꝫ a vertice flammam fundit. Huiꝰ composita sunt. Affundo ad aliquid fundo. Pli. Exprimitur folijs succus mollissimis in pila tusis affuso paulatim vino austero. Confundo perturbo opprimo: siue omnia in vnum misceo cōiungo. Liui. lib. j. Alterius vrbis duo populi in vnum confusi sunt. Virg. lib. iij. Qui nunc ore arethusa tuo siculis confundif vndis: id est coniungitur. Pli. Et si misceantur facile ꝯfundunt colorem. i. perturbant. Circūfundo: circum circa spargo. Apul. Atqꝫ eo liquore stabulū oīe circūfundit. Virg. Vndiqꝫ visendi studio troiana iuuentꝰ circūfusa ruit. Defundo deorsum fundo. Cice. lib. iiij. ad Heren. Nam vt forte hic in balneas venit: cepit postqꝫ defusus est defricari. Diffundo: Effundo de quibus supra. Infundo intus fundo. Colu. libro. ij. Verumqꝫ faucibus si estuauerint boues infundet. Hiero. Celestis plane imber virgineū in vellus placido se infudit elapsu. Hinc infundibulū. Quādoqꝫ infundere est sup̄ fundere. Virg. li. j. geor. Certatim largos humeris infundere rores. Quādoqꝫ abūdāter fundere. Hiero. lib. Re. Festina ⁊ veni quoniam infunderūt philistim super terrā. Interfundo: in medio fundo. Amb. de filio prodigo. Et quasi interfuso luxurie estu secular℞ diuortia habere sanctorū. Offundo: Perfundo: valde siue per omnes partes fundo spargo. Ouidi. Perfuditqꝫ genas lachrymis. Hierony. Vere plena per quam largo sancti spiritus imbre perfusa est oīs creatura. Profundo: refundo: rependo. Seneca. Id erat non tā accipere beneficiū qꝫ refundere. Interdū restituo qd̄ sparsum erat. Idē Quicquid deerit ex meo refundā. Interdū Reijcio. Vt oēm culpam in te refundā. Interdū retrofundo: euomo. Pli. Quod hesterna crapula ingurgitauerat palam refudit. Suffundo est suprafundo: aut deorsum inijcio. Col. li. vij. Lasse ⁊ estuanti mule ad os in fauces dimittif: vtrūqꝫ in os suffundif. Plau. in Cur. Hanc suffundā aquulā. Interdū forinsecus spargo cū infundo potiꝰ de interiori pte dicaf. Virg. libro primo geo. At si virgineū suffuderit ore ruborem Ventus erit. Ser. Suffuderit forinsecꝰ habuerit. Hinc suffusio qui morbꝰ ē oculor: vulgo Cataracta vocant: hec paracentesi curatur. Est autē παρακεν/Τησισ q̄ manu fit a chirurgicis dū curari alie morbi non possunt. Inungif priꝰ locus: deinde vel acus: vl hamulus infindif. Idqꝫ paracentesis dicif. Interdū Suffundere est subijcere: a quo suffundatum subiectum dicimus. Tractum a fundamēto. Var. Qui in domibꝰ latericijs paululū modo lapidibꝰ suffundat℞ vt humorē fugerent habitabant. Interdū confundo siue rubore pfundo. Hiero. Hec ⁊ hmōi Theophrastus differens quē nō suffundat christianor quorum conuersatio ē in celis. Cicero pro inspergo posuit ad Lentulū scribēs. Noni animū tum mihi amicissimū tū nulla in ceteros maliuolētia suffusum. Supfundo Lac. lib. vj. Extinguif protinus tanqꝫ igni aquā supfuderis. Transfundo de vno ad aliud fundo: spargo mitto ve. Cic. Dolobelle. Libentiꝰ oēs meas laudes si modo sunt aliq̄ mee laudes ad te trāsfuderim qꝫ aliquā partē exhauserim ex tuis. Cato de re rusti. Vbi dies. xxx. preterierint trāsfundito: ita relinquito.

Fundito as. pe. cor. sepe fundo. Plaut. in am. Cū cruciatu tuo: istec hodie verna vba funditas.

Funis tam masculini. qꝫ femini. generis est: a fundo. is deduci videtur ꝙ dum trahitur atqꝫ attenuatur linū fundi videatur.

Funalia cerei: ꝙ ante vsum papiri funes cera circundatos habere solebant. Funales vō equi sunt qui fune .i. reste iuncti currū precedūt. Sue. in Tiberio. Dehinc pubescens actiaco triūpho currū augusti comitatus ē sinisteriore funali equo.

Funus eris. pompa q̄ fit in exequijs mortuorū. Enniꝰ. Nemo me lachrymis decoret nec funera fletu faxit. A funalibus dictum funus ꝙ incensi funes mortuis preferebanf: quoniā noctu efferebanf cadauera vel potius qm̄ φονοσ λεγεσ αι κᾶι φούνοσ ιωνικωσ φονωγὰρ και φονευω εστι Τοαναιρεω. Interdū significat mortē. Vir. Nec moritura tenet crudeli funere dido. Interdū ponitur pro cadauere. Teren. Efferf funus. Interdū ꝓ sepulchro. Virg. Ergo instauramus polydoro funus.

Funerius a. um. qd̄ ad funus ptinet vt funeree mulieres ad q̄s ptinet funus: vt puer soror ⁊ mater.

Funerale dicif quicquid ad exequias pertinet.

Funebre penul. cor. similiter quod ad funus pertinet: vt funebris pompa. Quintil. Quid sibi velit ille funebrium longus ordo pomparum. Et funebres tibie quibus in funere canebatur. Aliquando dicitur cedibus plenum vel mortale. Horatius in Ser. funebre bellum dixit.

Funero as. pe. cor. sepelio. Pli. li. xxxiij. Qui funerari se iussit sestertijs vndecim milibus.

Funestus a. um. qd̄ est funere inquinatū. Vñ funesto. as. Et funestū mortiferū cruentū. Sene. Vox illa funesta reip. Itē funestum quod funeribus adhibef: vt funesta tibia qua ad funera canebant.

Funesto as. funere inquino. Vñ domus funestata: que aliquo funere affecta ē. Plau. Paternā domū funestaui. Aliquādo funestare est cruentare.

Funabulus penul. corre. qui graditur p funes. Hunc greci schoenobanta dicunt. Funābulus vō pro fune posuit. Hier. de morte Paule. Iactent alij pecunias et in corbonam dei era congesta: funabulisqꝫ aureis dona pendentia.

Funepeus: idem qd̄ funabulus. Apule. Comedus sermocinaf: tragedus vociferaf: funepeus periclitaf.

Funiculus: cum sit diminutiuū a fune: vt funiculus duplex difficile rumpitur. Ponitur tamē quādoqꝫ pro

mensura certi itineris: vt apud Ps. Semitam meam et funiculum meū inuestigasti. Iuxta enī egyptios in ripis fluminū solent naues funibus trahere certa habentes spatia que appellant funiculos vt labori defessorum recentia trahentiū colla succedant. Nec mirū si vnaquęq; gens certa viarum spatia suis appellet noībus. Cū et latini miliariū mille passus vocant: et galli Leucas ⁊ rastas vniuersa germania: atq; in singulis noībus diuersa mensura sit.

Fungus a funere vt quidā aiūt: descendit: ꝙ vescētib9 periculosissimus sit cū vel caligaris clauus: vel chalybis rubigo: aut panni marcor affuerit aut si serpēs primo pascentē adhalauerit. Fungorum diuersa sūt genera. Nam sunt boleti: pratenses albi qui in pratis nascunt. Spongioli a similitudine spōgię. Digitelli a digitis. A porrigine porriginosi. Nascūt et in arboribus fungi: et in spinarum radicibus. Hinc Fungosus a. um. qd est rarū ⁊ leue ad similitudinē fungi. Pli. Hunc totū fungosa replet medulla.

Fungor eris. functus. Fungi significat vti seu officiū aliquod aut dignitatem habere: agereq;: vt fungor officio delegato. Fungor pretura. Fūgor vita: quod est fungor officio vitę et munere administrandi corpus. Inde defunctos mortuos dicimus: qui munia vitę peregerūt. Et cōstruit cū ablatiuo. Lact. Ita. n. delegato sibi officio functi sunt. Aliquando cū actō. Ter. in adel. Aeschinus tuus neq; boni neq; liberalis functus est officiū viri. Plau. in Men. Nā parasitus octo hominū mun9 facile fungit. Fungi quoq; finire dicit. Unde vita functus dicitur qui vitā finiuit. Lactā. lib. iiij. Et cū magisterio funct9 fuisset traderet in manus impiorū. Hui9 composita sunt Defungor: quod est expedio: finem facio: perago cesso ⁊ liberor: ab aliq officio vel munere. Virg. O tandē magnis pelagi defuncte periculis. i. qui finisti ⁊ euasisti pericula. Liui. Defuncta morbis corpora salubriora esse cepere. i. quę euaserunt morbos. Terē. in adel. Utinā hoc sit modo defunctū. i. vtinā hoc malum vltimū sit quo defungatur: in quo finiat officiū suum. s. eschino talia perpetrādi. Perfungor perfecte fungor. Cice. Lentulo. Cū ⁊ honoribus amplissimis et laboribus maximis perfuncti essemus. Idē. Perfuncto hoc misero fataliq; bello.

Fuo is. fui. futum: significat arguo. Plaut. in am. Nequis tam audax fuat homo qui obuiā obsistat mihi. Hinc Futo as. de quo infra. Est etiam idem qd sum: vnde et preteritū fui.

Furuum obscurū: a quo Furuus. fornax. Fumus furie. fuligo: fulica.

Fur: generis cōis subtractor a fero ꝙ ferat. i. auferat res alienas. Uel vt inquit Var. lib. xiiij. rerū diui. a furuo nigro ꝙ furta clā fiant: ⁊ plerūq; in nocte. Sabinus a fraude. Alij a greco φωρ a quo Furtū deducitur. Differt autē fur a latrone sm Hiero. ꝙ fures insidient ⁊ occulta fraude decipiāt. Qui. n. furantur nocte furant ⁊ in tenebris. Unde significāter ait Osee ꝙ fur clam ingressus sit: et latrūculus expoliet foris. Sed plerūq; indifferenter ponunt. Per trāslationē qnq; fur capit pro seruo. Virg. Quid dn̄i facient: audent cū talia fures? Composita sunt bifur et trifur id ē summefur. Aurifur qui furat aurū.

Furculus sm Pris. diminutiuū est a fur.

Furunculus etiam diminutiuum a fur. Cice. in Piso. Olim furunculus nūc etiā rapax. Accipit etiā qnq; pro mustella syluestri que in cauernis cuniculi capiuntur. Et furunculus dr tuberculū acutū cū inflāmatione ac dolore in carnosis maxime partibus vt scribit Galenus: Prouenit ex humorib9 crassis: differtq; a phymate: ꝙ hoc maius est furunculo rotūdius atq; planius. Fit etiā furunculus ex capillamento. Colu. lib. v. Plerūq; autē germē de cicatrice procedit quod siue longū profluerit in flagellū submittit: siue breui9 in pollicē: siue admodū exiguū in furūculū: is ex quo liber ⁊ minimo capillamento fieri potest. Dictus furunculus: ꝙ q̄si fur furtim nascat.

Furtum: vt Pau. Iurecon. diffinit est contrectatio rei fraudulosa lucri faciēdi gratia vel ipsius rei: vel etiā vsus eius possessionisve quod lege naturali prohibitū est admittere. Ueteres enī vocabāt furtū quicqd clā cōmitteret. Virg. Uulcani martisq; dolos: et dulcia furta. Hinc furta pro adulterijs legunt. Tibul. Celari vult sua furta venus. Pro insidijs. Uir. li. xj. Furta paro belli cōnexe in tramite syluę. Armato vt binas obsidā milite fauces. Sal. li. j. historiarū Metu gētis ad furta belli peridonee. Furta domestica vocantur q̄ serui dominis vel liberti patronis: vel mercenarij apud quos degunt surripuerūt.

Furtim aduerbiū significat latēter. Virg. lib. iij. enei. Infęlix priamus furtim mandarat alendū.

Furax acis. dicit qui facile furatur.

Furtificus a. um. qd furtū facere solet. Plau. in persa. Ubi illa altera est furtifica lena?

Furtiuus a. um. penul. pro. qd furto raptū est: in significatiōe passiua. Plau. i penu. Quę furto rapte erāt furtiuas vēdere ingenuas collibertus meus. Aliqn̄ furtiuū dr clandestinū. Unde ⁊ furtiue lr̄e ⁊ furtiua scripta q̄ artificio quodā fiunt ne legi possint ab alio q̄ ab eo ad quē scribunt. Gel. Res quasdā occultas nunciare regi furtiuo scripto volebat.

Furor aris. furtum facio: vt apud apostolū. Qui furabat iam non furet.

Furfur: nomen auis ⁊ purgamentū farinę. Unde Furfureus a. um. quod est ex furfure. Et furfures morb9 capillorum.

Furca a fero: instrumentū quo stramenta ferunt. Unde bifurcus ⁊ bifurcatus: et bifurcatim. Hui9 diminutiuū est Furcula: a quo fit aliud diminutiuū Furcilla.

Furcilla: diminutiuū a diminutiuo furcula est: et significat instrumentū quo frumenta cillentur. i. mouent. Nam cillere mouere est: ⁊ quo fęnū: palea ⁊ id gen9 reliqua iumentis ministrant. Hoc rustici in fęno colligendo vtuntur. Var. lib. j. de re rusti. Herba cum crescere desijt et ęstibus arescit subsecari debet: et ꝙ perarescat furcillis versari.

Furcillis pe. cor. instrumentū bidentatū tridentatū ve quo vtimur ad extrahendū fimū.

Furciferi dicebantur serui qui ob leue delictū cogebātur a dominis ignominię magis q̄ supplicij causa circa vicinos furcam in collo ferre subligatis ad eā manibus et predicare peccatum suum: simulq; monere ceteros ne quid simile admitterent. Unde Plutar. in vita coriolani. Furcifer hinc nomen est ꝙ maxima pęna apud antiq̄s seruo peccanti erat vt is plaustri lignū cui temo affigit spectante vicinia ferens circūagere. Quod vbi factū erat insid9 a domesticis ⁊ vicinis existimat9 furcifer appellabat. Nā latini lignū illud furcā appellabāt. Hinc trifurcifer: summefurcifer dicit: sicut Triuenefica summe venefica.

Furor furoris Insania. Quis inter se differāt: sicut Ci. lib. iij. tus. declarat. Itaq; nō est scriptum si insanus sed si furens esse incipit. Insaniam enī esse censuerūt inconstantiā sanitate vacantē que tamē posset tueri officiorū ⁊ vitę cōmunē cultum atq; vsitatum. Furorem autē rati sunt mētis ad oīa cecitatē. Quod cū maius esse videat q̄ insania tn̄ eiusmodi est vt furor in sapientem cadere possit: nō possit insania. Fit enī furor aliqn̄ vitio valitudinis vt in ijs qui melancholici appellantur: quos tn̄ Aristoteles censuit habere aliquid in animis presagiēs atq; diuinū. Aliqn̄ accipit pro mēte vi quadā diuina concitata qualis est furor

poetarū. Negat quippe Democritus quempiā poetarū magnū esse posse sine furore. Cice. Inest igit͛ ois ꝓ flagitio extrinsecus iniecta atq; inclusa diuinit͛. Ea si exarsit acrius furor appellat͛ cū a corpore animus abstractus diuino instinctu cōcitat͛. Interdum furor sumit͛ pro nimia ira. Luc. Quis furor o ciues: q̄ tanta licētia? Sed inter irā ⁊ furorē. Hieron. hoc interesse scribit ꝙ furor sit vindicta irratiōabilis cū fellis amaritudine. Ira ṽo cōmotio aīe. Dict͛ furor ꝙ huc atq; illuc temere ferat͛.

Furię deę furoris sunt dictę: ⁊ noctis acherontisq; filię fuisse memorant͛. Alecto Tesiphone: et Megera. Virg͛. Dicunt͛ geminę pestes cognoīe dirę. Quas ⁊ tartareā nox intēpesta megerā Vno eodēq; partu tulit. Fictū est a poetis inferna loca furias habitare: sed tormenta sceleste mentis esse veteres voluerūt. Cice. pro Roscio. Nolite putare quēadmodū in fabulis sępenūero videtis eos q̄ aliquid impie scelerateq; cōmiserūt agitari ⁊ perterreri tedis ardētib͛: quē q; fraus ⁊ su͛ terror maxime vexat: suū quēq; scelus exagitat: amētiaq; afficit: suę male cogitatiōes cōscientięq; animi terrent. Hę sunt impiis assiduę domesticeq; furię quę dies noctesq; parētū pęnas a sceleratissimis filiis repetant. Tres etiā furię significant tres animi affect͛ q̄ hoīes in oīa facinora ꝓcipites agunt: videlicet ira / cupiditas / libido. Ira vltionē desiderat: cupiditas opes: libido voluptates. De istis Euripides in Orestis tragedia. S; aliud ē parce clotho lachesis atropos: de qb͛ cebetes theban͛ in pictura vitę ο και γερωγ ο άγω εσΤηκωσ εχωγ χαρΤηγ Τιγα εγ Τη χειρι και Τη ετεραωσ περ Δεικγυωγτι ουΤοσ Δαιμωγ καλειΤαι προσΤαΤ Τει ΔεΤοισ εισ πορευμεγησ ΤιΔει αυ Τουσ ποειωσ αγ εισ ελθωσιγ εισ Τογ βιογ και Δεικγυει ποιαγ ο Δογ αυΤουσ ΔειβαΔιζειγ εισ ωζεασ θε μελλουσιγ εγ Τωβιω.

Furiosus dicit͛ a quo furor nunq̄ recedit.

Furo is. insaniui: ira exagitor. Apul. Furię ensem corripit fert͛ in eū ꝓceps: nil tale timentē aggredit͛. Quāq; furere est insanire. Cice. lib. j. offi. Versutū ⁊ callidū factū Solonis q̄ quo tutior vita ei͛ esset et plus aliquāto reip. prodesset furere se simulauit.

Furio as. cū furore concito. Hora. lib. car. Quę solet matres furiare equarū.

Furiatus: qui ex causa furit. Virg͛. Non tulit hāc speciē furiata mēte chorebus.

Furibundus qui vehementer furit. Sal. Tum ille furibundus quādoquidē circūuētus inquit ager incendiū meū ruina extinguā.

Furnus a furuo. i. nigro colore propter fuliginem vel ꝓpter obscuritatem quā intus habet vt inquit porphirio: locus in quo panis coquit͛. Differtq; a clybano ꝙ clybanus mobilis est et quasi paru͛ furnus testaq; aliquādo tegit͛: sed fere e metallo fit. Interdū etiam ex lapide constat: non tam pani q̄ aliis dapibus coquendis seruiens. Furnus vero ex cemēto et calce constat: magnusq; ⁊ immobilis est. Pli. Cortices quoq; decussi lini clybanis ⁊ furnis ꝓbent vsum Os furni pręfurniū dicit͛.

Furnaceus a. um. qđ ad furnū pertinet. Idez. Nā furnaceis panibus binas adiiciunt libras.

Furnaria absolute dicit͛: sicut Cęnacularia: et Sagaria. Dicitur autē quis furnariā exercere qui ex furno panisq; coctura questū facit: vel qui furnos locat cōductoribus. Sue. de Vitel. Cuius filius sectiōibus ⁊ futuris vberius compendiū nactus ex muliere vulgari antiochi cuiusdā furnariā exercentis filia equitē roma genuerit.

Furnarię mulieres vulgo dicunt furno operantes.

Fuscina penul. cor. telū tridens siue trisulcū piscatoriū ꝙ fundo natātia capiat: insigne neptuni erat: vt apđ Priapeiā Neptuni fuscina telū. Hoc etiā Retiarii in gladiatoriis ludis vtebantur. Iuue. Vicerat hoc monstrū manicati fuscina gracchi.

Fuscinula dimi. parua fuscina. Hier. lib. j. Re. Habebat fuscinulam tridentē in manu: et mittebat eam in lebetē ⁊ qđ leuabat fuscinula sibi tollebat.

Fuscus a. um. color subniger. i. nō plene niger qualis est Indorū meridionaliū ⁊ ęthiopiū color.

Fusile pe. cor. quod fundi potest: seu qđ fusum est: vel qđ pronum est ad fundendū. Gel. Qui sunt leues ⁊ fusiles ⁊ importuni locutores.

Fusorius a. um. quod ad fusionem hoc est liquefactionem ꝑtinet: seu qđ fundit͛ aut fundi potest: vt opus fusoriū. Hiero. in exo. Formauit opę fusorio: et fecit ex eis vitulū conflatilē. Fusoriū vas in quo metalla liquefiunt. Et ars fusoria ars fundendi miscendi trāsmutandiq; metalla.

Fusores qui fundunt. i. liquefaciūt.

Fusus a. um. participiū a fundo is. Fusus fusi: instrumentū qđ mulieres nendo digitis voluūt: vt ē illud Et digiti ei͛ apprehenderūt fusum. Fusim aduerbiū significat sparsim.

Fustigo as. penul. pro. fuste stimulo.

Futo as. redarguo: a quo Confuto et Refuto. Vide in dictione Refuto. Cato. Futauit vsus est sępius pro fuit.

Futio futis effluo: a quo cōponit͛ Effutio: de quo alibi.

Futile penul. cor. quod facile fundit͛. Vnde vas futile quod erat latissimi oris ex altera parte arctū qđ statim positum effundebat͛. Vtebātur eo in sacrificiis deę veste: quia aqua ad sacra hausta in terra non ponit͛. Quod si fiat piaculū est. Vnde excogitatū vas ē qđ stare non posset: sed positū statim effunderet͛. A quo Futiles dicti sunt qui continere tacenda nō possunt: sed ea effundunt. Apul. Leuis homo et futilis ac rimarum plenus.

Futuo futuis futui fututum obscęnum verbum: quod a futio deduci videtur. Cum nihil aliud sit futuere q̄ semen effundere.



Littera muta est: quę in verborū ꝓteritis mutatur in ct. vt lego lectus. Ago actus. Aliquādo in s. vt spergo sparsi: mergo mersi. Aliquādo in x. vt rego rexi. pingo pinxi Apud grecos: qđ illi per c. scribunt: quādoq; nos per g. scribimus vt κυκνοσ nos cygnus illi κοβιοσ nos Gobius vel gobio.

G Ante A

Gaba per simplex b. teste Iosepho lib. v. antiquitatū iudaicarū Galilęę oppidū est.

Gabba per duplex bb. Syrię vrbs est.

Gabaon olim metropolis ⁊ regalis ciuitas Eueorū ⁊ nunc vt refert Hieronymus ostendit͛ villa eodem nomine in quarto miliario Betelis contra occidentalē plagā iuxta rhama: vbi Salomon oblatis victimis diuinū meruit oraculū.

Gabaonite penul. pro. sūt ppli in Gabaon habitātes.

Gabate penultima correpta vasa concaua eduliis pulmentariisq; aptissima. Mar. Transcurrunt gabate: volantesq; lances. Et alibi. Sic implet gabatas parapsidesq;.

Gabalus penultima producta: apud veteres crux siue patibulum dicebatur. Varro. Nos barbari ꝙ innocentes in gabalum suffigimus homines: vos nō barbari ꝙ noxios absoluitis.

Gabalum penulti. cōmuni oppidū Aruernorū in gallia

aquitana narbonẽsi ĩre primũ. Hinc Gabalici ppli apud quos olim fiebat optimus caseus.

Gabij orum. Volscorũ vrbs fuit .lxx. milibus passuum ab vrbe distans a Galacto & bio fratribus siculis cõdita: sicut scribit Solinus: vbi latomie plusq̃ reliq̃ lapides rome suppeditantes. Hinc gabini dicti sunt homines gabijs habitantes.

Gabinus penul. pro. toga que sicut docet Seruius sic in tergũ reiecta est: vt vna eius lacinia a tergo reuocata hominẽ cingat. Quo vestimenti genere vtebat consul bella indicturus.

Gabriel hebraice latine fortitudo dei dicit.

Gaderes ciuitas Syrie nõ longe ab Ascalone. Ex qua Theodorus rhetorice preceptor: qui Strabõis etate floruit Gadareus dictus est.

Gades due insule sunt: & vtrãq; tam singulari numero Gaddem q̃ plurali gaddes appellamus. Et sunt in fine bethice prouincie: et in extremo nostri orbis versus occidentẽ vbi Europa ab Africa dirimitur. Vocabulũ penum est qd̃ septum indicat: eo q in morem sepis circundetur. Gadis maior insula quã alij Erythreã quoniã tyrie ab origine eorũ orti ab Erythreo mari ferebantur. Alij phrodisiam: quidam Iunonis insulam vocauere. Distat a calpe septingentor quinquaginta stad. interuallo. parua quidẽ insula: sed virorum dignitate excellens: in qua equestris ordinis gaditanos quingentos in vno cẽsu nũeratos aliquãdo fuisse compertum est in vno atq; perexiguo oppido quod Gaddiũ vocabat. In hac insula geryones habitauerũt. Gadis minor insula habet oppidũ ciuium romanorũ qd̃ Iulia appellat. In gadeo erat tẽplum herculis honoratũ in quo quidã columnas illas esse existimant q̃ herculis columne nũcupant. Sunt aũt ex ere cubitor octo. Inde Gaditanus a. um. pe. pro. vt mare gaditanũ. Et gaditane puelle dicunt libidinose procaces. Mar. Tam tremulũ crissat tam blãdũ prurit vt ipm Masturbatorẽ fecerit hippolytũ. Gaditani oriũdi sunt a Tyrijs. Vnde Luc. Tyriusq; a gadibus hospes.

Gadir neutri generis: vrbs opulenta in gadibus: de q̃ Priscia. libro. v. ait. Vt alij tradiderunt Tartessum hispanie ciuitatẽ quã nunc tyrij mutato noie Gadir habent. Rursus Festus in descriptione orbis Gadir prima fretũ solida supereminet arce. Attolitq; caput geminis inserta colũnis. Hec cotinussa prius fuerat sub noie prisco. Tartessumq; de hinc tyrij dixere coloni. Barbara quin etiã gades hanc lingua frequentat. Penus quippe locum gadir vocat vndiq; septũ. Suidas. γαδειρ αϛοποσ καϛαϛην εσπεριαν μοιραν μεχρι ϛουϛων ελθων ο ηρακλησ και μη λυμα μενοσ διελθειν σ ιηλασ παρακων εγχωριων λαβον ιδρυσα.

Getulia pars aphrice que proximos habet garamantas inde Getulus penul. pro. Virg. li. iiij. Destruat vt captã ducat getulus hiarbas. Iuue. Cum getula ducem portaret belua luscum. Ouid. Quid dubitas vinctã getulo tradere hiarbe. Getuli aphrice populi sunt: aphricã initio libyes habuerũt deinde aphri postea getuli: postremo numide.

Gagates nomen fluuij in sicilia: et nomen lapidis preciosi in eo primũ reperti: q̃uis etiã in Anglia abũdet. Hic lapis q̃uis rudis & rusticus videat diuini tamẽ nescio quid in se habet. ignẽ eñ alit in laternis quem solo oleo licet extingui. Si quis autẽ aquã & eius lapidis frustula biberit: si carnis senserit maculas extẽplo emingit neq; cohibere vrinã potest. At si virgo nõ cogitur meiere.

Galaad: mõs est: a quo ciuitas in eo condita sortita est vocabulũ: quã & accepit de Amorreorũ manu Galaad filius Machir filij Manasse.

Galactopote penul. pro. lac potantes. Colu. lib. vij. Quibusdã nationibus frumenti expertibus victum cõmodat ex quo numadum getarumq; plurimi γαλακϛοπωϛαι dicunt.

Galba vermiculus mire exilitatis: qui nascit in esculis a quo qui primus Sulpitiorũ cognomen galbe tulit ab exilitate ita vocitatus est: quẽ alij ecõtrario: q pre pinguis fuerit nominatũ scribũt. Talẽ eñ Galli vocant galbam. Alij q oppidũ hispanie frustra diu oppugnatũ illatis demũ galbano facibus succenderit. Nonnulli q in diuturna valitudine galbeo: hoc ẽ remedijs lana inuolutis vteretur.

Galanthis idis. mustela qua piscis quidã dictus est: hec et Gale dicit et galeus.

Galbanus penultima correpta feminini gener & Galbanum neutri. succus est siue lachryma cuiusdã herbe similis ferule que in ipso frutice in estate prorumpit: et multis est apta medicaminibus. Greci χαλβανον dicũt per ch. nostri vero ch. in g. conuertũt. Hieronymus in ecclesiastico. Et quasi storax et galbanus & vngula & gutta. Luc. libro. ix. Hic ebulum stridet: peregrinaq; galbana sudãt Galbanũ in Syria gigni testis est Pli. lib. xij. Quod sincerũ si vrat fugat nidore serpẽtes. Est etiã hoc noie genus vestimẽti delicator a colore albo ac sublucido qd̃ nullos habet pilos. Iuue. Cerulea indutus scutulata & galbana rasa. Inde Galbanatus nomẽ simile participio formauit Mar. quod est galbano indutus. Accipiturq; p homine molli & effeminato.

Galbinus a. um. penul. pro. mollis & lasciuus. Mar. Galbinos hz mores. Tunica quoq; galbina a colore dicta est. Flauius Vopiscus in Aureliano. Inter hec fuit tetricus chlamyde coccea: tunica galbina.

Galbuli pile cupressi. Var. libro. j. de re rus. Quedam ad oriendum sunt vsq; adeo parua vt sint obscura vt cupressi. Non enim galbuli qui nascuntur: id ẽ tanq̃ pile parue cortice id semẽ: sed his intus primigenia semina dedit natura.

Galbeum ornamenti muliebris genus. Galbaneus mali odoris.

Gale mustela. Aristo. lib. de anialibus. Gale quotiẽs dimicatura cũ serpente est. Pli. Mustelle cũ anguibus vise sunt pugnare quotiẽs victe sũt rute folium morsu apprehendentes.

Galeus piscis qui a nris etiã mustella dr. Pli. Pastinacam piscẽ venenatũ psequitur galeus.

Galea cassis a galero quo multi veteres vsi sunt: a quã galeati dicunt qui galeis armati sunt.

Galeola cum accentu in antepe. vas sinuosum a galee similitudine dictum.

Galeote nonmodo stelliones appellãtur: sed et vates quidaz in sicilia & Attica a galiote apollinis filio qui frater Telmessi eius traditur qui telmessum vrbem in Caria cõdiderit oraculo ex Dodone accepto. Vñ Aelianus scribit Dionysiũ tyrannũ galeotas solitũ consulere in Sicilia.

Galerus & galerum penultima pducta: pileus rotundus q in modũ galee esset fact⁹: vt inquit Var. Sta. Et temperat astra galero. Accipitur interdũ p coma aliena quam ad galeri effigiem formatam capiti ita aptare solemus vt internosci non queat. Hoc apud Sue. in cali. capillamentum nominat. Huius diminutiuum est galericulus.

Galerita pe. pro. auis que nũc alauda dicitur: a galeri similitudine. Var. Galeritam appellat quia plumã elatam in capite habet.

Galesus pe. pro. fluuius iuxta Tarentũ. Virg. lib. v. Qui niger humectat flauentia culta galesus.

Gallus Cybelis sacerdos a gallo phrygie fluuio cui⁹ aquam qui gustassent reddebantur insani. Et gallus

gallinaceus auis: nocturnus vigil: quem excitandis in opera mortalibus: rumpendoq; somno genuisse prouidentia diuina videtur. Est et nomē gentis: et nomē viri proprium: et fortunam corporis significat vt inquit Quinti. i. castratum. Nam tales erant galli sacerdotes Cybeles: de quibus Augu. lib. vii. de ciui. dei refert: q ideo abscissi matri deū seruirēt: vt significaretur eos qui semine indigeant terrā sequi oportere quę mater deum nominatur.

Gallus a. um. quod ex gallia est. Unde galli dicti sunt qui ex gallia originē habent.

Gallia regio Europę a candore populi dicta Galla eñ lac latine dicitur. Nā montes et rigor cęli ab ea parte solis ardorem excludunt: vt non eorum corpora colorent: quę triplex est tonsa. s. siue togata. Comata et bracata. Gallia togata dicit Cisalpina: vt Pli. libro. iii. scribit. Mar. Gallia romanę nomine dicta togę. Comata cognominatur omnis transalpina gallia: quam in tria populorum genera historici diuiserunt Belgicam: Celticam: et Aquitanicā: quę remonica ante dicta est. Nam a scaldę ad sequanam Belgica. Ab eo ad garumnā celtica eademq; lugdunensis. Inde ad pyrenei montis excursum Aquitania. Augustus quadrifariam diuisit addita Lugdunensi prouincia. Ammianus in multiiugas ꝓuincias diuisit vtpote qui primam et secundam lugdunensem: et primam et secundam Aquitanicam faciat: gallos celtas a nomine regis dictos: a ab eius matris vocabulo Gallatas sermo grecus appellat. Narbonensis vero prouincia appellatur pars galliarum. Bracata autē dicta est a genere vestiū. A gallia fit gallus a. um. de quo ante.

Gallicus a. um. penultima correpta: quod ex gallia est vt arma gallica.

Gallacanus a. um. idē qđ gallicus: vt gallicanę vestes

Gallius a. um. sicut gallicus et gallicanus. Sal. li. iiii. histo. Duę gallię mulieres ꝯuentū vitantes ad menstrua soluenda montē ascendunt.

Gallogręcia Galatia dicta est: a qua Gallogręci. Nā cum galli multitudine abundātes: relicto natali solo italiam inundassent gręciam impleuerūt Macedoniam occuparunt: in Asiam transierūt duce Leonorio qui gallogręciā mixto ex gallis gręcisq; vocabulo cognominauerunt.

Gallicia regio hispanię quę vt Iusti. refert a Teucro Thelamonis filio condita est.

Galatia grece γαλατία per simplex l. regio minoris asię. Hęc ab oriente Cappadociā et helym fluuium: ab occidēte bithyniā et asiam: a meridie pamphiliā: a septentrione pontū euxinū hȝ: quā olim galli ex europa venientes habitarunt: et gallogręcia dicta est.

Galatę pe. cor. populi qui galatiā habitāt. Hi primo gomorite dicti sunt a Gomor Iaphet filio vt Iosephus lib. i. refert: et fratre Aiacis qui ad ea loca veniens ibi sedes posuit nūcupata est.

Gallina auis nota a quo noie deducunt hęc adiectiua.

Gallinaceus a. um. qđ ex gallinis est: vt pull9 gallinaceus. Var. Gallinaceis eñ pullis bis deni dies op9 sunt: pauoninis ter noueni.

Gallinaceus substantiuū ipse gallus. Poscēnin9 niger ob vnius gallinacei direptionem decem cōmanipulares qui raptum ab vno comederant: securi percuti iussit. Sic gallinacia gallina. Var. Si oua gallinis pauonina subiicies: cū iam decem dies fouere cepit gallinacia tum deniq; subiice: vt vna excludant.

Gallinarius et gallinaria qui et q̄ gallinas curat. Pli. lib. x. Tradit quędā ars gallinarii cuiusdā dicentis quid ex quaq; esset. Var. Inter duas ostium sit qua gallinarius curator earū ire possit.

Gallinaria insula est in mari thusco ꝯm italiam contra montes ligusticos: vigintimilliū Albumingaunum. Aliis ab his villaticis inuectis a nautis ibi feris factis inusitatis: vt inquit Varro libro. iii. de re. rus. a gallinis rusticis appellata. Est et silua gallinaria Cumis vicina: de qua Cicero ad Perū. Q. Ceparius obuiam mihi fuit in silua gallinaria. De hac Strab. item scribit. Hoc quoq; in sinu fruticosis virgultis frequens et arborib9 silua est multis porrecta stadiis aquarumq; indiga.

Gallinarium locus in quo morantur gallinę. Columella. lib. ix. Gallinaria constitui debent parte villę quę hibernum spectāt orientem.

Gallicinium: pars noctis: appellata est qua galli cantāt: quę est quarta castrensis vigilia.

Gallo as. insanio. Varro. Et deam gallantes vario retinebant studio.

Gallulo as. penulti. correpta pubeo: a quo gallulasco: pubesco: q pubescētes vocem grandiorem ad galli gallinacei similitudinem faciant. Neuius. Cuius vox gallulascit.

Galla fructus quercuū. Gręci quoq; gallā lac nolant. Unde et galli ꝯm aliquos dicti sunt quasi lactei. gallam bibere ac rugas ꝯducere ventri ait Lucil. q̄si. d. parsimonia esse vtendū: neq; gulę indulgendū: ventremq; coarctandum.

Gallaici siue galleci hispanię populi sūt gallis finitimi. Mar. Neq; gallaico liniunt auro.

Galilea pe. pro. nomen duarū regionū: ex quibus vna galilea gentium vocat: vicina tyriorum finibus vbi et salomon viginti ciuitates donauit Hyram regi Tyri in sorte tribus neptalim. Altera galilea dicit erga Tyberiadem et stagnū genesareth in tribu zabulon. Galilea teste Plinio Syrię arabię atq; egypto cōiungitur: terra ferax.

Galenus penulti. pro. nomen medici excellentissimi ex pergamo Asię vrbe: qui vulgo Galienus dici solet barbare et inepte: nā ελληνιστι γαληνοσ λεγεται απο του γαλακτοσ ωσ εγω οιωμαι. διο τοι υπεστι λευκοτητοσ. Quo nomine etiā dictus est imperator romanus.

Gallumbri populi qui nunc Romandioli vocant.

Gamma grece: latine littera γ q̄ apud nos significat g

Gamale pe. cor. vrbs in iudea Iosephus. Syrię habitatio q̄dā fuit Gamale. Sue. in Tito Gamales appellat. Tarichiā inquit et gamalē vrbes validissimas iudeę in potestatē redegit.

Gammarus penultima correpta aquaticum animal simile cancro: vel vt quidam putant ipse Cancer cui bina brachia denticulatis forcipibus ad caput porriguntur concoctū fit rubeus. Mar. Concolor in nostra gammare lance rubes.

Gamos grece latine nuptię. Hinc cōposita fiunt Agamus: Monogamos: Bigamus: Digamus: Trigamus: Quadrigamus: Octogamus. Hieron. contra Ioui. Non damno dimagos: immo nec trigamos et si dici potest octogamos.

Gamphasantes populi in libia: sine vllis vestibus viuētes: qui sicuti scribit Pōpo. a pręliis abstinent: cum nec tela iacere aut vitare noscāt. Ideoq; obuios fugiūt

Ganea ę. et Ganeum lupanar meretricum: gulosorum diuersoriū et popina q. s. sic in terra non vt cęnacula superius. Est eñ locus abdit9 et velut subterraneus vinolentię et libidini aptus. Teren. in adel. Ubi ego illum querā? Credo abductū in Ganeā. Col. in prol. Nox deinde vt apti veniam9 ad ganeas quotidianam laconicis cruditatem excoquimus. Plinius tñ videt innuere popinas esse in quib9 vnctoria edulia conficiebant et pro ipsa ingluuię cibariisq;. Ait enim de porco lib. octauo. Neq; alio ex animali numerosior materia ganeę.

Ganeones: eluones qui ganeas frequentãt. Iuue. Sed laudẽ siliquas occultis ganeo pultes.

Ganges is. et gangetis: Indię fluuius maximus. Alio nomine Physon a grecis dictus: de paradiso exiens: quem alij incertis fontibus vt Nilũ: rigantẽq; vicina eodem mõ ferunt. Alij in Scythicis nasci: ipsãq; indiã secare dixerũt/ fluereq; in eum triginta amnes. Minima gangis latitudo per octo millia passuum: maxima per viginti patet. Altitudo vbi vadosissim[us] est/ mensurã centũ pedũ implet. Dict[us] Ganges a Gãge ęthiopũ rege: vt ait Suidas. Ouidi[us] lib. iiij. De tam. Decolor extremo qua cingit india gãge. Hinc gangeticus ca. cũ. Columel. libro. ix. Iã nunc gangeticas et ęgyptias auis temulenter eructãt. Arrian[us] libro. v. de gestis Alexãdri magni: ευταξιλαο ὰλεξανδροσ αφικετο πολὶν μεγαλιν και ευδαιμονα τὴν μεγίστην των μεγὰξυιν δου τεποταμοὺ και υδασ που και εκει ο πωροσ βασιλευσ οσορων αλεξανδρον.

Gange es. est vrbs Indię regia.

Gangaridę (vt inq̃t Curti[us]) populi inter Assyrios et Indos iuxta Gangẽ: qui nouẽ ostijs effluit.

Gangręna: cum ę diphthon. caro est emortua ex vlcere vel inflãmatione ac rubore. Subalbescit autem primo: demũ atra fit/ sensu amisso in prominentibus mẽbris: id est inter vngues et alas et inguina. Et in senibus fere atq; his quorũ corp[us] mali habit[us] est. Lucil. li. j. Saty. Serpere vti gangrena malo.

Gangilion siue ganglion: genus morbi in capite: cum humor quidã includit. De quo Colu. libro. vij. Est et Gãglion (vt docet Paulus) nerui alicui[us] vel exitu vel ex lassitudine contortio. Multis quidẽ omnino partibus corporis/ sed pręcipue mollibus: vt in extremitate manuũ atq; pedibus.

Gannio is. niui. vel gannij. itum. Gannire pprie canes dicuntur cũ murmure: vel quasi plorãdo cõqueri videntur. Inde gãnitio et gãnitus. Lucre. Longe alio pacto gannitu vocis adulant: Aut cũ deserti abubãt in ędibus: aut cũ Plorantes fugiunt sũmisso corpore plagas. Inde ad hoies translatũ. Teren. in Adel. Quid ille gãnit? q̃d vult? Huius cõpositũ est Ogãnio: de quo infra.

Garamãtes: populi Libyę psyllis finitimi: a Garamãte Apollinis filio cognominati: qui ibi Garamantẽ oppidũ ex suo noie cõdidit. A quo garamãti[us] a. um. et garamãtis idis. Fuit et alius garamãtes rex: cui[us] filiã garamãtida Iuppiter apud bragadẽ fluuiũ cõpressit: et ex ea genuit Hiarbã.

Garganus pe. p. mõs in Apulia. Luc. lib. iiij. Apul[us] adriacas exit garganus in vndas.

Gargara penultima correpta: mutatione litterę: a καρα καρασ: id est caput capitis: id est altitudinis altitudo: καρκαρα capita. Unus est ex collibus montis Idę. Est et oppidũ huius nominis positũ in imis radicibus Idę mõtis. Et defluentibus inde humoribus gargara irrigãtur/ fiuntq; feracissima. Apud hãc ciuitatem tanta erat frugũ copia: vt qui magnũ cuiusq; rei numerũ vellet exprimere/ p multitudine immẽsa nominaret. Unde et Ouid. Gargara quot segetes quot habet methymna racemos. Dicitur et gargar[us] numero singulari. Stra. lib. duodecimo. Gargarus in superioribus Idę partibus locus ostendit: a quo gargara dicunt. Aeolica ciuitas: Gręci γαργαρὸν neutro genere dicunt. Sunt et Gargara in Mysia. Sunt qui gargarus dici velint: απο του γαργαριζειν τασ πηγασ: id est ab emittendis fontib[us]. Oui di[us]. Creberrima fontibus ida.

Gargarisso as. sicut sonat Plin. lib. xx. Sedat anginas cũ melle ac hysopo et aceto gargarizatũ. Apud gręcos γαργαριζω. Fit aũt gargarizatio in sũmo gutture. Et gargarizare: sępe ad gurgulionẽ. i. guttur reuocare. Et duplici mõ cõstruit. Nã res q̃ sępe guttur alluit: in ntõ plerũq; in ablatiuo ponit. Pli. li. xx. Aceti succus sub certamine vtilis: et q̃ gargarizat vna tumẽte adiectamẽta. Cor. li. iiij. In vetusto capit[is] dolore cõmunia sũt sternutamẽta excitare inferiora vehemẽter refricare gargarizare his q̃ saliuã mouẽt.

Garrio is. garriui vel garrij: itũ. inepte loq̃r. Cice. lib. ij. de ora. Nã et seculis multis añ gymnasia inuenta sunt/ q̃ in his phi garrire cęperunt.

Gariophylum: flos garo: solus nomen nec gręce nec latine habet.

Garruli penultima correpta: pprie dicuntur (vt inquit Aug[us]) qui vulgo verbosi appellãtur accedente lętitia: nec valentes nec volentes tacere. Et garrulę dicunt aues canorę et hilares. Virg. Garrula quem tignis nidũ suspẽdit hirundo. Garrulus etiã dicit cordatus. Var. In hac ciuitate tũ regnabat Dionysius homo garrulus et acer.

Garritido as. pe. cor. idẽ qđ garrio. Var. Quidnã garritidatis dicentes o fortuna.

Garrũ apud Col. liquamẽ est ex pisce factũ.

Garumna. fluuius per tribus amplificatis amnibus p biturigcs et santones: gallicã vtrãq; gentem effluit. Est enĩ in gallia narbonẽsi terminãs aquitanos. Distat a Narbone stadijs octingentis. Dilabit ex pyreneo/ et in oceanũ excurrit.

Gaster seu gasterium: genus vasis: cuius formã alij aliter accipiunt.

Gastrimargia pe. p. nimia ingluuies: vt apud Aristotelẽ in ethicis. Gastrimargus: gulosus.

Gaudiũ: est affectio animi alicui[us] p̃sentis boni opiniõe cõcepta. Cui[us] diminutiuũ est gaudiolũ: et compositũ Gaudiloquus penultima correpta: qui cũ gaudio loquit: vt apud Plau. Dictũ gaudiũ q̃si gauiũ. Gręci enĩ γαυρον lętũ dicunt.

Gaudeo es. gauisus: gaudiũ habeo de bono proprio. Quãdoq; etiã de bono alterius/ sed intrinsecus: Lętari þo extrinsec[us]. Cõstruit q; Gaudeo diuersis modis. Nã qñq; sine apposito: vt Gaude et lętare. Quãdoq; cũ datiuo. Cicero. Mihi gaudeo/ tibi gratulor. Quãdoq; cũ ablatiuo. Virg. Numero deus impare gaudet. Quãdoq; cũ abltõ mediante in. Cic. Lentulo. In molestia gaudeo. Qñq; mediante de. Hiero. ad Helio. Gaudebo de ascẽsu/ sed timebo de lapsu. Aliquãdo gaudere: est valde seu cũ delectatiõe qđ vulgo dici solet Godere: et construit cũ accusatiuo. Hiero. in plo. Iob. Beatũ qui adhuc apud latinos iacebat in stercore: et vermib[us] scatebat errorũ: integrũ immaculatũq; gaudere: id est cum gaudio pergustare. Terẽ. in Adel. Nunc scio mea solide solum gauisurũ gaudia: id est pergustaturũ. Cice. Peto. In theatrũ Curionis Hortensius introijt puto: vt suũ gaudiũ gauderem[us]. Aug[us] lib. viij. Cõfess. impsonaliter vsus est tantus auctor. Qñ inquit cũ multis gaudet: et in singulis vberius gaudiũ est: quia feruefaciunt se et flãmantur in alterutro. Et alibi. Multũ inter se gaudia differunt: suntq; inter se omnino contraria. Quãdoq; gaudet in sęculo/ non gaudet in domino. Hui[us] vba cõposita sunt Cõgaudeo: qđ est simul gaudeo. Ambro. Cõgaudete mecũ et cõgratulamini. Adgaudeo. Lact. lib. iiij. Ego etiã cui adgaudebat: hoc est quasi applaudebat.

Gaudere in sinu: puerbialis locutio quã et poetę vsurpãt: Quod significat secũ et cũ suis lętari. Cice. libro iij. Tus. Quoniam plausibilia nõ hęc sunt/ vt in sinu gaudeãt: gloriose loqui desinãt. Tibull[us]. Qui sapit in tacito gaudeat ille sinu. Proper. In tacito cohibe gaudia clausa sinu.

Gauleon teste Solino: Libyę obiacẽs: in qua serpens

nec nascit/nec inuect⁹ viuit:puluisq eius quocuq gentiū iact⁹/angues τ scorpiones perimit.
Gaulus:nauis gen⁹ paruę τ rotūdę.
Gaurus:mons Campanię.
Gausape penultima correpta:militare stramētū vtrinq villos habens:vel vna tm̄ e parte/quod pro lecto in castris sternebat. Plini⁹ libro.viij. Antiqs torus e stramento erat/qualia nūc in castris gausape. Nunc ponit pro pāno quo mensa sternit. Declinat autem hoc Gausape. Antiquissimi hic Gausapes/τ hęc gausapa/et hoc gausapū. Vñ in plurali Gausapa. Persius. Iā chlamydes picti:iā lutea gausapa captas. Cassius ad Mecenatē. Gausapo purpureo salutat. Inde gausapina.
Gausapina pe.cor.genus vestis. Mar. Mensę vl' augusto sumere gausapinas.
Gaça:dictio persica:et numero singulari significat omne quod possidemus. Pompo.mela. Gaçā persę grariū vocant. Curtius. Igitur quasi parū munimentis oppidi fidens ante solio ortū pecuniam regiā (gacam Persę vocant) cū preciosissimis rerū efferri iubet simulans fugā. Inde nomen est Gaçę ciuitati:eo φ Cambyses illuc belli et opes et pecuniā intulerat. Hęc est Euchoꝝ ciuitas:in qua habitauere Capadoces pristinis cultorib⁹ interfectis. Apud veteres terminus erat Chananęoꝝ iuxta Egyptū:ceciditq i fortem trib⁹ Iudę:τ est vsq hodie insignis ciuitas Palestinę:ve scribit Hiero. A qua Gaçeus a.um. quod est et gaça vrbe. Et gaçeticus tica.ticum. ex Gaça vrbe persica:vbi nobilissima vina:vel vt Pompo.ait: mella. Sidonius ad Faustū. Vina mihi nō sunt gaçetica/chia/falerna. Suidas. γαζα γαρ φησαυρος λεξις μηδικη και πωλις αλλη εσφοι νικησ ο πολιτησ γαζαιοσ.
Gaçophilaciū cum c.nomen compositū ex dictiōe persica et greca: φυλαττω και φυλασσω λεγεται: quod est custodio:quasi locus ille dicatur esse in quo opes recondunt. Aug⁹ in Psal. Gaçophilacium arca vbi colligebantur ea quę ad indigentiā seruorum dei mittebant. Ambro.ad Studiū. Quid est Gaçophilaciū? Collatio fideliū/sumptus pauperū/requies egenorū: iuxta quod sedens Christus vt habens ſm Lucā:duo era mulieris viduę:diuitū muneribus censuit pręferenda. Significat τ capsam quę res preciosiores et secrete in primis scripturę seruant. Unde scrinarij/secretarij:quos etiam a secretis dicimus/vt scribas ab epistolis.

G Ante E

Geomātia penultima pducta:diuinatio ex terra.γαιā και μαντεια.
Geometer et geometra penult.cor.terrę mensurator. Greci γεω μετρησ μετρον mensura: geometria/terrę mēsuratio dicit. Et geometria quidē sciētia est mathematica/sicut astrologia/musica τ arithmetica q̄ in numeros ac formas diuisa est:quā oratori necessariā esse autumant eruditi.
Georgius:nomen viri ꝓpriū quo apud nos colon⁹ significat. Georgia agricultura georgica/q̄ ad agroꝝ cultū ptinet:εργον opus:γαια terrę. Georgi:populi scythici agros incolentes.
Gebalena:regio in finibus eleutheropoleos.
Gebusęus/fili⁹ Chanaan:a quo Gebusęi dicti sunt:qui Hierusalē inhabitauerunt.
Gebēna:mons qui hodie dicit mons Geneuere. Luca. Caua pendētes rupe gebēnas.
Gedeon:nomē ꝓpriū iudicis Israel:q̄ occidit Oreb/çebe/çebee τ Salmana.
Gedrosia:regio maioris Asię.
Geenna:hoc nomē ꝓpriū inquit Hiero.a saluatore nostro ponit. Quęramus quę sit sermonis huius occasio. Erat idolū Bahal iuxta Hierusalē ad radicē montis Moria:in quib⁹ Siloa fluit. (Sed notandū est/ φ idolū pducit penultimā cōtra consuetudinē ignari vulgi:nā grece scribit per ω mega/τ diphthongū in principio. Si quis autē corripiat/vt ille: Idola dicta dei:barbare loquit/τ fatue pnunciat.) Hęc vallis et parua cāpi planicies irrigua erat et nemorosa/plena q delicijs/τ locus in ea idolo cōsecrat⁹. In tātā autē populus Israel venerat dementiā/vt deserto tēplo vicinia ibi hostias imolaret/vt rigorē religionis delicię vincerēt:filiosq suos incenderēt demonibus vl' initiarēt. Et appellabat locus ipse Geennō: id est vallis filioꝝ Ennō. Hoc Regū volumē τ Paralipomenō/τ Hieremias plenissime scribūt. Et cōminat deus se locū ipsum impletuꝝ cadauerib⁹ mortuorū: vt nequaq Tophet τ Baal/sed vocet Poliandrū: id ē tumulus mortuoꝝ. Futura q̄ supplicia τ pęnę ppetuę quib⁹ peccatores cruciādi sunt hui⁹ loci vocabulo denotant. Duplicē autē esse geennā nimij ignis τ frigoris in Iob plenissime legitur.
Gela:fluui⁹ in Sicilia:a quo et gela vrbs nomē habet. Virg.lib.iij. Immanisq gela fluuij cognoīe dicta. Siri⁹. Venit ab amne trahēs sibi nomen venit τ hec lā. Suidas. γελα πολισ σικελιασ καλειται δε απο ποταμου γελατων παρακειται ε πολισ ωδε ποτ μοσ ονομαζουτωσ οτι πολλην γεννα ταυτην γαρ τηο πικων φωνη και σικελων γελαν λεγεσθαι η απο γελωροσ του αικο και υ μαρου θο εθνικον γελαιοσ ουν
Gelasini pe.prod.dentes anteriores q̄s (γελωσ. ridendo ostendimus:γελαω κελω est rideo. Et gelasini:lineę quę ridendo efficiunt. Mar. Nec grata est facies cui gelasinus abest. Et gelasini dicunt mimi:qui gesticulatione faceta populū oblectāt. Unde gelasinus ille plautinus risionibus τ falsis dicterijs populū delectat. Et dū facit vt ab oīb⁹ rideat/irridet. Vñ est plautinū illud. Caue ex gelasino fias catagelasinus:hoc est deridiculus.
Geloi:cāpi in Sicilia apud Gelā fluuiū. Vir. Cāpiq.
Geloni vel gelones:populi scythici interius (geloi. habitantes/ et agathyrsis primi: a Gelono Herculis filio. Hi solebāt se pingere. Virg. Pictosq gelonos. Luca.lib.iij. Massagetes quo fugit equo fortesq geloni. Hi nūc Getę dicunt/siue Tartari corrupto vocabulo vocant. Sāguinē equinū cū lacte mixtū bibunt. Virg. Bisalte quo more solēt: acerq gelon⁹ Cū fugit in rodopen atq i deserta getaꝝ. Et lac concretū cū sanguine potat equino.
Gelboe:montes alienigenaꝝ i sexto lapide Sintopolis:in quib⁹ etiā est vic⁹ grādis q̄ vocat Gelbos.
Gelu ꝓpie glacies dictū:απο του λυειν: hoc ē a soluēdo terrā. Nā glacie pscissa terra resoluit. Aliqñ tm̄ ponit p frigore: vnde gelidū frigidū dicimus. Dicit etiā hoc gelū et hic gelus. Lucr.lib.v. Assiduosq geli casus mortalib⁹ aufert. Et lib.vj. Demittit quasi ſe pe gelū quod continet in se.
Geliciadium:ipsum gelu. Colu. Vt prius conualescant radices frumentoꝝ q̄ hibernis imbribus aut geliciōis pruinisve infestent.
Gelo as. Plin.lib.xvij. Si ptin⁹ editis fructib⁹ gelatio magna cōsecuta est:etiā paucis diebus necat. Iuue. Pauidoq gelant pectore. Hinc cōponūtur cōgelo τ regelo penul.cor. Colu.lib.j. Oleū q̄ominus putrit/si cōgelat fracescet.
Gelascere:est in gelu astringi. Gellius. Vina raretenter congelascunt.
Gelabile:qd gelu durari pōt. Gelli⁹. Cur fluuioꝝ τ fontiū aquę gelu durent/mare oīe ingelabile sit.
Gelidus da.dum.penultima correpta:frigidus. Hinc

componuntur Pregelidus et Egelidus: quod significat id quod nõ est calidum neq frigidum. Nam e. quandoq priuationem denotat: quis Seruius pro valde frigido exposuerit. Suet. de Augusto. Ungebatur sepius: sudabat ad flammã: deinde perfundebatur e gelida aqua vel sole multo tepefacta. Ouidi⁹. Sed gelidũ boreã egelidũq nothũ. Ubi gelido egelidũ opposuit.

Gelima gelimę penultima correpta: fasciculus manibus gembus ligatis. Gelimarium vero multitudo meta dicitur. ¶ Hic locus mendosus ab impressore additus est: vt parenthesis illa superflua in vocabulo Gecnna de idolo.

Gēma: oculus vitis quẽ primo emittit. Virgili⁹. Turgent in palmite gēmę. Ad huius gēmę similitudinẽ gēma lapillus vocatur: quis generale nomen sit/cõprehendens proprie quęcũq nec oblonga nec perforata. Aug⁹ in Dialec. Similiter ornamentorũ diuersos lapides compendiose vocauit gēmas. Huius diminutiuũ est Gēmula. Bigēmis/trigēmis deriuatiua sunt. De quibus alibi.

Gēmare: est gēmas in arboribus emittere. Col. Cũ primũ vites incipiunt gēmare.

Gēmascere: in gēmas effici. Pli. Atq vt gēmascere incipiente/liget calamus.

Gēmatus a. um. quod est gēmis ornatũ.

Gemo mis. gemui itũ. Inde gemitus: qui est pectoris cũ prę angustia in sonũ prorũpit. Unde iumẽta ⁊ inanimata cũ nimis onusta sunt/gemere dicunt. Virgilius. Gemit sub pondere cimba. Grecũ tamẽ est γεμω: id est plenus sũ: forsan ab eo quod sequit: vt videmus alternari ab scriptoribus: sed in alia etiã significatione γεμιζω: significat eñ impleo es. Quãdoq tamen gemere ponitur pro flere/et quandoq pro canere: de his solũ auibus quę flebilẽ cantũ habent: vt Turtur et colũba. Virgilius. Nec gemere aerea cessabit turtur ab vlmo. Hinc fit Ingemo: de quo infra: sed talia proficiscuntur ab metaphoris quibusdã: quibus greci pleni sunt.

Gemursa: tuberculũ sub minimo pedis digito/q gemere faciat eũ qui id gerit/inquit Festus. Pli. o vlittera tũ id ⁊ nomen ⁊ malũ ait.

Gemini proprie dicuntur duo. Virgilius libro sexto. Sunt geminę somni portę. Nã si tres sunt/ ter gemini dicuntur: si quattuor/quater gemini. Columella libro quarto. Albanas equitię familię trigeminorum matres. Quandoq gemini dicuntur/ qui vno partu nascuntur: etiã si tres vel quattuor vel plures nascerentur. Quandoq geminus pro simili ponitur. Pacu. Par fortitudo/gemina confidentia. Et gemini celeste signũ: quod Castor et Pollux constituunt. Varro libro secundo de re rust. geminos intelligit Apollinem ⁊ Herculem. De quibus Seneca. In magna tempestate apparent quasi stellę cęlo insidẽtes: adiuuariq se tunc periclitantes existimant Pollucis et Castoris numie. A Columella dicitur geminũ astrũ quod. xiiij. kalendas Junij sol ingreditur. A geminus fit compositũ Congeminus: qui cũ aliquo natus est. August. in Psal. Phares cõgemino suo prelat⁹ est. ¶ Sed posteaq de constellatione geminorũ tetigimus: dicimus totũ zodicũ in trecentos sexaginta gradus diuidi: rursusq subdiuidi in duodecim signa: quę ab Astronomis etiã dom⁹ dicunt. Est aries/taurus/gemini/cancer/leo/virgo/libra/scorpius/sagittarius/capricornus/aquarius/ et pisces: quę regiones cęlorũ habent denominationẽ ab aliquo animali propter proportion: et quandam conuenientiã. Aries est domus Martis: nati sub tali signo ascendente sunt inclinati ad militiam: ⁊ rixosi diuitesq: ⁊ de lanificio se intromittentes: facit etiã capillos crispos: ⁊ in negociis suis agiles et expediti. Loquor eñ quantũ de natura est ipsius signi: nã aliud esset sm situm et aspectũ planetarũ. Taurus autem facit nato collum grossũ: quia est signũ vel dom⁹ veneris: ideo erit natus mulieribus deditus et agriculturę: sed tardus in negociorũ et rerũ suarũ expeditione. Geminorũ signũ est Mercurij: natus sub tali ascendente/ erit dedit⁹ litteris/et viris illustribus vel principibus/ et totus affabilis: et semper cũ societate alicui⁹: erit pulcher. Cancer facit natũ longũ corpus habentẽ/ ⁊ breuibus cruribus: linguam nõ satis expeditam: et qui aliquãdo in statu suo augeatur: aliquando vero deprimatur: modo ante proficiet/modo retrocedat: et labrũ ei alterũ altero maius: erit tamen fortunę cito mutabilis: et agilis in rebus peragendis. Leo facit hominẽ natum sub tali signo crura retorta habentẽ/ vel signatũ in crure: et qui tardus sit ad prosperitatem habendã: tamen inclinabitur esse curialis: et habebit amicitiã dominorũ: erit iustus et pius: et habebit nobilẽ animũ: sed inuidi eum semper agitabunt. Virgo facit hominẽ sterilẽ: qui nascetur oriente tali signo: erit tamen pulcher/et humanus/et doctus: et qui amiciciam habebit principũ. Libra facit natum iustũ ⁊ humanũ: et qui a proditoribus patietur multa pericula. Scorpius signũ Martis: qui habuerit tale ascẽdens erit proditor: nisi alicuius planetarũ vel Jouis vel Veneris benignitate minuatur talis malicia: vel faciet homines in iudicio damnari. Sed si Mars fuerit in eo signo ascendente: dabit diuitias multas vel hereditatẽ/ vel militiã: vel accusator erit. Sagittarius facit natũ pugnacẽ/ humanũ/tenuẽ et affabilem: ⁊ qui equis delectetur. Capricornus facit natũ sub tali signo esse doctũ. Quis non miraretur? prefertim in mathematicis: facit etiã effęminatũ. Aquarius vero facit natũ benignũ et clementẽ. Pisciũ signũ facit natum mercatorẽ per maria: vel rerũ liquidarum olei vel vini/et taliũ rerum: ⁊ qui linguã expeditã non habeat/sed balbus sit. Sed vnũ admonemus vt quilibet habitet vrbes ędificatas sub suo ascẽdente/vt diues sit/et plurimũ gratus. Quicunq eñ signũ oppositum habitauerit: id est vrbẽ ędificatã sub signo opposito: semper anxius erit/pauper/odio omnibus/ ⁊ infortunatus: ideo prouerbiũ est vulgariũ. Qui mutat locũ/mutat fortunã: quoniam quandoq vadit ad loca sui ascendentis: vbi bene agit et prosperatur. ¶ Ascen. Totũ hoc ab eo loco. ¶ Sed posteaq ⁊c. et illud ingemo. Sed talia proficiscuntur: ridiculũ est/sed turpiter insertũ ab eo: qui non satis verborũ habuerat ad cõplendas pagellas: quę oĩa sustulissent: nisi tam stultos scirem: vt si ea sublata norint: imperfectũ opus calumniẽtur. Subdit auctor Home. autem in hymnis. καϛορα και πολυδευκεα τει σομουσαλιγει α τυνδαριδασ οι ζηνοσ ολυμπιου εξεγενοντο τοϛασ υποταυ γετου κορυφη τεκε ποτνια ληδη υποδμηθεισ ακελαινεφει κρονιωνι.

Gemellus diminutiuũ. Virg. Modo nãq gemellos spem gregis ah silice in nuda cõnixa reliq. Gemellę vites a Columella dictę sunt ab vuis semp geminis. Nã duplices vuas (vt inq̃t Col.) exigũt.

Gemino as. penul. corre. duplico. Cui⁹ cõposita sunt Cõgemino. Plau. in Au. Nunc si patera paterã peperit: oẽs cõgeminauimus. Ingemino: int⁹ duplico. Virg. lib. j. Geor. Tũ liquidas corui presso ter gutture voces: Aut quater ingeminãt.

Gemonię scalę dicebant: ad quas corpa damnatorũ tracta pcipitabant. Cor. Tacit⁹. Tunc cõfossũ collaceratũq/ ⁊ abscisso capite truncũ corp⁹ sabini in gemonias trahunt. Pli. lib. viij. scribit canẽ a corpe serui nõ recessisse/abiecto in gradibus gemonijs.

Gena ne. vulgo palpebra dicitur: hoc est mēbrana que superius inferiusq̄ tegit oculū. Terē. Hodie nō cōpressi genā. Plinius. Aquatilia dormire existimant: nō oculorū argumēto: quia nō habent genas/ sed ipsa quiete placita seu sopozata. Extremus ambitus Cilium dicitur. Unde supercilia i quibus est animi pars: Nam ex his negamus et annuimus. Hę genę pilos habēt i modū valli: quos a palpitādo palpebras appellarūt. Genę etiā dicūtur partes illę a cilio ad vniuersam partē illam oculis subiectā: quę barba vestitur: quas radi i feminis duodecim tabularū interdicto antiqui vetuerunt pudoris sedes esse arbitrati: ꝙ ibi maxime ostēdat rubor. Dictę genę ꝙ in his pili gignātur. Virgili⁹. Tū mihi prima genas vestibat flore iuuēctus. Apul. i Magia. Purpuris infectas genas: ⁊ oculos illisos illices. Hę cū i mali speciē factę sunt rotūdę/ dictę sunt etiā malę.

Genauius a.um. idē quod gulosus sa.sum. Uarro. Hę nouissime in triclinium genauiū introierūt e culina propter fastidium.

Genus a greco γενος: proprie principiū vniuscuiusq̄ generationis: vel ab eo qui genuit: vel a loco i quo genitus est: vt Horestes a Tātalo ducit genus. Et Plato genere Atheniēsis est. Patria enī generationis vniuscuiusq̄ principiū est/ quemadmodū parentes. Hinc per translationē genus etiā vocamus multitudinē aliquorū ad vnū aliquid et ad seinuicē quodāmodo se habentiū: vt Romanorū genus dicimus qđ ad Romulū refertur: et cognationē inter se habet ꝗ quā a ceteris distinguitur. Hinc rursus appellatur genus cui supponit species: et predicatur de pluribus differentibus specie: ꝙ quasi principiū sit omniū quę sub ipso sunt specierū. Itē genus dicitur quicquid est per quod alicuius rei qualitas indicatur. Unde gen⁹ mortis/ genus vitę/ genus penę/ genus marmoris/ genus coloris/ et hmōi. Seneca. Summū genus infęlicitatis misero est fuisse aliquādo fęlicē. Uirgilius. Quod genus hoc hominū: quęve hunc tam barbara morē Permittit patria? Nonnūq̄ sumit pro accidente partiū orationis: vt cū dicimus: Animal est generis neutri. Et est sciendū/ ꝙ licet genus sit tertię declinationis: in compositione tamē quandoq̄ fit secundę et adiectiuū: vt Alienigenus alienigena alienigenū. Multigenus multigena multigenū. Plini⁹ libro decimo. Multa hęc et multigena terrestriū volucrūq̄ vita. Dicimus quoq̄ id genus ꝓ eius generis: vt Multa sunt id genus mōstra: qđ est fere similia et eiusdē generis monstra.

Generosus generosa generosū: quod est nobile ⁊ ex ꝓclaro genere. Uirgilius libro primo Georgicorū. Cōtinuo pecoris generosi pullus in aruis Audet et ignoto sese cōmittere pōto. Cicero in Lel. Humilē sane relinquāt et minime generosum (vt ita dicā) ortū amicitię: quā ex inopia atq̄ indigētia natam volunt. Interdū dicitur forte. Cicero libro tertio offici. Cūq̄ de imperio certatū esset cū rege generoso atq̄ potenti. Et generosū dicit: quod generare facit seu perducit. Columel. libro quarto. Atq̄ vbi multa inuitabunt regionis cōmoda/ vt nobilē vitē cōferamus/ generosaꝫ requiremus. Idē libro tertio. Uitē maxime populus alit: et postea vlmus quā atinā vocant rustici: generosissima est. Hinc generositas: nobilitas/ et quasi producibilitas. Idē in eodē. Qui vineā vel arbustū constituere volet: seminaria prius facere debet: sic enī sciet cui⁹ generis vitē positur⁹ sit. Nā quę precio parata disponit: certā generositatis fidē nō habet/ cū dubiū est: an is qui vendidit legēdis seminib⁹ adhibuerit diligentiā.

Generale: qđ ad omnes pertinet. A quo aduerbiū Generaliter: qđ significat simul quę sub genere sunt amplectēdo: vt Nō generaliter oēs hoīes.

Generatim: per singula genera/ seu magis per singulas species: sidē species genera vocamus: vt Quot sunt genera verborū? Uirgilius libro secūdo Georgicorū. Quare agite o ꝓprios generatim discite cultus Agricolę. Uarro. Nō in volucribus generatim seruatur analogia: non vt ex aquilis aquilę/ neq̄ ex turdis procreātur turdi: sic ex reliquis sui cuiusq̄ generis. Aliquando generatim dicit nō per singula genera/ sed generaliter ⁊ in vniuersū ⁊ vniuersaliter. Cicero lib. ij. de oratore. Infinitū mihi videt id dicere in quo aliquid generatim quęreret: hoc mō expetenda ne esset eloquētia expetēdi ve honores.

Genero ras. notę significationis. Huius composita sunt Congenero: pro adiūgo/ associo. Ennius. Quę mihi cōgenerat affinitas. Degenero: de quo in Degener. Ingenero: quod significat modo genero/ mō intus genero. Lactā. libro sexto. Deus itaq̄ cū hominē primū fingeret: mirabili prouidentia ingenerauit ei prius istas animi cōmotiones: vt posset capere virtutē. Cicero libro primo offici. Eadēq̄ natura vi rationis hominē cōciliat homini/ ⁊ ad rationis ⁊ vitę societatē: ingeneratq̄ in primis precipuū quendā amorē in eos qui ꝓcreati sunt. Progenero: vltra generationē produco. Columella. Nam ⁊ humide res et siccę quas terra progenerat/ facile vitiātur. Hinc Progenies: pro genere ⁊ familia. Regenero: rursus genero. Lactantius libro quarto. Ex eorū semine regenerari eū iussit.

Gener: filię meę vir: quia sit generis propagator. Adhibetur enī ad genus augendū. A quo Progener. Hunc appellat auus neptis suę virū. ¶ Uideor mihi videre qui solent virtutē ingredi nuptiarū: de qua volumen conficeretur: de numero facularū earumq̄ superstitione: vnde etiā nomen vxor habuerit: de clauib⁹/ de zona/ de limine/ de velamine: a quo nubo nubis: quasi nube tegeret: de inuētione matrimonij: an Cecrops inuētor: et multa quę a grecis memorant. ¶ Hoc quoq̄ additiciū est.

Genitor: mō pater dicit: mō ad honorē refert. Silr genitrix ⁊ ꝓ matre ⁊ ꝓ venerationis gratia.

Genitus: a gigno is. idē quod nat⁹. A quo Unigenit⁹/ Primogenitus ⁊ Progenitus.

Genitura q̄n̄q̄ generationē significat. Gelli⁹. Ac multo etiā anteq̄ pater ipse ac mater nascerentur: et eorū genitura debuisse iā tunc prospici. Q̄n̄q̄ semē hoīs quod ⁊ semē genitale dicit.

Genitalis et hoc genitale: idem est quod natalis. Unde genitale solum dicitur patria in qua nati sumus: quod et natale solū appellatur. Ambrosius. Ranūculi circa genitales strepunt paludes. Et genitalē diem: quo scilicet geniti: id est in lucem proditi sumus. Genitalia semina: quibus aliquid procreatur et gignitur. Uirgilius libro secūdo Georgicorū. Uere tument terrę et genitalia semina poscūt. Columella libro quarto. Adhibenda ratio est subtilior: vt ex his partibus trunci sumant: qui et genitales sunt/ et maxime fertiles. Idē libro octauo. Feminis quoq̄ vulue ferro exulcerent/ et cicatricibus claudūtur: ne sint genitales: id est ne possint generare. Genitalia membra siue genitales partes dicūtur pudēda/ tā in viro q̄ in femina. Augustin⁹ libro decimoquarto de ciuitate dei. Seminaret igitur prolē vir: susciperet femina genitalibus mēbris quādo id opus esset. Columel. libro septimo. Elicit cupiditas odore genitaliū admoto naribus. Idē in eodē. Et ipsos neruos greci Cremasteras appellant: ꝙ ex illis genitales partes depēdent comprensos.

Genitiuus genitiua genitiuū: quod habet vim generādi. Unde genitiuus humor/ et genitiuus casus. Et

genitiuus dicit̃ quasi genitalis/a natura ingenit⁹ et genuinus ⁊ originalis/⁊ cū nascente cōgenit⁹: vt genitiuę notę: quę sunt maculę a natura ingenitę. Suet. de Augusto. Corpe tradit̃ maculoso dispersis ꝑ pect⁹: atq; aluū genitiuis notis in modū ⁊ ordinē et numerū stellaꝝ cęlestis vrsę.

Genethlius latine natalis dicitur: qui et deus nuptijs prefect⁹ putabatur ab antiquis: vt scribit Hierony. Scribit autem Suidas/ꝙ etiam Genethlius palęstinus fuit ex petris sophista discipulus Minutiani et Agapiti: qui tandē viridi euo moriebatur. Scripsit autē multa: λάλιασ η Τοιδιαλεζεισ και μελέτασ: et multa alia: vt mirabile sit dictu tā paucis annis vitę tanta scripsisse.

Genethliacus: qui ex die natali fortunā hoīs ⁊ successū pronūciat: απο Του γενά ο μαιφυω και γενεθλη γενοσ αρχεγενεθλόμ.

Genius. veterū sentētia dicitur vniuscuiusq; anima rationalis. Ideoq; esse singulos singulorum. Fuere etiam qui dicerent genios deos: aquā/terram/ignem ⁊ aerē: quę rerum semina sunt/elementaq; appellata. Duodecim quoq; signa: lunāq; et solē inter hos deos putabant: et a gerendo/ꝙ multa gerere possent Gerulos deinde genios vocitarunt. Censorinus scribit Genios dictos: quia vt gignamur curent: siue ꝙ vna gignantur nobiscū: vel etiam quia nos genitos suscipiant ac tueantur. Certe a gignendo genius appellatur. Eundē esse Geniū et Larem multi veteres memorię prodiderunt. Euclides Socraticus duplicem omnibus om̄ino nobis genium dicit appositū. Hoc est duos lares. Hi etiā penates dici solent. Ab aliquibus genius dicitur vis/et naturę deus hospitalis/et ipsa voluptas. Scintra de antiquitate verborū libro tertio. Scis geniales homines ab antiquis appellatos: qui ad inuitādū et largius apparandum cibum promptiores essent. Iuxta quod etiam Seruius interpretatur pro voluptuoso et cōuiuali. Virgilius libro primo Georgicorū. Inuitat genialis hyems. Nam quotiens voluptati operam damus Genio operā dare dicimur: sicut econtrario apud Terentium. Suum defraudans genium: cum parce viuimus/et a voluptate cessamus. Cebetes thebanus ī pictura mundi. Ταυτάμεν Δη καλωσ μεΔοκειστεφην εξιγεισθαι ελλεκεινό δυ Δεπωη μιν ΔεΔηλωκασΤι πρόσΤαΤΤει Το Δαιμονιον Τοισ εισ πορευόμενοισ εισ Τονβιον πόιειν. Proculus autē platonicus in theurgicis diuinis loquit̃: cum legant qui curiosius talia quęrunt: ⁊ pro Horatiū loco ⁊ alijs auctoribus.

Genialis et hoc geniale: quod ad geniū pertinet. Vnde genialis lectus: qui in nuptijs sternitur in honorē Genij. Genialis homo hospitalis/atq; ad inuitandū et largius apparandū promptior. Virgil. Lucēt genialibus altis.

Genuini: dentes posteriores: qui ī extrema gingiua in homine gignunt̃ nouissimi: Nā circiter vigesimum annū/mult⁊ etiā octogesimū innascunt̃. Dicti genuini ꝙ a genis dependeāt: vel a gignēdo: ꝙ cū homine generātur: ⁊ cum ipso intereāt. Cicero. Dentibus in ore constitutis mādītur: atq; ab his extenuatur atq; molit̃ cibus: eoꝝ aduersi acuti diuidunt escas: intimi autē conficiunt qui genuini dicunt̃. Hos satyroꝝ instrumēta esse ad morsū ostendit Persius. Secuit lucilius vrbē Te lupe te muti ⁊ genuinū fregit in illis. Hiero. ad Marcellā. In plęrisq; ꝓuincijs familiare est/vt genuino dēte se lacerent. Iuue. ad morsū esculēti referēs ait. Quę genuinū agitent nō admittētia morsū. Hos autē genuinos gręci κυνοΔονΤοσ nostri caninos dentes appellāt.

Gentiles: qui ex eadem familia sunt: et qui eiusdem nominis sunt: qui et cognomines dicūtur. Vnde Cincius. Gētiles mihi sunt/qui meo nomine appellantur. Vnde Cicero libro primo Tusculanarū. Pherecydes syrus primū dixit animos hominū esse sempiternos Antiquus sane: Fuit enim meo regnāte gentili. Hoc est Seruio Tullio: quia eiusdē nominis erat. Et hoc est quod ait Plinius: Seruos dominoꝝ fuisse gētiles: id est eodē nomine appellatos quo domini appellabant̃: vt Marcipor ⁊ publipor. Cicero in Topicis. Gentiles sunt qui inter se eodē sunt noīe: ab ingenuis oriūdi: quorum maiorū nemo seruitutem seruiuit: et qui capite diminuti nō sunt. Idē libro primo ad Herenniū. Si paterfamilias intestatus moritur: familia pecuniaq; eius agnatoꝝ gētiliūq; esto. His gentilitas peculiariter esse dicit̃: cum neq; seruorum neq; libertinorū gētilitas vlla sit. Itē Gētile dicitur quod est gētis propriū: id est familiare: vt apud Iuuenalē: qui Gētilia tympana dixit: id est gentis propria. Sueto. de Tyberio. Capillo pone occipitium sūmissiore/vt ceruicē etiā obtegeret: quod gētile in illo videbatur. Et gētes dicūtur natiōes. Vir. Quas gētes italū: quas nō oraueris vrbes. Rursus gētiles dicti sunt idolorū cultores: qui aliter q̄ christiani de deo sentiūt. Diuersę em̄ gētes innumerabilia numina habuerunt: qr in gentiliū: id est maioꝝ suoꝝ fide ꝑstiterunt: nec religionis cultū mutauere.

Gentilitia nomina dicuntur: quę originem gentis vel familię declarant: vt Porcius Cornelius Gellius. Vulgus autem quos gētilitio vocabulo Chaldęos dicere oportet mathematicos dicit. Sic Gentilitia nota a Liuio Gentilitia funera a Plinio nūcupantur. Aliquando tamen Gentilitiū a gente: id est natione/nō a familia vsurpat̃. Inde gentilitia sacra dicūtur a Liuio: quę statuta sunt eidē genti. Gentiliū sacerdotiū: quod ad ius familię pertinet. Et nūc vulgo iuspatronatus dicitur.

Gētilitas. ꝓprie multitudo ipsa/vel familię/vl' gētis/seu nationis alicui⁹/⁊ ipsi gentiles.

Genselia: quę ex multis familijs conficit̃.

Genesis penul. corre. latine generatio/natiuitas. Geneth: genus. Inde Genethliaci: id est natalitij: q̄ cōtēplantes hominū natiuitates de vita prędicāt: immo gręcū est γενησισ.

Genearcha: generis princeps.

Genealogia penul. ꝓduc. sermo de origine generationis: γενεασ generationis: ⁊ λογοσ sermo. Hiero. Notandū: in genealogia saluatoris nullā sanctaꝝ assumi milieꝝ: sed eas quas scriptura reprehēdit.

Gentiana: herba amarissima et medicinalis: sic dicta/ꝙ eam rex Gentius inuenerit: vt inquit Plini⁹ libro xxv. Paulus autem egenita medicus excellētissim⁹: ita scribit de simplicibus loquens: γενΤιανη ποα εσΤιΤαυΤησ ριζαΔρασΤηιοσ εσιν καιασ μαΤικελιαν.

Genu/genum et Genus genus: teste Prisciano declinari potest pro femorum ac crurum cōmissione. Dicta genua/ꝙ hęc dū infans est in vtero matris genis opposita sint. Siue a generādo: ꝙ in genibus est vitalitas. Hinc cōgenudare: quod est genu replicato cadere/vel genibus flecti. Ingeniculatū: quod ē cęleste signū. Victruui⁹ lib. ix. Pes ingeniculati. Et genuinum eiusdē significationis. Ouid. libro. viij. Metamor. Cōsistuntq; loco specie remanēte coronę. Qui medius nixiq; genu anguemq; tenētis. Dicit̃ ⁊ genu de herbis. Vide in dictione Stipula.

Genesareth: a gręco vocabulo dictum est: quasi generans auram. Sed tamen ego puto falsissimum esse: nam nomina gręca non ita componuntur: vt exeant in sonum barbarum: et ideo non est sic dicendum: neq; possibile scd̃m rectam deductionem. Licet enim

γεγγαω dicetur grecum verbum σαρε ꝯ nihil significat: nec inde stagnum Genesareth dictum est: eo ꝙ flatibus ventis/crispantibus vndis auram ex se generare videatur. Idem dicitur mare Tyberiadis a Tyberiade ciuitate. Et mare Galilee ab adiacēte Galilea prouincia. Tenet hoc mare siue stagnum centum quadraginta stadia in longitudine: quadraginta vo ī latitudine. Nō ꝓpter hoc mare vocatur ꝙ eius aque sint amare: sed hebree lingue consuetudo est omnes congregationes aquarum/siue salse sint siue dulces: vocare mare. sicut in Genesi scriptū est. Cōgregationes aquaꝝ vocauit maria.

Geniculū diminutiuū. Plinius lib. xviij. Genicula autē tritico sunt quaterna: farri sena hordeo/octona. Quādoqꝫ geniculū accipit̄ ꝓ germine.

Geniculatim aduerbiū significat ꝑ genicula.

Geniculatū dicit̄/qđ frequētibus geniculis ꝯstat/vt heliotropium ob id genicularis herba vocat̄.

Genimē pe. corre. a gigno: generatio dicit̄: vt ī Euāgelio: Genimina viperarum.

Geneste: arbuscule quedā.

Genua: ligusticum emporiū. Hinc incipit Apēninus mōs: distatqꝫ a Sabatijs stadijs ducentis ⁊ sexaginta. Est autē extremū alobrogū oppidum: proximum Heluetiorum finibus. Ex eo oppido pons ad Heluetios pertinet. Inter Uarrum et Genuā habitāt Ligures. Dicta Genua a genu: quia habet tanꝗ̄ vnum genu recuruū a latere maris. Uel a Genuo Saturni filio: qui fertur eā cōdidisse. Uel (vt quidā aiunt) a Genuo Phaetontis socio. Alij etiā a Jano Italorum rege. Hanc Annibal penit° deleuit: sed Cornelius Seruilius cōsul instaurauit: sicut Liuius refert. Hinc fiunt adiectiua genuensis ⁊ genuanus. Quidā ex imperitioribus Januā hanc vrbem appellant/ꝙ a Jano conditam dicant. Cur autē dicatur ligustica regio/apparet nō obscurum a Lyge gigante: q Herculem profligauit. Marsiliā vsqꝫ post aduentum ab Gerione defraudatis illi armentis. De quo etiā Eustachius in cōmentarijs Dionysij libyci multa discutit/⁊ multa alij greci scriptores. Et quid actum sit vbi Jupiter venit in auxiliū Herculi. Aliter em̄ actum erat de Hercule. Greci scribūt: habitauit Lygis ꝓpe Chrysopolim: id est Parmā et Rhegiū Longobardie/⁊ Mutinā ⁊ Mantuā.

Gerre: crates viminee. Athenienses em̄ cum Syracusas obsiderent: ⁊ crebro gerras poscerent: irridētes siculi gerras clamitare ceperūt. Uñ factū est vt gerre ꝓ nugis cōtemptuqꝫ accipiantur.

Gerrones: nugatores a gerendis nugis. Festus. Gerrones: leues et inepti/a cratibus dicti: ꝙ Siculi aduersus Athenienses cratibus ꝓstratis vsi sunt: quas greci gerras appellant. Ausonius ad Symachum. Misi itaqꝫ ad te friuola gerr? siculis vaniora. Hinc fit cōgerro ꝓ cōnugone. Plau. in Persa. Iā pol ille hic aderit credo cōgerro meus.

Gerra re. nomen triū vrbiū: quaꝝ vna est ī Syria: alia ꝓpe Traconitas: alia in felici Arabia.

Gerres: genus locustaꝝ: vt habet Plinius. Mar. Teqꝫ iuuant gerres.

Gerrus: fluuius Scythie/ septimus ab Istro/ memoria dignus.

Geron gerontis: latine senex. Gerōticus: senilis. Gerātia dimi. vetulus: quē latini senecionē seniculūqꝫ dixere. Geronticos aduerbiū: seniliter.

Gero geris: gessi gestum: proprie significat porto. Uirgilius. Bella manu letumqꝫ gero. Interdum gerere est habere. Idem libro secundo. Et nos aliquod nomenqꝫ decusqꝫ gessimus. Interdum facere. Idem libro nono. Nec tecum talia gessi magnanimum enean et phama extrema secutus. Interdum administrare. Cicero in Catone. Qui amplissimū magistratum gerunt. Hinc dicuntur gesta et geste res. Cum accusatiuo reciproco significat viuere. Ambrosius in Lucam. Si quis ſm Christi precepta se gesserit: iam non lectus doloris est/sed quietis. Huius composita sunt: Aggero/ Congero/ Digero. De quibus locis suis. Egero: extra porto. Lactantius libro ꝑmo. Qui simū stabulo ꝗ̄ qui vitia de corde egerit. Columella libro secundo. Auium primū habetur stercus quod ex columbarijs egeritur. Unde quandoqꝫ pro euomo vel ventrem exonero ponitur ingero. Uide alibi. Oggero: intendo seu inijcio: ⁊ quod vernacula lingua dicitur tener adosso. Plautus in Tru. Quando intro aduenīunt: vnus eorum aliquis oculū amice vsqꝫ oggerit dum illi agant. Progero: vltra seu foras gero. Columella libro primo. Ideoqꝫ periti rustici quicquid ouilibus stabulisqꝫ cōuersum progesserūt/superpositis virgis tegunt: nec arescere solis incursu patiuntur. Regero: retro porto/reduco. Plinius. Et quis assidua conuersione immense celeritatis attollātur: quoniam haustum omnē lucis aduersa illo regerat vnde acceperit. Hinc Regestū. Columella libro quinto. Ut sit inferior tenera subiacens terra: que nō arceat: nec duricia sua repellat nouas irrepentis radiculas. Istud quidē contingere poterit etiam si ager bipalio moueatur ⁊ deprimant̄ scrobis in regesto: quod est fermentatū plus dipōdio semisse. Regerere est euomere. Apuleius. Nam et regesta crapula vestem inquinauerat. Suggero: subministro/in cor pono seu supporrigo. Augustinus libro j. de ciuitate dei. Nam cū ei scriba suggessisset/qđ de signis deoꝝ que multa capta fuerāt/fieri iuberet/continentiam suam iocando condiuit. Hiero. ad Paulinū. Quicquid alijs exercitatio et quotidiana in lege meditatio tribuere solet: illis spūſanctus hoc suggerebat. Hinc suggestus. Sunt ⁊ alia cōposita: vt Belliger/armiger/moriger/⁊ multa hmōi: que oīa habent penultimā correptā.

Gerulus penult?. correpta: portator: qui fert aliquod onus: et pro baiulo accipit̄. Baiulū em̄ dicimus: qui mercedis gratia onera ferre cōsueuit. Sueto. ī Caligula. Ex geruloꝝ diurnis questibus pars octaua exigebat̄. Hinc Nugigerulus: nugaꝝ apportator.

Gerundium: nomen participiale appellatur. Caret numeris et personis: et sub vna voce actiuam ⁊ passiuā significationem gerit. Unde a gerenda duplici significatione quidā gerundia dicta esse existimant. A parte post seruat constructionem sui verbi/⁊ habet quattuor casus: Genitiuū/datiuum/accusatiuū/et ablatiuum. Genitiuus iungitur nominibus substantiuis in vtraqꝫ significatione: vt Habeo voluntatē docēdi te bonos mores. Uirgilius. Et que tanta fuit Romā tibi causa videndi. In passiua: vt Habeo voluntatem docendi rhetoricā a preceptore. Datiuus iungit̄ adiectiuis nominibus ī vtraqꝫ significatione: vt Sum aptus discendo rhetoricam. Et sum aptus docendo rhetoricam a preceptore. Inuenitur soluēdo non sū: quod nunꝗ̄ patitur secū substantiuū: et regit post se datiuū: licet nō semper apponatur. Cicero Lentulo. Ciuitatum principes ad me detulerunt sumptus decerni legatis nimis magnos: cuꝫ soluendo ciuitates nō essent. Interdum aliū casum. Quintilianus. Maximi tum virorum/et quibus artis sue soluendo non sit humanitas. Accusatiuus iungitur verbis significantibus motum ad locum: vt Uado ad legendum Uirgilium. Et in significatione passiua. Salusti°. Cū ipse ad imperandū assidue vocaretur: id est vt ei imperaretur. Item cū verbis significantibus permanentiā: vt Maneo hic ad legendū. Sum paratus ad audiendū: et Sū idoneus ad intelligendū. Ablatiuus

tribus modis accipit. Primo sine regimine: vt Legendo disco: et currendo cecidi. Et ponit actiue et passiue. Virgilius. Actiue. Cantando tu illū. Passiue. Frigidus in pratis cantādo rumpit anguis. Idem. Alitur vitiū crescitq; tegendo: id est dū incantat/ et dū tegitur. Secundo cū ꝓpositione de/ex/a/ab/cū vl' in. Cicero. Ex quo ardescit/ siue amor/ siue amicicia. Vtrūq; enī dictū ab amando. Idem. In defendendo maior labor est q̄ in accusando. Quintilianus. Cum precipere de apte loquēdo cepērimus. Tertio cū ꝟbis significātibus motū de loco: vt Venio ab arando: redeo a spectādo. Licet magis vsurpem' ab aratione et a spectaculo. Quō autem gerūdiuū a participio differat: vide in dictione Participiū.

Geryon: nomē regis hispani quē Hercules interfecit. Quod nomen etiā Geriones one. et geryones is. et geryoneus ꝑm Priscianū declinari potest. Hinc geryonaceus a. um. Plau. Qui mihi intromisisti i edibus quingētos coquos cū senis manibus: genere geryonaceo. Aristophāes. βου λειλια μαχεσθαι γηρυουη τετραπτιλω σουλασ αγτιτου τετρακεφηλω ογαργυρυορησ τρικεφαλοσ ωγπόλην αγω γαπαρεσ χεωηρακλεί.

Germē dicit: qd̄ ex arbor ocul' nascit surculus ꝑgnās: a generādo dicit/ generationis principiū.

Germino as. penul. correpta: pullulo et germē emitto. Cuius cōposita sunt Cōgermino: quod est coalesco/ socio/ coniūgo. Varro libro tertio rerū huma. Postea cū bis vniā rēpublicā cōiuncti ac cōgerminati tenuere. Egermino: extra germio. Col. libro quinto. Nā plurimū interest nō esse longū sarmentū quod inseratur: et rursus pluris oculos quibus egerminet inesse. Progermino: vltra germinādo eo. Idē in eodē. Ut et radices decorsū agat: nec ex ꝓpinquo negligēter in sūma terra refecta ꝓgerminet.

Germinasco cis. et eius cōpositū cōgerminasco: significāt calesco/ coniūgor. Quadrigarius. Facite exēpla eorum: vt cū illis cōgerminascere sciatur.

Germani: quasi ex eadē stirpe geniti. Differtq; germanus a fratre: q ille d̄ eadē genitrice sit nat': nō (vt mihi dicūt) de eodē germine natus: quos Var. tn̄ fratres vocat. Hoc tn̄ cōfundit vsus. Inuenit enī germanus esse a parte patris: et frater q̄ ex solo patre vel ex sola matre nat' sit. Femininū hui' nois est germana. Virg. Inueni germana viā: gratare sorori.

Germania: regio que a Gallis/ Rhenis ac Pānoniis Rheno et Danubio fluminibus a Sarmatis Dacisq; metu mutuo ac montibus separatur. Hinc germanici et germanicani: que inter se differunt: sicut Hispanienses ab hispanis separātur: Sicilienses a siculis. Nam germanicani dicuntur milites Romani in germania militantes. Germanici: qui ex germania sunt. Suetonius in Tyberio. Flagitabant ambo exercitus multa extra ordinē ante oīa: vt equarentur stipendio pretoriani germanicanis. Idē infra. Neq; enī deteriores esse: aut hispaniensi exercitu q̄ galbā: aut germanico/ qui vitelliū fecissent. Germanici etiā dicti sunt quidam imperatores a deuictis germanicis. Dicuntur et germani ipsi indigene: vt Strabo libro septimo testatur/ perinde ac fratres: quoniam et proceritate corporū et colore flauo et forma et moribus: et viuendi ritibus pares existimātur. Hi antea teutones appellabantur/ a Teutone eorum deo quem terra ortū existimabant. Postea Alemani dicti ab huiusmodi dei filio Manio. Alij Alemānos ad Lemānū lacū natos volunt.

Gergonia: oppidū in altissimo monte in regione Auernorum. Cui' meminit Sueto. in Cesare.

Gerusia in grecis vrbibus vocabāt conuentū senum: apud nos senatū et senaculū ab etatis vocabulo. Plinius libro. xxxv. Sic extruxere domū regiā atali trallibus item sardibus Cresi: quā gerusiam fecere. Vitruuius. Cresi dom' quā sardiani ciuibus ad requiescendū etatis ocio senior collegio gerusiā dedicauerunt. Varro. Senaculū vocatū/ vbi senat' aut vbi seniores cōsisterēt: dictū gerusia.

Gesto as. sepe vl' quasi cōtinue gero. Hiero. ad Helio. Hic est ille operarij et questuarie filius: hic q̄ matris gestatus sinu hoiem deus fugit in egiptū.

Gestito tas. penultima correpta frequentatiuū. Plautus in Cur. Rogita vnde istunc habeat anulū: pater istum meus gestitauit.

Gesta: acta: vide in dictione Acta.

Gestus gestus: est id qd̄ indicat quid gerat.

Gestus a. um. participiū a gero.

Gestuosus gestuosa gestuosum: quod est plenum actibus leticie.

Gestamen: quicquid geritur: vt vestes/ arma/ sceptrū. Virgilius libro tertio. Aere cauo clypeū magni gestamen abantis Postibus aduersis figo. i. quod geri solebat a magno abante.

Gestatoriū appellatur lectica sella siue caruca: et omne id in quo gestamur. Hierony. libro. ij. Machab. In gestatorio torquebatur Antiochus/ vt de corpe impij vermes scaturirēt. Suetonius de Claudio. Solitus etiā in gestatorio ludere. Dicimus etiam gestatorius toria. torium: vt Sella gestatoria. Suetonius in Nerone. Interdiu quoq; clā gestatoria sella delatus in theatrum.

Gestio stis. iui. vel ij. proprie significat gestus indicantes animi affectus corpore facio. Ex motu enim corporis gestus fiunt. Qō Cicero libro secundo ad Herennium docet cum ait: Motus corpis est et vultus moderatio quedam: que probabiliora reddit ea que pronunciantur. Cum ergo gestus sint quidam motus corpis dextra pedeve designati/ aut capitis ictu et huiusmodi: profecto Gestire gestus facere. Gestimus autē quandoq; leticie seu voluptatis nimie causa: vt in hymno: Enixa est puerpera quem Gabriel ꝑdixerat: quem matris aluo gestiens clausus Ioānes senserat. Cicero libro primo offic. Aut voluptate nimia gestiunt: quorum omniū vultus/ voces/ motus/ statusq; mutantur. Aliquando etiam mesticie causa: vt apud eundē libro. ij. ad Heren. Sin vtemur amplificatione per conquestionem femineo plangore et capitis ictu nōnunq; sedato/ et incōstanti gestu mesto et cōturbato vti oportebit. Interdū etiā qs gestit nō ꝑ leticia/ neq; ꝑ merore/ sed ꝑ concupiscētia. Plau. in Am. Gestiunt pugni: id est gestus faciunt siue mouētur. Qd autē Do. in Teren. dicit nō esse gestire quod letum esse/ verū dicit: quia cum prius dixisset: quid est q letus sis? sequitur. Quid est q sic gestis? Cherea enī gestus turpis amoris quosdam significabat. Sic Plinius libro. viij. leticiā a gestu disiunxit: cū de panthera loqueretur his verbis: vt causā doloris intellexit: simulq; salutis sue mercedem exemit catulos: eaq; cum his prosequente vsq; extra solitudines deductus: letaq; atq; gestiente vt facile appareret gratiam referre: similiter Cice. libro. ij. de fi. bonorum. Quorum alter leticia gestat: alter dolore cruciatur. Significat etiam quandoq; gestire/ desiderare/ siue vehementer cupere/ sed semper cum gestu aliquo: vt apud Terē. in Phor. Ego illic succenseā? ipsum gestio mihi dari in conspectū nūc sua: vt sciat culpa lenem patrem illum factum esse acerrimū. Quandoq; etiam letari siue delectari/ sed tamen cum gestu. Persius. Nō hic qui in crepidis graiorū ludere gestis. Aug' libro. ij. Confess. Vbi me pater in balneis vidit pubescentem quasi iam ex hoc in nepotes gestiret gaudens matri indicauit. Per translationem Cice. locu-

tua est Marcello. Parietes mediussidi⁹ (vt mihi videtur) huius curię gratias agere gestiunt:id est quasi gestu videtur mihi parietes gratias agere. Et hoc vt cęsari gratularet. Hui⁹ cōpositū est Pręgestio:qđ est valde gestio: vt exponit Prisci. Hora.lib.j. Car. Ludere cū vitulis salicto pgestientis.

Gesticulor aris.gestū facio. Col.in pręfa. Nec minus corporū gesticulationē scrupulosissime requirant saltationis ac musicę studiosi.

Gesticulari⁹a.um.qđ ad faciēdē act⁹ leticię ptinet.

Gesa hasta: vide in dictione Cesa.

Gessus:fluuius apud Iones.

Gessuri penul.pro.regio in Asia.

Gessemeni pe.cor. villa pinguissima interpretat.

Gessen:locus ęgypti in quo habitauit Iacob.

Geth: Allophylorū ciuitas fuit:hęc nūc appellat caph.

Gethę:populi in Scythia europea. Quidā gethas dacos appellāt/vt Apian⁹. Strabo arbitrat eos esse gethas/qui ad pontū in orientē spectāt. Helius Spartian⁹ Gethas dicit gotbos. De his Oui.li.de pōto. Nulla gethis toto gēs est truculētior orbe. Hui⁹ nominis ntōs singularis est getha vel gethes.

G Ante I

Giarus penult⁹.corre.insula parua ex cycladib⁹ circuitu.xij.miliū passuū/ad quā norii damnabant. Iuue. pluraliter dixit. Aude aliquid breuib⁹ giaris ⁊ carcere dignū: vt alias etiā notaret.

Gibber et gibbosus et gibberosus:qui gibbū id est tumorē in dorso habet:quis et pro alio quocūqȝ tumore solido ponatur. Iuue. Attritus galea/ mediusqȝ in narib⁹ ingens Gibbus ⁊ acre malū semper stillantis ocelli. Gibbus et gibba:ipse tumor. Plinius Gallinarum genus gibbarum vocat. Ipse quoqȝ gibbus nominatur gibber. Iuuenalis. Attritus gibbere nasus. Iulius firmicus tradit nasci gibberosos:qui septima parte arietis habuerint horoscopū. Cor. Celsus tamen docet strumam extantiū quandā in tergo: Gibbū vo in pectore.

Gigas antis.vir altissimę staturę:et terrę filius a poetis fingitur: cum nihil aliud gigantes fuisse credendum sit ꝙ hominū quandam impiam gentē deos negantem:et ideo creditā deos e cęlesti sede pellere voluisse. Hinc giganteus a.um.nomen possessiuū. Iosephus vo lib.j.anti.dicit gigantes fuisse ex dęmonibus incubis pgenitos. Idē Aug⁹lib.xvj.de ci.dei: ⁊ Eusebius de ppara.lib.vij.

Gigātomachia:gigantū pugna.

Gigeria:vide in dictione Gingeria.

Gigno nis. genui/ vel gignui fm Diomedē: genitum: significat Genero. Lactantius lib.iiij. Hac conditione gignimur. Huius compositū est Ingigno:quod est intus gigno. Columella lib.iiij. Tanꝗ naturali et ingenita sterilitate laborantibus. Hinc ignis dictus est ꝙ in eo nihil gignatur ⁊ pregnās:ꝗ iam occupata est in generādo qđ cōceperit:⁊ benignus nomē cōpositū ex bono ⁊ gignendo.

Gilo:nomē ciuitatis:a ꝗ Gilonitę penul.pd. holes in ea habitātes dicunt. Est ⁊ nomē viri. Iuue. Vnciolā pculeius habet/sed gilo deuncē.

Gilu⁹ color medi⁹inter albū et rufum: color mellinus.

Gindes fluuius:qui per Dardanos fluens ingreditur Tygrim.

Gingiuę penul.produc.in quibus dentes sunt:a gignendis dentibus. Lactantius libro de opi. Dentes autē ipsos ne magis horrori ꝙ ornamento essent gingiuis mollibus:quę a gignendis dentibus nominātur:ac deinde labiorum tegminibus honestauit. Iuue. Frangēdus misero gingiua panis inermi. Huius diminutiuū est Gingiuula. Apul. Cōplanatorē tumidę gingiuulę.

Gingrio is.ij.itum. Est autē gingrire: anserū vocis pprīū. Vn̄ genus quoddā tibiarū exiguarū a voce anserū. Gingrineę dicunt/a quib⁹ Gingritores tibicen.

Gingeria:ex multis obsoniis decerpta appellant. Quidā tñ Gigeria sine n scribunt: easqȝ gallinarū intestina:⁊ quę cū his coquebant. Lucilius. Gigeria sunt sine hallio:his vescamur alacriter.

Gion fluuius: qui apud Egyptios Nilus vocatur: in paradiso oriens vniuersam circuit Ethiopiam. Iosephus. Gion quoqȝ per Egyptum fluens ostendit eū qui nobis ab oriente redditur:quē Greci appellāt Nilū. Significatqȝ hoc nomē terrę hiatū. Quo nomine etiā vocatus est mons in Iudea:apud quē Salomon in regē vnctus fuit.

Girgillus:instrumentū quo fili reuoluunt.

Girim:mons apud garamātas:in quo nasci gēmas vetustas testata est.

G Ante L

Glaber a.um.quod est leue ⁊ sine pilis. Plau.in Aul. Tu istū gallū si sapis glabriorē reddes mihi ꝙ volui ludius. Nonius ꝺ doctorū indagine. Legitur ꝙ ludis pręsulis pueri essent glabri ac depiles,pter ętatē:quos antiqui ludios appellabāt. Aug⁹lib.vj.de ciui.dei. A quibus autē spernentur glabros/ aut male barbatos videremus. Huius diminutiuū est glabellus. Glabra etiā siue glabella vocat interstitiū supercilia supra nasum discriminās: quę sine pilis esse cōsueuit. Martianus capel.libro pmo. Quarū vna deosculata philologię frontē illic vbi pubē ciliorū discriminat glabellę medietas.

Glabriones:idē qđ glabri. Et apud romanos erat glabriorū familia. Ex ꝗ Acilli⁹glabrio vir roman⁹fuit.

Glabreta a Columella dicūtur loca ꝗ nihil ferūt. Hęc greci phalacras quasi calueta appellāt: quę satis frutetibusqȝ nuda sunt.

Glabresco:glaber fio: ,ppie glabrescere est sine pilī aut capillī aut plumis fieri: quod euenit nōnunꝗ morbo aliquo. Transfert etiā qñqȝ ad herbas. Col.li.ij. Nā dū a pecudibus legumina ,pculcant:herbę etiam vngulis atterunt. Atqȝ ita glabrescit:⁊ fit idonea seminibus area:id est fit glabra mūdaqȝ.

Glacies aqua cōgelata a gelu/quasi gelacies.

Glaciari est in glaciē cōuerti. Pli. Flore ei⁹ aquā glaciari Pythagoras tradit.

Glacitare: ,pprīū est vocis anserū. Ouid. Cacabat hinc perdix:hinc glacitat improbus anser.

Gladius:ensis a clade dici videtur: quis ad cladem sit inuentus. Dicitur et gladiū neutro genere: vt docet Var. Hinc ingladior aris.de quo alibi. Est ⁊ gladi⁹: genus piscis marini.

Gladiolus paruus gladius. Quo nomine etiam dicta est herba quędam ꝙ sit foliis gladii similis. Flores habet purpureos.

Gladiatores:dimicatores dicūtur. Cicero libro.iiij.ad Heren. Tanꝗ gladiator habuerit. Inter gladiatores specialiter sunt retiarij/ qui aduersus mirmilonē pugnabant: dicti a rete quod sub scuto gerebant/ vt mirmilonē inuoluerent. Mirmilones dicebant gladiatores qui genere quodā gallicę armaturę vtebantur/quod mirmilonīū dicebatur. Vnde galli ante nō mirmiliones vocabantur:in quorū galeis piscis effigies erat. Solebāt autē retiarij aduersus mirmilonē pugnātes hęc verba cantare. Nō te peto/piscē peto:quid me fugis galle.

Gladiatura ę.ipsa ars gladiatorū.

Gladiatorius a.um.quod ad gladios pertinet. Vnde spectacula gladiatoria. Cyprianus ad Donatū. Paratur gladiatorius ludus/vt libidinem crudeliū luminū sanguis oblectet. Salu. Itē ex senatus cōsilio

decreuere vt gladiatorię familię capuam/et inter cętera municipia distribuerentur. De gladiatorū origine ac causa Julius Capitol. habet hoc pacto. Multi dicunt apud veteres hanc deuotionem contra hostes factam: vt ciuium sanguine litato/specie pugnarum fortunā satiarent. Alij hoc litteris tradūt: quod verisimilius credo. Ituros ad bellū romanos debuisse pugnas videre: ꝛ vulnera et ferrū et nudos inter se cocātes: ne ī bello armatos hostes timerēt: aut vulnera ꝛ sanguinē pehorrescerēt. Hinc mos tractus videtur: vt imperatores ad bellū ꝓficiscētes munꝰ darent gladiatorium.

Glaucus: nomē ꝓpriū viri Chij: qui primus olim ferri cōpactionē ferē excogitasse.

Glaphyrus pe. pro. festiuꝰ/iucūdus/ornatꝰ/politꝰ/cōcauus/sculptus famosus/astutus.

Glans glandis/et glādis glādis dici potest pro fructu arbor quercus/et aliarum arborū glandiferarum. Plinius libro decimosexto. Dulcissima est omnium glans phagi. Virgilius. Nec de cōcussa tantū pluit ilice glandis. Sed quia ex his homines quondā viuebant glādis appellatiōe (vt Vlpianus sentit) omnes fructus cōtinētur. Hinc glans plumbū quod est in modū glandis formatum. Salustius in Jugurth. Pars eminus glande/vel lapidibus pugnare. Item glās pars summa colis dicitur quę perpetuo tegitur oculo similis. Pręputium em̄ pellis est qua glās tegitur. Coles ipse penis a quo Colei pendent. Rursus glandes seu glādule est morbus faucīū ob quandam glandis similitudinē. Ibi em̄ est caro glādulosa: ab antiquis boni saporis putabatur. Mar. Partitur apri glandulas palęstritis. Apitius. Interpones pulpas pulli glandulas edonas. Hinc illa pars suis laudatissima Glandiū dictū est. Solent autem hę glandulę intumescere/adeo vt hominē graui morbo infestent. Hunc morbū etiam Tonsillas dicunt. Plinius libro. xxxvij. de Electro. Pado eo annexa fabula euidente causa. Hodieq3 transpadanorū agrestibus maxime decoris causa: sed et medicinę: quoniā tonsillis creditur resistere et faucīū vitiis. Idē libro. xi. Tonsillę in homine: in sue glādulę que inter eas vuę nomine vltimo depēdet palato. A Glās fiunt glādeus ea. eum. glādulosus glādulosa glādulosum. Glādifer glādula diminutiuū. Juglans ꝛ diuuglans/glandatio.

Glādatio: glādiū collectio/ et pastio suū ex glādibus.

Glandiū: pars que i intestinoꝝ est: vt inquit Priscia. Alij volūt esse partē Apri iuxta ceruicē/vel ipsā ceruicē. In hac em̄ glandulę positę sunt. Plau. in Cap. Pertrūcauit tribus tergoribus glādia. Jnde Caro glādionica. Idē in Mene. Glādionicā suillam/lardum pernā. Esse autē suis hanc peculiarē laudē ostēdit Col. qui porcū laudat qui est amplę et glandulosę ceruicis. Dicūtur etiā glādulę de homine. Celsus libro. iiij. Itēq3 arterię quas parotidas vocant sursū procedētes vltra aures serūtur: et ī ipsis ceruicibus glādulę positę sunt.

Glarea penul. correp. terra sabulosa quę in fluuiorū ripis/vel maris littoribꝰ reperit. Hiero. Jn terra aurū quęrit: ꝛ fluuioꝝ alueis splendens profert glarea. Luc. Aut impulsa leui turbat glarea vena. Huiꝰ diminutiuū est glariola cū accētu ī antepenul. Plautꝰ. Glareolā manu essundēs.

Glareosus sa. sum. quod est plenū glarea. Plinius lib. xxvj. Silaris nascitur glareosis/et perennibus riuis capitalis apū similitudine.

Glastū: herba similis plātagini/ qua Britāni se inficiunt: vt auctor est Cęsar: quo horridiori sint aspectu in pugna. Efficit em̄ ceruleū colorē.

Glaux grece γλαὺξ auis nocturna: a q̄ glaucꝰ color.

Glaucus color (vti Placidus grāmaticꝰ docet) interdū ponitur pro viridi. Est em̄ qui admixtū habet virori alborē. Unde Virgil. glaucas salices et oliuas dixit. Itē in hominibus et equis glauci oculi ꝓ splendidis dicuntur. Hunc colorē quidā Cesium vocant. Legimus nōnunq3 et maris colorē glaucū: sed tunc quādo canescit fluctibus. Unde Glaucus deus marinus senior fingit/ex piscatore cōuersus in deū gramine gustato. Fuit et alius Glaucus: qui primꝰ ferri cōsolidaturā inuenit. Alius Hippolyti filiꝰ: a quo Jones nati sunt reges. Multiq3 hoc noīe sūt vocati. Et Glaucus nomē piscis est.

Glauciū: herbę genꝰ siluestris: ꝛ erraticę runagrū vocat. Alij Paralaion dicūt. Nascit in afflatu maris/aut nitroso loco: inde nomē assūpsit: Nā glaucꝰ ceruleū significat: qui color est maris.

Glaucinum grece dicitur oleum mustū: hoc est expressum anteq3 oliuę pręmantur. Nam γλαυκοσ grece/latine mustū.

Glaucoma atis. Glaucomatū ati. ꝛ Glaucoma mę. vitiū humoris eius qui cristallinus appellat/ in colorē glaucū mutātis in oculo. Plau. ī Mili. Glaucomā ad oculos obiiciemus. Serenus. Si vo horrendum ducēt glaucomata plumbū. Spēs alterius ꝓdest qui grana cymini Pallētis mādēs visus exhalat ī ipos. Hypochysis vo siue quod idē est/ Hypochymata: q̄ nos suffusiones vocamus oculorū: fit ex humore inter corneā ꝛ cristallinā partē ꝯcreto. Interdūq3 hęc oculi potentię qua cernit se opponit.

Glaucopis pe. corre. idis. habēs oculos cesios. Quo noīe dicta est pallas: q̄ a latinis dicit Cesia. Diodo. Scribit aerē noīatū esse palada: et ideo dici glaucopin: qm̄ aer glauci: hoc est viridis sit aspectus.

Glessaria: insula in oceano germanico: quę Solino teste crystallū dat succinū.

Gleba: cespes terrę: dicta q͂ sit quasi globus. Huiꝰ diminutiuū est glebula. Col. li. j. Eadē euentilata mundiora sunt: lapillisq3 carent et glebul: quas ꝑ enturā fere terrena emittit area.

Glis glissis generꝰ femi: terra argillosa. Glis glitis etiam generis femi: carduus: et dicit glis gliris generꝰ masculini: animal muri sile: nutritur in arboribꝰ. Mar. Somniculosos ille porrigit glires. Idē. Tota mihi dormit hyems: ꝛ pinguior illo tēpore sū quo me nil nisi somnus alit. Hinc glirariū: ꝓ loco in quo nutriūtur glires. Var. Glirariū dissimili ratione habet/ q͂ nō aqua/sed maceria locus sepitur.

Glisco: cresco. Li. lib. vj. Gliscēte indies seditiōe. Itē pinguesco. Col. libro. ij. Prius tamē q̄ exilē terram iteremus/stercorare conueniet: Nā eo quasi pabulo gliscit. Idē libro. viij. Paleis quę pene oībus regionibus abundāt/etiā gliscit/sc3 asinus. Itē ardeo: cupio: vt in hymno. Nā gliscit animus promere cantibus victoꝝ genus optimū. Huius cōpositū ē Pergliscо. Col. libro octauo. Quę pma luna saginari cępit vigesima pergliscit.

Globus et globū: vtroq3 modo dicit ꝓ corpore solido vndiq3 rotundo: quē gręci Sphęrā appellāt. Virgil. Lucentēq3 globū. Ponit qñq3 ꝓ multitudine hominū/siue alioꝝ animaliū/aut alterius cuiusq3 rei simil collecta ꝛ quasi cōglobata. Sal. Alij fiducia gnaritatis locorū occultā fugā3 sparsi: alij globis eruptionē tentauerūt. Sciendū q͂ si globus ex filo aut alia simili re factus sit/glomus dicit. A globꝰ fit globosus sa. sum. ꝓ rotundo spissoq3.

Globo as. aceruo/aduno: a q̄ ꝯglobor: de quo supra.

Glocido. as. pe. corre. propriū est vocis gallinaꝝ/ cum ouis incubiturę sunt. Quod fit crebris singultibꝰ interiecta voce acuta.

Glocio is. idem quod glocido. Col. lib. ix. Obseruare

debet custos dū cdāt oua: vt ea quę nata sunt recolligant: notentq; q̄ quoq; die sint edita: τ trecentissima supponant glocitātibus.

Glom' mi. τ glom' eris. est globus ex filo factus.

Glomero as. penul. cor. implico/ τ globi speciē formo/ siue filū induco. Per trāslationē glomerare sumit p congregare/ accumulare. Virg. Et fedā glomerāt tēpestatē imbribus atris Collecte ex alto nubes. Hinc fit cōpositū Agglomero: qđ ē applico/ adiungo. Vir. Et lateri agglomerāt nostro.

Gloria: est frequens de aliquo fama cū laude. Quintilian'. Cōsentiens laus bonorū gloria appellat. Hanc Aug' dixit esse iudiciū hominū bene de hominibus opinantiū. Est tñ inanis gloria vitiorū plerūq; laudatrix: quę diffinit q̄ sit popularē fama ex honestatis simulatione pueniens. Cicero libro offic. Vir inuenit qui laborib' susceptis plerisq; additis nō quasi mercedē rerū gestarū desideret gloriā. Inter gloriā et claritatē hoc interest: vt inquit Seneca libro. xviij. epistola moraliū: q̄ gloria multorū iudicijs constat claritas bonorum.

Gloriola diminutiuū est. Cice. Luccio. Illa nos cupiditas incendit/ q̄ alacres animo sumus: vt cęteri viuentibus nobis ex libris tuis nos cognoscāt: et nosmetipsi gloria nostra pfruamur.

Gloriosus: gloria plenus: vt Gloriosus homo/ gloriosus dies/ gloriosus triumphus. Cuius contrarium est Ingloriosus: qui nulla laude aut gloria dignus est/ et veluti ignobilis. Virgil. lib. iiij. Geor. Ille horridus alter Desidia latāq; trahens inglorius aluū. Interdū tamē gloriosus affectionem significat et in malū: vt gloriosus dicat qui se inaniter iactat: vel alterius inani laudatione efferi/ et laudari quęrit: vt miles gloriosus apud Teren.

Glorior aris. construit modo cū pposītione de. Lactā. de ira. Apollodorus quidē vt de ciui τ populari sua gloriat. Nō sine pposītione.

Gloriabūdus: qui abūde gloriat.

Glos appellat mariti sororatq; idē fratris vxor.

Glossa e. p duplex ss. latine lingua dicit. Unde glossę τ glossaria: p interpretationibus ponunt/ q̄ vice linguę hoc est vice doctoris fungant. Quint. Glossę sūt secretioris linguę expositiones.

Glossemata: significat vocē minus vsitatā.

Glossematici: q̄ glossas cōficiūt.

Glubo bis. corticē detraho. Unde et pecus glubi dicitur cū pellis detrahit. Cato de re rusti. Salictū suo tēpore cedito: glubito/ atq; alligato/ librū conseruato. Sueto. de Tyber. Boni pastoris esse tōdere pecus/ nō deglubere.

Gluma: folliculus grani frumentarij: a glubendo/ q̄ eo folliculo deglubat granū/ hoc est decorticet. Auctor Var. lib. j. de re rus.

Glaucidatū: suaue et iucundū: a greco γλυκυ: quod dulce significat.

Glutio is. iui. itū. deuoro. Iuue. Quales tunc epulas ipsū glutisse putam' Induperatorē. Hic fit deglutio

Gluto: gulosus. Amb. Sic amat diabol' filios suos vt perdat/ sicut amat gluto porcellū vt comedat.

Gluten τ glutinū pe. cor. colla dicit grece. Aug' li. iiij. Cōfess. Laudet te ex ill' aia mea de' creator oim: sed non infigat in eis glutino amoris p sensus corporis. Hinc glutinosus a. um. Pli. Prioris latus vt recēs sit τ leuis/ linguaq; glutinosa. Colu. In asia mysiaq; densa/ etiā glutinosa terra marie exuberat.

Glutino as. pe. cor. cōiūgo/ ferrumino. Pli. Vis bituminis q̄ sulphur/ sistit/ discutit/ attrahit glutinat. Idē. Quo genere sistit sanguis: τ vuln' glutinat. Hui' cōposita Agglutino. Aug' lib. iiij. Cōfes. Quia non est amicicia nisi cū eam tu agglutinas inter hęrētes tibi charitate diffusa in cordib' nostris. Cōglutino. Pli. lib. xxiij. Cortex vitiū et folia arida vulnerū sanguinē sistūt: ipsaq; vuln' cōglutināt. Deglutino: a glutine libero. Idē li. xxv. Purgāt vlcera oculorū: explētq; et ad cicatricē pducūt: palpebras deglutināt.

Glutinamētū: cōpactio: pductio. Pli. li. xiij. Deprēdit elētigo. s. charte oculi: sed medijs īserta glutinamētis.

Gluo is. glui. distringo/ valde stringo. Var. de re rust. Duricia est eni ea q̄ nō solū stringit baccā/ sed etiā ramis gluit ac relinquit ad gelicidiū.

G Ante N

Gnarus τ Narus dicit scius τ perit'. Gnaritas: scientia. Sal. Nāq; alij fiducia gnaritatis locorū occulta fuga sparsi: alij globis eruptiōē tētauere. Horū cōtraria sūt Ignar' τ ignaritas. Gnare aduerbiū perite/ τ qñq; apte. Apul. Qui gnare id nostris ocul' contemplati sumus. Vide in dictione Ignoro. Antiqui gnariter pro gnare dixere: a quo p gnariter: quod significat audacter/ strenue. Plau. Age/ iudica pgnariter. Gnarauit Liuius posuit: p eo qđ est narrauit: τ gnarauisse p narrauisse.

Gnoro as. scio: licet nō sit in vsu: sed ei' cōposita habētur Ignoro τ dignoro: de quibus alibi.

Gnauus et Nauus: industrius. De quibus in dictione Ignauia.

Gnathos latine gena maxilla ve dicit aut bucca. Inde apud Terē. gnatho parasitus.

Gneus: corpis insigne est τ pnomē.

Gnidus: ciuitas lycię: q̄ duos port' habuit/ τ ī frōte insulā: q̄ stadia septē ambit' cōplectebat. Theatrat et alta aggerib' iuncta ptinēti. E gnido viri memorabiles fuerūt. Eudoxus mathematic' Platonis sodal: τ Agatarchides peripatetic' historię cōditor: τ Theopōpus Julio cęsari familiaris: et Arthemidorus ei' fili'. Et his antiquior Ctesias: q̄ Xersem medicat' est: τ res syriacas persicasq; cōscripsit.

Gnosis latine: cognitio/ sciētia/ noticia.

Gnosos: vrbs Cretę in plano sita: quę alio nomine Ceratus: vt scribit Strabo appellata fuit a fluuio. Ea fuit Minois regia. Hinc Gnosius a. um. et gnosid' da. dum. Suidas. κνωσιος ονομα κυριον και οπολιτης απο κνωσσου. κνωσσος γαρ πολις της κρητης.

Gnomones dicunt quattuor dentes/ quib' equorū etas dignoscit. Alij gnomonē aliter accipiūt. Aug' in dialec. Si detracti loco addas gnomonē qui hemicycli specie ponit: pl' tetragono maiori q̄ detraxeras red didisti. Herodo. ho sic. Nā poluere τ gnomonē ad ē normā: τ. xij. dici ptes babylonis greci didicerunt.

G Ante O

Gobi' pisci: q̄ τ gobio dicit. Iuue. Cū sit tibi gobio tm̄ in loculis. Marti. Principiū cęnę gobi' esse solet.

Gomor proprie mensura vini est: vt interpretatur res. Amb. in epistola ad Iustū.

Gomorra et gomorrū vtroq; mō dicit/ sicut Sodoma τ sodomū. Solinus de situ Iudeę. Ibi duo oppida. Vnū sodomū/ alterū gomorrū appellatū.

Gonothea dici pōt semē fluēs/ vel seminis fluxus. Nā γονος semē: τ ρου flux': γονορ ite. Huius dicit: qđ patet p cōposita ei' Antigonus Chrysogonus.

Gorgias nomē propriū rhetoris celeberrimi: qui pulcherrimū librū de concordia Grecis tunc inter se dissidentibus recitauit olympię. Fuit τ alius Gorgias phs Leontinus: qui ausus est in cōuētu poscere quade re quisq; vellet audire/ qui de oīni re quęcūq; ī disceptationem questionēq; vocaret: se copiosissime dicturū esse profitebatur.

Gorgones penl. cor. dictę sunt Phorci filię. s. Scylla

Medusa stenio et Euryale: quę Dorcades insulas in oceano ethiopico sitas habitasse dicunt cõtra hesperidum hortos: quę ab agilitate nomẽ habẽt: γόργον enim agile dicitur. Scribit Diodo. feminas fuisse in Aphrica bellicosas: aduersus quas Perseus bellũ gesserit: et earum reginã Medusã debellauerit/ac interfecerit: ex cuius cruore (vt est in fabulis) mox natus est Pegasus alatus equus. Inde ad Heliconẽ boetię mõtẽ euolãs/et pede saxũ feriẽs πηγήν: hoc est fontem aperuit: a quo Pegasus est nominatus: et ab eo fons ipse Hippocrene siue pegaseus siue caballinus dictus: a Gorgone: eus. a. um. Ouid. Gorgoneas tetigisse domos. Suidas. τρεῖς γυναῖκες αὐτὸς οὗτον εἶχον φοβερὰ τὰ πρόσωπα ὥστε τοὺς ὁρῶντας θνήσκειν καὶ τίθρασσο ποταμὸς ἢ τόπος λιβύης ἔνθα αἱ γοργόνες διέτριβον.

Gothia regio europę cõtermina dacię et norwegię: ex q̃ Gotthi imanes populi: q̃ olim Italiã armis subegerũt.

G Ante R

Grabatus pe. pro. lectus exiguus: in quo meridiari solẽt: dictus quasi Carabatus: quod in eo capite recũbamus: κάρα enim caput: βατὸν peruiũ greci dicunt. Unde et pro lecticis pauperum et mendicãtiũ grabati accipi solẽt: vt est in euãgelio. Tolle grabatũ tuũ et ambula. Cic. libro. ii. de diui. Diuersa facit lectos et grabatos: ait enim. Cõcursare oim mortaliũ: q̃ vbique sunt: nõ mõ lectos/verumetiã grabatos.

Gracus: nomen auis cornici similis/nisi quod minor est: a voce quã facit/vel a gerẽdo dicta: quod iacta segetũ semina gerat: vel quia ex oliuetis cubitum se recipiẽs/duas pedibus baccas/tertiã ore ferat. Seu etiã quod gregatim volitet: siue a gracilitate propter paruitatẽ. Est huic furãdi natura: ex quo nõnulli Monedulã eã appellauere a furãdis monetis. Exprimit sermonẽ humanũ: et cauea emissus reuertitur. Huius diminutiuũ est graculus. Harum auiũ tria sunt genera. Maiusculę similiores sunt cornicibus/nisi quod nigriores. Minimę: et inter eas medię: quibus rostra et pedes rubẽt.

Gracchus per duplex cc. et cũ aspiratione: cognomẽ fuit familię romanę. Duo autẽ fuerunt Gracchi fratres: Tiberius et Caius/ambo eloquẽtes: quorum eloquentię mater Cornelia multũ cõtulit. Uerum et doctior et eloquẽtior fuit Caius: q̃ erat minor natu: q̃ nemo plenior/nemo vberior fuisse fertur. Grãdis erat verbis/sapiẽs sententijs/genere toto grauis.

Gracile adiectiuũ pe. cor. significat quod est tenue et corpore macilẽtũ. Turpil. Nosti q̃ sit gracili corpore. Quod et gracilẽs tis dicitur et gracilẽtũ. Neuius. Uide gracilẽtẽ colorẽ. Interdũ gracile ponitur pro molli. Hora. Quis multa gracilis te puer in rosa. A gracilis fit gracilitas et (gracilitudo.

Gradus sunt ex quibus scalę cõstãt: et quibus ad edificiorum altiora conscenditur: a gradiẽdo dicti: quod per eos catur. Uirgil. Erea cui gradibus surgebãt limina. Gradus etiã gradiẽtiũ pedũ vicissitudo est: vt apud eundem. Gradibusque sonare compositis. Interdum gradus sumitur pro standi firmitate. Cice. libro. i. offi. Nec tumultuãtes de gradu deijciuntur. Hinc gradũ facere/et graduum iacere dicimus: vt si in arborẽ tectũ ve scãdere velim ex saxo aut scamno: aliqua ve alia re gradũ facio. Ci. cõtra Ru. Nunc quasi gradũ quendã atque aditũ ad cetera iactũ intelligitis. Gradus quoque cognationis dicti sunt ad similitudinẽ scalarum locorum ve decliuiũ: quos ita ingredimur/vt a proximo in proximũ. i. in illũ quę quasi ex illa nascitur veniamus. Quapropter graduũ huiusmodi alios superioris ordinis esse Caius scribit: vt sunt pater et mater: qui sunt in primo gradu. In secũdo Auus et auia. In tertio proauus et proauia. Alios inferioris/vt liberi. Alios ex trãsuerso siue latere: vt fratres et sorores/liberique eorum. A gradus fi-unt Tardigradus a. um. pe. cor. qui tarde graditur. Unde testudinẽ tardigradã dicimus. Spissigradus pro frequenti graduũ motu incedẽte. Plau. Spissigradissimos tardiores q̃ corbitę sint in trãquillo mari.

Grador aris. quasi per gradus eo. A quo Regrador. De quo alibi.

Gradator: a magno gradu. Plau. in Pe. Uinceretis cursu ceruos/et gradatorẽ gradu.

Gradarij equi: qui sine succussatione molliter incedũt. Lucil. libro. xiiij. Ipse equus non formosus gradarius optimus.

Gradatio apud rhetores dicitur: cũ ex prima sententia oritur secũda/et ex secũda tertia: atque ita deinceps.

Gradatim aduerbium: significat per gradus et ordinate lenteque. Uarro libro. i. de re rus. Cito quidẽ inquit gradatim aliud preponens alio agrũ meliorem dicit esse in nouẽ discriminibus.

Gradiuus penult. produ. a gradiendo: vel quia gradatim et per ordines in bellũ itur. Unde Mars gradiuus dictus est. Sunt tamen qui gradiuum a gramine dictum putent: quia gramine sit ortus. Unde et graminea corona in re militari/maximę est honorationis. Alij a vibratione propter hastas credo in bello vibratas: quoniam κραδαίνειν vibrare dicunt. Alij gradiuũ nõ latinũ nec grecũ: sed thrax vocabulũ esse et significare bellicosum et fortẽ dicunt.

Gradior eris. gressus: significat vado. Lact. libro. iiij. Claudis vero ac pedum vitio afflictis nõ modo gradiendi/sed etiã currendi dabat facultatẽ. Huius composita sunt Aggredior/Antegredior/Congredior/Digredior/Egredior: de quibus alibi. Ingredior/Introgredior. Dicimusque Ingredior forum et in forum. Aliquñ ponitur pro simplici gradior: incedo. Uirgil. libro iij. Geor. Cõtinuo pecoris generosi pullus in aruis Altius ingreditur. Cice. ad Atticũ. Si dormis expergiscere: si stas/ingredere: si ingrederis/curre: si curris/aduola. Interdum ingredi est peruenire/ et se ostendere. Plau. Nihil te pudet scelestę in cõspectu igredi. Ingredi in mulierẽ/est mulieris personã assumere. Hiero. in Psal. interpretatione. Solet in theatris vnus homo frequẽter diuersas habere personas: nunc ingreditur in mulierẽ/nunc in virum/nunc in regem. Et qui in regem processerat/rursus in seruũ procedit. Interdum est quasi incipere. Lactã. libro. vi. Iustus ergo quoniam durum asperũque iter ingressus est. Introgredior. Uirgil. Postquam introgressi et corã data copia fandi. Progredior: vltra procedo. Cice. in Lel. Id primũ videamus si placet: quatenus amor in amicicia progredi debeat. Hinc progressus et progressio. Idẽ lib. i. Tus. Qui errantiũ stellarum motus/progressiones/institutionesque notauit. Hinc progressus et progressio pro processu. Aliquãdo antegredior. Plau. Extremũ ita carcerem ipsum progreditur parthenopeum. Pretergredior: vltra trãseo. Cice. Appio pul. Currens Lepta venit: mihique nũciauit te iã castra pretergressũ esse. Apul. Cũque stabulum pretergressus fuissem/re cognita cepi retrocedere. Hiero. Donã et aliã expositionẽ/ne quid videar pretergressus. Regredior: retro gradior/reuertor. Plau. in Aul. Illuc regredere ab ostio. Lactã. lib. vi. Cũ ventũ fuerit ad extremũ: vnum id regredi nõ licet. Supgredior: superambulo/supero: vt est illud: Sed tu supgressa es vniuersas. Subtergradior/trãsgredior: vltra gradior. D. Brutus. Cic. Ut alpes trãsgrederer. Lactã. lib. ij. Nemo tũc millesimũ annũ trãsgressus est. Transgressio apud rhetores dicitur: cũ ab ea sententia quã proposuimus cõuertimus sermonẽ ad aliquã personã/aut rẽ/aut fortunã: et tanquam presentẽ appellamus: vt Hęc mulier nuper fuit locuples et potens in amore atque delicijs necessariorum: ornata opibus abũdabat: magnus ancillarum quę seque-

bantur/comitatus appellabatur. Nũc contra subito et graui casu afflicta: vix mediocris ancillulę dignitatem retinet. O fortuna/q̃ vehemẽter te rerũ varietas oblectat: ⁊ q̃ magno odio ẽ tibi beatę vitę perpetuus ⁊ constãs fructus.

Grassor saris. quasi a gradior frequẽtatiuũ est. Festus. Grassari proprie dicũtur latrones vias obsidentes. Gradi siquidẽ ambulare est. Unde dictũ grassari ab impetu gradiẽdi. Sed cũ quis grassaẽ: id est cũ impetu siue frequẽti gradu vadit i aliquẽ: et bono et malo animo grassari potest. Ideo ⁊ in bonam et in malam partẽ accipi põt. In bonã Saẽ. in Iug. Sed dux atq̃ imperator vitę mortaliũ animus ẽ: qui vbiq̃ ad gloriã vi grassaẽ: id est cũ frequẽti gradu vadit abũde potẽs: pollensq̃ ⁊ clarus est. Siri⁹. Grassandũ ad clara periclis. In malã. Lactã. lib. ij. Suis eñ vitijs ꝑditi seuiũt ⁊ grassanẽ vt perdãt: id est cũ frequẽti gradu vadũt. Ab hoc malo animo i hoc verbo Grassor seuio significatio nasciẽ: eo ꝙ cũ quis grassaẽ: id est frequẽti gradu siue cũ impetu ꝓperat in aliquẽ: vt ipsum telo seu quouis alio modo feriat vel malo animo rapiat: hoc sęuire diciẽ. Lactã. lib. iij. Archipirata quispiã vel latronũ ductor/si suos ad grassandũ cohortetẽ. Cęsar. Grassari i hostes vetat. Aliquãdo i hac significationę ita accipiẽ/vt etiã in ꝓpriã significationẽ redigaẽ. Liui⁹ libro. ij. Trecenti cõiuratum⁹ ꝓncipes iuuẽtutis romanę: vt i te hac via grassaremur. Hui⁹ cõpositũ Oggrassor: quod est obuiã seu cõtra cũ impetu aut frequẽter gradior. Plau. i Pen. Nisi cũ pedicis cõdidicistis oggrassari gradu.

Grassator: qui per vim et insidias latrocinatur. Iuue. Interdũ et ferro subitus grassator agit rẽ. Callistratus. Grassatõres: qui prędę causa id faciũt proximi latronibus habentur.

Gręcus cũ ę diphthõ: nomẽ viri propriũ: a quo Gręcia regio Europę dicta est. A qua gręcus a. um. quod ex grecia est. Hęc ab Isthmi angustijs incipit: ⁊ a septẽtrione i meridiẽ vectat: qua sol egęis qua occidit Ioniõs fluctib⁹ obiacet. In ea Athene et Marathonij cãpi Citherõ/⁊ parnasus mõtes.

Gręcostasis pe. cor. q̃si grecorũ statio. Loc⁹ de q̃ Uar. sic habet. Añ curiã hostiliã rostra sub dextra a comitio loc⁹ substruct⁹/vbi nationũ subsisterẽt legati: grecostasis appellat⁹ a ꝑte: vt multa senatũ supra grecostasim/vbi ędis cõcordia basilica opima.

Graiugenę pe. cor. gręci dicti sunt.

Grecari pe. cor. est ꝯuiuijs et libidinib⁹ operã dare: ab eo ꝙ grẽci liberi⁹ se haberẽt in cõuiuijs. Nã q̃nq̃ verba trahunẽ a moribus nationũ.

Grale: fustes furculas habẽtes sunt quib⁹ nitunẽ. Hinc Grallatores dicunẽ q̃ in ꝑticis abiegnis passus ingẽtes faciũt. Grallatoriũ gradũ Plau. vocat maximũ/sicut econtrario minutulũ formicinũ ⁊ testudineum. Plau. Uinceretis ceruas cursu/⁊ grallatorẽ gradu.

Grãma atis. ⁊ grãmatũ ati. latine littera diciẽ. Uñ epigrãma ⁊ epigrãmatũ: cũ alijs a grãma cõpositis.

Grãmatica litteraria diciẽ. Est eñ vt litterę suas custodiãt voces/⁊ quasi depositum reddãt. Est eñ grãmatica rectę loquelę/rectęq̃ scꝛpturę sciẽtia: quę visu/ratione auctoritateq̃ cõstat.

Grãmaticus: litteratorius seu litterator: qui grãmaticã docet: qui ⁊ grãmatista dici põt et triuialis. Sed ⁊ poetarũ interp̃tes grãmatici dicunẽ: versanẽq̃ non solũ circa sermonẽ/sed etiã circa historias et carmina euagãtur. Mar. de Epigrãmatis suis. Grãmaticis placent et sic grãmaticis. Grãmatici pri⁹ critici dicti sunt auctore Dione Chrysostomo. Cor. nepos ait litteratos ꝓprie appellãdos esse poetarũ interpretes: q̃ a grecis grãmatici nominãtur/eosdẽ litteratores vocitatos. Messala Coruin⁹ auctor est. Sunt q̃ grãmaticũ a grãmatista distinguãt/ vt litteratũ a litteratore/ tãq̃ grãmatic⁹ absolute ⁊ ꝑfecte doctus sit/sicut litteratus. Grãmatista sicut litterator mediocriter eruditus. In malã eñ partẽ accipitur.

Grãmaticus a. um. qđ ad grãmaticã ꝑtinet.

Grãmatei dicutur scribę: qui rationes publicas in tabulis scribunt. Apuẽ. libro vndecimo. Tum ex his vnus quem cuncti grãmatea dicebãt. Hi etiã ab epistolis et cancellarij dicuntur. Hinc archigrãmateus princeps scribarum.

Grãmatophylaciũ: loc⁹ vbi scripta publica seruãtur.

Grãmę: lõgitudo sine latitudine mẽsurę subiecta. Aug⁹. Si omissa latitudine solã quis longitudinẽ voluerit emetiri lõgitudo sine latitudine mẽsurę subiecta grãmę diciẽ: nõ ꝙ sit lõgitudo aliqua q̃ careat latitudie: sed ꝙ solã quis metiẽs lõgitudinẽ gramẽ metiri dicitur. Et hęc linea a nostris diciẽ. Eã ita diffinit Euclides. Linea est lõgitudo illatabilis. Emẽsa ṽo cũ lõgitudine latitudo diciẽ epiphania.

Gramię sunt oculorũ pituitę. Unde gramiosi oculi: a quo qui tristes sunt: in hodiernũ quoq̃ diẽ gramiosi vulgo nominãtur.

Gramẽ: herba vulgatissima: sic dicta/ꝙ geniculatis internodijs mirifice serpat: a gradiendo/ vel a gignendi fęcũditate. Crebro eñ nouas spargit radices. Refert Plinius eã herbã nasci vbi humanus sãguis ceciderit. Gramen capiti circũdatũ sãguinis fluxiones e naribus sistit. Qñq̃ tamẽ gramẽ poniẽ generaliter ꝓ omni herba. Unde graminea corona dicta est: quę ab vniuerso exercitu seruato seruatori dabaẽ: vbi obsessos aliq̃s seruasset qđ cũq̃ id genus herbę foret decerpto viridi gramine. Graminosus plen⁹ gramine. Coẽ. lib. j. Quid siluester ager: q̃d humid⁹ ⁊ graminosus: q̃d siccus ⁊ spurc⁹ recusaret.

Grãdo: gutta aquę in aere congelata: sic dicta ꝙ solito grãdior sit. Uel quia grauis cõtineatur. Hinc grãdinosus a. um. vt Grãdinosa loca in quibus frequẽtes sunt grãdines. Grando etiam quã grẽci χάλαζαν et χαλύζιον vocãt: collectio est sub cute/ buboni ⁊ ęgyptię fabę similis: vt inquit Pollux: dolorẽ si tãgatur afferẽs. Dicunẽ ⁊ in oculo grãdines: cũ segnis humor circa palpebras coit: sed ita vt id tuberculũ digito huc ⁊ illuc impelli possit.

Grãdinosus a. um. quod abũdat grãdine. Columel. libro. iiij. Post hęc nõ ignorabit dñs loci plus esse posse qualitatẽ cęli frigidã vel calidã/siccam vel rosidã/grãdinosam ventosamq̃ vel placidã/serenã vẽ nebulosã: id est quę sępe grandinẽ infert. Rosida: quę siccitatibus laborãt.

Grãdinatus a. um. participiũ: quod est grãdine sauciũ. Aug⁹ i Psal. Grãdinata est vinea.

Grandebale: pili subalares: quos Uolsellis tolli sępe molliores iubebãt.

Grãdis ⁊ hoc grãde: apud veteres non ad corpus/sed ad ętatem tñ referebatur iã adultã. Teren. An sedere oportuit domi virginẽ tã grandẽ. Et si natu addatur: prouectiorẽ ętatem significat: et iã pene senilem. Pli. Iunior. Mulier natu grãdior/⁊ tot liberorũ partu: nũc ṽo grãdis sumitur ꝓ magno: ⁊ nonnunq̃ ad inanimata referẽ. Hiero. Grãdes materias ingenia parua nõ sufferunt.

Grãdiusculus la. lum. diminutiuũ. Terẽ. i An. Iã fere grãdiuscula profecta est.

Grãditer aduerbiũ. Cypri. ad Corneliũ. Docuisti grãditer deũ timere/christo firmiter adherere.

Grãditas: dicta est maior ętas. Sisen. libro. iiij. histo. Neq̃ ętatis granditatẽ/neq̃ ea merita/neq̃ ordinis honestatẽ/aut dignitatẽ sibi esse excusationi.

Grãdeuus a. um. quod est prouectioris ętatis: hoc est grãdis eui: id est senex.

Grãdiloquus pe.corre.eloquẽs: ⁊ qui cũ quadã ṽboꝝ magnificẽtia loquit̃. Cic. Nã ⁊ grãdiloqui (vt ita dicã) fuerunt cũ ampla sentẽtia: cũ grauitate ⁊ maiestate verboꝝ. Hinc grãdiloquẽtia.

Grãdio is. grãdẽ facio. Plau. in Aul. Si hodie hercle fuitẽ cepero aut stimulũ in manu testudinẽ istum tibi ego grandibo gradũ.

Grãdesco: cresco/grãdis fio/seu granũ fio. Pli. li. xviij. Crescẽte luna frumẽta grãdescũt. Hinc ingrãdesco: qđ est valde vel intus grandis fio. Col. Que lens vt celeriter ꝓdeat ⁊ ingrandescat: anteq̃ serit̃ fimo arido ꝯmisceri debet. Idẽ lib. ij. Omne aũt frumentũ spicã a tertio ad quartũ nodũ emittit: et cũ totã edidit. viij. dieb9 defloreſcat: ac deinde grãdescat dieb9. xl. quibus post florẽ ad maturitatẽ ꝑuenit.

Granũ fere frugũ dicit̃: vt tritici/hordei/farris ⁊ hmõi: quod est intimũ solidũ. A quo granariũ. Acini sũt ceteroꝝ fructuũ: vt vue/bacchaꝝ/et hmõi. Granũ etiã generaliter dicit̃ ꝓ omi eo quod greci vocant coccũ. Vñ coccũ Ilicis granũ vocamus.

Granariũ: locus i horreis seruãdis/seminũ granis paratus: vel in quo grana frugũ reponunt̃. Var. At triticũ condi oportet in granaria sublimia: que perflentur ventis ab exortu et septentrionũ regione: ad que nulla aura humida ex ꝓpinquis locis aspiret. Granaria quidã habent sub terris speluncas quas vocãt siros: alij puteos. Persius. Iam nũc astringas: iã nũc granaria lapes. Nõnulli horreũ ab hordeo. Festus a farre farreum vocat.

Granosus a. um. dicit̃ omne qđ int9 habet grana.

Graphis idis. ars pingẽdi: q̃ maxime lineis cõstat: ⁊ linearis vocat̃: quã Pli. lib. xxxv. scribit esse inuentã a Sophocle. Dicta graphis a stilo: quẽ greci graphiũ et graphida quoq̃ nominãt. Plin. lib. v. Graphidis vestigia extãt in tabulis ac mẽbranis: ex quibus profitere dicunt̃ artifices. In quo sciendũ: ꝙ Graphidis vestigia picture genus accipiẽdũ esse: qđ greci vocãt Ichnographiã. Ea est circini reguleq̃ modice continẽs visus: ex qua capiunt̃ formaꝝ i solis areaꝝ descriptiones: vt inquit Victru. lib. j. Qui et orthographiam ⁊ sciographiã nominat.

Graphiũ: stilus ferreus/seu penna argẽtea qua signant̃ in tabellis littere/vt olim in cera/seu figure. Ambro. lib. Hexa. Neq̃ ẽo si ipse nõ comprendas idcirco nõ cepit: aut nequaq̃ deliget si ipse circũitum vel attramento vel graphio ducas. Ouidi9. Quid digitos opus est graphiũ lassare tenẽdo. Stilus autẽ (sicut docet Hiero. in expositione Psal.) scribit i cera: Calamus in cartha: mẽbrana/aut in quacunq̃ materia/que apta sit ad scribendũ. Graphus scriptus vel pictus. Agraphus: nõ scriptus vel non pictus. Graphia: scriptura vel pictura. Vñ scribo ꝓ pingo/etiã apud nos ⁊ picturas legere dicimus.

Graphiariũ: theca in qua stili reponunt̃: quibus ⁊ scribere simul ⁊ pingere solebãt: anteq̃ penicilli ⁊ colores inuenirent̃. Dicit̃ ⁊ theca graphiaria.

Gratia (inq̃t Aug9) dicta est: quia gratis dat̃. Quare gratis dat̃? Quia merita nõ precesserunt/sed beneficia dei te preuenerunt. Vñ recte gratia sumitur ꝓ beneficio. Cice. Cũ presertim considerẽ nullã esse gratiam: quã vel nõ caperet animus meus: vel in accipiẽdo vel remunerando cumulandoq̃ illustrare posset. Omne eñi quod habẽt homines a deo/gratia ẽ. Nihil eñi ex debito habẽt. Quis eñi prior dedit/⁊ retribuetur illi? Tres autẽ scribunt fuisse gratias. Aglaiam: id est leticiã. Thaliã: id est virentẽ: quia beneficium semꝑ viret. Euphrosynẽ/quã delectationẽ nominãt. Hec a grecis χαριτες vocantur: απο της χαρας: quod leticiã significat. Merito eñi letari videntur/et qui dant/et qui accipiunt beneficiũ. Tris autẽ ideo esse prodiderunt: quia et benefici esse i alios debemus/⁊ alioꝝ beneficia suscipere: et his qui in nos liberales fuerunt retribuere. Dare autẽ ⁊ accipere ⁊ referre: tres actus sunt inter se distincti. Hinc gratiosus. Aliquãdo capit̃ ꝓ pena siue damno. Idẽ. Vt ꝓ iniuria parẽ ei gratiã referret. Aliquãdo ꝓ mercede. Idẽ in Lel. Vt eñi benefici liberalesq̃ sumus: nõ vt exigamus gratiã .i. mercedẽ vel vtilitatẽ neq̃ beneficiũ feneramur: sed natura propensi ad liberalitatẽ sumus. Aliquando pro pace seu amore. Terẽ. in Ecy. Neq̃ alio pacto componi potest inter eas gratia. Et in Eu. Adibo: atq̃ ab eo gratiã quam video velle inibo. Aliquando pro benignitate. Tibul. Gratia magna Ioui vetuit pater ipse valere. Aliquãdo ꝓ causa seu respectu. Sal. Rẽ omnẽ aperit cuius gratia mittebantur. Aliqñ ꝓ virtute seu efficacia/vt frequenter apud Ambrosiũ. Habere aũt gratias vel agere vel referre. Vide in dictione Ago.

Gratus: qui gratiã ꝓ beneficio refert: vel saltẽ memor est accepti bñficij. Cuius contrariũ est ingratus a quibus gratitudo ⁊ ingratitudo Grate ⁊ ingrate aduerbia/⁊ gratis ⁊ ingratis. Accipit̃ etiã gratus ꝓ leto/⁊ ingratus pro tristi. Virgili9 lib. vij. Et cineri ingrato suprema ferebãt. Et gratus ꝓ spõtaneo. Et ingratus ꝓ inuito et coacto legitur.

Gratiosus: valde gratus. Nã plenũ gratia significat: ⁊ is est qui habet gratiã .i. qui in populo acceptus est. Cice. lib. iij. offi. Tũ pithius vt argentarius qui esset apud oẽs ordines gratiosus: id est habẽs multã gratiã. Idem Lentulo. Vehementer cõfidit his nostris litteris apud te gratiosũ fore: id est valde gratũ. Gellius accipit gratiosum/tam pro eo qui gratias adhibet q̃ qui admittit.

Gratis aduerbiũ: significat sine ꝓmio/sine merito: qđ vulgo dicitur per gratiã. Hiero. in Geñ. Quia frater meus es: nõ seruies mihi gratis. Ambro. In diuinis scripturis reus scribit̃/qui nõ studuerit dare gratis quod ipse gratis acceperit. Als significat spõte. Aug9 lib. iiij. cõfess. Quoꝝ exempli gratia quedã gratis posui: vel in ipso substãtie genere innumerabilia reperiuntur. Sic ingratis inuite/nõ vltro: quia vltronea grata sunt. Ingrata: que ab inuitis ⁊ recusantib9 fiunt. Plau. in Am. Hec heri imodestia coegit me q̃ hoc noctis ingratis excitauit. Terẽ: in Eu. Op9 faciã vt defatiger vsq̃ ingratis vt dormiã.

Gratuitus a. um. penul. pro. quod datur gratis: id est sine premio: ⁊ qđ nõ est mercẽnariũ. Cice. lib. j. de legibus. Quid liberalitas: gratuitane est/an mercẽnaria? Si sine ꝓmio benigna/est gratuita: si cũ mercede/cõducta. Aug9. Gratuitã nobis impendit de9 dilectionẽ/quibus gratis vnigeniti sui misit redemptionẽ. Hinc fit aduerbiũ gratuito. Sue. in Cesare. Omnibus ẽo circa eũ atq̃ etiã parte magna senat9 gratuito aut leui fenore obstrictis.

Grates numero tm̃ plurali/⁊ in hac tm̃ terminatiõe: ꝓ gratijs q̃ referri debẽt ꝓ accepto bñficio. Virg. Grates ꝑsoluere dignas Nõ opis est nostre dido.

Gratificor: rem gratã facio/consentio/complaceo. Cicero Lentulo. Qđ Pompeio se gratificari putant. Differũt tamẽ Gratificari et gratũ facere/ꝙ gratificari in se cõtineat quiddã mai9. Est eñi beneficiũ esse. Vnde dicimus deũ gratificari hominibus: quasi sic beneficia cõferre. Gratũ ẽo facere sit obsequi ⁊ inseruire. Cice. Si hunc iuueris/gratissimũ mihi feceris. Hinc Gratificus.

Grator aris. dũs gratias ago/et quasi supplico. Ouidius lib. iij. Fast. Quisquis ades: casteq̃ colis penetrali veste. Gratare iliace: thuraq̃ pone focis. Interdum Gratari est gaudere de bono proprio: vt apud eũdẽ li. viij Metam. O superi totoq̃ libẽs mihi pe/

ctore grator. Qñq̃ etiã est letari de bono alterius. Virg. Inueni germana viã gratare sorori. Liu. lib. vii. Suũ sequentes currũ Iouis optimi maximi tem plũ: gratãtes ouantesq̃ adire.

Gratulari cũ datiuo: proprie est diis siue hominibus qui nobis benefici fuerunt in successu: aut nostro / aut alioꝝ cum laudibus festiuitatem ostendere. Oritur enĩ ex leticia gratulatio / vt ex dolore querimonia. Lactã. libro. vi. Nihil est ꝙ si aliquis gratuletur: si has inanes virtutes adeptus est. Ennius in Hecuba. Iupiter tibi sũme tandem male re gesta gratulor. Interdum pretermittitur datiuus cũ fuerit ꝓnomen. Ouidius. Prisca iuuent alios ego me nũc deniq̃ natum Gratulor: vbi intelligit̃ mihi. Quintil. Gratulemur iam ꝙ nulla ciuitas laborat: subitelligit̃ nobis. Gratulor etiã est gratias agere siue supplicare. Li. Triũphantes in capitoliũ ascendebãt Ioui optimo maximo / ceterisq̃ diis gratulaturi. Nec mirũ si gratulari diis dicimus / quasi ostẽdere nos illis aggaudere: cũ salutare etiã eos dicamus / quasi salutẽ illis optare: qđ nõ diis sed hominib⁹ cõuenit. Vnde dicim⁹. Salue sancta parens. Gratulari cũ accõ / est gratũ habere. Terẽ. in Eu. Salutãt: ad cenã vocãt: aduentũ gratulant̃. Plau. in cap. Vbi quisq̃ videt / eunt obuiã / gratulant̃q̃ eã rẽ: id est gratiã habent. Hui⁹ cõpositũ est congratulor.

Graue: suapte natura significat ponderosum: vt Graue saxũ quod nos cũ molestia grauat in ferendo. Virgilius. Vomis et inflexi primũ graue robur aratri. Et per translationẽ dicit̃: morb⁹ grauis / senectus grauis: id est molesta: quoniã qui molestiam ex senectute morbo / ceterisq̃ hmõi sentiũt: quasi onere intolerabili premãtur: quod cupide velut graue on⁹ a se vellent deponere. Cicero in Cato. Ut nunq̃ senectutem tibi grauem esse senserim. Itaq̃ vnus modus est / que corpori aut animo molesta sunt: ea grauia appellare: eo ꝙ molestia a mole: id est a re magna vocata est. Alter modus est: ꝙ quemadmodũ grauia et grandia saxa non facile loco mouentur: sed ad omnẽ temporꝝ mutabilitatem herent: ita homines constantes ac sapientia prediti merito graues dicũtur: qui nec precibus nec minis ab equo dimouẽtur: vt hi faciũt quos leues vocamus: qui in similitudinem palee ad omnẽ auram ventilantur. Hinc grauitas pro firmitate ac constantia animi: ac in vultu / moribus / verbis / rebus agendis quedã seueritas. Aliquãdo pro molestia et magnitudine: vt grauitas odoris / grauitas doloris / grauitas somni. Variis aliis modis dicit̃ graue: sed ad hos reduci possunt. Nã ponit̃ pro pernicioso / acerbo / nocente. Cice. lib. iii. offic. Magnũ illud bellum et grauẽ aduersariũ imperii sustulissent. Idẽ. Facilius et in morbos incidũt adolescentes: et grauius egrotant. Pro forti ꝛ robusto. Virg. lib. v. Prima pares ineũt grauib⁹ certamina remis. Pro grandeuo. Idẽ. Hic grauis entellus dictis castigat acestẽ. Pro vtili / solido / firmo / cõstante. Cice. lib. i. offi. Vt iã sint alia grauiora atq̃ meliora: tñ nos studia nostra nature regula metimur. Pro tristi. Virg. lib. viii. Grauior ne nũcius aures Vulneret. Pro sapiẽti cũ auctoritate. Ci. in Horten. Quid enĩ aut Herodoto dulci⁹ / aut Tucydide graui⁹. Pro ponderoso. Vñ graue es dicit̃: q: deni asses singula põdo efficiebant. Pro necessario. Lucil. lib. xxviii. Habeasq̃ aio mihi admodũ causã grauẽ fore: q̃ me ab vllo cõmodo abducat tuo. Pro pleno. Vir. Tũ pietate grauẽ ac meritis si forte virꝝ quẽ Cõspexere silẽt. Pro fecũdo et frugifero. Idẽ. Quid labor aut benefacta iuuant: quid vomere terras Inuertisse grauis? Pro multo. Var. Vbi graues pascant̃ atq̃ alantur pauonũ greges. Sal. lib. iii. histo. Cepit ꝑ omnẽ prouinciã graue preciũ fructibus esse. Pro amaro. Var. in quinq̃ tribus. Absynthiũ vt bibã graue et castoriũ. A grauis fit aduerbiũ grauiter ꝛ graue.

Grauit̃ significat multũ. Cecil. Placere hoc cepit grauiter. Cicero. Nec vo audiẽdi grauiter qui inimicis irascendũ putant. Virgili⁹. Grauiter spirãtis copia thymbre. Aliquando significat aspere / male. Idem. Graue olentis auerni. Aliqñ moleste. Cice. Grauiter ꝛ iniquo animo tuli. Aliqñ sapienter. Idẽ. Si qđ prudenter / si quid grauiter factũ est: hoc est: non leuit̃ ac insipiẽter / sed mature sapienterq̃.

Grauedo: põderositas. Quãdoq̃ sumit̃ ꝓ morbo seu humore / qui ex capite distillat: nares claudit: vocem obtundit: tussim siccã mouet: sicuti docet Celsus lib. iiii. Catul. Sẽtire cesso ꝙ grauedinẽ ꝛ tussim. Plau. in Asi. Quod illa haud simulet quasi grauedo ꝓfluat. Hoc ne sic faciat tu labellũ abstergas. Greci coryças vocant. Hippocrates distillationes oẽs ꝛ grauedinẽ nominat coryças.

Grauedinosus: non solũ qui grauedine infestat̃ / sed etiam qui ad eum morbũ est procliuior. Cice. libro. iiii. Tusc. Itaq̃ dicimus quosdã grauedinosos / quosdã terminosos: nõ quia iam sint / sed q: sepe sint. Plini⁹ appellat Eruũ grauedinosũ: quod bobus in pabulo grauedinẽ facit.

Graueolentia: malus odor. Plinius. Et oxis graueolentiam tollit.

Grauo as. premo / onero / molesto. Virgil. Nec me labor iste grauabit. Hui⁹ cõposita. Aggrauo: quod est super seu plus grauo. Col. lib. ii. Tũ etiã ratio rustici aggrauat̃ exiguo ꝓfectu operis. Degrauo: deorsũ grauo. Idẽ lib. i. Et qđ prius extructũ imminebat cedenti paulatim degrauatũ põdere suo preceps attrahet̃. Virgil. libro. iii. Degraua cena caput. Cypria. Quo mõ celũ petunt: et ad sublimia et alta conscendunt / q̃ terrenis cupiditatib⁹ degrauant̃. Ingrauo: intus seu valde grauo. Hiero. in Exo. Ingrauatũ ẽ cor Pharaonis. Pregrauo: valde grauo. Idẽ ad Marcellã. Quapropter moneo / vt dũ mũdi hui⁹ viã currimus: nõ duab⁹ tunicis / nõ calciamentoꝝ pellib⁹ pgrauemur. Et hec oĩa habent pe. cor.

Grauate aduer. significat cũ labore siue cũ molestia.

Grauesco is. grauis et oneratus fio. Virg. lib. ii. Geor. Nec minus interea fetu nem⁹ omne grauescit: id est onerat̃. Hinc aggrauesco: magis grauis fio. Teren. in Ecy. Male metuo ne Philemone magis morbus aggrauescat. Ingrauesco: eiusdẽ significationis est. Aug⁹ lib. ii. de ciui. dei. Nã ingrauescẽte pestilentia ludi scenici Rome ꝑmit⁹ instituti sunt.

Grauida mulier: q̃ iã concepto fetu grauat̃. Pregnans que iam occupata est in generando quod cõceperit. Aug. Quo mõ fiet istud / vt vtero grauida sim pudico / ꝛ immunis sim a marito? Aliquãdo ponit̃ ꝓ plena. Vnde grauido as. ꝓ impleo veteres posuerunt. Cecil. Ditte ꝑ mysteria hic honeste grauidauit ꝓbo. Leo papa. Virgo regia dauidice stirpis eligit̃: q̃ sacro grauidãda fetu / diuinã humanãq̃ prolẽ prius cõciperet mente q̃ corꝑe. Et insciens ꝓpinqua partui incitatus sit fetus eius.

Grauastellus: senior. Plau. Quis est grauastell⁹ iste q̃ aduenit? Vt puto a grauitate dictus.

Grex differt ab armento: ꝙ grex minorum animalium sit congregatio: vt ouiũ / porcoꝝ / caprarum. Armentum maioꝝ: vt Cameloꝝ boum / equoꝝ. Hierony. in Deutero. Habuerisq̃ armenta boum et ouium greges. Ouid. Mille greges illi totidẽq̃ armẽta ꝑ herbas Pascebãt. Vir. Hec satis armẽtis superat pars altera cure. Lanigeros agitare greges hirtasq̃ capellas. Inuenitur tamẽ quãdoq̃ grex de maioribus dici. s. bobus. Vir. Aut aliquã in magno sequitur gre

ge. Tamen ad distinctionē addidit magno: sicut Hora. adiecit mugientium. Aut in reducta valle mugientium prospectat errantes greges: Quasi grex generalius nomen sit/armentum specialius. Et illud sine apposito de pecoribus minutis intelligatur: cū apposito possit etiam ad maiora transferri. Cice. Fudit apothecas cecidit greges armentorū. Col. libro primo. Nec absint greges armentorum/ ceterorum qꝫ quadrupedum culta et dumeta pascentiū. Dicit et grex de auibus. Aug⁹ lib. xij. de ciui. dei. Alias ꝓo greges instituerit: que cōgregate atqꝫ in gregib⁹ malint viuere: vt sunt columbe/ sturni/ cerui/ damule/ et cetera huiusmodi. Etiam bonorum vel maloꝝ hominū dicit Grex. Cice. In his bonis gregibus omnes aleatores/ omnes impuri impudiciqꝫ versant. Et est tā fe. ꝙ mascu. generis.

Gregarius: ex grege vulgaris. Unde gregarius miles dicitur: non electus/ sed tumultuarie vndecunqꝫ collectus. Salusti⁹. Deinde multi memores Syllane victorie: ꝙ ex gregarijs militibus alios senatores videbant: alios ita diuites/ vt regio victu atqꝫ cultu vitā agerent. Colu: libro. vij. Gregariorūqꝫ pastorū velut minutā professionis sue disciplinam constantissime repudiasse.

Grego as. de quo Priscia. Sunt et alie deriuationes diuersas terminationes habētes: tam a nominibus ꝙ a verbis nascentium verboꝝ: vt a Greco grecisso/ et grecor: a Grege grego: a Philosopho philosophor. Hui⁹ tamē cōposita magis i vsu sunt: vt abgrego: qđ est deduco. Aggrego: associo/ adiūgo. Lactā. lib. iiij. Si nobis credendū nō putāt/ credāt Homero: qui sūmū illū Iouē demonib⁹ aggregauit. Cōgrego. Idē i eodē. Aliūqꝫ sibi ppl̄m fideliorē ex alienigenis congregaret. Segrego: seorsū pono/ diuido. Festus. Segregare: ē ex plurib⁹ gregib⁹ partes seducere. Et hec oia habēt pe. cor.

Gregalis/ et hoc gregale: quod in grege viuit. Varro libro. ij. de re rust. Equi boni futuri signa sunt: si cum gregalibus in pabulo contendit in currendo aliave quare quo potior sit.

Gregatim: p diuersos greges. Var. Merula ꝙ mera id est sola volitet. Cōtra ab eo graculi ꝙ gregatim.

Gressus a. um. participiū a Gradior. Gressus us. incessus/ ambulatio: vt Gressus meos dirige.

Gressibile: quod aptum est ad gradiendum: vt Homo est gressibilis.

Gressutus a. um. pe. ꝓd. idē qđ gressibile/ nō quod magnos habet pedes: vt quidā autumant. Nā Aug⁹ in dialec. sic scribit. Socrates et hō est et gressutū.

Gressus a. um. nomē est quātitatē significās. Cui⁹ diminutiuū est gressulus.

Grossitantū pluraliter dicunt ficus anteꝙ maturescāt. Alij dicunt grossos esse fic⁹ ꝙ nō maturescūt. Primitiue fic⁹ ꝙ precoces seu ꝑcoques/ et a neotericis flores appellant: apud grecos ꝓdromos vocant. Col. li. iij. Si voles ficū: ꝙuis natura serā facere/ cū grossuli minuti erunt fructū decutito.

Grossipion siue xylon seu grossapinus: frutex est ex superiori parte Egypti/ que in Arabiam vergitur allatus: nunc etiam in quibusdā locis Italie nascens/ ex quo lina fiunt que gossipina siue xylina seu gossipina dicuntur: paruulus est: similēqꝫ barbare nuci defert fructū plenū lanugine: nec vllū genus lini in candore mollitiave prefert huic. Iuriscōsulti inter lanas potius cōnumerāt: dicuntqꝫ lanā lineā a grecis appellari. Ex his fiunt vestes cādidissime ac subtilissime: ꝙ vulgo bombicine dicūtur: cū xyline seu grossipine grossapine ve appellari debeant. Quidā huiusmodi linū cotonum vocant: frutices id ferentes quibusdā in locis folia habēt vitiū similia/ nisi ꝙ minora sunt: feruntqꝫ cotonei mali similitudinem et cucurbitas: que maturate rupte lanuginis pilas emittunt.

Grues: aues minime soliuage: que nō se segregāt/ siue cū volant siue pascunt. Et a sono vocis dicte excubias nocte diuidūt/ capite subter alā cōdito dormiunt alternis pedibus insistentes. Volantes autē ordine quodā y litterā faciunt id quod Palamedē deprendisse legimus. Hiero. ad Rusticū. Grues vnā sequūtur ordine litterato. Mar. Turbabis versus: nec littera tota manebit. Vnā ꝑdideris si palamedis auē. De natura hui⁹ auis Amb. lib. Hexa. sic habet. Grues iniussi et voluntario vsu in nocte sollicitā exercent custodiā: dispositos vigiles seruant: et ceteris consortibus generis quiescētibus alie circūeunt et explorāt ne qua ex parte insidie tendētur: atqꝫ deferunt impigrā suo vigore tutelā: post vbi vigiliarum fuerit tempus impletū: perfuncta munere in somnū se premisso clangore cōponit/ vt excitet dormientē: cui vicē muneri traditura est. At illa volans suscipit sortem: nec vsu nostro inuita et pigrior somno renūciat: sed impigre suis excutit e stratis: vicē exequit: et quā accepit gratiā/ pari custodia atqꝫ officio repsentat. Ideo nulla desertio: qꝛ deuotio naturalis: idem tuta custodia/ quia voluntas libera. Hunc etiā volātes ordinē seruant: et hac moderatione omnē laborē alleuiant: vt p vices fūgant ductus sui munere. Precedit eīm vna/ et ꝑcurrit ceteris: deinde conuertit: et sequēti sortem ducendi agminis cedit.

Gruo is. grui. Fest⁹. Gruere dicunt grues vt sues grunnire. Hinc ꝯgruo ꝓ cōuenio/ cōcordo. Ter. i Heau. Cōcede hinc domū/ ne nos ꝯgruere sentiāt. i. concordare. Hinc ꝯgruū et Ingruo is. de quo alibi.

Grumus: terre collectio: minor tumulo. Apud Col. dicit cliuulus. Vn̄ lib. ij. ait. Grumos quos aduersurā plerūqꝫ tracte crates faciunt: despicimus ita necubi ferramentū feniseciis possit offendere. Cui⁹ dimi. est grumulus. Pli. lib. xix. Quidā et aliū vlpicū i plano seri vetant: castellatimqꝫ grumulus imponi distantibus inter se pedes ternos.

Grūma me. mēsura quedā qua fixa vie ad lineā dirigūtur: vt est agrimēsoꝝ et similiū. Hinc deglumor aris. ꝓ dirigo. Luci. Viāqꝫ degrumaris vt in castris mensor facit olim. Et exgrumor. Vn̄ exgrumantes apud Var. legit lib. iii. de re. rus. qđ est de mensura et recta via excedētes/ vel grumos eruentes.

Grumie dicuntur loca media: inter que directe quattuor cōueniunt vie.

Grunnio is. grūniui et grunnij. itum. proprium est vocis porcoꝝ. Cice. libro. v. Tus. Aut grūnit cum mactat sus. Iuue. Et cum remigibus grūnisse elpenora porcis. Hinc grūnitus tus.

Grūdire veteres dicebāt: qđ nos grūnire dicim⁹. Claudi. li. annaliū. xv. Grūdibat grauiē pec⁹ suillū. Hinc grūdules: lares dictos accipim⁹: quos Romul⁹ ꝯstituisse dicit in honorē scrophe: que. xxx. pepererat porcos. Casius hemina. Sus parit porcos trigita: cui⁹ rei fanū fecerūt Laribus grūdilibus.

Gryllus: animal est magnitudine cicade/ corpore longiore: genus est locuste: vndiqꝫ per orbem terrarum pernicies agris preterꝙ in parthia. Parthi gryllos comedunt: vt testat Hiero. cōtra Ioui. Dict⁹ gryllus a sono vocis. Suidas. γρυλλοσ ξενοφωντοσ του σωκρατικου λιοσ γρυλλοσ και λιο λωροσ και γρυλλοσ οχοιροσ. Hinc magnā auctoritatē perhibēt Nigidi⁹ magiqꝫ ꝙ retro ambulet: terrā terebret: noctibus stridat.

Grypes: qui et gryphones: animalia pēnata et quadrupedia: omni ex parte leones sunt: alis et facie aquilis similes. equis vehementer infeste. Nascunt i hyperboreis montibus. Et potest declinari grypes is. Et

grypo & grypus. Hiero. l Leuit. Aquilã et griphõ. Gryphi vo (vt Gel. inquit) enigmata sunt. Gryphõ enim greci insolubile dicunt.

Gryphi a grecis dicunt nare curui. Quo noie dict⁹ est filius Demetrii: vt auctor est Justinus.

Griphos dicit sermo implicitus. Gel. aliosq id genus gryphos neminẽ posse dicẽs nisi se dissoluere.

Gripus p simplex p. nasus aduncus/ gibbus seu aquilinus: a gryphis similitudine deductũ nomẽ. Greci γρυπτο: nos gryphes dicimus.

G Ante V

Gula: anterior ps colli q cib⁹ atq potus deuorat. Nã collũ tam ceruicẽ posteriorẽ q gulã anteriorẽ habet. Et gula cũ ossibus intelligit. Sal. Laqueo gulã fregere. Aliqñ accipit gula p gule vitio. Juue. Dũ gula seuit. Hinc fiũt gulosus a. um. qd est dedit⁹ gule vitio. Degulo as. de quo alibi. Et ingluuies.

Gulioce: nucũ iuglãdiũ sũma & viridãtia putamina.

Gũmi et gũmis. genere femi. Colu. Nostrorũ temporum agricole existimarunt noua dolia liquida gũmi perluere. Idem. Multi cũ semel noua dolia vel seri as crassa gũmi liuerũt: vna in perpetuũ gũmitiõe cõtenti sunt. Unde gũmitio. Col. lib. vltimo. Quã greci κομμωσιν. Est autẽ gũmi lachryma arbor qui est quasi gutta. Hinc gũmate arbores dicunt que gũmi pducũt. Palladi⁹. In cerasis hoc seruãdũ est & in omnib⁹ gũmatis: vt tunc inserant qñ is vel nõ est/ vel nõ desinit gũmen effluere.

Gurges itis. locus in flumine profundus: in quo aqua vertit. Et omnis aquaz congeries dicit gurges: licet quãdoq per tapinosim ponat p mari. Virg. Nantes in gurgite vasto.

Gurgito as. pe. cor. deuoro/ impleo. Hinc fiũt cõposita Egurgito as. & Ingurgito as.

Gurgulio: proprie pars gutturis a naribus ad pulmonem: constans ex cartilagine et carne per quã spirit⁹ meat ac remeat. Et hec spiritalis fistula dicit. Rursus gurgulio vermis qdã q in horreis nascẽs frumentũ absumit: sic dict⁹/ q tot⁹ sit guttur. Virg. Populat ingentẽ farris aceruũ Gurgulio.

Gurgustiũ et diminutiuũ gurgustiolũ: genus habitationis angustũ: a gurgulione verme sic dictũ. Seruius docet Gurgustiũ esse obscuram et latentem tabernam. Cice. in Pisonẽ. Nescio quo e gurgustio te pdis. Ambro. libro Hexa. Nonne quo splẽdidior foris species loci eius effulgeat: hoc horrẽdis desuper ccne gurgustiũ eius int⁹ obscuri⁹ fit. Apul. Ergo breuitatẽ gurgustioli nostri ne spernas peto sis contentus lare paruulo.

Gustus us. vn⁹ ex qnq sensibus corporis.

Gusto as: quid significet declaratur ex psalmo cũ dicitur: Gustate et videte quoniã suauis est dñs. Lactã. libro. ij. Id aũt preceptũ fuit: vt ex arbore vna q fuerat in medio paradisi nõ gustaret: Hinc Gustat⁹ tus. Cice. in Cato. Aqua oriens vna se ostendit: que & sucio terre & calore solis augescẽs. Primo est peracerba gustatu. Hui⁹ composita sunt Degusto: quod est multũ bene gusto. Salust. Inde cũ post execrationẽ omnes degustassent: sicut in sacris solẽnibus fieri cõsueuit/ aperuisse consilium suum. Pregusto: ante gusto. Hiero. in Exo. Carnem que a bestijs fuerit pregustata/ nõ comedetis.

Guttus: poculi genus quo in sacrificijs vtebantur. Plini⁹ libro. xv). Curius iurauit se ex preda nihil attigisse: preter guttũ phaginũ quo sacrificaret. Vel in qd oleum mittitur: dictus q guttam mittat. Nam eo vsi sunt Romani in balneis ad vngenda eoz corpora post lauationẽ. Gel. Pueẓ iubet Taurus oleũ in ollaz indere. Erat is puer genere atticus festiuissim⁹ etatis et gentis argutijs scatens: guttũ samiũ orẽ tenus imprudẽs inanẽ tanq inesset oleũ affectum/ conuertitq eũ: et vt solutũ est: circũegit per omnẽ partẽ olle manu nullum inde ibat oleuz. Potest etiam dici vas in quo odorifera vnguenta seruant/ q inde guttatim sumant. Serenus p vase vinario sumpsit cuz ait: Siue meri guttus seu frigoris efficit aura. Var. de origi. Ut vinũ minutatim funderet a guttis guttũ appellarũt. Hui⁹ dimi. est guttulus. Plau. Ut guttulã hauriret ex guttulo.

Gutta: minima pars aque vel alterius materie liquide: hoc est stilla. Cui⁹ dimi. est guttula.

Guttatim: per singulas guttas. Plaut⁹. Aedepol cor miserũ meũ quidem guttatim contabescit: qsi i aquã indideris salem.

Gutturniũ: vas ex quo aqua guttatim i manus datur: ab eo q pter angustias guttatim fluat.

Guttur accipit pro ea parte que est a faucibus ad iugulũ: siue exterior siue interior sit. Unde Plini⁹. Guttur homini tñ & suibus intumescit/ aquaz que potantur plerũq vitio. Virg. in Geor. Et lete pecudes et ouantes gutture coruí. Plau. in Aul. mascu. genere posuit p ano/ cũ inquit. Etiã ne obturat inferiorẽ gutturẽ: ne quid anime emittat dormiens.

Gutturosi dicũtur/ quorum guttur tanq spongia quadam intumescit: ita vt hoc malũ non morbus sed vitiũ sit. Ul. de edilitio edicto. Si qs natura gutturosus sit/ aut oculos eminẽtes habeat.

G Ante Y

Gyges: nomen viri propriũ: qui celi et terre filius fingitur. Ali⁹ fuit Lydie rex. Quo etiã nomine dictus est Lydie fluuius.

Gygeus cũ ae diph. lacus Lydie. Proper. Lydia gygeo tincta puella lacu.

Gymnos latine nud⁹ dicit. Inde fiũt gymnesia & aphrodisiades: insule i mari illyrico: qs baleares vocant.

Gymnastes: preceptor exercitioz pueros exercẽs.

Gymnasiũ: exercitiũ. Unde et ponit pro loco in quo palestrite exercebant nudi et oleovncti. Nam γυμνοσ latine nudum significat. Vel dicit gymnasium γυμναζω exerceo. Unde gymnastica appellat disciplina exercitationis. Arist. libro. viij. polit. monet adolescentes gymnastice tradendos esse: vt ita fiant exercitatiores firmioresq. Uerũ postea Gymnasiũ pro ludo litterario: & pro omni loco in quo fiat aliqd genus exercitationis sumi cepit: cũ philosophi gymnasia tenuerint/ & in illis disputauerint: q et schole et diatribe vocitate sunt: Unde apud rhetores pgymnasmata preexercitamenta dicũtur: id est exercitationes quedã in dicendo/ anteq ad veras actiones descendant. Aphthoni⁹ in rhetoricis: συνθεωρ χη Ιουρηιοροσ προγυμνασ ματα.

Gymnastica: ars seu doctrina/ qua pueri exercentur. Unde Aristo. precipit libro. viij. polit. adolescẽtes gymnastice et pedotriuisse esse tradendos. Plau. libro. vij. de legi. Gymnastice nomine exercitationes omnes bellicas cõtineri docet: eãq diuidit in saltationẽ & luctationẽ.

Gymnasiarches: gymnasij/ siue exercitationis princeps/ et ludimagister.

Gymnosophiste nudi sapientes philosophi indorum: sic dicti/ q nudi incederẽt. Nã σοφισησ sapiẽs dicit. Aug. libro. xiiij. de ciuit. dei. Cũ quidã nudi philosophant/ vnde gymnosophiste nominant. Et lib. xv. Indorũ gymnosophiste: qui nudi perhibent philosophari in solitudinibus Indie: a generãdo se cohibent. Hiero. cõtra Joui. Apud gymnosophistas Indie quasi per man⁹ hui⁹ opinionis auctoritas tradit: q Buddã principem dogmatis eoz e latere suo

virgo generarit. Hi ab exortu ad occasum perstare dicunt solē cōtuentes imobilibus oculis: feruentib⁹ harenis: toto die alternis pedibus insistētes. Hi frigora niuiū ꝛ ęstus flāmę citra dolorē perferunt. Fertur Alexandrū macedonē ad eos accessisse dixisseq; petite quodcūq; vultis. Qui responderunt da nobis imortalitatē quā pre ceteris optamus. Quibus ille ait. Cum ego sim mortalis imortalitatē nemini prestare possum. Si ergo inquiunt mortalem te esse cognoscis: cur non contentus patriis sedibus: omnibus infestus totū orbē subiicere conaris. Suidas γυμνοσ οφισϛαι παρα βαβυλωνιοισ οι φιλοσοφοι και παρᾶασ συριοισ

Gymnici ludi dicti sunt quia in his se nudi atq; vncti exercebāt: in athleticis ꝛ palestricis certaminibus. Nero edidit certamen gymnicum.

Gyne γυνη apō grecos ꝛ mlieres ꝛ vxores significat

Gynecium: locus secretior in ędibus vbi sole mulieres habitant: qui et grece γυνοικων a mulieribus q̄s greci γυναικασ vocant. Plau. in Mus. Dare vult vxorem filio quantum potest ad eam rem facere volt nouū gynecium. Dicitur ꝛ hęc gynecōitis ni syllaba pro. mulierū (vt ita dicā) senatulus ꝛ in domo pars vt apud Victru. Probus Aemilius. Nec sedet nisi in interiore parte ędiū q̄ gyneconitis dicit̄ απο ϛου οικω habito. Unde οικοσ dicit̄ domus a quo economus administrator rei familiaris: et economica q̄ ad rem domesticā pertinēt. Oeconomia administratio Oeconomo villico. Andronitis vero locus vbi viri frequēter in domo sunt.

Gypsus: genus cretę quę facile conglutinatur ꝛ induresc͡it quo tectoria parietibus inducitur: ꝛ facile formantur signa. Unde ꝛ pro ipso signo quandoq; ponitur. Iuue. Et plena oīa gypso Chrysippi inuenias. Multis in locis ex lapide coquitur alibi e terra foditur vt i cypro. Hinc formāt̄ gypseus a um. quod ex gypso est gypsatus a um qō est gypso infectū vel gypso tectum.

Gypso as: gypso inficio seu tego. Tibul. Nota loquor regnū ipse tenet quem sepe coegit. Barbara gypsatos ferre catasta pedes. Et gypsare ē gipso obturare. Col. Cum deinde modice aruerunt in vasa noua sine pice operculata et gypsata sicco loco reponito. Rursus gypsare est medicaminibus ꝯfundere. Vn̄ Cice. Trebatio scribit medeā gypsatis manibus fuisse.

Gyrus latine circulus vel ambitus dici potest.

Gyro as: circūdo. Vn̄ regyro penul. ꝓdu. qō est retro gyro. Var. Quidā quę nō solum a lateribus per fenestras: sed etiā subtus a solo vētus regyrare possit.

Gyrtheū: opidū quod hercules ꝛ apollo depositis eo loci simultatibus cōmuni opere condiderūt. De hoc Liuius in Mace. bello. Gyrtheum inquit omnium maritimarū rerū lacedemoniis receptaculum. Hinc Gyrtheates dicti sunt in eo habitantes.



Non potest esse finalis syllaba preter ah ꝛ vah interiectiones: sed per apocopen dicta sunt: cum cōpleta sint: aha ꝛ vaha: vel quia abscondita voce solēt proferri interiectiones. Iungit̄ autē vocalibus omnibus ꝛ quattuor consonantibus. s. C vt Chremes. P. vt Philippus. R vt Pyrrhus. T vt Thrasor ꝛ hoc vt valentius sonet dictio.

H Ante A

Habeo es ui itum: invsitatiori significatione. Plau. in Aul. Virginem habeo grandem: dote cassam atq; illocabilē. Et hęc eius propria significatio quod greci dicunt εχειν Per trāslationē ponitur habere ꝓ tenere Sal. Tale periculum reip. haud occultū habuit Pro facere. Idem. Igitur comitiis habitis cōsules declarantur. M. Tullius ꝛ C. Antonius. Pro Tolerare Idē. Neq; cuiq̄ mortaliū iniurię suę paruę videntur: multi eas grauius ęquo habuere. Pro possidere tenere occupare. Terē. in An. At mihi vnus seruulus etiā restat qui me habet male. Sal. in Iugur. Animus incorruptus eternus rector humani generis agit atq; habet cuncta: nec ipse habetur. Virgil. Hostis habet muros. Pro Credere Existimare. Teren. in And. Semꝑ eius dicta atq; habita est soror. Pro dicere. Sal. Laresum hispanię ciuitatē quā nūc tyrii mutato nomīe Gadirim habent. Pro habitare Plau. in Tri. He sunt ędes: hic habet. Sal. Credo falsa existimans ea quę de inferis memorantur diuerso itinere malos a bonis loca tetra occulta fęda atq; formidolosa habere Pro intelligere. Quod enim te nemus corpore: habemus quoq; item animo. Terē. in Heau. Habet omnē rem: pergā quo cępi hoc iter. Solet in hac significatione in extremo materię elegāter poni. Cice. Hęc habui de amicicia quę dicerem. Pro accipere. Idem in Eu. Hic pro illo tibi munere honos est habitus ab eo. Pro Scire. Sal. Prorsus neq; dicere neq; facere quicq̄ pēsi habebat. Pro Deludere decipere. Plau. in Am. Is aduenīētis seruū ac dominū frustra habet. Pro tractare. Terē. in Hecyra. Nunq̄ secus habui illam: ac si ex me nata esset. Pro valere ꝛ incolumē esse in tertia persona qñq; sine supposito: vt bene seu male habet. i. bene vel male se res habet: hoc est bene seu male res se sustētant: male se habet: hoc est egrotat aut bene vel male ꝓcedit res. Lactā. li. vii. Bn̄ habet iacta sunt fundamēta vt ait eximi⁹ orator. Liui⁹ li. viii. Bn̄ habꝫ inq̄t quirites: vicit disciplina militaris. Res male habet me id est male sollicitat afficit. Si res ita sese haberēt quomodo se ꝛ rēpub. habuerint. i. gubernauerint ꝛ gesserint. Male vel bene a te habitus sum. i. acceptus siue tractatus sum. Ci. Tullia nostra valet Terentia minus belle habuit. i. minus bene valuit. Itē habet per se positum significat ꝑcussus est: vt Donat⁹ inq̄t Et proprie de gladiatoribus dicitur ꝙ prius alii videant q̄ illi sentiant se percussos esse. Teren. in Andria. Certe captus est habet. Idem in diuersis locis idem verbum varię accepit. Unde Orationē habuit huiusmodi: id est sic elocut⁹ est. Sat habeo id est sufficit. Nunquid habes qō contemnas: id est nunquid inuenisti. Quandoq; habere est seruare detinere: vt est illud Salustii. In custodiis haberent̄. Quandoq; prębere exhibere: vt apud eundem in Ciceronē. Ita largitionibus corruptus est: vt sese ac fortunas suas venales habeat. Quandoq; Debere vt cū dicimus habeo tibi gratiam. Habere iter est proficisci. Habere verba est loqui. Habere fidem verbis est credere. Teren. in Andria. Nam propemodū habeo tibi iā fidē. Et in Heauton. Seni nostro fidei nihil habeo. Habere rationem salutis honoris rei familiaris: est habere respectum. Sed si cum ablatiuo construatur mediante cum vt habet rationem cum terra idem est ac si diceretur habet negocium ꝛ cōmertiū. Cicero in Cato. Rem habet cum terra quę nunq̄ recusat imperium. Idem in Tusc. Quis est hominū qui modo cū musis id est cum humanitate et doctrina habet aliquod cōmertium qui se non hunc mathematicū malit q̄ illum tyrannū. Et ad Acticum. Cum omnibus musis rationem habere cogito. Habere rem est coire. Habere rem cum aduersario est litigare. Habeo conuenire. Habeo polliceri. Habeo audire. Pro cōueniendum est mihi pollicendum audiendum. Cice.

Lentu. Tantum habeo polliceri. Idem in Catone. Nec eos solu͂ conuenire habeo quos vidi: sed etia͂ quos audiui ꝛ legi. Et libro de ora. Audire habeo qd hic sentiat. Quidam tamen non co͂temnendę auctoritatis interpretantur Habeo polliceri: id est debeo siue possum polliceri. Habeo conuenire audire: id est decreui siue credo conuenire: audire. Aspiratur hoc verbum vt differat ab Abeo abis cum suis compositis: in quibus a versa est in. i nisi in Debeo: ꝛ posthabeo. Huius verbi composita sunt Adhibeo Cohibeo Dehabeo Exhibeo Inhibeo Prebeo Prohibeo Perhibeo Posthabeo et Redhibeo: de quibus locis suis.

Habitus qualitas ꝛ forma corporis ꝛ cuiuscunq; rei. Plautus. Qualis habitus oris? Col. libro. i. Vineę non sic altos ꝛ lacertosos exigunt. Nam his habitus fossuris magis aptus. Virgilius libro. i. Geor. Cultusq; habitusq; locorum. Accipitur etiam pro cultu corporis ꝛ vestimento. Unde habitus scenicus: habitus militaris: Habitus religiosus dicitur Plaut. Quis habitus iste tam prolixus? Plinius. Quid ad nos lugubri habitu venerat ꝛ capillatio: solito. Et habitus est qui fit ex frequentatis actibus ꝛ a philosophis diffinit̃ q̃ sit alicuius rei siue in aio siue i corpe a natura ꝯcepta sed vsu corroborata et plena ꝑfectio

Habitior apud veteres sumitur pro pinguiori.

Habitudo ipse coporis habitus. Cicero lib. iiij. ad heren. Nam vt corporis bonam habitudinem tumor imitatur sępe: ita grauis oratio sępe imperitis videtur: ea quę turget ꝛ inflata est.

Habentia ab habeo sicut a sapio sapientia: significat ipsum habere ꝛ diuitem esse. Enninus. Verebar enim ne animos eoꝝ inflaret habentia.

Habilis: pro viribus aptus. Virgi. Namq; humeris de more habilem suspenderat arcu͂ Venatrix: huius co͂trariu͂ est inhabilis ineptus: debilis infirmus q̄si paꝝ habilis: hoc est male habitudis. Habilitas aptitudo

Habena penul. produ. retinaculu͂ equi: q̃ ea equus habeatur. i. retineatur.

Habito as: pe. cor. De quo Ser. Habitare accusatiuo iungitur. Atq; humiles habitare casas: quia habeo domu͂ dicimus: vnde est habito frequentatiuu͂ quod est etiam freque͂ter habeo. Var. hoc modo antiquos secundis rebus comas habitasse. Cuius passiuum in tertia persona protulit. Virgi. lib. iij. Effuge cuncta malis habitant̃ męnia grais. Hinc habitaculu͂ habitatio. Cohabito Adhabito Inhabito.

Habraam nomen viri ꝓprium apud hebreos.

Habronicbus nomen viri ꝓprium: ꝛ est grecu͂.

Hactenus: penul. cor. ex hac aduerbio: ꝛ tenus co͂positum hac fine: siue hucusq; quasi vsq; ad fine͂: sicut quatenus. Aliq͂n significat Intantum siue adeo. Sue. in Nero. Cęne quoq; tẽpore interpellatus tumultuosioribus litteris hactenus excanduit: vt malu͂ hiis q̃ descissent minaretur. Cice. Domu͂ suam cum absoluta͂ dedicaret hactenus comprobauit.

Hadrys grece: latine carens arboribus dicitur. Hadros vero Huber.

Hadrianus nomen propriu͂ impatoris Romani.

Hadria mascu. generis pro sinu maris: seu pro ipso mari hadriatico. Luc. lib. v. Sonat ionio vagus hadria ponto. Genere fę. pro oppido prope Ferrariam nu͂c demerso ad. xxv. lapide͂ ari dicit̃ vulgo quę hadriatico mari nomen indidit. A quo fiunt hadrinus a um hadriacus a um. hadriaticus a um: ꝛ hadrie͂sis. Fuit hadria romanoꝝ colonia arduo in colle sita. Ex qua hadrianus impator origine͂ duxit q̃ i o͂ni doctrinę gn̄e ꝓsta͂tissimus fuit. Sunt tn͂ qui hoc nome͂ no͂ aspire͂t.

H Ante E

Hebudes penultima producta insulę sunt. Solinus. A calidonię promontorio Thylem petentibus bidui nauigatio: inde excipiunt hebudes quinq; numero. Et paulo post. Secunda͂ a continenti stationem Orcades prebe͂t quę ab hebudibus porro sunt septe͂ dieru͂ nocti͂q; totidem cursu.

Hęc plurali numero in genere neutro de fęminis dicitur. Veteribus enim mos fuit: vt neutra femininis iungerentur. Terentius in Eu. Hęc adornant vt lauent: cum de ancillis tardis loqueretur. Et si componatur cum ad: significat preterea. Salustius. Cognoueram paruis copiis bella gesta cum opulentis regibus: ad hęc scie͂tia belli gallos ante romanos fuisse

Hedui populi auernis finitimi trans Ararim habitantes inter burgundos nominati.

Hędus cum diphthongo vt ab ędo differat dictus qua si fędus lingua sabina vbi f. in aspirationem vertitur animal ex capra genitum. Virgilius. Sic canibus catulos similes: sic matribus hędos noram. vel απο των αιδοιων id est a testiculis. Theocritius ideo cum e. in principio Danie. libro. iiij. Incipient edu li tremulum producere mentum. Hinc fiunt diminutiua. Hędulus hędillus ꝛ hędiculus. Plautus in asi. Hagnellum me tuum dic esse hędillum. Iuue. Et tyburtino veniet pinguissimus agro hędulus. Hędinus hędina hędinum: nomen possessiuum: vt caro hędina sic ut ab Agno agninus.

Hedilia sunt hędoru͂ stabula qua ratione etiam dicunt̃ Caprilia ouilia porcilia: equilia ꝛ his similia: q̃ i his ea animalia contineantur.

Hedera penul. correpta semper virens per se stare non potest heret ergo arboribus: heret ꝛ inuria quos sępe rumpit: quam Theophrastus omnium maxime viuacem scribit. Huius tres sunt species: nigra: candida: ꝛ quę helix vocat̃. Dicta hedera q̃ hereat semper ꝛ sequat̃ quicquid ꝓximu͂ est: Quis per diphthongu͂ no͂ scribatur. Virgilius. Atq; hanc sine tempora circum Inter victrices hedera͂ tibi serpere lauros Quidam ab Edo deduxu͂t q̃ parietes ędat atq; consumat vel q̃ ędita id ẽ alta petat ꝛ sic sine diphthõgo scribitur. Huius racemus corymbus dicitur. Hinc hederaceus a um. vt corona hederacea.

Heluolę vuę insignes sunt colore inter purpureas nigrasq; medio sepius variãte: ꝛ ob id Varianę appellatę seu varię.

Hematites penultima producta genus lapidis rubori e sanguinei.

Hemus mons Thracię sic dictus ab hemo borei ꝛ orithye filio. Callimachus ο μην πελον ηπειροιο ημεμοση ιηληοκορυφηοσεπιθρηικοσαιμου

Hemonia redio quę postea dicta est Thessalia.

Hemorrhois latine sanguinaria dicit̃ αιμα sanguis ροιο fluor serpe͂tis genus pestiferu͂: a fluxu sanguis. Huius eni͂ morsu sanguis omnis e corpore fluit: nec sistit potest. Luc. Impressit de͂tes hemorrhois aspera tullo. Dicitur etiam hemorrhoia. Pli. Mustum serpentibus aduersatur: maxime hemorrhoie ꝛ salamandre. Hemorrhois etiam genus morbi quod intra sede͂ nascitur imaturi mori specie interim sine tuberculo scissuras habet vnde sanguis effluit interim lenis rubensq; tumor est: nec sanguinem remittens: ꝓpter qd hemorrhois cęca dicitur.

Hereo es si sum. Unde hesito as. Scribitur cum h. ad differentiam huius nominis ęs eris: quod in ablatiuo facit ęre sine h. ꝛ huius nominis herus: quod in vocatiuo facit here sine diphthongo. Est aute͂ herere ꝓprie arcte rei incidere. Virgilius. Herent parietibus scalę. Et vox faucibus hesit. Quoniam vero qui in aliqua re dubitant: non mouentur: Ideoq; herere ac suspensi esse vide͂tur. Ponitur quandoq; pro du-

bitare et anticipitem esse. Teren. in Eu. Hereo quid faciã. Quãdoq; significat figere. Unde dicimus Herere radices altius Ter. in adel. Caue nũc iã oculos a meis oculis quoq̃ dimoueas tuos ne mora sit (si in nerim) quin pugnus in mala continuo hereat. id est figatur vel imprimatur. Quandoq; simpliciter sedere vel stare vel esse: vt apud eundem in Hecy. In te heret omnis culpa. Virgili' libro. iiij. Multa viri virtus animo: multusq; recursat Gentis honos: herent infixi pectore vultus. Huius verbi composita sunt Adhereo adherens: sto approximo. Lactã. libro. v. Quibus postea eiectis oĩes qui resanati fuerint adherent religioni cuius potẽtiam senserunt. Cohereo simul hereo coniungor ꝛ conuenio. Lactan. libro. ij. Ea enim que est solis colore flagrãtior proxima est et coheret orienti. Hinc coheresco. Boe. super lib. ij. Top. Hec talia sunt: vt sepius quidaz adiunctis sibi coherescãt. Inhereo a quo inheresco: de quib' alibi. Superhereo. Vñ de diuo Anastasio scribit. Demũ bullã accipientes que vinculis superheserat imperatori secum deuexerunt.

Heresco herens fio: infigor. Liui. lib. ij. Undiq; in vnũ hostẽ tela cõijciũt: q̃ cũ in obiecto scuto hesissent: neq; ille minus obstinatus ingenti pontem obtineret gradu. i. infixa fuissent.

Hesito as: pe. cor. frequentatiuũ. Terẽt. in Phor. In eodem luto hesitas versuraz solues. Hiero. Aut pariter in luto hesitabimus: aut pariter expediemur. Pro dubitare accipitur illud apostolicuz. Postulet in fide nihil hesitans.

Heres generis cõmunis ab hereo: q; qui heres est heret: hoc est proximus est illi cuius est heres. Quidaz tamen hoc nomen ab herus deriuãt: q; dominus fiat bonorum que ad eum perueniũt. Sunt autem heredes primi: ꝛ heredes secundi. Secundus heres dicit qui heredi instituto substituitur: vt inquit Boetius in cõmen. Top. puta si ille heres nõ erit illi heres esto. Hinc biheres qui bis factus est heres. Coheres qui simul heres institutus est. Exheres qui extra hereditatem est. i. qui hereditate priuatus est. Est et heres nomen dee: cui veteres post acceptam hereditatem rem diuinã faciebant.

Hereditas successio est in vniuersum ius quod defunctus habebat tempore mortis vel qđ superest deducto ere alieno. Et apud antiquos quidẽ diuidebatur in. xij. vncias: q̃ assis noĩe continet.

Hereditarius a um qđ ad hereditatẽ pertinet. Hiero. in Deut. Ut habet populum hereditariũ. Hinc bona hereditaria ꝛ successio hereditaria apud Ambro. legitur. Et morbos vocamus qui parentum vitio nobis obtingunt.

Heredipeta pe. cor. qui blandicijs muneribus et alijs huiusmodi artib' subornãt morituros vt ab illis heredes instituantur.

Herediũ paruũ prediũ qđ nobis ex hereditate prouenit: quod Varro scribit duo iugera q; a Romulo primum diuisa viritim heredem sequeretur heredium appellarunt.

Herediolum cũ accentu in antepe. significat paruum p̃diũ qđ nobis ex hereditate ꝓuenit. Colu. in p̃fa. Ex qua cincinatus obsessi consulis: ꝛ exercitus liberator ab aratro vocat' ad dictaturã venerit ac rursus fascibus depositis: quos festinãtius victor reddiderat q̃ sumpserat imperator ad eosdem inuẽctos ꝛ q̃tuor iugerũ auitũ herodiolũ redierit.

Heresis pe. corre. greca dictio est qua apud nos optio vel electio de secta significat ab αιρω vel αποτου δι ρουμαι quod significat eligo: capio vel volo. Unde sumitur ꝓ opinione tenaci et sententia in qua persistamus electa. Ci. in parado. Cato in ea est heresi que nullã sequit florem orationis. Hinc componunt dieresis diuisio. Apheresis ablatio. Syneresis ꝯiunctio. Heresiotes: hereticus: heresiarches hereticoꝝ princeps. Theologi hereticũ vocãt qui sectã aliquaz vel instituit: vel sequitur aduersus fundamẽta religionis.

Herba ab herendo dicta est: q; terre fixa hereat: Est aũt ꝓprie viride pecudum pabuluz. Virgi. lib. j. Geor. Et sulcis frumenti quereret herbam. Apud veteres etiam herba ponitur pro victoria. Vñ herbã dare significat. victũ fateri: qđ est antique ꝛ pastoralis vite indicium. Nam qui aut cursu aut viribus contendebant: cum superati erant ex eo solo in quo certamen erat decerptam herbam aduersario tradebant. Ab herba fit diminutiuũ herbula. Cice. lib. ij. de natura Ceruę pauloante partũ perpurgãt se quadaz herbula que seselis dicitur.

Herbilisander a veteribus dictus est herba pastus: q̃si grauior q̃ pastus frumento.

Herbosus a um: qđ herbis abundat.

Herbaceus a um: qđ est ex herbis: vt betaceus maluaceus: ꝛ huiusmodi.

Herbidus a um: idem qđ herbosus. Col. lib. ij. Montem sublimẽ ꝛ asperũ sed nemorosum et herbidũ maxime probauerunt.

Herbarius qui vim herbarũ nouit ꝛ discutit ꝛ medicamenta ex his componit. Pli. libro. xxj. Scelus herbariorũ aperiet in hac mẽtione partẽ eius seruantiũ et q̃rũdã aliaꝝ herbaꝝ sicuti plãtaginis substituẽtiũ.

Herbarius a um: qđ ad herbas pertinet: vt ars herbaria qua herbarũ natura cognoscit. Pli. Herbariam ꝛ medicamentariã artez a chirone Saturni ꝛ phylire filio ea constare.

Herbo as: herbas producere significat. Cuius cõpositum est exherbo: qđ est herbas extraho. Col. li. v. Et cũ germiauit: particalis salix ad vnã perticã sumittitur: crebro foditur atq; exherbatur: nec minus q̃ vinea pampinatur.

Herbescere est herbam effici. Cicero in Cato. Et dicit herscentem ex eo viriditatem que nixa fibris stirpiuz sensim adolescit. Huius cõposita sunt adherbesco: et obherbesco. Pli. Quin ꝛ ouillo fimo vti q̃m adherbesceret. Festus. Obherbescere: herbã increscere.

Hagnos latine purus ꝛ castus: q; sit hostia pura ꝛ immolationi apta. Hinc deducit hagnes nomen mulieris ꝓpriũ. Diminutiuũ hagnellus. Plau. in Asina. Dic igit me tuũ passerculũ gallinam coturnicẽ hagnellum: hellidũ dic esse vel vitellũ. Hagninus a um: qđ est hagni vt caro hagnina.

Hagius grece latine sanctus. Vñ hagiographa sancta scriptura. Hagiographus sancta scribens.

Halec tã fę. q̃ neu. generis: caret numero plurali: gen' piscis qui sola aqua nutrit. Mar. Cui portat gaudẽs ancilla parapside rubra Halecem: sed quã protinus illa vorat. Plau. in Aul. Qui mihi holera cruda ponunt: halec aiunt. Sumitur etiã ꝓ quodã liquamine ex intestinis pisciuz. Pli. Halec imperfecta. Alecus fluuius tenuatur.

Halesus fluuius ꝛ mons non longe ab ethna. Col. Et que sicanij flores legistis halesi.

Halo as: aspiro vel odorem emitto. Virgi. Inuitent croceis halantes floribus horti. Et aspiratur vt differat ab alo is: vel potius a natura: quippe cui conueniat densitas illa quã significat. Est eñ exhalatio vaporum grossorũq;: vt sic loquar spirituũ densitudo. Cicero. terre halituz haspirationem vocat: huius cõposita sunt adhalo: exhalo: de quibus supra in halo. Lactan. de ira dei. Num etiaz in aqua ignem esse credendũ est. At qui de sole ignis ne estate quidẽ accẽdi potest si cere inhalaueris.

Hallium genus holeris ab halando dictum.

Halius genus scaphę.

Halicarnasus pe.pro. vrbs carię principum regia circa initium tauri sita maritima in minori Asia: argiuorum colonia: in qua Mausoleuȝ quondã nobilissimũ opus extabat ⁊ Salmacis fons. hęc prius zephira dicebaẗ. Ex halicarnaso fuit herodotus historicus. Itẽ heracliitus poeta Dionysius scriptor antiquitatũ: a qua halicarnaseus deduciẗ ab αλοσ marinus.

Halienticon est cõmentario de piscatu qualis est Oppiano qui opus illud Antonino Cesari dicauit Scripsit ⁊ Apicius: sed halienticon appellauit.

Halosis latine captiuitas diciẗ. Sue. in Nero. Hoc incendiũ e turre mecenatica ꝓspectans letusq́ flãmę pulchritudine halosin illi decantauit.

Haliactes nomen persicum.

Halito as: pe.cor. sępe spiritũ emitto. Enni. Sublime iter quadrupedãtes flãmã halitantes.

Halitus pe.cor. nomen participiale ab halo sicut spiritus a spiro.

Hala vide in dictione Ala.

Halacomene ⁊ halacomenae tam singulari q̃ plurali numero: siue halacomeniuȝ ciuitas in boetia. Unde Minerua halacomeneida cognominata est: ꝙ in eo loco coli solita sit.

Hals pro mari. Uñ ⁊ nos salẽ dicimus ⁊ salũ: in quibus placuit maioribus. s. ponere magis q̃ acceptaȝ a grecis aspirationẽ retinere.

Halophanta hominũ genus nequã: qđ ob fuenda mẽdacia miserrima mercede cõduciẗ. Festus: halophanta omnia mentiens.

Halys fluuius ex tauri montis radicibus profluens ꝑ cappadociam: et a meridie syros ac paphlagones interfluens contra ventum aquilonem in euxinũ mare euoluitur.

Halonesos insula ęgeí.

Haliartus nomen vrbis.

Halica nomen mulieris.

Halizones populi.

Halizon fluuius.

Halyetus pe.producta a quibusdam dicitur falco siue accipiter: siue Nisus.

Hallux pollex digitus scandens ꝓximũ. Nam αλλόμαι eo dictus ꝙ suꝑ ꝓximũ digitũ saliat. Nam constricta manu solus ꝓximũ digitũ scandit: in qua voce maiores nostri loco. s. aspirationẽ posuerũt. Quidaȝ a greco αλλω siue αλλομαι trahunt: qđ latine scandere seu salire significat.

Hallucinor. Col. lib. viij. Custodis officium sublimẽq́ celsissimam oculorum veluti speculam desiderat: vt neq́ tardiores grauidas dum cunctãtur: neq́ agiles et fętas dum procurrunt separari a ceteris sinat: ne fur aut bestia hallucinãtem pastorem decipiat. Aspiratur vt inquit Gellius: quoniam aspiratione intenditur exprobratio.

Hamadryades pe. cor. nymphę sylarum siue syluarũ numina αμα eñ aduerbium significat vna ⁊ simul δρυσ quercus hoc est nympha quę cum arboribus nascitur et perit.

Hamus catenam significat. Uirg. Hamis auroq́ trilicem: hoc est hamis aureis. Unde etiã ponitur ꝓ curuo vnco ad capiendos pisces. Cui prima ꝓducitur. Corripiẗ aũt cũ instrumentũ ferreũ significat quo diuitũ arcę nũmarię obsepiunẗ: ne res facili apertu surripiaẗ. Iuuc. Dispositis ꝓdiues hamis vigilare cohorteẽ. Nã etiã dicunẗ instrumẽta ęrea siue lignea in cubiculis quib᷒ capit[illegible]gmina ⁊ alię res melius appensę q̃ iacẽtes seruantur: a verbo piscatorio hamo translato. Hoc nomen quidã a greco deducũt. Nam greci ομματα dicũt ligamẽta. Uñ amentũ.

Hamo as curuo: a quo hamatus curuatus: siue hamis ornatus. Hiero. lib. Regũ. Lorica hamata induebatur. Hinc adhamo as pe.pro. qđ est obligo. Cice. li. ij. acad. Qui eñ seruis honores adhamauerunt: vix admittuntur ad eos.

Hamiote alias hamote piscatores ab hamis qui hamo ad piscandum vtuntur. Plau. in ru. Salutẽ furres maritimi cõchitę atq́ hamote famelica hominũ natio. Uarro. Cohortis coquorum atq́ hamataruȝ aucupumq́.

Hamotrahones dicti sũt ꝙ vel pisces vel cadauera traherent hamo. Nam vt est apud Sue. Eoꝝ q̃ supplicio afficiebantur cadauera iussu principũ vnco sępe trahebanẗ in locũ quẽ tum gemonias dicebant.

Hamatilis ⁊ hoc hamatile penul. cor. quod ad hamuȝ pertinet. Plau. in rud. Piscatum hamatilem saxatilemq́ aggredimur.

Hamonum apud Col. lib. iij. coloris genus tendentis in subruffum.

Haphe inspersio pulueris qua inspergebanẗ obluctantes: vbi ceromate illiti fuissẽt. Mar. Et flauescit haphe. Nam puluere perfusa obluctãtiũ corpora quodãmodo flauescebãt: lepras patientib᷒ similia. Haphe eñ grece ⁊ tactũ significat ⁊ notas quibus lepra corpus maculaẗ. Iuli. pollux Aphen accipit primaȝ infecturã quotiẽs vestes imbuunẗ coloribus.

Hapalon tenerũ ⁊ molle gręci aspirant.

Hara: vide in dictione Ara.

Harena: vide in dictione Arena.

Hammon per duplex mm. a nostris arena diciẗ. Naȝ greco αμμοσ scribiẗ. i. arena. Uñ Iupiter hammon: hoc est arenarius dictus est. Pli. Ergo ęthiopię subiecta aphryca hammoniaci lachrymam stillat in arenis suis. Inde etiã nomine hammonis oraculo. Nam cũ liber pater ꝑ extrema lybię cũ exercitu grãdiẽs siti laboraret ⁊ Ioui supplicasset: vt in hoc casu se patrẽ ostẽderet. Cui cũ subuenisset. Ferẗ eñ ei extẽplo arietẽ apparuisse: quẽ dũ fugientẽ sequereẗ, peruenisse illo duce ad fontẽ amęnissimũ. Quapropter desiderio potus existimasse arietẽ illum fuisse Iouem: eiq́ tẽplũ ibi sumptuosissimũ in arena construxit qđ Iouis hãmonis cognominauit in quo. s. simulachrũ arietis forma prestabat: ⁊ deum vocauit hammoneȝ hoc est Iouem arenarium. Herodotus. Amõ Iupiter lingua ęgyptia dicebatur. Unde corrupto nomie hãmonẽ dixerũt aphri: qui apud Nasomones lybię populos tẽplũ ei dicauere. Pausanias aũt hãmonẽ dictũ ab Amone pastore q̃ prim᷒ ei illic tẽplũ erexit. Suidas. σ μ μον ονομα θεου ελληνικου αριστοφανησ ορνισιν εσ μεν δε υμιν δελφοι φοιβοσ απολλον ταυτα μαντε ια ελφοισ γαρ πρωτον εσ αρνισ ουτιο προσ εργα τομπεσθε.

Haringa apud priscos significat hostiam: q̃ inde dicta erat ꝙ eius adherẽtia inspicerenẗ.

Hariolus cũ accentu in antepe. qui diuina mente fatur q̃ vẽtura sũt. Dictus hariolus: q̃si fariolus: sicut hanula: quasi fanula: hoc est parua fana. aspiratione vt plerũq́ fieri solet pro f. lrã posita.

Harmonia penul. cor. latine compositio: concordia: cõuenientia: cõcentus. Aug. Harmonia cõcentus est ex dissimiliũ vocum moderatione sicut ex summis ⁊ mediis et infimis interiectis ordinibus vt sonis ciuitas concinit moderata cõsensu plurimoꝝ huius nois pe. cor. est. Lucre. Harmoniã graii quã dicũt. Hęc alio noie dr̃ Symphonia. quo nomie etiaȝ Gelonis filia Themisti vxor appellata est ab ορμιζω coapto.

Harpe nomen grecũ ensis falcatus quo vsum fuisse Perseum poete tradiderũt. Luc. Harpen alterius monstri iam cede rubentẽ απο του αρπαζειν.

Harpago as:pe.pro. rapio. Plau. Hei misero mihi aurũ mihi intus harpagatũ est.

Harpago telũ in summitate aduncũ: quo nauigia capiunt. Hunc ferũt Anacharsim inuenisse: vel instrumentũ cũ plurib⁹ vncinis: quo vasa et alia complura q̃ vel in flumine vel in puteis ceciderint extrahimus. Dici potest ⁊ harpax inter nauium vtensilia numeratus ⁊ ab anacharse schyta philosopho: vt dicit inuẽtus a grecis deducte dictiones. Nã apud illos αρπαζειν rapere. Triuiales a lupo ꝙ rapax sit lupum appellãt. Est ⁊ harpago ferramẽti genus qđ nõnulli canẽ vocãt: quo ferramẽto circi vasis vinarijs aptãt

Harpocrates pe.cor.simulachrũ in sacris Isidis ⁊ serapidis erat qđ digito labijs impresso admonere videbat vt silentiũ fieret qđ significat: vt Aug.inquit: vt homines eos fuisse taceretur: hic dicebatur silentijs deus. Unde Catullianum est illud. Factum me esse puta harpocratem.

Harpalus pe.cor.nomen viri propriũ.

Harpalice pe.cor.nomen mulieris harpali trachũ regis filię q̃ patrẽ a gethis captũ liberauit.

Harpasa pe.cor.oppidũ Asię oppositũ fluuio harpaso: vt scribit Pli.v. vbi cautes horrenda digito mouet: sed nõ toto corpore.

Harpyię monstra fuerunt qualia describit Uirgilius. Tristius haud illis mõstrũ nec seuior vlla Pestis et ira deũ stygijs sese extulit vndis Uirginei volucrum vultus fędissima vẽtris Ingluuies: vncęq̃ manus ⁊ pallida semper Ora famę. Dictę harpyię απο του αρπαζειν hoc est diripiẽdo. Suidas. αρπυιαι αρπακτι και δαιμονεσ εισιν.

Haruspex vt inquit Ser.ex hara ⁊ specio componitur: Haro ẽo auis est cui vaticinãtes haruspices intendebãt. Po.ab haruga deriuat q̃ est hostia ab hara in qua cõcluditur ⁊ seruatur. Et sic cum aspiratione scribitur. Potest etiam dici ab ara: hoc est a victimis in ara aspiciendis. Unde quidam nõ aspirandũ censent qm̃ auspices vt inquit Aug. exta inspiciãt ⁊ ex eis futura ꝑdicat. Idẽ dicit extispex. Solent etiã aruspices dici horarũ inspectores. Nam dies ⁊ horas in agendis opib⁹ custodiũt ⁊ qđ ꝑ singula tpa obseruare debeat hõ intendũt. Ab haruspex fit haruspicina ae.pe.pro.pro arte ipsa. Haruspiciũ pro actu: hoc est pro extorũ inspectione.

Haspis idis.curuatura e circul ⁊ camerę rotę: licet ασπισ sine aspiratione dicit scutũ.

Hasta ꝗuis ab sto dicat ꝓm Uar. ꝙ stante ferri solet: aspirat tñ ad differentiam primę personę imperatiui verbi asto. Hęc apud veteres subijci solebat rebus quas publice vendẽbant. Quidam hastam ab hauriendo deriuati existimãt. Cui⁹ diminutiuũ est hastula hinc subhastor: a quo subhastatio.

Hastati dicti sunt qui primi in acie cum hastis constitui solebant.

Hastile: pe.pro.dicit qđ ad hastilis formã factuʒ est et de quacũq̃ re dici põt. Uñ ꝓ stipite cãdelabri posuit Hiero.in Exo. Hoc erit inq̃t opus sex calamorũ qui ducendi sunt de hastili. Idẽ lib. Regũ. Hastile hastę eius erat quasi liciatorium texentium. Et ibi pro stipite hastę posuit.

Hastariũ ij. venditio auctionaria. Uñ Tertu.in apologe. In hastario vectigales sumus.

Haud aduerbiũ negandi: haud quaq̃ a nulla parte seu nullo modo. Gel. Haud quaq̃ mihi displicebant.

Haue verbũ defectiuũ quo salutare solemus: aspirationem recipit vt differat a serto casu huius nois auis.

Haurio is: hausi haustũ. Inuenit hauriui ⁊ haurij: scribitur cũ h: solo vsu non rõne. Nam si naturalis esset aspiratio a verbo haurio deriuata ab eo aspirationẽ retinerent: vt sunt auris: auritus: auster. Non enim in his vicit vsus: vt in haurio. Idcirco autem aspirãdũ quidam existimant: vt differat prima persona perfecti indicatiui a ntõ plurali nois ausus ⁊ scđa psona pñtis indicatiui a noie auris. Ab auris nomie. Et significat accipio extraho: vt Uocẽ his auribus hausi Tractũ ab aura quę humorem omnem extrahit: atq̃ exiccat. Et haurire est audire. Uirg.lib.iiij. Uocẽq̃ his auribus hausi. Item Aspicere vt apud eundem. Hausit cęlum: mentẽq̃ recepit. Iteʒ. Auide sumere Cice. Cum inexplebili cupiditate quo fluentius voluptates vndiq̃ exhauriret: eo grauius ardẽtiusq̃ sitiẽtem tetit. Item vulnerare: vt Latus haurit apertuʒ. Itẽ tenere. Uir.li.iiij. Ge. Et mediũ sol igneus orbẽ hauserat. Itẽ defatigare. Idem. Exultantiaq̃ haurit corda pauor pulsans. Item vacuare. Lucl. Quãdo haurire animis musarum ⁊ fortia gestit. Item lucre. Uirg. Spero equidẽ medijs si quid pia numina possunt Supplicia hausurũ scopulis. Itẽ cõsumare Liuius lib.v. Tam longi tẽporis opus incendiũ hausit Huius cõpositũ est exhaurio.

Hausto as: frequentatiuũ ab haurio. Festus. Exhaustant efferant.

Haustus us: sorbitio. Col.lib.j. Si deerit fluens vnda putealis querat in vicino aqua q̃ nõ sit haustus profundi. Haustus a um: participiũ inuenit apud veteres haustũ facere: pro eo qđ est potare.

Hazome apud latinos significat veneror et colo.

H Ante E

Heautontimorumenos octo syllabaruʒ significat seipm cruciantẽ. Cõponit eñ ex εαυτον: quę apud grecos aspirat ⁊ significat seipsuʒ τιμορυμενοσ crucians Quo nomine dicta est comedia Terentij. in qua inducitur Menedemus seipsuʒ crucians: dum in fundo fodit arat aut aliquid facit sine laxamento ob filium qui fugerat in militiam.

Hebdoas adis: septenarius ab επτα septem p.in b.cõuersa. Hiero.ad Pauli. Hoc mysterio hebdoadis ⁊ ogdoadis futurus gentiũ predicator erat instruẽdus

Hebdomas adis: et hebdomada ę latine septimana: spacium septem dierũ: ⁊ numerus septenarius. Non eñ solũ de diebus dicit sed etiã de annis: ⁊ q̃buscũq̃ rebus q̃ septenario nũero cõprehendunt. Gel. Tuʒ ibi addit se quoq̃ iã duodecimã annoꝝ hebdomadã ingressum esse: ⁊ ad eũ diem septuaginta librorũ hebdomadas scripsisse. Et in Gen. Imple hebdomadã dieꝝ huius copulę. Et hanc quoq̃ dabo tibi pro opere quo seruiturus es mihi septẽ annis alijs. Et in Leui. Numerabis quoq̃ tibi septeʒ hebdomadas annos id est septies septem: quę simul faciunt quadraginta nouẽ: hinc hebdomadarius.

Hebdomecontapente εβδομηκοντα πεντε id est septuagintaquinq̃.

Hebes obtusus piger: tardus: ⁊ acumine carens. Ci. lib.ij.acad. Alias hebetiora: alias acutiora videãtur cornua. Unde per translationẽ Ingenium hebes dicitur: sicut etiam obtusum.

Hebe nomen vxoris herculis ⁊ Iunonis filię: quę pocillatrix ⁊ ministra poculorũ iouialiuʒ esse traditur ⁊ dea iuuẽtutis putabat ηβη grece pubertas noiatur. Suidas ηβη νεοτησ ακμηση μαινηδε και ονομα θεασ ηβητηριον το ται δευτηριον και ηβη ιπρωτη εκφυσισ των τριχων.

Hebeo es: hebes sum. Hinc exhebeo: quod protulit Amb.in significatione actiua. Uigorem inquit mentis exhebuit: hoc est debileʒ fecit. Hebesco hebes fio Cice.lib.j.tus. Sic mentis acies seipsam intuens nõnũq̃ hebescit.i.obtusa fit. Sal. Postq̃ diuitię honori esse cepere ⁊ eas gloria: imperiũ: potẽtia sequebat hebescere virtus cępit.

Hebeto as:pe.corre. obtundo: & obscuro. Pli.lib.rr.
Nãq & speculi nitorem ex aduerso nudati hebetant.
Amb. Qui recedit a sapientia hebetatur.
Hebetudo rei alicuius carentis acumine vel mẽtis in/
genii visus similiũq3 obtusitas.
Hebiones a veteribus pauperes dicuntur: quę vox in/
dicat contẽptum quendam.
Hebrus fluuius in thracia qui ab Oagro flumine ortus
habet. Unde Oeagrius dictus. Virgi. Tum quoq3
marmorea caput a ceruice reuulsum: Gurgite cũ me
dio portans oeagrius hebrus. Habet arenas ex qui
bus aurum colligitur.
Hebrei dicti sũt iudei. ab Heber q̃ fuit abnepos Sem
filii Noe. Prius hebri cognominatur: ac deinde vna
detracta littera hebrei: sicut docet Aug.lib.rvi. de ci.
dei. Et quia in eius familia remãsit lingua quę prius
humano generi creditur fuisse cõmunis: cum gentes
linguarum diuersitate sunt diuise: deinceps hebrea
nuncupata. Ab hebreus fit hebraicus hebraica he/
braicum: vt lingua hebraica.
Hecaton penultima correpta: latine centũ dicitur. In/
de per compositionẽ deducunt
Hecatonpylos: oppidũ centũ portarũ πυλων enim
portarum designat.
Hecatonpolis p.cor. habens centũ ciuitates.
Hecatonbe sacrificii genus in quo ritus hic seruabatur
vt centene sui generis mactarentur victimę: centum
sues: centũ hedi. Jul. Capito. Tantum sane leticię in
balbino qui plus timebat vt hecatonben faceret: qđ
tale sacrificiũ est centũ arę vno loco construunt ex cel
pite ad eas centum sues: centũ aues mactant. Jam
si imperatoris sacrificiũ fit: centum leones: centũ aqui/
le & cetera huiusmodi animalia feriuntur: quod qui/
dem greci quondam fecisse dicuntur cum pestilentia
laborarẽt: vel a numero victimarũ: vel quia centum
peloponensi vrbes id faciebant: et a numero sacrifi/
cantũ composita est dictio.
Hecatonchiros pe.cor. centimanus latine dicit.
Hecatontarchus centurio.
Hecatonpus qui centũ pedes habet.
Hecate penul.cor. trium potestatũ numen. Ipsa est eñ
luna diana ꝓserpina: qđ significatũ: vt eius mirabi/
lis potẽtia ostẽdat: vel qđ centũ hostiis placet. Sue.
ꝙ cẽtũ ãnos errare facit insepultos. Hecate etiã fuit
nomen filię perses: de qua in dictione Oeta.
Hecamada arsinoi filia quę dono nestori data est: dum
ab achille diriperetur.
Hecta res minimi precii: quasi hietas. hiatus hominis.
atq3 oscitatio. Alii pustulam dicunt quę in coquendo
pane solet assurgere a qua accipitur res nullius pre/
cii Pompo. Hic homo hecte me facit.
Hectica febris: nõ a consuetudine: sed ab habitu nomẽ
habet. Hec nõ in humore tantum atq3 spiritu: sed in
ipsis plane coit ossibus & inolescit. Ideo non Ethica
appellari debet: sed habitualis εχω εξω.
Hemorroides genus morbi. Hema eñ sanguis dicit
recipitq3 diph. Inde hemorroreo qđ significat fluxu
sanguinis laboro: & ꝓfluuiũ patior.
Hedone apud nos voluptatẽ significat.
Hedra sedes latine dicit: vñ fit cathedra.
Hecyros latine socer: hecyra socrus penul. cor. habet
Sunt & qui sine h. scribant.
Hedui populi gallię post heluetios & sequanos in oc/
casum vergentes: iuxta quos ex alpib⁹ fluit ararís.
Hedyosmos apud grecos suauitatẽ odoris significat.
Hegesias cyrenaicus phus fuit qui tanta fuit eloquen/
tia sicut Val.max. scribit vt sic mala vitę representa/
ret: vt eorum miseranda imagine audientium pecto/
ribus inserta multis voluntarię mortis oppetẽdę cu
piditatem generaret. Ideoq3 a rege Ptolomeo vlte.
rius hac de re dicere prohibitus.
Hegesippus nomen historici propriũ.
Hei interiectio ingemescentis datiuo iungit ꝓnole: vt
Hei mihi qualis erat. Ci. Hei mihi nõ possum hoc
sine lachrymis cõmemorare. Aspirat natura ꝙ is ani
mi affectus aspiratione melius declaret.
Heiulo as pe.corre. ab hei fit: & significat sublata voce
fleo. Hiero. in Job. Propter multitudinẽ calumnia
torũ clamabũt & heiulabũt ꝓpter vim tyrannorum
Plau. in Aul. Qui nã hic hõ ante ędes nr̃as: heiulãs
conqueritur merēs? Inuenit & heiulor deponens.
Helei pe.pro. populi in peloponeso clarissimi propter
delubrum Jouis olympii: ludosq3 olympicos quorũ
prefecturã helei habuerunt. Vñ helei equi & heleus
carcer sepe leguntur. Luca. Quantum clamore iuua
tur Heleus sonipes.
Helios grece ηλιοσ latine sol: inde heliacus solaris.
Heliocaminus pe.pro. vaporariũ quoddã solare non
ad ignis vsum sed ad solis velut id qđ vulgo lumina
dicit: & in padana gallia Lucerio. Ulpia. In seruitu
tibus vrbanis. Si arbor inquit in helicamino vel so/
lario solem adimat dicendũ erit qr vmbrã facit in lo/
co cui sol fuit necessari⁹ cõtra seruitutẽ impositã fieri.
Heliochrysos herba est aureũ florẽ producẽs.
Heliopolis pe.cor. ciuitas egypti inter Alexandriam
& coptum a grecis Thebe dicta: quasi ciuitas solis:
altera est in cilicia Chrysippi stoici patria.
Heliotropiũ herba solaris dicta ꝙ se cũ sole circũagat
etiam nubilo die ac nocte: Var. Nec minus admirã
dum qđ fit in floribus quos vocant heleotropia: ab
eo ꝙ solis ortum mane spectant et eius iter ita sequũ
tur ad occasum: vt ad eum semper spectent.
Heliogabalus Antonini Caracelle filius qui ad impe/
riũ assumptus fuit matris ingenio apud antiochiã.
Heliodorus nomen viri propriũ.
Heliocopis nomen nymphę.
Heliades patronymicũ femininũ ab helios qui est sol.
Nam sorores dicuntur Phaetontis.
Helle es: nomen Athamantis thebarum regis filię a
qua hellespontus.
Hellespontus fretum angustum ab egeo in proponti/
de: & vbi sunt ille angustię septem tantũ stadiis Asiã
ab Europa diuidentes. Ibi cuim helle in pontum de
cidit. Unde qui prius pontus dicebatur: hellespon/
tus vocatus est.
Hellas nomẽ fluminis & regionis achaię: vt inqt Pto
lomeus a nr̃is grecia appellata a greco: qui primus
in ea regnauit. A cuius filia vocata est Attis. Deinde
ab hellenę deucalionis filio dicta fuit hellas. Incipit
ab Isthmo corinthio siue strictura peloponensi & ad
littora egei maris porrecta vsq3 in macedoniã & thes
saliam: quã cũ omni boetia intra suum nomen inclu/
dit & extendit.
Helleborus & helleborum pe.cor. dicitur herba purga
toria optimũ quod in anticyra circa helleborum flu/
uium gignitur atq3 inde a grecis helleborus appella
tur. Hor. Expulit helleboro morbum bilemq3 mera/
co. Hanc herbam romani alio nomine Ueratrũ di/
cunt: pro eo quod sumptũ motam mentem in sanita/
tem reducit. Duo sunt eius genera. Album scilicet &
nigrum. Album quod vomitione causas morbor ex/
trahit. Nigrum qđ purgat per inferiora. Scribitur
ſm Apul. per h. Sed apud grecos non aspirat. Me
lampus medicus Amythaonis filius helleborum in
uenit quod Melampodium vocant. Alii dicunt pa/
storem eiusdẽ nominis inuenisse: cũ capras pasceret.
Col. Sed negat helleboros & nori galbana succos.
Helice vrbs archadię quã mare absorbuit de cuius no
mine vrse sidus forsasse vocatũ est a poetis: ꝙ calisto
Lycaonis regis filia quę ex vrsa cum filio in stellas

versa est: arcas fuerit.

Helicon penul.cor.mons boetię iuxta thebas: atq; vt Stra.lib.ix.scribit phocidi vicinus: est non procul a parnaso eiq; emulus & altitudine & circuitu: qui & ipse apollini quoq; sacer & musis est. Unde heliconiades musę sunt appellatę. Dictus helicon ab helicone qui ibi cum cytherone fratre singulari certamine pugnauit vt quidam tradunt.

Helicium dicitur quod est ante pectus equorum: et id genus animalium ab armis id est humeris pendens: instrumentum quo & mole illi per machinulam innexę versantur & curricula per temonem trahuntur. Unde & nomen accepit. Helco enim grece traho latine dicitur. Hinc helciarius.

Helciarius qui fune canabino nauem trahit aduersus vndas: vt e apud Martia. De helcio meminit Apuleius lib.ix.met. Defectum alioquin me helcio sparteo dimoto nexu machinę liberatum applicant prgsepio. Est paulo post. Helcio tandem absolutus refectuiq; securę redditus.

Helena ę. siue helene es penul.cor. Castoris & pollucis soror & Menelai lacedemoniorum regis vxor: a qua Helene insula vocata est q in ea primum Paris cum Helena dicitur concubuisse: multi fuerunt qui scripserunt de laudibus helene: sed in primis mihi videtur demetrius moschus excellere: qui de ipsa ita scribit q pulchritudo helene nō fuit caduca: sed semper florens & q Uenus fecit nutriri helenam a gratiis suis. Unde ait και μεγΤηρ Δε εβοιτορ εθαιμ βεορ εισ ορεωρΤεσ ΤικΤομεγηρ μεγαλου κου ρηρΔι οσ ηΔευεφιλαρΤο αρΤικα Δεχαριτσιρ μεΤηεΔαΤοια αφροΔιΤηρ ΔευΤεφιλαι υηρ μοι αΤιΤαλλειρωσ επεοικεμ οιορ εμιορ πολυχαρ ιορ εθρεψαιεα μβκωΤορ υιορ.

Hellenes deucalionis filius: a quo grecos hellenes nōnulli credunt fuisse nominatos.

Helenium frutex seu herba qui ex helene lachrymis fingitur natus i helene insula. Fauere creditur formę et cutem nutrire incorruptam venerem conciliare: & hilaritatem inducere in vino pota.

Helicteres inaures sunt sicut docet Iul. Pol. quę & helice dicunt a clauiculis: quas helicas vocant. Quod autem greci vocant helicem nos clauiculam & pampinum & Campollum vt in vitę dicimus.

Hellanodices latine iudex certaminis dicit.

Heluo vorax insatiabilis & imoderate sua bona ingurgitans quasi ola luens. Teren. in heau. Gerro fraus heluo iners ganeo damnosus Cice. p translationem heluo librorum dixit quasi gulosus .i. nimis auidus librorum. Et aspiratur vt ab eluo suo primitiuo differat siue vt auiditas illa magis exprobret vt inquit Festus. Fit enim vox incitatior.

Helorus pe.pro. sicilię fluuius. Fuit etiam noie istri fluminis filius qui ab aiace occisus est in ea pugna quam greci cum Telepho rege mysorum habuerunt.

Heluacia genus ornamenti lydorum: dictum a colore boum qui est inter rufum & album: appellaturq; heluus: quod hec eadem vox apud veteres saburram significaret.

Heluela sunt holera minuta: vt inquit Festus: quoniam helus & helusa veteres dicebant p holus & holera.

Heluetii populi germanię iuxta lacum ercinię sylue.

Heluolum apud Catonem est color inter rufum & album: vnum heluole. Col.lib.iiii. Sunt & heluole quas nōnulli varias appellant: neq; purpureę. neq; nigrę ab heluo (nisi fallor) colore vocitate.

Hem interiectio corripientis seipsum vel indignantis vel admirantis: vt hem nos humunculi. Apul. Hem hominis audaciam. Quandoq; demonstrantis est. Teren. in And. Hem puer hercle puer est: Et aspiratur propter maiorem sonum.

Hemis apud nos traducitur semis: grece ημισοσ dimidius.

Hemicyclium sedes seu cathedra semirotunda grece ημι κυκλορ hemicyclus medius circulus. Nam cyclus circulus. Est enim facta in medium circuli formam Cicero in Lelio. Cum meminisset domi in hemicyclo sedentem

Hemina pe.pro. mensurę genus: qua vinum vel frumentum metiebatur: & dimidium sextarii continet quasi semisextaria. Gel.lib.iii. Si ex sextario hemina fusa est sed dimidium tertio. Unde heminaria quasi mediocris.

Hemodes insulę septem in oceano germanico.

Hemiplexia pe.prod. paralisis: hoc est semiapoplexia cum in alteram tantum partem corporis malum id incubuit. Nam cum totum afficit Apoplexia noiat: nunc vtrumq; inquit Celsus paralysin appellari video.

Hemicranici sunt qui dimidia parte capitis laborant quemadmodum cephalea quo totum caput infestatur Dicti hemicranici ab hemicrania quę & hemicrea dicit

Hemiolus quędam arithmetica proportio continens aliquem totum numerum atq; eius dimidium: vt se habent tres ad duo: & quindecim ad decem.

Hemorobios significat diarii victum: quo nomine dictus est Diogenes cynicus phus. Est & hemorobius vermiculus q vitam diei habeat ημεραρ enim greci diem dicunt βιορ vitam.

Hemistichion dimidius versus. Nam στιχοσ versus dicitur.

Hemitogium dimidia toga.

Hemitriteus semitertiana febris: sic dicta q parte aliqua tertianam presentet tertio die vt illa repetens non tamen vt illa diem vnum prestat integrum: sed inter horas xxxvi. plus vel minus porrigit. Hiero. in diuo Hilarione. Ibi siue ob corruptum aerem siue propter gloriam Hilarionis serui dei hemitriteo pariter arrepti omnes a medicis desperati sunt.

Hemispherium dimidia sphera hoc est celi dimidium.

Hepta apud nos septem & aspirat cum suis deriuatis.

Heptapylos penultima correpta: latine dicitur septem portas habens.

Heptapachys pe.cor. mensura septem cubitorum. Unde Achilles heptapachys est appellatus.

Hendecasyllabus versus vndecim syllabarum qualis ille Catullianus. Passer delicię meę puellę.

Heptemimeris cesura est cum syllaba naturaliter correpta producitur quod fieri solet in principio quarti pedis vel septimę syllabę si tres spondei precedant qua si septima dicat diuisa pars ab επΤα septem & μερι ζω diuido. Uide in dictione cesura.

Heptaphorus nomen viri proprium.

Heptaporus troię fluuius.

Hephestos proprium viri nomen Uulcani.

Heraclea dicebatur quę nunc Calpe in finibus & olim perithus vocabat. Europę ciuitas bosphorana a qua Dionysius phus zenonis discipulus herecleotes a Cicerone in Tusculanis appellatus est: vbi fuit amphitheatrum vnum e septem spectaculis. Fuit & alia heraclea in radicibus oete montis: quam Asaris fluuius alluit. Alia in ponto. Alia iuxta ostia rhodiana. Alia in campania: quę & herculeanum dicta est.

Heraclee oppidum proximum Neapoli incumbens mari.

Heracleopolis nomen trium ciuitatum. Una est in egypto ex qua Theophanes physicus. Altera nō longe a pelusio. Tertia in nili ostium quod canopicum est.

Heracleon herba ab hercule inuenta: quam alii Origanum heracleaticum syluestre dicunt: quoniam est origano similе. Alii Timalum dicunt. Nascit in aquosis foliis magnis & in summa aqua flore lilio simili: & cum defluxerit capiti papaueris. Est & alia herba heracleon siderion caule tenui digitorum. iiii. altitudine: flore puniceo foliis conadri: iuxta amnes & lacus nascens & ois

vulnera ferro illata efficacissime sanans.

Hera: leoca nux. Quere in dictione nux.

Heraclitus penul. produ. nomen ꝓprium phi ephesii grece ηρακλειτοσ ei diph. Lucre. Heraclitini quorũ dux agmina primus. Hic est ille qui quotiens domo egrediebat: flebat sicut Democrit⁹ ridebat: alteri oia q̃ agimus miserie: alteri inepte videbant. Cognominatus est scotinos: quasi tenebrosus. De industria em̃ obscurabat stilũ. Ideoq̃ eius volumina philosophi sudãtes vix intelligunt. Fuerũt alij quattuor heracliti. Primus poeta Lyricus. Secũdus Halicarnaseus summe elegantie. Tertius Lesbius: q̃ macedonũ scripsit historiã. Quartus vir ridiculus.

Heraclides pe. cor. nomen phi: qui heracleotes fuit ex ponto: hic opulentus athenas venit deditq̃ se in disciplinã Speusippo Pythagoreorum auditor fuit Platonis studiosus. Fuerũt ingenij illius monumẽta ꝓclara. Nã dialogos ⁊ tragedias scripsit. Fuerũt ⁊ alij multi heraclide ingenio ⁊ doctrina insignes.

Herceus dictus est Iuppiter: quẽ etiam penetralẽ vocabant q̃ intra conseptum domus cuiusq̃ colebatur. Grece em̃ hercos septũ claustrũq̃ nominatur. Oui. Cui nil hercei profuit ara Iouis

Hercules cognomen vel fortasse potius agnomen Iouis ⁊ Alcmene filij qui ob fortitudinẽ ⁊ gloriam creditus fuit: ꝙ inter deos sit relatus. Fuisse autẽ tres Hercules scribit Diodo. Alij sex autumant. Prim⁹ qui certauit cum Apolline de tripode Alter nilo natus egyptius: quẽ aiunt phrygias lrãs conscripsisse. Terti⁹ ex Ideis dactylis cui inferias afferũt. Quartus Iouis filius ex asterie Latone sorore qui tyri colitur: filiamq̃ habuit carthaginem. Quintus in India qui ⁊ belus dicitur. Sextus thebanus ex Alcmena ⁊ Ioue tertio genitus cui aliorum gesta assignant Herodotus scribit herculẽ esse ex .xij. dijs egyptiorũ: grecosq̃ ab egyptijs hoc nomẽ mutuatos indidisse filio amphitrionis Varro .xliij. hercules nominat. Verũtamen oẽs q̃ robore prestiterũt hoc noie ab hercule Alcmene filio appellatos fuisse affirmat. Macro. asserit herculẽ esse solem quasi heraclẽ: idq̃ ex nomie clarescere. Hercules em̃ nihil aliud ẽ q̃ heras .i. Iunonis .i. aeris cleos id est gloria vel laus. Que porro alia est aeris gloria q̃ solis illuminatio? Idẽ dicit⁹ est .xij. labores confecisse: quia sol annuo cursu .xij. signa zodiaci lustrat ⁊ conficit. Ab hercules hecule ⁊ hercle. Mehercules ⁊ mehercule aduerbia iurandi.

Herculanus a um nomen possessiuum. Est ⁊ herculan⁹ nomen proprium ab hercule deriuatum. Gel. lib. j. adiectiuũ posuit. Comprehensa inquit mensura herculani pedis ſm debitam mẽbrorum omniũ inter se competentiã modificatus est.

Herculanum fuit campanie oppidũ.

Herculeus a um: apud poetas dicit: quoniã breuẽ inter duas longas heroicus versus nõ admittit vt At sinus herculei si vera est fama tarenti. Et modo possessiuum est: modo accipitur pro forti vt herculea vis Herculeus homo. Modo ꝓ immenso: vt herculeum opus. Herculeus etiã morbus dicit comitialis: q̃m hunc morbũ passus sit hercules. Vñ et sacer est appellatus ⁊ maior morbus propter grauitatẽ.

Herebus pe. cor. profunditas inferorũ dicitur. Vide in dictione Erebus.

Hermes is: ⁊ hermetis dicitur latine quasi interpres. Mercurius dictus est ab ερμενια id est sermone. Prestabat em̃ loqui quẽ effigiabãt alas in capite et pedib⁹ habentẽ: ꝙ sermo hominũ ꝑ aera volitet.

Herma e. etiã Mercurius dicitur: Quis etiã qñq̃ sumunt pro statuis ⁊ sigillis ꝓcipueq̃ truncis ⁊ quorũ capita ꝑmutari possunt. Cice. ad atticũ lib. vj. Herme tui pentelici cũ capitibus eneis: de quibus ad me scripsisti iam nunc admodũ me delectant. Probus emi. in Alcibiade. Id cum appareret priusq̃ classis exiret: accidit vt vna nocte omnes herme qui in oppido erant athenis deijcerentur preter vnam que ante ianuam erat. Suidas dicit hermas statuas dictas ꝙ plurimũ Mercurij statue deliniarent. He eni herme viriles statue ad propagandã defuncti memoriã sepulchris erigebantur. Solebant autẽ Romani mercurij ac minerue statuas coniungere gymnasijs dicarique: quas hermathenas Cicero nominat. Qr ad me de hermathena inquit scribis mihi per gratum est ornamentũ academie propriũ mee ꝙ ⁊ hermes cõmune omniũ ⁊ minerua singulare insigne eius gymnasij. Quidam hermas accipiũt pro lapidibus quadratis quos athenienses solebãt ponere tũ in priuatarũ in sacrarũ edium vestibulis: vt significarẽ rationẽ ⁊ veritatẽ ꝑinde vt formã quadratã rectã semꝑ stare Dicti herme a Mercurio q̃ esset deus rõnis ⁊ veritatis.

Hermoglyphus marmorius ⁊ statuarius.

Hermopoliũ officina vbi officiatores statuarũ habitãt

Hermopolis penultima correpta nomen vrbis quam hermes condidit.

Hermophroditus pe. pro. Mercurij ⁊ Veneris filius compositum nomen ab hermete: ⁊ aphrodite qđ venerẽ significat: a quo hermophroditi dicti sunt vtrũq̃ sexum habentes. Hi etiã androgyni dicuntur qui vtrũq̃ sexum habent.

Hermodorus pe. pro. fuit phus ephesius quem in italia exulantem Pomponius iurecõsultus tradit auctorẽ fuisse .xij. tabularũ ferẽdarũ .xij. viris. Pli. dicit hunc fuisse interpretẽ legũ decẽuiraliũ: eiq̃ ob id statuam publice dicatam. De hoc Stra. libro .xiiij. In ephesо fuere viri memoratu digni: ex antiquis heraclitus. Item hermodorus. De quo hic idem inquit. Dignos esse omnes ephesios strangulari qui hermodorũ virũ inter eos frugi eiecerũt dicẽtes. Nemo nostrũ frugi esto: alioquin cũ alijs eijciat.

Hermenia latine interpretatio. Vnde perihermenias Aristotelis liber de interpretatione.

Hericius animal sic dictum: ꝙ setis horreat. Hic et herix dicit in sepibus dumosis ⁊ vineis ꝑ autũnum ꝓcipue diuersat. Cõditur in arbores hyeme: ⁊ cibis ꝑ estatẽ paratis vescit. Vbi senserit venatores cõtractis ore ⁊ pedibus cõuoluit in formã pile: ne q̃d comprendi possit preter aculeos. Sunt e genere eorũ maiores histrices: q̃bus lõgiores aculei: de quib⁹ infra.

Heri ab herendo quidam dici putãt: ꝙ hesternus dies hodierno diei coherent: sine diei alterius interpollatione. Dicitur etiã here ꝓpter cognationẽ litterarũ i ⁊ e. vt Vespere ⁊ vespi. Ab heri fit hesternus a um. sicut a cras crastinus. Et accipitur hesternus ꝓ pridiano. Terẽ. Iure hesterno panẽ atrũ vorant.

Hermias eunuchus trapezite cuiusdã famulus athenas profectus Platonẽ Aristotelẽq̃ audiuit ⁊ domũ reuersus cũ dño suo Atarnenses ⁊ assensus aggressus eos subegit ⁊ illis simul cũ dño suo impauit.

Hermogenes pe. cor. nomen proprium. latine dicitur Mercurio genitus. Cõtra quẽ cauillatus Cratillus eum hermogenẽ non recte dici: quia doctrine. s. atq̃ eloquentie nihil sapiat.

Hernia cõmune est nomen tribus morbis. s. Enterocele Epiplocele: ⁊ hygrocele. Enterocela enim dicitur cum intestina dilabuntur in Scrotũ. Epiplocela cũ omentũ. Hygrocela cum in alterũ e testibus humor cõfluit. Has species nñi vocãt hernias: vt inq̃t Celsus a duricie pellis q̃ fit post intestinorum descensũ Herniũ em̃ durũ et asperũ dicitur Tractũ a sabinorum lingua qui hernia saxum vocant. Mar. Herisos Fabianus herniarũ omnes quẽ modo colei timebãt dicentem tumidas in hygroceias. Ramices ꝓ has

species sub se ptinet. Procelā q̄ est cū ex abscessu aliquo circa secretum materia subduruit. Sarcocelam cum in ipso scroto concreuit caro. Cirsocelam cū vene intumuerunt: tunicis testium integris vel in ipso scroto: vel cū bubonocela dicit̃ in inguine. Est tñ vbi Pli. enterocelā dixerit ramicem: vt in medicinis cupressi. Differt ab his bronchocela quippe q̄ in ceruice fit: quasi tumor magnus ꝛ rotūdus inter cutem et asperā arteriā qua modo caro hebes: modo humor aliqs includit̃. Interdū etiā minutis ossib⁹ pili immixti: vt in Celso lib. vij. perperā scribat̃ broncoccole. Sūt etiā q̄ herniā interptent̃ p testiū theca vt illud Mar. Ingens iratis apparuit hernia sacris.

Herniosus p qui herniā patit̃. Hier. in Leui. Si cec⁹ fuerit vel herniosus nō accedet offerre hostias dn̄o.

Hernici populi in campania saxa incolentes. Hos tñ hernicos appellatos voluit. Macro. Qui hernum adducit a noīe hernici pelasgi qui eorū fuit dux.

Herodius et herodios auis: falco vulgo dicta: immo est ardea la garça.

Herus dn̄s aspirat̃ vt differat a verbo futuri tpis ero.

Heros a Iunone dicitur: inquit Augu. lib. x. de ci. dei. Nā grece Iuno hera appellat̃. Et ideo nescio qs filius ei⁹ ꝑm grecoꝝ fabulas heros fuerit appellatus. Hoc videlicet velut mysticum significante fabula φ aer Iunoni deputetur: vbi volunt cum demonibus heroas habitare. Quo noīe appellant alicui⁹ meriti animas defunctorū. Et lib. vij. Inter lune gyrum et nymborum ac ventoꝝ cacumina aerias esse animas: sed eas alo nō oculis videri ꝛ vocari heroas ꝛ lares ꝛ genios. Mar. Capella in nuptijs philologie dicit heroas ab hera q̄ terra dicit̃ nūcupatos. Hinc heroicos a. um. et Herois idis. michalus autem etymo. ηρωσ ανηρ θειοσ εστι η ημιθεοσ γενναιοσ λεγεται δε απο του ερωτοσ τησ αρετησ ησ αιασκην λυγουσ και πονουσ ανω των ανθρωπων φερομενοσ αγαθοσ αιρεται.

Herpes animal sic dictum: φ eo precipue sanentur ea que serpunt.

Heroidas veteres feminas clariores dixerunt: quales sūt heroum vxores ꝛ filie. Papin. lib. iij. Siluarum. Qua veteres latias graiasq heroidas equas.

Hersilia nomen vxoris romuli: que in horā versa tēpla cum quirino tenuit. Est aūt herie apud grecos quod apud nos est ros.

Henula parua delubra: in qua loco f. ponit̃ aspiratio: quasi fanula.

Hesperus penulti. cor. Athlantis frater a quo hesperia scribit Diod. hūc hesperū conscendisse cacumen montis athlantis ad cursus astrorū obseruandos et nunq̄ deinceps comparuisse cui vulgus honores diuinos exhibuit: astrūq lucidissimū eius noīe appellitauit. De quo Virg. Ite domū sature venit hesperus ite capelle. Hec etiā serotina stella vesper dicit̃: vt apud eundē lib. j. geor. Quid vesp serus vehat. Similiter vesperugo noiat̃. Plau. Nec vesperugo nec vergilie occidunt. Rursus ꝛ illa eadē excogitata stella a pythagora primum fuit que ante solē oriri cōspicit̃: tunc quoq lucifer noiat̃ q̄ grece. φωσφοροσ. dr. Virg. in Damone. Nascere preq diē veniēs age lucifer almum. Quāq etiā a nobis Iubar trāsfertur: eo φ eius splendor in modum iube leonis diffundat̃ Similiter ꝛ Venus appellat̃ siue in die: siue nocte.

Hesperie due sunt Vna que hispania dicitur. Altera Italia que sic discernunt̃. Aut eñ hesperiam solam dicimus et significat Italiam. Virg. Est locus hesperiam grai cognomine dicūt. Aut addis vltimā et significat hispaniam: que in occidētis est fine. Hora. Qui nūc hesperia victor ab vltima. Et hec ab hespero occidentali stella dicta est. Italia vero ab hespero athlantis fratre qui a germano pulsus Italiā tenuit ꝛ ei nomen vel propriū: vel sue pristine regionis imposuit. Macro. Tñ voluit hesperiā dictā esse Italiā φ occasui subiecta sit.

Hesione nomen Laomedontis filie.

Hesaias nomen prophete pprium.

Hesperides penulti. cor. appellate sunt hesperi fratris athlantis filie Aegle Arethusa ꝛ hespertusa. De his est fabula φ habuerint hortos nemore aurifero preciosos vbi erat draco custos peruigil: mala aurea vigilanter obseruans quem interfecit hercules poma q aurea retulit ad euristea. Pli. et Solin⁹ interpretantur fuisse estuarium maris meatu flexuoso instar draconis quod hortos hesperidum amplectebatur vbi preter oleastrum aliud nihil ex narrato illo aurifero nemore extare prodiderunt. Var. p mala aurea oues significari dicit qs hercules ex aphrica in greciam exportauerit. Ea eñ sua voce greci appellant mala apud quos μηλον .i. malum significat ouem et pomū. Hinc Melote dicte vestes ex pellibus ouium confecte. Aliter tradit Diod. lib. v. biblyothece quem videre potes.

Hesperū promontoriū in aphrica est nauigatione decē dierum ab Oenothema monte.

Hesternus a. um. Vide in dictione heri.

Heram alias hectam prisci dixerunt: q̄si hierā rem minimi precij vt ē oscitatio ꝛ hominis halitus. Alij volunt esse pustulam illam que in coquendo assurgit: vt videmus in ahenis dum feruent.

Heteron grece: latine alterū seu reliquum dicit̃.

Heteroclitū quasi alterne declinatū. Nam cōponitur ab ετεροσ et κλιτον.

Heterogenus a. um. penultima cor. quod est alterius generis. Dicit̃ et heterogenius a. um.

Heteromaschala que ex altera tantū parte villosa sunt ꝛ seruitijs dedicata: sicut Amphimaschala ꝛ amphimalla: que ab vtraq parte villosa et ingenuis dedicata sunt.

Heu interiectio dolētis fungit̃ actō pnominis. Ter. Heu me miserū. Naz per exprobrationē iūgitur cū noīe. Virg. Heu stirpē inuisam. Et cū ntō. Idē. Heu pietas heu prisca fides. Interdū geminat̃ ꝛ nulli casui seruit. Virg. Heu heu quid volui. Aliqñ etiā dr Eheu. Aspirat̃ sicut ꝛ hei eadē ratione.

Heteronyma: vide in dictione homonyma.

Heus aduerbium vocantis. Virg. At prior heus inquit iuuenes monstrate mearum Vidistis si quā hic errātē forte sororū. Aliqñ duplicat̃ Heus heus. Nō nūq interiectio dolentis est: vt heus etiā mēsas consumim⁹ inquit iulus. Aspirat̃q magis vsu cū ꝛ Fes. a greco ei trahere videatur q̄ vox doloris est: vnde ꝛ egritudinē deductā esse tradit. Eu pro greca dictio q̄ multorū noīm cōpositionē init aspirationē nō hꝫ vt Eusebius: Eustachius: Eugenius.

Heuoe interiectio metuentis. Ouidis. Heuoe bacche sonat.

Heterocraneas vocāt morbū capitis cū caput inequaliter dolet tumetq: et inter pilos rotūda ꝛ humida holuscula surgunt ꝛ pus mali odoris.

Hexaclinū vocatur stipadium hoc est cenatio sex conuiuas capiens. Mar. Et testudineum mēsus quater hexaclinon. Ingemuit.

Hexameron penul. cor. apud nos sex dierū. Cōponit̃ enim ab εξ sex et ημερων dierum vbi interponitur a. causa euphonie ꝛc.

Hexametrū penultima correpta sex pedū μετρον .n. mensura.

Hexagonum penul. pro. sex angulorū. Amb. lib. hexa. Quis architectus eas docuit hexagona illa cellarū indiscreta laterū equalitate componere? απο του

εξ καὶ γωνια συνθεῖσαι.

Hexaplum vel hexapla orum. exemplaria ab εξ sex et πλοισ plica. Hiero. in plo. libri Iosue. Ut p grecorũ hexaplis editionẽ nostrã habeant.

H Ante I

Hiarbas Iouis filius ex garamante nympha fuit getulorum rex: quem Uirgilius scribit in connubium petiisse Didonem.

Hiato as. frequẽtatiuũ a verbo hio as. significat sepe aperior scindor ve. Plau. Si qua forte cõtio est vbi cum hiatare nondũ in mentem venit. Laberius passiuo vsus est. Hiatantur fores inquit: p eo quod est hiatant: id est patent.

Hiatus us. apertio. Claud. de rap. Qd conata nefas: aut cui⁹ conscia culpe Exul ad immanes erebi detrudor hiatus. Est autẽ triũ syllabarũ ab hio factum.

Hibiscus herba non dissimilis malue vt inquit Theophrast⁹ folio maiori q̃ malua: pilosiorio caule. Usus ei⁹ ad rupta ꝛ tusses. Pli. scribit hibiscũ a pastinaca distare damnatũ in cibis sed medicine vtilẽ. Uirgl. accipit p iunci siue viminis genere.

Hic et iste sic differunt: q hic circa personã loquẽtem: iste circa personam audientem: ac si a prima persona ad secũdam haberetur oratio: vt huic amico meo cũ tuo isto familiari magna est contentio. Eodẽ modo cũ tu in p̃sentia sis Florentie: ego vero Bononie q̃ rectissime dicetur si ad te ita scripsero. Maturiorez sane futurũ suspicor tuum in hanc vrbem aductũ q̃ in istã meã. Eadẽ quoq ratio est eorũ aduerbiorũ que localia noiata ab hisdem pronoibus formant: vt hic noui habemus nihil. Et si quid istic noui acciderit scire cupio. Et regis hispaniorum oratores qui diebus superioribus hac iter habuerũt ad quod tẽpus istuc peruenerint facito me certiorem. Cic. Curioni. Putares ne vnq̃ accidere posse vt mihi vba deessent: neq solum ista vestra oratoria: sed hec etiam leuia nostratia. Idem valerio. Ibi malis esse vbi aliquo numero sis q̃ istic vbi solus sapere videare. Istec vero et istanc nõ oratorum sed comicorum sunt. Ille vero cum aduerbiis ab eo formatis significat rem seu locum ab vtroq remotũ. Plau. Quis est quẽ videm⁹ venientem pannosum ac squalidũ? Ille ne est noster Syrus. Pli. Hec oia ad vos ex illa puincia portant. Illinc succi: Illinc odor: Illinc extremo orbe quesite luxurie opes. Duobus autem modis construunt: demonstratiue ꝛ relatiue. Terẽ. Uiden tu illũ Thais? Sene. Et qui hoc facit sane prudens appellãdus est. Et tũc hic eandẽ significationẽ habet quam is. Et in ntõ plis nũeri ac mas. et fe. generis sola scriptura distinguit. Hi eni et he cũ aspiratione ꝛ vna vocali ab eo qd est hic et hec descendunt. Ii vero ꝛ ee cum duabus vocalibus sine aspiratione fiunt ab is ea id. Sciendum quoq est q hic cum pronomen est corripitur vt Solus hic inflexit sensus. Et qñq sumitur pro talis: vt hic pietatis honos. Et hunc ego te Euryale aspicio. Qñ vero aduerbium producit: vt hic illius arma. Et modo p tũc. Uirgl. Hic regina grauẽ gẽmis auroq poposcit. Cice. Apio. Hic ego multa sil cogitaui. Modo p tali loco. Plau. Hic ne esse oportuit qui frugi essent: hoc est in tali loco ꝛ tã sordido. Accipitur qñq iste pro hic. Cice. Cũ isto tempore stẽt cũ gladiis armati. Et ille p is: vt apud apostolũ. Non eni qui seipsum cõmẽdat: ille pbatus ẽ Hic ꝛ is aliomodo vsurpari solent ab auctoribus: vt Alexander paruis copiis fretus superauit dariũ cũ infinito exercitu: ꝛ id vel et hoc in adolescentia. Ab hic tam pronomine q̃ aduerbio: fiunt Hicce ꝛ hiccine illud eiusdem significationis cũ hic. Hoc semp interrogatiue ponit quasi hiccine. Dicit ꝛ hecce: hocce. Unũ apud Teren. Hisce plurali nũero dicit pro eo qd est hi: cũ ait Hisce arbitrant: nũc hoc munere suã esse thaidẽ. Plau. in Cap. Hisce autẽ inter se cõfinxerunt dolũ.

Hicce ab hic fit ꝛ idem significat. Hiccine ponitur interrogatiue: quasi hic ne?

Hiera: insula inter Siciliam et Liparim Uulcano sacra vna ex colus. Fuit ꝛ via sic dicta: q ea irent sacerdotes ad Eleusinã cererem. Hoc nomine etiã appellata est vxor Thelephi regis Mysorũ que a nerio interfecta dr cum marito ferret opem: qui ab Achille vulneratus fuerat. Ea vt fabule tradũt tante fuit pulchritudinis vt etiã helenã superaret. et Hiera apud nos dicit Sacra cum qua dictione fiunt multa composita: de quibus infra.

Hierarchia penul. pro. latine sacer principatus. Greci ιερα sacrum dicunt αρχη principatus.

Hierapicra: aduerbiũ dicit: sacra amara. Nã πικροσ amarum dicit. Medicine genus quoddã ad soluendum aluũ. Uide in dictione Picra.

Hierapolis penul. cor. latine sacra ciuitas dicit. Quo noie dicta est ciuitas Asie cõtra Laodiciã vbi aque calide scaturiebãt: que in tophum admodũ facile durabantur. Et os plutonium in paruo quodã montis supercilio ita cõmẽsuratũ vt hoiem suscipere posset mira pfunditate cui vallum ppositum erat quadratũ ambitu semiiugero nebulosa et crassa caligine plenum vt vix solum discerni posset. Exterius trãquillo celo aer innoxius: aial si qd ingrederet statim moriebatur et tauri introducti mox cadebãt educebantq mortui. Strabo se passeres immisisse ait qui subito expirauerint. Apud Hierapolim aqua quedã adeo tingendis lanis idonea fuit vt ex radicibus tincta cũ his decertarent que ex fermiculo purpuraq tingebãtur: a qua hieropolite dicunt.

Hieronymus pprium nomen ecclesiastici disertissimiq viri cuius opera in p̃cio habent: et latine dr sacra lex seu sacrũ nomẽ. Componit eni ex ιεροσ et ονομα: sed o. mutatur in y. Fuit et hoc noie philosophus ex rhodo insula qui finem summi boni posuit in indolentia: que grece dr αναλγησια.

Hieronicas vocamus victores sacrorum certaminũ. Que sint sacra certamina: Uide in dictione sacra certamina. Que autẽ fierent in sacris certaminibus docet Quin. lib. ii. cum ait Quum palestricus ille cursorẽ faciat aut pugilẽ aut luctatorem aliud ve quid ex his q̃ sunt sacrorũ certaminũ.

Hierosolyma e. et hierosolyma orum. et hierosolyme arum. tãtũ pluraliter vrbs iudee seu palestine que et hierusalem vocabatur. Unde legimus apud Ioannem Facta sunt Encenia hierusolymis. Dicuntur autem hierosolyma: vt scribit Egesippus: que primo Solyma dicebãtur. Sed cũ rex chananeus cognomento iustus qui fuit conditor solymorũ templũ addidisset inde hierusolyma nũcupauit. Greci eni ιερον templum vocant. Eusebius libro. ix. Euang. p̃parationis ait hierosolymã appellari quasi in hierosolomonis hoc est edẽ Solomonis a tẽplo qd Solomon hierosolymis pulcherrimum magnificentissimũq construxit. Hinc hierosolymita pe. p. hierosolymitanus ꝛ hierosolymus. Hiero. lib. ii. mach. Et qui pmiserat romanis se tributũ restituere de captiuitate hierosolymorũ p̃dicabat nũc ptectorẽ deum habere iudeos. Suet. in Nero. Spopõderũt tamẽ quedã destituto ei ornationẽ orientis: nonnulli noiatim regnũ hierosolymorũ. Hec etiã hierusalẽ appellatur: que vrbs p tria noia a Hiero. vocatur Iebus salẽ: hierusalẽ: q̃ ab helio postea hadriano de ruinis ꝛ cineribus ciuitatis in heliã suscitata est.

Hierotheus: nomen viri proprium: et interpretatur sacer deus.

Hierocepis: insula in Cypro prope paphũ: qua voce significatur sacer ortus.
Hieroduli penul. pro. sacrorũ ministri. Iul. Firmicus lib. viii. Matheseos scribit futuros edituos aut hierodulos qui habuerint horoscopum in. xxvi. parte geminorũ: greci νεωκορον vocant edituum.
Hierophanta: latine sacrorum demonstrator. Hiero. cõtra Iouí. Hierophantas quoq; athenienſiũ vſq; hodie cicutę sorbitione castrari: et postq̃ in pontificatũ fuerunt electi viros esse desinere.
Hiero Syracusanorum tyrannus in quo pulchritudo corporis ⁊ vires fuerunt admirabiles: de quo multa apud Iustinũ leguntur.
Hierocomon: locus est quo leprosi aluntur: hiera enim grece: lepra latine et κωμη villa.
Hiericho seu hiericus ontis. et Hiericus hierici ciuitas magna fuit muralibus septa parietibus: q̃ non ferro peruia nec ariete possit esse penetrabilis. Hiero. ad Algã. Et in parabo. de hierusalẽ descendẽtis hiericũ samaritanus loquitur.
Hila: intestinum tenue ab hira: siue ab hilum vt inquit Var. quod est minimũ. Unde quãdoq; hile p̃ falsis intestinis: vel fartis salsitys: aut lucanicis accipi solent. Plaut. Atq; hilas est fumatas et sumẽ. Hora. Perna magis ac magis hilis flagitat immorsus refici. Quãdoq; ponitur pro eo intestino quod in anum resoluiẽ. Laber. Neue aliẽ hũc pedicabis quẽ video adolescẽti nostro cedis hilas. Ab hila veteres diminutiuũ p̃culerunt hilla.
Hilum: paruũ illud nigrum qd̃ in summitate fabę adheret. Uñ et p̃ breui exiguoq; quãdoq; sumiẽ. Cice. lib. i. tus. Tum illud qd̃ sisyphus versat saxũ sudans nitendo nec proficit hilũ .i. quicq̃ tantillũ minimũq;. Ab hoc noĩe fit nihilũ p̃ non aliquid: q̃si ne hilũ quidem ⁊ per apocopen nihil: et per syncopen nil. Luc. Et nihilo nihil in nihilũ nil posse reuerti. Var. li. viii. de anal. Itaq; vt eum quẽ putamus esse non hili dicimus nihil: sic in quo putamus esse nequicq̃ dicim᷒ neq̃. Prisci. lib. vi. Nihil ⁊ nihilum a non et hilum est compositum quod sine dubio est nomẽ. Hilum enim pro vilũ vetustissimi p̃ferebant.
Hilaris et hilarus penul. cor. iucũdus letusq;. Plaut. in Asi. Credam istuc si esse te hilarum videro. Hinc hilaritas ⁊ hilaritudo. Cice. Dolobe. Sed tamẽ hilaritas illa nostra ⁊ suauitas quę te p̃ter ceteros delectabat erepta mihi omnis est.
Hilaro as. leticiam iucunditatemq; do / letifico. Cice. lib. ii. de fini. Omnẽ iucundũ motũ quo sensus hilaretur ηδονην latine voluptatẽ vocãt. Palla. Quę mãsiones hyemi parantur ita sint cõstitutę vt possit eas hyberni solis totus p̃pemodũ cursus hilarare. Hui᷒ compositũ ẽ Exhilaro. Col. lib. vii. Satietate verni pabuli pecudes exhilaratę lasciuiunt.
Hilaresco: hilaris fio. Augu. lib. v. con. Et delectabat suauitate sermonis q̃q̃ eruditiõis minus tñ hilarescentis atq; mulcentis q̃ fausti erat.
Hilarius nomen viri p̃prium ab ιλαροσ latine hilarius: sic Hilarion.
Hilarodus pe. pro. lasciui ⁊ delicati carminis cãtor ab ιλαροσ et ωδη qd̃ cantũ significat.
Hilaria tñ pluraliter ẽ ge. neu. sicut saturnalia antiqui diẽ equinoctij verni colentes appellarunt: vt inquit Macro. quo exordiũ letitię celebrabaẽ: quo primũ tpe sol diẽ longiorẽ nocte p̃tendit. Erat autẽ ad octauum Calen. Aprilis. De hilaribus meminit Flaui᷒ vopiscus in Aureliano.
Hinnio is. iui. itum. penultima pro. p̃prium est vocis equorũ. Unde Hinnitus tus.
Hinuli penul. cor. sunt ceruorũ caprearum capreolorũ damarũ ⁊ similiũ filij. Hinnuli etiã vocãtur muli ex equo et asina geniti cum legitimus mulus ex equa ⁊ asino nascaẽ vt inquit Var. Hos Col. lib. vij. etiam hinos appellat: qd̃ est primitiuũ. Nã hui᷒ diminutiuum facit hinulus: ⁊ adiectiuũ possessiuũ hinuleus.
Hio as. duarũ syllabarũ: proprie os aperio. Unde hiatus et hiatio: scribitur cum h. quia hiando maior fit spiritus. Nã ab oris sono cũ aperiẽ os tractũ videẽ. Uñ et pro sponte: vel aliq̃ vi externa aperiri siue scindi ponitur hiare: vt ligna hiant ariditate ⁊ tellus estu: Sal. lib. iiij. Atq; hiauit humus multa vasta ⁊ p̃funda. Et hiare flores dicunẽ cum aperiunẽ. Prop. lib. iiij. Nec flos vllus hiat pratis: quin ille decẽter. Impositus fronti langueat ante meẽ. Per translationẽ hiare significat mirari. Virg. li. vj. Inceptus clamor frustraẽ hiantis. Inde formanẽ hisco is. inchoatiuũ: sed hiasco facere debuit: et hiato iteratiuũ ⁊ cõpositum Inhio: de quo alibi. Est ⁊ hyo cum y. grece υω pluo: a quo quidã hymber deducunt.
Hin. genus mensurę duos choros atticos continentis inquit Hiero. duos .s. sextarios italicos: vt Hin mẽsura sit iudaici sextarij: nostriq; castrensis cuius sexta pars facit tertiã partẽ sextarij italici.
Hippos per duplex pp. latine diciẽ equus: a quo multa deducuntur.
Hippago inis. genus nauigij cõuehendis equis aptũ. Quod a Iul. polluce hippago dr. Hippagogeus legiẽ pro instrumẽto quo lapides expoliunẽ.
Hippagium equorum vectio.
Hippaco as. penul. pro. significat aiam celeriter duco vt inquit Fes. ab equi halitu q̃ est supra modũ acut᷒.
Hippopodes populi in oceano scythico qui teste Solino humanã vſq; ad vestigium formam tenẽt: sed in equinos pedes desinunt.
Hippobatos equorum pastor.
Hipponomos pe. cor. equorũ pastor: quia lex equorũ. Ita hippophorbos equorũ pastor.
Hipponij: mangones ab equis cõponendis colorẽ fuco: robur inani sagina vt ait Quint. mentientes.
Hippocentauros: equi stimulator. Quidã volunt hippocẽtauros filios esse centaurorũ. Quod et Diodo. sit. Fabula ex eo nata q̃ primi equitare ausi sunt: veluti hippos .i. equ᷒ et hõ copulati essent. Clau. Cesar scribit hippocẽtaurũ i thessalia natũ eodẽ die iterisse. Pli. refert se vidisse hippocẽtaurũ i melle allatũ claudio p̃ncipi ex egypto. De hoc etiã in dictiõe cẽtauri.
Hipparchus magister equitũ. Quo noie dictus ẽ quidam celebris astrologus q̃ vt Col. auctor est p̃didisse fertur tẽpus fore quo cardines mũdi loco mouerẽẽ.
Hippacen vocant caseum equinum.
Hippiades statuę mulierum equestres appellabãtur cuiusmõi fuisse videnẽ Amaçonũ: q̃s mortaliũ p̃mas equũ scandere ausas si lysię oratori crediẽ.
Hippocampę equi marini effigie in piscium caudas desinentes a flexu caudarũ q̃ piscosę sunt Pli. Hippocãpinus cinis alopecias tollit ροη enim flexus diciẽ.
Hippocrenę penulti. pro. fons in Boetia iuxta quẽ est Aganippę: dum Cadm᷒ equestri exploratiõe inquirit quenã loca insedisset causam dedit poetis vt diuulgarent hippocrenẽ vngula volantis equi natũ fuisse. Nã hippei equi. Crenę fons dr. Et inde equus pegasus a fonte: equi grece πηγη diciẽ.
Hippodamus pe. cor. bellicosus equorũ domitor.
Hippodame es. pe. cor. et hippodamia ę. penul. pro. nomen mulieris: de qua Ouid. lib. Heroi. Venit vt in phrygios hippodamia sinus. Virg. lib. iij. georg. Hippodameq; humeroq; pelops insignis eburno.
Hippodromus pe. cor. via lata p̃ quã etiã multi equi possunt vna currere δρομον greci cursum dicunt.
Hippomanes penul. cor. ge. neu. ẽm Priscianũ componiẽ ab ιπποσ equus et μανια furia vl̃ insania

Et a diuersis diuerse exponitur: quidã em dicũt esse fruticẽ seu herbã quã si equi comedunt insaniũt et in furorem vertunẽ. Ser. scribit esse virus ex equarũ inguinibus defluẽs quo tẽpore serũtur in amoris furorem qd in humana viscera descẽdẽs furorem facit. Virg. lib. iij. geor. Hinc demũ Hippomanes vero qd noie dicũt pastores lentũ distillat ab inguine virus. Sic Col. li. vij. qui scribit. Maxime itaq curãdũ est vt tam feminis ꝙ admissarijs desiderantibus coeundi fiat potestas: quoniã id pcipue armentum si phibeas libidinis extimulaẽ furijs. Vñ etiã veneno inditũ est nomẽ ιππομανεσ ꝙ equine cupidini similẽ mortalibus amorẽ accendat. Plini. vero asserit esse carnũculam in fronte pulli equini carice magnitudine: colore nigro quã statim edito partu mater e fronte dentibus conuellit: ꝙ si quis prius abstulerit ipsum pullum mater amplius non est amatura: nec ad vbera eum admittit. Virg. Queritur ⁊ nascentis equi de fronte reuulsus. Et matri pcept⁹ amor. Hac carnũcula mulieres medicamẽta cõponẽtes vertere homines ferunẽ in furorem.

Hippomachia pe. pro. pugna equestris.

Hippolytus penul. cor. nomẽ viri απο Τωυιππων equus et λυω dissoluo. Hinc thesei et hyppolyte Amazonis filius Virbius dictus fuit: qui dũ celibẽ ducens vitã sese venatu exerceret ⁊ constanti animo sperneret mulieres a phedra nouerca absente patre amatus est. Cuius turpi desiderio cum obtẽperare noluisset redeunte patre adulterij ei crimen nouerca obiecit. Quãobrem Theseus in furorẽ ꝟsus de filij nece cogitauit: quod metuens hippolytus cõscenso curru fugam arripuit. Sed dum phoce ꝗ cum forte in littus exierãt equoris equorum et rotarũ strepitu pterrite sese in mare pcipitarũt: vñ exterriti equi per scopulos ac saxa traxere tanto impetu vt compagibus dissolutis infelicem iuuenẽ loris implicitũ discerpserint. Hunc postea esculapius reuocauit ab inferis et pristine incolumitati restituit. Hippolytus ꝟo relicta terra attica in Italiã venit ne patris iram rursus experiretur et se virbium appellari iussit ꝙ bis vir fuisset: ac non longe a Roma oppidum edificauit quod a noie accepte coniugis Ariciam appellauit. Sed hanc fabulã esse constat: vt inquit Plato in lib. qui Cratillus inscribitur.

Hippopotamus penul. cor. quasi equus fluuialis seu aquaticus anĩal in nilo pcipue nascẽs binis vngulis quales sunt bobus: dorso equi ⁊ iuba et hinnitu cauda obtorta dentib⁹ aprorũ aduncis. Suidas. ιπποδυΤοσ ουΤοσ εγραψεν εισ Γασ ορασεισ Το ζα ιλυπο μνη.μα και εισ Γασ παρομιασ σολομωρ Τοσ. Amb. Equi fluuiales qs hippopotamos vocant eo ꝙ hi generenẽ in nilo flumine.

Hippotele: pulli asinorũ. Vide in dictione equuleus.

Hippotoxote: dicti sunt equestres sagittarij: vt ẽ apud Cesa. com. iij.

Hippo gene. masc. nomẽ duarum vrbiũ. Vnus aquis circundatus ⁊ madẽs palustri solo. Alter basiliscus id ẽ regius de quo Sir. Et vaga et antiquis dilectus regib⁹ hippo. Ab equitio nomen vrbi datũ videtur. Vñã ⁊ stabuli deam. Apul. Hipponẽ vocari tradit. lib. iij. metamorphoseos.

Hippona erat quã stabularij maxime colebãt: cuiusq effigies in stabulis locabatur. Apul. libro. ij. me. Respicio pilã medio que stabuli trabes sustinebat. In ipso vero meditullio hippone dee simulachrum residẽs edicule quod accurate corollis roseis equidem recentibus fuerat ornatum.

Hippion argos: quod Achaicũ dicebaẽ peloponensi vrbs: et ab equis deduci videtur.

Hippias philosophus grecus qui audiente pene tota grecia gloriatus est nihil esse vlla in arte rerũ omniũ quod ipse nesciret.

Hipopodium latine suppedaneũ et scabellũ appellãt.

Hir iris. ꝭm Charisium: sed indeclinabile ꝭm Probũ significat volã manus .i. palmã ab hereo: quoniã palmis aliqd capientes maxime illi rei inheremus.

Hira intestinũ quod ieiunũ vocant.

Hircus per c. caper caprarũ admissarius. Et non dicitẽ hircus nisi postꝙ coire fetereq ceperit. Hinc hircinus a. um. penul. p. nomẽ possessiuũ. Apul. Homo sordidus ⁊ hircina libidine fetens. Hircosus a. um. qd hircinũ odorẽ olet. Persius. Hic aliqs de gente hircosa centurionũ. Hirci cyniphij dicunẽ a flumine africe qd cyniphis siue cyniphos vocaẽ.

Hircquus per c. et q. est angulus oculi. Virg. Nouimus ⁊ qui te trãsuersa tuentibus hircquis. Interdũ ponitur pro eo qui in obliquũ respicit: vt strabus ab hircquis oculorũ angulis, ppterea ꝙ libidinis appetitu sepe aciẽ ad hirquos capre retorqueãt. Interdũ hircquus ponitẽ pro fetore qui sub alis fit.

nuptiarū ruina oppressus interiit. Unde postea institutū vt expiationis gratia noiaretur in nuptiis. Alii virū fortem atticū asserūt q raptas a predonibus virgines oppressis latronibus intactas patrie restituerit. Alii q hymeneus dicatur mēbrana qua est munita virginitas q primo disrūpitur coitu. Alii hymnū vocari nuptiarum virginaliū existimāt: vt apud Terē. in adel. Uerum hoc mihi mora est tibicina et hymeneū q canāt. Ergo sic accipe hymeneū in nuptiis quemadmodū epithaphiū in funere et in sacris hymnū. υμεναιον γαμικων υμνων υμε ναοισ γαρ εκεινων λυλοσ αλει τον χαριεν τα αλημανα τον υμηνηρα υμεν αιων κυκνον τον μουαωναξισ μελταμενον.

Hymera pe.cor. nomen fluuii. de quo Sir.lib.iiii. Ar mauere suos: qua mergitur hymera ponto.

Hymeridion latine diurnale: vel qd paruū diem durat ημερα enim dies est.

Hymettrus p duplex tt. mons attice clarissimus semper florens. Cuius mel Pli. scribit fuisse preciosum. Unde hymettius a.um. pro molli ponit Mar. Hoc tibi thesei populatrix misit hymetti Pallas et a syluis nobile nectar apis. Ex hoc monte marmora pulcherrima fodiebantur Pli. Lucius Crassus orator primus peregrini marmoris colūnas habuit hymettias.

Hymnus/grece υμνοσ: latine laus/canticū. Hymnetes cantor.

Hyoscyamos/genus herbe est/q et hiusquiamus dicitur faba porcina. Col.lib.vii. Et υοσκυαμοσ cuius semen detritū et cum vino datū predicto vitio medetur. Huius multa sunt genera.

Hypagogeus/instrumētū quo lapides expoliuntur. grece υπαγωγευσ.

Hypallage/subalternatio siue submutatio. Ab υπο sub αλλαγη mutatio. Figura cū verba p aduersum intelligātur: vt Trade rati vētos date classibus equor.

Hypanis pe.cor. fluuius scythie ex magna palude profluens. huic miscetur fonticulus q sua amaritudine totū corrūpit hypanim. Prop. Quātū hypanis veneto dissidet eridano. Alius est in india q intrat indū fluuiū.

Hypacaris similiter scythie fluuius.

Hyparchus/latine pmas: nomē phi q de syderibus et temporibus anni sicut Eudoxus et Meton scripsit.

Hypatus pe.cor. latine cōsul. Hypaticus consularis. Hypatia consulatus.

Hyper prepositio greca: apud nos significat p super supra vltra.

Hyperaspistes: latine protector ab υπερ et ασπισ. Hiero. in hsa. pēta. Cū aristeus eiusdē Ptolemei hyperaspistes et Josephus nō multo post nihil tale retulerint.

Hyperbasis siue hiperbaton pe.cor. latine trāsgressio verbi sm Quinti. lib. viii. quā frequēter rō cōparationis et decor poscit. Fit enim frequētissime aspera et dura et dissoluta et hians oratio/si ad necessitatē ordinis sui verba redigantur. Lōgius q verbū proprie hyperbaton est: vt animaduerti iudices omnē accusationis orōnem in duas diuisam esse partes. Nā in duas partes diuisā esse rectū erat/sed durū et incomptū. Dictū hyperbaton ab hyperbeno quod transcendo vel trāsgredior denotat. Hyperballo/extendo/supero: hyperbasia vel hyperbasis transgressio.

Hyperbole pe.cor. dici pōt eminētia. vel vt ait Cice. superlatio. a Quinti. superiectio interptatur. a quibusdam verbo excessus. Nam υπερ super βολη iactus. Hiero. i epi. cōtra originistas. Tollite amoris υπερβολην et nos tollimus odii magnitudinē. Et est figura cū dictio excedēs fidē ponitur augēdi vel minuendi gratia. Augēdi: vt Niue cādidior: Et fulminis ocyor alis. Minuēdi: vt Uolantis te foliū sonitus terret et vix ossibus heret: vel tardior testudine. Hinc hyperbolicus. ca. cum. quod est excessiuum.

Hyperborei pe.pro. montes et ppli scythie sic dicti/q supra. i. vltra eos flat boreas. Fest.: Docet hyperboreos esse supra aqlonis flatū habitātes qui humane vite modū excedāt viuēdo vltra cētesimū annū. Ferūt magnā his de celo clementiam cōcessam esse: auras spirare salubres: nihil noxii flatus habere/domos et nemora/victū arbores ministrare: discordiā nescire/egritudine nō inquietari: ad innocētiā oibus equale votū esse/mortē accersere/et volūtario interitu obeūdo tarditatē castigare. Sed hec fabulosa sunt. Diod. Oppositā celtis iuxta oceanū esse insulā scribit: haud multo sicilia minorē: habitariq ab his q hyperborei appellantur: eo q vēto boree sunt oppositi: insulā valde fertilē in qua fructus annuatim bis nascuntur.

Hypercalecticū metrū dicitur cui vna syllaba vel due superant. Uirgi. alloquitur Uenerē: O q res hominūq deorūq. Et Hora. Sylue laborantes geluq. Illud dactilicum Hypercatalecticū est: hoc vero iambicū hypercatalecticum.

Hyperiona: alii solis patrē: alii ipm solem q eat super terras appellatū putāt. Poete p sole vsurpāt. Oui. li.i. fas. Placat equo persis radiis hyperiona cinctū. Diodo. scribit hyperiona saturni fratrē fuisse Celi et Titthee filiū: qui solis ac lune aliorūq astrorū motus horasq primū sūma cura obseruationeq a se percepta ceteris noscēda tradidit. Ideo horum parēs noiatur vel luti ipsorū nature contēplator. Et declinatur hyperbo rio onis. penul. pro. Cice. in progno. Et cū luna means hyperionis officit orbi.

Hypermeter et hypermetrus abūdās syllaba vt hominumq locorūq. Et debet sequēs a vocali incipere nisi fiat synthesis: vt cura peculi.

Hypacte ambulationes latine dicuntur subdiales q sub dio sunt xysta dicūt greci paradromidas. Uictr.

Hyphen subunio interpretatur. Ex hypo et hen vnum. Quod fit cum plures dictiones proferuntur sub vno accentu: vt quandoquidē simulac.

Hypo ppositio greca et mō ab/mō sub significat.

Hypocaustū/locus ad sudādū q et vaporariū dr. Nā vaporandis cubiculis balneisq preparatur. Cice. ad Q. Fratrē. Propterea q ita erāt posita/vt eorū vaporariū: ex quo ignis erūpit esset subiectū cubiculi. Idē In balneariis hypocausta in alterū hypoditerii angulū pmoui. Ambro. li. hexa. De hyeme forsitan qreris/q nulla tibi hypocausta anhelātibus ignibus vaporentur/sed habes solis calorē q tibi orbē terrarum temperet et hyberno te defendat a frigore. Papi. in Syl. Ubi languidus ignis inerrat edibus et tenuem voluūt hypocausta vaporē. Pli. ad Gallū: Applicitum est cubiculo hypocaustū perexiguū qd angusta fenestra suppositū calorē: vt ratio exigit/aut effundit/aut retinet. Uictr. appellat hypocausim/cū scribit faciēda esse enea supra hypocausim tria: caldariū/tepidarium/frigidarium: hodie hypocaustis vtuntur Germani. Ipsi stuffas vocant ad vaporandū cubicula.

Hypochalcus/latine suberatus dicitur.

Hypochisis et hypochimata. vide in dictōe glaucoma

Hypocrisis simulatio quasi subiectio iudicii ab υπο et κρισισ iudiciū. Hypocrita simulatus q i spectaculo psonā subit alienā: vt seruus personā dni. Greci hypocriten vocant simulatorē. Unde et Mimus hypocrita dicitur: qr imitator est et simulator. Quinti. li. ii. scribit. Aeschinē hypocriten fuisse oratorē.

Hyporisticos apud latinos diminutiuū dicitur.

Hypodesis siue hypodema atis. calceus seu calceamētum dicitur.

Hypodoche/susceptio/receptaculum.

Hypodiastole/distinctio.

Hypodites/interior vestis.

Hypodidascalus dici potest repetitor ab ὑπὸ sub / et διδάσκαλος magister.

Hypogea loca subterranea dicuntur a grecis: q̄ dictio frequens est apud Josephū ꝛ Egesippū.

Hypopodon latine suppedaneū.

Hypopirgiū/loc⁹ sub turri ex ὑπὸ ꝛ πύργος turris.

Hypomnema atis. ꝛ hipomnemētū sumit̄ ꝓ interp̄tatione ꝛ cōmētarijs. Cice. Tironi: Multū mihi eripitur opere in exscribēdis hipomnematibus.

Hypostasis/subsistētia siue substātia: a theologis pro persona capit̄. Unde hypostases ꝑsonę/subsistētes appellantur. Nam στάσις statio dicit̄. Hieronī. ad Dama. Tota secularium litteraꝝ schola nihil aliud hipostasim nisi vsiam nouit.

Hypotheca pe. pro. latine pignus suppositio/documētum/ Hipotheticus suppositiuus.

Hypothesis pe. cor. argumētū siue materia causa thema propositum.

Hypothicos/subucula: ꝛ proprie pontificū est: vt inquit Hieronymus.

Hypothira siue hypothirides apud Vitru. capit̄ ꝓ valuarū cauitate ꝛ inanitate.

Hypozeusis subdistinctio/figura cum singulis sensib⁹ datur propria clausula: vt Regem adit: regi memorat nomenq; decusq;.

Hypotiposeon. i. disputationū vel informationū.

Hyrcania/regio asiatica/magna ex parte plana ꝛ ꝓclarissimis vrbibus adornata: quarū celebrāt Talebrotam/Samariā ꝛ Cartā ꝛ Tapem. Et adeo opulēta vt vitis vna vini metretā efferat: ꝛ fic⁹ sexaginta modios ficorū. Frumentū ex semine nascat̄/qd̄ extollūt. Dicta hyrcania ab hircana sylua: q̄ scithię subiacet: habet ab oriēte mare Caspiū. A meridie Armeniā: a Septētriōe Albaniā: ab occasu Iberiā. In ea regione panthere pardi ꝛ tigres abūdāt cū syluis aspera sit: Hic hircan⁹: vt mare hircanū/hoies hircani. Hiero. Hircani volucribus ꝛ canib⁹ semiuiuos ꝓiciūt.

Hysginum/color similis coccineo. Unde greci vestes ὑσγινοβαφεῖς appellant: hoc est hisgino tinctas. Pli. lib. xxii. Hiacinthus in gallia maxime prouenit. Hoc ibi pro cocco hisginū tingit.

Hysopus feminini generis ꝛ hysopū neutri cum y ſm Apul. herba pulmoni valde vtilis: cuius penultima producit̄ cū apd̄ grecos scribat̄ ꝑ ω mega: q̄uis magister corripiat. Est hysopū siccū/calidūq;: ꝛ terti⁹ illius. Est in vtrisq; gradus. Hiero. in psal. interp̄tatione. Sicut eñ hysopū terrenū curādis pulmonib⁹ aptū est: vt auertat inflationē: ita homo celesti qs respsus hysopo. i. humilitate cordis ab omni supbię malignitate purgat̄. Sunt etiā q̄ hysopū ꝑ duplex ss scribāt.

Hysteria grece: latine secūdinę folliculi sunt ꝯtinentes fetum in matris vtero cum menstruis.

Hysterologia/locutio p̄postera: figura eadem cum hysteronproteron.

Hysteron/vltimū vel nouissime. Unde hysteronproteron eius figura cum sentētia ordine cōmutatur: vt Postq̄ altos tetigit fluctus: ꝛ ad equora venit. Naz prius ad equora venit q̄ tangeret fluctus.

I Littera vocalis ē que etiā cōsonās fieri ꝯsueuit ꝛ modo pro simplici/modo pro duplici accipitur. Pro simplici tunc habetur/qñ ab ea incipit syllaba in principio dictiōis posita subsequēti vocali in eadē syllaba: vt Juno Jupiter. Pro duplici autē qñ in medio dictionis ab ea syllaba incipit post vocalē ante se positam: subsequēte quoq; vocali in eadē syllaba: vt maius peius maia. Nōnunq̄ tñ reperit̄ i littera ꝓ simplici cōsonāte in medio dictiōis posita: sed in cōpositis: vt Reijcere/Reiectus. Notandū i litterā ꝓ cōsonāte positā asperari nō posse cū nulla consonās ante se aspirationē accipere valeat. Unde Hierosolyma sex syllabarū est: Hiulcus triū: Ac per deriuationes quidē transit i in alias vocales. In a: vt genus generis generatim. Paulus pauli paulatim. In e/ Fortis forte. In o/ Pater patris patronus. Est etiā i imperatiuus modus ab eo is. Teren. I pre sequar.

I Ante A

Ia fuit nomē minoris filię atlātis: ꝛ latine vox dr̄. Item Ia greci vocant violas. Unde Ianthina vestis. i. violacea. Rursus Ia exultantis interiectio est.

Iacch⁹/nomē bacchi ἀπὸ τοῦ ἰαχῶ/ clamo/cāto/vocifero. Nam qui baccho sacrificabant/clamare solebant. Et duplici cc scribi debet: q̄uis in verbo ἰαχῶ sit simplex c: qd̄ ideo fit vt in iaccho secūda ꝓducat̄: que in verbo iacho corripit̄. Virgi. Gratissima vitis iaccho. Ponitur quādoq; pro vino.

Iaceo es. iacui. ſm notā significationē. Uirgilius dixit Strata iacēt passim sua q̄q; sub arbore poma. Plautus in amph. Quis hic est senex q̄ ante edes nostras sic iacet? Dicimusq; iaceo in strato/iaceo humi. Liui. lib. ii. de bel. puni. Humi iacentez inter custodias stationesq; militū circūspexerunt. Qñq; iacere significat extare esse. Sal. In medio campus iacet aquis vndiq; scatens. Quādoq; plenū esse. Virg. libro. iii. geor. Sz iacet aggeribus niueis informis ꝛ alto terra gelu. Qñq; per plurimū porrigi. Idem in eodem Tantū campi iacet. Qñq; squallere. Lucil. li. xxx. Et sua ꝓcipue retro relicta iacere. Qñq; mortuū esse q̄ iaceant: nec amplius cadauera moueant̄. Luca. Ille iacet paci quā ꝓtulit orbis. Qñq; sepultū esse. Martia. Nō aliter cineres mando iacere meos. Hui⁹ verbi cōposita sunt: Adiaceo/iuxta iaceo. Interiaceo/in medio iaceo. Liui. Descendunt in planiciē que inter capuā tiphatamq; interiacet. Subiaceo/subditus iaceo: ꝛ subdit⁹ sum. Lactā. lib. iii. Quoniā igit̄ vtriq; subiacet fortitudo. Obiacet: de quo alibi. Et hec habent penul. cor. in trisyllabis.

Iacio is. ieci/iactū/significat emitto. Apul. Multis in eum lapidibus iactis. Unde iacere ad certū est dirigerē in id in qd̄ intendit. Hiero. in li. Judi. Sic fundis lapides ad certū iacētes vt capillum quoq; possent ꝑcutere. Et iacere est ponere. Trāslatio sumpta ab edificijs/maxime a cothonib⁹. i. portub⁹ manu factis q̄bus magna iaci fundamenta necesse est. Cic. in Philippi. In quo tēplo quātū in me fuit ieci fundamenta pacis. Hui⁹ cōposita sunt: Abijcio/adijcio/cōijcio/circūijcio. Unde circūiecta impedimēta dicimus: Deijcio/disijcio/eijcio/inijcio/interiaceo/obijcio/ꝓijcio/ꝑiaceo/ꝓijcio/reijcio/subijcio/traijcio ꝛ supiacio. Hiero. in Ezech. Et superiacient puluerē capitibus suis ꝛ cinere conspergentur.

Iacto as. frequēter iacio. Sene. Dum lapillos iactaret in puteū. Virg. li. i. geor. Deucalion vacuū lapides iactauit in orbem. Aliquādo iactare est sepe voluere. Idem. Atq; illū tales iactātē pectore curas. Aliquādo fatigare/vexare/concutere: vt Iactatos equore toto: Troas relliquias. Lactā. li. v. Qui patrem regno expulit bello persecutus est: exulē toto orbe iactauit. Ex quo apparet non esse verā differentiā: quā Seruius ponit/dicēs: Iactamur in mari/fatigamur in terris. Aliqñ significat plagis sternere. Cicero in Ver. actē. ii. Iactatur domi sue vir primarius ꝛ homo honestissimus pro se quisq; manus affert. Aliqñ temere laudare: siue ambitiosius gl'iari. Virg. Quā iuxta sequit̄ iactātior ancus. Hiero. ad Julianū: Diues ille omnia q̄ in lege ꝓcepta sunt se implesse iacta/

bat. Hinc iactantia. Aliquādo inaniter loqui. Virg. Talia iactanti stridens aquilone procella: Velū aduersa ferit. Aliqñ frequēter emittere. Idē li.ij. geor. Et si nō aliū late iactaret odorē Laur⁹ erat. Et alibi Ipsi leticia voces ad sidera iactāt .i. crebro emittūt. Aliqñ frequēter ducere: vt apud eundē. Haud vnq̄ manibus iactata fatiscit .i. ductata. Quidā etiā iactatū ꝓ primitiuo ⁊ ꝓ excusso. Alij ꝓ depēdēti accipiūt: vt li.iiij. geor. Et dextro iactata recūbit in armo.

Iactātia q̄ ⁊ iactatio/a Cicerone diffinit̄ li.iiij.tus. ꝙ sit voluptas gestiens ⁊ se efferens insolentius.

Iactanter aduerbium a participio iactans formatur ⁊ significat cum iactantia. Hieron. Ne iactanter de se querere videretur.

Iactuose similiter dicitur cum iactātia. Cice. Cum sint multa iactuose dicta.

Iactito as. penul. cor. frequentatiuū a iacto. Hiero. ad Ctesi. Vrbicū. Et hoc te iuxta scripturā facere iactitas. Et ad Pāmachiū. Et ꝙ vn⁹ romę amic⁹ obiecerat: a mltis in toto orbe inimicis dicerē iactitatū.

Iactura. pe. pro. dicit̄ ꝓprie dānū de mari qñ quis magnas in naui merces habet: ⁊ tēpestate cogit̄ eas in mari iacere/ne nauis obruatur.

Iaculum pe. cor. dicitur quicquid iaci in longū potest. Nam fit vt iaciatur.

Iaculor pe. cor. deponens/significat in longū iacio. Iuuena. Quantas iaculetur monychus ornos. Col. li. ij. Faba quę longius emittet̄ pura eo perueniet quo ventilator eam iaculabitur.

Iaculo as. eiusdē significationis. Clau. Latis iaculatur in aruis. Aug. in Hō. interpretatiōe per trāslationē dixit: Iaculabāt in ora interrogantiū se sagittas dei. Hinc Eiaculo: qd̄ est extra iaculo/ꝓiicio. Gel. Arionem cum fidibus ⁊ indumentis/cum quibus se in salum eiaculauerat extitisse.

Iaculatio/iaculamē ⁊ iaculamentū pro eodē.

Iaculus. pe. cor. serpentis genus qui subit arbores: e q̄bus vi maxima vibrat/penetratq̄ quodcūq̄ animal obuiū fecerit fortuna. Luca. Et natrix/violator aq̄/iaculiq̄ volucres.

Iacobus pe. cor. nomē propriū q̄tuor syllabarū. Clau. Quid laceras versus dux iacobe meos. Noia enim ꝓpria sicuti Priscia. docet in fine accutū accentū habent q̄ more latino declinata eundē retinēt ⁊ penultimam producunt: vt Adam adamus/Ioseph iosephus.

Iam aduerbiū tpis/qd̄ pene est idem qd̄ tunc. Quintil. Qd̄ si satis prudenter ea viderint/iam ꝓpe cōsumata fuerit ꝑcipientis opera. Interdū hortātis est: ⁊ veluti morā increpātis. Virgil. Iam diua precor. Interdū festinātis. Terē. Ego iam prospiciā mihi. Interdū ponit̄ pro nunc. Vir. lib. iij. geor. Iamq̄ hos cursu iam ꝑterit illos. Interdū pro ꝑterea ⁊ q̄si modus est quidā coniungens sententias: vt apud eundē. Iam maris imensi prolē ⁊ genus omne natātū: Iā varias pelagi volucres. Hoc idē efficit coniunctum cum ꝯo Cice. Iam ꝯo vrbibus cōstitutis.

Iamiam significat repente: vt iamiā aderit. Et cū ꝑsenti ponit̄ licet ad futurū resoluat̄. Virgi. Iam iamq̄ manu tenet ⁊ premit hasta: quasi mox tenebit: ⁊ nūc videtur tenere. Plerūq̄ figurate per indignationez accipit̄. Idem: Iamiā nec maxima Iuno. Nec saturnius hec oculis pater aspicit ęquis. Et per miserationem. Sal. Iamiā animo meo charissime frater q̄q̄ tibi imaturo ⁊ vnde minime decuit/vita erepta: tñ lętandū magis q̄ dolendū puto casum tuū. Et per exhortationē. Quinti. Iamiā cōmilito quicunq̄ casus manet etiā si imperator dānaturus est habes solatiū satius est/q̄ a patre occidi.

Iādiu significat olim. nā diu qñq̄ ꝓ lōgo tpe ponit̄.

Iamdudū ex iā ⁊ dudū cōponit̄. Et aliqñ de paruo tpe d̄r: vt Iādudū te expecto. Aliqñ de lōgiori. Pli. lib. xix. Iādudū ex eadē Hispania ęolitū venit in italiā plagis vtilissimū. Macro. Iamdudū hęc questio ab Aristo. ⁊ ꝓposita est ⁊ soluta. Ponit̄ etiā ꝓ continuo vel q̄primū. Virg. Iamdudū sumite pęnas.

Iam olim significat iamdudū. Cice. Iamolim in principio illud statuerā. Sumit̄ ⁊ ꝓ aliqñ. Virgi. At iamolim seras posuit cū vinea frondes. Olimiam ꝓ iampridem. Quintil. Olimiam imꝑator inter fulgentes virtutes tuas liuor locū querit .i. a lōgo tpe.

Iampridē significat de paruo tpe. Sene. Iampridē te expectātes ibi sederam⁹. De lōgiori Pli. Qd̄ maiores nostros iāpridē fecisse manifestū est: qd̄ gen⁹ nuꝑ ⁊ patrū fere nostrorū memoria inuētū est pro continuo. Luca. Tollite iāpridē victricia tollite signa.

Iamtum significat ex eo tēpore. Plau. Iamtuz occepit virginē amare. Veteres etiam iamtum pro tantum vsi fuere. Et iam pro tam.

Iambus/pes constans ex prima breui vltima longa: ab inuentore vt q̄dā putāt dictus. Quidā iambū deducunt απο του ιαμβιζειν qd̄ est ꝯtumeliari inuehi. Festus: Iambi dicebantur q̄ singuli ex proscenio loq̄bantur: triiambi/qui terni.

Ianus ab hiatu dictus est detracta aspiratione: quē quidam solē putāt. Ideo geminū: q̄r vtriusq̄ ianuę celestis potentē qui exoriens aperiat/occidens claudat. Alij ianū mundū .i. cęlū intelligūt: quasi Eanū ab eūdo: vt inquit Cice. lib. ij. de natu. q̄r mundus semper eat dū in orbē voluit̄ ⁊ ex se initiū faciens in se refertur. Hinc ⁊ bifrōs pingit̄: duas eñ facies añ ⁊ retro habere dixerūt: ꝙ annus ex se initiū faciēs fini occurrat. Vel ꝙ ꝑterita sciuerit/⁊ futura preuiderit: seu ꝙ superorū ⁊ inferiorū ianitor extiterit. Huius tēpluz erat romę qd̄ tpe belli patebat: tpe pacis claudebat̄. Vñ patultius ⁊ clausius cognoiabat̄. Hūc etiā quadrifrōtē fecerūt: ob quattuor orbis partes ⁊ ianū geminū vocitarūt. Et iunoniū/q̄r calendarū princeps. Calendę enim sunt iunoni dicatę. Et ianus erat loc⁹ Romę vbi senatores consistebant in regione basilicę: quoniā in eo Iani simulacra collocata visebant̄. Oui. Qui puteal ianumq̄ timet: celeresq̄ calēdas. Iani quoq̄ peruię transitiones foresq̄ profanorum ediū ianue vocabant̄. Sue. in Domi. Ianos inquit arcusq̄ cum quadrigis ⁊ insignibus triumphoꝝ per regiones vrbis extruxit.

Ianualis porta Romę a Iano dicta vbi ⁊ positus fuit eius signū. Hanc Numa instituit vt esset clausa semper nisi cum bellum foret.

Ianua primus ingressus ad interiora dom⁹ a Iano dicta ꝙ huic deo cōsecratū erat omne principiū. Et ꝓprie domus est ianua: ostiū ꝟo partiū vt cubiculorū: licet confundantur. Nam et ianua a quo ianitor pro ostio ponit̄: ⁊ ostiū a quo ostiarius pro ianua.

Ianitor pe. cor. cui ianuę custodia est cōmissa.

Ianuarius primus mensiū a principe deo est appellat⁹ a Numa q̄ primū anni esse voluit tanq̄ bicipitis dei mensem respicientē ⁊ ꝓspicientē transacti anni finem futuriq̄ principia.

Ianiculū/oppidū non procul a roma dictū: q̄r per eum populus romanus trāsire ceperat in agrū hetruscū: seu ꝙ Ianus illud condiderit. Solinus: Quis dubitat Ianiculū a iano non fuisse conditū?

Ianthina pe. cor. vestis coloris purpurei ιον eñ viola και το ανθοσ του ανθεοσ flos q̄r violaceus flos. Martia. Coccina formose donas ⁊ iāthina mechę. Pli. Ex his violis q̄ spōte in apricis ac macris locis ꝓueniūt purpurę latiore folio statim ab radice carnosa exeunt/soleq̄ greco noie a ceteris discernuntur appellatę ita vt ab his Ianthina vestis.

Iantha fuit nympha oceani ⁊ Tethios filia: vt auctor est Hesiodus.

Ianira pe.pro. fuit Oceani ⁊ Tethyos filia.

Iapis idis. nomē ꝓpriū etholi q̄ cū ad regionē Venetię venisset oppidū de suo noīe cōdidit a q̄ ea pars vbi timau⁹ fluui⁹ est iapidis nomē sūpsit. Virg. Castella in tumul' ⁊ iapidis arua timaui. Nā dicta est iapidia.

Iapetus pe.cor. cęli ⁊ terre filius: vt inquit Hesiodus. Hunc quidā promethei patrē fuisse asserūt. De quo Ouid. Siue recens tellus seductaq͂ nuper ab alto Aethere cognati retinebat semina cęli. Quā sat⁹ Iapeto mixtā fluuialibus vndis. Finxit in effigiē moderātū cuncta deorum.

Iapix gis. pe.cor. ventus ex Apulia proficiscens q̄ quasi aduersus Eurū flare videt̄. De hoc Luc. libro. vi. Excipit aduersus zephiros ⁊ Iapyga pindus. Est ⁊ Iapyx nomen Dedali filij.

Iapygia Apulia dicta ē ab iapyge Dedali filio vt Hiero. ⁊ Soli. scripsere. Iapygiū vo Salētinorū ꝓmōtorium est. Virg. li. xi. Victor gargani condebat iapygis agris. Vnde Ser. Iapygiā partē esse apulię dixit in qua est mons gargan⁹ qui vsq͂ in Adriaticū pelagus tendit̄. Huius metropolis est Brundusium ⁊ Tarentū ciuitas. Hanc regionē Messapiam ⁊ Iapygiā ⁊ Calabriā ⁊ Salentinā multi nominant.

Iason nomē propriū Aesonis filij fratris Pelię Thessalię regis: qui colchos profectus vellus aureū abstulit. De hoc Iustinus ⁊ Diodo. siculus latius scripserunt. Huius noīs prima vocalis est. Ouid. Quē nisi crudelē non tangit Iasonis ętas.

Iasius vnus fuit ex primis argiuorū regibus a quo argiui Iaside dicti sunt.

Iapida nunc forū iuliū regio italię ab Iapide Aetholi filio qui ad eas oras veniens oppidū de suo noīe condidit. A quo ea pars vbi fluuius est Timauus iapida cognominata fuit. Virgil. lib. ij. geor. Castella in tumulis ⁊ iapidis arua timaui.

Iasum insula Carię quę continenti adiacet: cuius incolę magna ex parte victū ex mari captabāt cum sterilem regionē haberēt. A qua iasius sinus: cui⁹ municeps Cerillus fuit. Ex iaso fuit Diodorus dialecticus cognomento Chronus.

Iaspis/lapis preciosus. qui a Pli. de greco in latinū viridis gēma interpretat̄ ἰασ quippe viride πιρασιο gēma. Est eñ viridis sicut smaragdus/sed crassi coloris. Sunt qui cōponant ex ἴον viola, ⁊ πᾶσ totus: quasi totus sit violaceus.

Iatralepte/latine refectores medicorū.

Iazyges methanaste populi in Europa q̄ sicut Pto. li. iij. scribit ab oriēte habēt Daciā: ab occasu ⁊ haustro germanię partē a septētrione Sarmathiā.

Iaxartes fluuius qui vt Marti. docet illā terrę partem secat qui Tanais putabat̄: quem Demodamas dux trāscēdit ⁊ alium esse perdocuit.

I ante B

Iberus pe.pro. fluuius hispanię: q̄ apud cātabros oriens ꝑ quadraginta passuū milia fluit/⁊ in mare balearicū exit. Eustachi⁹ ἰβηρ δε ὁ ποταμὸσ κατα δε Ἴιρασ ἀπο βασιλεοσ ὁ μωνυμοσ ἀπο τηυ ἐγχαιτερ λόχη μα ο ἐσιγωνι ἀτου ἐυρο του ἀγχοῦ τωνστηλων των περι τα γάδειρα καὶ αλλα πολλα λεγει ο ἀυτοσ ἐυσια θιοσ. Luc. lib. iiij. Qui prestat terris infert tibi nomen iberus. Qđ iberū declinari pōt/p̄sertim qñ sequit̄ flumē. Et iber eri vl' eris pe.pro. vt Pris. ait. Hora. Iberi rhodaniq͂ potor Luc. Occurrat iberib⁹ alter. Inde iberia dicta est pars hispanię q̄ intra iberū ↄtinet̄: Quis generali vocabulo ꝓ hispania capiat̄. Et iberiā q̄dā partē/vnā exteriorē/alterā interiorē dixerunt. Hanc regionē celte gallorū populi relictis sedibus suis habitauere. Vñ cōposito ex vtraq͂ gente noīe Celtiberi appellati sunt: ⁊ regio eorum celtiberia. Ab iberia vero iberi ⁊ iberes vocati sunt populi hispani. Est ⁊ alia regio hoc noīe iuxta pontū intra colchida ⁊ armeniā venenorꝫ ferarꝫ/q̄ caucasis montibus circūdatur: cuius similiter populi iberi ⁊ iberes dicti sunt: a quibus vt Varro scribit: venerunt q̄ in hispania habitauerunt: ⁊ a quibus hispania iberia/ ⁊ fluuius hispanię hiberus. Et iberus a.um. Virgi. lib. ix. Pict⁹ acu chlamydē ⁊ ferrugine clar⁹ ibera. Scribit Dionysius: Iberes populos a pyreneis mōtibus profectos in asiam sedes posuisse. Vñ ea pars Asię iberia nūcupat̄. Iberiā regionē mulier captiua sub Cōstātino Helenę filio ↄuertit ad christianā fidem ea pudicam traducēte vitā ⁊ in oratione iugiter p̄sistēte.

Iberia regio. vide in dictiōe iber⁹: de qua modo.

Ibex vel ibix cis. syluestris caprę genus p̄nicissimū: vt Pli. libro. viij. scribit. De quo et apud Hiero. Iob xxxviij. scribitur. Nūquid nosti tēpus ibicū partus: Quidā tamen hoc nomē aspirant.

Ibi aduerbiū loci/significat in hoc loco: ⁊ ꝓprie d̄r cum semel loc⁹ mōstrat̄. Ibidē cū sepi⁹ Virgi. Ter fluct⁹ ibidē torq̄t agens. Ab ibi fiūt cōposita/inibi ⁊ alibi.

Ibis/auis egypti: quę sicut Hero. scribit/duplex ē. Altera nigra tota est. Altera Ciconię non absimilis diuersa tñ a Ciconia. Hęc rostri adūcitate per se partē perluit qua reddi ciborū onera cōsueuerūt ⁊ serpētibus vescit̄. De hac Cice. lib. ij. de natu. Velut ibes maximā vim serpentiū cōficiūt cum sint aues excelsę rigidis cruribus: corneo proceroq͂ rostro: auertunt pestē ab egypto cū volucres angues ex vastitate Libię vento aphrico inuectas interficiūt atq͂ cōsumūt ex q̄ fit vt ille viuę nec morsu noceāt/nec odore mortuę. Ab huius auis similitudine Ibis ꝓ inuido ponitur. Vnde Ouidius librū in ibim scripsit.

Ibicus penul. cor. nomen poetę lyrici rhegini apud grecos pręclari a quo genus metri dictū est ibicūm̄ ste alterū ab alceo alcaicum.

Ibernia/insula in oceano septētrionali versus occasum ꝓxima britānię: sed quā britānia angustior ab aphrico in boreā porrigitur: cuius partes priores iberiam prospectāt. vnde ⁊ ibernia dicta: in ea nullus anguis videtur/nulla apis.

I Ante C

Icarus pe.cor. Oebali Laconū regis filius fuit: pater Penelopes. Proper. lib. ij. Icare cecropijs merito iugulate colonis. Hic etiā icariotus dictus est. Vnde icariotis forma patronymica. Oui. lib. iij. de pō. Morte nihil op⁹ est nihil icariotide tela. Icar⁹ etiā dictus fuit Dedali filius q̄ vna cū patre e creta fugiens fretus alarū fiducia cum vltra patris iussa altius euolasset: solisq͂ ardore cera qua pennę continebātur liquefacta esset: ita vt ab alis deflueret/decidit in mare qđ est inter myconē ⁊ gyarū a quo postea icareum mare dictū fuit: dicēte Ouid. lib. iij. de tris. Icar⁹ icarias nomini fecit aquas. Preterea icarus: vt Pli. li. iiij. auctor est: mons est in attica regione.

Icaria/insula in cario mari ab icaro Dedali filio dicta: quę trecētorū stadiorꝫ ambitū habet. Et in ea Dianę tēplū Tauropoliū appellatū. Hęc ⁊ icaros dicta est añ Doliche vocata. Est inter Sardū ⁊ siculū mare.

Icarion fuit nomen seuissimi pyrate.

Icos a Cice. in rhetoricis ponit̄ breuis cōplexio.

Iconiū oppidum cappadocię/optime olim habitatum: fortunatiorē habens regionē. Alterū est in Asia pōtica regione apud Trogetē lacū: vt inquit Strabo.

Icon siue econ/latine effigies/ imago ⁊ statua ex membris ipsis a pictoribus seu statuarijs expressa. Plini⁹

lib.xxxiij. Eorum vo qui ter ibi superauissent imagines ex membris ipsorum similitudine expressa: quas econas vocat. Nonnulli etiam hec Icona e. et hoc iconismatis declinant. Cuius diminutiuum est Icuncula. Est et icon teste Cicerone ad her. figura cum .f. forme ad formam cum quadam similitudine fit collatio/ aut laudis/ aut vituperationis causa: vt si diceret: Ibat in filium corpore tauri validissimi/ impetu leonis accerrimi.

Iconicus a.um. et iconius a.um. quod ita est pictum siue formatum/ vt ex eius membris sit expressa similitudo. Sue. in Cali. Simulacrum stabat in templo aureum iconium amiciebaturque quotidie veste quali ipse vteret. Pli. Adeo iam colorum vsus increbuerat/ adeoque ars perfecta erat: vt in eo prelio iconeos duces pinxisse tradat atheniensium Melciadem/ Callimachum/ Cynegirum/ Barbarorum/ Darium/ Tyssaphernem.

Ico is.ici.ictum. percutio: et passiuum Icor. Pli. Arborum manu satorum receptarumque in domos fulmine laurus sola non icit. Liui.lib.). Ibi in turba ictus Rem' cecidit. Hinc fit ictus us. pro percussione. Cice.lib.iij. offi. Ictu fulminis deflagrauit. Prima huius verbi in presenti: vt inquit Pris. corripit: sed producitur in preterito et mutato o finale in i. Lucre. tamen producit in presenti. Exin corpus propellit et icit.

Iconismos. Sene.lib.xv. episto. appellat descriptiones atque id verbum esse publicanorum.

Ictis idis. inquit Aristo. Syluestris mustele genus est magnitudine militensis catelli: sed pilo facie albedine partis inferioris et more astutia mustelle simile est Mansuescit maiorem immodum/ officit aluearibus Mellis enim auida est: aues etiam petit vt felis. Hanc martem speciali vocabulo et marturellum/ seu fouinuz vocant. Genitale ei osseum est.

Ichthis cum ipsylo latine piscis dicitur: a quo fiunt

Ichthyobolis/ piscator.

Ichthyobolion/ locus vbi pisces venduntur.

Ichthyophagi pe.cor. qui ex piscibus viuunt: quo noie dicti sunt quidam populi. de quibus Hiero. contra Iouini. Porro ichtyophagi/ gens errans in littore maris rubri super petras solis calore feruentes assant pisces et hoc solo alimento victitant.

Ichthyotrophia apud Col. loca in quibus aluntur pisces: que et piscine et viuaria latine dicuntur. Nam lib.ix. sic ait: ιχθυοτροφια sedula cura exercent. Ea sunt omnia vt latine potius loquamur sicut auium cohortalium stabula: nec minus earum que conclauibus septe saginantur: vel aquatilium animalium receptacula.

Ichthyocolla gluthen ex piscibus. Est etiam nomen piscis. Celsus vero quotiens vult glutinum intelligi non piscem: adducere solet gluten.

Icteros pe.cor. morbus cum per totum corpus bilis suffunditur: que interdum nigra/ interdum flaua e. Et ictericus qui eo morbo laborat/ ab ictero aue quam nos Galbulam vocamus auctore Pli. qui ait: Auis icterus vocatur a colore: que si spectet sanari id malum tradunt/ et auem mori: hanc puto latine vocari galbulam. De hac aue sic legimus: Galbula decipitur calamis et retibus ales. Turget adhuc viridi cum rudis vua mero. Hec etiam ficedula dicitur/ que e crocei coloris. Hunc morbum Pli. et Var. regium appellant/ quod mulso precipue curaretur. Cor. et Apu. Auruginem et auruginosum hoiez dicunt Marcel. Arquatum a colore celestis arquus.

Ichnusa pe.pro. insula sardinia dicta est: quoniam ad similitudinem vestigii facta sit/ quod grece ichnos di. Syti. lib. xij. Inde ichnusa piis grauis memorata colonis.

Ichneumon/ animal est magnitudine felis/ specie muris vulgo/ nunc murem indicum vocant. Nascitur in egypto et cum aspide pugnat. Ichneumona egyptii adorant/ quoniam oua crocodillorum conterat: et luto conuolut' cum os aperiunt ita vt ventres eorum insilire soleat: vt excesis intestinis eos interimat. Pli. etiam scribit Ichneumones esse vespas minores quam alie que vnum genus perimunt ex araneis phalangium appellatum.

Ichnographia est circini regule modice continens vsus ex qua capiuntur formarum in solis arearum descriptiones. Auctor Victru.libro.].

I ante D

Id variis modis vsurpatur ab auctoribus. Cum enim dicitur id quod res est: idem est ac si diceret/ quod verum est. Ter. in adel. Verum cogito id quod res est. Id etatis sum. i. in ea etate sum. Aliquando ornatus tamen causa di: vt id quod. i. quod. Idipsum. i. hoc. Cice. Lentulo. Multi rogabant: atque idipsum consulibus inuitis. Ab id fit idcirco coniunctio et ideo.

Ida idem/ mons altissimus qui ad troadem spectat/ habetque multos pedes. Latus eius septentrionale ex angustus abydi vsque ad Esapum et Cyzicenum agrum ad propontidem pertinet: occidentale ad hellespontum respicit: australe promontorium facit: quod lectum appellatur orientalis idem ad Mysos declinat: abundatque mons aquis et multa fluminis ex eo descendunt in cuius summitate locus fuit Gargarus appellatus a quo gargara colica ciuitas dicta est. Ouid. li.iiij.fas. Dindymon et Cybelen et amenam fontibus idam. Ida etiam appellata fuit Dardani scytharum regis filia.

Ideus a.um. nomen ab ida deductum. Proper. Cedite iam diue quas pastor viderat olim: Ideis tunicam ponere verticibus. Est et nomen proprium viri quem troianorum preconem dixit Homerus.

Idalus/ mons est et nemus in Cypro quondam veneri sacer vbi et breue oppidum fuisse traditur. Unde et venus idalia appellata.

Idaspes/ fluuius insignis magnitudine in quo auree harene et gemme dephendunt. Fluit per parthos et indiam et ample profundoque aluo crebras facit insulas. Postremo quattuor susceptis fluminibus Indo flumini admiscetur. Dict' Idaspes ab idaspo medorum rege.

Ideo pe.pro. απο του ειδεσθ. Ideas inquit Aug. libro lxxx. questionum latine possumus vel formas vel species dicere: vt verbum e verbo transferre videamur. Ideas primus Plato appellasse perhibet. Sunt autem idee exemplaria eterna eorum que naturaliter fiunt imortales/ imutabiles/ inuiolabiles. Et vt res apertior fiat/ opus est preter omnes homines intelligere quendam hoiem. Et preter omnes equos equum. Et preter animalia/ animal ingenitum. Et quemadmodum ex vno sigillo complures fiunt impressiones: sic ex vno homie sexcenta milia hoim. Et hec est Platonis Idea. A quo Arist. dissentiens nullas putat esse Ideas. Euse.lib. preparationis. Ideam sic diffinit: Idea est perpetua substantia causa et principium: vt singularia talia sint/ qualis est ipsa: et quemadmodum sensibilium exemplaria ad hec corpora precedunt: sic que oia in seipsa continet pulcherrima atque perfectissima huius mundi exemplar est: ad quam a creatore deo ab vniuersa substantia mundus simillime formatus est.

Ideo coniunctio est: et significat ob eam causam.

Idcirco/ propter hoc: similiter coniunctio est.

Idem componitur ex is et demum. i. iterum is. Et tam in genere mas. quam neu. noiatiuus hecnon actus mas. et fe. generis mutat m in n aut d euphonie causa: vt eundem/ eadem. Ceteri vero casus ex integro et corrupto compositi inueniuntur: vt eadem/ eiusdem/ eidem/ eodem. Idem eedem/ eisdem/ eosdem. Itaque per duo ii/ vel per e et i regula exigit scribi tam noiatiuum pluralem masculinum quam datiuum et ablatiuum pluraleo. Solent tamen auctores et per synerelim vnam pro duabus ponere. Et in neutro idem geminatur compositio et dicimus identidem. Sed cum idem est generis masculini producitur i. In neutro vero corripitur. Virgi.lib.iiij. Idem ambas ferro dolor atque eadem hora tulisset. Iuue. Si fecisset idem caderet sub iudice morum. Ponitur interdum idem

pro etiā. Cice. Et huic cōiuncta beneficētia: quā eandē vel benignitatē vel liberalitatē appellare licet. i. quā etiā Quinti. Si eām veneficā: dicat adultera nō M. Catonis dānata iudicio videt̄ q̄ nullā adulterā nō eādē eē maleficā dixit: Ab idē fit itidē/ qđ est quasi itē idē: qđ significat sīliter eodē modo.

Idētidē pe. cor/ cōponit̄ ex idē ꝛ idē: sed m in n mutatur ꝛ t interponit̄ euphonię causa. Cui᷒ obliq̄ deficiūt: significatq̧ frequēter ꝛ eodē mō siue illud idē ꝑ eundē modū. Liui. li. j. Unā lōge añ alias insignē specie et pulchritudine a globo thalassi cuiusdā raptā ferunt: multisq̧ sciscitātibus cuinam eā ferrēt idētidē ne q̄s violaret thalasso ferri clamitatū. Pliñ. Centū milia nūmorū pro domo eius idētidē promittēs. Sue. in Cęsa. Cum. M. Cato identidē nec sine iureiurando denunciaret delaturū se nomē eius simul ac primū exercitū dimisisset. i. frequēter.

Idios gręce/ proprius. Unde Idiota. Idos vero latine forma a quo idolum.

Idiographū pe. cor. latine priuata scriptura.

Idioma atis/ ꝓprietas sermonis: vt sunt q̄nq̧ idiomata. i. dialectici grecorū.

Idiotes siue idiota/ indoct᷒ siue illiterat᷒: q̄ vocabulo Cice. in Pisonē ꝛ alij frequēter vtunt̄. Dicit̄ etiā inutilis: q̄si tm̄mō ꝛ nō plurib᷒ vtilis ꝑuatis: plebeius/ Luci. Quid ni tu idē illīratū me atq̧ ideotā diceres?

Idolū pe. pro. dicit̄ simulacrū. Nam apud grecos scribitur. ειδωλον. Nam ειδοσ forma dicit̄.

Idolium diminutiuū est.

Idolatra vel idolatres seu idololatra vel idololatres idolorū cultor. Idolatria seu idololatria/ simulachrorum cultura. Nam λατρευω a quo latria deducit̄ apud nos colo interp̄tat̄. Est enim cōposita dictio ex idolo ꝛ latria cultura. Hiero. cōtra Ioui. Nec mirum si omne qđ in macello vēdit̄ ap̄lus emi iubeat ꝛ comedi cū idolatriis: ꝛ adhuc in templis idolorū quasi idolothyta vescentibus pro sūma abstinētia fuerit cibis tantū abstinere gentiliū.

Idolothytū pe. pro. dici pōt imolatū idolo: vt est apud ap̄lm. Nōne cōsciētia eius cū sit infirma/ ędificabitur ad comedendū idolothyta.

Idolothysia cū accētu in pe. imolatio q̄ fit idolis.

Idothea/ nomē ꝓpriū filię Preti argiuorū regis.

Idomeneus/ Deucalidis filius cretēsiū rex q̄ cōtra troianos strenue dimicauit: ꝛ petiliā vrbē super Salentinum montem calabrię condidit.

Idoneus a. um. quod est ad omnia aptū tam mala q̄ bona. Teren. in An. Adeon videmur vobis idonei/ in quibus illudatis.

Idas idę/ nomen propriū mariti Marpissę: qui omniū formosissimus fuit.

Idumęa cū diph. regio sirię: q̄ (teste Pli. lib. v.) a meridie arabiā habet: a septētrione phenicīā. In qua est vrbs Idume pe. pro. finitima phenicię palmis abūdans. Luca. lib. iij. Gazaq̧ ꝛ arbusto palmarū diues Idume. Inde fit idume᷒ a. um. Virgil. lib. iij. geor. Primus Idumeas referā tibi mātua palmas. Hiero. ad Darda. Idumeos q̄q̧ a meridiana plaga vix vigintiq̄nq̧ ab hierosolyma millibus separatos.

Idus feminini generis ꝛ tm̄ pluraliter dici pōt diuisio. Unā ꝓprie existimant̄ dies q̄ diuidunt mensem. Diuidunt eñ menses ꝑcipue nonas a calēdis. Iduare siquidē ethrusca lingua diuidere est. Sunt etiā q̄ dicant Idus quasi vidus: v littera detracta/ ꝙ tūc plena luna videat̄. Alij απο του ειδουσ. hoc est a specie deducūt/ ꝙ ea die luna plenissimā speciē ostendat. Alij ab ioue quasi iduli: qm̄ apud thuscos omnibus idibus ioui imolabat̄ a flamine.

I ante E

Iebus ciuitas metropol̄ q̄ postea salē: tertio hierosolyma ꝛ nūc helia dr̄. A iebꝰ dicti sunt iebusei: de q̄bus Hiero. ad Darda. scribit/ ꝙ a iudęis expelli nequerit sꝫ remāserūt cū eis in scādalū exēpluq̧ vicinorū: itācū: vt vbi tēplū ꝯditū est: arce orne fuerūt iebusei.

Iecur oris: ꝛ iocinoris: q̄ grās vt inq̄t Pris. videt̄ a nominatiuo iocin᷒: qđ nō est in vsu. Pli. Sex victimarū iocinora replicata/ intrinsec᷒ repta sunt. Dicit̄ ꝛ iecinus eris/ sicut mun᷒ eris. Et significat hepar. Unā et fibras iocinerū dicim᷒. In hoc irę ꝛ insanię causam eē volunt/ sicut pauoris in corde/ in splene letitię. Iecur cōnectit̄ cordi ꝑ venas/ q̄ sanguinis alimēta iocinori ꝑstant. Et hęc eadē ab ipso iecore distribuunt̄ in venas/ vnde colorē accipit. Habet eñ iecur sanguinis cōcreti colorē: ꝛ in eo amoris est sedes: vt tradunt sapientes: diuiditurq̧ in quattuor fibras.

Iecusculū dimi. paruū iecur. Pli. Muriū iecusculis fibre ad numerū lunę dierū in mense cōgruere dicunt̄.

Ientaculū cibus q̄ añ prandiū sumit̄: qui prandiolū seu prādiculū ꝛ vulgo collatio dicit̄. Sue. in vitel. Epulas trifariā semꝑ: interdū quadrifariā dispertiebat in ientacula ꝛ prādia ꝛ cęnas comessationesq̧. Mart. Surgite iā vendit pueri ientacula pistor. Cristatęq̧ sonāt vndiq̧ lucis aues.

Iento as. aliquid añ prandium gusto. Var. in mar. Ut eant ac rempu. administrent ꝙ populū iētent. Afra. Hū exeo domū ientare nulla inuitat.

Iessen/ oppidū Herouū vocant: quo Ioseph in occursū patris Iacob in ęgyptū processit.

Ieiunium/ tempus quo a cibis abstinemus.

Ieiuno/ a cibis abstineo. Ieiun᷒: q̄ a cibis abstinet.

Ieiunū penul. pro. Intestinū sic dictū: q̄ nunq̄ qđ accipit/ ꝯtinet: sed ꝓtinus ad inferiora trāsmittit. Hoc maiores nostri hirā: ꝛ ꝑ diminutionē hillā dixerunt vt inquit Festus ꝛ hillum neutro genere.

I Ante G

Igitur collectiua vel rōnalis cōiunctio est. Colligit eñ supradicta illatione: hoc est rōne confirmat. Cice. ꝓ Liga. Habes igit̄ tubero qđ accusatori maxie optādum cōfitētis reū. Dicit̄ et illatiua/ ꝙ prępositis aliūs informat̄. Ponit̄ interdū ꝓ deinde siue postea. Ter. in Eunu. Quid igit̄ faciā? Plau. in am. Si alit̄ erūt animati neq̧ dent q̄ petāt sese igit̄ sūma vi: armisq̧ oppidum eorum oppugnaturos.

Ignis a gignēdo. i. nascēdo dr̄/ ꝙ in eo nihil nascatur: ꝛ oē qđ nascit̄ eū amittit ꝛ frigescit: vel ꝙ seipm pariat ꝛ paruis scintillis crescat in imēsum. Sumit̄ q̄nq̧ ꝓ meretrice: vl̄ q̄ amator vrit̄. Virg. At mihi sese offert vltro me᷒ ignis amyntbas. Vel q̄ meretrix auida est: vt ignis alimētorū. Hinc igne᷒ a. um. vt calor igneus.

Ignis sacer/ morbus est a Pli. dict᷒ q̄ a Diascoride vocatur Erysipelas. Sūt ꝛ morbi q̄dā Erisipelatodes vocati q̄tiēs accēsio interna cū dolore vehementi circū viscera ꝑcipit̄. Sed cū in cerebrū subit id malū refrigerant̄ ꝛ impallescūt ora Erysipelas et in vulneribus q̄ꝫ dr̄/ cū suꝑ inflāmationē rubor vlc᷒ ambit: isq̧ cū dolore ꝓcedit: vt ait Celsus. Idē auctor ignē sacrū ab Erysipelate diuersum facit. li. v. Genera ignis sacri duo reddēs. Alterū in altitudine pustul̄ cōtinuis. Alterū i sūmę cutis exulceratōe latū inexq̄bile Erysipelas Galeno ꝓprie is tumor est q̄ ex tenui sanguine interim ꝛ cū bilis parte incēso ac feruēte ꝯsistit.

Ignio is. iui. itum. inflāmo. Hiero. Eloquiū dñi igniuit eum. Unde ignitus pro candente. Idem: Vox hois mulieri sagitta ignita diaboli. Et Apuleius ignitam esse martis stellā dixit.

Igneo es. A quo ignesco is. Et est ignescere/ ignem fieri: quo Plinius vtit̄/ non ignire.

Ignifacio /ignem accendo siue ignitum reddo: a q̄ ignificus sator discordie.

Ignipotens/dictus est Vulcanus /ꝙ ignis potestatem habeat: habetq; accentum in antepen.

Ignivomus pe.cor. ignem vomens. Lactan. Alti⁹ ignivomū solē celi orbita ducit.

Ignitabulū/ignis receptaculū.

Ignarius/lapis dicit̄: ex quo ignis excutitur.

Ignea q̄dā vasoꝝ fictiliū vitia q̄ coquēdo ↄtrahunt̄.

Ignavia ab ignau⁹ fit/ ⁊ est cōtraria fortitudini: cum qđ ratio aggredi fortiter suadet: id nos formido aggredi dissuadet: ⁊ ab audēdo retinet. Cic. in Lel. Ut bonitas malicia/tēperantia libidinē/ignaviā fortitudo. Idē: Ignaviā pusillā ⁊ abiectū animū esse ostēdit ad Celiū scribēs. Etenī etiā hoc genere gloriari solitum esse familiarē nostrum Hortensiū ꝙ nunq̄ bello civili interfuisset hec nostra laus erit illustrior: ꝙ illi tribuebatur ignavie ꝺ nobis id existimari non posse arbitror. Nec me ista terrerēt que mihi a te ad timorē fidissime atq; amātissime ꝓponunt̄. Quid aūt sit fortitudo idem lib. iiij. ad Heren. ostendit. Ista non est fortitudo inquit sed temeritas: ꝓpterea ꝙ fortitudo contēptio est laboris ⁊ periculi cū ratiōe utilitatis ⁊ cōpensatione cōmodorū. Temeritas est cū incōsiderata dolorū perpessiōe gladiatoria periculorū susceptio. Sal. de ignavo ⁊ ignavia sic scribit. Cōptū ego habeo milites ꝟba virtutē nō reddere: neq; ex ignavo strenuū/nec fortē ex timido exercitū oratiōe imperatoris fieri. Et paulopost. Scitis equidē milites socordia atq; ignavia lentuli qui tam sibi nobisq; cladē attulerit. Ex his colligi pōt/ ꝙ gnavus sit is qui industrius est ⁊ strenuus siue fortis. Cuius contrariū est ignavus: qui non est industrius .i. qui negligit aut formidat se exercere in aliqua arte ꝓpter laborē. Virg. Ignavū fucos pecus a presepibus arcent: aut q̄ formidat periculū aggredi qđ fortis ⁊ sapiens formidare non debet: vt Cice. Hortensio dicit tributum esse ignavie ꝙ nunq̄ bello civili interfuisset. Differt tamē ꝯtrum intelligo inter gnavū ⁊ industriū/ ꝙ gnav⁹ proprie is sit qui ad subeūda pericula ac labores tolerādos sapiens ⁊ fortis est. Industrius qui ingenio cuꝫ multū valeat: vt artifex bon⁹ aliquid struere ⁊ negociari/non ociari studet. Cice. ꝓ pōpeio inter gnavos ⁊ industrios distare ostēdit/dicēs: Ceteris ordinibus hoīes gnavi ⁊ industrij partim in Asia negociantur: quibus absentibus vos cōsulere debetis: partim eorum in ea provincia pecunias magnas collatas habent. Cōponiturq; ignav⁹ ex in ⁊ gnavus: siue ex in ⁊ navis n. in g. mutata. A navis eñī ⁊ gnavus dicit̄/sed ꝓprie navus: gnavus ꝟo per assumptionē g. dictus navus celer ⁊ strenuus a naviū celeritate.

Ignavit/ignarum fecit. Afra. In parte inferiori hic implicatur caput fateor: sed sepe ignavit fortēꝫ in spe expectatio.

Ignoro as. pe. pro. nescio ⁊ ab ignar⁹ fit: qđ ab in ⁊ gnarus cōponit̄: hoc est nesci⁹. Gnarus ꝟo idē est qđ sci⁹ ac peritus. Colu. in ꝑfa. Armorū ac militie gnaros. De ignarus. Ter. in Eu. Imprudēs harū ignarusq; omniū. Cice. Neq; eñī tāte difficultat⁊ erā ignarus. Vir. ꝓ imemor posuit. O socij neq; eñī ignari sum⁹ aū malorū. Et alibi ꝓ eo qđ est aliter disponēs. Aut q̄nā ignarū nostris de⁹ appulit oris? Ab ignoro fit ignorantio ⁊ ignorātia. Sed ignoratio ad dictū ⁊ rem ꝑtinet q̄ penit⁹ nescit̄: nec sciri pōt nisi ꝓdat̄: vt Cice. lib. iij. offi. Quot⁹ eñī q̄sq; repit̄ q̄ impunitate ⁊ ignoratiōe oim̄ ꝓposita abstinere possit iniuria? Ignorātia ꝟo ad ingeniū humani vitiū ꝑtinere pōt qñ q̄s per ignorātiā nō satis intelligit q̄d faciat vel dicat. Aliqñ etiā sine humani ingenij vitio esse pōt ignorātia: vt si q̄s nesciat ea q̄ ad se nō attinēt. Hic tum harū rerum ignorās erit: ⁊ ignorātiā harū rerū habere dicet̄ ⁊ ꝑ ignorātiā carū dicet aut faciet interdum ea q̄ si sciret non diceret neq; faceret. Quo quidē modo accepisse puto Ciceronē in Lel. cum dixit. Ut in fabulis q̄ aliquādiu per ignorātiā stirpis generis in famulatu fuerunt. Ignorantiā non ignorationē dixisse reor magꝭ ꝓpter hoīes q̄ ignorātes erāt stirpis illorū q̄ ꝓpter ipm̄ genus stirpis qđ ignorabat̄: quasi si hoīes id rescivissent nō illos in famulatu eē permisissent. Hec autem differentia fit: quoniam ignoro varie sumit̄: vt sic dicā hoc ignoro: ⁊ causa sit: q2 id non ꝓdit̄ mihi. Tunc q2 hm̄oi causa non ex me ꝓvenit/ sed ex re q̄ nō ꝓdit̄ mihi: recte ignoratio dicit̄. Alio modo hoc ignoro ⁊ causa sit: q2 nolo aut nequeo id apprehēdere etiā si ꝓdat̄ mihi. Aut ideo hoc ignoro ꝙ ad me id non attinet: ꝓpterea non id quero scire: tunc hec ignorātia dicēda est/nō ignoratio qm̄ ad hoīs ꝑsonā q̄ id ignoravit hoc magis ꝑtinet q̄ ad rē q̄ sciri penitus nō posset. Vñ Do. Imprudēs per se: ignarus ꝑ alios. Ita ⁊ nos dicimus: Ignorās per se. Ignarus ꝑ alios. Et ignorātia per se: ignoratio per alios.

Ignorabilis/qui nō cognoscit̄. Plau. Quis hic est qui oculis obviā ignorabilis obijcit̄?

Ignobilis dicit̄ ignotus. Virgi. lib. vij. Solus ibi ⁊ sylvis italis ignobilis evū Exiget. Aliquādo dicit̄ stultus: vt ignobile vulgus.

Ignomines q̄ laude ⁊ glīa carēt/q̄si inglorij illaudati.

Ignominia nominis nota. Cice. lib. iiij. de repu. Itaq; cum omnis ea iudicatio versēt̄ tantūmodo in nomine: animadversio illa ignominia dicta est. Cōponit̄ eñī ex in ⁊ nomē g interposita quasi cōtra nomē. Nā nomen ⁊ ignominia contraria sunt: Quis sit ⁊ bonū nomen ⁊ malū nomen: tamē nomen simpliciter ꝓ honore etiā sumit̄: vt Cice. indicare videtur/sic scribens Thermo. Ostendit graves te susceptuꝝ inimicitias si adolescēs potēs ⁊ nobilis ignominia affectus erit. Et hercle sine dubio erit ignominia. Habes eñī neminem gradu superiorem.

Ignosco is. ignovi tum. valde nosco ⁊ disco. Auget eñī hic in Var. Vos qui in theatrū voluptatē aurib⁹ aucupatum ↄcurristis/domo adeste: ⁊ a me q̄ ferā ignoscite domū vt feratis a theatro litteras. Aliqñ ignoscere est veniā dare ⁊ excusatū habere. Unde in privativa est quasi nō agnosco errorē. Cice. ad Cesa. Iuni. Nam ⁊ ꝑteritis ignoscis ⁊ ↄcedis futura. Lactā. lib. v. posuit ꝓ nō cognosco ⁊ nō intelligo. Tum q̄d legerint/ignoverunt. Gel. lib. j. Cōtra patriā inquit Cicero arma ꝓ amico sumēda non sunt: hoc profecto nemo ignovit .i. nescivit. Habet hoc verbū participia ignotus ⁊ ignoturus. Cice. in Cato. Ignotum alteri ꝙ patrem: alteri ꝙ tutoreꝫ secutus esset Cato libro quinto oři. Quod eorū nemo mihi ignoturus est. Quidam tñ contra regulam a presenti tempore hoc derivativum protulerūt ignosciturum. Piso fru. libro. ij. annal. Quocunq; deliquisset ignosciturum affirmabat.

Ignotus incognitus .i. qui ignoratur. Interdum ponit̄ pro inscio: hoc est pro eo qui ignorat. Quinti. Neq; tamē erret ignot⁹ nō est filij mei noverca sed mater .i. ignorans.

I Ante H

Ihesus. pe. pro. Sūt aūt tres syllabe grece ΙΗΣΟΥΣ Hebreū nomen est qđ apud nos salvator noster dicitur: qđ cōvenit regib⁹ ⁊ ducibus q̄ salutē sequētib⁹ se populis darēt. Unde legim⁹ in libris moysi ꝙ Ause Naue filius cū elect⁹ esset dux populi cōmutato noīe de Ause Ihesus cognominat⁹ est: qui adductū de terra egypti populū: ⁊ de erroribus eremi liberatū in terrā repromissionis induxit.

I Ante L

Iba vel ilua insula in mari thusco distās a cōtinēti decē milib⁹ passuū. De qua Pli. refert hoc esse verū/ φ in aliis regiōib⁹ effossis metallis terrę sunt vacuę: apud Ilbā sublata renascunt̃: ꝛ rursum de eisdē locis effodiuntur. De qua Virgi. lib. x. Insula inexhaustis calybum generosa metallis.

Ille cū emphasi dr̄ ꝑ eminētiā. Terē. in an. Hic ille est. Sic dicim⁹: Archytas ille tarētinus. Aliqñ ponitur ad maiorē expressionē. Virgi. Ille ego q̄ quōdā gracili modulat⁹ auena carmē. Aliqñ ponit̃ ꝓ is: vt apō aplm. Nō q̄ seipm̄ cōmendat: ille ꝓbatus est. Aliqñ ꝓ aduerbio loci. Virg. Illi mea tristicia fata. Degeneremq̄ neoptolemū narrare memēto .i. illic. Aliqñ pro ibi. Teren. in Phormio. Dum sedemus ille interuenit. Vide etiā in dictione is.

Ile ꝑ simplex l/significat id qđ in sūma parte collocatū est in homine: ꝛ colon gręce dicit̃. Unde colici dolores in crassioribus intestinis.

Iliā orū. sumūt̃ ꝓ ea parte quā gręci ab inanitate κενεῶνα: ꝛ φ flacida sit: etiā λαγῶνα vocant. Cel. li. iiij. Ipsa ilia inter coxas ꝛ pubē in imo vētre posita sūt. Lactes sunt graciliora intestina q̄ tria sunt: Tenue: Ieiunū: Piluros. Id qđ ieiunū dr̄ Varro illā siue hiram vocauit. Sed hoc de ilib⁹ interiorib⁹ intelligit̃ q̄ sunt arterię q̄dā. Pli. lib. xi. Inter eas ꝛ aluū arterię ad pubē tēdētes sūt q̄ ilia appellant̃. Sed exteriora ilia lat⁹ patēt. Nam ea pars q̄ maxime respiratione in lateribus cōcutit̃: hoc noīe cōprendit̃. Persi. Ilia subter cecū vuln⁹ habes: sed lato balthe⁹ auro ꝓtegit. Et est hoc nomē tā secūdę q̄ȝ tertię declinationis: Cel. lib. iiij. Deinde sup̃ rectū intestinū ꝓgressa iliis fęminę latera sua conuertit. Iuue. Vis frater ab ipsis ilib⁹. Ad iliis iliosus dr̄ q̄ iliorū dolore laborat qui a grecis lagonenponon qui est alius q̄ȝ laterum: hoc est pleuritus.

Ilia ę. dicta est Romuli ꝛ Remi mater.

Ila ab ina fit quo noīe (vt ē apud festū) tenuissima pars rei siue pellicula significat̃. Var. scribit hilā esse farciminis genus ab hilo dicta .i. re minima.

Inchoatiua verba vulgo dicta sunt quę in sco desinunt. Sed hęc vt a Prisciano dissentiā augmentatiua magis appellare libet: quoniam augmentum non inchoationem significent: vt calesco: frigesco: quorum alterum significat calidus fio: alterum frigidus. Aliquādo tamen comparatiue: id est maiori cum augmentatione sumuntur. vt Qui sordet sordescat adhuc: id est sordidior fiat. Uirgilius. Sin in pcessu cepit crudescere morbus. Ubi Seruius exponit crudescere validior fieri. Idem. Aegrescitq; medendo. Exponitur inter medendum fit egrior. Et illud Lactan. Ne si nostra inualuerint: id est validiora fiant. Aliquando comparatio apponitur. Terentius in heautontumorumeno. Nam mihi quottidie augescit magis de filio ęgritudo. Uirgilius libro. vij. Et magis effuso crudescunt sanguine pugnę q; autē significent incrementum: interpretum auctorumq; idoneorum auctoritate simul et ratione probandum duxi. Nonius in priscis dictiōibus. Albicatur: candidatur: exalbescit. Purpurascit purpureum fit. Cicero libro. ij. Acad. Quid mare nonne ceruleum? aut eius vnda cum est pulsa remis purpurascit. Nigidius. Dicemus quę vetustate deteriora fiunt vetustescere: inueterescere quę meliora. Dona. in Hecy. prolo. Nonas qui exactas feci: vt inueterescerēt ait. Inueterescerent in cōsuetudinem venirent spectarentur: amarentur. Et in Andria. Uah perij: hoc malum integrascit exponit. Integratur quod est instaurat. Similiter apud Uirgilium libro. iij. Georgicorum. Aeraq; dissiliunt vulgo vestesq; rigescunt. Seruius. Rigescunt durantur Festus. Remorbescat: in morbum recidat. Et obberbescere: herbam increscere. Cicero libro. iiij. Tusculanarū. deferuescere pro decrescere exponit. Aut rogandi inquit orandiq; sunt: vt si quam habent vlciscē di vim differant in tempus: dum deferuescat ira: deferuescere aute; decrescere significat ardorem animi inuita ratione excitatum. Ex quo illud laudatur Archyte: qui cu; villico factus esset iratior. Quo te modo inquit accepissem ni iratus essem. Ide; pro Marcello. Nihil opere et manu factum quod nō aliquando conficiat ⁊ consumat vetustas. At vero hęc tua iustitia et lenitas florescet quottidie magis. Quis interpretetur vt florescit incipiat florida fieri cum quottidie Cęsaris lenitas magis florida fieret? Si quotidie magis id fiebat profecto ista continuatio dierum dum hoc fieret iam ab initio rem inchoatā semel fuisse non quotidie incipi aperte demonstrat. Similiter Terētius in heautontumorumeno. Nā mihi quotidie augescit magis de filio ęgritudo. Cicero etiam in Catone. Ita sensim sine sensu ętas senescit nec subito frāgitur: sed diuturnitate extinguitur. Si ętas sensim senescit: an sensim incipit: semper senescere: si ita est: ergo plus millies ista inchoatio fiet. Et sic totiens desinet fieri senex: quotiens sensim senescet. Sed quoniā ab initio quo cępit senex fieri nūq; omnino desiit fieri senex: patet q; senesco significat senex fio: non incipio fieri senex. Simile est illud Lactan. libro. vij. Quos autem morbus interemit spiritum diutius exhalant vt paulatim frigescentibus membris anima effletur. Ambrosius libro Hexa. de phenice aue sic inquit. De cuius carnis humore vermis exurgit paulatimq; adolescit ac processu statuti temporis induit alarum remigia. Plinius libro quoq; .xx. de ortu rosę paulatim inquit rubescens dehiscit. Quo pacto rubescens significare potest incipiens fieri: vel esse rubra: si paulatim rubescit: nunquid totiens incipit esse vel fieri rubra: quotiens paulatim rubescit? Si ita est qd tamen nō est totiens quoq; necesse erit eam desinere fieri vel esse rubram vt possit incipere fieri vel esse rubra. Sed non recte dicere possumus incipit esse: vel fieri rubra cum iam mediocriter vel parum rubra facta sit. Qua propter in buccolicis. Sępe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus. Dicit Seruius. Nemo vnam et eandem rem sępe inchoat. Hoc est non dicitur inchoare: quando id prosequendo sępe facit. Quod idem Plinius libro. xxxj. ostendit. In Sicilia quidem circa Messanam et Milas hyeme in totū arescūt fontes: ęstate exūdāt. Si in totū hyeme arescunt certe non partim siccantur vt inchoatio arescendi ex parte intelligi possit. Preterea si ista verba inchoationem significarent quid opus esset poetas: oratores historicosq; illis vel cępi vel incipio addere Non enim putandum est tam excellentes viros temere: sed consulto id effecisse nulla eos pręsertim vrgente causa: iungimus autē hęc duo verba istis ver/

bis in sco terminatis: sicut et aliis cuz aliquid inchoari significare volumus: que ex hoc potissimum inuenta esse intelligimus vt p̄dictis verbis ⁊ omnib⁹ aliis iungi possent: cum in eis inchoationem designari necesse foret: quod nō fieret si ex se inchoationē significarent. Quare Virgilius dixit. Sin in processu cepit crudescere morbus. Columella libro. vii. Decimo tamen anno tempora canari incipiunt ⁊ supercilia: nōnunq̄ canescere: ⁊ dentes p̄minere. Et libro. vi. Cytisum cum aridum facere voles: circa mensem septēbrem: vbi semen eius grādescere incipiet cedito paucisq̄ horis dum fracescat in sole habeto. Et libro. xii. Oleum fit optimuz ex varia oliua cū incipit nigrescere. Iterum ibi. Atq̄ conualescere ceperunt adiecta humo incrementa eorum prosequenda sunt. Et rursus. Non ante legendū est q̄ cū maturescere ceperit. Cato de re rustica. Et vbi primum incipiunt hiscere tum legi oportet. Plinius libro. xi. Et cum mella ceperint maturescere abigunt eos. Idem libro. vii. Samara colligenda est circa martias kalendas cum flauescere incipit. Cesar in com. Cum maturescere frumenta inciperent. Lactantius libro. iiii. Cum primū adolescere cepit. Et libro. vii. de roma loquens. Cū q̄ esset adolescentia eius fine punici belli terminata tum deniq̄ confirmatis viribus cepisset iuuenescere. Hieronymus libro. ii. Regū. Et cum de nocte surrexeritis: ⁊ ceperit illucescere p̄gite. Gellius. Iam eñ fama virtusq̄ felicitatis romane apud exteras gentes enitescere inceptabat. Cicero de natura deorum In his animantibus que lacte aluntur omnis fere cibus matrum lactescere incipit. Et alibi dixit orationem suam canescere cepisse. Salustius in Iugurtha. Sed vbi dies clarescere cepit. Idem in Catil. Post q̄ diuitie honori esse cepere: ⁊ eas gloria imperium potentia sequebatur: hebescere virtus paupertas p̄bro haberi: innocentia pro maliuolentia duci cepit. Hec extrema a me posita sunt propter nōnullos qui inter doctissimos habiti sunt asserentes verba in sco finita raro ⁊ in licentia latini sermonis iungi cum verbo incipio cum ⁊ alia permulta reperiantur que pretermittenda duxi ne in maius q̄ par sit volumen excresceret. Quiescant igitur omnes qui ea verba inchoatiua appellari volunt: quando tot tantorumq̄ interpretum atq̄ auctorum sententiis refragari non licet. Formātur hec verba vt plurimuz a verbis neutris secūde cōiugationis a secunda persona iuncta co syllaba: vt albeo es: albesco: caleo es calesco. Quedā tamen ab actiuis vel neutris transitiuis deducuntur que passiuam nihilominus significationem innatam habent sicut illa que a neutris secunde coniugationis sunt: vt augesco ab augeo: integrasco ab integro. Sanesco a sano a in e mutata. Siccesco: curuesco: mollesco: macesco: maturesco: hilaresco: grauesco: grandesco: que tametsi a nominibus venire posse videantur: tamen a verbis eorum vel actiuis vel neutris transitiuis ferme omnia venire magis credo. Quedam vero a nominibus formari conuenit: vt mitesco: dulcesco: crudesco: ⁊ sterilesco: lapidesco: raresco: crebresco. Sunt etiam quedam ambigua: et varia que significationem passiuam habent innatam: et a neutris veniunt: et nihilominus etiam actiuam habere reperiuntur: vt horresco perhorresco. Virgili⁹. Nec tu mensarū morsus horresce futuros. Alia sunt que primitiuorū significationem habent: vt labasco: extimesco: pertimesco: abhorresco. Dormisco: presentisco: contimesco: prescisco: rescisco: assisco: ⁊ conscisco. Et siqua sunt alia. Alia terminantur in sco: licet non sint deriuatiua: vt posco: disco: glisco: offusco: inesco. Sciendum etiam ꝙ etiam hec verba de quibus agimus habent preteritū perfectum: q̄uis multi negent: sed falluntur: quoniam cum primitiuis eorum: aut ea cōmunia habent: aut certe mutuo ab illis accipiūt quod Priscianus in verbis assisco et descisco non dissimulauit. Assisco inquit assciui assciituz. Descisco desciui descitum. Vbi Liuius exempluz ponit. Descitum a romanis. Postea vero subdit. Et notandum ꝙ ab inchoatiuo Scisco: assisco: ⁊ descisco cōposita primitiui scilicet scio habuerunt preteritum. Scdm v̄o rectam proportionem debent eorū quoq̄ preterita asscio ⁊ descio esse. Ecce Priscianus dedit preteritum primitiui assisco ⁊ descisco. Inchoatiuū Scisco appellans cum tamen inchoatiuum non sit: neq̄ habeat significationem verborum in sco desinentium. Diomedes quoq̄ preteritum ostendit adolesco inquit adoleui facit. Virgilius. Mox cum matura adoleuerit etas. Columella libro. ii. Sed hoc idez semen cilicie syrieq̄ regionibus ipse vidi mense Iunio Iulioq̄ conseri: et per autūnum cum permaturuit colligi A permaturesco est. Significat enim permaturum factum est. Et libro. x. At circa kalendas Martias locis apricis licet porrum si iam ingranduit transferre. Ab ingrandesco est non ab ingrādeo quod nescio si inueniatur: nec si inueniretur ab eo esset: quia ingranduit: grande factum est significat: non autem grande fuit: quod significaret si ab ingrandeo esset: sed sensui non cōueniret. Salustius. Hi postq̄ cōuenerunt in vna menia dispari genere dissimili lingua alii alio more viuētes incredibile memoratu est q̄ facile coaluerunt. Hic coaluerunt non est preteritum coalo neq̄ coaleo: quod nō puto reperiri. A coalo esse nō potest: ꝙ significatio actiua repugnaret sensui orationis ergo in ea est: qua coalesco quod concresco significat. Lactantius libro. v. Quinimo si qua illis fiducia est vel in philosophia: vel in eloquentia arment se: ac refellant hec nostra si possunt: congrediantur cominus et singula queq̄ discutiāt: decet eos suscipere defensionem deorum suorū: ne si nostra inualuerint vti quotidie inualescunt cum delubris suis ac ludibriis deserantur. Inualuerint validiora fiant ab inualesco: quoniam subditur: vt quotidie inualescunt Quintilianus libro. v. insti. ora. Iam illa flāma que magna congerie conualuerat diductis quibus alebatur concidet. Significat cōcreuerat siue valida facta erat non valida fuerat: a conualesco est: non a conualeo. Peccauit interpres nostri temporis cum inquit. Surdaster qui parum audit Hinc obsurdeo. Cicero lib. vi. de rep. Hoc sonitu ois fere cōplete aures hominū obsurduerunt. Hic obsorduerunt significat surde facte sunt ab obsurdesco. Non autez surde fuerūt ab obsurdeo: quasi non amplius surde tunc forent. Hoc modo omnia preterita perfecta eiusmodi interpretanda sunt. Et si ambigua videbuntur disquirendum erit an a primitiuis an a deriuatiuis veniant qđ significatio ⁊ res de qua tractabitur commonebunt. Possunt nihilominus sic discerni: Vt si dicaz Canui pro canusfactus sum: tunc a canesco erit. Si vero dixero hec vestis canuit: pro cana fuit: que amplius cana non sit: vt si eam pullam feceritis tūc a caneo erit. Similiter hec arbor floruit: si de tēpore quo florida fuit loquar: tunc a floreo erit. Sin eam floridaz factā esse intelligi voluero a floresco sumitur. Hoc eñ florida facta est significabit. Illud v̄o florida fuit. Naz ꝙ ipsa primitiua quasi rem perfectaz in se habent: vt floreo: quod floridus sum siue in flore sum significat ideo in preterito eius florui illa huiusmodi perfectione caret: quoniam preterita est: eo ꝙ tunc florui in flore fui significat: ⁊ non est amplius floridus. Deriuatiua vero: vt floresco rem imperfectam demonstrant q̄uis augmentatiuā vim habeant: id est floridus fio. Ideo illam in preterito perfecto perficiunt: vt florui

id est floridus factus sum: et eam tum perfectam in se habere declarant. Ascen. Satis persuasum mihi est per Laurentiu Vallen. (cuius auctoritatib' presens author plerumque innititur: licet eius nomen fere supprimit: nisi vbi perperam precepisse putat) Verba in sco aut pro primitiuis suis poni aut intrinsecas significare passionem: neque preteritorum significatione carere: sed voce propria: quam a perfectis mutuatur. Verum argumentum illud: quo vtercque conuincere nititur: non connotare inceptionez eo q verbo inceptiuam vim habenti iungantur: non videtur mihi satis validum cum etiam verbum incipio possit geminari Ut si quis ab hostibus aut alioquin interpellatus sepe opus aliquod inceperit. Ut verbi gratia vrbis edificationem semel inceperit anno Millesimo: atque iterum millesimo quinto: et rursum millesimo sexto etc. Necque perfecerit Dicam eum incepisse incipere vrbis edificationem anno millesimo etc. Unde etiaz fieri potest: vt qui sordescit: id est incipit esse sordidus: sordescat adhuc: id est incipiat esse sordidior: non sordidus. Verutamen in valle sententiam non pedibus modo: sed vel verbis eam. Si quis autem mihi auscultare volet omnia verbis deducenda putabit. Sed quia primitiua sepe in vsu non sunt: a nominibus deducta videntur: vt ignesco: nam igneo in vsu non est: ab igne nomine deductum putes: sicut sanesco ab inusitato verbo saneo: quod esset sanus sum: factum censeam: cum sano sit sanu facio etc.

Incolatus us: ipsa habitatio seu tempus quo quis in aliquo loco habitat: vt inde discessurus sit: vt Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est.

Incolumis penultima correpta. Vide in dictione Columis. Unde incolumitas que est (vt Cicero inquit) salutis tuta atque integra conseruatio.

Incomitatus participium compositum ex in et comitatus: licet incomitor no legatur. Ambrosius. Est itaque fortitudo velut excelsior ceteris sed nunque incomitata virtus.

Incomodo as penul. cor. noceo seu damnu infero. Vide in dictione comodo.

Incomune equaliter inequali. Teren. in And. Id te oro incomune vt consulas.

Inncongelabile: quod non potest congelari. Gel. Cur fluuiorum et fontium aque gelu durentur: mare omne incongelabile sit.

Incomprehensus non comprehensus. Lactan. lib. iij. Intellexit nullo humano studio posse ad sapientiam peruenire: et ideo non oportere incomprehense atque imperfecte rei perfectu nomen imponi.

Inconciliari accusari: in conciliu vocari plautina dictio quemadmodu inforari. i. in foru vocari.

Inconcussus qui non concutitur. Lactan. lib. de ira dei. Pronus est lapsus et facilis ad ruinam: nisi pedes inconcussa stabilitate figantur.

Inconcinnus per duplex nn. incogruus. Cinn' enim plurimorum comixtio est.

Inconditus penul. cor. ex in et conditus qd a condo fit. Idem est qd inornatus incopositus. Liuius li. iiij. Cossus spolia opima regis interfecti gerens in eum milites carmina icondita equantes cu romulo canere spolia in ede Iouis feretrii ppe Romuli spolia que prima appellata sola ea tempestate erant cum solemni dedicatione dono fixit. Cice. lib. iij. offi. Dicam vt potero incondite fortasse: sed tamen vt res possit intelligi Eius simplex protulit. Plaut'. in Am. Magis iam faxo dices postque in cunis conditus est. Interdum inconditum etiam quandoque ponitur pro inconscripto Salust. in Iug. At illi quib' vires aderant ruere cuncti ad portas incondita tenere.

Inconditus penul. pro. non coditus: quod a condio fit idem est quod insipidus.

Inconsultus nome sumit pro imprudenti et quasi nulli' consilij. Cice. p Deiotaro. Ho incosultus et intemerarius hec non videbat. Quin. O inconsulta et muliebrem semper amentiam: id est imprudentem et inconsideratam. Salustius. Inconsulte ac veluti per dementiam cuncta simul agebant. Quandoque vero participium est: accipitur pro eo a quo consilium non est petitum. Varro. Etenim inscio atque incosulto domino serui sepe ex agro discedunt. Sic dicimus inconsultus medicus ad egrotum venit: id est a quo consilium nemo petiit. Interdum accipitur pro eo qui cuz quereret consilium no accepit: quasi pro indigno habitus. Virgilius. Inconsulti abeunt: sedemque odere Sibylle. Dicitur et inconsultus tus. Plaut' in Tri. Quia rure dum sum ego vno sex dies me absente atque insciente inconsultu meo edes venales hasce inscribit litteris.

Inconsutus penultima producta: non consutus. Hieronymus ad Eustochiu. Consuant tunicas qui inconsutam desursum tunicam perdiderut: quos vagitus delectat infantium.

Inconsutilis penultima cor. non consutilis: vt vestis inconsutilis que simul sui no potest. Euange. Erat aute tunica incosutilis etc.

Inconsideratus qui non considerat. Lactantius libro. j. Nemo est tam inconsideratus qui non intelligat fuisse mortales.

Incoxo as in coxam sedeo. Pacu. Adeo incoxanti mihi pes obstupuerat.

Incredibile non credibile. Terentius in Phor. Incredibile est quantum herum anteeo sapientia. Et incredibile dicitur maximu: quod vix credi possit. Idem in eadem. Quia preter spem atque incredibile hoc mihi obtigit.

Increpo as pui itum: pe. cor. significat sono. Virgi. lib. viij. At tuba terribilez sonitum procul ere canoro increpuit. Hierony. in li. Numeroz sine acto dixit. Cu que increpueris tubis congregabit ad te omnis turba Idem sine aliquo casu a parte post. Si autem prolixior atque concisus clangor increpuerit: mouebunt castra primi. Dicimus ergo Tuba increpuit sonum. Tuba siue sonus increpuit: et Ego increpui tuba. Per translationem increpare ponitur pro reprendere sed cu crepitu et verboz pedu vt strepitu. Hoc est contra alique crepado et strepedo insurgere: sed tunc increpui et increpaui preteritu facit. Hiero. in Gen. Et increpauit eum pater eius. Idem. Increpuerunt me renes mei. Item pro incitare Turpil. Age tu hymeneum increpa.

Increpito as pe. corre. frequentatiuu. Virgi. lib. x. Hostis amare quid increpitas?

Increatus no creatus Lactan. lib. j. Unus deus qui solus principat: isque amplissimus increatus.

Incresco is: valde siue magis cresco. Liui' libro. j. Carcer ad terrore increscentis audacie media vrbe iminens foro edificat. Quin. lib. viij. Hoc genus increscit ac fit manifestius si ampliora verba cum ipsis nominibus pro quibus ea posituri sumus conferantur vt Cice. in ver. Non enim fure sed raptore: no adulteru sed expugnatore pudicicie: no sacrilegu sed hostem sacroz religionuque: non siccarium sed crudelissimum carnifice ciuiu sociorumque in vestru iudiciu adduximus Illo enim modo vt sit multu hoc etia plus vt sic effici.

Incrementu ab incresco. Quin. Quattuor tamen maxime generib' video constare amplificatione: incremento coparatione ratiocinatioe: cogeries incremetu est potentissimu cu magna etia videntur q inferiora sunt.

Incubo as pe. cor. et incumbo is: ambo a cubo componuntur. Primu seruat analogiam sui simplicis: vt sit

semp pzime coniugationis. Alterũ recipit.m.et trãsit ad tertiam:ambo tamen incubui & supinũ incubituʒ faciunt:& significatione conueniũt. Est aũt incubare instare/inniti/insistere/inherere:& datiuo semper iungitur. Virg. Ponto nox incubat atra. Quintil.lib.x. Qui autẽ sciuerit quo queq; sint modo dicenda nisi tanq̃ in procinctu paratã quidẽ ad oẽs casus habuerit eloquẽtiã velut thesauris clausis incubabit. Cice. in Timeũ Platonis. Qui omnis animãtes cõplectit:id nõ pôt esse cũ altero. Rursus enim alius animans qui eũ cõtineat sit:necesse est. Incubamus enĩ terre mari pellibus spongie cardini & similibus que subiecte aut obiecte rei pportionẽ habent. Papi. Et festinãtia sistens fata salutifero mitis deus incubat angui. Incubare etiã queq; Joui dicim⁹: p eo qđ est apud Jouẽ. Plau. in Cur. Nãq; te incubare satius fuerit Joui q̃ tibi auxilio in iureiurãdo fuit. Simile huic fere verbũ videt incũbere inniti q;. Pli. Celum inqt cardini suo.i.terre incumbit. Aliubi terre ait oia inniti. Quãq; incubare ex vi ppositionis in significat intus siue super cubare. Cubare enim dormire siue descere:stare psistereq; significat. Vñ Plau. in Cas. Est ei quidã seruus qui in morbo suo imo vero in lecto ne quid mẽtiar incubat:& iterũ. Quãq; ego eã mecum rus vxorem adduxero ruri incubabo vsq; in prefectura mea. Cato de re rust. Primus cubitu surgat: postremus cubitũ eat. Col. li. viij. Et semp q̃ aridissimis filicibus vel culmis stabula constrata quo purius & mollius incubent: id est supercubent dormiant aut quiescãt. Lactã. lib. de opi. Nidos aut luto edificant aut virgultis & frondibus construunt et ciborũ expertes incubant ouis. Pli. lib.x. Oua incubari infra decẽ dies edita vtilissimũ vetera aut recentiora infecũda. Var. Que velis incubet:negant plus viginti quinq; oua incubare. Hic cum actõ iungit. Pli. li.ij. Aut si vna oẽs incubarẽt. Vel Aut si vna omnes incubaret. Hoc est si natura vna tantũ esset que mundos illos oẽs incubaret.i.occuparet possideret: amplecteret:foueret vt galline oua. Macro. quoq; de Dionysio. Siculo inqt incubator aule. Ab incubo fit incubitus us. & incubatio. Pli. Quedã aũt citra incubitum sponte natura gignit. Idem. Rara incubatio ouis noxia.

Incubones dicuntur qui thesauris inuigilãt:cum tamẽ mediocritas in reb⁹ humanis sit optima vnde theognis megareus μηδεν αγαν σπευδειν παντων μεσ αριστα καὶ ουτωσ κυρη εξεισ αρετην ην τελεθειν χαλεπον.

Incumbo is: datiuo similiter iungitur: & duo significat scʒ obnixe operando alicui rei: vt Incumbo studijs. Et inhereo. Virg. Incũbens tereti damon sic cepit oliue. Pli. libro.j. Namq; in illo caua in se conuexitas vergit & cardini suo: hoc est vndiq; terre incũbit. Frequẽter etiã actõ mediãte ad. vel in. vt a Cicerone fere semp vsurpat. Pergite inquit adolescentes & in hec studia in quibus estis incũbite. Et alibi. Quare incũbamus ad illa preclara studia. Nam cũ operi alicui faciundo incũbimus toto pectore: significatur diligentia & conatus. Similiter cuʒ accuratius quid mente agimus incũbere dicimus. Plus tamẽ inesse videt actõ cũ in q̃ dtõ: quasi sit inniti: vel insistere cõtra siue sup in quo designatur quid arduum vel mirabile vel onerosum. Et hoc ex vi prepositionis in actõ iũcte. vt Ci. p Cor. balbo mirabile a se factum fuisse declarat cum ait. Hoc siue meum siue reip. fatum vt etiam in me vnũ omnis illa inclinatio cõmuniũ tẽporũ incũberet. Onerosum seu arduũ: vt idẽ Cornificio Te tñ hortor vt omni cura in remp. incũbas: hoc est sustentandã siue tuendã qđ difficillimũ erat. Quare si dixero. Incũbo in remos maior nixus in illos designat: q̃ incũbo remis: vt sit incumbo in remos quasi totis viribus brachijs innitor contra siue super remos. Unde Hiero. vsus est prepositione sup ad Dama. Papã. Incubuit super collũ. Aliquando pro in huiusmodi forma significat irruo. Cice. pro Plancio Potius q̃ ab ipsis q̃ in teipm icubuerãt te depulsus putas. Quintil. libro. v. Et fluctus esse cum magna vis venti in mare incubuit. Virgi. tamen dtõ iungit. Incubuere mari cũ tamẽ irruo actm poscat cum prepositione in. Terẽ. in Adel. Fores effregit: atq; in edes irruit alienas: Incumbo autem ad studia significat animo & opera intendo: siue innitor ad studia: vt Cice. p Põpeio: Quare videte ne dubitandũ vobis sit omni studio ad bellũ incumbere. Aliqñ post actm adhibet adiectiuum: vt effectus rei que designatur demonstret: vt idẽ. p. L. sylla. Meminẽ esse ex illo honoris gradu qui non in studio: virtute auctoritate incubuerit ad rempu. conseruandam. Si vero nõ ponitur adiectiuum tunc subintelligit: vt sit incũbere ad bellũ. s. suscipiendũ incumbere. Et ad eius perniciem incumbenti: hoc est exequendã. Simile erit si dixero Remiges incũbunt ad remos subintelligit emẽdos si emere velint: vel habẽdos si phibeant aut detineãt vel obnixe tenẽdos ne sibi rapiant aut e manib⁹ elabant & hmõi: licet Valla in remos vel ad remos incũbere dici posse neget: sed remis tantum. Est preterea quando incũbere significat subire: siue superuenire. Lactã. lib. ij. Si morboꝝ pestifera vis incubuit. Ambro. Vesper incubuit: populi sequebant: stagnum occurrit: turbe vrgebãt. Itẽ superiacere. Virgi. lib. iiij. Incubuitq; toro: dixitq; nouissima verba. Et lib. vij. Pellib⁹ incubuit stratis: somnosq; petiuit.

Incubi penul. cor. dicti sunt syluani & fauni: quos improbos quandoq; fuisse mulieribus cõpertũ est ac earuʒ appetisse peregisseq; concubitũ.

Inculco as: eadem sepius iterando ingero: inspisso: ex in & calco.

Incultus: a cultus participio compositũ est: & in negatiue sumitur. Liuius lib. ij. Charitas primũ annone ex incultis p secessionẽ plebis agris. Hiero. ad Helio. Squalida capitis horret inculta cesaries. Et in hac tantũ significatione reperiri puto: hoc est nõ cultus: non exercitatus: vel non ornatus: vel non habitatus adiectiuũ. Et non ab incolo est: vt sit eius participiũ. sed eius foret si p inhabitat⁹ caperet qđ nusq̃ legi. Hiero. ad Dama. papã. Non ambigo quin inculta nostre paruitatis oratio videatur.

Incunabula. Vide supra in dictione cune.

Incurro is: contra aliquem curro qđ vernacula lingua dicit correr adosso. Liuius lib. j. Eo plio pcipua equitum gloria fuit vtrinq; a cornib⁹ positos cũ iam pelleretur media peditum suorũ acies incurrisse a lateribus ferunt. Aliquãdo incurrere est intro currere seu vltro se inijcere. Sal. Post q̃ Catilina fusas copias seq; cũ paucis relictuʒ videt memor generis atq; pristine dignitatis inter cõfertissimos hostes incurrit ibiq; pugnando confoditur. Lactã. Per translationem dixit. Aut oblitus esse propositi videar: aut loquacitatis crimen incurrã. Aliqñ Incursiones quas currarias vulgo dicunt facere: que fiunt predando loca. D. Brut⁹ Ciceroni Aut appẽnino alpibusq; se teneat et decursionib⁹ per equites quos habet multos vastet ea loca que incurret. Hinc incursus us. pro incursione. Col. Hosticis incursionibus vastatas fruges.

Incuria et incuriosus vide supra in dictione curiosus.

Incuruus valde curuus. Teren. in Eu. Continuo accurrit ad me q̃ longe quidem incuruus: tremulus: labijs demissis.

Incuruo as incuruũ facio.

Incuruesco is: incuruus fio. Cice. libro. j. Tuscu. Hic

autem vbi habitamus non intermittit cęlum nitescere: arbores frondescere: ramos baccarū vbertate incuruescere.

Incus penultima producta generis fęminini instrumētum in quo aliquid cudimus. Hora. Et male tornatos incudi reddere versus.

Incudo onis qui in incude siue super incudem quicꝗ fabrefacit. Hierony. cōtra Joui. Et in nauibus piscatorum caput eius stat: sicut incudo insatiabilis reputat ferrum vt paleas.

Incuso as: pe. pro. Vide in dictione accuso.

Incutio is penul. cor. ffi ssum ex in ⁊ quatio: q in c ⁊ a in u. mutatis: vt cetera composita. Concutio discutio: excutio: percutio. Est autem incutere inijcere. Virgi. Incute vim vētis: submersasꝗ obrue puppes. Aug. lib. viij. confes. Quanto propius amouebat: tanto ampliorem incutiebat horrorem.

Indago as: penultima producta inquiro. Cice. li. j. offi. Inest idagatio atꝗ inue. Et de opti. genere dic. Aut reprehendet ꝙ inusitatas vias indagemus: tritas relinquamus.

Indago indaginis: ⁊ indages inis: ꝓ inquisitione. Virgi. Saltusꝗ indagine cingunt.

Inde aduerbium. i. ex eo loco. Liuius libro. j. Primo in Macedoniā venisse: inde in Siciliā querentē sedes delatum. Aliqñ dicit nō de loco sed de rebus. Idē in eodē. Omnis te exempli documēta in illustri posita monumento intueri. Inde tibi tueꝗ reipu. qꝺ imiteris capias. Aliqñ ponit pro deinde: vt apud eundem. Crimini maxime dabant in numitoris agros ab his impetuȝ fieri inde eos collecta iuuenum manu hostilem imodū prędas agere. Hinc fiunt cōposita deinde: exinde: ꝑinde: ⁊ ꝓinde: q̄ hñt accētū in antepenul.

Indidem pe. cor. aduerbium compositū ab inde ⁊ idem quod est ex eodem loco. Plau. Indideȝ vnde oritur facito: vti facias stulticiam sepelibilem. Apud Cato, ponitur pro idem mox.

India regio orientalis asię terminus: quę tam vasta perhibetur: vt eā tradāt esse tertiā partē omniū terrarū. Pōpon. scribit tantū spaciū littoris occupare: ꝗtuȝ per. lx. dies noctesꝗ velificantibus cursus est. Tradunt in ea fuisse quinꝗ milia oppidoruȝ: ab Indo flumine sic appellata: in quem ab occidentali plaga desinit: q̄ solus post nilū crocodillos creat. Hęc a merid. mari incipiens adusꝗ solis occasum porrigitur: et a septentrionibus vsꝗ ad curnusium montē prouenit. Gēmis abundat. Capricanes ⁊ elephātos procreat arbores habet semꝑ frōdētes. Tell⁹ bis fruges in anno ad maturitatē perducit. Piper: calamū aromaticum ⁊ cynnama ad nos mittit. Indi propegentium soli nunꝗ emigrauere finibus suis. Illic binę ęstates leues aurę: temperies cęli: vbertas soli: aquarū abundantia: quę oīa faciūt: vt maiora: in india ꝗ in ceteris regionibus nascantur aīalia. Ab india fiunt adiectiua. Indus. ⁊ indicus libro. v. de gestis. Alexandri arrianus. ο Δείνδοσ ποταμοσ εστι των κατα την ασιανῖε και ευρωπην πλην γαγγου καὶ τουτου τουινδου ποταμου και οτι αιπηγαι εἰσιν αυτῶ επιτα δε του ορουσ παραμισσου η καυκασου.

Indus fluuius: a quo India nominata est: queȝ in iugo caucasi montis qꝺ vocatur paropanysus aduersus solis ortū effusum aiunt: in seꝗ. xix. amnes recipere.

Index generis cōis pro eo vel ea qui vel quę aliquid indicat ⁊ accusat. Asco. scribit: indicē esse qui facinoris cuius ipse est conscius latebras indicit impunitate ꝓposita. Salu. Pleriꝗ crasso ⁊ negocijs priuatis obnoxij conclamabant indicem falsum esse. Mar. Indice nō opus est nostris nec iudice libris. Inde indiciū dictum quod alio nomine indicina vocatur pro detectione ⁊ accusatione. Apu. Ob indicine pręmiū occupasse domino tamen suo. Sal. Itaꝗ cōsulente Cicerone frequens senatus decreuit Tarquinij indicium falsum videri. Index ꝟo masculini generis accipitur pro digito prope pollicem: vel pro lapide quo auri vel argenti gradus cognoscitur.

Indico as: pe. corre. significat manifesto: ⁊ palam facio. Plau. in As. Ego ne hęc patiar aut taceam? Emori me malim ꝗ hęc eius vxori non indicem. Aliquādo demonstro. Lactan. lib. vij. Ipsa ergo virtutis perpetuitas indicat humanū animū si virtute ceperit ꝑmanere: quia ⁊ virtus perpetua est ⁊ solus human⁹ animus virtutē capit. Aliquādo accuso. Vlp. scribit Indicasse reū est detulisse: arguisse: accusasse cōuicisse Sed he significationes in idem recidunt. Aliquādo indicare ponitur pro addicere: hoc est rē emptā liberare. Cice. li. iij. offi. Sceuola publij filius cū postulauisset vt sibi fund⁹ cui⁹ emptor esset semel indicaret

Indicium. Vide in dictione index.

Indicatura estimatio. Pli. in pręfa. Hęc fiducia operis hęc indicatura.

Indicatiuus a um: dicitur id in quo aliquid indicat. Vnde indicatiuus modus dictus est: quia eo indicamus id est ostendimus quid agatur.

Indico is penultima producta xi ctum multa significat. Nā indicere est denūciare: ꝗuis iter se differāt ꝙ maiorē vim habeat idicere ꝗ denūciare. Nā denūciare ꝓprie est significare: ⁊ simplr̄ sumi pōt: vt vētus denūciat pluuiam. Et denuncio me tibi propediem affuturum. Cice. pro Plan. Denūciasti hō adolescēs q̄d de rep. sentires. Indicare vero licet significet denunciare nō tamen proprie: quoniā dico aliud significat ꝗ nuncio: ⁊ in aliud ꝗ de. In eñ iuncta verbo dico maius incrementum demonstrat ⁊ significat maxime ꝗuis ⁊ significationē cōtra nō omittat. Indico ergo maxime dico: hoc est solēniter dicendo denuncio: vt si dicam. Bellum tibi indico: non est sicut bellum tibi denuncio id est bellum me tibi illaturuȝ significo: sed bellum me tibi iure illaturum dico. Aut bellum tibi a me inferendū esse indico. Quod Cice. li. j. offi. aperte docuit: q̄ vtrūꝗ verbū sic posuit. Ac belli q̄dē equitas feciali populi ro. iure ꝑscripta est: ex quo intelligi potest: nullum bellū esse iustū nisi qꝺ aut rebus petitis geratur: aut denunciatū ante sit ⁊ indictū. In his verbis duo genera belli gerendi fuisse significat. Primū rebus petitis: quę si negabantur reddi: ⁊ bellum cum illis gestum fuisset iustum habebatur. Alterum honestius iustiusꝗ erat: eo ꝙ petitis rebus nisi redditę fuissent bellū gerendū esse maturo decernebat consilio: tum ad fines hostiū denūciatis belli suscipiendi causis bellū indicebat. Sed quo pacto indiceret. Li. li. j. declarat his verbis. Quādocūꝗ pars maior eorū qui aderāt in eandē sententiā ibat: bellū erat: cōsensu fieri solitū: vt fecialis hastā ferratā aut sanguineaȝ pręustā ad fines eoꝝ ferret ⁊ nō minus tribus puberibus ꝑsentib⁹ diceret: ꝙ popul⁹ priscoꝝ latinoꝝ homines ve prisci latini aduersus po. ro. q̄ritiū fecerūt deliq̄rūt. Ob qꝺ po. ro. q̄ritiū bellū cū priscis latinis iussit esse senatusve populi ro. q̄ritiū cēsuit ꝯsensit cōsciuit vt bellū cū priscꝫ fieret: ob eā rē ego populusꝗ rom. populis priscoꝝ latinorū: hoibusꝗ priscis latinis bellū indico facio. Id vbi dixisset hastam in fines eorum emittebat. Hoc tū non a latinis repetite res ac bellum indictū morēꝗ eorum posteri acceperunt. Potest tñ in significare contra: vt si dicā bellū indico voluptatibus: tūc contra voluptates bellū me gesturū dico: hoc est solēniter ꝓfiteor. Nec soluȝ indicere pertinet ad bellum gerendū sed etiam ad funus. Vñ Festus ait. Indictiuum funus ad quod per pręconē euocabantur. Sueto. in Ces. Funere indicto rogus

extructus est. Preterea ad conciliū/tributū spectaculū: & hmōi que nō nisi ritu solēni fieri cōsueuerūt. Similiter sacerdotes festa ieiuniaq; populo indicere solent. Aliquando etiam est quasi precipere: vt apud Liuium lib. j. Longe a domo patribus excitis ipsum qui concilium indixerat non adesse. Aliquando imponere. Idem lib. iiij. Unde enim eam pecuniam confici posse nisi tributo populo idicto. Cice. in ver. acti. v. Legem sibi indicunt innocentie: continentie: virtutum omnium qui ab altero rationem vite reposcunt. Aliquando significare. Liuius lib. ij. Indici deinde finitimis spectaculum iubet.

Indictum dicitur qđ est solenniter promulgatū: vt indictum bellum denunciatū dicitur. Indictum funus denūciare exequie. Et indictū non dictū. Terē. in pho. Qđ dictū indictū est: qđ modo erat ratū: id irritū est. Et hoc modo non ab indico: sed a participio dictus compositū esse censeo. Liuius. v. Itaq; que tū cecinerit diuino spiritu instructus ea se nec vt dicta sint reuocare posse. Sic etiam dicit̄ indicta causa. i. non dicta & nō defensa. Cice. Q. rabi. Sed indicta causa ciuem romanum capitis condēnari coegit.

Indictiuus ua um: qđ indictum est: vt funus indictiuum de quo paulo ante. Et indictiue ferie quas consules vel pretores indicunt.

Indictio spacium. xv. annoꝝ qđ indicebatur vt tribus lustris tributa toto orbe romane rei soluta essent.

Indeprecabilis apud quem nō valent preces. Gelli. Et pena indeprecabilis subeunda esset.

Indefensus sine defensione. Liuius. li. iiij. Suos increpans clara voce. Hic prebituri inqt vos telis hostiū estis indefensi multi. i. sine defensione: sine vindicta.

Indemnis indemnatus. Uide in dictione damno.

Indies significat quotidie sed proprie cum incremento Ideo plerūq; iungitur comparatiuo. Cice. Cū id malum serperet indies magis. Reperitur etiā sine cōparatiuo sed tamē cum verbo significante incrementū. Li. Crescente indies multitudine. Indiem vero iungitur plerūq; cū verbo viuo. Quintili. Non vt fere volucres p̄sentis modo cibi memores in diē viuunt. Aliqñ cū alio verbo. Sal. Panē indiē mercari quasi p̄sentis diei rationē habere. Indiem addicere est rem venalē ita vendere vt nisi alius ad certū prestitutūq; diē maius preciū obtulerit: illius sit qui primo obtulit. In dies singulos id est p quoslibet dies. Ci. Mecello Mee rationes atq; eius mei consilij maiorē in dies singulos fructū voluptatēq; capio.

Indigeo es penultima correpta. Uide in dictiōe careo Huius impersonale. Pli. lib. x. posuit. Nunq̄ conspectis nisi cum presidio earum indigetur. Ab Indigens fit Indigentia e. pro inopia.

Indigus a um: penultima correpta quod indiget. Aug. Sed sicut cum vidimus infirmum iacentem indigū opis aliene.

Indigena penultima correpta dicitur inde genitus nec aliunde proueniens.

Indipisco is: vsurpo assequor adipiscor. Quod et Indipiscor. eris: indeptus dicitur. Plaut⁹ in Aul. Neq; partē tibi ab eo cui sit indipisces neq; furem excipies Gel. lib. j. Si eñ acheos Homerus pugnam indipisci ait nō fidicularum tibiarūq; concentu conspiratā Hinc Indepto as: frequentatiuū. Uar. Nec partem aliquā indeptauit hereditatis.

Indigito as: penultima correpta quasi indicito ab Indico vel a digitis deducitur. Et significat. Uoco nomino & quasi per nomen ostendo. Macro. Namq; virgines vestales ita Apollinem indigitant. Apollo medice: Apollo pean. Idem. Nam ita ab incolis indigitantur.

Indigitamenta: libri pontificales qui & nomina deorū & rationes ipsorū numinū continent.

Indigetes: pe. cor. dij ex hominibus facti. Quo nomine dictus est Eneas cum pugnans cum Mezentio nusq̄ apparuisset. Alij Indigetes dicunt esse deos tutelares: quoꝝ noia vulgari nō licet.

Indigestio: cum cibus non digeritur. Hierony. ad Eustochiū. Ad orationē tibi surgēti nō indigestio ructū faciat: sed inanitas.

Indigeste aduerbiū: significat inordinate.

Indignus: non dignus. Terē. in Eu. Nam si ego digna contumelia hac sum maxime: at tu indignus qui faceres tamen. Interdū ponit̄ pro miserabili. Idē. Indignis cū egomet sim acceptus modis.

Indignor & indignitas. Uide supra in dictione Dignor

Indiscriminatim indifferenter.

Indisertus: non eloquens. Gel. Non indiserti viri.

Indocilis: qui penitus non potest discere. Indoctus q̄ nondū didicit.

Indo is: indidi. itum: impono. Plau. in cap. Decimum vocitatus est: post vos indidistis Tindaro. Quādoq; significat intus do: immitto. Idem in Cas. Dem me & te infelicem si ego in os meum vini guttam indidi. Interdum imprimo. Idem in Asi. Qui sepe ante in nostras scapulas cicatrices indiderunt.

Indoles penul. corre. ab indolesco fit per interpretationem. Et in pueris quidem atq; adolescentibus est significatio quedā future pbitatis. Ci. Ut eñ ab adolescētibus bona indole p̄ditis sapiētes senes delectātur. In viris vero signū est p̄sentis virtutis. Idē. Homines in quibus est virtutis indoles cōmouent̄. Uñ & p p̄stantia seu generositate quadā virtutis atq; animi ponit̄. Liuius de Lauinia iam matre inquit Tanta i ea virtutis idoles fuit. Luc. Indole si dignū latia si sanguine prisco Robur inest animis. Aliqñ etiam in malum dicitur: vt apud Liuiū de Annibale. Cum hac indole virtutum ac vitiorum sub Asdrubale meruit. Trāsfertur quoq; ad muta atq; inanimata. Idē Sicut in frugibus pecudibusq; non tantū semina ad seruandam indolem valent quantū terre proprietas celiq; sub quo aluntur.

Indolentia quasi non dolor cū nihil dolet. Lactan. lib. iij. Nam corporis bona. i. incolumitas indolentia & valitudo nō min⁹ sunt mutis q̄ homini necessaria: ac nescio an etiam magis quia homo & medelis & ministerijs subleuari potest: muta nō possunt. Hec etiam Indoloria dicit̄: vt Sidoni⁹ a Cice. dictā pscribit.

Indomitus pe. cor. qui domari nō potest. Uñ dicimus equum indomitū. Aliquādo ponitur pro feroci. Uñ dicimus gētes indomitas. Aliqñ p magno. Uirgi. Nate quis indomitas tantus dolor excitat iras.

Indubitatus: nō dubitatus. Lactā. lib. ij. Pro confesso & indubitato habitū est.

Induco is penul. pro. proprie intro duco. Plau. Induc eam in domū. Quandoq; Inducere est psuadere illicere decipere inclinare. Lucil. Hui⁹ ego animū si induco vt ab amore meretricis desistat. Idē. Miserum senē sirenum cantu inductum. Quādoq; Abolere cācellare Sue. in Cesa. Amplissimis verbis collaudatū in itegrū restituit inducto priori decreto. Et alibi Multa inquit & deleta & inducta & superscripta inerant. Uerbū id iuris est. Origo eo q inducto chartis atramēto velut tectorio deleri q̄ scripta prius erāt cōtigit. Quādoq; Fingere. Cic. lib. iij. offi Hic ille Gyges inducitur a Platone Quādoq; Ingredi facere: vt Uide q̄ me iducas. Quādoq; Offirmare: vt Sic animum induco meū. Quandoq; Imponere: vt Solee lignee pedibus inducte sunt. Quandoq; Infigere: vt Ita induxi in animū.

Inductio genus argumenti. Est eñ oratio per quā fit a particularibus ad vniuersalia progressus. Uel indu

ctio est oratio que rebus nõ dubijs captat assensionez eius rei que instituta est.

Induciç: pax in paucos dies sic dicte: q in diem dentur: vel q in dies ocius prebeant. Aurelius opilius indu/cias dici existimat ab initu ⁊ introitu quoniaz tempore induciarum hostes inter sese vtrinq vltro citroq alteri ad alteros impune inire solent ⁊ introire. Has Lycaon primus inuenit: federa Theseus.

Indulgeo es si sum: ⁊ tum fm Priscianũ significat ob/sequor consentio inseruio ⁊ facile concedo. Cicero in Lel. Sed obsequium multo molestius qđ peccatis indulgens id est consentiens precipitẽ amicũ ferri si/nit. Idẽ Tyroni. Indulge valitudini tuę.i.molliter vaca: ⁊ qđ lingua vernacula dicimus fa carcere. Te/renti. in Heau. Nimiũ illi indulges. Unde Indulgẽ/tia mollis est pmissio q̃ seueritati opponit. Quintil. Mollis illa educatio quã indulgentiã vocamus ner/uos oĩs ⁊ mẽtis ⁊ corporis frãgit. Et indulgere est fa/cilem ⁊ clementẽ esse. Cice. lib. iij. offi. Magnus vir imprimis ⁊ qui pindulgẽs in patrẽ: idem seuerus in filiũ.i.clemẽs ac facilis: ⁊ indulgẽtia clemẽtia. Sta. Uultus ⁊ egregie tanta indulgentia formę. Indulgẽ/tissimi imperatores dicti q sint benefici propẽsiq ad sa/crificandum. Item Indulgere est delicate intendere ⁊ spaciũ maius dare. Virgi. Indulge hospicio: cau/sasq innecti morandi. Idem. Sin tumulis accliue so/lum collesq supini Indulge ordinib⁹. Itẽ indulgere parcere. Ambro. Uide q̃ bonus deus ⁊ facilis indul/gere peccatis. Idem. Nam dñs iesus christus cruci/figentibus se non maledixit sed potius vt eis indulge/retur orauit. Hierony. cũ actõ iunxit. Misericordia inquit est q̃ indulget nostra peccata. Item indulgere tribuere. Ambro. Laudabunt etiã deũ qui tanta no/bis remedia indulserit vitande mortis. Item Auge/re. Lucil. lib. iij. Tu qui iram indulges nimis manus abstinere a muliere melius est

Indulgitas pro indulgẽtia Sisenna. Bassus assiduus in/dulgitate victus.

Induo is indui indutũ ex in ⁊ duo is. Cuius origo a grę/co δύω qđ ingredior significat trahit. Unde ἐνδύω induo. Veteresq dixerũt pro dare Duo duis: ⁊ Dio is. Plautus in cas. Mea pręda est illa proinde tu te in laqueum ne duas. De verbo autem dio. Terẽ. in phor. Dij tibi omnes qđ dignum est diunt. Construi/tur autem Induo varijs modis. Nam quãdoq ha/bet duos actõs: sed in passiua tm̃ significatiõe ⁊ hoc apud poetas ⁊ historicos non apud oratores: quos imitãdos imprimis cẽseo. Plau. in Epi. Quid erat in/duta: an rigillam induculam: an mendiculam implu/matã? Virg. lib. ij. Deinde comantẽ androgei galeã clypeiq insigne decorũ induit. Curtius. Iamq nox apparebat cũ thoracẽ indutus procedit ad milites. Aliquãdo vno cũ actõ construit: ⁊ tunc idem est qđ assumo. Quintil. lib. vj. Orbum agimus ⁊ naufragũ ⁊ periclitantẽ quorũ induere personas quid attinet nisi affectus assumimus. Ubi verbũ difficile facile de/clarauit. Sic curtius. Loricã tamen quã raro indue/bat amicis orantibus sumpsit. Cice. lib. iij. offi. depo/nit eñ personã amici cũ induit iudicis. Hinc ex con/trario deponit Induit significare ostendit. Sueto. in Nero. Nullam bis induit. Aliquãdo postulat: vt id quo quis induitur in actõ ponatur: ⁊ bis q̃ induit in dtõ: significatq impono imitto assumo. Plautus in Cas. Ocyssimus sum omniũ qui viuũt. Loricã induã mihi optimũ esse arbitror. Cice. lib. ij. de fi. Ex eius spolijs sibi ⁊ torquẽ ⁊ cognomẽ induit. Plinius lib. xxxiij. Pessimũ vitę scelus fecit qui annulũ primus in/duit digitis. Sue. in Aug. Si mane sibi calceus per/peram ac sinister pro dextro indueret. Per transla/tionẽ ad animũ dixit Liuius lib. iij. Adeoq nouũ sibi ingeniũ induerat vt plebecola repente omnisq aurę popularis captator euaderet. Aliquando vltra natu/ralẽ actm̃ habet aliũ actm̃ cũ in. Et tũc p conuerto si/ue transformo sumit. Uir. lib. j. geor. Contemplator itẽ cũ se nux plurima syluis Induet in florẽ. Cice. de diui. loquẽs de anhelitibus terre. Cũ autẽ se in nubẽ induerint. Similiter cũ hmõi actõ significat iniicior seu immitto. Cice. in hortẽ. Et vt docuit Anthioch⁹ in idipsuz se induit quod timebat. Gel. Aesopus ille ephrygia fabulator haud inmerito sapiens existimat⁹ est cum quę vtilia monitu suasuq erãt non seuere nõ imperiose precepit ⁊ censuit vt philosophis mos est sed festiuos delectabilesq apologos cõmentus res salubriter ac prospicienter aiaduersas in mentes ani/masq hominũ cum audiendi quadã illecebra induit. Deniq cũ p vestio capitur vltra actm̃ construit cum ablto sine prepositiõe eius rei qua quis induit. Cur. Deposita veste quã habebat arabica induitur. Cice. lib. iiij. ad herẽ. Palla inaurata indutus. Qñq etiã in hac constructione pro Illino sumitur. Plautus in Mus. Id eis vitiũ nocet: atq etiã nũc satis boni sũt si sunt induti pice. Col. ad vites transtulit pro onero cum dixit. Nam ita se induunt vuis vt nequeãt cape/re maturitatẽ. Sumit etiã pro ferio cuz abltõ instru/mentali. Cesar. li. vij. Quin ordines cõiuncti inter se atq impliciti quo q̃ intrauerãt se ipsi acutissimis val/lis induebant: hos cippos appellãt. Et iterũ. Aut se stimulis inopinantes induebant: aut in scrobes dela/ti transfodiebantur.

Induuię ab induendo: indumenta quibus quis induit: sicut exuuię ab exuendo.

Indusium gen⁹ vestis quasi intusiũ qđ mox supra subu/culam sumebat sicut palliũ ⁊ palla vocata ⁊ foris su/pra indusium. A quo indusiatus dicit qui hmõi veste est indutus Plau. Indusiata patagiata.

Industria est ingeniũ seu ars qua aliqđ struere sum⁹ ido/nei q̃uis pro ingenij siue artis exercitatione qñq su/matur. Utrũq cõplexus est Cice. cũ inquit. Ut indu/stria nr̃a tuę morem geramus voluntati.

Industrius nõ industriosus dicit qđ antiqui industrius dicebant: pro ingenioso ⁊ pro eo qui multę industrię est ⁊ aliquid struere semp nititur. Cice. ad Herẽ. Ni/mirũ hęc causa est hmõi quã nec industrius: nec mise/ricors: nec officiosus deserere põt. Hęc aũt duo noĩa cõposita cẽseo: deriuata tñ ab instruo. Uñ festus. In/dustriũ antiqui dicebant indostrium: quasi quicquid egeret intro strueret domi. Ab industrius fit aduer/biũ industrie. Col. Higinius veterũ auctorũ placita secretis dispersa monumẽtis industrie collegit.

Inebrior aris. Uide in dictione Ebrius.

Ineffigiatus a um: informe: qđ nõ est factũ ad aliquam effigiem. Gel. Namq vt illa bestia fętum ederet in/effigiatũ informẽq lambendo id postea quod ita edi/disset cõfirmaret ⁊ fingeret.

Ineo is: iniui vel iniũ itum. penul. cor. ex in ⁊ eo: signifi/cat incipio. Sal. Quapropter vos moneo vt forti at/q parato animo sitis: ⁊ prẽliũ cũ inibitis memineri/tis vos diuitias decus gloriam preterea libertatem atq patriã in dextris vestris portare. Et inire est in/gredi. Plau. in Cas. Tu modo prospicito q̃d intus agãt: si tu iubes inibit tecum.i.intrabitur. Idẽ. Iniit te vnq̃ febris? Item mereri assequi lucrari obtinere cõparare. Terẽ. Ut gratiã ineã sine dispẽdio. Hoc autẽ fit cũ nouis ⁊ ignotis fauorẽ ⁊ amicitiã alicuius adipiscimur. Et dicimus. Ineo gratiaz tecum. Ineo gratiam tuam: ⁊ Ineo gratiam a te. Terẽ. in Eu. Ab eo gratiã inibo. Quãdoq Tractare cõciliare: vt In/eo pacẽ tecũ: Ineo bellũ: Ineo fędus. Ineo rationẽ: Ineo viam: id est inuenio. Cuius participium abso/lute positũ maiorib⁹ rebus adhibet: vt Ineũte ado/

lescentia Ineūte vere: annō/ mense/ seculo/ lustro/ bello .i. ingrediente. Rursus Inire est cōcumbere. Pli. Sed asini qui equas ineant optimi legēdi sūt. Hinc Initor penul. cor. ꝓ cōcubitore: ⁊ Initum pro coitu poni ꝯsueuit. Itē capere: vt Ineo fugā. Virg. Sepe leui somnū suadebit inire susurro. Itē Facere. Plau. in cap. Qui ꝯsiliū inire quo nos victu ⁊ vita ꝓhibeant. Itē Considerare intelligere. Teren. in Phor. Hec cū ratione ineas ꝙ̄ sint suauia ⁊ ꝙ̄ chara sint ea qui ħbeat. Do. Ineas/ intelligas/ estimes. Ab Ineo fit Initium: initio as. et initiarius.

Inito as. frequētatiuū ab Ineo. Diome. Ineo is. inito dicimus: vt Pacu. Loca arida initas.

Ineptus: ex in et aptus. Cice. libro .ii. de Ora. Ineptus nomē habere videt̄ ꝙ non sit aptus. Idq̄ sermonis nostri ꝯsuetudine perlate patet. Nam qui ad tēpus qđ postulet nō videt: aut plura loquit̄: aut se ostētat: aut eorum quibuscum est vel dignitatis vel cōmodi rationē non hꝫ: aut deniq̄ in aliquo genere: aut incōcinnus: aut multus est: is ineptus dr̄. A quo Ineptia Ineptitudo: Ineptulus.

Ineptio is. iui itū ineptias facio. Lactā. de Opi. Vereor ne hm̄oi portēta ⁊ ridicula refutare non minus ineptū esse videat̄. Sed libet ineptire: qm̄ cū inepto agimus ne se ille nimis argutū putet.

Iners: ex in ⁊ ars significat eū qui sine arte est. Cic. lib. iii. de fin. Sed lustremus animo has maximas artes quib⁹ qui carebāt inertes a maioribus nominabant̄. Vnde etiā iners capit̄ pro ocioso ⁊ ignauo qui nihil artis operatur: vel quasi nesciat operari. Virgi. lib. iiii. geo. In mediū seu stabit iners: seu ꝓfluet humor. Do. in Adel. Intelligamus aliter dici non inertē socratē: aliter nō inertē seruū. Ab Iners fit diminutiuū Inertulus. Inertia inertis vitiū ꝙ̄ sic sumi potest in sua significatione: vt de inerte dictū est: licet ꝓprie sit artis ignoratio. Col. in ꝓfa. lib. ii. Non ꝙ̄ fatigatione quēadmodū plurimi crediderūt nec senio: sed nostra inertia nimis benigne. Cic. lib. i. ad Q. Fratrē. Duo illa relinquamus inertię nostrę.

Inerticula: genus vitis apud Colu. boni vini ⁊ innoxie etiā nomen habet ꝙ iners habet̄ in tētandis neruis: q̄uis in gustu nō sit habilis. Sola etiā temulentiam non facit. Vñ rectius Sobria dici deberet.

Inesco as. Vide in dictione Obesco.

Inexplorato aduerbium: significat sine exploratione et inquisitione. Liui. lib. vi. Inexplorato pabulatum cohortes misere.

Inexputabile: quod nūerari nō potest. Col. lib. x. Nam inexputabilis erat numerus.

Infabre penultima producta aduerbiū significat fede. sicut Affabre pulchre.

Infamia: mala fama. Hiero. Quod illum testimonio martyris ab infamia vindicaretur.

Infamis ⁊ hoc infame pe. pro. quod habet malā famā. Hiero. ad Pamma. Quis per infame opus seipsuꝫ voluit infamari? Infamis dictus est ab antiquis digitus medius ꝓpter ignauiā qm̄ indigere videatur aliorum defensione. Persi. Infami digito lustralib⁹ ante saliuis expiat. Iuue. Mediūq̄ ostenderet vnguem. Nā olim qui medio tanq̄ per indicē monstrabatur: arguebatur infamie.

Infamo as. penul. pro. infamia afficio. Hiero. Si originē nō q̄ secutus sum: frustra infamare me cupitis. Quintil. Deinde cum se iactaret eodē modo dicere Senecam infamauit.

Infans substantiuum dicitur puer: qui nondum fari cepit. Quod etiā de brutis ⁊ auibus dr̄. Pli. Quadrupedes infantes suos cognoscunt. Idē. Vespertilio volucrū sola lacte nutrit vbera admouens geminos volitat amplexa infantes. Adiectiuum vero capitur quasi pro paruo. Idem de boleto. Nec tunicę minor gratia in cibo infantis boleti .i. parui et nondū adulti. Interdū dicitur infans non facūdus. Cic. in Bru. Ipsum Scipionē accepimus nō infantē fuisse. Per translationem sumitur pro stulto et quasi loqui nesciente. Ex quo infantior et infantissimus: id est stultior et stultissimus.

Infantia ę. etas infantilis: et qñq̄ stulticia dicit̄.

Infantile adiectiuū: quod est infantis. Aug. lib. i. Con. Imbecillitas membrorū infantiliū innocens est: non animus infantium.

Infandū a fando sumit̄: qđ vix fari quis possit. Virgi. Infandū regina iubes renouare dolorē. Ponit̄ nōnunq̄ pro interiectione. Virgi. lib. i. geor. Infandū sistunt amnes terręq̄ dehiscunt.

Infarcio is. impleo. Plin. lib. xxxv. Quid non in africa hispaniaq̄ ex terra parietes q̄s appellant fornaceos qm̄ fornacum modo circūdati vtrinq̄ duab⁹ tabulis vernis infarciunt̄ ꝙ̄ instruunt̄.

Infatuo as, fatuum sine sale .i. sapientia facio. Fit enim a fatuus: vbi in vel auget vel superflua est. Hiero. ad rus. Quid salomone sapientius? attamen amoribus fęminarū infatuat̄. Infatuę mulieres dictę sunt quę faunorū ludibriis attingūtur. Et similiter Infatuati viri quos nūc vulgus spiritu plenos nominat: quidā etiam demoniacos.

Infensus qui ira in aliū elatus est ⁊ odiū gerit.

Infero penulti. cor. intro pono/ seu intro porto. Plau. in Am. Neq̄ meum pedem huc intuli. Lactā. lib. ii. Nō placebat Persio ꝙ aurea vasa tēplis inferant̄. Interdū Inferre ponitur ꝓ iniicere. Idē lib. iiii. Nefandas manus deo suo intulerūt. Liui. lib. ii. Adeo ꝯcitato impetu se intulerāt hetrusci vt funderēt ipso incursu aricinos. Interdū pro facere: vt Intuli damnū. Lact. lib. v. Patientia est maloꝝ ꝙ̄ inferūtur: aut accidūt cū ęquanimitate ꝑlatio. Interdum subiicere seu apponere. Idē lib. i. Quod clarū fiet exēplo qđ inferem⁹. Interdū ꝓ introducere. Liui. lib. i. Lucus erat quē mediū ex opaco specu fons perenne rigabat aqua: quo quia persępe Numa sine arbitris velut ad congressum deę inferebat camenis eum lucum sacrauit. Interdū pro ingerere. Cice. lib. i. offi. Turpe est ⁊ valde vitiosum in re seuera cōuiuio dignū aut delicatū aliquē inferre sermonē. Interdū pro cōcludere. Sene. Cum his argumētis qđ ꝓposuerat intulisset. Interdū pro contra ferre. Cęsa. lib. i. Romani ꝯuersa signa bipertito intulerūt. Inferre arma est bellum gerere. Cice. Octa. Quibus cogitas arma inferre? Inferre crimē est imputare seu obiicere. Idē in Lel. Addendū eodē est vt ne in criminib⁹ aut inferendis delectet̄ amicus: aut credat oblatis. Stuprū inferre est immitere seu infigere.

Inferie sacrificia ꝙ̄ inferis soluunt̄. Virg. Viuentes rapit inferias quos immolet vmbris.

Infernus pro infernorū loco: in singulari gene. mascu. in plurali neutri. Hiero. in para. Deglutiamus eum sicut infernus viuent̄. Et in Iob. Ducunt in bonis dies suos ⁊ in puncto ad inferna descendunt. Est et Infernus a. um. quod est infra: sicut supernus a. um. qđ est supra. A quo inferne aduerbium. et Infernas atis. sicut Supernas atis. Pli. Et ideo Romę infernas abies supernati pręfert̄.

Infernalis ⁊ hoc infernale ab infernus fit cū est substātiuū. Vnde infernales furie.

Inferus a. um. penultima cor. ab infra dictū est. Vnde inferi quib⁹ inferius nihil ē. Inferū mare tyrrhenū: sicut superū Adriaticum: ꝙ ex vrbe Roma versus Adriaticū eūtes fere semꝑ ascendūt. Cōtra ad vrbē ad mare Thuscū veniētes descendūt.

Infestus qui alicui malū infert ⁊ plusq̄ inimicus. Iāq̄

aduersus eū fertur. Et infestus dicit̄ cui aliq̄d de malū impendet. Cic. Dolebam iudices ꝛ acerbe ferebam si huius salus ob eam ipsam causam esset infestior ꝙ is meam salutem atq̄ vitā sua beniuolentia presidio custodiaq̄ texisset. Nigidius. Infestum a festinando dici putat. Qui eñ instat alicui: eumq̄ ꝓperans vrget ꝛ opprimere eū studet atq̄ festinat vel contra de alicuiꝰ periculo ꝛ exitio festinatur: is vterq̄ infestus dicitur ab instantia fraudis quā vel facturus alicui: vel passurus est.

Infesta signa dicunt̄ q̄ aduersum tendūt hoc est vexilla in hostē euntia vt molestiā inferant.

Infestū mare habere: significat latrocinando mare infestare. Cice. lib. iij. de rep. Nam cū quereret̄ ex eo quo scelere impulsus mare haberet infestū vno myoparone eodē inquit quo tu orbē terre.

Infesto as. crebris cursibus molestiā infero. Unde Infestatio molestatio.

Infestiuus: qui nescit vel non est idoneus ad dicendas vrbanitates. Gel. Hō subagresti ingenio ꝛ ifestiuo.

Infibulo as. pe. cor. Uide in dictione Fibula.

Inficio is. penulti. corre. ex in ꝛ facio: significat intingo Hiero. Quasi ipsa ea deniq̄ lana cū inficit̄ sanguine conchylij vel muricis vertit̄ in purpurā. Per trāslationē sumitur ꝓ vitio seu maculo. Liui. Hoc luxu et peregrinis ifecti morbꝰ. Et Inficere venenare. Uirgi. lib. ij. geor. Quo nō p̄sentius vllū pocula si q̄n seue infecere nouerce. Plini. lib. xj. Nimio fumo inficiunt̄ apes. Hoc v̄bū Diome. a fuco componi existimat dicit eñ Facio cōficio: Fuco inficio. Sꝫ aspera nimis videtur compositio: licet a significatione non abhorreat. Sed cur nō a Facio q̄nquidē Inficio q̄si intus facio significare potest?

Infectus ab inficio: idē est qd̄ intinctus maculatus venenatus. Sue. de Cali. Inuenta ꝛ arca ingens variorū venenorū plena quibꝰ mox a Claudio demersis infecta maria tradunt̄ non sine pisciū exitio. Sene. Diu in istis vitijs iacuimus: elui difficile est. Nō eñ inquinati sumus: sed infecti. Cic. lib. j. tus. Sed nos vmbris delitijs: ocio: lāgore: desidia: aim̄ infecimus .i. polluimus/corrupimus. Cum autē significat non factus: cōponitur ex in ꝛ factus: vt Infecta pace: infecto negocio. Plau. in cap. Quod male feci crucior modo: si infectū fieri posset.

Infectus us. accipit̄ pro tinctura. Pli. lib. viij. De lanarum infectu suo loco dicemus.

Infectores: qui alienū colorem in lanā cōijciūt. Plaut. Incedunt infectores crocotarij offectores. Offectores sunt qui ꝓprio colori nouū inficiūt.

Inficior aris. deponēs: significat nego. Unde Inficiationes q̄ sunt debite rei negationes cū p creditorē a debitore deposcit̄. Ouid. lib. xj. meta. Stabat opus p̄tium rex inficiat̄. Et ꝓprie Inficiari est v̄bo quicq̄ negare factum: quasi infectū. Unde ad facta non ad dicta ptinet. Nam si quis aliq̄d se dixisse fateat̄ non sic ꝯuenire videt̄: vt id aduersario inficior: vl̄ inficias eo ita vt inquis esse: sed nego.

Inficias tm̄ acti casus ꝛ pluralis nūeri: et solū cū eo is. iungit̄: et sine p̄positione. vt Hic inficias iturus est: seu ibit. Cōponit̄ eñ ex in ꝛ non ꝛ facio.

Inficiator: qui negat se vel debere quod actor petit vel cōmisisse qd̄ accusator obijcit. Cic. li. j. de ora. Nōne intelligebat vt si inficiator ꝓbasset iudici ante petitā esse pecuniā q̄ esset deberi cepta. Un̄ status cōiecturalis dr̄ Inficialis in quo semp reus inficiat̄.

Infidus a. um. penultima producta. Uide supra in dictione Fidelis.

Infimus a. um. penulti. correpta ab infra seu ab inferus superlatiuū est.

Infimates penultima producta: dicti sūt sicut summates que sunt opposita. Plaut. in Sti. Sūmates viri atq̄ infimates.

Infinitiuus modus sine alteriꝰ verbi adminiculo poni solet vbi subintelligitur. Uere ne ita est? vt Me ne incepto desistere victam? Plus eñ potest infinitum tēpus ad significandū q̄ finitum. Teren. in Eu. Inuidere omēs mihi: pro inuidebāt. Ideo autē dr̄ infinitus: quia alij modi definiūt p̄sonas primā secundā et tertiā. Hic autē sine personis est: et habet p̄finitum tempus presens preteritū ꝛ futurū: vt amare p̄sens: amasse preteritū: amatū ire futurum. Ecce vides designare tm̄ tempora non p̄sonas. Amare eñ nescit p̄sona nisi velis iungere. Te amare debet ille. Tunc quasi fit finitū. Si autē non subiūgas ille vel iste vel ipse fit infinitus modus. Nam et numero singulari vel plurali infinitus est. Cum eñ dico amare nec finitum est verū de vno an de pluribus dicā.

Infirmus: nō firmus. Unde infirmitas inualiditas non egrotatio sicut pleriq̄ male vsurpant: cū quis nōdū firmus vel etate vel egrotatione est. Cice. Ut eñ infirmitas puerorꝫ et ferocitas iuuenū.

Infligo is. penul. ꝓducta. infero/incutio. Aug. lib. ij. de ciui. dei. Ita ne tandem Scipio laudas hanc poetis romanis negatā esse licentiā vt cuiq̄ opprobrium infligerent romanorum cum videas eos nulli deorum pepercisse nostrorū?

Inforo inforas penul. cor. a forum cōpositū: significat dico seu in forum diuulgo seu in forū voco. Plau. in Cur. Licet ne inforare si incomitiare nō licet? Non inforabis me quidē: nec mihi placēs tuū ꝓfecto nec forū nec comitium. Aliquando cōponit̄ ex in ꝛ foro: as. qd̄ est intus foro. Plini. lib. vij. Timebant prisci truncū findere: mox inforare ausi medio ipsiq̄ medulle calamū imprimebāt vnū inferentes.

Infra ab in nasci videt̄ cuiꝰ significatio nota est. Et sine casualibus quidē aduerbium est adiuncta vero p̄positio: vt ego te esse infra omēs infimos puto. Facitq̄ ex se Inferus a. um. inferior infimus infernus. Nam aduerbia hmōi localia prepositionū loco ponunt̄: et ediuerso: vt intra viscera pro in viscera. Absq̄ lesiōe pro extra lesionē: et in adulterū dixit: pro contra adulterū. Docet Laurē. Ualla Infra ad dignitatē et locum referri: vt Infra dignitatē meā est: et infra tectū. Intra ad nūerū ꝛ spaciū: vt Intra viginti dies: ꝛ intra muros nō autē infra. Sed hanc differentiā minus seruatā video: ꝙ infra etiā ad numerū ptineat. Pli. lib. xj. Oua incubari infra decē dies edita vtilissimū vetera aut recētiora infecūda. Aug. de Petri cathedra. Tamē cū infra quadragesime dies hec solēnitas venerit facere eā nobis debet sanctorꝫ dierū reuerētia gratiorē. Habet autē infra relatiuū supra: sicut intra/extra/sup/subter.

Infringo is. valde frango. Unde infractus. Interdum infringere ē illidere ꝛ infligere. Terē. in Adel. Plus quingentos colaphos infregit mihi.

Infractus valde fractus. Uirg. Turnus vt infractos aduerso marte latinos. Et infractus non fractus: vt vir infracti animi. i. q̄ nullis rebus aduersis frangit̄.

Infractio nō modo ꝓ non fractione: sed etiā ꝓ corpore ponit̄. Cic. In quē cadit egritudo: cadere in eū timorem infractionēq̄ animi.

Infrio as. Uide in dictione Frio.

Infumo as. pen. pro. ad fumū sicco: sicut insolo ad solē sicco. Plau. Atq̄ bilas infumatas ꝛ sumen.

Infumibulū spiraculū per qd̄ fumus exit.

Infule penultima cor. fascie sunt in modum diadematū vt inquit Ser. sup lib. x. enei. a quibꝰ dependēt vitte ab vtraq̄ parte. Fest. Infulas sacerdotum filamentum vocabāt. Alij scribūt Infulas filamēta alba esse quibus templa ornabant̄ ꝛ moris fuisse vt nubentes

prius ꝙ̄ mariti domum ingrederent̄ infulis postes ornarent̄. Iuxta primū sensum. Amb. libro offi. sumpsisse videtur cum inquit Ego raptus de tribunalibꝰ atq̄ administrationis infulis sacerdotū docere vos cepi: qđ ipse non didici. Hinc Infulatus a. um. quod est infula ornatum.

Infundo is. Uide in dictione Fundo.

Infundibulum: instrumentum quo in vasa liquores infundimus. Cato. In cella olearia hec opus sunt dolia olearia et opercula sestarium olearium vnum: labellum vnum: infundibula duo. Rustici nostrates luram vocitant. Antiquiores autem os vtris luram dicebant vnde lurcones capacis gulę homines: vt Lemargi nomen acceperūt.

Infurnibulū pala qua panes in furno disponūt.

Ingenium a gignendo propria natura dicitur cuiq̄ ingenita. Salu. lib. iij. hist. Castrisq̄ collatis pugna tn̄ ingenio loco ꝓhibebat̄. Ter. Nā qui cū ingenijs cōflictatur eiusmodi. i. cū hoībus eiusdem naturę. Est etiā ingeniū vis quędam naturalis nobis insita suis viribus ꝙ̄ualens ad inueniendū qđ ratione iudicari possit. Cic. li. v. de fi. Una ingenij appellat̄ docilitas et memoria: easq̄ virtutes qui habent ingeniosi vocant̄. Unde ꝙ̄clara ingenia et obtusa ingenia dicimꝰ id ē acuta et rudia. Hinc ingeniosus q̄ naturalē vim ad aliquid agendū accōmodatā habet.

Ingenuus qui in libertate natus est: et ab ingenuorum antiquitate vt Boe. in top. inquit: gentilitas ducitur Et est relatiuum libertini. Est eīn libertinus qui iusta seruitute manumissus ē. Uñ interrogare hoc modo solemꝰ: Ingenuus ne an libertinus est. i. liber natus an seruitute liberatus siue ex libertinoꝝ genere ortꝰ. Hinc Ingenuitas: q̄ cōtraria est libertinitati. Hinc de Agatha martyre scribit̄. Sūma ingenuitas ista est: in qua seruitus Christi comprobatur. Ingenue aduerbiū libere ⁊ simpliciter. Sic ingenue loqui dicimus eū qui ita loquit̄ vt liberū hominē decet nihil timidū: nihil habens seruile.

Ingemo is. pe. cor. valde gemo. Uirg. Daphni tuum pęnos etiā ingemuisse leones Interitū.

Ingero is. pe. cor. immisceo: immitto intro: gero. Leo pap. Nouit cui adhibeat ęstus cupiditatis: cui illecebras gulę ingerat: cui apponat incitamē luxurię. August. Quid facio ego modo cū loquor? strepitū verborū ingero auribus vestris.

Inglorius a. um. quod est sine gloria. Cui contrariū est inclytū et gloriosum. Hiero. ad Mar. Sed aīa habitante in corpore fiat inclytū qđ ante inglorium fuit.

Ingluuies ventris rapacitas. Et pro gula sumit̄. Col. lib. ix. pro cibo posuit: Nam nisi vacua est ingluuies cruditatem significat.

Ingrandesco is. dui. grandis fio. Colu. libro. x. At circa Calendas Martias locis apricis licet porrū si iam ingranduit transferre.

Ingrauesco is. valde grauis. i. molestus fio et quasi opprimo. Hier. in li. gene. Nō ē herba gregibꝰ seruoꝝ tuoꝝ ingrauascēte famę in t̄ra Chanaā. Aug. li. v. cō. Et ingrauescentibꝰ febribꝰ iam ibam ⁊ peribam.

Ingredior eris. ssus. Uide in dictione Gradior.

Ingruo is. nō ꝓprie sed ꝑ translationē significat inuado immineo ⁊ impetū facio a gruum ꝓprietate duplici. Prima ꝙ more agminis cōuolāt. Altera ꝙ clamore simili vtuntur: vt Milites in prelio ineundo. Plau. in Am. Nostra contra ingruūt vicimus vi feroces. Lact. lib. ij. Si seua tempestas: si grando ingruat ad deū confugitur. Colu. lib. ij. Etiam ingruente hyeme frumenta iacimus. Dicit̄ eīn de bello/ de pluuia/ de tempestate/ de ruina: ⁊ huiusmodi.

Ingurgito as. penul. cor. cum vehementia glutio: gulā redimpleo. Plau. in Cur. Uide vt ingurgitat ipura in se merū auariter plenis faucibus. Cice. in Anto. Idē cum se cibis ingurgitasset. Lactā. lib. iiij. aliter. Sicut sus: que se ingurgitat cęno.

Inguina pe. cor. sūt genitalia tam fęminarū ꝙ̄ virorū. Mar. Accessi quotiens ad opus mixtisq̄ mouemur Inguinibus. Sue. in Nero. Uirorū ac fęminarū ad stipem deligatorū inguina inuaderet. fore

Inhalo as. pe. pro. Uide in dictione Halo.

Inhereo es. inherens vel fixus sto. Col. lib. iiij. Cacumina deinde oliuę sicut matri inherent vtraq̄ parte adradito: et ita fissurę fici aptato: cunctūq̄ eximito. Inheresco inherens fio. Idē lib. ii. Perexigua conspergit̄ aqua gleba manuq̄ subigit̄ ac sic glutinosa ē q̄uis lenissimo tactu inherescit ⁊ picis in morem ad digitos lentescit habendo. Cic. lib. iij. de natu. deoꝝ. Prouisum ē vt si qua minima bestiola conaret̄ irrūpere in sordibꝰ auriū tanq̄ in visco inheresceret.

Inhibeo es. penulti. correpta: ex in ⁊ habeo. Uide in dictione Prohibeo.

Inhio as. ꝓprie significat valde os aperio. Per translationē ꝟo ponit̄ pro vehemēter cupio. Plau. in Aul. Credo illū iam audisse mihi esse thesaurum domi id inhiat. Gel. lib. j. Dū eius mortē inhio egomet viuo mortuus inter viuos. Aug. lib. iij. de ci. dei. Datiuo iūxit vt sit inhiare quasi desideriū aut cor apponere. Hic inquit aliquid agerent dij heluones atq̄ nebulones sacrificioꝝ adipibus inhiantes.

Inhonores qui ignobiles sūt ⁊ sine honore. Amb. lib. j. offi. Cōtra aūt iustos inopes degere ihonores sine liberis. Et Pli. lib. v. Inhonores ciuitates dixit.

Inhorreo valde horridꝰ sum: a q̄ inhorresco valde horridꝰ fio. Pli. lib. x. Inhorrescūt ędito ouo: excutiūtq̄ sese ⁊ circumactę purificant. Aliquādo inhorrescere est intus horrescere. Uirg. lib. j. geor. Spicea iam campis cū messis inhorruit: ⁊ cū Frumenta in viridi stipula lactētia turgēt. i. horrida facta est ⁊ intus formata. Hiero. in Dial. Attici. Uel frigore inhorrescimus: vel febri exardescimus.

Inibi pe. corre. ex in ⁊ ibi quasi intus ibi: vel in hoc siue in eodē loco. Apul. Multa inibi dicta sunt q̄ cōmemorare nō est opus. Plau. Nos domū properamꝰ vos inibi adeste. Aliqñ significat mox. Cecil. Liber ne es? non sum. Uerū inibi est.

Ininde significat ex eo loco. Liui. Ita exercitus ininde domos abducti.

Inijcio is. penul. cor. proprie intro iacio immitto innecto. Plau. Anteq̄ hęc in domum inijcias. Teren. in an. Quę sese in ignē inijcere voluit prohibui. Aliqñ in aliquid iacio: vt apud eundē. Inijciā in eum manū Uñ manus iniectio dicit̄ vēdicatio rei nobis debite nulla iudicū auctoritate expectata. Quintili. Patrē in filiū: patrono in libertū manus iniectio. Paul. Si Titius seruū vendidit ea lege vt si Romę moratus esset manus inijcere liceret. Emptor alij ęadem lege vendidit ⁊ seruus fugit a secundo emptore ⁊ Romę moratur. Quero an sit manus iniectio et cui. Uirg. Iniecere manū parce: hoc est traxerunt debitū sibi. Aliquādo Inijcere est cū impetu iacere: seu impetū facere. Ouid. Qua cētū quisq̄ parabat Inijcere anguipedum captiuo brachia cęlo. Aliquādo simpliciter iacere. Plau. in Epi. Tragulam in te inijcere adornat. Idem in Cap. Inijcite huic manicas mastigię. i. innectite. Et in Cas. Iā pol ego huic aliquē in pectus inijciā metū. i. immittā. Liui. lib. j. Iniecte Turno catene. i. imposite. Huiꝰ cōpositū est Supinijcio Uirg. lib. iiij. geor. Et raras supinijce frondes.

Initium ceptum: a b Inijcio is. Et initia Cereris sacra dicūtur. Uar. lib. ij. de re rus. A suillo pecore immolandi initiū primū sumptum videtur. Cuius vestigia ꝙ initijs Cereris porci immolant̄: et ꝙ initiis pacis

fędus cū feritur porcus occidit. Alio noīe initiatio/nes nuncupantur: quę vt ait Tertul. semper arcent profanos ꝛ arbitris carent.

Initio as. sacris imbuo. Unde initiat⁹ sacris imbutus. Hiero. in Exo. Postq̄ initiaueris manus eoꝝ: id est cōsecraueris: et sacris addicaueris. Et initiari dicūt pueri cū a lacte et a cunis transeunt: vt cibo firmiori alantur. Nā apud Var. legit̄ iniciari pueros edulię et poticę ꝛ cubę deab⁹ edendi ꝛ potandi ꝛ cubandi. Reperitur etiā initior deponēs: vt in Ps. Et initiati sūt Beelphegor. Est ꝛ initiare incipere.

Initiarius a. um. quod ad initiū pertinet. Quint. lib. j. Nec eī est sanctius sacris iisdē q̄ studiis initiaris.

Iniquus ab in et equus: e. in i. ꝓductā conuersa et idem est qd̄ non plan⁹. Unā loci iniquitatē dicimus. Per trāslationē vero de hominibus impiis seu improbis dicit̄ et iniquitas ꝓ iniusticia sumit̄. Aliqñ capit̄ pro magno. Uirg. Iniquo pondere rastri. Aliqñdo ꝓ angusto. Idem. Uerum hęc ipse quidē spatiis exclu sus iniquis Pretereo.

Inimicus qui nō ē amicus ꝛ priuatus est: hostis publi/cus. Sue. in Sue. Scribit etiā ad ipsum hoc famili/ariter necdū plane inimicus aut hostis.

Inimicor aris. deponens: inimicitias exerceo: datiuo iungitur.

Inimico as. cū actō: significat inimicū facio. Hora. Et miseras inimicat vrbes.

Inimicitia singulari nūero dixit Cice. lib. iiij. tus. Inimi citia ira vlciscendi tēpus obseruans. Cel. lib. de ana. plurali semꝑ nūero dicendas putat inimicitias.

Iniungo is. impono demādo: vt iniūgo tibi hoc onus. Proprie tamē Iniūgere est intus vel supra iūgere. Col. lib. vij. Iugūq; quarto die accipiūt cui ramus illigatus temonis vice traijcitur. Interdū ꝛ pondus aliqd̄ iniūgit̄ vt maiore nisu laboris explorēt patien tia. Idem lib. v. Itaq; pingui terra singulis brachiis licebit bina iniūgere flagella.

Iniuges hostię vocabant̄ quę nunq̄ domitę: aut iugo subditę fuerant.

Iniuria ex eo dicta est q̄ non iure fiat. Omne eñ quod non iure fit iniuria dicit̄ siue verbis siue re. Re cum manus inferunt̄. Uerbis cū fit cōuiciū. Specialiter vero iniuria dicit̄ cōtumelia Quis (vt quidā volunt) ab inuicem differant q̄ iniuria sit in verbis: ꝛ ideo le uior: ꝯtumelia in factis. Pacu. Patior facile iniuriā si est vacua a cōtumelia. Quādoq; iniuriam dicim⁹ damnū culpa datum. Quandoq; iniquitatē: vt cum quis inique sententiam dixit q̄ iure ꝛ iusticia careat: quasi non iuriam. Nonnunq̄ aduerbialiter sumitur ꝓ immerito. Iniuriosus q̄ iniuriā facit. Iniuriosus a. um. iniuria plenum.

Iniurius a. um. quod est iniquū. Plau. in Aul. Si mihi dat operā me illi irasci iniuriū est. Aliqñdo iniuriū aduerbiū ponit̄. Teren. in hecy. Iniuriū autē est vl/cisci aduersarios. Ubi Do. Iniuriū iniquū: Indignā tis modo significatio est: et vim aduerbii habet.

In manu vel in manibus est: dicitur pro eo quod est in potestate vel in promptu et in facili: vt Uictoria in manibus est. i. quasi iam tenetur. Et in manibus pro inter manus. Cic. in Cato. Septimus mihi liber ori/ginum est in manibus. i. operi nondum summa ē im posita manus. In manu aquas poscimus. Ueteres autē aquas manibus pedibusq; dixerunt In manū datur ei qui separatim accipit sine arbitris: aut inter ꝑtete: vt preuaricator aut iudex corruptus. Teren. in Phor. Soli sumus inquā hic: eho dic quid velis tibi dari in manum.

In mentē venire nō tm̄ est reminisci: sed etiā recogitare ꝛ considerare. Cice. In mentē tibi non venit causam publicā sustinere: id est nō cogitas.

Innitor pe. pro. Uide in dictione Nitor.

Ino nomen Cadmi et Hermionis filię vroris q; Atha/mantis Thebarū regis: et liberi patris nutricis: Ea/dē Cicerōe teste ē quę Leucothea. i. alba dea a nobis vero Matuta quę ꝛ aurora dicitur. Unde Ouid in Fas. Leucothoe in graiis matuta vocabere nostris. Fabulam Inonis. Ouid. lib. iiij. me. refert quēad/modum Ino cum melicerta filio ꝓpter timorem de scopulo se ꝓcipitem misit in mare: amboq; facti sunt dii marini. Illa Leucothea Melicertes Palemon qui et portunus vocati sūt. De quib⁹ Cyprian⁹ Me licertes et Leucothea precipitātur in maria et fiunt postmodū maris numina.

Inno as. per duplex nn. ex in ꝛ no. quasi intus no: a quo Innato as. frequentatiuū.

Innocuus actiue accipit̄ pro eo qui nō nocet. Pli. lib. viij. Eosdē pestiferos ferunt in grecia: innocuos esse in Sicilia. Passiue vero ꝓ eo cui non nocet̄. Uirg. Et sedere carine omnes innocue. i. sine detrimento.

Inocco as. significat cooperio: quod fit cū semē in agro seminatū est ꝛ glebas sarculis aut cratib⁹ dissoluim⁹ vt semen humo contegat̄. Col. lib. ij. Nam semē qd̄ sicco solo ingestū ꝛ iam inoccatū est perinde ac si re/positū in horreo nō corrūpit̄. Componit̄ aūt ex in et occo as. qd̄ est cōminuo. Sed de occo alibi.

Inoculo as. pe. cor. significat oculū vnius arbor̄ alteri adhibeo: seu oculū in arbore operio. Col. li. xij. His quidē diebus arbores ficorū inoculant̄. Quod gen⁹ insitionis emplastratio vocat̄. Pli. lib. xvij. In ficis autē ꝛ malis hęc fuit inoculatio antiqua.

Inolesco is. leui. lui. etū. et itū. significat cresco: grādis fio. Augu. Miror apud quosdā infideles vnde tam perniciosus error inoleuerit: vt sup tumulos defun/ctorū cibos ꝛ vina conferant.

Innotesco is. notus fio. Lac. li. j. Deniq; a doctis hui⁹ seculi qb⁹ forte scripta et⁹ innotuerūt deriderı solēt.

In numerū significat in ordinē. In numerū ludere ē sal tare. Uirg. Tū vero in nūerū faunosq; ferasq; vide/res ludere. Tū rigidas motare cacumina quercus.

Innuo is. signo aliquo capitis voluntatē ostendo: siue affirmem siue negem.

In ordinem redactus: et In ordinē coact⁹. i. inter viles ꝛ abiectos nūeratus. Liui. lib. xij. Tribuni plebis in ordinē redacti. i. contempti habiti. Sue. in Clau. In ordinē se coactū cōscriberet. Hinc etiā Extra ordinē pro egregie dicit̄.

Inops pauper. vnde Inopia paupertas. Aliquādo dr sine ope: sine auxilio. vnde inopem animi: inopē pru/dentię dicimus. i. sine ope animi: sine ope prudentię. Aug. lib. iiij. con. Ardor inops prudētię. Iungit̄ eñ cū genitiuis omniū rerū. Aliquādo inops dicit̄ inse/pultus. Uirg. lib. vj. Hęc omnis quā cernis inops inhumataq; turba. Ex iure eñ pontificio terra iniicie batur ꝛ circa cadauera ꝛ circa absentiū corpora qui/busdā solēnibus sacris addict̄. Inops igit̄ sine terra quę ops dicit̄: qui nullius possessor est: paup cui sug res non sufficiunt.

Inopiosus a. um. sine ope. Plau. Sępe ego res multas tibi mandaui dubias egenas inopiosas consilii.

Inphronitus pe. p. Uide sup in dictiōe Fruniscor.

In primis pe. pro. duę partes sunt: ꝛ est aduerbiū signi/ficatq; ante omnes vel ante omīa vel vnū ex primis. Sal. Quę quidē res in pmis mihi videt̄ fuisse causa facinoris maturādi. Imprimis cū m. ante p. ab im/primo v̄bo est: habetq; pe. cor.

Inposterū pe. cor. Uide in dictione Postremo.

Inquies etis. pro inquietus a. um. generis omnis vel figurate iungit̄ neutro generi. Sal. lib. j. hist. Huma nū genus inquies atq; indomitū. Hinc inquieto as. pe. pro. Hiero. lib. j. Re. Quis es tu qui clamas ec

inquietas regẽ. Col. lib. ix. Ne incubantes matrices ab aliis auibus inquietent.

Inquilinus penulti. producta ex in ⁊ colo pro habito. Uide in Colo.

Inquilino as. habito: a quo inquilinatus as. pro incolatu. Augusti. in expositione ps. Quo migrandum est ex hoc inquilinatu?

Inquio is. defectiuũ est: et significat dico. Cice. tamen lib. ii. de ora. Attendere ⁊ aucupari verba oportebit inquio: vt ea que sunt frigidiora vitem⁹. Idẽ in eodẽ. Tu inquisti molestus non eris. Et lib. iiii. ad Heren. Quid tibi vis aliquis inquiat.

Inquino as. penul. pro. maculo deturpo. Lact. lib. vi. Pecudũ sanguis effusus quo aras inquinãt. Ci. lib. tus. Quibus cecati velut domesticis vitiis atq; flagitiis sese inquinassent. Fit autẽ a Cunio is. vt inquit Fest. Cunire vero est stercus facere. Hui⁹ cõpositũ est coinquino. Col. lib. viii. Totã ꝓgeniẽ coinquinat: siquidẽ celeriter cum alia pecora: tum ꝓcipue oues contagione vexentur.

Insanus penul. pro. non sanus: qui non est sani consiliĩ ⁊ qui nõ habet mentẽ integrã. vnde Insania stulticia que ⁊ insanitas dicitur. Cice. Insipientia autẽ quasi insanitas: eademq; dementia. Itẽ Insanus magnus dicit. Virg. Insani feriãt sine littora fluctus. Persi. insani dictata Caonis. Inde insane aduerbiũ vehementer ꝓpterea ꝙ insani oĩa vehementer faciunt inquit Var. Item valde sanus .i. doctus. Persi. Et insano multũ laudanda magistro.

Insanio is. iui. itum. a sanus compositum ⁊ deriuatum putatur pro insanias facio: siue insanus sum. Quãq; et insanire est carmẽ cõponere. Virg. Insanire libet: Nam insani enthei dicunt .i. deo pleni.

Insequor pe. cor. sequor vel insequẽdo sequor. Virgl. Insequit clamorq; virũ stridorq; rudẽtũ. Et insequi ꝓ sequi. Quint. Cũ eũ maledictis insequeret.

Inseruio is. Vide in dictione Seruio.

Insecta aialia sũt partim terrestria: vt scolopendrie stelliones: partim volucria vt apes vespe: partim cũ vtroq; participantia vt formice: partim pennis ⁊ pedibus carẽtia: vt tinee que in homine nascunt. Dicta insecta ab incisuris que nunc ceruicũ loco: nũc pectorum sunt atq; alui.

Insero is. penulti. correpta: inserui insertum: significat immitto siue vnio. Quando facit inseui insitũ de arbore dicit: quãdo .s. scisso trũco surculus fecunde arboris inserit in sterili: siue cuz oculus vnius arboris adhibetur: qđ quidẽ inoculationẽ vocant: vel quãdo seminatur aut plantatur. Virg. Insere nunc melibee pyros: pone ordine vites. Col. libro. iii. Uitem quã insiturus es: resecato et plagã leuato atq; ita findito et paratos surculos in fissurã dimittito ea tenus qua adrasi sũt. Idem Insita est fructuosior ꝙ que insita nõ est. i. ꝙ que cum ramis aut plantis ponitur. Per translationẽ. Lact. lib. v. Odiũ ⁊ inuidiã ⁊ dolũ hominibus inseuit vt tam essent ꝙ serpentes venenati tam rapaces ꝙ lupi. Leo papa pro Unire exemplũ posuit. Quoniã inquit filius dei venit soluere opera diaboli: et ita se in nobis nosq; inseruit sibi: vt dei ad humanam naturam descensio fieret homini ad diuinam ꝓuectio. Hiero. ad Pãma. Quid necesse fuit me latentẽ inserere questioni: opponere inuidie plurimorũ .i. immittere. Col. Nausea discutit si integrum gallinaceũ crudũ ouũ ieiuni faucib⁹ inseras. Diome. Inseror insertus ⁊ insitus facit. Et tradunt quidã insitus arborũ esse: insertus hoĩs vel alicui⁹ rei. Ser. Insitas arbores dicim⁹: insertas vero causas aut fabulas. Pli. lib. x. Pẽna ꝑ transuersas inserta nares.

Inserto as. frequẽtatiuũ ab insertũ formatũ. Vir. Hic ferro accingor rursus clypeoq; sinistrã Insertabam aptans: meq; extra tecta ferebam.

Insitio ipse inserẽdi actus. Col. lib. iii. Tria autẽ genera insitionũ antiqui tradiderunt.

Insitium lignum quod insitum est. Col. lib. iii. Terram circa arborẽ aggerato vsq; ad ipsum insitiũ. Et item Paliato luto bene subacto oblinito totam plagam ⁊ spatium quod est inter surculos vsq; eo vt duob⁹ digitis insitia extent.

Insitiuus a. um. quod inserit. Gel. Corpusq; ⁊ animũ bene initiat⁊ primordus insitiuo degenerisq; alimẽto lactis alieni corrũpere.

Insideo es. penul. correpta: sedeo seu supermaneo sto. Lact. lib. v. Et iustus ille nactus fuerit aliquẽ sauciũ equo insidientẽ. Aliquãdo intus sedeo seu sto. Cice. lib. iiii. tus. Cum autẽ hic seruor concitatioq; animi inueterauerit et tanq; in venis medullisq; insederit. Aliquãdo dolose quẽpiam expecto. Unde insidie et insidior. Aliquando obsidere ⁊ modo cum accusatiuo construitur. Liui. lib. ii. de bel. puni. Mago locũ monstrabit quẽ insidebatis. Modo dtõ. Virgl. lib. xi. Arripuitq; locum et siluis insedit iniquis. Liu. li. ix. Insessis oĩb⁹ viis per quas cõmeatus ex Samnio subuehebatur.

Insido is. penulti. cor. significat ad intus habitandum ingrediendũ vt vado. Lact. lib. vi. Vitãda ergo spectacula oĩa: non solũ ne quid vitiorum pectoribus insidat .i. ingrediat ad standum. Sta. lib. the. passiuũ protulit. Summis insiditur astris. Cõstruit et cum actõ. Virgl. lib. x. Viam insidere.

Insidie fallacie. Cice. lib. iii. offi. Sunt ne igitur insidie tendere plagas. Proprie dolosa expectatĩ ad aliquẽ aggrediendum insidie dicuntur que clam insident vt hostes fallat.

Insidior aris. insidias tendo. Sal. in Iug. Atherbalẽ vite sue dolis insidiatũ esse.

Insidiosus qui sepe insidiat: a quo insidiose qđ est cum insidiis. Cice. lib. iii. offi. Ratio ergo postulat ne qđ insidiose: ne quid simulate: ne quid fallaciter.

Inscitia ignorantia ab inscitus a. um. participio.

Inscius ⁊ conscius contraria sunt: et a scius composita Insciens. vnde Inscienter ⁊ inscientia q̃ ꝯtraria sunt sciẽtie. Ci. lib. acad. Sed inter scientiã ⁊ inscientiam cõprehensionẽ illã collocabat. Aliqñ insciens capit ꝓ stulto: et aliqñ ꝓ ignaro.

Inscribo penul. pro. intus siue superscribo. Cice. lib. i. tus. Quid nostri philosophi: nõne in his ipsis libris quos scribũt de contẽnenda gloria sua nomina inscribũt. Idem Casso. In statua quã posuit in rostris inscripsit Parenti optime merito. Interdũ inscribere significat nominare siue intitulare. Lactã. lib. i. Minutius felix in eo libro qui octauius inscribitur: sic argumentatus est. Interdũ dilacerare. Virg. Et versa puluis inscribitur hasta. Plaut. Corpus tuũ virgis vlmeis inscribã .i. insignibo.

Inscriptus quandoq; pro non scripto sumitur: vt apud Var. lib. ii. Itaq; greges ouium longe abiguntur ex Apulia in Samniũ estiuatũ atq; ad publicanũ profitentur ne si inscriptum pecus pauerit lege censoria cõmittant mulctos.

Insignis ⁊ hoc insigne ex in ⁊ signum siue signis componitur ελληνιστι δε λεγουσι περισημον εκ του περι και σημαινω. Et proprie dicitur excellens qui in aliquibus cernitur esse signis quibus noscitur vel nosci potest vt in coloris ⁊ vestiũ rerũ varietate noscit siue nosci põt esse eũ ꝓbũ vel improbũ. Seu q2 signa cum sint indicia rerum semper eminẽt manifestaq; sunt. Sic viri virtute excellentes oĩb⁹ sunt noti. Cice. lib. iiii. ad Heren. Idem fit in imaginibus: vt que nobis diligenter note sunt he parum videantur insignes aliis. Hic Ci. eo ꝙ prius dixit note

aperuit insignes significare note siue notabiles. Virgi. lib. iii. geo. Nec mihi displiceat maculis insignis et albo. Liui. lib. i. Flaminem Ioui assiduū sacerdotem creauit insigniq̄ꝫ eum veste et curuli regia sella adornauit. Virg. libro. iiii. Ostroq̄ꝫ insignis et auro Stat sonipes. Hoc loco insignis instrat⁹ quasi insignitus. Ad facinus transtulit Terē. in Eu. Iamdiu aliquā causam querebat senex quāobrē aliquid insigne faceret. Do. Insigne aliquid magnum et nobile facinus. Ad virtutem. Virg. Insignē pietate virū id ē illustrē magnū siue nobilē preclarumq̄ꝫ ac ꝑstantem. Aliquādo ad vitiū. Et latrones insignes vocamus qui maiore manu maioreq̄ꝫ audacia grassantur vt in Euā. Habebāt autē vinctū quendā insignē: cū de seditioso et homicida dicatur. Et insignia scelera a Tacito dicūtur. Omne eñ quod excellit siue illud sit vitium seu virtus insigne dicit̄. Vñ etiā quādoq̄ꝫ simpliciter ꝓ magno sumitur. Lucil. Cocus non curat caudā insignem esse mō pinguis siet. Ab insignis fit insignitas pro claritate. Insigniter clare summe. Apul. Homo insigniter malus.

Insignia dicūtur ea que in vestibus vexillis et huiusmodi insignita sunt: aut ipse vestes vexilla et alia q̄ fiunt aut feruntur ita ab alijs discreta vt nosci possint cui⁹ sint et ad quos pertineant: vt vestes militares et insignia militaria regalia consularia ve quibus acies ab acie: eques ab equite rex et consul a viro priuato cognosci debet. Virg. libro. ii. Danaumq̄ꝫ insignia nobis aptemus clypeos. Liui. libro. ii. Ipse en ille nostris decoratus insignib⁹ magnifice incedit. Sal. Cū facibus atq̄ꝫ alijs imperij insignibus ad Manlium in castra tēdit. Mos enim fuit antiquorum vt bene meritis insignia tribuerent magistratuū. Vnde scribit Tacitus decreta fuisse narciso questoria insignia a Claudio Cesare. Ab eodē insignia ꝑture Crispino decreta fuerūt. Et non solum sunt signa et ornamēta ob virtutē adepta. Vnde insignia laudis et insignia glorie dicim⁹: vt Cice. Appio. Insignia eñ virtutis multi etiam sine virtute assecuti sunt. Aug. lib. viii. con. Qui etiā ob insigne preclari magisterij statuam in foro romano meruerat. Verum etiā quicquid aliq̄d ostendit insigne dr. Amb. Desponsata ne temerate virginitatis adureret infamia: cui grauis aluus corruptele videret insigne ꝑferre.

Insignio is. iui. itum. signis noto seu distinguo vt apud Claudianum libro. i. Hic elemento et seriem: sedesq̄ꝫ paternas insignibat. Cice. lib. iiii. Ad heren. Si quā rem deformabimus turpē: aut cruentā: aut ceno oblitam: aut rubrica delibutam iudicemus quo magis insignita sit forma.

Insignite pen. pro. aduerbiū significat cū note indicio. Cice. Nec improbū notari aut vituperari insignite posset. Insigniter etiā aduerbiū significat summe clare: aperte. Apul. Homo insigniter malus.

Insimulo as pe. cor. accuso: crimē ingero. Cic. Treba. Hic tu me etiā insimulas nec satisfactionem accipis. Iungit̄ etiā q̄nq̄ꝫ gtō. Teren. in Phor. Si herū insimulabis auaricie male audies. Vñ insimulatio q̄ vt inquit Do. est falsi vel veri criminis incusatio. Est et insimulare fingere. Cice. lib. iii. offi. Solus neglexit fidē: furere insimulauit: ne coiret instituit.

Insinuo as. Vide in dictione Sinuo.

Insisto is. quasi firmo. Virgili. libro. xi. Vtq̄ꝫ pedum primis infans vestigia plantis Institerat iaculo palmas armauit acuto. Et insistere ē operā dare. Hier. in prolo. Tob. Sed melius esse iudicās phariseorū displicere iudicio: et episcoporū iussionib⁹ deseruire institi vt potui. Itē solicitare vrgere. Pli. Frequēsq̄ꝫ vt id ageret insistebat. Cice. ad Heren. aliter. Nunc identidē nosmetipsi nobis insistemus: res eñ cōis agit̄: id est vim faciemus.

Insilio is. penulti. cor. insilui insiliui vel insilij insultum. Vnde insulto significat intro aut sursum salto. Sta. libr. ix. the. Insiliere vadis magnoq̄ꝫ fragore solut⁹ Agger. Luce. libro. tertio. Insiluitq̄ꝫ solo nociturus pondere puppi.

Insolens penulti. cor. ex in et solens siue ab insoleo licet nusq̄ꝫ legatur: et significat insuetum et insolitum: vnde insolentia. Cic. pro Deiota. Moueor et insolētia loci. Sal. Insolens vera audiēdi. Gel. lib. i. Atq̄ꝫ id qđ a C. Cesare excellentis ingenij ac prudentie viro in primo de anali. scriptum est. Habe semper in memoria atq̄ꝫ in pectore vt tanq̄ꝫ scopulū fugias inauditum atq̄ꝫ insolēs verbum. Per translationē ponit̄ pro superbo et arrogante qui preter legem agit humanā atq̄ꝫ naturalē. Et quem audacē vel ꝑsumptuosum dicere solemus. Quod est cū quis audet facere vel dicere quod ipse non solet: vel qđ ab alijs modestis viris fieri aut dici non solet. Cice. pro Marcel. Et victoria q̄ sui natura insolens est. Inde insolentia arrogantia: insolenter: arroganter.

Insolum veteres pro insolitum dixerūt. Afra. Orbitatem senectuti tue malum metui: qđ insolum non venit ceco ac dementi.

Insolitus nō suetus. Aliq̄n ꝑter solitū. Gel. Intēpestiue ac insolite disserebat.

Insolo as. penultima producta: ad solem sicco. Vnde insolat⁹ in sole seu ad solē siccatus: vel penitus tact⁹ aut calefactus. Col. lib. v. Sup hoc materie que fructum habent: melius conualescunt et vue cōmodius insolate precoquūtur. Insolare quoq̄ꝫ puelle crines dicunt̄ dum faciē tecte passos ad solem tenent candicandi gratia. Et ipse crines insolati dicuntur. Plini. Cerā vinaceo crate sub dio siccant sole lunaq̄ꝫ. Hoc eñ candorem facit: si sic siccatur. Et ne liquefaciant protegunt tenui linteo. Candidissima vero fit post insolationem humi recocta.

Insomnia e. vigilia: Insomnium: phantasma. Vide in dictione Somnus.

In spem venio: sperare incipio. Cice. lib. ii. de ora. Nō nullā in spem venerā posse me aliq̄d ex istis discere.

Inspicio cis. penul. cor. intus spicio seu valde intueor. Terē. in Adel. Deniq̄ꝫ inspicere tanq̄ꝫ in speculū vitas hoim iubeo: atq̄ꝫ ab alijs exēplū sumere sibi.

Inspecto as. continue seu attente intueor. Gel. libro. i. Ibidem in stadio inspectante populo in osculis atq̄ꝫ in manib⁹ filiorū animā efflauit. Vñ et inspectare ꝓ custodire ponit̄. Sueto. in Cesa. Sūt qui putēt confisum eum nouissimo illo senatuscōsulto ac iureiurādo etiam custodias hispanorū cum gladijs inspectātium se remouisse.

Inspectius aduerbiū significat minus incōsiderate.

Inspicio as. pe. pro. in modū spice vel spici acuo. Vir. lib. i. geo. Ferroq̄ꝫ faces inspicat acuto. Ser. Acuto ferro incidit ad speciē et imaginē aristarū.

Inspiro as. pe. pro. significat diuino quodam spiritu in mētē iniicio. Vñ dicim⁹ sāctos dei hoīes inspiratos fuisse locutos. Et inspirare intus spirare: hoc est spm̄ seu vētū infundere. Col. li. i. Sz granaria scalis adeant̄: et modicis fenestellis aquilonib⁹ inspirent̄.

Instar indeclinabile licet ꝓbus instaris genitiuū dixerit. Quod et sine prepositione et cum prepositiōe inuenitur. Et modo significat adequiparationē. Colu. lib. iii. Vineam nouellā gemmas agere finito: simul ꝙ atq̄ꝫ pampinus instar quattuor digitorū erit: tum demum pampinato. Modo ad mēsurā: vt apud eūdem. lib. i. In campo rarius: in colle spissius aceruū stercoris instar quinq̄ꝫ modiorū disponent̄. Modo ad similitudinē: vt illud Cice. accipi potest. Amaui autē que fiunt nō vici: sed vrbis instar. Et in Pisonē.

Unus ille dies mihi quidē immortalitat⁹ instar fuit cū senatū egressum vidi populū romanum vniuersū. Sueto in Cęsa. Cuius etiā .s. equi instar pro ęde Veneris genitricis postea dedicauit .i. effigiē cōsimilē. Solinus cū ꝓpositione. Mesopotamiā opimat annuę inundationis excessibus ad instar amnis ęgyptij terris superfusus inuecta soli fęcunditate. Similiter Hiero. in Iob. Et gaudiū hypocrite ad instar pūcti. Idē in Iosuę. Steterūtq; aquę descendentes in vno loco ⁊ ad instar montis intumescentes apparebant ꝓcul ab vrbe. Aug. Et ideo hodie vt vitale lauacrū resurgens dei populus ad instar resurrectiōis ecclesiam nostrā splendore niueo illuminat.

Instauro as. non ab instar descēdit: vt quidā putauere: sed compositum est ab in ⁊ stauro. Unde ⁊ Restauro. Nā integro qđ instauro simile est in significatiōe cōpositum quidē est: q2 ategro habet. Et vnde compositū ē Ategro: inde ⁊ integro. Uñ cōtamino: inde et attamino: et multa huiusmodi. Sic vnde instauro vñ ⁊ restauro quorum simplicia cum non sint in vsu cōposita habēt: ꝙ ꝑpositiones cum quibus iūguntur aperte declarant. Preterea cū integrare idem sit quod instaurare: nimirū instaurare integrare est. In quo quātū ad instar distet aiaduertere licet. Terē. in An. Amātiū ire amor⁹ integratio ē. Ubi Do. Integratio instauratio. Integrare ꝟo vt inqt Festus est in statum redigere nō ad similitudinem prioris status dixit: sed simpliciter in statū redigere vtcunq; sit status. Similiter instaurare dicem⁹ in statū redigere nō ad similitudinē prioris status facere. Uñ Virg⁹. per translationem dixit. Instaurati animi regijs succurrere tectis .i. quasi recreati: siue validi facti. Sup quod Ser. ait. Hinc ostēdit eos superius defecisse: ⁊ non dicit ad similitudienm antiquam conualuisse. Et raro euenit vt euersa ędificia ad similitudinē pristinam instaurētur. Liui. li. iiij. Nā phalisci perpelli ad instaurandū bellum romanorum: neq; socioꝝ precibus potuere Instaurandū nō ad similitudinē pristini gerendū sed integrandū ⁊ denuo inferēdū. Sic Cice. de ꝓuincijs cōsularibus in Pisonē et Gabinium. Bellum affectum videmus et vere vt ita dicam cōfectū periculū sit ne instauratas maxime belli reliquias ac renouatas audiamus. Virg. lib. iij. Ergo instauramus Polydoro funus .i. integram⁹ supplem⁹ ⁊ facimus funus: qđ fieri ꝓ loco ⁊ tēpore ↄdecebat. Idem lib. vij. Certatim instaurant epulas .i. denuo imponūt. Cū ergo instauro nihil in significato cōueniat cum instar: nullo pacto ab instar formari dicēdū est pręsertim cum nec ad analogiam pertineat: ꝙ instauro nō istauro facere deberet. Restauro aūt q̃uis pene aboluerit ⁊ ꝓ eo istauro sępe positū sit. Lac. li. vij. Usus ē ꝓ reduco seu reformo renouo reficio vc. Uerū ille cū deleuerit iniusticiā iudiciūq; maximum fecerit: ac iustos qui a ꝓ̄ncipio fuerūt ad vitā restaurauerit: mille annis inter hoīes versabit. Nō eñ ad antiquā similitudinē reformauerit intelligendū: cum longe elegantiori forma sint iustorū corpora reficienda q̃ ea quę prius habuerant.

Insterno: super sterno: operio: extendo. Unde instrata equoꝝ ornamēta dicunt. Et instratus lectus dr̄ veste stragula excultus. Ulpi. Instratū significat omnem vestem stragulā insternendi causa paratā.

Instigo as. penulti. pro. ex in ⁊ stigo componi videt: vt sit stigo stimulo: et instigo instimulo: et tā in bonū q̃ in malū sumit. Hiero. de diuo Luca. Obijt plenus spūsctō q̄ instigāte in achaię partib⁹ grecis fidelibus dñi incarnationē fideli narratione ostendit. Hoc mō cōponunt Castigo quasi ad id qđ castum est stimulo. Fustigo fuste stimulo vel ferio.

Infingo is. xi. ctum. intus cōmoueo. Lactā. li. vj. Ego vero eos qui vera imprudētes loquunt sic habēdos puto tanq̃ diuinent spiritu aliq̄ instincti. Uale. max. lib. j. Samij. prienensibus auxilium aduersus caras implorantibus: arrogantia instincti ꝓ classe ⁊ exercitu lenibulā eis derisus gratia miserūt. Hinc Instinctus us. ipa cōmotio. Unde dicim⁹ aliquid spiritussancti instinctu factū esse.

Instita penulti. correpta: tenuis fasciola inquit Acron: quę stolę imā partē ambit. Hora. Nil mediū est sunt qui nolunt tetigisse nisi illas quarū subsuta talos tegit instita veste: contra alius nullam nisi olenti in fornice stantem. Ouid. in arte. Este procul vittę tenues insigne pudoris. Queq; tegis medios: instita longa pedes: vnde ⁊ in Euāgelio legim⁹ de Lazaro ꝙ erat ligatus institis .i. fascijs.

Institor penulti. correpta: negociator: ex eo dictus ē: vt Ulp. inquit: ꝙ negocio gerendo instet: nec multū refert taberne sit prepositus: an cuilibet alij negociationi: cum interdū etiā ad hoīes honestos afferat merces: ⁊ ibi vendat. Hier. sup lib. ꝓuer. Institor negociator q̄ ab eo sic dicit: ꝙ ꝓ acquirendis multipicandisq; mercibus sedulus insistat. Idē ↄtra Ioui. An⁹ ⁊ aurifices ⁊ hariolos: ⁊ institores gēmarū: sericarū q; vestiū si intromiseris: periculū pudicicię est. Hoc te fere semꝑ accipiunt institorē pro eo q̄ venditor est mercium delicatarū: cui vestiarij ⁊ lintheariij dant vestē circūferendā: et distrahendā: quē vulgo Circitorē appellam⁹. Ouid. Institor ad dominā veniet discinctus emacē. Plautus Ancillā ꝓ dña negociantem institricē vocat. Uergiliarū q̄q; sydus Institor vestꝫ dr̄: ꝙ mēse nouembri cum earū occasus est ex hoc sydere coniecturā faciūt hyemis. Nā si nubilus fuerit earū occasus: pluuiosam hyemē denunciat. Ideoq; negociatores statim augēt lacernarū ꝓcia quib⁹ pluuio tp̄e vtimur. Si ꝟo sereno tp̄e occiderint: asperitas hyemis denunciatur. Iccirco reliquarū vestium pręcia accedunt.

Institorius a. um. quod ad institorem ꝑtinet: vt ars institoria. Hiero con. Heluidiū. Quę institorias exercet artes: nescio an corpore qđ scio spiritu virgo non permanet. Institoria actio dicit qua domin⁹ institorem cōuenit: vel ꝑ institorē cōuenit. Nā si libitinari⁹ polinctorē habuerit: isq; mortuū spoliauerit dandū in eū institoriā actionē: q̃uis furti ⁊ iniuriarum actio cōpeteret: ait Iureconsultus.

Instituo ex in ⁊ statuo: significat decerno. Apul. Solō aut Lycurg⁹ instituit. Hinc instituta ⁊ institutiones. Aliquādo incipio. Plini. Priusq̃ id opus instituerem. Aliquādo doceo: instruo. Sunt eñ non modo litteris: sed etiā bonis moribus instruendi adolescentes. Quod ⁊ de malis dicit. Iuue. Instituitq; rudes melior locusta ꝓpinquas .i. docet eas veneficia. Aliqñ ordino. Et ꝓprie de ludis: de oratiōib⁹: et de moribus hoim dr̄. Teren. Optime vitā instituit. Sal. Ea familia ortū ita se ab adolescentia ⁊ vitā instituit se vt oīa bona in spe haberent.

Institutū bonum morem consilio et ratione sumptum significat: et domesticā disciplinā: q̄ litteris nō mandātur sed obseruant cōi opinione bonoꝝ viroꝝ per quādā ↄsuetudinē. Quint. Nam is q̃q̃ nutricibus trienniū dederit: tñ iam tū formari optimis institutꝭ mentē infantiū iudicat. Uñ de institutis apud Ual. max. j. de morib⁹. Aliqñ dr̄ ꝓpositū inceptū: vt faciā ꝓ meo instituto. Plini. Hec sūt rerū ꝓ̄ncipia ⁊ instituta naturę. Aliqñ dicit decretum et sanctio: Unde Iustinian⁹ opus suū instituta inscripsit: sed barbare: q2 dicuntur institutiōes: ⁊ ita indocilis fuit: vt analphabetus diceret teste Suida.

Institutiōes sunt ꝓ̄cepta quibus instituunt hoīes atq; docent: vt libri a Quintil. de institutiōe editi. Quęq;

institutio vocat ipsa instructio.

Insto as. quādo datiuo iūgit: significat instantiā & vim quādā facio: sollicito. Cic. ꝓ Quintio. Verū qm̄ tibi instat Hortēsius: & eas in cōsiliū a me postulat ne dicendo tēpus absumā. Interdū incūbo. Virg. Talis erat dido talem se leta ferebat: Per medios instans operi: regnisq; futuris. Idē in buco. sine casu posuit. Desine plura puer: et quod nunc instat agamus. Interdū insectationē facio: quod vernacula lingua dicimus: dar la caça. Liui. lib. j. Ita incurrisse a lateribꝰ ferūt: vt non sisterent modo sabinas legiones ferociter instantes cedentibus: sed subito in fugā auerterent. Qn̄ vero actm̄ habet: significat vrgeo: et quasi cōtra sto. Plau. in Cur. Si magis me instabunt ad ꝑtorē sufferā. Itē supersto. Idē in asi. Rectam instas viā ea res est. i. ingressus es siue obtines: stasve sup rectā viam. Et in hymno. Sed premiū mortis sacre perēnis instet gloria. Inuenit etiā sine aliquo predicato & casuū: licet possit intelligi. Sal. Veterani salutē pristinę memores cominus acriter instare: illi haud timidi resistunt. Instare pro instabāt: quasi cōtra stabant. i. pugnabant. Terē. in An. Ego sedulo negare factum: ille instat factū: id est contendit factum. Aliquādo insequor: aduento. Salust. Optimū factu ratus noctē quę instabat ante capere: ne quid eo spatio nouaret. i. proxima erat vel sequebatur. Cesar lib. j. Cesar vbi se diutius duci intellexit & diē instare quo die frumētū militibus metiri oporteret. Huiꝰ verbi frequentatiuū est Instito.

Instito as penul. cor. sępe cōtra sto: pugno. Cesar. lib. j. Id cōspicati heluecij q̄ in mōtē sese receperāt rursus institare & preliū redintegrare ceperūt.

Instans nomen substantiuū: dicit minimū tēporis momentū qđ imminet & ꝑsens est. Vn̄ etiā apud Dialecticos tēpus instās dr̄ qđ est ꝑsens. Cice. lib. iiij. tus. Quę eni venientia metuunt eadē efficiunt egritudinē instantia. i. ꝑsentia vrgentiaq;.

Instantia: sedulitas. Hiero. Mirari nō desino ex actionis vestre instantiā. Exigitis eni vt librum chaldeo sermone conscriptū ad latinū traham.

Instanter aduerbiū significat sedulo.

Instruo is. xi. ctum. ordino: & tam de malis q̄ de bonis intelligi potest. Virg. Dolis instructꝰ & arte pelasga Similiter dr̄ de acie: de classe: de causa: ac etiā de mēte alicuiꝰ. Plaut. in Am. Nos nr̄as more nr̄o & mō instruximus legiōes. Lact. li. j. Quod malū a grecis ortū est: quoꝝ leuitas instructa dicēdi facultate et copia incredibile est quātas mendacioꝝ nebulas excitauerit. Idem lib. iij. Apparet falsam & inanem esse omnem phiam: q2 nec instruit ad iusticię munera: nec officiū hoīs rōnemq; ꝯsumat. Col. li. v. Nōnulli fere nue fabricant nauigia: nec ꝯsumata perinde instruūt armamentis ministrisq;. i. armant vel muniūt. Gel. lib. j. Verba Lelij hec sūt qbus hedū q̄ ad epulas fuit alligatus dimissum exnamq; ita vt lex sanxisset pomis holeribusq; instructā. i. paratā. Hiero. ad Ruf. Quasi doctus nauta rudem conor instituere vectorem: id est docere.

Instrumētum: ab instruo fit: cuius nomine significatur oē illud quo quis ad operandū vtit. Sic dicimus arma instrumēta belli esse. Ligones: marras: sarcula instrumēta agricolatiōis. Et instrumentū dr̄ id q̄ qs docet. Vn̄ dicimꝰ instrumentū vetus: et instrumētū nouum ꝓ lege veteri: et lege noua. Ex his eni homo instruit quid agere aut vitare debeat. Aliqn̄ sumit pro apparatu quo fundus: taberna: et id genus alia instruunt. Sue. de Aug. Et Alexandria capta nihil sibi ꝑter murinū calicē ex instrumento regio retinuerit. Sic apud Iureconsultos titulus est de fundo instructo & instrumento legato. Aliqn̄ instrumēti noīe intelligit monumētū scripturarū ad res gestas pertinentiū: quale ferme est repertoriū: qđ vulgo inuentariū appellat. Sueto. in Vespa. Vndiq; inuestigatis exēplaribus instrumentoꝝ imperij: pulcherrimū ac vetustissimū confecit.

Insucco as. imbuo: seu inficio: q̄si in succo balneo. Col. lib. viij. Fracta pecudum non aliter q̄ hominū crura sanant inuoluta lanis: oleo atq; vino insuccatis atq; mox circūdatis ferulis colligata.

Insuesco is. Vide in dictione suesco.

Insula penul. cor. dicit terra quę vndiq; aquis claudit ꝓprie autem in mari. Vnde quidā a salo appellatas insulas volunt: ꝙ in salo: id est in mari site sint. Hinc Peninsula: q̄ q̄si insula ē: et vndiq; fere aquis clausa tantū angusta q̄ dr̄ Isthmos & cōtinenti annectitur. Mediamnis vocat quā amnis circuit. Insulę etiā dicunt domus in vrbe ab alijs separate: et vicos vndiq; habentes: ꝙ sicut insulę sunt in mari loco vndiq; ambita vndis discreta a cōtinenti: ita domus nullis connexis ędificijs coherētibus insulę nominantur. Vnde Spartianꝰ scribit trecētas. xxv. insulas olim Rome incendio absumptas fuisse. Vlpi. tit. de ver. ob. Plane si insulam fulciri quis stipulatus sit: non est expectandū vt insula ruat.

Insulatus a. um. qđ factū est ī insula. Augꝰ. li. iiij. de ci. dei. Illas etiā q̄ prius fuerant ꝯtinentes hospitibus atq; aduenis fluctibꝰ insulatas aliasq; desidia maris peruias factas ac ꝓcellis euersas esse ciuitates.

Insularis et hoc insulare qđ est insulę. Pli. Qui ꝑmus insularē morbū in vrbē inuexit.

Insularius a. um. ponit pro vili. Vn̄ iurisconsulti viles seruos insularios appellant: qui sine ciuitate sunt in opus publicū ꝑpetuo dati & in insulā deportati siue in insulas ad effodienda metalla demandant.

Insulto as. frequentatiuū ab Insilio: ex in & salto compositū est: a in u mutata. Et construit cū dtō: et aliqn̄ cū actō: et mō ꝓ insilio ponit. Virg. Insultare solo et gressus glomerare superbos. Modo ꝓ irrideo & ꝯtumeliosius in aliqē aliquid dico: vl' facio. Salu. Multos tn̄ ab adolescētia bonos insultauit. Terē. in Eu. Ne tu istas faxo calcibus insultabis frustra. Sueto. scribit cesarem dixisse se insultaturū capitibꝰ aduersarioꝝum.

Insultura pro insultatione. Plau. Nam ego istā insulturā & desulturā nihil hic moror.

Insum: in aliqua re sum. Lactan. lib. ij. Inest ergo syderibꝰ ratio ad peragendos meatus suos apta: sed det est illa ratio.

Insummo as. finio. Augusti. Oīs opera insummata est: dolor remansit. Insumo is. penul. ꝓducta consumo. Hiero. ad Pāma. Deliciarū quandā supellectilem virtus insumit.

Insuper pe. cor. significat preter ea: a quo fit deinsuper.

Insusurro as. Macro. lib. ij. satur. Valedicēti hoc tm̄ insusurrauit. Non putabā me tibi tm̄ familiarē.

Insubres: populi Cisalpinę gallię: cuiꝰ ciuitates sunt: Mediolanū: Papia: Lauda: Nouaria: Vercellę: & Comum.

Integer a. um. penulti. cor. si de ętate dicit: intelligitur ea q̄ in flore consistit. s. iuuētute in qua robur viuidū & sanguis adhuc integer ē: qui ętate in seniū vergēte minuit. Terē. in An. Egregia forma: ętate integra. Integra res q̄ est perfecta: de qua nihil est imminutū vt integrū corpus cui nihil deest. Integer vir qui est castus: & qui omni virtute ꝑditus est. Hinc fit aduerbiū Abintegro: quod significat rursus: quasi res perfecta rursus incohoetur.

Integrū mihi est: significat vtile est. Nam illa res dicit integra q̄ intacta: et nondū tacta est. Rursus integrū est: significat in arbitrio est & potestate. Cice. lib. iij.

de ora. Sed qm̄ hec iā neqꝫ in integro esse pñt.

Integro as. pe. cor. ꝑficio: ꝓprie tñ significat rursus inchoo/ instauro/ siue innouo. Virgil. Ramoꝝ sedēs miserabile carmē integrat. Liu. lib. v. Sil' vt ab religione aīos remiserāt integrant seditionē tribuni plebis. Ab hoc fit Deintegro ⁊ redintegro.

Integrasco is. idē qḋ integror. Teren. Hoc malū integrascat: vbi Do. Integrascit. i. integrat.

Intelligo is. penul. ꝓduc. ex inter et lego: quasi in interioribus lego. Unde intelligētia. Cice. lib. iij. off. Explica atqꝫ excute intelligētiā tuā: vt videas q̄ sit i ea species ⁊ notio boni viri. Huiꝰ cōpositū est subintelligo: qḋ est mediocriter intelligo. Hiero. ad Exuper. Hoc autē dico/ nō ꝙ te auaꝝ didicerim/ sed subintelligā iccirco adhuc militiē operā dare: vt impleas saculū quē euacuare dñs precepit.

In tempore significat oportune. Salu. Maxime ferocia regis Mitridatis in tēpore bellaturi. Ter. i An. Ueni in tempore.

Intēpesta nox dicit obscurissima: tacita ac silēs: vt est fere media nox: ꝙ careat tēpestatibus ⁊ tumultu/ cū tēpus agēdi est nullū: quod alij concubiū dicunt/ ꝙ fere tunc oēs cubēt. Cice. in Uer. Affert nocte intēpesta grauis huiusce mali nuncius.

Intēpestiuus a. um. quod preter tempus fit. Boe. Intēpestiui fundunt vertice cani. Gel. Intempestiue atqꝫ insolite disserebat.

Intēdo is. significat extēdo: tractū a venatoribus qui retia intendūt ad capiēdas feras/ vel a sagittarijs. Ci. de suppli. Tabernacula carbaseis intenta vel collocabāt. Idē in Cato. Intentū animū tāqꝫ arcū habebat: nec languens succumbebat senectuti. Et intēdere est animaduertere/ diligēterqꝫ intueri. Virgi. Intēti expectāt signū. Itē dirigere. Sal. in Iugur. In regnū Adherbalis animū intēdit. Item innectere: illigare. Vir. Et stupea vincula collo intēdūt. Cic. i Hortē. ꝑ trāslationē dixit. Quero nō quibus intēdā rebꝰ animū/ sed quibꝰ relaxē. Itē cōtra conari/ cōtēdere omni conatu. Ci. lib. ij. Tus. Quid q̄ volūt exclamare maius: num satis habēt latera/ fauces/ linguā intēdere: e quibus elici vocē et fundi videmus.

Intentus a. um. ⁊ participiū ⁊ nomē esse potest: vñ intētior ⁊ intentissimus.

Intētio nō accipit ꝓ volūtate aut ꝓposito/ sed ꝓ actu q̄ dirigit ⁊ exercet/ seu fit a volūtate hoīs: vt sit intētio volūtatis seu ꝓpositi opatio: quē more arcꝰ aut chordaꝝ cū tendunt aliqñ recte/ aliqñ magis/ aliqñ minꝰ q̄ꝫ oportet se exercet.

Intēto as. ab intendo: significat minor. Virgi. Presentēqꝫ viris intentāt oīa mortē.

Intentatus: inexpertus: ab intentor taris. Cice. in Lel. Nemo est qui nō quocū consueuit libentius vtat/ q̄ꝫ intentato et nouo.

Inter ꝓpositio est/ ab in deducta: quē separatur ⁊ cōponitur. Separata significat μεταξυ. Gel. Inter os et offā multa interuenire possunt. Aliqñ in medio quorundā: vt Inter reges/ inter vicinos. Aliquādo in eū locū: vbi Cice. Dico te priore nocte venisse inter falcarios: id est illuc vbi sunt falcarij. Aliqñ propter seu post. Virgi. Hūc interfluuio tyberinus amęno. Cōposita ħo modo significat de medio: aut e medio: vt intercipio. Modo totū: vt interbibo. Modo facti priuationē siue destructionē: vt interficio/ interimo. Et in hac significatione multitudinē totā simul pemptā: siue in totū simul cōplectit: vt interneco. Nō significat maxime: vt interdico/ interminor. Cōponit autē fere cū oībꝰ litteris ⁊ integra manet. A. vt interaresco. B. vt interbibo. C. vt intercedo. D. vt interdico. E. vt inteo. F. vt interficio. I. vt interiacco. L. vt interlino. Notetur intelligo: vbi r. mutat i l. M. vt intermimor. N. vt interneco. P. vt interpello. R. vt interregnū. S. vt intersū. T. vt interturbo. V. vt interuenio. Ab inter fiunt interea ⁊ interim.

Interaneus a. um. ab intra fit sicut extraneus ab extra: ⁊ significat intestinū. Pli. Medelę sunt inumerę ad interanea. Col. lib. x. Quidā exempti interaneis occisas vel intus includūt q̄ tpe hiberno pluuijs delitescētibus apibus prębent tepore.

Interarescere est penitus arescere: hoc est aridū fieri/ et languens/ sicut interbibere.

Interrasile pe. corre. quod est interpolatū celatura seu sculptura et plano. Planū eñ inter celaturas quasi rasum videt. Hiero. in Exo. Et ipsi labio coronā interrasilē altā quatuor digitis.

Interamna: vrbs vmbrię: ꝙ int̄ duos amnes sit cōstituta.

Interbibo pe. cor. totū bibo. Plau. in Aul. Preterea tibicinā q̄ mihi iterbibere sola si vino scatet corinthiensem fontē ⁊ pyreneū potest.

Intercalo as. pe. cor. intersero seu interuoco. Li. lib. ix. Ut intercalarę pęnę vsurā habeant. Uñ intercalaris mensis dictus est quo inserebant dies qui deerāt ad cōplendū annū. Diuersis quidē ratiōibus diuerso tēpore. Is autem mensis erat februarius: qm̄ erat vltimus anni. Nō tamē intercalabant in fine mensis: sed post vigesimū ⁊ tertiū. terminalibus iā peractis: deinde reliquos februarij dies qui erāt quinqꝫ post intercalationē: subiungebāt vetere religionis suę more: vt Februariū oīno martius sequeret. Intercalares kalēdę dicunt kalendę mensis intercalaris: id est februarij. Alij intelligūt kalēdas martias: non ꝙ eo mense intercalerent dies: sed ꝙ essent ꝓximę diebus intercalaris: id est ꝙ statim sequerent intercalationē quinqꝫ tm̄ diebus interpositis. Intercalares dies greci embolismos siue hyꝑbolicos nomināt. Intercalaris versus qui frequēter inter aliquos versus interponit: vt est apud Virgil. Incipe menalios mecū mea tybia versus.

Intercalaris ⁊ hoc re: seu intercalarius. a. um. qḋ interserit. Uide in dictione Intercalo: de qua modo.

Intercapedo pe. ꝓ. interstitiū temporis: mora in medio alicuiꝰ rei posita: siue tēpus ḋ medio eius captū: ⁊ diuisio. Festꝰ. Intercapedo: tp̄s interceptū: cū. s. mora est ad capiendū. Ci. filio Tiro. Itaqꝫ iā me nō pęnitebit intercapedinē scribēdi fecisse.

Intercedo is. pe. pro. ssi. ssum. Interueni conciliādi gratia: vt intercessi apud regē ꝓ tua salute. Apul. Nō ꝓ inope ac calamitoso intercederē. Aliqñ intercedere significat mediū esse: siue de loco/ siue de tpe dicatur. Cęsar lib. j. Nō se hostē vereri/ sed angustias itineris ⁊ magnitudinē siluarū: quę inter eos atqꝫ Ariouistū intercederēt. Cice. lib. ij. de ora. Vix annus intercesserat. De verbis quoqꝫ dicit quasi i mediū opponere: vt Tribuni intercesserunt: hoc est opposuerunt se: et rē impediuerūt/ ꝯtradixerūt. Cęsar li. viij. Qḋ si ad aricinos spectat: nihil intercedi quo minus Samnitibus ipsis pacis belliqꝫ arbitriū sit. Terē. in An. Si nulla ęgritudo huic gaudio intercesserit. Dicimus etiā Intercedit mihi tecū amicicia. Intercedit tibi cū illo affinitas. Hoc est media est: quę me tibi/ ⁊ te illi cōciliat. Gel. pro inhibere ac coercere posuit. Ne sibi inquit intercedamꝰ: quo minꝰ suapte potestate vti liceat. Silr Sueto. in Cęsare. Cęterū Cecilio Metello tribuno plębis turbulētissimas leges aduersus collegarū intercessionē ferenti auctorē ꝓpugnatoremqꝫ se pertinacissime prestitit. Et ꝓprie intercessio tribunoꝝ erat quibus ius fuit intercedendi: hoc est vetādi prohibendiqꝫ. Nā vt Gel. docet: Tribuni plębis antiquitus creati videntur: nō iuri dicendo/ sed intercessionibus faciendis: vt iniuria quę corā fieret arceretur: et vt vim fieri vetarent.

Intercido is.pe.pro.intercidi/intercisū: ex inter ⁊ cedo: ae diph: in i.productā mutata: significat in medio seco. Cesar lib.ij. Ut si possent castellū cui preerat Titurius quintus legatus expugnarēt: pontēq̄ intercederent. Hinc intercesa hostia dicit̄ ⁊ porrecta. Macro.li.j. Satur. Intercisoꝝ dieꝝ quibusdā horis fas est/quibusdam fas nō est. Intercesa ⁊ porrecta fari licet. Quibꝰ verbis significat̄ post immolatā hostiā/et ipsius exta in arā focūq̄ porrecta/⁊ data i die interciso fas esse pretori ius dicere ⁊ fari verba illa/do/dico ⁊ addico. Et ita dies intercisi ex parte festi sunt/et ex parte ꝓfesti sunt. Cice.ad Atticū. Ne q̄d intercesa et porrecta (vt aiunt) oneris mihi addat̄ aut tēpis. Ex q̄ dat̄ intelligi: vt tpe finito statim redire possꝫ sine vlla ꝓrogatione: sicut intercesa ⁊ porrecta victima e vestigio pretor poterat ius dicere ⁊ fari.

Intercisi dies erāt deoꝝ hoīm q̄ cōmunes. Qui int̄ se nō in alia diuidebant̄. Illoꝝ eñ dierū q̄busdā horis fas erat: q̄busdā fas nō erat ius dicere. Nā cū hostia cedebat̄: fari nefas erat: int̄cesa ⁊ porrecta fari licebat.

Intercido is.pe.corre.a cado cōponit̄: ⁊ p̄teritū intercidi: supinū intercisū facit: significatq̄ inter hec/ siue inter illa aut ista: siue inter ea deficio ac pereo. Liu.li.ij. Credo q̄ nulla gesta res insignē fecerit cōsulatum memoriā intercidisse. Gel. Certe quidē maiore nunc copia populi oppressa intercidissem. Pli.lib.xxxv. Siue extāt intercidere.

Intercino is.penul.corre.i medio cano. Hora.i epistol ꝑ trāslationē dixit. Ne q̄d medios intercinat actus. Quod nō ꝓposito cōducat.

Intercipio is.pe.cor.de medio vel inter hec capio: vel aliquē inter aliquid agēdū occupo. Plau.i Asi. Tūc ꝑtinus redimes me/si me hostes intercepernt: id est de medio alioꝝ: vel inter eaq̄ gerebant̄: vl̄ interim in medio/siue dū irēt/et similia. Q̄nq̄ tñ significare pōt totū capio: sicut exponit Do. illud Terē. in Eu. Qd̄ nos capere oportet hec intercipit.

Intercludo is.penult.produc. iter claudo: in quo n euphonie causa interiectū est: cū sit idem quod intersepio. Var. Sub terra q̄ habent frumentū i his quos vocāt syros: q̄ cū periculo introit̄ recēti apertiōe: ita vt in quibusdā sit interclusa aīa. Pro impedio tñ sumit̄. Virgil. Sepe illos aspera pōti Interclusit hyemis: ⁊ terruit auster eūtes. Cice.ad Herē. Ut ille q̄ ad diē cōmeatus nō venit: q̄ eū aque interclusissent. Introcludo ꝓo est in interioribꝰ claudo. Sene. Qui domi introclusus ociabatur.

Intercolumniū: vide in dictione Columna.

Intercus cutis.pe.ꝓdu.morbus intra cutē existēs. Q̄n adiectiuū: ponit̄ ꝓ itestinis. Cato. Intercutibꝰ stuprī obstinatis. Gel. Intercutibꝰ vitiis madētes.

Intercutaneus a.um.quod intra cutē est.

Interdico pe.ꝓ.maxime ꝓhibeo. Interdicit̄ aūt locus/ hō/res. Et construit̄ cū ablrō. Cice.i Cato. Male rē gerētibus patriis bonis interdici solet. Aliq̄n eñ res que prohibet̄/⁊ is cui fit ꝓhibitio in nominatiuo passiue poni solet. Liu.libro.viij. Interdictūq̄ mare antiaci populo est. Metellus. Illi ꝓo oñi iure atq̄ honestate iterdicti sunt: ego neq̄ aqua neq̄ igni careo. Cicero pro domo sua. Ut. M. T. aqua et ignis interdicat̄. Lactā. ꝓo lib.vj. cū ablrō dixit. Nec tamen quisq̄ interdictū sibi putet/aut cōmunione cū amicꝭ aut charitate cū ꝓximis. Sūt etiā qui ꝑ actm̄ ꝓferāt. Sue.de Nero. Et cū interdixisset vsū amethistini ac tyrii coloris preclusit cunctos negociatores. Sene. li.iij.de ira. Si iubes Cesar: statim illi domū meā interdicā. Quod est contra Sipōtinū: qui negat posse cōstrui cum accusatiuo. Sed frequentior vsus est vt post datiuū iungat̄ ablatiuꝰ. Significat tñ quādoq̄ obstare: ⁊ tūc dūtaxat cū datiuo cōstruit̄. Ci.in Uer. acti.iiij. Nemo nostrum posset edes suas/nemo fundū/nemo bona patrie obtinere: si cū hec a quopiā vestrū petita sunt pater improbus: cui nemo interdicere possit: det quē velit iudicem.

Interdictum: participiū et nomen est. Nam interdicta vt est nomē: sunt forme ⁊ cōceptiones verborū: quibus pretor aut iubebat aliq̄d fieri/aut ꝓhibebat: qd̄ tunc maxime faciebat cū de possessione inter aliquos contendebatur.

Interdū: ex inter et dum: quod antiqui interduatim dicebant. Uirgil.libro.ij. Georg. Interdū aut hedere pādunt vestigia nigre.

Interdiu aduerbiuꝫ temporis: significat per diem: cui cōtrarium est noctu. Cato de re rust. Canes interdiu clausos esse oportet: vt noctu acriores et vigilantiores sint. Pli.lib.xviij. Maluꝫ patrēfamilias quisq̄ interdiu faceret quod noctu posset nisi in tempestate celi. Dicitur et interdius. Plautus in Mus. Sed q̄d hoc occlusa ianua est interdiꝰ. Et in Aul. Nescio pol que nūc hominē intemperie tenēt vel peruigilat noctes totas: tum autem interdius quasi claudus sutor domi sedet totos dies.

Interea potest esse aduerbiū temporis ⁊ loci compositū ex integris duobus: Inter et ea. Quod cū sit neutrū plurale/debuit corripi. Sed q̄ factū est aduerbium/ ꝓducit a: sicut p̄terea/antea/postea. Potest tñ ⁊ ablatiuꝰ singularis intelligi: qui in cōpositione solet huiōi inueniri: vt quapropter/q̄rca. Significat aūt inter. Teren in Hecy. Quid interea. Do. Exultātis ⁊ gestiētis audire. Interdum significat tamē. Uirgil. Nec nulla interea est inarate gratia terre.

Interea loci due partes sunt: que cum cōiuncte vnā fecerint/mutāt accentū. Interea loci inquit Terē. in Eu. ad macellū vbi aduētamus.

Intereo is.interij: in totū morior/destruor.i. aīa et corpore. Lactā.lib.vij. Sed ⁊ genus oñe impioꝝ radicitꝰ interibit. Teren. Perij/interij. Hinc interitus ꝓ morte: cū sit sepatio quedā: ex eo dictus q̄ erat medius inter aīam ⁊ corpus. Cice.lib.j. Tus. Est eñ interitus: quasi discessus ⁊ secretio ac direptio earū partiū que aū interitū iunctione aliqua tenebātur. Interitus ꝓo participiū reperit̄ in passiua significatione: vt exēplū Claudij demōstrat. Pugna acriter cōmissa/⁊ multis vtrinq̄ interitis.

Interest componitur ex in et re et est: vt sit quasi i re est. Unde mea interest: in re mea est: hoc est in mea vtilitate. Ideoq̄ cōstruit̄ cū his ablatiuis: mea/tua/ sua/ nostra/vestra et cuia: siue sit personale siue impersonale: cū in aliis nominibus genitiuo iungat̄: vt Socratis interest.i.i re socratis est. Interdū sepatim iūguntur. Liuiꝰ. Quid eñ in re est aliud/si plebeiā patricius duxerit: q̄d iuris tandē mutat: Plau. Si tuā est quippiā in rē: id est si tua interest. Idē. Utrū venit at nec ne: nihil i re est mea. Ponitur q̄nq̄ sine aliquo casu. Pliniꝰ lib.ix. Seri etiā radices illita fimo interest. Sic dicimus. Interest vnde quis gaudeat.i. multū facit/vel differētia est. Ual.max. Nihil interest an humi/an sublime putrescā. Cice. genitiuū iungit cum ait: Permagni interest quo tēpore hec epistola tibi reddita sit. Similiter Li. Si nihil interest regis peto vt dū dico vinculis liberet. Nā hec nomia magni/ parui/tāti/quāti: ⁊ aduerbia facile/multū/plus/plurimū/parū/paulū/pauxillulū/nihil/nōquid/aliq̄d/ magis/minus/maxime/minime: iungūtur cum his verbis: interest et refert: vt minime interest/ minime refert. Componit̄ etiā ex inter ⁊ est. Significatq̄ interdū p̄sentē esse: et sic construit̄ cū datiuo. Uale.maxi. Quo facilius laboribus ⁊ periculis interest. Interdū in medio esse. Liuius de scdo bel.puni. Id morari victoriam rati/ q̄ interesset amnis. Col. Arbores

que intercedūt ablaqueabunt. Interdum differentiam importat: et cōstruit cū duobus accusatiuis mediante inter. Cicero. Inter hominem et beluam hoc maxime interest. Dicim9 q3. Sapiēs interest a stulto et stulto. Terē. Homini homo quid prestat? Stulto intelligēs quid interest? Idē alio modo protulit in Adelp. Hoc pater hoc dominus interest. Interdum importat distantiā: et cōstruitur cū ablatiuo loci vbi incipit distātia/ vel aduerbia localia: vt Ex foro: ad pretorium intersunt viginti passus et decem milia intersunt hinc illuc. Fit tñ melius per Disto.

Interequito as. in medio equito. Cesar lib. vi. Ordines interequitans.

Interfemineū Apul. appellat genitalia muliebria: eo q inter femina sint collocata. Femina vero sunt partes femorum interiores.

Interficio is. pe. corre. significat facti priuationē. Cice. Dolobelle ablatō iūxit. Eadē mlier vir et filiū eodē tēpore venenis clā datis vita interfecerat. Quod etiā de inanimatis dicit. Virg. Fer stabulis inimicū ignē: atq3 interfice messes: id est perde et crema.

Interfluo: per mediū fluo. Pli. Flumine medium oppidum interfluente.

Interfundo: per mediū fundo. Pli. lib. i. Idē oceanus interfusus intrat per tot maria: quib9 Aphricā/ Europam/ Asiam dispertit.

Interiaceo es. pe. cor. vide in dictiōe Iaceo.

Interiacio cis. penul. corre. inter aliquid iacio/ interpono/ intermitto/ intermisceo. Aug9 libro. viii. Cōfessi. Tunc interiecto aut digito/ aut nescio quo alio signo codicem clausi. Col. libro. i. Ut si qua interiecta sint stramētis aut paleis spinarū vel germinū semina intereat. Liui9 libro. i. Aliasq3 interiectas collibus valles. Idem ibi. Paucis interiectis diebus. Cesar lib. vii. Galli iter equites raros sagittarios/ expeditosq3 leuis armature interiecerāt: qui suis cedētibus auxilio succurrerēt. Hinc Interiectio pars orationis que in oratione interponit. De qua Aug9 sic loquit. Interiectio nō pars orationis est/ sed signum affectionis erūpentis animi vocem. Et significat aut leticiam/ vt euax: aut amaritudinē/ vt heu. Ergo quot sunt perturbati animi mot9/ tot voces reddūt: et vocant interiectiones q interrūpāt orationem: vt illud. Hic inter densas corylos: vbi in mediū orationis interiecta est a littera.

Interiicio cis. penul. corre. idem quod interiacio. Varro. Et inter singulas a presepib9 interiicere lōgurios qui eas discernāt.

Interibi pe. cor. i medio ei9 loci. Gel. lib. ii. Cōsul interibi dū ea pugna se i locos tutos subducit.

Interim penul. corre. aduerbiū temporis: significat intra hoc tempus. Ponit et p aliquādo. Quint. Prima barbarismi ac solecismi abs sit feditas. Sed qr interim excusant hec vitia: aut cōsuetudine/ aut auctoritate/ aut vetustate: aut deniq3 vicinitate virtutū acriter se in illud tenue discrimē grammatic9 intēdat. Aliquā p repēte. Terē. i Hecy. Primū dies cōplusculos bene cōueniebat sane inter eas: interim miris modis odisse cepit Sostratā. Do. Interim discretio est rei q̄ ad narrationem pertinet: vt apud Terē. in An. Interim nōnunq̄ collachrymabat.

Interimo penul. corre. interficio. Plaut9 in Cis. Accurrite ne se interimat. Interdū ponitur p priuo. Idem ibi. Nam dudū vt cōcurrimus Alchesimarchus ne se vita interimeret.

Interimētū: vide i dictiōe Detrimentū.

Interiungo: subsisto. Tractū a curru: cui9 rota interiecto sude iungit vt quiescat. Mar. Et cū currere debeas: bouillas interiūgere queris ad camenas.

Interlino is. penult. corre. in medio flue per mediū maculo. Hiero. Quibus lamentis/ quo dolore/ quo gemitu te abeuntem prosecut9 sim: iste quoq3 testes sūt quas cernis interlitas. Cice. pro Cluētio. Qui tabulas publicas municipiis vi corripuisse iudicat9 sit qui testamētū interleuerit.

Interloquor pe. cor. in medio loqr/ siue loquēdo impedio. Terē. i Heau. Siccine me interloqre? Quādoq3 significat inter aliqd agēdū definio. Vñ interlocutoria sentētia vocat: q̄ nō definit cōtrouersiā: sed aliqd obiter ad causam pertinēs decernit.

Interluceo es. p. p. i medio luceo.

Interluco cas. pe. pro. a Lucus fit: vbi cū ceditur/ lux ingreditur. Pli. lib. xviii. Interlucatio arboribus prodest/ sed oim annorū trucidatio inutilissima. Eadē dicit Collucatio apud Catonem.

Interluo is. interfluo. Claud. lib. i. Trinacria quōdam Italie pars vna fuit: sed pōtus et estus Mutauere sitū rapuit cōfinia Nereus Victor: et abscissos interluit equore mōtes. Aliqū interluere lauare est. Cato de re rustica. Man9 interluito: postea vinū sumito.

Interluniū dicit id spacium tēporis in quo nec amplius luna vet9 apparet: nec adhuc noua videt: qr radiis solarib9 operta sit supra: nō autē e regione.

Interlumina: spaciū qd inter columnas relinquit.

Intermestris luna dicit interluniū et coitus lune. Pli. lib. xvi. Idēq3 mox intermestri luna atq3 dimidiata. Intermestriū. Var. lib. i. de re rusti. Qd a noua luna crescit ad plenā: et inde rursus ad nouā lunam decrescit quoad veniat ad intermestriū: a quo die dicit lunā esse extrema et prima: a quo Athenis eū diē appellant ενερ καὶ νεαν τριάκαδοσ.

Interminus a. um. quod nō habet terminū. Sidonius ad Fonteliū. Dominis simplicio et apollinari interminā intercessione vos comperi.

Intero is. penul. cor. intus tero. Terē. in Phormi. Tute tibi hoc intristi: tibi omne est exedendū. Hoc autē inter rusticos de alliato mortario dici solet. Proprie enī huiusmōdi cibus intrita dicit: Quis etiā de aliis rebus dicatur que terūtur. Pli. lib. xxxvi. Ruinarū vrbis ea maxime causa/ q furto calcis sine ferrumine suo cementa componūtur. Intrita quoq3 quo vetustior eo mollior. Intrita ergo videt esse calx: sed illa maxime que nō e gleba statim ad opus cōfertur: sed tempore maceratur atq3 fermentescit. Utunt hoc vocabulo Var. Col. Vitru. vt intrita proprie tectoriis nobilibus calx e gleba: vulgarib9 et vilib9 albariis fere dicata sit. Legit et intritū apud Pli. lib. xxxv. p terra ipsa vnde lateres fingunt. Intritū inquit ipm eorū priusq̄ fingātur macerari oportet.

Intermico as. pe. corre. in medio splēdeo. Claud. lib. i. Rutilū squāmis intermicat aurū. Potest etiā intelligi/ in squāmis vehemēter micat.

Intermitto: ad tēpus omitto/ cesso. Cice. Etsi ego id tēpus intermiserā potius q̄ omiserā. Liuius. Cū iter nō intermitteret.

Interminor penul. corre. maxime minor. Plau. in As. Mihi tibiq3 interminatus est nos futuros vlmeos/ ni hodie argyrippo essent viginti mine. Terē. in An. Interminatus sum ne faceres.

Intermorior: penit9 morior/ seu intra hec morior. Bithynic9. Peto a te vt absentē me q̄buscūq3 i reb9 op9 fuerit tuearis: si nullū officiū tuū apud me intermoriturū existimas. Intermortuū vero latini dicūt eū q̄ inter mortē vitāq3 et dolore pcūbit sine expirāti. Pli. lib. xxxii. Vituli marini adeps instillat narib9 intermortuarū vulue vitio. Suet. de Nero. Postq̄ deinde Galbā et hispanias desciuisse cognouit: collapsus animoq3 male fracto diu et sine voce et prope intermortu9 iacuit.

Internascor: in medio nascor.

Interneco penul. correp. simul interficio et multitudinē

totā ferme cōplectit̄. Plau. in Am. Legiões reueniunt domū duello extincto maximo atq3 internect̄ hostib⁹. Hinc iternecio: vite ꝑuatio. Liu. li. ix. Lucerini ac samnites ad internecionē cessi.

Internectiuus a. um. quod ad internecionē ꝑtinet. Vñ internectiuū testamentū dicit̄/ ꝓpter qd̄ dn̄s eius necatus est. Internectiuū bellū: qd̄ ad destructionē fit. Liu. lib. ix. Nullus mod⁹ fuit cedib⁹ deletaq3 ausonū gēs vix certo defectionis crimine ꝑinde ac si internectiuo bello certasset. Plini. Habet deinde internectiuum bellū cum Ichneumone.

Internodiū: spaciū inter nodum ⁊ nodū. Col. li. iiii. Virgā mallearē nō amplius q̄ sex gēmaꝝ esse conuenit: ita tamē si breuia internodia habet.

Internosco: inter alios siue alia nosco.

Internuncius: qui inter aliquos medius est ad aliquid tractandum: et modo huic/ modo illi per vices nunciat. Plautus in Am. Seu per scriptas litteras/ siue qui ipse ambisset sibi/ seu per internunciū. Huiꝰ femininū est internūcia.

Interopus: significat dum operat̄. Tibul. Crura sonāt ferro: sed canit interopus.

Interordo: spaciū qd̄ est inter ordines. Col. li. vi. Ut iacēs nō excedat interordinis spaciū. Idē. Macro solo q̄nis pedib⁹ interordines omissis mediocri senis.

Interordiniū idē significat. Idē. Minimū ē q̄nq3 pedū interordiniū sepeē maximū. Hinc Internodinari⁹ a. um. Idē. Cōsitis plurib⁹ internodaria semina malleolis: quos posteaq̄ cōualuerint crudo solo qd̄ emissum est: trāsuersis scrobibus ꝓpagent.

Interpellare: est loquentē vel aliq̄d agentē interrūpere. Ci. lib. i. Tus. Sed nihil te interpellabo: ꝯtinētē orationē audire malo. Pli. i epistolis. Interdū lasso mihi oportuna interpellatiōe subueniūt. Hinc interpellatores dicti. Ci. In litteris sine interpellatore versor. Aliq̄n interpellare est dicere. Lucil. lib. xxx. Heꝝ tu quid agis? interpella me vt sciā. Aliq̄n rogare. Val. max. lib. iiii. Cato vt socios apud auūculū adiuuarūt cōstāti vultu nō facturꝫ respōdit. Iterꝫ deinde ac sepius interpellatus in ꝓposito ꝑstitit.

Interpollare: immittere/ interponere. Ambro. Illi naturalia capeāt secreta: ⁊ vltra orbis terraꝝ terminos mare norunt/ quod nulle interpollāt insule: nec terra aliqua interiacet. Aliquando significat nouare/ mangonizare: et quasi nouā formā a veteri fingere/ quasi interpollire: tractū ab arte fullonia: qui poliēdo vel/ lera queq3 in nouam speciem mutāt. Unde vestes interpollate et mancipia interpollata in iure ciuili: que cum sint veterana: lenocinio ⁊ arte faciem mutant: ꝓ recētibusq3 ac nouiciis licentur. Pli. At hercle Alexandrie vbi thura interpollātur: id est rudia cū sunt poliūtur. Cōuehebatur em̄ illis thus rude aspectu simile cortici. Plau. in Am. Illic me hō iterpollabit: meūq3 ōs finget denuo.

Interpolla: noua inuēta ⁊ renouatiōes artiū ⁊ aliaꝝ rerum. Pli. Mutat̄ ars quotidie quotiēs interpoll̄ et ingenioꝝ grecie flatu impellimur.

Interpollatrix: mlier q̄ antiquas vestes renouat vt eas facili⁹ vēdat. Pōpo. Interpollatricē accersire oportet q̄ huic vestē abducat. Et mulieres vitia deformitatis arte occultātes interpolle dicuntur.

Interpres: ex inter et pres: quod nō est in vsu: licet pres ꝓ fideiussore inueniat̄. Et est qui in aliqua re agenda medius est/ ⁊ veluti cōciliator ⁊ auctor. Uirgil. libro iiii. Aene. Tuq3 harum interpres curaꝝ ⁊ cōscia Iuno. Interpretes ab Asconio dicūtur per quos indicitur pactio. Quoniam ꝟo huiusmodi homines animos eoꝝ quibus dati sunt interpretes sciscitātur: et inuicē illis exponūt: factū est vt interpres pro eo accipiatur qui obscura exponit. Uirg. Troiugena interpres diuum. Ubi Ser. Interpres vaticinator: q̄ mentem deoꝝ mortalibus publicat.

Interpretor penul. corre. expono. Hiero. ad Helio. Interpretare vocabulū monachi: hoc est nomen tuū: qd̄ facis in turba qui solus?

Interpretamentū: interp̄tatio. Gel. Ex quib⁹ diuersa latine lingue interpretamēta collegimus:

Interpremo pe. cor. intercudo. Plau. i Rud. Aedepol infortunio hominē predicat donabilē: qui sacerdotis scelestus fauces interpressent.

Interputo as. pe. corre. inter aliq̄d ⁊ aliq̄d decido. Col. li. iiii. Rosam fruticib⁹ ac surculis disponi ꝑ surculos pedales cōuenit ꝑ idē tempus quo ⁊ viola: sed omnibus annis fodi añ Kalēdas Martias ⁊ interputari oportet: hoc modo multis annis perēnat.

Interrumpo: per mediū seu in medio rumpo. Plaut⁹ Cice. Pōtes quos fecerā interrupi.

Interreges: ꝓprie dicti sunt centum patres: qui mortuo Romulo donec ali⁹ rex crearet̄ remp. gubernabāt. Ex his em̄ auctore Fenestella decernebat̄ cuius potestas q̄nq3 dieꝝ spacio finiret̄: et ita ꝑ totū annū oēs finiebāt imperiū. Sic interregnū regni interuallum et spaciū temporis quousq3 in loco mortui ali⁹ ordinat̄. Uide in dictione Reges.

Interscapiliū: vallecula quedā a fine colli incipiēs inter scapulas iacet. Higy. in descriptione vrse. In humero clarā vnā in pede de posterioribus nouissimo duas: in summo interscapilio vnam.

Interscindo: in medio siue per medium scindo. Liuius. Pontēq3 interscinderēt. Lactā. de opi. Labra ipsa q̄ quasi antea coherebāt q̄dēcēter interscindit.

Intersepio pis. penult. produ. intercludo vel intermedio. Lactā. lib. de opi. Ut id velut pariete per medium ducto intersepsit.

Intersero penul. correpta: interseui intersitū: in medio planto/ semino/ insero ve. Gel. libro. i. Eadem ratione qua secundi quattuor intersiti sunt. Col. libro. iiii. Deinceps pastinatur malleolus ordinariis vitibus interserendus. Intersero ꝟo ꝓ interpono: interserui intersertū facit. Hiero. in ꝓlo. Salo. Ea que min⁹ habebantur interserens.

Intersono as. pe. cor. significat in medio sono.

Interspiro as. penult. ꝓdu. de medio seu per medium spiro. Cato. Manu comprimito acina/ vt cōbibant aquā marinā: vbi impleueris dolium operculo operito/ relinquito qua interspiret.

Intersterno is. in medio sterno. Iusti. libro. i. Hec Babyloniā condidit: mirūq3 vrbis cocto latere circūdedit arena pice bitumine interstrato.

Interstinguo is. ꝑ interualla aliq̄ extinguo. Fest. Ignis veste si quādo interstinctus esset: virgines verberib⁹ afficiebātur a pontifice.

Intersto as. inter aliquid sto/ intercedo. Unde interstātia ⁊ interstitium.

Interstitiū: spaciū et distātia inter aliqua. Macro. Cū quattuor sint elementa ex quibus cōstāt corpa: terra/ aqua/ aer ⁊ ignis: tribus sine dubio interstitiis separant̄: quoꝝ vnū est a terra vsq3 ad aquam: Ab aq̄ vsq3 ad aerē sequēs. Tertiū ab aere vsq3 ad ignez. Higy. Qd̄ ab eo sidere paruo interstitio differt.

Intertextū: qd̄ in medio textū aliq̄d habet: vt chlamys itertexta auro: q̄ vulgo brocata ex auro dicit̄. Picturata vel acu picta vel phrygiata dicit̄ recamata.

Intertraho: d̄ medio traho. Plau. Ni ego illi puteo si occepso aiam omnē intertraxero.

Intertrigo penul. produ. nomen ab intererendo deductum. Et est id malum cum simul membra interterantur et confricantur accedente sudore. Uulgo dicitur Trafregatio. Tunc enim femina atteruntur aduranturq3. Paratrima a grecis appellatur. Col. li. vii. In

tertrigo bis die soluitur: aqua calida mox decocto a grico sale cū adipe defricatur.

Interturbo: valde turbo. Dauus iterturbat oīa: inquit Teren. in An. Ubi Do. Hic inter auctiua particula est: adeo vt nō ꝓ media significatione sit/sed qua maiorē habere nō potest/vt interfectus.

Interuello is. ī medio vello: quod fit cū malas herbas a bonis extirpamus. Palla. Si spissa sūt interuelles aliqua/vt cetera roborent. Plau. in Am. Ut ego infelix homo fui qui nō alas interuelli.

Interula pe. corre. camisia. Hinc illud. Quē vestire debuit interula/vestiuit interitu.

Interuaco as. penul. cor. ī medio vacu⁹ maneo. Col. lib. v. Bulbus tripedaneis iteriacētibus spacijs obrut⁹ anno celerius maturā perticā p̄ebet.

Interuenio is penul. cor. in medio negocio quasi ex insidijs superuenio et opprimo ī ipso actu qui rē celatam vellēt. Ter. ī Adel. Interuenit homo de improuiso. Et interuenire est interesse. Cic. Quod nō esset factū si ipse interuenissem. Intercedere: quod ab ecclesiasticis sepissime vsurpatur.

Interueniū: quod est inter venas. Uict. lib. viij. Sed nō ꝑ interuenia dilabātur ⁊ decrescāt.

Interuerto: callide surripio: quod plerūq3 fit cū rem cōmodatā aut creditam dolo: ne domino restituatur efficimus. Cice. in Uer. Candelabrū quod rex Egypti Ioui Capitolino dono tulerat a Uerre: qui illud cōmodato a rege acceperat/interuersū esse cōqueritur. Plau. in Asi. Hem istud ago quomodo argentū interuertā. Inuerto ṽo est quasi in contrarium verto: vt Uestē aut pellē/seu etiā verba p̄epostere ꝓnūcio: vt Lauo vola.

Interuiso is. pe. ꝓ. quasi interim viso. Ci. Martio. Te q3 ⁊ istā rationē ocij tui ⁊ laudo ⁊ vehemēter ꝓbo: ꝙ q3 minus interuisis hoc fero aīo equiore.

Interstatus dicit̄ nō solū q̄ mortuus est nullo ꝯfecto testamēto: sed etiā cuius ex testamēto adita nō est hereditas: vt inq̄t Paul⁹. Itē Intestat⁹ est cui⁹ verbis nō adhibet̄ fides/quive testis esse nō pōt. Pōpo. Ipse cū vno seruo senex intestatus ꝓficisc̄.

Intestabilis: q̄ iure testamentū facere nō potest: ⁊ cuius testimoniū non accipitur. Caius de testamētis. Intestabilis cū lege quis esse iubetur: eo pertinet ne eius testimoniū recipiat̄: et eo amplius vt quidā putant: neve ipsi dicat̄ testimoniū. Gel. pro detestabili posuit. Eos tñ qui ad Annibalē nō redissent: vsq3 adeo intestabiles inuisosq3 fuisse vt tediū vite ceperint: necē q3 sibi cōsciuerint.

Intestinus a. um. pe. pro. qđ est intimū. Unde illa intestina dicūtur/ que ī interiori corporis p̄te claudūtur. Intestinū odiū dicit̄ vel occultū vel magnū: hoc est cor ⁊ aīam p̄emēs. Intestinū opus: qđ factū est ex ligno fabrorū. Uar. lib. iij. de re rusti. Cū villā haberes ope tectorio ⁊ intestino ac pauimētis nobilib⁹ lithostratis spectandā parū putasses esse: ni tuis quoq3 litteris exornati parietes essent. Sciēdū/ꝙ itestina corporis sex esse ꝑhibēt̄. Duodenū sc3 qđ a lōgitudīe duodecim digitorū nomē accepit: sicut Auicēna testat̄. Ieiunū sic dictū: quia nūq3 quod accipit cōtinet/sed protinus ī inferiores partes trāsmittit. Uocatur et Hilla. Inde farcimina hille dicuntur. Hora. Perna magis ac magis hilla. Longū ⁊ alio nomine tenuius qui est intestinis vehemēter implicitū. hoc Uar. Lōganonem appellat: q2 lōgius est intestinū hoc q3 duo tenuia. Monoculū: quod et cecū nominatur: quia in deteriorē partem peruiū nō est. Colon a nostris alius dicitur: vbi magna dolorū causa est. Nouissimum est rectū ita nominatū: quia in ima parte dirigitur q̄ excernit̄. Hec autē intestina ab omēto cōtegūt̄. Et dicitur neutro genere/et intestin⁹ masculino. Pli. lib. xj. Intestinus quibusdā ab ore incipiēs quadam via eodē inflectitur/vt sepie ⁊ polypo. In homine annexus infimo stomacho similis canino. Differūt tñ intestina a visceribus. Illa eñ inferiora sūt/hec superiora. Celsus lib. iiij. A visceribus ad intestina veniendū est. Alio noīe dicuntur Interanea. Pli. Medele sunt innumere ad interanea.

Intingo is. ex in ⁊ tingo. Tingere ṽo inficere ⁊ madefacere. Unde intinctū quod nos saporē ī cibis dicim⁹. Greci embemmata. Col. Hoc sinapi ad embēmata: nō solū idoneo/sed etiā specioso vteris: εμβαπτειν eñ tingere est. Pli. laudat intinctū ex myrto. Ouidius libro. ij. Fast. Nutriat intinctos missa patella cibos: id est aliquo sapore respersos.

Intorqueo es. cōtra seu intus torqueo/iaceo. Uirgili⁹. Sacrum qui cuspide robur Leserit et tergo sceleratam intorserit hastam. Item Intorqueo: circum torqueo. Col. libro. iij. Cum iā matura mala fuerint anteq3 rumpantur peciolos quibus pendēt intorqueto eo modo seruabūt.

Intra ꝑpositio: ab in deriuat̄. Luca. Intra castrorum timuit tētoria ductor. Intra cubiculū: intra oppidū significat in tētorijs/ī cubiculo/ī oppido. Aliquādo significat citra. Cic. Sed tamē qm̄ effugi eius occasionē: qui fortasse arbitraret̄ me hāc rempub. nō putare si perpetuo tacerē/modice hoc faciam: aut etiā intra modum: vt ⁊ illius volūtati ⁊ meis studijs seruiam. Modice: id est cū modo. Intra modū .i. citra modū. Hoc est minus q3 modice. Cuius cōtrarium est vltra modū. Sic dicimus in.

Intra famā .i. citra opinionē: vltra famā/quod est per q3 multum. Quintil. Hortēsij scripta tamē intra famā sunt. Quomodo autē ad spaciū ⁊ numerū referat̄: vide ī dictione Infra: Ab Intra fit interius: a quo interior/ intimus/internus/interaneus/intrinsecus/itrorsum/intrarius/intestinus/intro as.

Intrarius: qui intimus est. Plautus. Charos mihi atq3 intrarios amicos.

Intro aduerbiū proximū est voce ⁊ significatione inter. Et sicut inter ⁊ intra ab in descēdūt/sic intus ⁊ intro. Sed intus ī loco ⁊ de loco: itro ad locū significat. Et componitur cū D. vt Introduco. E. vt Introeo. G. vt Introgredior. M. vt Intromitto. R. vt Introrumpo. U. vt Introuoco. S. vt Introspicio.

Intro as. ingredior/intro vado.

Intrico as. pe. ꝓ. implico. Uñ extrico: eius cōtrarium. Trico ṽo a tricis: q̄ sunt implicatiōes. Plau. Qđ argētū tu mihi: quas mihi tricas narras.

Intrinsecus et extrinsecus pe. cor. aduerbia sūt cōposita ab intra ⁊ extra et secus cū significat iuxta. Hiero. ad Iulianum ea cōplexus est. Callidissimus inq̄t aduersarius ⁊ inueteratus dierū malorū nouit alia q̄ extrinsecus sunt: ⁊ a philosophis quoq3 mūdi adiaphora/hoc est indifferētia vocātur: ī eorūq3 amissiōe atq3 cōtemptu perfectā nō esse virtutē: alia q̄ intrinsec⁹ et de se data cogāt dolere perdentē. Inueniūtur tamē hec nomina apud recētiores.

Intritum penult. produ. nomē ab intero deductum: de quo paulo añ. Cibus in mortario tritus: vt est alleatum. Mar. Circūlata diu mēsis intrita secūdis. Est et participiū Intritus a. um.

Introduco is. pe. pro. significat intra aliquē locū duco. Sal. Uulturtiū cum legatis introducit. Per trāslationē est instruo/doceo. Uñ itroductio eruditiōis p̄ncipiū: quā greci εισαγωγειον vocāt.

Introeo is. notū. Cice. ī Lel. Fuerat equius vt prius introierā: sic prius de vita exirem. Inde fit Introitus us. pro ingressu.

Introgredior eris. sicut sonat. Uirgili⁹. Postq3 introgressi ⁊ corā data copia fandi.

Intromitto tis. Terent. Vereor ne illud grauius phedria tulerit: ne ve aliorsum atq; ego feci acceperit ꝙ heri intromissus nō est.

Introrūpo is. q̄si cū impetu introeo. Gel. Cerua emissa i cubiculū Sertorij introrupit hellanicus.

Introspicio is. pe. cor. Amb. lib. j. offi. Introspice viscera / ꝛ vibices aie ei⁹ ꝛ cordis mestitudinē.

Introuoco penul. corre. Liui⁹ lib. x. Fabius nihil precatus populū ꝙ̄ vt plusq̄ introuocarēt ad suffragium tribus Appij Claudij pretoris allatas ex ethruria litteras audirent.

Introrsus aduerbiū quid significet: declarat Cesar lib. iij. Ab eo flumine pari accliuitate collis nascebat ad uersus huic et cōtrari⁹ passib⁹ circiter ducētis: inferi⁹ apert⁹ a superiori parte siluestris: vt nō facile introrsus ꝓspici posset. Quidā volunt intelligi introrsus a leua parte / ꝛ interiorē a sinistra.

Intyb⁹ penult. correp. generis femi. In plurali intyba neutri / et intybi masculini. Virgil. Et amaris intyba fibris. Pli. libro. xx. Intybi quoq; nō extera remedia sunt: succ⁹ eoꝝ cū rosaceo et aceto capitis dolores lenit. Herba est capillosa et amara: cui⁹ tenues capilli segetes ambiūt et enecāt. Intybū erraticū antiqui cicoreā vocant.

Intueor eris: vide in dictione Tueor.

Intut⁹ ta. tū. pe. ꝓ. nō secur⁹. Li. lib. v. Castra galloꝝ intuta neglectaq; ab omi parte nacti inuadūt.

Inuado dis. pe. pro. incesso: ꝛ tam datiuo q̄ accusatiuo iungitur. Var. de vi. pa. Tāta porro inuasit cupiditas bonoꝝ plerisq;. Et inuadere est repente ꝛ cū impetu aliquē ingredi. Virg. Inuadunt vrbē somno vinoq; sepultā. Sal. Priusq̄ hostes inuaderet. Itē ingredi siue incipere. Cice. Nō potui magis i arcē illi⁹ cause inuadere. Virgil. lib. vj. Nunc inuade viā: vaginaq; eripe ferrum.

Inualesco is. robur ac firmitatē acq̄ro. Vn̄ inualuisse cōsuetudinē / inualuisse mores dicimus.

Inualitudo: imbecillitas. Cice. i Lel. Qr aūt i his nonis in collegio nostro nō affuisses: inualitudinē respōdeo causā / nō mesticiā fuisse.

Inueho his. sumit modo ꝓ simplici. Virgil. Centauro inuehit magna. Qn̄q; intro veho. Li. libro. vj. Quātūq; romana se inuexit acies: tantū hostes gradu demoti. Inuehor deponēs: significat maledictis aggredior: et veluti quodā impetu sermonis i aliquē feror. Ci. In eā itaq; pansa vehemēter inuectus.

Inuectiue orationes sunt aduersus aliquē scripte: ꝙ i illi⁹ mores inuehamur.

Inuenio is. pe. correp. cōperio: quasi in aliquid venio. Virg. Inueni germana viā. Hinc inuētiōes ꝛ inuēta. Differuntq; ſm aliquos inuenio ꝛ reperio: ꝙ inuenire sit rem quesitā offendere. Reperire a casu. Oui. Tu nō inuēta reperta es.

Inuerto: quasi in contrarium verto. Vide in dictione Interuerto.

In versum: in numeꝝ. Virg. Ille etiā feras in versum distulit vlmos.

Inuestigo gas. pe. produ. significat querendo inuenio. Tractū a venatoribus: qui ꝑ vestigia feras querēdo inueniūt. Terē. Nihil tā difficile est: quin querendo inuestigari possit. Cice. ꝓ Liga. Sed q̄m diligentia amici inuestigatū est quod latebat: cōfitendum est vt opinor. Interdū tamē significat vestigo: id est quero. Teren. in Eun. Vbi querā? vbi inuestigē? quem percuncter? qua insistā via incertus sū. Cice. libro. j. off. In primisq; est hois ꝓpria veri inq̄sitio atq; inuestigatio. Sꝫ q̄m in / quādoq; negationē inuit: sumit etiā ꝓ nō inuenio: vt est illud apl̄icū. O altitudo diuitiaꝝ sapiētie ꝛ sciētie dei: q̄̄ incōprehēsibilia sunt iudicia ei⁹ ꝛ inuestigabiles vie eius.

Inuestire: est quasi ornare. Pli. lib. xxxv. Publicas portic⁹ inuestiuit pictura.

Inueteresco: ex in et veteresco. Veteresco autē a vetero as fit. Vetero a vetus. Vetereo non repperi / sed tm̄ veteresco: quoꝝ̄ preterita nusq̄ legi: sed veteraui ambo facere oportet si inueniatur. Nam vetero ꝛ veteresco eodē modo in significatione sua procedere puto quo integro et integrasco. In formatiōe ꝙ̄ vo etiam similiter / nisi ꝙ inueteresco mutat a in e / sicut cōsano cōsanesco: Resano resanesco: Hilaro hilaresco: Incuruo incuruesco / ꝛ alia hmōi. Sic inuetero ꝛ inueteresco inueteraui. Lactā. libro. ij. in actiua significatione posuit. Hec versutia et his artib⁹ noticiam dei veri ac singularis apud omes gētes inueterauerunt: id est in desuetudinē posuerūt. Inueteresco passiue. Terē. in Hecy. prolo. dixit. Nouas qui exactas feci vt inueterescerēt: ne cū poeta scriptura inuanesceret. Do. Inueterescerēt: in desuetudinē venirēt: spectarent / amarent. Colū. preterito vsus lib. vij. i passiua significatiōe / et ꝓprie de morbo dicēs. Sed si iā inueterauit / vehemētiorib⁹ est opus remedijs. Cice. quoq; i Cato. Iā omis cōglutinatio recēs egre inueterata facillime diuellit.

Inueterati etiam dicunt qui i malis insenuerūt: vt in sacris litteris. Inueterate dieꝝ maloꝝ.

Inuicē pe. corre. ex in et vicē proprie significat mutuo. Quintil. Qui se ardētissimo amore inuicē dilexerūt. Aliqn̄ sumit ꝓ secūdo loco. Pli. Junior. Habes res vrbanas: inuicē rusticas scribe.

Inuideo des. penul. corre. ex in et video: significat inuidiā habeo: hoc est ex alicui⁹ rebus secūdis dolore afficior. Tractū a nimis vidēdo / ꝙ oculos ꝛ animū in eos quib⁹ inuidem⁹ cōtinue intētos teneamus. Vnde etiam cū accusatiuo constructū inuenit. Ouidius. Troades inuideo. Virgil. Inuidet imperiū. Idem post accusatiuū posuit datiuum. Liber pampineas inuidit collibus vuas. Sic em̄ decenter dicimus: inuideo tibi doctrinas. Fortuna mihi inuidet diuitias. Pli. Neq; ego vt multi / inuideo alijs bonū quo ipse careo. Apul. Mihi fortuna diuitias inuidit. Col. libro. iij. Tul. Vt nobis optimā naturā inuidisse videantur. Prisci. tamē in / negatiue exponit dicēs. Inuideo tibi: quasi nō vidēs tibi fio: hoc est / nō ferēs te bn̄ agentē videre. Aliquādo inuidere significat interius vel penit⁹ videre. Cice. lib. de ora. Itaq; ne huc possum dicere me omino ignorare q̄d possideat: neq; plane nosse atq; inuidisse. Hierony. d̄ vera circūcisione. Quis inuidet dn̄i verbū de corde patris eructatum? Sciendū ꝙ licet inuideo actiuū sit: tn̄ cōsuetudine datiuo iūgitur: imo (vt Diom. docet) vltra dtm̄ potest regere genitiuū / accusatiuū et ablatiuū: vt inuideo tibi glorie / gloriaꝫ et gloria. Ei⁹ passiuū est inuideor: vt Ego inuideo tibi: et tu inuideris a me. Horat. Ego: cur acquirere pauca. Si possū inuideor. Plau. i Tru. Mauelim mihi inimicos inuidere / q̄ me inimicꝰ meis. Nā inuidere alijs bn̄ esse: tibi male esse miserū est. Qui inuidēt egēt: illi quib⁹ inuidetur rem habēt. Est quādo inuidere ponit ꝓ odisse / ꝙ contra votū nimiū videm⁹. Ouid. Troia iacet certe danais inuisa puellis. Cice. Dijs hominibusq; inuisus.

Inuidia: ab inuideo fit: et significat actum ipsum inuidendi / qui est dolor aliene felicitatis. Aliquādo pro odio et maleuolentia sumitur. Est em̄ vel dicto vel facto in alterū maleuolentie conciliatio: vt si quis calamitates suas referat: ostendatve vt auctori calamitatū concitet odium ceteroꝝ: quod dicit inuidiam facere vel vocare / vel adducere inuidiā. Quintil. Nec ei tot scelerū cōmemoratione concitarē inuidiā. Terē. Ita vt sine inuidia laudē inuenias / et amicos pares. Inde inuidiosa res dicitur: que facti atrocitatem

augēs inuisum illud/vel illius auctorē faciet. Hui⁹ di mi. est inuidiola. Idē. Cū nescio quid inter eos inui diolę exortum fuisset.

Inuidentia: est ęgritudo animi/quę propter res secundas alterius suscipitur: quę nullam iacturam afferūt inuidenti. Cicero in tertia Tuscu. Ab inuidendo inuidentia recte dici potest: vt effugiamus ambiguum nomen inuidię. Cadit enī in vtrumq: et in eū qui inuidet/et in eum cui inuidetur. Unde potētia et opes inuidiosę dicuntur: quod verbum ductum est a nimis videndo fortunam alterius. Ubi inuidentiā ꝙ inuidiam dicere maluit/ tanꝙ inuidentia inuidi sit: inuidia eius cui inuidetur. Sed in frequenti vsu est inuidia magis ꝙ inuidentia apud doctos indoctosq indiscriminatim. Inuidia distat ab odio/ꝙ inuidemus fortunato/odimus vitiosum: ꝙ inuidiā ꝓfiteri erubescimus: odisse palā decoꝝ est: ꝙ inuidia hoim tantū est: odiū reliquaꝝ tantū animātiū: vt inquit Plutar. in libro de inuidia ⁊ de odio.

Inuidus ꝗ actu alicui inuidet. Horaci⁹. Inuid⁹ alteri⁹ macrescit rebus opimis.

Inuidiosus: qui morbo inuidentię laborat. Ouid. Tempus edax reꝝ/tuq inuidiosa vetustas Omnia destruitis. Interdū sumitur pro eo cui habet inuidia. Idē. Pactolonq petit ꝗꝗ nō aureus illi Tempore: nec charis erat inuidiosus harenis. Sic potētia et opes inuidiosę dicunt. Cicero Dolobellę. Cōtingit enī tibi qđ haud scio: an nemini vt summa seueritas animaduersionis nō modo nō inuidiosa/sed etiā popularis. Et inuidiosus: odiosus atq inuisus dicit. Unā inuidiosa res dicit: quę facti atrocitatē augens/inuisū illud vel illius auctorē facit.

Inuide facere dicit: ꝗ ꝑ inuidiā aliqđ agit.

Inuidiose: vel ꝗ per inuidiā/vel qui in aliquem excitat odiū: eūq inuisum facit.

Inuigilo as. pē. cor. supra siue inte⁹ vigilo/ sollicit⁹ sum. Lucrē lib. iiij. Uel custodiēdis domib⁹ inuigilat.

Inuito tas. pe. pro. manifestā habet significationē quā ponit Cicero. Ad quē fruendū nō modo nō retrahit verumetiā inuitat atq allectat senect⁹. i. ꝓuocat. Et inuitare est delectari. Uirgi. lib. j. Geor. Inuitat genial hyems: curasq resoluit. Itē replere. Plaut⁹ in Am. Mira sunt nisi inuitāt sese plusculū.

Inuitat⁹ us. inuitamentū ⁊ inuitatio ꝑ eodē sumunt. Cicero Cęsari. Mitto ad te Trebatiū: atq ita mitto/ vt initio mea spōte: post autē inuitatu tuo mittendū ducerim. Idē i Horte. Uoluntates aūt nulla ad necessarias inuitamēta afferunt senibus.

Inuit⁹ ta. tu m. qđ nō libēter fit. Terē. in And. Feci hodie vt fierēt insperāte atq inuito Pāphilo. Cice. lib. ij. ad Here. Sin est ꝓbus: cur talē inuitā inuitum cogis relinquere. Idē cōꝑatiuū posuit cū ait: Quē ego paulo sciebā/vel imprudēti⁹ vel inuiti⁹: nolo enī dicere de tā suaui hoie fastidiosius.

Inunco cas. quasi vnco inuador/arripio. Lucil. Aut ꝗ nūmos tristis inuncat. Col. li. viij. Tū etiā quotidie minuit lana: ꝗ quāto plixior i pectore cōcrescit/tāto magis obnoxiū est rubis: quib⁹ velut hamis inuncata a pascentiū tergorib⁹ auellit.

Inundo as. qñq absolute ponit: ⁊ significat cresco ⁊ extra alueū versor. Pli. Anteꝗ nilus inundaret. Qñq actiue: ⁊ ꝓ ambulo ponit. Idē. Agros ⁊ sata oia inūdauit. Hinc fit inundatio/ꝓ diluuio.

In vnguē et ad vnguē: significat ad ꝑfectionē. Uirgi. li. ij. Geor. Nec seci⁹ ois in vnguē Arborib⁹ positis secto via limite quadret. Trāslatio a lapicidis: qui vngue marmoris lenitatē experiunt.

Inui⁹ ia. ium. qđ est sine via: ⁊ ꝑ qđ iri nō potest.

I Ante O

Ionia: regio minoris Asię media inter Cariā ⁊ ęoliā ab Ionio athenieusiū duce cognoiata: ꝗ cā regionē subegit. Uel ab Iano Iaphet filio/vt Ioseph⁹ inqt. In ea Miletū ciuitas/Priēnis/Ephesus ⁊ Clazomenę.

Iordanis fluui⁹ i iudęa eximię suauitatis. Orit ad radices lybani: duob⁹ fontib⁹ surgit: alteri nomē Ior: alteri Dan: ꝗ simul iuncti Iordanis nomē efficiunt.

I Ante P

Ipse a. um. ꝓnomen demōstratiuū: quādo scilicet cum aliis ꝓnominibus iunctū eoꝝ accipit significationem: vt egoipse/tuipse/illeipse. Inuenitur tamē sępe absq aliis ꝑ eclypsim prolatū: ⁊ tamē eoꝝ habens significationem/quę cū eo subaudiunt. Uirgi. Quęq ipse miserrima vidi. Aliquādo relatiuū est. Idē. Ipse ardu⁹ altaq pulsat Sidera. Aliquādo emphasim: id est expressionē alicui⁹ rei latētis habet: vt si dicā. Ipse pater de quo minus credendū esset qui hoc fecit. Et si ei addat particula met: vt ipsemet: discretio signatur. Hoc est ipse solus/⁊ non cū aliis: vel ipse ꝑ se/ et nō per alios. Aliquādo significat similē: vnde ⁊ comparatiuū habet ipsior/et superlatiuū ipsissim⁹: id est similior simillimus. Apud veteres ipsus ꝓ ipse dicebat. Teren. Ipsus est.

Ipsippe: id est ipsi nec alij.

Ips: vermiculus est: qui corna vitesq pręrodit: vt cis frumenta/tripis ligna/sis vestes/is vitra/ midas fabā. Declinatio autē hui⁹ nominis nō facilis est. Unā docet sic Suidas ιφοσ κωληξ ταικλιμεται ιπυσ και το πληθυντικον ιπι.

Ipsulces: bracteę dicebantur in muliebrē virilem ve speciem expresse.

I Ante R

Ir neutri generis ⁊ indeclinabile: ꝓrie man⁹ ꝯcauitas: licet qñq ꝓ ipsa manu ponatur.

Ira dicta est ab eo qđ est ire: Nā a se it ꝗ irascit ⁊ furit. Unde ⁊ qui irā deponit ad se redire dicit. Teren. in Adel. Tandē reprime iracundiā/⁊ ad te redi. Est autē ira: libido puniēdi ei⁹/a quo iniuria offensi sumus.

Iratus dicit: qui ex aliqua re lacessit⁹ excāduit: etiā si natura nō sit iracundus.

Irate aduerbium: per irā significat.

Iracundus: qui ex parua vel nulla causa: quiq natura ad iram procliuis est: etiam si tunc nulla moueatur ira. Hinc iracundia dicta (auctore Festo) ꝙ iram incēdat. Dona. Ira de causa est: iracūdia de vitio multū irascētis. Sene. libro de ira. Ira quo distet ab iracundia apparet: quo ebri⁹ ab ebrioso/ et timēs a timido. Iratus potest esse nō iracundus. Iracundus potest aliquādo nō iratus esse: vsurpatiue tamē iracundia ponit pro ira. Cice. libro. iiij. Tusc. Iracūdia est vlciscendi libido.

Irascor irasceris irat⁹: cōstruit cū datō. Plau. Noli amabo Amphitrio irasci Sosię causa mea. Hui⁹ cōposita sunt Subirascor: qđ est paulū irascor. Obirascor: cōtra irascor. Liui⁹ libro. j. Fortunę vt fit ob irati cultum reliquerant deū.

Ire pedib⁹ in sentētiā ꝗd significet: vide supra in eo is.

Irenarches siue irenarcha dicit: ꝗ ad tollēdas discordias/⁊ pacādos ciuiū aīos i ciuitate ꝑficit. Apud iurisconsultos tamē dicit: ꝗ disciplinę publicę ⁊ corrigēdis morib⁹ ꝑficit. Gręci ει ειρηνην pacē vocāt αρχων.

Iris is. vel idis. arcus cęlestis: ab ειρειν qđ est nūciare. Nā poetę deoꝝ nunciā fingunt. Uirgi. Irim de cęlo misit saturnia Iuno. Hui⁹ arcus causa est radi⁹ solis cauę nubi immissus: qui repulsa acie in solē refringit. Nubes enī formā arcus discoloris efficiūt: quia alię partes eaꝝ tumidiores sunt/alię summissiores: ⁊ quędā crassiores/ꝙ vt solē transmittāt: alię imbecilli

otes q̃ vt excludãt. Hec inequalitas alternis lucem vmbrāq; cōmiscet: τ exprimit illā mirabilē arcus varietatē. Est τ iris herba suauissimi odoris: vt Pli. libro .xxi. testis est: cuius radicē dixit in vnguētis τ medicinis cōmendari. Caulē habet cubitalē τ rectū/radicē raphano similē: que sternutamenta mouet. Floret diuersoꝝ coloꝝ specie quasi arcꝰ celestis a quo nomen habet: vulgo dicit liliū ceruleū.

Ironia cū accentu in penul. dici potest simulatio vel illusio εἰρωνεία ab εἴρω dico: τ inde εἰρωνεύομαι in voce passiui qđ est cauillor. Figura cū aliquid per contrariū dicit τ illusionē.

Irretio tis. a rete fit: et significat retineo rete quasi capio. Vnde irretitus dicit: qui aliqua fraude vel blanditiis aut dolo: quasi rete captꝰ. Lactā. libro. iii. Eos autē qui deū sciunt/dolis et astu aggreditur/ vt cupiditate aut libidine irretiat: aut peccatis blādītībꝰ de prauatos impellat ad mortē.

Irraucio is. irrausi sum. ex in et raucio: quod a raucꝰ descendit. Et significat raucus fio. Dicitur et irrauceo es. irraucui. Cicero li. de ora. At Aesopū si paulū irraucuerit explodi.

Irpices pe. cor. genꝰ castroꝝ ferreoꝝ seu regule cū pluribꝰ dentibꝰ: quos itē vt plaustra boues trahunt vt ꝑ rū it glebas: τ extirpēt herbas in agris.

Irrepo is. pe. ꝑ. psi. ptū. significat passim τ latēter more reptiliū intro eo: autꝰ frequētatiuū ē irrepto. Hora. Verꝫ ope in lōgo fas est irrepere somnū.

Irripio pis. penul. corre. intus rapio. Cicero. Irripiūt in edes subito.

Irrigo as. pe. cor. ex in et rigo: significat quasi riuos in agrū deduco. Rigo autē a riguus.

Irriguus a. um. quod irrigat/ vel facile irrigari potest. Cato. Vinea est prima/ vel si vino multo est. Secundo loco hortus irriguus. Accipitur τ quandoq; in significatione actiua: vt Aq̃ irriguat q̃ irrigat. Virgil. libro. iiii. Georgi. Irriguūq; bibant violaria fontē. Tibul. Tunc bibit irriguas fertilis hortus aquas. Ambro. substantiuo visus est. Magna est elemosyna que ardentiū crimīnū globos beniuolētie sue fonte refrigerat: τ quodā irriguo largitatis obruit incendia delictoꝝ. Et lib. Hexa. Et si irriguis aquaꝝ plerūq; τ segetes letiores sunt.

Irrito tas. penul. corre. componit ex in et rato tas. quo veteres vtebantur pro ratū facio/approbo: τ significat nō ratū esse volo/ vel ostendo/ vel facio. Et irritū: improbatū/nō ratū/et per translationē in nihilū redactū. Virgil. Irrita ꝑpetua soluent formidine terras. Teren. in Phor. Quod dictū indictū est: quod erat ratū id irritum est.

Irrito tas. penul. ꝑduc. significat prouoco/irāq; incendo. Frequentatiuū ab irruo per mutationē u in i/euphonie causa. Tractū a canibus: qui cum prouocantur irruunt. Vel vt Dona. ait. Qui restrictis dentibus hanc litterā r. imitātur. Virgilꝰ libro. x. Irritat q; virum telis et voce lacessit. Ouidius libro. ii. Fastoꝝ. Tū sicco primas irritat cortice flāmas: id est suscitat. Plautꝰ in Amphi. Irritabis crabones. Est et prorito as. pe. prod. Nā sicut irrito pro lacesso ab irruo est/ita prorito a proruo. Nec multū in significatione differunt: Nā prorito idē est quod ꝑuoco. Col. libro. ii. Lini semen nisi magnus est eius in ea regione quā colis ꝑuentus τ preciū prorita/ferendū non est. Agris eñ ꝑcipue nociū est. Hic in bonā partē sumitur. Irrito ꝯo magis frequētatū est q̃ prorito. Et ferme semꝑ acris maleq; vehemēte. Prorito nō sic/sed in bonā et in malā partē/ vti ꝑuoco capi potest. Irrito semper in malā.

Irrogo gas. penul. corre. infero/infligo. Plau. in Cap. Qui consilium iniere quo nos victu et vita prohibeant: his diem dicā irrogabo multā vt mihi cenas decē meo arbitratu dent/cum cara annona sit. Augꝰ libro quarto de ciui. dei. Nā iustis quicquid malorum ab iniquis dominis irrogatur: nō est pena criminis/ sed virtutis examen.

Irruo: cū impetu feror. Sal. Cū forte in eū irruerēt: facile repulsi. Do. Irruere ꝓprie dicunt: q̄ cū furore prelia ineunt. Quāq; rōne ꝯpositiōis in: significat intro/ruo/intromitto/ingero. Aug. Vidistis mulierē in ciuitate famosā/nō inuitatā irruisse cōuiuio.

Irrugio is. valde rugio. Hiero. in Gen. Auditis Esau sermonibꝰ patris/irrugijt clamore.

Irrūpo: violenter et cū impetu ingredior. Pliniꝰ libro xxv. L. Hostilius mancinus qui primꝰ Carthaginē irruperat. Lactan. libro. ii. Nā cū ab Alexandro capta ciuitas esset: ac milites ad eaꝫ spoliandā irrupissent. Et ferme semper in hac significatione hoc verbo vtuntur auctores. Lactā. proprie sumpsit libro se ꝓto ꝑ penitus frango. Summū inter se hominū vinculū est hūanitas: quod qui irruperit: nefarius τ parricida existimandus.

Irrumo as. penulē. correpta: a ruma mãma. Vide in dictione Fello fellas.

I Ante S

Is ea id: eandē significationē habet quā hic: τ eundē locū retinet: vt qui diuitias cupis: is vel hic/ vel ille/ vt idē auarus est. Ab is fit isce/sicut ab hic hicce.

Is: vrbs a Babylone itinere dierum octo distās: apud quam est is fluuius e quo bitumē totius Babylonis subministrabatur.

Iseus cū ae diph. nomē rhetoris pariter τ philosophi: quē Philostratus in vitis sophistaꝝ Assyriū tradit. Cuius hoc fuit inuentū/omnē materiā in breue cōijcere. Est τ nomen fluminis.

Isagoge pe. ꝑ. latine introductio dicit: ex εἰς qđ in indicat: τ ἄγω duco: vnde ἀγωγή ductio.

Isagogicon: introductoriū. Grāmatico isagogus littera rū introductor vel inductor/q; eas inducat. i. introducat quodā modo in corda discentiū.

Isapis penul. producta: fluuius propinquus Cesene: vt Stra. libro. v. scribit.

Isara penul. corre. fluuius Rhodano se iungēs: vbi Cemenus mons rhodano applicat vsq; huc ad druentiā effertur in adriaticū sinū.

Isaurum: ciuitas Pamphilie: a qua Isauricus seruilius romanus dictus est: qui Isaurum cepit. Ouidiꝰ. Aphrica victorē de se vocat alter Isaurū. Hic adeo pauper fuit/ vt publico funere Rome elatus fuerit. Ammianus Isaura plurali numero dixit. Claudiopolis/quā deduxit Coloniam Claudius Cesar isaura ante. Alij Isauriaꝫ feminino genere protulerunt. Sunt qui dicunt Isuriā regionē minoris Asie: dictā q; vndiq; aurarū flatibus pateat: eiusq; metropolim esse Seleuciam.

Ischia scribit Julius pollux: carnosas post lūbos vtrinq; eminentias appellari: que ꝯo post hec increscunt/ γλουτοὶ: hoc est latine nates. Duo illa ossa circa q̃ versura fit/ ita distinguuntur: vt dicatur concauū illud superius κοτύλη: latine acceptabulū. Inferius ꝯo ἰσχία: quod nostri Corendicē dicūt. Quo etiam nomine τ neruus ille nominat qui Corendicē femori cōmittit. Erit ergo Corendix: vertebra cotyle insita/quā dixidē appellāt: neruis quibusdā ita illigata vt facilis coxaꝝ motus atq; flexus fiat: vñ qui corendice laborāt/ischiadici vel ischiaci dicunt. Pliniꝰ. Hoc aquā bibere catillo mire id ꝑdesse ischiadicis. Recētiores medici sciaticā dicunt.

Ischyros cū accentu ī prima: latine fortis dicit: ἰσχὺς eñ fortitudo dicitur.

Ischomache pe. corre. nomen compositũ ex ισχω habeo: μαχη pugna. Quo noie dicta est hippodamia: quę habuit in nuptiis suis pugnã centauroꝝ. Hęc fuit Atracis filia/ quę nupsit perithoo.

Isis sis. et idis. actm facit isim: Inachi filia/ Io prius dicta: quę olim pererrans/ cũ ad Nili fines peruenisset Iouis amatoris ope formã vaccę immutauit. Estq́ ob Ęgyptiis pro dea celebrata. De qua Luca. libro vi. Nos in templa tuã romana recepim° isim. Hoc etiã nomine dicta est insula in sinu arabico. Suidas. ισισ αυτη λεγεται ιω ην ηρπασεν ο ζευσ εξ αργουσ και την ηρ αρ φοβουμενοσ αυτ ην με ταβαλλε ποτε μεν εισ λευκην βουν ποτε δε εισ μελλαιναν ποτε δε εισ ιαζουσ αρ μεθησ πλανωμενοσ ηλθεν εισ αιγυπτον.

Ismarus penul. corre. generis mascu. in plurali neutri: mons Thracię asper et incultus ex vna parte: ex alia fertilis vinetis ꝛ oliuetis: quẽ Orpheus incoluit: vbi Ismara vrbs Ciconũ fuit. Virgl. Nec tm̃ rhodope mirantur ꝛ ismarus orphea.

Ismenus penul. produ. fluui° Boetię: ab Ismeno pelasgi filio cognominatus. Statius. Potruit ingẽti venientem ismenon aceruo.

Isocrates penul. corre. nomen maximi oratoris greci: q̃ perfectus magister: ꝛ scripsit multa pręclare: ꝛ docuit alios: cui° do nus cunctę gręcię quasi ludus quidã patuit atq́ officina discendi.

Isonymia cũ accẽtu ĩ penul. latine iuris ęqualitas dicit̃.

Ispellum: ciuitas in Vmbria ex altera montium parte: qua Camertes.

Israel interpretatur vir videns deum: quod nomen impositũ fuit Iacob patriarchę: a quo Israelitę penul. produ. qui de Israelis stirpe sunt: qui prius Hebręi dicebãtur. Sed postq̃ in duo regna populus hebręorum diuisus est: tunc duę tribus quę de stirpe Iuda reges habebant/ iudęorum nomen sortitę sunt: Reliquę decẽ tribus Israelis nomen tenuerũt: et ab Israel filio Isaachi regio maioris Asię Samaria contermina dicta est Israel. Dicunt̃ ꝛ Israelitides a nominatiuo singulari israelitis idis. ꝛ israelitis. Hiero. in libro Numeri. Arrepto pugiõe ingressus est post virũ israelitidẽ. Sic Madian madianitis ꝛ madianitidis. Moab moabitis ꝛ moabitidis.

Issa: insula ĩ mari adriatico/ adiacẽs Dalmatię: vt Ptole. libro. ii. scribit: qua fuit Issa: nõ ignobilis ciuitas: a qua I ssęus a. um.

Issus: vrbs Sicilię ꝛ Syrię fluuius.

Ister istri: fluuius Europę permagnus: quod et Histrũ dicitur: quando scʒ flumen sequitur: vt inquit Probus. Hoc et Abdubanũ ꝛ Danubiũ vocatur. Vide in dictione Danubius.

Istria Italię regio illyrio contermina: quę in latitudine xl. pas. millia: in circuitu. cxxv. millia cõplectit̃ a formiõe nũc Tisano fluuio ad fanaticũ sinũ: in quo Arsia amnis decurrẽs/ Istriã ab Illyrio dirimit. Istrorum gentẽ fama est originẽ a Colchis duxisse/ missis ab Oeta rege ad argonautas persequẽdos: qui vt a Ponto intrauerunt Istrũ: nec raptores inuenissent siue metu reg°/ siue tędio lõge nauigatõis iuxta Aqlegiã cõsederũt: istriq́ ex amnis noie quo a mari pcessere: sunt appellati. In ea est Iustinopol' vrbs: quam Iustin° imparor extruxit: a q̃ Paul° vergeri° vir eloquẽtissimus originẽ duxit.

Isthmus: ea terrę strictura est q̃ in duo maria iter porrigit. Oui. Qua duo porrect° longe freta detinet isthmos. Sunt autẽ duo isthmi: achaic° seu corinthiac°: ꝛ thraci°: isthm° corinthiacb° angusta est ꝛ breuis terra. De quo Põpo. scribit. Hoc ideo isthmo cognomẽ e: q: q̃ttuor milliũ spacio egeũ mare ab Ionio submouẽs angusto tramite helladi Peloponesũ annectit. Sup hoc isthmo fuit vrbs corinthi. Thracius isthm° (inqt Solinus) in Thracia est simili° angustus et pari latitudine arcet maria: cui° littora vrbes vtrinq́ secº ostentãt propontidis orã: insignit pactye melana sinũ cardia. Plin. lib. iiii. Super hoc isthmo scribit fuisse Cardiã ciuitatẽ.

I Ante T

Ita aduerbiũ similitudinis geminum superlatiuũ expo scit: siue nominis/ siue aduerbii. Cicero libro de ora. Ut quisq́ grece optime sciret ita esse neq̃ssimũ. Uel habet verbũ vim superlatiui habens. Idẽ in Cato. Ut quisq́ ętate antecedit/ ita sententię pricipiũ obtinet. Interdũ cuʒ compatiuo: significatq́ sic. Quaq́ valde. Teren. in An. Nõ ita dissimili sunt oratiõe ac stilo. Quãdoq́ optãtis. Pacu. Ita te dii amẽt: ita tibi p voto secũdent omnia. Quãdoq́ illatiua cõductio est/ pro igitur. Cicero. Ita nobilissimã ciuitas Gręcię/ et olim potentissima: sepulchrũ ciuis sui ignorasset/ nisi ab homine arpinate didicisset. Similiter quãdo componitur cũ q́: semper est coniunctio causal: et habet accentũ in prima: et dicimus itaq́. Si autem duę partes sunt: habet accentũ in penul. et dicim° ita q́. Teren. ĩ Andria. Immo ita volo: itaq́ postulo vt fiat. Plau. in Am. Verũ ita animat° fui: itaq́ sũ nũc vt ea te patera donem.

Ithaca: insula ante Epi: ĩ qua regnauit Ulysses. In ea etiã vrbs eiusdẽ noĩs: vt inqt Ptole. lib. iii. Ibi etiã mons Neritos: a quo tota insula qñq́ dicta Neritos fuit. Virg. Neritos ardua saxis.

Italia: Europę regio: pri° Hesperia ab Hespero Athlantis fratre: qui a fratre pulsus/ et Hispanię et Italię dedit nomẽ. Siue vt Macro. inqt: ab hespero stella q occasui subiecta sit. Inde Oenotria: vel a bonitate vini quod in Italia nascit̃. Nã greci οινον vinũ dicũt. Vl' ab Oenotrio sabioꝝ rege. Postea Italia ab Italo siculoꝝ rege qui agriculturã Italos docuit/ ꝛ leges posuit. Nam ad eam partẽ venit: in qua postea Turnus regnauit: et suo nomine appellauit. Virg'. Est locus Hesperia graii cognomine dicunt. Terra antiqua/ potẽs armis atq́ vbere glebę. Oenotrii coluere viri: nũc fama minores Italiã dixisse ducis de nomine gentẽ. Timeus et Var. a bobus vocatam dixerunt: quoniã tauri greca veteri lingua itali vocati sũt: a quoꝝ multitudine ꝛ pulchritudine italiã dixerunt. Latium hõ pars Italię est. Est etiã dicta Ausonia (vt Aristoteles inquit) pars ad Tyrrhenũ versa. Estq́ in forma cruris inter Adriaticũ ꝛ thuscum mare: et a iugis alpium dorsoq́ apennini porrecta: se paulatim attollens vsq́ ad rheginũ verticem et littora brutior extenditur: ĩ vltimo sui scinditur in duo cornua: quorum alterum Ioniũ spectat mare: alterum siculũ in extremitate rhegium oppidum habens. Eius lõgitudo ab Augusta pretoria quę in alpineo fine sita est: et per Romã Capuamq́ porrigitur vsq́ ad oppidum regium Solino teste/ decies cẽtena ꝛ viginti millia passuum colligitur: latitudo hõ quadringenta decem vbi maior latitudo: vbi hõ minor/ centum trigintasex: habetq́ vmbilicum in agro reatino: quę duũ ex latere maris superi rubicone fluuiũ p finibus habuit. Diuidit̃ autẽ in. xvi. regiones: scʒ Liguriã/ Ethruriam/ Latium/ Campaniam/ Lucaniam/ Calabriam/ Apuliam/ Samniũ siue Aprutium/ Picenum/ Flãminiam et Emiliã/ seu Romandiolam/ Umbriã/ nũc ducatũ spoletanũ/ Galliã cisalpinam/ Venetiã nũc Marchiã Taruisanã/ Iapidiã/ et Carniam nunc Foroiuliũ/ ꝛ Istria. Ab Italia fiunt Italus a. um. et Italicus a. um.

Italica vrbs in italia: quę alio noĩe Confinium dicit̃: vt ait Stra. Alia in Hispania patria Syrii italici.

Italicū: phie genꝰ quoddā nuncupatū ex ea parte Italie q̄ quondā magna grecia dicta. Ut docet Augꝰ li. viii. de ci. dei: auctorē habuit Pythagorā famiū: a q̄ etiā ferunt ipsū phie nomē exortū.

Itē aduerbiū significat sir: quasi iterū idē.

Iter iteris ſm Priscia. Itiner vo itineris: ꝑ actu eūdi: licet itiner nūc nō sit in vsu: cū obliq̄ nolis iter ab vsu discesserint. Plautꝰ in Mer. Ergo itiner exequi meum me sines. Var. Expectant itiner lōgo sermone leuare. Lucre. lib. v. Cōcussos itere ꝛ labefactos itere multo. Dictū iter/ꝙ vehēdo quid terit vel ab eūdo: cuiꝰ supinū est itū: siue ab ito frequentatiuo. Significat quādoq̄ viā. Hiero. in li. Numeri. Auertit se de itinere/et ibat per agrū. De mari etiā dicit. Te. An tu tibi hoc incommodum euenisse iter nō hercle parmeno verbis dici pōt/quantū re ipsa nauigare incōmodū est. Iter facere est ire: qđ et iter tenere dicimꝰ. Virg. Quo ve tenetis iter. Habere iter: idē qđ iturū esse: vt Iter habeo ad Cesarē. i. oportet me ire: vel iturꝰ sū ad Cesarē. At viā facere/nō est iter facere: sed locū vbi nō erat via aperire.

Itineror aris. iter facio.

Itinerariū: viatoriū: vñ Itineraria dicunt cōmētarij earū rex que in itinere acciderunt.

Iterum aduerbiū: id est rursus: vt Atq̄ iterū ad Troiā magnus mittet Achilles. Interdū significat secūdo. Cice. i arte veteri. Primo quidē decipi incōmodum est: iterum stultū: tertio turpe.

Itero as. pe. cor. rursus aliq̄d ago: et q̄si ꝑ iter factū reuertor. Gell. lib. j. posuit ꝓ eo. Sed eo Senatores q̄ magistratū curulē nōdū ceperāt pedibꝰ iterauisse i curiā. Sed hoc ab iter fit. In alia significatiōe ab itex. Li. lib. j. Resistere at ꝯ iterare pugnā iubet.

Itidē pe. cor. significat sir eodē mō: quasi itex idē. Ter. Ibo ad eū: at ꝯ hec eadē q̄ tibi dixi/dicam itidem illi. Sue. de Aug. Cēturiones statione deserta itidem vt manipulares capitali animaduersione puniuit.

Ithyra pe. corre. vrbs in Tauro mōte parthiā versus. A qua Ithyreus a. um. Est autē ithyreus epitheton arcus. Unde dicimus Ithyreus arcꝰ/ꝛ ithyreas sagittas: id est parthicos arcus ꝛ particas sagittas: eo ꝙ parthi precipue arcubꝰ et sagittis vtant in prelio. Virg. Ithyreos taxi torquent in arcꝰ. Luca. Ithyreis cursus fuit inde sagittis.

Ithome oppidū in Peloponeso: itēq̄ i Thessalia. Vñ ithomeus iupiter.

Itonia: ciuitas in Boetia: ab Ithonio Amphyctionis filio: quā alij Ithonem vocant. A qua et pallas ithonia est appellata.

Ito as. freq̄ntatiuū est verbi eo is: vñ iter dicit.

Ithyphallus ꝓprie membꝝ virile erectū. Dicunt ꝛ ithyphalli curatores bacchi/q̄ i orchestra saltabāt. Hoc noie dictus est priapus ιθυφαλλοσ.

Iturea regio est: a qua iturei populi.

I Ante V

Iube: crines animaliū a collo pendētes. Unde iubati leones dicunt q̄ iubas habēt: ad differentiā eoꝝ qui iubas nō habent.

Iubar ꝓprie stella q̄ ante solem ortum lucifer: post solis occasū vesper appellat/ꝙ iubata appareat: vel ꝙ splēdor eiꝰ diffundat in modū iube leonis radios. Virg. libro. iiij. It portis iubare exorto. Sepe tamē ꝓ ipso splēdore ponit. Ouid. Et tremulū summa spargit in ede iubar. Et non tm̄ de solis seu stelle/sed etiā de cuiuscū ꝯ rei splendore: vt auri argenti/gemmaꝝ a lucifero dici volunt: vnde et ad maiestatē dominis trāsfertur. Claudi. Per fratris regale iubar. Et aliquando ponit pro aurora.

Iubeo bes. iussi/iussū: impero. Quintilianus. Nam si uis infestum latronibus mare iussus intraui: neq̄ dissimulauerim magnas fuisse causas patri cur hoc mihi imperaret. Interdū iubere ponitur pro rogare. Virgilius. Infandum regina iubes renouare dolorem. Interdum pro aperte dicere/et quasi exhortari optare ꝙ: vt Iubeo te saluere: Iubes me bene sperare. Terentius. Iubeo Chremetem saluere. Interdū pro decernere: vt Populus iussit: id est decreuit. Inuenit hoc verbū cū accusatiuo. Quintilianꝰ. Pater me iussit. A iubeo fit iussio. Similiter iussus us. ꝛ iussa: ꝗ ꝑ et iussū legat. Sisen. libro. iij. Tamen Tudertibꝰ senatuscōsulto ꝛ ppli iusso dat ciuitatē. A iussus cōponit iniussus. Terē. in Hecy. Eo bīc incedo ira te ausam facere iniussu meo.

Iubilū dicitur id quod ex gaudio voce/nec tamen verbis explicat. Sirius libro. xiiij. Et letus scopulis audiuit iubila cyclops.

Iubilo as. penl. corre. De quo Augꝰ. Iubilare proprie est gaudium verbis non posse explicare: ꝛ tamen voce testari quod corde conceptum est: et verbis explicari nō potest. Non eī verbis iubilat/sed solus gaudentium sonitus redditur quasi parturientis et parientis cordis leticiā in vocem rei concepte que verbis explicari nō possit.

Iucūdꝰ: a iuuo as. ꝙ mentē et sensū iuuet. Et is dicit q̄ causa existit alteri vt ille gaudeat. Unde iucūde litterę: iucūda oratio/iucūdꝰ aspectꝰ. Cice. ad Atticū. Fuit mihi sepe ꝛ laudis nostre gratulatio tua iucūda/et timoris cōsolatio grata. Quādoq̄ iucundū dicit qđ est leticie plenū: vt apud eūdē lib. iij. inuect. Est mihi iucūda in malis ꝛ grata in dolore vestra erga me volūtas. i. leticie plena ꝛ volupruosa/qualis est in ꝓsperis. Grata: quasi plena effectꝰ ꝛ fructꝰ. In iucūdo eī quedā gratia est delectationis. In grato etiā cōmodi. Quippe aspectus rosaꝝ iucūdus est: aspectꝰ plene messis gratus. Hinc iucūditas/quasi amenitas q̄dā ex qua nascit voluptas.

Iucūdor aris. voluptatē/gaudiū/ꝛ delectationē affero. Lactā. lib. iij. Quotidie aūt iucūdabar añ faciē eiꝰ cū letaret orbe pfecto. Sed hic sumit ꝓ gaudio affici: sicut et Hiero. Nulli dubiū est omnē illā celestē Hierusalē tunc exultasse ineffabili leticia: tūc iucundatam esse inestimabili charitate: tunc ꝙ cū om̄i gratulatiōe iubilasse: qm̄ festiuitas hec q̄ nobis hodie reuoluitur annua illis omnibꝰ facta est cōtinua. Inuenit etiā iucundo as. Augꝰ lib. xvij. de ci. dei. Exaltasti dexterā: iucūdasti oēs inimicos eius.

Iudei: a Iuda filio Iacob dicti sunt: qui fuit vnus ex. xij. patriarchis. Nā licet fuerint. xij. tribꝰ q̄ a. xij. filijs Iacob descēderunt: a Iuda tñ iudei sunt appellati: q2 (vt Auꝰ inq̄t) de stirpe eius regnū veniebat iudeis. Pro phetauerat eīn Iacob dicens: Nō deficiet princeps de Iuda/nec dux de femoribus eiꝰ: donec veniat cui repromissum est. De tribu autē Iuda venit dominꝰ noster Iesus christus.

Iudea dee. iudeorū regio dicta est/siue Iuda indeclinabile. A qua iudaicus ca. cum. pro iudeus a. um. sicut hebraicus/achaicus/euboicus: ꝓ hebreo/acheo/eubeo. Iuue. Iudaicū ediscunt. Diuidit autē Iudea in duas partes: in citeriorem et vlteriorem. Hec perea vocat: quia (vt inquit Plinꝰ) a ceteris iudeis iordane sit amne discreta. Nā et regio que trās Euphraten est Perea nominat: vt docet Stra. sicut transpadani qui trans padū habitāt. Sic Pli. lib. vj. citeriorem galliā vocat quasi perea: hoc est vlterior sit aliq̄. Et in sacris litteris. Secute sunt eū turbe de galilea decapoli hierosolymis iudea ꝛ transiordane. Iudea tamē tota Palestina dicta est: q̄ prius Chanaan a filio Chā. Terra diues opū/frugibꝰ fertilis/opima balsamis. Vñ ob singularē aeris temperiem ꝛ elemen-

toꝝ gratiā existimauerūt iudęi eā promissā patribus terrā lacte ⁊ melle manantē.

Iudex dicit̃ quasi ius dicēs populo: siue ꝙ in iure disceptet. Iure autē disceptare: est iudicare. Et iudex est/ qui ex iurisditione ꝓpria aut sibi delegata et cōmissa/ ius habet super causas litigioꝝ cognoscendi. Et qui ex ꝓpria iurisditiōe illud habet/ dicit̃ iudex ordinari⁹. Qui ꝟo ex delegata/ dicit̃ delegat⁹/ extraordinari⁹.

Iudiciū (vt Gel. inquit) diuinatio dicit̃: quoniā diuinare quodāmodo iudicē oportet: quā sententiā sese ferre par sit. Iudicioꝝ duo genera ponit Aug⁹. Damnationis scʒ ⁊ discretionis. Unde scriptū est. Iudica me de⁹: ⁊ discerne causā meā. Apud iuriscōsultos varijs modis dicit̃ iudiciū. Sed illud in primis accipitur quod pro ordinatione causę discutiendę in iure fit corā iudice. Et est act⁹ legitim⁹ triū personaꝝ: scʒ iudicis/ actoris et rei.

Iudico as. quasi ius dico/ discerno: vt Recte iudicate filij hominū. Aliqñ existimo: vt illud: Recte iudicasti. Aliquādo alicui⁹ causā odio: et pro illo sententiā fero: et sic cū datiuo construit̃. Aliqñ condemno: ⁊ tunc actō. Aug⁹. Iudicare alicui: est ferre sententiā ꝓ illo: siue audire eius causā: vt Iudica pupillo [illegible] viduę. Iudicare aliquē est ipsum cōdemnare: vt [illegible]inguis suis dolose agebant: iudica illos. Construi[illegible] etiā quādoq₃ cū gtō vel ablatiuo. Gel. Quan[illegible]cunię iudicati essent prędicabat̃. Hui⁹ cōposita sunt: Abiudico/ adiudico/ dijudico ⁊ prędiudico.

Iudicialis et hoc le. significat quod est iudicis: vt Iudicialis sententia.

Iudiciarius a. um. qđ ad iudicē ꝑtinet/ siue vt iudicet̃. Gel. A poetaꝝ ⁊ a rhetoꝝ epilogis ad iudicādas lites vocatus rē iudiciariā: qm̄ vocis (vt dicit̃) viuę penuria erat qđ aiunt magistris cognoscerē.

Iugerum penulti. correpta: in plurali iugera et iugeris Var. libro. j. de re ru. In hispania vlteriore metiuntur iugeris: in campania versibus apud nos in agro romano ac latino iugeris. Priscia. tn̄ iug⁹ iugeris ab hoc iugere iugera/ hoꝝ iugerū/ his iugerib⁹. Pompo. mel. Sed vltra ꝗ̄ canalē habet: euehat pl⁹ iugeris spacio sublimis. Tibul. Ut multo innumerā iugere pascat ouē. Iuue. Iugerib⁹ paucis lōbos donare clictis. Est autē mēsura/ quā Hiero. mathematic⁹ ducētis pedibus cōtinere scribit. Quintil. Ducentis quadraginta pedibus in longitudinē/ dimidiū in latitudinē: ꝙ tantū spacij arari vno die ab vno pari boū cōsueuit. Pli. lib. viij. Iugerum vocat̃ qđ vno iugo boū iu die arari possit. Var. lib. j. Iugeꝝ qđ quadratos duos act⁹ habeat. Act⁹ quadrat⁹ q̄ ⁊ lat⁹ est/ et pedes cētū viginti/ ⁊ lōgus totidē. Is modius ac mina latine appellat̃. Iugeri pars minima dicit̃ scrupulū: id est decē pedes ⁊ lōgitudine ⁊ latitudine quadratū. Dictum iugerum ab eo ꝙ erat iunctū. Vñ Col. lib. vj. Hoc duplicatū facit iugerum: ⁊ ab eo ꝙ erat iunctum nomen iugeri vsurpauit.

Iugeratim: ꝑ singula iugera. Col. lib. iiij. Ut ꝑmę vineę cētenas amphoras iugeratim pręberēt.

Iugum dictum est ꝙ iungat̃/ et i acutū arctetur. Est em̄ mōtis cacumē. Virgil. Dum iuga montis aper: fluuios dū piscis amabit. Est et iugum: ligneū instrumētum/ quo iugātur boues/ et ad inuicē arctātur: q̄uis ⁊ ad homines transferat̃/ ꝙ eo colla iungātur. Itē iugū dicit̃ lignū quo textores telā cōuoluūt. Ouid. libro. vj. Metam. Tela iugo est iuncta. Et iugū dicebat̃ sub quo ignominię grā victi hostes mittebātur. Nā fixis in terra duab⁹ hastis: super eas ligabat̃ tertia: tunc victi hostes discingebant̃: ⁊ sub illa transire cogebātur inermes. Hinc subiugare ꝓ debellare ac subijcere. Itē iugū in vinea dicit̃: cum duab⁹ aut pluribus perticis fixis alię sup̱ eas alligant̃/ in quib⁹ vites cōiungu[ntur]: ⁊ quasi iugū: id est summitatē quandam faciun[t]. A quo vites ipsę seu vineę iugatę dicūtur. Ex si hastilib⁹ in terra defixis singulę transuersę perticę in vnam tm̄ partē ordinis annectant̃/ vniiugę vineę dicunt̃. Et gen⁹ ip̄m iugi canteriū rustici vocāt. Plini⁹. Salices quędā in ꝓceritatē magnā emittūt iugis vineas perticas. Idem. Simplici iugo constat viniiuga porrecto ordine canterius appellant. Hinc iugari vineę dicunt̃ q̄ in iugū cōstituūtur. Col. Sequitur adminiculandę iugandęq₃ vineę cura. Itē iugū (vt Varro inquit libro. j.) vocat̃: quod iūcti boues vno die exarare pñt. Itē iugū dicit̃ vnde lāces depēdēt. Rursus iuga sunt tabulę nauiū/ in quib⁹ sedēt/ q̄ trāstra vocant̃. Virg. Inde alias q̄ ꝑ iuga lōga sedebāt Deturbat laxatq₃ foros.

Iugata vitis: a iugo/ ꝙ ad similitudinē militari iugo fiebat: vt pauloante dictum est.

Iugo as. cōiugo: a iugo: quasi ad vnū iugum alligo. Cice. libro. ij. Tus. Hoc quidē est cōe virtutū: om̄es em̄ inter se nexę ⁊ iugatę sunt. Hui⁹ cōposita sunt abiugo adiugo/ coniugo/ deiugo: deorsū iugo/ diuido. Pacu. Perq₃ nostrā vnanimitatē quam memoria deiugat. Subiugo: q̄ habēt pe. cor.

Iugosus a. um. qđ in iugū acuit̃: ⁊ est ꝓcliue.

Iugātin⁹ de⁹ dict⁹ est: q̄ iugis ꝑesse putabat̃.

Iugulū diminutiuū est a iugum.

Iugulus penul. corrept. a iūgo: anterior colli pars vnde vox halitusq₃ ꝓcedit/ ꝙ per eā pectori caput iungat̃. Et duplicē esse cōstat. Pli. libro. xj. Uni homini sunt duo iuguli: dextrū et sinistrum. Apul. Per iugulū sinistrū capulo tenus gladium totū ei demergit. Cor. Cel. libro. viij. A dextro iugulo si id fractum est ad alā sinistrā a sinistro ad dextrā. Et qr locus ille maxime lętalis est ⁊ penetrabil̃. Inde iugulatio ⁊ iugulare deducunt̃. Et iugulū ferire dixerunt ꝓ eo qđ est interficere. In agendis causis iugulū petere tunc dicit̃ orator: qñ qđ est potentissimū id inuadit qđ ꝑmit validissime aduersariū: videt̃q₃ illum iugulare argumētis perinde ac vibratis telis.

Iugula: stella orion/ vel signi cęlestis pars: de qua Var. Iugula qđ signū Acci⁹ appellat oriona ait cit⁹ orion patefit. Hui⁹ signi caput ducit̃ ex trib⁹ stell̃ q̄s infra: duę clarę q̄s appellāt hiulos: inter quas qđ videt̃ iugum iugula dicta. Plau. in Amphi. Neq₃ iugulę neq₃ vesperugo neq₃ vergilię occidunt.

Iugulo as. iugulū cedo seu iugulū soluo. Lactan. libro iij. Qui cū timeāt ne ab hoste iugulent̃/ ipsi se iugulāt vt mortē morte deuitent. Et nō solū de gladio/ sed etiā de morbo dicit̃. Celsus lib. iij. Quartana neminē iugulat. Transfert̃ interdū ad inanimata. Mar. Scelus est iugulare falernū.

Iugalis: qui iugū habet. Hiero. in lib. Reg. Et subneruauit iugales currui. Iugale vinculū copula matrimonij. Virg. Cui vincla iugalia curę.

Iugari⁹: vic⁹ Romę: dict⁹ qr ibi Iunonis iuge ara erat: quā putabāt matrimonia cōiungere. Li. Iugariū eq̄ melio ⁊ fortunę tēplo vicinum statuit.

Iuges dicunt̃ eiusdem iugi pares. A quo iniuges: boues q̄ nunq̄ iugo adhibiti sunt. Cōiuges: vir ⁊ vxor. Biiuges siue biiugi: q̄driiuges q̄driiugi: eq̄ bigas vl̃ quadrigas trahentes.

Iugis: assidu⁹/ ꝯtinu⁹: quasi semꝑ iugo affix⁹: a quo Iugiter aduerbium. i. cōtinue.

Iuglans est quę cōmuni nomine nux appellat̃: et inter nuces primū locum obtinet: a iuuando et glande dicta: vel quasi iouis glās: quasi ioui dicata ob egregium fructū. Nec enim arbor nuces habet suauiori sapore q̄ glandes. Unde Cloatius diuglandē primo vocatā scribit: quasi Διοσ βαλανον: postea detractione ꝑmę litterę iuglandē. Constat sane apud anti

quissimos maximo in honore fuisse glādē anteq̄ mor
tales ad delicias se cōuerterēt: vt quę sola simplici vi
tę atq; innocuę alimēta p̄bebat. Quapropter cū hūc
fructum scȝ nucē veteres illi egregiū existimarent de/
corare cum digna appellatione: volentes iuglandem
quasi iouis cibū nuncupauere. Hanc nucē ob excel/
lentiā greci basilicā appellāt: quasi inter nuces rega/
lem. Pli. Et iuglādes e Perside a regibus transla/
tas indicio sunt grecꝗ nula. Optima eaꝝ genera sunt
quę persica atq; basilica vocāt. Persica quidē intan/
tum augenť vt putamē rumpāt. Ideoq; moluscę nu
ces a putaminis mollicie vocitanť. Est ꝛ aliud nucis
iuglādis gen⁹ quę tarētina diciť / fragili putamine: et
ita mollis / vt vix attrectata frāgať: vn̄ quidā Taren
tum appellatū putāt / ꝙ nuces iuglādes ꝛ pineas mol
les habeat / ac silr oues. Tarentū autē sabini vocant
molle. Hora. Et molle tarentū. A iuglāde iugulā ve
teres dixerunt stellā: quę alio noie appellať Orion / ꝙ
amplior sit ceteris quasi nux iuglās. Secundū inter
nuces locū obtiet pinea exiles nucleos habēs: q̄uis
toti⁹ corpis magnitudine alias superet. Est genus ea
rū qd̄ tarētinū vocať / putamē habēs frāgibile digitis
ꝛ auiū furto semꝑ expositū. Hęc siluestris pin⁹ diciť
ad differentiā alteri⁹ q̄ vrbana vocať. Est ꝛ tertiū ge/
nus / quę pinus picea appellatur: ꝙ pice potius q̄ pi
no similis sit. Iccirco etiā Apinā vocāt / quasi mini/
me pinā. Nucleum cutē verius q̄ putamē adeo mol
lē habet / vt simul mādanť: nuces quoq; eius apinę a
veteribus nominabātur. Quartū gen⁹ apinastrū vo
cāt. Tertio loco numerātur auellanę: q̄s antea Abel
linas patrio noie cōstat vocitatas: ab Abellino cam
panię oppido vbi abundāt / ceteris minores. Unde
a satyrico poeta numę nuces vocanť. Propriū arbo
ris nomen est Corylus. Eędē et pręnestinę dicunť / ꝙ
his pręnestini abundēt. Et ponticę / ꝙ in Asiā Grecīā
q; primo e pōto venere / inquit Pli. Hinc illud Pa/
pinij ex hēdecasyllabo. Quicq̄d nobile pōticis nuce
tis. Quidā per diminutionē nuculas pręnestinas di/
ctas existimāt: vel ꝙ exigua sint / vel ꝙ inclusi olim a
penis pręnestini famē nucibus tolerauerunt. Dehinc
sequiť amygdala / nucleū habēs dissimilē latitudine.
Hęc ꝛ nux greca vocať / ꝛ thasia a Thaso insula thra
cię olim Etria. Cuius populi thasi vocātur. Postea
nux castanea armata echinato calicę / quę ꝛ heradeo
tica. Sunt et castanęę triāgulari forma quę in aq̄ na/
scunť / ꝛ coctiuę vocātur.

Iuli⁹ dict⁹ est Cęsar / ꝙ hoc mēse ad quartū Idus quinti
les ꝑcreat⁹ sit dictator: seu ꝙ eo mēse nat⁹ dicať. Hic
Iulian⁹ a. um. Vn̄ Iuliani milites apud Suet. dicti
sunt Cęsariani. Et iuliani anni: quos idem ordinauit.
Silr Iuliana vectigalia apud Ci. lib. xiij. Antonina/
rū. Est ꝛ Iulianus nomē ꝓpriū.

Iulus cognomē Ascanij filij Enęę. Et Iulus nomē: flos
ꝓpriē arboꝝ: sed q̄ ān̄cedit vt i fico grossuli: q̄uis ꝛ ꝓ
lanugine ponať. Theop. Ferunt arbores nōnullę iu
los suos / hoc est lanugines. Pli. Ferunt et auellanę
iulos cōpacti callo ad nihil vtiles. Itē Iulus piscis:
qui balenis cetisq; dux est itineris.

Iumentū: a iuuādo. i. p̄bēdo: cuius appellatiōe cōtinenť
aīalia q̄ vel sarcias gerunt / vel curr⁹ trahūt / vel terrā
excolunt: vt eq̄ / muli / asini / cameli / boues. Col. li. vij.
Nec tn̄ vlla regio est in qua modo frumēta gignāť:
quę nō vt ouiū / ita armentoꝝ adiumēto iuueť: vn̄ etiā
iumēta nomē a re traxere / ꝙ nostrū laborē vel onera
subuectādo vel arādo iuuarēt. Est ꝛ iumentū vehicu
li genus: q̄m adiunctis pecorib⁹ trahebať: qd̄ a iūgē/
do quidā dictum existimāt.

Iungo gis. xi ctum. cumulo / quasi in vnū ago. Cuius cō
posita sunt: abiungo / adiungo / cōiungo / disiūgo / de/
iungo: qd̄ est separo. Plau. in Asi. Ne nos deiunge
amātis. Iniungo / interiūgo / subiūgo ꝛ seiungo.

Iunctim aduerbiū. i. sine interuallo. Sue. Magistrat⁹
ꝛ maturi⁹ inchoauit / ꝛ pene iunctim ꝑcurrit.

Iuncus / a iungendo: quoniā vsus eius ad iuncturas vti
lis est: cuius multę sunt species. A quo iunce⁹ a. um.
quod est ex iunco.

Iuniper⁹ pe. corre. arbuscula quę i arenosis frequēs na/
sciť / coma virēs ꝑpetua: vn̄ ꝛ topiario operi idonea:
et cariosā senectā nō sentit: ꝓducit ex se vernicē quo
vtunť scriptores pēnarij ad papirū exasperādā. Me
dici Sandaracā vocāt.

Iuno (vt inquit Cice. de natura deoꝝ) aer vt Stoici dis
putant / interiect⁹ iter mare et celū: Iunonis numini
cōsecratus: q̄ est soror ꝛ cōiunx Iouis: ꝙ similitudo ē
etheris: ꝛ cum eo sūma cōiunctio: effeminauerunt eū
Iunoniq; tribuerunt ꝙ nihil est molli⁹. Sed iunonē
a iuuādo credo esse nominatā.

Iunius mēsis a Iunone putať dictus: quē iunoniale et
iunoniū dicebāt. Sed postea detritis q̄busdā litteris
ex iunonio iunius est dictus. Sunt qui putāt a Iunio
Bruto dictū iuniū: qui prim⁹ Romę fact⁹ est cōsul: ꝙ
hoc mēse / scȝ kalēdis Iunijs pulso Tarquinio sacrū
Carnę deę i Celio mōte voti reus fecerit. Alij a iu/
niorib⁹ deriuāt / sicut Maiū a maioribus. Ouid. lib.
vj. Fas. Sic statuit mēsesq; nota secreuit eadē. Iuni⁹
est iuuenū qui fuit ań senum.

Iunices pe. cor. tenerę etatis boues vł feminę / quę iam
cessarunt vitulę esse: necdum tn̄ ad summā magnitu/
dinē peruenerunt: dictę quasi iuuenicę: a iuniori eta/
te. Persi⁹. Tot tibi cū in flāmas iunicū omēta lique/
scāt. Nā masculi iuuēci dicunť.

Iungauni: ligures incolę Alpizi oppidi: distāt a Mone
ci portu stadijs. cccclxxx.

Iuppiter tris. vel teris. s̄m Priscianū: nō iouis: qui geni
tiu⁹ a iuppiter / sed a ntō iouis. Nā a principio iouis
appellatus est a iuuādo: postea adiuncto altero vo/
cabulo dict⁹ est iuppiter / quasi iouis pater: sicut Ne/
ptun⁹ pater: Saturn⁹ pater dicere solem⁹. Ecōtra ve
teres Veionē appellauerunt deuȝ: cui dempta esset
iuuādi facultas. Celebrabāt eīn quosdā deos vt pro
dessent: quosdam ne obessent placabāt. Plautus in
Cas. Repēte vt emoriātur humani ioues. Et a iuuā/
do similiter diciť: Nam cum pro igne ponatur: nulla
res sic fouet oīa quēadmodū calor. A poetis diciť
diuū atq; hoim rex. A maioribus autē optim⁹ maxi/
mus. Et quidē ań optim⁹. i. beneficētissimus / q̄ maxi
mus: q: maius certeq; grati⁹ prodesse oīb⁹ q̄ opes
magnas habere. Cicero cōtra Clodium. Quocirca
te Capitoline / quē propter bn̄ficia ppl̄s roman⁹ opti
mū: propter vim maximū appellauit. Poniť quādo
q; ꝓ aere. Hor. Manet sub ioue frigido venator te/
nerę Cōiugi imemor. Iuue. Fremeret seua cū grādi
ne vern⁹ Iuppiter. Vn̄ ꝛ sub dio dicim⁹: cū Δία Iouē
vocēt greci: quē oia esse voluerūt. Vt Val. soranus.
Iuppiter oīpotēs regū rerumq; deūq; Progenitor
genitrixq; deū deus vnus ꝛ oēs. Alibi ꝓ aīa mun/
di. Est ꝛ iuppiter nomē stellę.

Iurgo gas. quasi iure cōtra aliquē ago / verba cōtētiosa
facio. Terē. in An. Cū Dauo egomet vidi iurgantē
ancillā. Unde et iurgatio (vt Festus ait) iuris actio.
Et differt iurgare a litigare / ꝛ iurgiū a lite: quoniam
iurgiū leuior res est. Siquidē inter beniuolos aut ꝓ
pinquos dissensio vel cōcertatio iurgiū dicitur: inter
inimicos dissensio lis appellať. Cice. lib. iiij. de repu.
Si iurgāt inq̄t beniuoloꝝ cōcertatio est: lis inimico/
rū / nō iurgiū diciť. Idem. Ergo lex putat inter se vici
nos nō litigare. Est et iurgor deponēs. Hora. i Ser.
Iurgať verbis. Ab his fiūt composita: Obiurgo et
obiurgor: de quibus alibi.

Iurgium: dissensio: vide in dictione Iurgo.

Iurgiosus a.um.qđ est cõtentiosum seu cõtumeliosum/
Gel. Mulier morosa admodũ iurgiosa.

Iuro ras.a iure fit: Nam iurare proprie est quempiã ꝓ
mittere:adhibitis etiam testibus ita seruaturuz ac si
ius esset. Huius composita sunt Abiuro/adiuro/cõ/
iuro/deiuro/et exiuro:quod est multum vel valde iu/
ro. Nonius de priscis dictionibus.Exiurare ꝛ deiu/
rare:id est valde iurare. Plaut⁹i Amphytrione.Ex/
iurasti mihi te dicere ꝑ iocũ. Deiero ꝛ peiero: de qui
bus alibi. Obiuro/pꝛeiuro:añ alios iuro. Eiuro:qđ
significat id qđ desideraꝫ nõ posse ꝓstari. Plau.Eiu
rauit militiã.Et hec ꝑ u habẽt pe.prod.

Iuratus participiũ tam actiue ꝙ passiue accipitur. Ci/
ce.ad Heren.Ex eo ꝙ ait se nõ potuisse adesse/ita vt
iurat⁹ fuerat:id est vt iurauit. Sic iniuratus:qui non
iurauit. Idẽ i Uerrẽ. Malo ei iurato suam ꝙ iniura
to alioꝝ tabellãs cõmittere. Passiue ꝓtulit Luc.lib.
viij. Mihi per latiũ iurare tonantẽ. Idem lib.v.po/
suit ꝟbũ in passiua significatione.Et lęte iuranꝫ aues
bubone sinistro.

Iuramentũ:est affirmatio vł negatio sacrę rei attestati/
one firmata.

Ius iuris:quidã a Iusticia deducunt:quidam a Iussum
per Apocopẽ. Nihil eñ aliud est ius ꝙ quod vel na
tura/vel ciuitas/aut populus/vel gens/vel cõsuetu/
do iubet. Et differt a lege: ꝙ ius generale est/lex iu/
ris species.Et ius ad nõ scripta etiaz pertinet/lex ad
ius scriptũ. Diuidiꝫ ius in naturale/gentiũ et ciuile.
Naturale:quod est cõmune oĩ nationi: eo ꝙ vbiqꝫ
instinctu naturę habetur:nõ aliqua cõstitutione facta
ab homine/sed ab ipso naturę cõditore: vt maris ꝛ fę
minę cõiunctio:liberoꝝ successio in bonis parẽtum/
pueroꝝ educatio/cõmunis omniũ possessio: quia iu/
re naturali oĩa sunt cõmunia:id est cõmunicãda tẽ/
pore necessitans:rei depositę vel commodatę restitu
tio/violentię per vim repulsio. Quod tibi vis fieri/
alteri facias/et ecõtrario. Ius gentiũ:quo gẽtes hu/
mane vtunꝫ:quod a naturali ꝓcedere facile intellige/
re licuit:quia illud omnibus animalib⁹/hoc solis ho/
minibus inter se cõuenit: vt deo/religioni: vt patrię ꝛ
parentibus pareamus: vt vim atqꝫ iniuriã propulse/
mus. Ius ciuile:cũ aliquid cõmuni iuri vel additur/
vel detrahitur:hoc est cũ populus sibi constituit qua
si propriũ eius ciuitatis:hoc autẽ scripto constat: vt
sunt leges/plebescita/senatuscõsulta/principũ decre/
ta. Aut sine scripto: vt ea que auctoritate prudentiuz
fiunt. Et hec proprie est interpretatio iuris: ꝛ eorum
oĩm quę supra diximus. Unde qui hoc profitenꝫ:inter/
pretes iuris/ꝛ iuriscõsulti/ et iuris prudentes dicun/
tur. Et qui inter eos excellũt/iuris antistites nominã
tur. In ciuili iure prętoriũ ius ꝯtineꝫ: quod prętores
supplẽdi vel corrigendi iuris ciuilis gratia introduxe
runt ob publicã vtilitatẽ. Hoc a prętoris honore ho
norariũ appellaꝫ. Et etiã ius singulare:qđ cõtra teno
rẽ rõnis ob aliquã vtilitatẽ auctoritate ꝯstituentiũ in
troductũ est. Ius ꝯsuetudinis quod i morẽ vetustas
vulgi approbatiõe ꝓduxit. Ius militare quo soli mili
tes sunt astricti: vt belli inferẽdi solẽnitas:fęderis fa/
ciẽdi nex⁹ signo dato/egressio i hostes/ꝛ pugnę cõmis
sio:signo dato receptio/stipendioꝝ modus/dignita/
tum gradus/pręmioꝝ honor/pręde diuisio ꝓ perso/
naꝝ qualitatibus. Iuris ꝓcepta tria sunt:honeste vi/
uere/alteꝝ nõ lędere/ius suum cuiqꝫ tribuere. In no/
stra etiã religione est ius diuinũ:i quo diuina oracu/
la comprehenduntur:et ius pontificũ quod romani
põtifices sanxerunt. Aliqñ ius poniꝫ pro auctoritate
siue libertate quadã atqꝫ licẽtia. Cice. Quare suo iu/
re noster ille Enni⁹ sanctos appellat poetas:id est sua
licentia: quia summus erat poeta. Idem. Pro meo
iure dico/quasi cõfidenter. Aliqñ pro merito. Quin/
tił. Quis eñ nõ id meruisse:quis nõ iure passum affir
met? Aliqñ pro necessitudine: vt Est mihi cũ illo ius
cognationis vel amicitię. Aliquando pro loco i quo
ius redditur appellatione collata ab eo quod fit i id
in quo fit quem locũ definiunt. Ubicũqꝫ pretor salua
maiestate imperij sui/saluoqꝫ more maioꝝ dicere ius
cõstituit. Et ius est liquor eoꝝ quę coquũtur. Teren.
in Eu. Harũ videre ingluuiẽ/ sordes inopiã:ꝙ inho
neste solę sint domi atqꝫ auidę cibi:quo pacto ex iure
hesterno panẽ atrum vorent.

Iurisditio:facultas atqꝫ potestas iurisdicundi: Nã ius
dicere est pręesse iuridicundo/ et legibus gubernare/
ac iusticiã ministrare. Seruı⁹ sul. Postero die cuz ab
eo digressus essem eo cõsilio vt ab Athenis in Boe/
tiã irẽ:reliquãqꝫ iurisditionẽ absoluerẽ.

Iuridicus ca.cũ.penul.corre.quod ꝫm ius est. Uñ Iu/
ridic⁹ dies:quo rite ius dici potest. Et iuridica actio:
quę ꝫm ius est.

Iustitiũ:quasi iuris statio:diciꝫ iuris dicẽdi intermissio
qđ fieri solet publico luctu in reipu.calamitatib⁹. Li
ui⁹. Dictator cũ iustitiũ edixisset: oẽs iuniores sacra/
mẽto adegit. Idẽ. Iustitiũ edicit:claudi tabernas to
ta vrbe iubet: vetat quẽqꝫ ꝓuate ꝗcꝙ rei agere.

Iusiurandum:est affirmatio religiosa: vt inquit Cicero
lib.iij.offi. Qđ autem affirmante quasi deo teste pro
miseris id tenendũ est.

Iust⁹ a iure diciꝫ et est is qui iura seruat. Interdum po/
nitur pro mediocri:cũ et ius ipsum mediocritas quę/
dã sit. Unde iustã magnitudinẽ alicui⁹ rei dicimus/
cũ nec debita minor est/nec modũ excedit. Hinc iusti
dies dicebanꝫ.xxx.dies cum exercitus esset imperat⁹
et vexillum in arce positũ. Interdũ pro magno. Uñ
dicimus iustã rem: hoc est magnã quemadmodũ vt
bonã partẽ et iustã partem/magnã partem. Et bene
doctus valde doctus. Pli. Opere iusto temporꝫ no/
stroꝝ historiã orsi. Sic iustum prelium/iustum exerci
tũ historici dicunt magnũ. Asco. Iustas inimicitias
ꝓ magnas apud Ciceronẽ exposuit. Interdũ pro ve
ro. Uñ apud iuriscõsultos: qui filiũ adoptat: interro
gatur an velit eum quẽ adoptat iustum sibi filiũ esse:
id est verũ filium. A Iustus fit compositũ iniust⁹ qui
cõtra ius facit: ꝛ qui iustã magnitudinẽ excedit. Uir
gił. Iniusto sub fasce viã dũ carpit.

Iusticia (inquit Cice.) est habit⁹ animi cõmuni vtilitate
seruata/suã cuiqꝫ tribuẽs dignitatẽ. Differt aũt iusti/
cia a iudicio ꝛ ab ęquitate:qꝛ (vt docet Hiero.) iusticia
actio recta/iudiciũ discretio boni et mali:ęquitas re/
ctitudo mẽtis intelligiꝫ. Iusticia est in his q ꝫm regu
lã veritatis bñ operanꝫ:iudiciũ in illis ꝗ recta descri
ptione cum ꝓximis agimus:ęquitas in eo cũ sincera
intẽtione deo soli in his quę recte gerimus vel iudica
mus/placere cõtendimus.

Iusta:sacrificia quę mortuis impendunꝫ: ꝙ iure fierent
his qui de nobis viuentes benemeriti fuerant. Sal.
in Iug. More regio iusta magnifice fecerant. Oui/
di⁹. Hanc quia iusta ferunt dicere feralia lucẽ. Col.li
bro.vi. Hoc cõdimẽto illectę pecudes forti⁹ iusta ci/
barioꝝ conficient.

Iuscum siue iusculum:cibariũ liquidi⁹ qđ cõstat vitellis
ouoꝝ/omphatio/iure pingui/croco ꝛ cynnamo.

Iurulentus ta.tum.quod est iuris plenũ. Cor. Celsus.
Tum res eadem magis alit iurulenta ꝙ assa/ magis
assa ꝙ frixa. Uar. Ubi pultem aut iurulenti quid po
nebãt:a capiẽdo catinũ nominarunt. Apuł. ꝟo i ma/
gię apoł. Iussulentũ nõ iurulentũ formauit sic de En
nio/dicens. Ostendit qualiter quisqꝫ pisciũ assus aut
iussulẽtus optime sapiat.

Iuuo as.iuui/iutũ:opem fero. Lactã.lib.v. Si eloquẽ
tiã/si virtutẽ ingenij:diuinarũqꝫ reꝝ doctrina iuuas/
set. Hinc iuuẽt⁹ et iumentũ. Interdũ iuuare est dele/

etare. Vir. Iuuat arua videre. Huiꝰ cōpositū est Adiuuo: qđ est iuxta vł valde iuuo. Hiero. Orationū ita ꝙ vestrarū adiutꝰ auxilio. Hinc fit aliud cōpositū Coadiuuo. Frequētatiuū est iuto as: a quo adiuto. Ter. in An. At te adiutare oportet adolescentuli causam.

Iuuamē/iuuatio ꝛ iuuamētū: idē significāt. s. auxiliū.

Iuuencus ꝛ iuuenca: non tm̄ de boue/sed de hoie quoq3 iuuene intelligunt. Unde fit ꝑ diminutionē iuuenculus et iuuencula. Hora. Te suis matres metuūt iuuēcis: te senes proci miseręq3 nuper ṽgines nuptę. Ouidiꝰ. Grata iuuenca venit.

Iuuenis: a iuuādo: ꝙ ea ętas maxime sit apta ad laborē tolerandū. Et a iurecōsultis iuuenes dicunt̃ q̄ adolescētiā excesserūt ętatē: quoad incipiāt inter seniores numerari. Hinc format̃ cōꝑatiuū Iunior. Col. tm̄ dixit: Iuueniori examini solet accidere.

Iuuenile adiectiuū: significat qđ ē iuuenis: vt ętas iuuenilis: a q̄ iuuenilit̃ aduerbiū: qđ ē more iuuenū. Ci. i Catone. Et Annibalē iuuenilit̃ exultātē patiētia sua molliebat.

Iuuenalis: etiā adiectiuū: a Iuuene. Pli. Sulpitius galba: iuuenalē famā apud principē popinarū penis aucuparet̃: iuuenalē appellauit diē: quasi a iuuenili ętate peculiariter celebrandū. Sue. de Cali. Adiecit diē saturnalibꝰ/appellauitq3 iuuenalē. Est et Iuuenalis nomen propriū.

Iuuenalia: erāt ludi q̄ ꝓ salute iuuenū celebrabant̃. Sidoniꝰ. Iā ṽo iuuenalibꝰ pactis: quę te ħbuerit sequēte i ęuo chartę posterioribꝰ loq̄mur. Erāt ꝛ solēnia iuuenalia: cū Dianę simulachra ꝛ imagūculę dicabant̃.

Iuuentꝰ: ętas iuuenilis: q̄ ꝛ iuuenilitas ꝛ iuuenta dicit̃. Sal. Ibiq3 iuuētutem suā exercuit. Aliqñ significat multitudinē iuuenū. Ser. sulpitiꝰ. Licitū est tibi credo ꝓ tua dignitate ex hac iuuētute generū eligere. Aliqñ ponit̃ ꝓ dea q̄ ꝓesse putabat̃ huic ętati. Hęc ē Hebe Iunonis filia ꝛ Hercul' vxor: q̄ etiā Iuuētas a nōnullis dicit̃/quēadmodū libertas.

Iuuenesco. iuuenis fio. Lact. lib. vij. Deniq3 cōfirmatis viribꝰ cępit iuuenescere.

Iuxta: qñ ꝓpositio est/semꝑ separat̃: et significat apud/ ꝓpe. Vir. lib. iij. Humil' volat ęquora iuxta. Plau. Iuxta te sū: tu pie tucaris oportet. Aliqñ significat simul/cōiūctim. Var. de vi. pa. Cū interea lucubrando faceret iuxta ancillas lanā. i. simul cū ancillis. Qñ ṽo aduerbiū: significat ęque/silr̃/eodē mō. Plau. Dixi tibi mater: iuxta mecū rē tenes: id est ęque mecū. Sal. in Iug. Hyemē atq3 ęstatē iuxta pati.

Iuxtim aduerbiū: significat ꝓpe. Sueto. in Tibe. Magistratibꝰ pro tribunali cognoscentibꝰ plerūq3 se offerebat consiliariū: assidebatq3 iuxtim vel ex aduerso in parte primori.


I Ante X

Ixion: nomen ꝓpriū fratris Phlegię. Ixon: auis de vulturis genere alba/ꝛ minor vulture. Suidas: ἴζοσ ω χρωνται εισ αγεισιν πτερων.



Yrie eleysō: id est dn̄e miserere sūt duę dictiōes. nā κυριοσ ω κυριε in vtō. i. o domine: sed per k sonus gręcus est pronunciandus: quod per c latini nō potuerunt: ideo in abecedario k inseruerunt necessitate: altera pars est verbum: ελε εω και καρονιζεται οῦ τοσ μελλωντε λεησω αοριστοσ δε ελεησ ε̄ και προστακτικωσ ελεσον ελεησ αλω. Sed ne tot vocaliū fiat collisio: excludit̃ ε ꝛ ꝑ apostrophō dicit̃ κυρι et ελεησον: et ideo sacerdotes ad missarū debēt ꝓnūciare ꝑ κ gręcū/ꝛ nō ꝑ c latinū: nec maiesta

ti diuinę derogēt: quod si ante principē sęculi facerēt qui ātō infinitiꝰ ante deū: quē tangentes deberēt vsq3 ad vngues pedū contremiscere.



Abor: opera: defatigatio. Virgilius. Nec me labor iste grauabit. Dicit̃ etiā labos/sicut lepos/arbos/honos.

Laboro ras. penul. prod. fatigor/et cū labore ago. Seneca. Iugiter fodiendo laborat. Unde et per translationē laborare ꝓ male habere sumit̃: propter quod laborare febre: laborare podagra dicimus. Piniꝰ. Succus eius podagra laborantibus ꝓdest. Aliquādo ꝓ Angi et sollicitū esse. Ci. M. Bruto. Senatū populūq3 romanū de te laborare nō solū salutis suę causa/sed etiā dignitatę tuę. Aliqñ ꝓ conari sicut eiꝰ compositū Elaboro. Aliqñ pro componere/colere. Virgł. Arte laboratę vestes. i. compositę. Et laboratꝰ ager dicit̃ cultꝰ. Huiꝰ verbi composita sunt: Elaboro: quod significat conor. Cice. Nihil mihi ita elaborandū est/q̄ vt consilia nemo intelligat. Illaboro: labore vaco. Uñ Illaboratū: qđ ita secernit̃ ab inelaborato: ꝙ Inelaboratū dicit̃ qđ nō satis artificio excultum est. Illaboratū ṽo qđ sine labore factū videtur. Illud vitio dari solet/ hoc laudi. Quintł. de Cic. Cū interim hęc omnia quę vix singula quisq3 intēsissima cura consequi posset/fluūt illaborata: et illa qua nihil pulchriꝰ auditu oratio est: ꝓ se fert tā felicissimā facultatē.

Laboriosus homo dicit̃ laboris multū sustinēs. Cicero pro Celio. Vos laboriosos existimet: quibꝰ ociosis nec in cōmuni quidē ocio liceat esse. Laboriosus ager in quo laborat̃: ꝙ in eo laborem capiamꝰ necesse est. Ceal. Hąr rus fugite laboriosū. Laboriosum opus difficile: ꝛ quod non sine labore perficit̃. Hinc laboriosior/ssimus. Et aduerbiū laboriosissime: qđ est cū maximo labore. Hiero. Sic Plato ęgyptū laboriosissime peragrauit.

Laborię arum. Italię pars illa quę vulgo Terra laboris dicit̃. Et laborinus campus nobilis in cāpania: in quo adeo pinguis terra est/vt stipulā tātę crassitudinis faciat/ꝙ ea incolę ꝓ ligno vtātur: sic dictus/ꝙ ingēs labor sit in eo: colendo quippe solū habeat arduū opere difficile cultu bonis suis. Piniꝰ lib. xviij. Quantū autē vniuersas terras campus cāpanus antecedit: tantū ipm̄ pars eius q̄ laborię vocant̃. Finiūtur laborię via ab vtroq3 latere cōsulari: q̄ a puteolis ꝛ q̄ a cumis capuā ducunt.

Labo bas. ruo/et repente cado. Translatio ab arbore succisa: quę multis ferri ictibus succisa: tandem incipit casum ruinamq3 minitari. Oui. lib. xj. Metam. Iāq3 labant cunei spoliataq3 tegmina cerę. Virgił. Labat ariete crebro ianua.

Labasco is. labās fio. Terē. in Eu. Labascit victꝰ vno verbo ꝗcito. Repit̃ ꝛ labascor deponēs ꝓ ꝓmitiuo. Var. libro rerū di. Postq̄ vidi minima, labascimentem infirmā populi.

Labor eris. lapsus: significat leniter sensimq3 deorsum eo/ruo/deficio/morior/fallor. Cicero. Nō quasi vnū ex hac vrbe missum: sed quasi de cęlo delapsū in hanc vrbem intuent̃. Lactā. libro. vj. Aut hostili aliq̄ impetu diruunt̃: aut certe vetustate ipsa dissoluta labūtur. Hiero. Multi ꝓpter ignorantiā historię labunt̃ errore. Liu. lib. j. Labēte deinde paulatim disciplina id est deficiēte. Labi etiā dicunt̃ hi q̄ i lubrico figētes vestigia in terrā ruunt. Unde lapsus. Huiꝰ cōposita sunt Allabor/collabor/delabor: deorsū labor. Relabor/elabor/illabor/itrolabor. Col. li. ij. Ne ꝓcludat̃

Libra ⁊ as ⁊ mina seu Mna ⁊ pōdo dr̄ que duodecim constat vnciis. Libra tñ vnciarū varietatem accepit: pondo semper idem fuit. Proprie autem libra instru mentū est quo res ponderantur: cum lancib⁹ alio no mine bilācē vocāt. Cice. Critolaus librā cōstituebat in cui⁹ altera lance animi bona ponebat: in altera cor poris ⁊ externa: tñq̄ pendere illā animi bonorū lan/cem putabat: vt terrā ⁊ maria deprimeret. Ambro. lib. i. offi. Sermones proferat libra examinatos: vt sit grauitas in sensu/in sermone pondus atq̄ in vbis modus. Statera vō instrumētū quo res sine lancib⁹ ponderantur. Est ⁊ libra celeste signū qđ octauo ka/lendas octobris: seu vt quidā existimāt. xiii. sol per il lud transiens equinoctium facit.

Libella diminutiuū a libra que erat de argēto parua et eris libra valebat: hoc est asse.

Librarius a. um. qđ est libre. Cato: Caro in libraria fru stra conciditur. Librarius ⁊ libraria q̄ ⁊ que ꝑficitur partiēdis pensis. Vlpia. Si librariū rus mittat ⁊ q̄/luin ⁊ calcem portare cogat: vel hystrionē balneato/rem faciat: vel de symphoniaco atriensem vel de pa/lestra stercorādis batinis ꝑponat/abuti videbitur ꝓ prietatis. Librarius etiā a libris excribendis vel cō cinandis dicitur: de quo supra.

Libralis ⁊ hoc librale/qđ est vnius libre.

Librile peñ. pro. scapus libre. Librilla diuersum est: vt paulo infra.

Libripens dis. a pendēdo ſm Priscia. librā eneā tenet Boe. in topi. Mancipi res veteres appellabāt que ita abalienabantur/vt ea abalienatio per quādā ne/xus fieret solēnitatē. Nexus vō est iuris solennitas q̄ fiebat eo modo quo in institutiōibus Caius exponit adhibitis non minus quinq̄ testibus romanis ciui/bus puberibus. Est ꝑterea alius eiusdē cōditionis q̄ librā eneā teneat q̄ appelletur libripens is. q̄ manci/pium accipit es tenens ita dicit: hunc ego hominē q̄ mihi emptus est hoc ere eneaq̄ libra ex iure quiritū meū esse aio. Deinde ere percutit librā: idq̄ es dat ei a quo mancipiū accipit quasi loco ꝑtii. Potest etiā dici libripens stipis ponderāde pensator.

Libro as. pondero/trutino/estimo/examino. Apulei⁹: Oia priusq̄ aliq̄d statuas libranda sunt. Ambro. sup Luc. Vide q̄ signāter scriptura singulorū libret mo mēta vbor. Aliqñ librare/graue facere. Pli. Apes si oriaᵗ ꝓcella appbēsis pedusculo lapillis se librant id est grauiores faciūt. Aliqñ suspēdere ⁊ leuiter sua vi sustinere. Ouid. Et iam finitima corp⁹ librabat in herba. Aliqñ Aequare. Col. lib. iiii. Sic permensum ⁊ libratū opus in similitudinē ver nacti semꝑ procedit. Inde libramentū ⁊ equilibriū. Huius verbi cōposi/ta sunt Delibro/qđ est optime pondero. Gel. Quid relinquiᵗ nisi delibrari sibi ... as iubeāt ne edēdo de fatigētur. Perlibro/valde libro. Col. lib. iiii. Parie/time fosse solū metiᵗ atq̄ ꝑlibrat. Et habēte pe. pro.

Libramentū/equamentū. Col. li. i. Nam eiusmodi po sitio mediū libramentū temperamentūq̄ verborum hyemaliū ⁊ estiuorū tenet.

Librilla aūs libella instrumēta bellica saxa. s. ad brachii grossitudinem in modū flagellorū loris deuincta ꝙ li/brari manu. i. ponderari videantur.

Libethrus apud lycophrontē poetā videtur esse mons macedonie hñs ad radices pimpleā fontē. vñ muse dicuntur libethrides. Strabo scribit libethrū eē locū thracie ex quo cū nōnulli in boetie partes migrassent vbi ꝑnassus eodē noīe libethrū dicarunt.

Libet/placet a labēdo: vt Var. inquit ꝙ q̄ placēt in mē te ꝓlabantur. Hinc fit collibet pe. cor. Sal. Maires familiarū pati q̄ victoribus collibuissent.

Libens/volēs/facilis a quo libētia voluptas gfa Ma cro. Cui libētie gratieq̄ oēs cōuiuiorū incognite. Li/benter aduerbiū/qđ est grato animo.

Libido peñ. pro. si Nonio credim⁹ ⁊ turpiū ⁊ honesta/rum rerū esse dicitur: vt omne qđ libuerit libido dici possit. Sed Aug. lib. contra pelagianos de malis tñ dici oñdit cū ait. Sine dubio a libēdo: hoc est a libitu ꝑ deriuationē libido est nūcupata. Sed nō omne qđ libet libido est. In bono eñ libitū libido dici nō po/test: sed voluntas de ratiōe. s. mentis naturalis exori ens. In malo vō libitū nō est volūtas sed voluptas quā fecit trāsgrediēs ꝓthoplasti volūtas. Et li. xiiii. de ci. dei. scri. libidinē eē generale vocabulū ois cupi ditatē: cū ⁊ ipsam irā nihil esse q̄ vlciscēdi libidinē ve/teres diffinierint. Et auaricia est libido habendi pe/cunia. Peruicacia est libido quōcūq̄ vincendi: iacta

tia libido gloriādi nō cupat. Et cū multarū rerū libidines sint: tn̄ cū libido di neqꝫ cuius rei libido sit /additur: non fere solet animo occurrere nisi illa q̄ obscene partes corporis excitantur.

Libidinosus/qui in libidinē ꝓpēsus est. Cice. in Cato. Libidinosa em̄ ⁊ intēperās adolescētia effetū corp⁹ tradit senectuti. Salu. pro nimis appetenter posuit. Post vbi paulatim licentia creuit iuxta bonos ⁊ malos libidinose interficere.

Libētina/dea ven⁹ seu ꝓserpina. Augu. lib. iiij. de ciui. dei. Neqꝫ em̄ audēt aliq̄ partes sub noie deoꝝ vl' dearū deę cloacinę tribuere aut volupie q̄ a voluptate appellata est: aut libentine/cui nomē est a libidine.

Libitina pe. p. dea quā alij ꝓserpinā/alij venerē dicūt: in cui⁹ tēplo vēdebant ⁊ locabant ea q̄ ad sepulturā pertinēt/sicut docet Plutar. in ꝓble: a libēdo libitina dicta: vt inquit Var. Vñ qn̄qꝫ ponit ꝓ ipsa exequiarum expēsa. Suc. in Nero. Qua. xxx. funerū milia in rationē libitine venerunt. Liui. lib. xl. In vrbe tanta fuit pestilētia: vt vix tunc libitina sufficeret ad suppeditanda. s. funeribus necessaria. Aliqn̄ pro ipsa sepeliendi arte seu vendēdi ea q̄ ad sepulturā ptinent. Ual. maxi. Qui tunc libitinā exercebāt/tum rerū suarum vsu/tum ministeriū suū gratuitū polliciti sunt. Sed qm̄ in ęde libitine parant necessaria ad funebrē apparatū: hinc factū est vt libitina aliqn̄ ꝓ morte seu ꝓ lecto quo mortui ferebant caperet. Hora. li. car. Multa quę pars mei vitabit libitinā.

Libitinarius/q̄ libitinę pręest ⁊ actionē libitinariā exercet questui inseruiēs: ⁊ qui necessaria funeribus vēdicat: seu qui cōducit funera/aut qui curā sepeliendorū cadauerū habet. Ulpi. de instito. acti. Si libitinari⁹ seruū polinctorem habuerit/isqꝫ mortuū spoliauerit dandam in eum quasi institoriā actionē. Ex quib⁹ verbis patet libitinariū esse curatorē funeris /polinctorem qui cadauera tractat ac sepelit. Hic ⁊ Designator dicitur. Sen. de benefi. An tu Arūtium ⁊ Acciū ⁊ cęteros qui captandorū testamentoꝝ artem professi sunt non putas eadem habere quę designatores ⁊ libitinarios vota?

Libs/ventus aphricus qui flat aduersus vulturnū.

Libia libię. ⁊ libie es. Aphrica ꝙ inde libs ventus flare soleat: seu ꝙ pluuia indigeat ꝓpter nimiā siccitatē ἀπὸ τοῦ γειπειρη λιβυης επαφου. Salu. Cęlo terraqꝫ penuria aquarū: vel etiā a lybia filia epaphi Iouis filij. Aug. lib. de pastoribus docet lybiā duobus modis dici: vel istā quę proprie aphrica est: vel illā oriētalē partē q̄ ꝯtigua est aphricę ⁊ oino collimitanea. Est etiā hoc noie fluui⁹ in mauritania. Lybis homo ⁊ lybissa mulier ex libya orti. Vñ Libyssinus ⁊ libystis idis. Virgi. Et pelle libystidis vrsę. Mar. Graui ac libytino calore exustus. Libyx autē libycis facit: a quo gtō fit libycus a. um. Unde libycum mare. Libycus campus dictus magistro Argo ꝙ in eo primū fruges ex libya allatę sunt. Unde ⁊ Ceres ab argis libyssa vocata est: vt inquit Festus.

Libycis idis/vrbs iudeę ab orientali parte Iordanis quam herodes extruxit.

Liburnia/regio inter illyriā ⁊ dalmatiā: seu vt q̄dam aiunt/pars dalmatię: in qua sunt Salone vrbs visionis: cuius populi liburni vocitati sunt: de qb⁹ Luc. Pugnacesqꝫ mari graiarū classe liburnos.

Liburni populi ex liburnia regione: ⁊ liburni viatores dicti sunt/ꝙ ex agris iussu magistratuū sępe vocarēt ciues/frequēsqꝫ eoꝝ via esset ab agris ad vrbē. Iuue. Primus clamāte liburno Currite iam sedit rapta ꝓperabit abolla.

Liburnū ⁊ liburna ę. ⁊ liburnica ę. genus nauis bellicę velocissimę a liburnis populis in illirico qui olim nauibus velocibus vsi ioniū mare insulasqꝫ q̄dabantur. Qua ex causa romani naues leuitate/celeritateqꝫ pręstantes appellauere liburnicas: sicut refert Appianus. Ad cuius similitudinē vehiculū quoqꝫ ꝯstructū fuit quo romani principes vehi solebant. Iuue. Diues ⁊ ingenti curret sup ora liburno. pro naui Hora. in Epo. Ibis liburnis sup alta nauiū amice ꝓpugnacula. Sue. in Aug. Utrobiqꝫ parte liburnicaruꝫ demersa/simulqꝫ eius qua vehebat fusis armamentis ⁊ gubernaculo diffracto. Luca. Ordine contentę gemino creuisse liburno. Firmicus liburnicū impriū vsurpat pro nauali.

Liceo es. cui. licitū ꝭm analogiā facere deberet: sed nō est in vsu. Ab impersonali vbo licet: habemus licituꝫ est. Virgi. Et licito tandem sermone fruātur. Significatqꝫ liceo passiue id quod liceor actiue. Et sicut veneo capitur pro vēdor: ita liceo pro appcior in auctione Plau. in mene. Die septima auctio fiet menecbine mane sane septimi venibunt serui suppellex fundi ędes omnia quicqui licebunt pręsenti pecunia: id est numerata siue soluta in pręsens.

Liceor eris. licit⁹ ꝭm analogiā facere debet: sed nusq̄ legi: vt eius cōpositū pollicitus. Deponens transitiuum est qd vltra actū si pciū exprimat illud in genitiuo vel ablatiuo ponit: significatqꝫ pciū defero. Qd fit cum vestis vel domus ⁊ hmōi vendit plus pollicenti. Persius: Et centū grecos curto cētusse licetur. semperqꝫ huic verbo pcium subintelligit si nō apponitur. Plau. in Sti. Locos ridiculo vendo age licemini. Cice. lib. iij. offi. Tollendū igit ex rebus cōtrahendis omne mēdaciū nō licitatorē venditor: nec cōtra se qui liceatur emptor apponet vterqꝫ si ad loq̄ndum venerit/non plus q̄ semel eloquat.

Licitor quasi frequētatiuū est: nam significat sępe appcio/siue sępe emo/vendo ve per auctionē: sicut dictū est in Liceor: tametsi secreto id fieri possit: vt apud Curtiū: Cum habeatis arma licitamini hostiū capita. Pli. lib. vij. Aristidis thebani pictoris vnā tabulam cētū talētis rex atalus licitat⁹ est. Et licitari congredi ⁊ pugnare significat. Cecil. in hymnide. Quin macherā licitari aduersum eum cępistis sciēs. Enn⁹ Pars ludicre saxa iactāt ⁊ inter se licitant. Fest⁹ docet eum licitari/qui decipiendo inducit.

Licitator/q̄ crebro licet/q̄ pro re emēda /conducēda ve precium alio maius pollicet: vel qui pugnando sępe cōtendit. Qui etiā pro proxoneta ponit a Cicerone/cum inquit: Tollendū ⁊c. Vide in dictione Liceor. Quid em̄ est aliud proxonetarū: hoc est licitatoꝝ officiū/q̄ tum emptorē/tum vēditorē ⁊ cōtēdēdo ⁊ decipiendo inducere: vt ⁊ vēdat ille: ⁊ hic emat/idqꝫ nō minus minuēdi q̄ augendi precij ratione. Siue igit in rebus priuatis/siue in publicis vendendo /emēdo locando/cōducendo/contrahēdoqꝫ licitator intersit: aut suo dolose/aut alterius noie hunc esse eundē qui proxoneta a grecis dicit/ manifestū est. Recte ergo pcepit Cicero ne a vēditore licitatorē/nec itē ab emptore apponi debere: sed ipsos potius si ad loquendum venerint nō plus q̄ semel loqui oportere: vt nulli licitatoris mendatio nulli dolo relinquat locus.

Licet impersonale/modo significat fas est. Cic. Neqꝫ em̄ licebat locū numini cōsecratū turpi flagitio cōtaminare. Virgil. Nūquidē ausonios coniungi fędera teucris haud licitū: nec vestra capit discordia finem. Dicimus autē: Mihi licet esse bonū virū ⁊ bono viro. Cesar. Tenuē sectanū pędā quibus eā licet esse fortunatissimos. Cic. lib. tus. Licuit em̄ esse ocio themistocli. Licuit epaminūde. Nō significat possibile est siue cōcedit/aut potestas dat. Mar. Piscinā peto nō licet natare. Cice. li. tus. Idqꝫ cū multis alijs rebus/tum e pōtificio iure ⁊ ceremonijs sepulchroꝝ intelligi licet. Et est ornat⁹ dicēdi mod⁹: non licet mi-

hi per te hinc abire.i.tu non vis seu pateris me hinc abire. Luc. ₰o lib.vij. Oia maiorũ vertamus hausta licebit ꝓ eo qđ est/si licẽtia erit. Modo/significat Facile est. Tac.lib.iiij. Ipse ille romanę linguę summus auctor q̃tũ fallat licet ex illa sentẽtia puidere. Cice.li.j. offi. Licet em̃ ora ipsa cernere iratorũ:aut eoꝝ q̃ aut libidine aut metu cõmoti sunt/aut voluptate: nimia gestiũt.i.facile est. Modo aduerbiũ concedentis est sicut Esto. Virgi. Licet ingens ianitoꝛ antro ęternũ latrans/exangues terreat vmbras. Modo est cõiũctio aduersatiua/pro q̃uis.

Licẽtia a licet deducit:q̃uis in malã partẽ plerũq; capiatur:cũ.s.id nobis arrogamus qđ non licet. Libertas ₰o cum non deterremur quin ea quę honesta apte agamus. Vide in dictiõe libertas. Licentioꝛ epistola/in qua nimis libere scribimus. Pli. Licentioꝛe epistola narrare constitui. Licentioꝛa mãcipia dicũtur nequioꝛa quasi multa per licẽtiã faciẽtia.

Licenter/aduerbiũ/significat per licentiaꝫ:a quo Gel. formauit cõpositũ. Pręlicenter/qđ est quasi nimis licenter. Quę verba inquit finxit pręlicenter. Et est licenter a licens participio.

Licite aduerbiũ a licitis formatũ/significat iuste.

Licẽtiosus/qui nimia vtitur licentia.

Lictus us. vide in dictione linguo.

Licia/sunt fila quibus in telis textrices implicãt stamina. Vnde Trilicẽ dicim⁹ vestẽ q̃ ex tribus liciis constat. Et testiuliciũ fila de tela decidẽtia. Plau.in cas. Non ego hoc verbũ expressi testiuliciio .i. re admodum vilissima. Licya e.cum y/regio est.

Liciatoriũ/lignũ circa qđ licia inuoluunt. Hierõ.lib. Reg. Hastile hoste ei⁹ erat quasi liciatoriũ texẽtiũ.

Lichen is.ge.mas.moꝛbi gen⁹:quem latini Mẽtagrã appellãt:qm̃ a mẽto incipit. Mar. Non vlcus acre pustulęve lucẽtes/nec triste mẽtũ soꝛdidive lichenes

Lictoꝛ/q̃ carnificis officio fungebat:minister ↄsulis ꝓcõsulis ꝛ similiũ. Sꝫ duodecim lictoꝛes cõsulis erãt: alioꝛũ seni tm̃ poꝛtantes virgarũ fasciculos cũ securibus ligatos:magistratusq; ꝓibant:ac quotiens iussi erant fasciculos soluẽtes:primo virgis cedebãt reum:mox securi feribãt. Liui. Missiq; lictoꝛes ad sumendũ suppliciũ nudatos virgis cedũt/securiq; feriunt. Hos prim⁹ instituit Romulus Dicti a ligãdo lictoꝛes:ꝙ virgarum fasces ligatos gerebãt. Gel. Lictoꝛ nomẽ verbale/quasi ligatoꝛ a ligãdo Tyro. Ciceronis libertus a licio quo cincti erãt/dictos existimat. Licio em̃ trãsuerso q̃ magistratibus ꝓministrabant/cincti erãt. At Plutar: q̃si λειτοσ. litos .i. public⁹ q̃si public⁹ minister. Et sic absq; c scribẽdũ est.

Lictoꝛi⁹ a.um. qđ ad lictoꝛẽ ptinet. Pli. Fasces lictoꝛios ianue sũmisit cui se oꝛiẽs/occidẽsq; sũmiserat.

Lido is. verbũ antiquũ/significat cõfringo/deleo. Cuius cõposita sunt: Collido/illido.

Lien genc.mas.grece splen. Dicit ꝛ lienis in nominatiuo. Cel.lib.iiij. Si iecur aut lienis est affectus. Hui⁹ magnitudine/intẽperantiã risus fieri affirmant physici. Persius. Sed sum petulãti splene cachino. Intumescit q̃nq; lien: vt cingere hoiem videat. Plau. in cur. Nam quasi ꝫona liene cinctus ambulo: geminos in vẽtre habere videoꝛ filios: nihil metuo nisi me dius disrũpar miser. Hinc lienosi/q̃ liene laboꝛant. Qui fiunt: vt inquit Arist.lib .iij. de partibus aialiũ quotiens excremẽti plus in lienẽ diuertit q̃ caloꝛ ei⁹ visceris possit conficere. Pli.lib.vij. De pyrrho cuius pedis pollex lienosis medebatur.

Liger eri. nomẽ viri ꝓpriũ: de quo Virgi.lib.x. Dicta volant ligeri/ necnõ ꝛ troius heros. Liger eris. gallię fluuius: q̃ ꝛ ligeris in nõ dr. Vñ ꝛ ligerim in acõ lectũ est. Hic delatus in oceanũ influit maximi cursus ꝛ pari cum Garũna interuallo a pyrene distat ꝛ duobus stadioꝛũ milibus vtriusq; nauigatio est.

Ligyes/populi asiatici qui cum xerxe cõtra grecos militarunt.

Ligo as. quidaꝫ a lino deducunt quasi lino ago/ꝙ lino omnia ligẽtur: ꝓpter qđ greci λινον vocatũ putant απο του λινεω antiquo verbo/qđ est teneo: q: lino omnia tenent. Hui⁹ cõposita sunt Alligo/qđ est ad aliquid vł iuxta ligo/colligo/circũligo. Pli. Id sicut in pilo quadratũ stupa circũligabant. Deligo/valde vel perfecte ligo. Col.lib. vij. Melius bimus q̃ anniculus castrat: idq; facere vel autumno luna decrescẽte pręcipit: vitulũq; ad machinã delegare. Illigo intus ligo. Obligo/circũligo/ pręligo/anteligo. Liui. Fascesq; virgarũ atq; arida sarmenta pręligãtur coꝛnibus boum. Religo/qđ aliq̃n est soluo/qđ est ligatũ sicut resero. Aliq̃n habet significationẽ simplicis Oui. Mox erat ꝛ querno religant in stipite funẽ. Col.lib.iij. Diutiusq; perennat quę firmis truncoꝛũ ꝛ idoneis locis religata est. Aliq̃n retro ligo. Cicero lib.j.tus. Trahit hectoꝛẽ ad currũ religatũ achilles. Aliq̃n iterũ ligo. Lactã.lib.iiij. Hoc vinculo pietatis obstricti deo/ac religati sumus. Subligar q̃ sub ligaculum ꝛ habet penul .coꝛre.

Ligamen/ligaculũ /ligamentũ/ligatura /significant id quo aliquid ligatur.

Ligones/rustica instrumenta sic dicta ꝙ a radicibus q̃ sub terra sunt/ligent. Vel dicti sunt quasi legiões: q: per latitudinẽ sub terra facili⁹ legunt. Luc. Vomeresq; antiquos curionũ passaq; ligones.

Ligellũ/breue domiciliũ ꝛ tuguriolũ Plau. Tu a ligello fuisti qua exis foꝛas.

Lignũ a legẽdo inquit Var. ꝙ ligna caduca in agris legebant quibus ad focũ vterent. Hinc ligne⁹ a .um. qđ ex ligno est: vt Ligneũ simulachꝛũ.

Ligneolus a.um. dimi.a ligneo. Aug.lib.xj.con. Sed nec ego dixerim circuitũ illius ligneolę rotę dieꝫ esse nec ideo tempus non esse ille dixerit.

Lignarius a.um. quod ad lignũ ptinet: vt faber lignarius qui ligna dolat.

Lignosus a.um. qđ instar ligni durũ est.

Lignile pe.pro. dictũ est vbi ligna in domo ad cõburẽdum parata sunt: sicut fęnile vbi est vel esse solet fęnum. Sic Bouile /Equile/ Caprile ꝛ hmõi.

Lignari est ad capienda ligna ire. Liui.lib.x. Redeuntibusq; lignatũ se ire hinc.

Lignatoꝛes/dicti sunt milites qui lignatũ vadunt. Idẽ in codẽ Paucis citra milibus lignatoꝛes ei cũ pręsidio occurrunt.

Ligustrũ similiter a lego: quasi legustꝝ arboꝛ: ex cuius ligno tesserę fiunt aptissime.

Liguria/italię regio pro maioꝛe parte montuosa inter amnes Varrũ ꝛ Macrã ab altero latere habẽs apẽninũ ab altero padũ thusciã attingẽs: cui⁹ caput ẽ genua: a qua ligustica oꝛa/ꝛ mare ligusticũ. Dicta liguria a ligysto phaetõtis filio ↄuersiõe y in u.

Ligusticũ mare: vt refert Solin⁹ coꝛaliuꝫ pꝛocreat: qđ fulminibus resistit.

Ligus uris. ſm Pris. põt esse ꝓpriũ nomẽ: ꝛ tũc est generis mas. Et nomẽ gentile: ꝛ sic est cõis. ꝓbus declinat hic ꝛ hęc ligur: ꝛ hic ꝛ hęc ꝛ hoc ligus/ ꝓ incola ligurie. Luc.lib.j. Et nũc tonse liger/quõdã ꝑ colla decoꝛa. Virg.lib.xj. Vane ligur frustraq; animis elate supbis. Item Assuetũq; malis ligurẽ.

Ligusticus a.um.pe.coꝛ. nomẽ possessiuũ. Iuue. Naꝫ si ꝓcubuit qui saxa ligustica poꝛtat.

Ligurio is.pe.coꝛ. iui vel ligurij itũ. significat mixta aui de consummo ꝛ suauioꝛa edulia carpo ꝛ per heluationem ꝑimoniũ voꝛo: licet ꝓdu. Hoꝛa. Tractauit cãlicẽ manib⁹ dũ furta ligurit. Vñ liguritoꝛes dicunt gulosi ꝛ voꝛatoꝛes edulioꝛũ dulcioꝛũ q̃ ↄsumptis de

pibus catillos etiā lingūt ⁊ q̄ bona deuorāt. Est etiā ligurire paulatim ⁊ cū quadā mora atq; elegātia comedere quasi sinēdo vt p se cibus in stomachū liquefiat. Terē. in eu. Que cū amatore suo cenāt/liguriūt. Dictū ligurire απω του λυγίρου: qđ greci suaue dicunt: vt inquit Do. p translationē. Cice. D. Bruto scribens ad supplicationē rerū vsus est. Cum q̄dam inq̄t de collegis nostris agrariā ligurirēt curationez disturbaui rem: totāq; nobis integram reseruaui. Et ab Ausonio dictū est Inguinū liguritor.

Ligula pe. cor. dimi. a lingua. vide in dictiōe lingua.

Liliū/genus herbe. de qua apud rei rustice scriptores fit mentio quō seratur.

Lilietū/locus in quo liliorū copia est. Palladius. Lilieta canneta ponenda sunt.

Lilybeū/ꝓmontoriū sicilie: et vrbs eiusdē nōis. Syl. lib. xiiii. Cernit deuexas lilybeū nōie chelas: scribit cum diph. Nā greci. λιλυβαιον dicunt.

Lima/instrumētū fabrile q̄ ferrū aut aliq̄d aliud terit.

Limo as. polio ⁊ sup̄flua detraho. Hiero. ad Damas. Sepe causatus sum excoli nō possem sermonem nisi quē ꝓpria man⁹ limauerit. Aliq̄n limare est cōiūgere. Plau. Nō pater tu⁹ vnq̄ cū illa limabit caput. Huius cōposita sunt Delimo ⁊ elimo q̄ habēt pe. prod.

Limaculus dimiū. a limatus. Cice. Volūnio. Op⁹ est hoc delimatulo ⁊ polito tuo iudicio.

Limatura/scobs: hoc est puluisculus limādo detract⁹.

Limax dicit̄ q̄ exquirit vt aliquid auferat. Plau. in bac. Limaces viri ꝙ atterant ⁊ consumāt. Et limax testudo cochlea terrestris q̄ ⁊ limaca a limo dicit̄: in quo per hyemē delitescit ⁊ viuit vere prodiens. Col. lib. x. Implicit⁹ conche limax hirsutaq; campe.

Limus genus vestis ab vmbilico ad pedes. Virg. lib. xii. Velati limo ⁊ verbena tpa vincti. Et limus letamen est seu cenū illud molli⁹ qđ ab aquis deferri solet. Vnde limosus a. um. Virgi. Limosoq; lacu per noctē obscurus in vlua delitui. Hinc illimis ⁊ hoc illime pe. pro. qđ est sine limo defecatū sincerū. Sidonius ad heroniū. Nusq̄ aqueductuū liquor integer vel cisterna defecabilis/vel fons irriguus/vel pute⁹ illimis. Hinc ⁊ Oblimo: de quo alibi.

Limus a. um. obliquus. i. transuersus/obtortus qđ ⁊ limis tertie declinatiōis dicit̄. Vnde qui oblique aspicit limis oculis spectare dicit̄. Ter. in eu. Ego limis specto sic p flabellū clanculū. Do. Pōt esse nōiatiui casus: vt sit limis specto vel ablatiui puralis ⁊ deest oculis. Cum igit̄ dissimulant se hōies videre qđ vident/⁊ non recta facie/sed transuersa intuentur: limi dicuntur aspicere.

Limē dr̄ qđ ex transuerso in ianua est a limo obliquo/ꝙ ingredientib⁹ exeūtibusq; transuersum sit: vt est apud Do. Festūq;. Nec solū inferiorē partē significat que sub pedibus calcari solet in ingressu/sed etiā superiorem. Iuue. Pendētia liquit vela domus ⁊ adhuc virides in limine lauros. Neuius ꝟo limen superū et inferū dixit. Exime limē superū qđ mihi misero sepe confregit caput. Inferū quoq; vbi ego omnis defregi digitos. Limē superū supliminare etiā vocatur: a grecis hyperthyron. Ponit̄ interdum pro ingressu. Virgi. Limen erat ceceq; fores ⁊ peruius vsus. Interdū pro interiore parte domus. Idē penetrant aulas ⁊ limina regū. Interdū pro loco standi. Idē: Corripiunt spacio audito limenq; relinquunt. Interduz pro principio: vt in limine vite extinct⁹ est. Interdū pro amicicia: vt testat̄ Ser. enarrans illud de Turno. Se limine pelli. Iuue. Limine submoueor. i. repellor ab amicicia. A limē fit Elimio as. Liminare. Postliminiū liminaris ⁊ hoc liminare quoad limen pertinet: vt lapis liminaris qui est in domus ingressu. Aug. ad Hiero. posuit pro principio. Non hoc codex ipse vt assolet in liminari pagina pretendebat: id est in principio seu ingressu libri. hinc supliminare.

Limes itis/modo transuersam viā significat/modo terminū. Col. li. i. Semitas nouosq; limites in agro fieri nō patiat̄. In agris limites duo maximi sunt: Cardo ⁊ Decumanus. Limes decumanus est qui ab oriente in occidentē spectat. Cardo a meridie ad septentrionem. Reliqui limites angustiores: distantq; int̄ sese paribus interuallis.

Limito as. pe. cor. ⁊ limitor significat termino seu restringo/sic a semitis Semito as. ⁊ semitor. Vn̄ limitatus ager dr̄ in cēturias diuisus. Pli. lib. xvii. Aut si maior modus sit totidē pedū cardinē quo decumano limitari. Semp ꝟo quintānis semitari: hoc est in quinto quoq; palo singule iugo pagine includūt. Cice. Appio pul. De tua ꝓlixa beneficaq; natura limitabit aliquid posterior annus ꝓpter quādā tristiciā.

Limentinus putabat̄ deus q̄ liminibus p̄esset.

Limbus muliebre vestimentū erat purpurā in imo cōsutā habēs seu qđlibet aliud ornamentū vestiū extremitatē ambiens. Virgi. Sidoniā picto clamydē circūdata limbo. Hui⁹ dimi. est limbul⁹ a quo limbell⁹.

Limbolarius qui limbum vestem consuit. Plau. Textores limbolarii.

Linus/nomen viri propriū: ex mercurio seu vt quidam putant ex apolline ⁊ vrania geniti: alter philosophus thebalius Iunior. Est etiā linus species hymni Suidas autez λινοσ χαλκιδευσ απολλωνοσ και τερψιχορησ οι δε αμφιμαρου και ουρανιασ· λεγεται δε προτοσ ουτοσ αποφοινικεσ γραμματα εισ ελληνασ αγαγειν γενεσθαι δε και ηρακλεωσ διδασκαλοσ γραμματων και τησ λυρικησ μουσησ πρωτοσ γενεσθαι ηγεμων.

Linū απο του λινεω antiquo verbo qđ est teneo: q: lino omnia tenētur. Hinc lineus a. um: quod ex lino est vt vestis linea.

Linarius/qui lini artem exercet: a grecis λινοπλοκισ. linoplocis.

Linamentū/philum quod ex lino voluendo trahitur. Pli. Delphini linamenta accensa excitāt vulue strāgulatu oppressas.

Linteum/pannus lineus ⁊ sudariū quo in balneis vtimur. Mar. Non tam sepe teret lintea fullo tibi. Itē lintea sunt vela quibus vtuntur naute. Virgi. Certū est dare lintea retro. Itē lintea que sūt idonea ad spectantiū vmbracula. Vnde legimus: Cesarem totum forum linteis adumbrasse. Itez lintea lineī amictus. Inde linteatus linteis indutus: id est lineis vestibus quali habitu fertur fuisse. Appollonius philosoph⁹: quoniā hmōi habitus videbat̄ mūdior ꝙ̄ qui ab animalibus deglubebat̄. Sidonius ad leonē: Cupidus sciente contēnentez pecunie: inter epulas abstemiū inter purpuratos linteatus.

Linteolū diminutiuū. Pli. pro petia pāni linei vulneribus in linteolis imponitur. s. amurca.

Lintearius/qui lintea vendit.

Linteones/qui texunt linteamina ꝓ conficiendis vestibus: vt docet Ser. lib. vii. en. Firmicus lib. ii. math. scribit venerē in quadrupedibus occurrētē facere linteones/aut plumarios atq; colorū tinctores.

Linea e. proprie significat filum illud quo fabri materiarii vtuntur ad signādam materiā ꝙ ex lino fiat. Et quoniā ab hac si rubrica vel alio colore intincta fuerit figura designat̄ longa sine latitudine atq; altitudine: ea quoq; figura linea vocatur. Item ea que nō colore: sed animo imaginantur geometre linee vocantur. Et linea dicitur filum omne ex lino et quicūq; tenuis funiculus. Col. Ligato pede longa linea gallina custoditur. Pli. Murene deuorent hamū: admo

nentes dentibus lineas: atq3 ita erodunt. Idem. Sēmata vero lineis discurrebāt ad imagines pictas. Et linea dicitur que est in superficie. Nam supficies ex lineis est vt punctum: quod est principiū in geometria Dicitur autem punctū qd diuidi non pōt. Linea que ab vno puncto ad aliud deducitur.

Linearis ꝛ hoc liniare: qd ad lineā pertinet. Vn̄ linearis pictura vocata est lineis circa vmbram hominis deductis. Primi hanc picturam exercuerunt Ardices corinthius ꝛ Telephanes sicyonius sine vllo colore spargentes tn̄ lineas intus: vnde ꝛ latini linearē picturam graphidē appellauerūt.

Lineamētū a linea: ꝛ ipsa extremitas ꝛ quasi linea quedam corporis per quā hominis forma dignoscitur a lineari pictura tracta in qua per solas lineas effigies hominis cognoscebatur. Iusti. li. j. Lineamētoꝝ equalitas matri ꝛ filio ꝑsimilis. Pli. Nec q̄ succederet operi ad prescripta lineamenta inuentus est.

Lino is: ꝛ linio is: et lenio is: diuersa sunt. Nam linio ꝛ lenio quarte cōiugationis sunt. Linio tertie. Et lino linioq3 habent pe. cor. lenio ꝓ. Virg. Seruataq3 mella thesauris relines Sedulius. Illinens hominē veteri de semine supplet. Est autem linire crasse aliquid aliquo instrumento supinducere. Col. lib. vij. Sed illius sanatur noxa fibula ahena si locum lesum cōpungas cretaq3 cynonia ꝛ aceto linas. Aliqn̄ etiam non crasse: sed leniter aliquid inducere ꝛ quasi lineā ducere. Vnde interlinire dicimus supinducto attramento aut alio liquore scripturam aliquā picturā vt destruere. Sic littere dicunt interlite: ꝛ talis inductio Litura dicit. Aliqn̄ obturare. Virg. li. iiij. Ge. Necq3 illc ne quicq3 in tectis certatim tenuia cera spiramenta linūt: vt etiā a cōtraria significatōe eius cōpositū simul Relino indicat: vt apud eūdē. Seruataq3 mella thesauris relines. habet hoc verbū lino tria p̄terita lini liui ꝛ leui. De primo Quintil. in declamatione Ceci. Et ne qd sceleri ipio deesset mariti tui cruore parietē linisti. De scdo Col. li. vlti. Multi cū semel noua dolia vel seria crassa gūmi liuerūt: vna in ꝑpetuū gūmitione esse contēti sūt. De tertio Cato de re rus. Postea dolium calefacito minus: qui si picare velis tepeat satis est lignis lenib⁹ facito calescat. Vbi tēperate tepebit: cuminū indito: postea linito. Si recte leueris in doliū quinquagenarū pedum quattuor satis erit. Supinū vnū tantū habet litū. Vn̄ litus a um: ꝓ obturato maculato insperso. Virgi. lib. iiij. Ge. Elucent alie ꝛ fulgore coruscāt ardētes auro ꝛ paribus lita corpa guttis. i. inspersa seu distincta. Quale est illud Hiero. ad Saluinā. Tu vo que in tumulo mariti sepelisti omnes pariter voluptates q̄ licī purpurisso ꝛ cerusa faciē sup feretrū eius lachrymis diluisti. Eius cōposita sunt Adlino ad aliqd lino. Pli. Sunt qui leporino coagulo mel addāt ꝛ hoc sepe adlinant dentē. Palladi⁹. Si stercus p̄mogeniti vituli adlinamus orib⁹ vasculoꝝ. Collino. Gel. Postea tabulas cera colleuisse circūlino. Ci. li. j. tus. Condiūt egyptij mortuos ꝛ eos seruant domi: ꝑse etiā cera circūlitos condiūt vt q3 maxime ꝑmaneāt diuturna corpa. Delino: Illino anterlino: oblino. Vide alibi. Elino extra lino fedo. Lucil. lib. vj. Si hec vestimenta eleuit luto. Perlino valde lino. Col. lib. viij. Mox vlcera lauātur aceto: ꝛ tūc pice liquida cū adipe suilla perlinunt Relino qd obturatū erat aperio. Terē. in heau. Releui oia dolia oēs serias. Sublino mediocriter fedo illudo: ꝛ pro ridiculo habeo. Plau. in epi. Senex tibi os sublitū est plane ꝛ ꝓbe. i. derisus es. Et in capt. Quanto in pectore hanc meā magis rē voluto tanto mihi egritudo auctior est aio ad illū modū sublitum esse os mihi. i. substercoratū vel maculatū.

Linio is iui itum: proprie significat vngo vel frico: aut quid simile qd digito aut aliquo instrumēto alicui rei superinducit fricatur vel imprimitur: sed tenuiter nō crasse. Col. lib. viij. Fere autē per estatem sic muscis aures canum exulcerantur sepe vt totas amittant. Quod ne fiat amaris nucibus contritis liniēde sunt. Hieronymus in tob. Statimq3 linies super oculos eius ex felle isto piscis. Fateor tamen adeo interdū hec duo verba lino ꝛ linio in significatione ꝓpinqua esse: vt vix discerni possint. A linio componit Circūlinio. Lactā. lib. v. Circūliniat modo poculū celesti melle sapientie: vt possint ab imprudentibus amara remedia sine offensione potari.

Lingones sunt populi Gallie supra heluetios ꝛ sequanos in occasum vergentes.

Linternus Campanie fluuius haud longe a vulturno fluuio et oppido.

Lingo is: xi ctū. Lingere est aliquid lingua molliter tangere. Plaut⁹ in Casi. Mel mihi videor lingere hinc linguam quidam deduci voluerunt. Rursus lingere dicimus dum aliquid in ore tenentes guttatim id defluere in stomachū sinimus. Que res linctus dicitur Que vo in hunc vsum fiunt eclegmata grece dicunt Pli. Telicos gēma est q̄ olee nucleo silis videt ꝛ lingentiū calculos frangit. Idem. Multi tussim veterē linctu salis discussere. Idem. E semine lini fiunt Eclegmata. Hinc fit compositū Elingo qd est extra lingo Plau. in cur. Hic hodie apud me nunq3 elinges salē

Lingua a ligando dicta est ꝙ liget cibū. Nam cibos vi sua cōglobat ac deprimit in ventrēq3 transmittit: seu ꝙ ipsa dentiū septis quasi muro vallata ac ligata sit. Est ꝛ lingua minor que ꝛ sublinguium a quibusdam dicitur operculū cartilaginosum: qd phystulam spiritalem in gutture claudit cū phystula cibali cibus defertur. Hec cū ridemus attollitur: quia risus oīa concutit. Quapropter periculosum est ne nos risus inuadat cum deglutimus. Hoc enim operculū natura instituit ne quid esculenti poculenti ve ad pulmonem feratur. Qd si accideret nisi reijceretur hominē strangularet. Accipit quandoq3 lingua pro differētia sermonū. Vnde dicimus linguā latinā: linguam grecā: vt est apud actus apostolicos. Audiuim⁹ eos loquētes nostris linguis magnalia dei. Quinetiam in vna lingua sermonis diuersitas lingua dicit: vt in greca lingua est. Attica: dorica: ionica lingua. Scribit strabo trecētas nationes q̄ dissimilibus linguis vterent descendisse in dioscuriadē vrbē colchoꝝ clarissimā.

Linguarum diuersitas inquit Augustinus lib. xix. de ciuitate dei: hominē alienat ab homine. Nam si duo sibimet inuicem fiant obuiam neq3 preterire: sed simul esse aliqua necessitate cogantur: quoꝝ neuter nouit linguam alterius: facilius sibi animalia muta etiam diuersi generis q3 homines sociātur. Rursus lingua appellatur genus promontorij nō excellētis: sed molliter in planū deuexi. Similiter instrumentū planum ꝛ oblongum in speciem lingue factum lingua dicit: quale est illud quo vtuntur Aromatarij ad extrahenda e vasis vnguenta. Cuius diminutiuū ꝑm Priscianum est lingula: eiusdem significationis: ꝛ per concisionem. Ligula Festus. Ligula ꝑ diminutione mdicta alias a similitudine exerte lingue: vt in calceis: alias inserte: id est intra dentes coercite: vt in tibūs: pro ea que calceorū est. Mar. Non extrema sedet linia lingula plāta. Iuuenalis abiecit n et li corripit. Et ligulam dimittere solicitus: ne tota salutatrix iam turba peregerit orbem. Mar. Cuis me ligulas dicāt equitesq3 patresq3. Dicor ab indoctis lingula grāmaticis Pro ea que instar lingue facta est. Plinius. Cera punica fit hoc modo. Ventilat sub dio sepius cera fulua deinde feruet in aqua marina ex alto petita addito nitro. Inde ligulis eligūt florem. Columella. Li

gulam vocat instrumentū ad purgandū e vase spumā. Deinde inquit vbi linquatum mel in subiectum aluū defluxit transfert in vasa fictilia: q̄ paucis ante diebus aperta sunt: dū musteus fructus efferuescat: hisq̧ sepius ligula purgādus. Pli. Sunt qui cōmitialibus morbis dandū putant luna: quarta sexta septima lingue mensura.i.cochlearis. Veteres etiam gladiolū oblongū in speciem lingue factū ligulā vocitauere. Lingua item vt Plinius testatur: herba est q̄ circa fontes nascitur cuius radix cōbusta ⁊ trita alopecias emēdat. Similiter lingua bubula genus herbe quā greci buglosson dicunt boum lingue similis. Lingua canina alia herba que cynoglossos vocat a grecis Lingua petrea genus lapilli qd̄ inter gēmas connumerat. A lingua fiunt Elinguis sine lingua et qui loqui nō potest etiā si linguam habeat. Elinguo as. Bilinguis trilinguis ⁊ huiusmodi.

Linguax siue lingulax lingulaca vt verbosus multū loquens: qui nimiū ⁊ stulte loquit. Gel. lib. j. Hoc genus hominis in verba proiectos locutuleios ⁊ blaterones ⁊ linguaces dixerunt.

Lingulaca mulier multiloqua. Plau. in Cas. Lingulaca est nam nunq̄ tacet. Accipitur quandoq̧ pro muliere auguratrice. Quandoq̧ pro pisce qui solea aut ei similis a nōnullis creditur. De quo apud Varronem ⁊ Plautum.

Linquo linquis liqui lictū ſm Pris. significat relinquo dimitto: habetq̧ li. syllabā indifferentem in preterito Virgi. Nec tamen indecorem tua te regina reliqui. Idem. Namq̧ sua patriā liquerat tellure sepultam. Huius cōpositū est Delinquo. Ascē. Errat cū Nestore Cesariensi male citante. Virgi. Enei. iiii. vbi legit. Nanq̧ suā patria antiqua cinis ater habebat.

Lipara penultima correpta Insula ex colus a liparo rege: Ausonis regis filio cui successit colus. Hiero. Que e lipara siciliam nauigant sinistra est. Hinc liparcus liparea liparcum.

Liparus Ausonis regis filius: a quo lipara denominata est insula.

Liparis Cilicie fluuius ἀπὸ τοῦ λιπαροῦ q̄m scribit Victr. natātes in hoc flumine: aut se lauātes nō aliter vngi ab ipsa aqua q̄ si oleo aut adipe lauarent.

Lipsana pe. cor. tantū pluraliter declinatū nomen est quo apud nos reliquie significant.

Lippus qui oculos habet lachrymātes cū putredo ab his defluat. Lippitudo ipsum vitiū. Cor. Celsus. Si frons prurit lippitudinis metus est.

Lippio is iui itum lippus fio: hoc est marcor in oculis contraho. Pli. lib. xxviii. Oculorū vitia fieri negant nec lippire eos qui cū pedes lauāt aqua inde ter oculos tangant. Plau. in Cur. ad fauces transtulit. Prospicio parū os amarū habeo: dentes plenos: lippiūt fauces fame: ita cibi vacuitate venio lassis lactibus.

Liquentia fluuius gallie cisalpine seu venetie: post Taruisinum agrū. Oriturq̧ in opiterginis ⁊ in mari adriaticum cadit.

Liquidus a um: penulti. cor. molle fluxum. Virgi. Aut cum liquentia mella stipant. Aliquādo ponitur p̄ puro. Idem. li. iiii. Dulcia mella premes nec tantū dulcia q̄rum et liquida: id est defecata et sine sordibus. Aliquando pro prospero. Plau. in pseu. Ab sinistra auspicio liquido atq̧ ex sententia confidētia est inimicos meos me posse pdere. Hinc fit aduerbiū Liquido: qd̄ significat pure ⁊ manifeste. Terētius in And. Vt liquido possim iurare. Dicimus etiā ad liquidū quod est manifeste.

Liquido as: aperio manifesto.

Liquo as li. syllaba cor. significat liquidū facio cū scilicet aurum vel plumbum dissoluitur. Lu. lib. vii. Ereptaq̧ tela liquauit. Huius passiuum liquor. Composita sunt Eliquo: qd̄ est extra seu valde liquo. Lactā. libro. ii. Vnde autē vel quomodo deus hec duo principalia ignem ⁊ aquam vel accenderit vel eliquauerit solus potest scire qui fecit. Aug. lib. ix. confessio. per translationē dixit. Voces igitur interluebant auribus meis ⁊ eliquebant tua in cor meū. Reliq̄ idem qd̄ liquo. Vñ legimus de sctis Primo ⁊ Feliciano q̄ iussetit p̄ses reliquari plūbū ⁊ bulliēs in ora fundi.

Liquatū siue liquamen: pinguitudo animalis ad ignē liquefacta ⁊ in vsū coquinariū seruata ad cōdiēdos cibos. Licet ⁊ de aliis dici possit: que non comedunt vt est apud Colu. lib. vii. Succus excolati lupini veteris vini fex ⁊ amurca pari mensura miscentur: coq̧ liquamine tonsa ouis imbuitur.

Liquasco is: liquidus fio.

Liqueo liques liquiui: li. syllaba correpta. Est autem liquere liquidum seu molle esse qd̄ instar olei discurrit. Hiero. in Leui. Omne liquens qd̄ bibit de vniuerso vase imundū erit. Hinc liquesco liquidus fio. Persi. Tot tibi cū inflāmas iunicā omēta liquescāt. Virgi. Limus vt hec durescit ⁊ hic vt cera liquescit. Huius cōposita sunt Colliqueo: a q̄ colliquesco. Deliqueo a quo Deliquesco qd̄ est in totū resoluo. Oui. lib. vii. me. Protinus imbutū celesti nectare corpus: Deliq̄uit stagnūq̧ suo de nomine fecit.

Liquet impsonale: significat Constans manifestū ⁊ certum est: qm̄ que resoluuntur certa constantia ⁊ manifesta fiunt. Terē. in Eu. Illum liquet mihi deierare his mensibus sex nō vidisse proximis.

Liquefacio: a quo liquefio eiusdē cum liquesco significationis. A liquefacio compositū. Illiquefio qd̄ est valde seu intus liquefio. Cice. lib. iiii. Tus. Que sunt omnes vnius generis ad perfundendū animū tanq̄ illiquefacte voluptates.

Liquos is: liqui resoluor defluo stillo. Cuius passiuum est liquor liqueris: quorū li. syllaba pducitur. Virgi. Vere nouo gelidus canis cū montibus humor Liquitur. i. paulatim dissoluitur. Idem. li. iii. Nam que prima solo ruptis radicibus arbos vellitur huic atro liquūtur sanguine gutte: id est defluunt. Luc. libro. ix. Liquitur ⁊ nigra distillant inguina tabe. Hinc etiā fit liquesco liquescis prima pro. Ouidius libro. j. de pon. Sic mea perpetuis liquescūt pectora curis. A liquo fit compositū. Col. liquo. Varro. Quod aurū cū colliquisset in forma fuit infusum.

Lira prima syllaba producta: sulcum significat. Col. li. ii. lyras rustici vocant easdem porcas cum sic aratū est vt inter duos latius distātis sulcos medius cumulus siccam sedem frumentis prebeat. Hinc lyrare: a quo delirare ⁊ delirus. Deliramentū. Lirare dicunt agricole cum crate dentata vel tabula aratro annexa operiunt semina. Primo eñ aratur terra: qd̄ dicitur proscindere: Deinde secunda aratione excitate grandiores glebe frāguntur quod vocant effringere. Tertia aratione iacto semine boues lirare dicūtur: qui tabellis et vomere simul et satum frumentū operiūt in porcis et sulcant in fossas quo pluuia aqua dilabatur Hinc delirare aliquem dicimus cum non recto sulco tegendo semen incedit: deinde per metaphoram ad insaniam hoc vocabulū translatum est. Vnde ⁊ deliri insani dicuntur: ⁊ delirare insanire. Hora. in epistolis. Quicquid delirant reges plectunt achiui. Deliramentū ipsa deliratio. Quidam tamē delirare a greco trahunt. Nam ληρεῖν ineptire est. Nostri etiā liras gerras et nugas vocitauere. Plaut. Nam tue blanditie mihi sunt qd̄ dici solet gerre germane edepol lire. Lyra p̄ y. aliud significat.

Liro liras: liras facio. Col. Lirant iugera duo op̄e vna

Liratim aduerbium per liras. Colu. Ecq̧ cum fiat liratim seri debent.

Liris fluuius campanię ortus in Apennino ꝛ minturnas pręterlabens. Mar. Ceruleus mons liris amat quē sylua marice protegit. Virg. Et vmbrosę liris ꝑ regna maricę.

Lis: controuersia a limite id est termino dicta: ꝙ primę inter homines lites de limitibus fuerunt.

Litigo as: pe. cor. quasi litem ago: discepto contendo. Mar. Ah miser et demens viginti litigat annos. Quisꝗ̃: cui vinci gargalianę licet. Plau. i rud. Qua de re nūc litigatis inter vos? Litigiū litis actio. Idē in Cas. Nā ego q̄d cōtrahere cupio litigij inter eos? Litigiosum dr̄ de q̄ lis est. Litigiosus qui frequēs in litibus versaꝛ. Litigator ꝛ litigatrix q̄ ꝛ quę litigat.

Lithos gręce: lapis latine dicitur.

Lithagirium: spuma argenti: quasi ꝙ sit in lapidē compacta argenteum.

Lithocolla: glutinū quo lapides coniunguntꝛ. Fit enim ex lapide pario aut marmore cū taurino glutino.

Lithoglyphus pe. cor. sculptor lapidum.

Lithotomia: penultima producta lapidicina lithotomus architectus.

Lithologema penultima producta: lithogematis strues lapidum.

Lithostratos pe. produ. mas. generis: ꝛ hoc lithostratum dictio composita ex λιθοσ lapis ꝛ σρωτοσ stratus appellatur locus lapidibus stratus si verbuȝ gręcum proprie interpręṫari volumus. Veruȝ lithostrata ex paruulis crustis constabant: quibus solum pauimenti incrustabaꝛ. Unde legimus in euangelio Ioānis. Et sedit pro tribunali in loco qui dicitꝛ lithostrotos. Var. li. iij. de re rust. Cū villam haberes opere tectorio atꝗ intestino ac pauimētis nobilibus lithostrotis spectādā. Hoc a nostris dicitꝛ Sectile.

Lithiasis morbus calcularis.

Littera q̄uis ꝯm suam analogiam per simplex t. scribi debeat: tamen quia prima syllaba eius producitur ꝑ duplex tt. scribi solet. Dicta littera quasi legittera eo ꝙ legenti prebeat iter: vel ꝙ in legendo iteretur: vt inquit Ser. Vel a lituris? ꝙ scripta deleri possit: quia plerūꝗ in ceratis tabulis antiqui scribere solebant ꝛ inde delebant. Vel a lino is: quod in scribendo illinitur: id est leniter inducitur atramentum. Vel a linea quoniam grece γραμμη linea dicitur et inde grāma littera et grāmatica litteratura. Et litterę quę notę quoꝗ appellantur ex lineis constant. Et significat principaliter litteras indiuiduas: vt a. b. c. Sicꝗ diffinitur ꝙ sit minima pars vocis compositę ex litteris quę scribi potest indiuidua. Huic accidit nomen scȝ quo appellatur: figura qua pingitur: et potestas qua valet. Aliquando littera capitur pro scribentis manu. Cice. ad Atticum. Nam alexidis manū amabam ꝙ tam prope accedebat ad similitudinem tuę litterę. Plurali numero litterę epistolā designant: nisi apud poetas: apud quos legitur littera pro epistola. Ouidius. Quā legis ab rapta briseide littera venit. Vocantur pręterea litterę disciplinę que litterarum monumentis continentur: vnde dare litteris operam dicimus: hoc est incumbere artibus quę scriptę sunt. A littera fit diminutiuū litterula: quod Hieronym⁹ posuit pro breui epistola cum inquit. Munuscula oīa ꝛ suspectas litterulas vobis interdico sub anathemate. Litteratus qui litteris preditus est. Cuius contrarium est Illitteratus pro rudi ꝛ indocto. Litteratulus diminutiuū est. Hierony. contra Rufi. Videris tibi litteratulus et rabbi.

Litterosus idem quod litteratus. Cassius. Homo litterosus mere.

Litterarius litteraria litterariū: quod ad litterā vel ad lr̄as ꝑtinet. Vn̄ dicitꝛ ludus litterarius.

Litterator qui litteras noscit vel docet.

Litteratura: ars quę de litteris tractat: vt est grāmatica. Aug. li. viij. confes. Imperatoris Iuliani temporibus lege data prohibiti sunt christiani docere litteraturam ꝛ oratoriam.

Litus a um participiū a lino. Vide in dictione Lino.

Littus per duplex tt. terra quę ab aqua tangitur: vel ꝙ alluitur: vel ꝙ aqua ad id alludat: vel ꝙ ibi aqua eliditur seu ꝙ fluctibus oblimatur. Et proprie de mari dicitur: ripa de fluminibus. Ouidi⁹ Campoꝗ recepti. Liberioris aquę pro ripis littora pulsant. Sueto. in Nero. Disposite per littora ꝛ ripas diuersorię tabernę. Quandoꝗ etiā littus dicitꝛ de fluminibus. Virg. in diris. Littora quę dulcis auras diffunditis agris. cū de Mincio loqueretꝛ. Sumitur interdū pro terra mari vicina. Idem. Cui littus arandū ꝛ cę. Interdū pro spacio circa aram: a litando: quia ibi litabantꝛ hostię. Nam sicut docet Dona. Nauigantes eundo et redeūdo in littore sacrificabant propter quod ꝛ vsus obtinuit vt duplici tt. scribatur cum lito primā corripiat. Cicero tn̄ in topi. a ledo deducere videtꝛ. Quod cū primā producat: vnico t. scribenduȝ erit. A littus fiunt littoreus a um: ꝛ littoralis adiectiuum vt arena littorea: ꝛ plaga littoralis.

Lito as: sacrificio facto deos placo: votūꝗ impetro. Sue. in Cęsa. Deinde pluribus hostijs cęsis cum litare non posset introijt curiā. Huius cōpositū est perlito quod est perfecte lito. Gel. Si he res diuinę factę riteꝗ perlitatę essent: haruspices dixerunt omnia ex sententia processurum esse.

Litura re. superinductio: ꝛ complanatio: a lino linis vt fit cum superinducto atramento alio ve liquore scripturam vel picturam destruimus.

Lituro as. pe. producta cancello: expungo. Sidonius apol. Tunc vel certius te probasse reliqua gaudebo si liturasse aliqua cognouero.

Lituus baculus incuruus: quo sedentes augures auibus tēpla designabant. Gel. Lituus est virga breuis in parte qua robustior est incurua. Dicitur interdum regale sceptrum: hoc est ille romuli baculus qui post romulum a litibus dirimendis in medio incendio integer mansit vt apud Vale. maximum. Nihil in eo pręter lituū romuli integrū repertum est. Et Plutar. in Romulo. Lituus cōseruatus est in palatino colle: vsꝗ ad Celtarū tempora a quibus capta vrbs incensa fuit. Sed postea expulsis a Camillo hostib⁹ inter altissimas fauillas illesus cum omnia ignis consumpsisset inuētus est. Festus scribit lituū esse gen⁹ buccinę curuę vnde vox gracilior exiret: q̄ q̄ cecinerit liticē dr̄ Vir. li. vj. Et lituo pugnas isignis obibat ꝛ hasta

Liticen penul. correpta qui lituo canit.

Liuius nomen historici patauini qui res romanas miro artificio luculentoꝗ sermone perscripsit. De hoc Hiero. ad Paulinū Ad Titū Liuiū lacteo eloquētię fōte manātē de vltimis hispanie galliarūꝗ finib⁹ quosdam venisse nobiles legimus. Et quos ad contēplationem sui roma non traxerat: vnius homis fama perduxit. Habuit illa ętas inauditū oibus seculis celebrandūꝗ miraculum vt tantā vrbem ingressi: aliud extra vrbem quererent. Fuit et alius Liuius poeta. Comicus cognominatus Andronicus. De quo Diome. Constat inquit apud Romanos: Primū latino sermone comędiam Liuium Androicum scripsisse. Gel. libro. xvj. Prim⁹ omniū. T. liui, poeta fabulas docere Romę cępit post Sophoclis et Eripidis mortem annis plus fere. C. ex. lx.

Liuor vestigiū ꝛ nota quę fit ex flagello. Unde in ecclesiastico legimus ꝙ flagelli plaga liuorem facit. Aliquando significat colorem nigriorem. Var. Sic paulatim liuor in candorē vertitur: ꝛ omnis macies e corpore abscedit. Et quoniā talis est color inuidorꝫ ideo

liuor accipitur pro inuidia. Luc. Liuor ędax tibi cuncta negat. Claudia. libro .iij. Rabiem liuoris acerbi Nulla potest placare quies.

Liuidus proprie dicitur qui ex percussu carnem nigram habet fluxione cruoris ad eum locum quo percussus est. Plinius. Caplie succus suggilatis ac liuidis prodest. Hinc liuidus pro nigro. Virg. Quid ve petunt anime vel quo discrimine ripas: Hę linquunt: ille remis vada liuida verrunt. Quoniam vero qui inuidia laborãt credentes se dolore hũc colorẽ contrahunt: Liuidus sępe pro inuido ponitur. Mar. Omnib⁹ inuideas liuide nemo tibi. Huius diminutiuũ est liuidulus. Iuue. Quibus inuideas si liuidulus sis.

Liueo es: ater sum. Pli. lib. xxij. Cortex vero scilicet heliostrophi liuentibus colorem reddit. Et aliqñ inuideo. Pompo. Malignus homo ⁊ fortunis aliorum semper liuens.

Liuesco: liuidus fio. Claudi. lib. iij. Haud equidem inuideo nec enim liuescere fas est. Vel nocuisse deos. Huius compositũ est Adliuesco.

Lix dicit cinis in quez materię rediguntur cum fuerint exustę. Pli. lib. xxxvj. allegat Varronem dicentem: lix cinis est foci. Et lix vocatur aqua cineri immixta. Vnde lixiuium. Et lix aqua a lica qui secutus est herculem deflecti quidam aiunt.

Lixiuium aqua in qua lauandi gratiã decoctus est cinis per u. ante i. Col. lib. xij. Sunt qui culmos fabę exurant ⁊ ex eo quod cremauerint cinere lixiuium faciãt. Idem libro vltimo lixiuiam vsurpat. In olla inquit fictili ampla pręparatam lixiuiam cineris sarmẽti calefieri conuenit.

Lixe dicti sunt qui vilioris quęstus gratia exercitum sequũtur vt puta lauandi aut coquendi gratia. Syl. libro .v. punicorum Inutile marti lixarũ vulgus. Scipio apud liuiũ. Actium vmbrum appellat semilixam quasi semimancipiũ nomine ignominioso. Var. Lixulas ⁊ semilixulas vocabulo sabino scribit dici circulos ex farina caseo ⁊ aqua cõmixtos ⁊ inter cibaria numerantur. Appellatiq; sunt a cinere: ꝙ lix cinis foci sit. Vnde clixus a um: quod coctum est cinere ollę supposito. ⁊ Aulicociũ quod olla coctũ est. Nam veteres pro olla aulam dicebant.

Lixo as: lixum facio ⁊ vernacula lingua dicimus lissare a quo fiunt cõposita Elixo et prolixo: quod est lixum facio seu in longũ acuo. Col. lib. v. Quare magnopere monendus putator est vt ꝓlixet aciem ferramenti ⁊ quantũ possit nouaculę similẽ reddat.

L Ante O

Loba ę. miliũ vel panici racemus: vt est apud Var.

Locus proprie dicitur quicquid aliquid continet: Vir. Hic locus vrbis erit Ponitur q; a dialecticis inter accidentia substantię: et est vna de septem circũstantiis que ita numerant persona: qualitas: negociũ facultas: causa: modus temporis: quę hoc versu continentur. Quis quid vbi quibus auxiliis cur quomodo quando. Quandoq; locus dicit genus. Sal. Natus haud obscuro loco. Quandoq; distributio temporũ quę cui in spectaculũ venturo tribuũtur ab ędilibus Vnde motus loco dicitur: qui suas horas non obtinuerit inter precedẽtes ⁊ secutores. Et Cicero Loco motus est cũ ex vrbe pulsus. Terẽ. Noster grex per tumultũ cõmotus est loco. Cum autẽ dicimus. Loco patris te habeo significamus ea esse charitate q̃ pater est vel esse debet. Terẽ. Si te in germani fratris dilexi loco. Loco ꝓ solacii: loco voluptatis: loco honoris ꝓ iucundũ voluptuosuz ⁊ honorificũ dr. In locũ substitut⁹. i. in alterius vicẽ. Quinti. Et in locũ iuuenis amissi substituit de vanitate solaciũ. In plurali loci ⁊ loca. Loci sedes ⁊ argumẽtoꝝ sũt q̃ intra se cõtinẽt argumẽta ⁊ ex q̃bus ipsa argumẽta petẽda sunt Ab Aristo. topica vocati sunt. Loca sũt in q̃b⁹ aliq̃d locat̃ q̃q̃ etiã locos in eodẽ significato dicam⁹. Vir. Deuenere locos vbi nũc ingẽtia cernis. Similiter locos pluraliter dñtaxat mulieris vuluã seu vterum et vulgo matricem appellamus. Var. in origi. Sic loci muliebres in quibus nascẽdi initia cõsistunt. Pli. lib. xi. Fęminis eadẽ oia pręter vesicã ⁊ intus vtriculus vnde dictus vterus qđ alio noie locos appellãt: hoc in reliquis animalibus vuluã tantũ dicimus.

Loculus diminutiuũ a locus: significat em̃ paruũ locũ Var. li. iij. de re rust. Hortẽsius familiaris noster cũ piscinas haberet magna pecunia ędificatas ac loculos ita sepe cum eo ad villã fui. Ponit etiã interduz ꝓ sacculo in quo pecunia seruat̃ q̃ alio noie dr vulua ⁊ bulga ⁊ marsupiũ ⁊ capsula siue sit lignea siue eborea Mar. Hos nisi de flaua loculos iplere moneta nõ decet. Interdũ ꝓ feretro quo mortui efferunt̃: qđ alias capulũ ⁊ libitinã vocãt. Et loculi ꝓ vulua.

Locellus diminu. a loculus. Mar. Si q̃d adhuc superest in nrĩ fece locelli. Est munus nihil est: ipse locell⁹ erit.

Loculatus a um: qđ habet diuersos locos. Var. Nam vt pausanias ⁊ ceteri pictores eiusdẽ generis loculatas magnas habẽt areolas vbi discolores sint ceras sic hi loculatas habẽt piscias vbi dispares disclusos habent pisces.

Loculamẽta loca distincta siue capsulę in quibus aues ⁊ similia nidificare seu habitare solent: ⁊ a loculis deduci videt̃. Col. Vel si nõ ita cõpetit paxillis adactis tabulę supponant̃ q̃ vel loculamẽta quib⁹ nidificent aues vel fictilia colũbaria recipiãt ⁊ lib. x. de apibus dicit. Crepitaculis ęreis aut testarũ plerũq; vulgo incentiũ terreat̃ fugiẽs iuuẽtus: eaq; quę vel pauida cũ repetierit alueũ maternũ: ⁊ in ei⁹ aditu glomerata pependerit: vel statim se ad proximã frondẽ contulerit ꝓtinus custos nouũ loculamentũ in hoc pręparatuz pliniat intrinsec⁹ ꝓdictis herbis: deinde guttis mellis respersum admoueat: tũ manib⁹ aut etiã trulla cõgregatas apes recondat.

Locuples pe. cor. generis oĩs ẽm Prisc. ⁊ tã in i q̃z in e ablatiuũ finit. Cice. in frumẽtaria. In ꝓuincia locupleti ⁊ referta. Hora. In locuplete domo. Dictus locuples a lata humo h̃ ẽ locoꝝ plen⁹ q̃ pleraq; loca. i. q̃ multas possessiones hz: quẽadmodũ pecuniosus a pecoꝝ copia. Assiduus ab asse dãdo cognoiat̃. Pli. lib. xviij. Cognomia etiã prima inde pilũni qui pistrinas inuenerũt. Pisones a pinsendo. Hinc ⁊ locupletes dicebãt loci: hoc est agri plenos. Et nõ modo pro diuite: ⁊ loca multa possidente: verũetiam pro firmo certoq; ad quãlibet rem ponit̃. Cice. lib. iij. offi. Accedit eos testis locuples possidonius. Posset tñ ꝓ bono ⁊ magne auctoritatis capi ⁊ forte rectius: quẽadmodũ ⁊ illud in eodẽ lib. cõparatiue positũ. Quem em̃ locupletiorẽ querimus q̃z principẽ populi romani qui retinẽdi officii causa cruciatũ subierit vltro.

Locupleto as: pe. cor. locis ⁊ possessionibus quẽpiam diuitẽ facio q̃uis etiã ad oĩa sicut dito capi possit: vt cũ quis opib⁹ rebusq; etiã incorporeis ditat̃. Col. li. iij. Vt ante ꝑpensum ⁊ exploratũ habeamus vt locupletet patrẽfamilię vinearũ cultus. Plau. Visus est paterna hereditate locupletarier. Hui⁹ cõpositũ est Collocupleto qđ significat valde dito. Ter. in heau. Vbi nã est fides dũ ego ꝓpter te errãs patria careo demẽs tu interea loci collocupletasti antiphila te.

Loco locas pono constituo. Liui⁹ lib. j. Castra ab vrbe haud plus quinq; milia passuũ locant. Virg. Hic alta theatri fundamenta locãt. Interdũ locare est reponere. Plau. Dũ aulã domi locatã ꝑdit ablatã reperit. Interdũ nuptui tradere. Ter. in phor. Queso ꝙ si filiã suã vnicã locaret. Hinc Illocabilis q̃ tradi vi/

ro nō pōt. Plau. Uirginē habeo grandē dotē cassam atq; illocabilē. Interdū afficitare: ad appēsionē dare vel ad vecturā seu ad operā faciendā. Et tūc cui quid locatur in datiuo ponit̄ ⁊ p̄ciū in ablatiuo: vt sex nūmis aureis operā vl̄ domū tibi meā locaui: vel equū annū totū. Aliqñ etiā in accusatiuo cū p̄positione ad: si rei non homini locatio fiat. Plautus in tri. Ego huic dici nomen trinūmo faciā: nam operā meā trib⁹ nūmis ego locaui ad artes nugatorias. Sine p̄cio autē exp̄sso sed cū datiuo homini. Cice. in Uer. Se/nonis Menoni nobilissimi hoīs vxoris fundus erat colono locat⁹. Sulp. Cic. Posteaq̄ curauim⁹ vt idē atheniēses in eodē loco monumentū ei marmoreum faciendū locarēt id est cōcederēt p̄loco. huius verbi composita sunt Abloco: quod est aliis loco afficto. Sue. in Uitel. Satis cōstat exituro viaticū defuisse tāta egestate reifamiliaris vt vxore ac liberis quos rome relinquebat meritorio cenaculo abditis domū in reliquā partē anni ablocaret. Colloco simul loco. Eloco extra loco: vt cum iumentū vel boues extra locare solent agricole: ⁊ agrum frumentariū inde male curant. Qd̄ Columella libro. i. tangit cum inquit. Et maxime vexant hm̄ qui boues elocant: eosq; vt cetera male pascunt nec industria terram vertunt. Et habent penultimā correptā.

Locito as: pe. cor. frequētatiuū formatū a supino a in i. mutata. Teren. in Adel. Agelli est hic sub vrbe paululū qd̄ locitas: huic demus qui fruatur.

Locatarius: qui domū aut fundū aliud ve simile in locationem conducit.

Locustę sunt animalia parua infirmas habētia alas: vt inquit Hiero. quę quidē de terra consurgētia altius nō valent auolare vt plus sint q̄ reptilia ⁊ tamē auibus non equētur. Dicte locustę a locis vrendis ob iacturā quā messibus afferunt tactu multa vrētes mor su vero omnia erodentes: vel a loco ⁊ sto stas: vel a longis hastis tibiarum ⁊ crurū quasi greci ασαϛον vocem. Has parthi: in cibo sumunt. Et diuus domini p̄cursor Iohānes locustis vixisse scribitur: sed cōtra obstinatos licet sciam magnos viros aliter scribere: hoc non me fallit: q̄ locustis pratoꝝ vesceretur audiant etiam grāmaticos. Hic perottus grādi vir auctoritate longā facit disputationē: sed carptim dicit in india nasci longitudine trium pedum: quarum cruribus cum aruerint vtuntur pro serris: in cyrenaica lex est: vt ter in anno debellentur: in syria quoq; eas necari militari imperio mos est: nefas est credere diuum Iohānē: quē regis nostri dei p̄cursorem merito vocāt: huius cibi impuritate vsum in heremo fuisse: crudeli cibo: ⁊ venenoso: sed de grecis sunt isti auctores celeberrimi Eudemus rhetor: Heladius: Eugenius: Zosimus: Cecilius: Longinus: Lupercus: Iustinus: Pachatus: Pamphilus: Zopyrion: tandem ⁊ Suidas omnium congregator ita scribi grece ακριϲ ειδοϲ ζωυφιου ηϲ θιε δε ακριδαϲ ο προδρομοϲ και μελι αγριον οπερ αποτων δενδρων επισυραγομενον μαννα τοιϲ πολλοιϲ προσαγορευεται. Isaacius etiā interpres profusus Nicādri dicit animal esse venenosum. Plinius lib. ix. dicit locustas esse pisces: atq; beat⁹ Aug. lib. x. confessionū ait Iohānē anialibus: hoc est locustis in escā cedētibus nō fuisse pollutū: sed qd̄ respondebūt sancte matri ecclesię: insurgēt ne tanq̄ corybātes: q̄ cantat: ⁊ publice solēnizat. Prebuit hirtū tegimen camelus artubus sacris strophiū bidētes: cui latex haustū sociata pastū mella locustis: vbi illud locustis intelligendū est vt ait ibi Suidas: ideo concludēdum est nō solūmodo māna intelligi oportere: verū etiam sūmitates oim germinantiū: vt sunt etiā coralia rosaꝝ syluestriū: ⁊ spinaꝝ: sed causa istius erroris fuit: qm̄ ista dictio ακριϲ ακριδοϲ duo significet et locustā vermē venenosū: qm̄ sūmitates corrodat: quē deus aliqñ irat⁹ mittit ɔtra populos ⁊ natiōes: significet etiā coculū germinantiū. i. ipsa germina. An igit̄ fas dicere virū tā sanctū/tā gratū deo comedere vermes missos cōtra inimicos dei: ⁊ quare non comedit etiā muscas: ⁊ tabanos missos contra pharaonē: ⁊ sed tpe hyemis vbi erāt locustę: saliuerūt ne? Immo aliqui medici interp̄tant̄ esse rapūculos: ⁊ alij doctissimi poma syluestria: sed tā scō homini piū est credere māna p̄libito celū fluere: vt tā p̄ciosum ⁊ tā diuinū corpus sustētaret: q̄uis Pli. lib. xj. cap. xxix. ait parthis ⁊ he in cibo grate. Sed talia monstrosa sunt q̄ etiā indi comedāt: non est mirū: siquidē comedūt etiā hoies quos ex finitimis regionibus venant̄. Locusta quoq; venefica neroni grata ex Gallijs euocata: de qua apud Iuue. Dion grecus historicus λοκουσταν τινα φαρμακιδα περιβοητον αγριππινα μετεπεμψατο και φαρμακον τι αφυκτον προκατασκευασ αστινατων καλουμενων μυκητων ανεβαλε καὶ μεν αυτη εκτων αλλων ηϲ θιεν. Locusta etiā piscis ē ex genere crustaceoꝝ corpore longo cornua ante oculos bina longa ⁊ aspera habet dictus a similitudine terrestris.

Locutulei: sunt hoies in verba p̄uecti et blaterones et linguaces quoꝝ lingua tā p̄diga infrenisq; est vt teterrima q̄dā colluuione verboꝝ fluat semp̄ ⁊ estuet.

Locrus: vrbs ab Aiace oileo ⁊ naritijs qui cum secuti sunt condita apud locrinū montē qui est in brucijs ad extremum italię oppositus peloro. Uirgil. Illic naritij posuerūt menia locri. Inde locrenses quoꝝ rex fuit ipse Aiax oileus: hi Epizephyrij cognominati sūt a zephyrio p̄montorio cui iminent. Auctor est Plinius a locris i̇ncipere italię fronte quę magna grecia appellata est. Alij sunt locri in grecia cognominati ozole a malo odore. Alij Opontij boetijs finitimi qui et Epicundij dicti sunt.

Lodex icis: pe. pro. lecti vestis ⁊ operimētū siue linteolus quo in lecto vtimur ⁊ frequenter lauatur. Unde a polluēdo lodices appellatas nōnulli putāt. Iuue. Modo sub lodice relictis veteris in turba: hui⁹ diminutiuū est Lodicula. Sue. in Aug. Ita vt extremis spacijs subsultim decurreret sestertio vel lodicula inuolutum.

Logos apud grecos modo sermonē significat: modo verbum modo rationē. Hiero. ad Paulinū. Logos grece multa significat. Nā ⁊ verbū est ⁊ ratio ⁊ supputatio ⁊ causa vniuscuiusq; rei p̄ quā sunt singula q̄ subsistunt. Aug. lib. cōtra hereses. Hermes q̄ latine dicit̄ Mercuri⁹ scripsit librū q̄ logos τελειοϲ appellatur. i. verbū pfectū. Apud nos qñq; pro dicto ridiculo: ac contēnendo sumit̄. Ci. p̄ Gallo. Ego te certo scio oēs logos qui ludi dicti sunt aniaduertisse. A logos fiunt Catalogus. Epilogus. Dialogus. Elogiū Analogia et prope infinita alia: ⁊ Logica.

Logica latine rationalis. Nam greci λογικον rationale dicunt. Hec rationalis philosophia dicit̄ q̄ proprietates verboꝝ exigit ⁊ structurā ⁊ argumētationes ne pro vero falsum surrepat. Boet. in cōmē. top. Hec est inquit disciplina quasi disserēdi quedā magistra quā logicen veteres peripatetici appellauerunt continens in se inueniēdi iudicādiq; peritiā.

Logistoricus: cōtexens rationes cōputus ⁊ modos historiarū siue historice sermocinās de liberalibus factis. quo noie dictus est quidam liber Uarro. Unde Sidonius ad namatiū. Uarronē logistoricum sicut poposceras ⁊ Eusebiū chronographū misi.

Loligo: pe. pro. genus piscis quasi voligo hm̄ Uarro. Uolitat enī hic piscis extra aquā se efferens hic caput inter pedes ⁊ vētrē habet: quē nūc vulgo Cala/

mariū vocant a thece calmarie similitudine. Habet eiū officula duo quasi cultrū ⁊ calamū ⁊ cruorē nigrū atramēti modo cū externe albus. ⁊ cū a volo as: habēte pe. cor. descēdat: loligo aūt ꝓductā habeat in metro ꝑ duplex. ll. scribendū puto. Hora. in ser. Hic nigre succ⁹ loliginis. Hui⁹ diminutiuū est Loligūcula Plau. Emitto sepiolas lolligunculas.

Lolium herbe genus alio nomine zizania. Hora. Esset ador loliūq; meliora relinquēs. Hinc Lolari⁹ a um Col. li. ix. Cribro vitiario vel loliario qui iam fuerit in vsu pulli superponatur.

Lomentū: greci λειωμα vocant qđ tritū ꝓprie significat. Pli. lib. xxiij. Subtilissimū genus lomenti quidam vocāt quinis assibus estimatū.

Lombardia: regio italie a lōgobardis dicta q̄ cisalpina gallia vocabat. Eius fines sunt Apenninus ⁊ alpes et quicq̄d intra alpes benacūq; atq; Mintium amnē cōtinet: cuius metropolis est Mediolanū: a populis q̄ lingones germanie ⁊ bardi galliarū sunt simul mixti: nō aūt a lōgis barbis: vt solēt viri docti ridere.

Longus ꝓprie porrectus. Virgi. Stant longis innixi hastis ⁊ scuta tenētes. Per translationē quoq; ponit ꝓ diuturno. Idē. Et longū andromache testant amorem. Quoq; pro magno. Unde longiores dies maiores dicimus. Quoq; pro periculoso. Idem. Infelix dido longūq; bibebat amorem. Et longū aduerbialiter qđ significat longo tēpore. Mar. Utq; tuis longum dominusq; puerq; fruantur munerib⁹. A longus fiūt cōposita oblongus ⁊ prelongus.

Longe aduerbiū pro longitudine tam temporis q̄ loci vt cū dicimus longe lateq; discurrit. Interdū significat valde. Salust. Longe mihi alia mens est. Interdum precipue. Cice. Illud homini longe optimū esse Huius cōposita sunt Alonge ⁊ delonge q̄ habēt accentū in prima. Longe gentiū significat longe: sicut nusq̄ gentiū nusq̄ locorum.

Longeuus a um. cum diph. qđ est longi eui. Virgilius Quē tibi longeuo serū lauinia cōiunx Educet syluis. Cice. in Cato. O miserū senē qui mortē contēnendā in tam longeua etate non viderit. Hinc longeuitas ελημιστι δε αιωρ ωροσ λεγεται.

Longanimis penul. cor. qui est ꝑseuerātis animi equanimiter tolerans. A quo longanimitas pro tolerātia Hiero. Longanimitas que alibi sustentatio dicitur: videtur a patientia differre quia qui infirmitate magis q̄ proposito delinquunt: sustentari per longanimitatem dicunt. Qui vero ꝑtinaci mente exultāt in delictis suis ferri patiēter dicendi sunt. Patientia ergo est qua per superbiā ⁊ procaci mēte peccantē nō statim punit deus Longanimitas est qua ꝑ infirmitatē ⁊ nō deliberati animi maliciā peccātis diu portat.

Longitudo: ꝓlixitas: vt lōgitudo dierū in dextera illi⁹.

Longinquus a um: qđ est remotum distans. Cice. M. Cato. Non dubito quid presentes censeant: nos quidem longinqui ⁊ a te ipso missi in vltimas gentes.

Longo as: q̄uis non sit in vsu: habet tamen composita in frequenti vsurpatione habita: que sunt elongo ⁊ prolongo quod est protraho. Plau. Que mihi anus prolongat promissa.

Longisco longus fio. Ennius. Nec corpora firma longiscunt quicq̄.

Longurio: idem quod lōgus. Varro. Hic qui ante me est nescio quis longurio.

Longurius apud Varro. pertica longior. Quin. lib. j. de re rus. ait. Secūda sepes est ex agresti ligno sed nō viuit. Fit autē palis statutis crebris ac virgultis implicitis aut latis perforatis ⁊ per ea foramina traiectis longuriis ferreis binis aut ternis aut ex arboribus truncis demissis in terram deinceps constitutis Idem lib. ij. Itaq; in stabulis oportet clausa habere ostia ac fenestras ⁊ inter singulas a ꝑsepib⁹ interūce re lōgurios q̄ ea discernāt ne inter se pugnare possint

Longanon: rectū intestinū dicitur quo aluum purgam⁹ sic dictum: quia in longū protenditur et non est ita orbibus implicitū sicut intestinū tenue. Apicius. Longanones porcinos ex iure tarentino farsos cunctos concisos in cinere pullorum.

Longobardi populi Germanie quos a longis barbis cognominatos ferunt ⁊ ab oceano germanicoq; vltimis oris venisse nouas sedes querentes. hi Albino duce italiam intrauere breuiq; omnes pene citeriores gallie vrbes cepere: ibi cū ducentis annis regnassent: a carolo magno superati fuerūt sed tamen vt diximus: vt celtiberi ex celtis ⁊ iberis fuit vna natio: ita lingones populi germanie ⁊ bardi galliarū populi facta vnione gentē vnā ⁊ vnū nomen admiscuerūt: et ideo Pōticus vir doctus nostri temporis lingobardos appellat nō aūt lōgobardos quātis aūt ꝓbationibus ꝓdeat ille vir scrupulosus alij viderint.

Lopades: genus conche marine. Plau. in para. Medico addite lopades echinos ostreas.

Loquor eris locutus: per c. vt in Priscianū ꝓprie significat verba profero. Differunt autē ab inuicē Loqui ⁊ dicere ꝙ loqui sit a natura: dicere eleganter ⁊ facunde. Composita verbi loquor sunt. Alloquor ad aliquē loquor. Cice. Cū pridie eius diei cum allocutus fuissem. Alloquimur etiā ea que aut summo affectu aut extremo periculo narramus. Vir. Extremū quod te alloq̄r. Ouid. Nec quia te nostra sperē prece posse moueri alloquor. Hinc alloquium. Amb. lib. Hexa. Dixit deus nō vt per vocis organa quidaz sonus sermonis exiret: nec vt lingue motus celeste formaret alloquiū. Colloquor simul loquor: a quo colloquiuz ꝓ confabulatione cū veniunt in vnum locum loquendi causa: ⁊ collocutores qui simul loquuntur. Circūloquor per circuitum quedam declaro. A quo circūlocutio quā greci periodon vocant: vt si elephanti dentem pro ebore dicamus. Eloquor a quo Eloquium. Deloquor quod est de aliquo loco deputato loquor Varro. Hinc dicuntur eloquium ac reliqui in fanis sabinis e cella dei q̄ deloquūtur. Interloq̄r. Obloq̄r Preloq̄r. Anteloquor. Lactā. li. iiij. Daniel quoq; similia prelocutus est. Perloquor perfecte loquor et sermonē ꝑficio. Et habent penultimā correptā.

Locutor seu loquuntor: qui nimiū loquitur. Gel. Qui sunt leues ⁊ futiles ⁊ importuni loquutores.

Loquela: verbū qđ in loquēdo proferimus.

Loquentia ⁊ loquium q̄uis a loquor deducantur: non tamen eis vtimur nisi in cōpositione vt breuiloquentia breuiloquium: multiloquētia multiloquiū magniloquētia magniloquiū. Similiter magniloquus multiloquus stultiloquus blandiloquus ⁊ huiusmodi q̄ habent penulti. cor. Anteloquiū primus loquendi locus: seu principatus loquēdi. Soliloquiū qđ significat illius q̄ contēplando solus ipse secū loquit.

Loquax verbosus garrulus. Vñ corui ⁊ alie aues que humanam vocem imitantur: loquaces dicunt. Hinc comparatiuū loquacior ⁊ superlatiuū loquacissim⁹. Loquacitas naturalis loquendi abundantia. Cicero. Torquato. Facit autem non loquacitas mea sed beniuolentia longiores epistolas. Accipitur etiam pro stulta ⁊ inani loquendi copia.

Loquacito as multū loquor. Hiero. Si quando muliercule de diuitijs ꝓprijs de filijs: de vestib⁹ de mūdi vanitatibus garrulando loquacitent: vt mores eis frangantur.

Lora siue lorea genus potiōis est quā greci Deuteriā appellant quasi secūdariā veluti apud nos tertiaria per vini caritatem. Nam δευτερον apud grecos secundū dicit. Fit ex maceratis aqua vinaceis post

mustum acinis expressum: non potest iure vocari vinum q̄uis inter vina operaria numeretur. Tria eoꝝ genera. Primum decima parte aquę quasi musti expressa sit et ita nocte ⁊ die madefactis vinaceis: rursusq̧ pręlo subiectis. Secundū tertia parte eius qđ expressum sit addita aquę expressoq̧ decocto ad tertias partes. Tertiū fecibus vini expressum qđ fecatū Cato appellat. Varro de vi. pa. Antique mulieres maiores natu bibebant loram. Dicta lora quasi lota acina. Hęc etiam leuia tenuia vina dicūtur. Plinius lib. xiiii. ait leuissimū vinuz celerrime inueterari. Idē scribit tenue vinū minus alere: magis stomachū nutrire. Cato fecatū appellat quod fecibus vini expressum est. Vinū aqua misceri Staphilus primus inuenit. Dilutū quoq̧ vinū dicit aquatum.

Lorum prima pro. Nam lora habet o cor. ꝓprie significat corrigiā ex corio: ⁊ grecū est λωρον. Vñ ponitur ꝑ cingulo. Poete balthcū Veneris qui Cestus dicit lorū appellant. Lora etiā habenas vocamus et retinacula iumentoꝝ: ȥonas quoq̧ ac volumina ex corio dubalo quibus pugiles vtebātur. Preterea quęcūq̧ ligamina lora dici possunt ⁊ loramenta ligamenta etiam quę ex talibus fiunt. Gel. Postea videbamꝰ Androdum ⁊ leonem loro tenui reuinctū vrbe tota circū tabernas ire. Hiero. Loramento ligneo circūdatū ędificii fundamentū nō dissoluet: ab hoc lorum etiam pro corrigia accipitur qua homines verberantur. Ho. Lora apud veteres laura dicebantur: a laura triumphorū sub qua mos erat captiuos vinciri ducisq̧ per pompā. Ideo autem vt conditionis reminiscantur loris ceduntur. Unde lorarii dicebantur qui in scenicis fabulis parebant hiis qui ludis erant prefecti: ⁊ vel vinciebant vel cedebant quos iussi erant vincire vel cedere. Tortores quoq̧ lorarios vocatos inuenimus. Gel. Itaq̧ hi sequebant magistratꝰ tanq̄ in scenicis fabulis qui dicebant lorarii. Itē lora dicunt corrigię quibus lecti ⁊ sellę instruūtur sup quibus tomenta vel culcitre imponunt. Mar. Nouis lintheis lorisq̧. Hinc etiā funiculus aureus argēteusve qui collo gestari solet lorū appellatur.

Lorarii. Vide in dictione Lorum.

Lorica penul. pro. a loro fit ⁊ est munimentū corporis: quale in imperatorū antiquis statuis videmus: quia loris alligata sit. Quod si sit in numine: Aegis dicit. Habetq̧ in medio caput medusę. Nam vt interpretat. Var. E loris de corio crudo pectoralia antiqui faciebant. Proprię vulgariter dicuntur bardę: vt sunt equoꝝ: ⁊ scuta grecoꝝ non aūt sunt quas vulgo panȥerias vocāt: quoniā postea Galli succiderūt e ferro sub id vocabulū ex annulis ferream tunicam. Lorica in ędificiis est quoddam quasi sepimentum ⁊ veluti peribolus quę nos tuetur a lapsu.

Lorico as: loricam induo. Vñ loricatus lorica indutus Plinius. Mox vbi pluribus codē modo se coriis loricauit in dimicationē pergit. Loricatio apud iuriscōsultos accipitur pro ornatu domus specioso ac veluti tectorio quę impense sunt voluptarie. Huius verbi compositū est dilorico de quo alibi.

Loricula diminutiuū a lorica qđ etiam in re militari significat pręsidiuȥ obsidentiū. Solent enī obsessores vltra teli iactū fossam facere quā nō solū vallo ⁊ sudibus sed etiā turriculis instruūt: vt erūpentibus ex ciuitate possint obsistere. Quod opus loriculā vocāt: vt est apud Vegetium ⁊ Cęsarem.

Loripes edis: penul. cor. qui pedem in modū lori tortū habet. Iuue. Loripedē rectus derideat ethiopē albꝰ id est qui quasi loro pedem ligatū habet claudus natura vel casu factus.

Lotium: vrina a diluendis corporibus appellatuȥ. Est enī totius corporis lotio sicut vrina ab vrinor verbo descendit. Sue. Reprehendēti filio tito q ⁊ vrine vectigal cōmentus esset: pecunia ex prima pensione admouit ad nares sciscitans num odore offenderetur. At illo negante. Atqui inquit e lotio est.

Lotos ⁊ lotis idis propriū nomen nymphe neptuni filie: quę priapū fugiens in arborē sui nominis cōuersa est. Ouid. libro. x. meta. Amnicoleq̧ simul salices et aquatica lotos. Hęc arbor vt scribit Pli. insignis est in Affrica quā vocant celtim tam dulci cibo: nā myrtbi modo bacchas fert: vt nomen etiam genti terręq̧ dederit nimis hospitali aduenarum obliuione patrię. Ligno color niger ad tibiarū cantus expetitur. Quare et a poetis pro tibia ponitur. Quidā arbitrantur esse eam arborem quā romani Visciolum dicunt. Est etiam eodem noīe herba in ęgypto: quaȥ Homerus inter herbas subnascentes deorū voluptati primam nominauit. Hęc recedentibus aquis nili prouenit similis fabę: in cuius capite fructus est papaueri similis intus grana ceu miliū ex q̄ incolę faciūt panem. Vñ Pli. li. xxii. Qui arborem tantū lotū putāt. Homero auctore argui possunt. Ab hac sata fit lotometra ex cuiꝰ semine simillimo porri fiunt panes in ęgypto a pastoribꝰ: maxime aqua vel lacte subacto. Est ⁊ alia lotos quā multi trifolium dicūt. Itē alia lotos agrestis in libia hasta duobus cubitis longa: ramos plurimos ꝓferens. Quidā etiā loton miliū vocant.

Lothophagi populi in Aphrica: apud Syrtes a loto nomen sortiti qui ex loto arbore victitant: cuius fructus sunt magnitudine fabe colore croci quoꝝ cibus tam dulcis est vt aduenis incutiat patrię obliuioneȥ. Vñ cū Vlyssis socii delati fuissent in Aphricā ⁊ gustassent vix inde abducti sunt. Home. lib. viii. odys.
ουδε αρα λωτοφαγοι μηδονθ εταροισιν ολεθρον ημετεροισ αλλασ φιδοσ αν λωτοιο πα γαυσθαι των δεοσ τισ λωτοι οφαγοι μελιηδεα καρπον ουκετι απαγγειλαι παλιν ηθελεν ου δε νεεσθαι αλλ αυτου βουλοντο μεταν δρασι λωτοφαγοισι λωτον ερεπτομενοι μενε μεννοσ του τελαθεσθι.

L Ante V

Lubricus a um: pe. cor. quasi labricus: proprie lubricus locus dicitur in quo quis nequit consistere qualis est terra glaciata. Virgi. Lubrica conuoluit sublato pectore terga. Et sese opposuit salio per lubrica surgēs Inde figurate adolescentia lubrica dicitur quę facile labitur. Lubricos oculos dixit Cicero: id est mobiles sicut dicitur pes lubricus qui est in lubrico. Piscis lubricus dicit qui labit dum tenet.

Lubrico as: lubricū facio. Iuue. Qui lacedemonio pitismate lubricat orbem.

Luce boues: siue lucane boues dicti sunt Elephāti. Vide in dictione Elephas.

Luca: ciuitas thuscię: a qua lucenses dicuntur: qui in ea habitant: aut qui in ea orti sunt.

Lucani populi dicti sunt q ea regio sita est ad partem stelle lucifere: vel q loca etherea sint. i. multę lucis. Vel a Lucilio duce: vel q primitus in luco ꝯsederint Hi inter calabros ⁊ apulos siti sunt ⁊ a sabinis orti. Eorū regio lucania: quę nūc principatus dicitur. In ea est pestum oppidum et Elea vrbs. Lucania ⁊ petilis metropolis. Hora. Lucanus an appulus anceps Est ⁊ Lucanus a um: quod ad lucem ꝑtinet: a quo antelucanus a um. Anteluco ⁊ antelucor.

Lucanus nomen proprium poete.

Lucanica genus farciminis ex porcinis carnibus a lucanis populis primū inuenta. Mar. Filia picene venio lucanica porce. Pultibus hinc niueis grata corona datur.

Lucē charitatē esse nemo est qui dubitet. Qm̄ aūt dicē

clara est quéadmodũ nox obscura: ponit̃ q̃n̄q; lux ꝓ die ⁊ nox ꝓ tenebris: Quis prima luce ⁊ primis tenebris: nõ primã partẽ diei ac noctis significet. Prima ẽ͂o die ꝓ tota nõ pro diei parte. Gel. Alia luce orta auis in pastũ ꝓfecta est. Inuenit̃ etiã luci aduerbialiter positũ sicut Vespi. Cice. in Anto. Quis enim audeat luci ⁊ in militari via grecũ est. λυξ λυκοσ εν θεν και λυκοσ λεγεται οτι εν τηνυ κτιλhκοσ ουκεν δειται A luce fit lucanus a um ⁊ antelucanus a um. qđ est ante lucis tẽpus: ⁊ sublucanus sub lucis tempore. Pli. lib. xi. Nec oino prius vergiliarũ exortu sublucanis tẽporib⁹. Lux autẽ αποτησ λυκυσ dicta est λυκυν enim veteres greci appellãt primã lucem que precedit solis exortũ.

Luceo es xi. splẽdeo. Cuius cõposita sunt. Alluceo ad aliq̃d seu iuxta aliquid luceo. Colluceo simul seu totus luceo. Pli. li. x. Inusitata genera alitũ accepim⁹ quarũ plume igniũ modo collucẽãt noctib⁹. Diluceo distincte luceo. Gel. lib. iii. Contra ẽ͂o qui in sex horis posteriorib⁹ nascit̃ eo die videri natũ qui post eã noctẽ diluxerit. Eluceo extra siue multũ luceo. Lactã. li. vii. Quis tã cecus vt existimet sine causa esse facta in quibus mira dispositio ꝓuidẽtissime rationis elucet. Aug. lib. i. cõfes. Hinc satis elucet maiorem habere vim ad vescendũ liberã curiositatẽ q̃ meticulosã necessitatẽ. i. clarũ esse. Illuceo lucid⁹ sum. Sed ad diẽ ptinet. Liui. Ubi illuxit cepere classem. Sed hic magis est ab illucesco. Plau. in Cap. At pol te si hic sapiat senex atra pix agitet apđ carnificẽ tuo q̃ capiti illuceat Idẽ in Am. Nunc te inquit q̃ mãsisti mitto vt cedas diei vt mortalib⁹ illucescas clara ⁊ candida. Interdũ illucescere est illuminare ⁊ splendẽtem facere. Lactã. lib. vii. Qui solẽ cũ ceteris sideribus illuxit. Interluceo in medio luceo. Cice. lib. iiii. ad Herẽ. Preterea dissimiles forma atq; natura loci cõparãdi sunt vt distincti interlucere possint. Sed hic interlucere quasi internosci est. Pelluceo ꝑ mediũ trãsluceo. Quintil. Sed vt iter se victi atq; ita cocũtes ne cõmissura pelluceat. Huius significationis est ꝑluceo: ⁊ transluceo. Seneca de tranquillitate. Quid ꝑlucentes ad vnum aquas ⁊ circũfluẽtes cõuiuia? Cice. lib. ii. offi. Quasi perlucet ex his quas cõmemoraui virtutibus. Colu. lib. v. Ut nullo loco trãslucẽat. Polluceo de quo alibi. Preluceo anteluceo. Cice. Ego meis maioribus virtute ꝓluxi. Reluceo. Vir. li. ii. Sigea igni freta late relucẽt. Subluceo aliquantũ luceo. Oui. de meridie. Qualia sublucẽt fugiẽte crepuscula phebo: Aut vbi nox abijt nec tamen orta dies.

Lucescere est clarũ fieri. Plau. in Am. Tẽpus est exire ex vrbe: priusq̃ lucescat volo.

Lucidus a um. qđ est clarũ ⁊ ꝑspicuũ: a quo ꝑlucidus ⁊ trãslucidus. Quintil. li. viii. Similr illa trãslucida et versicolor quorũdã elocutio res ipsas effeminat.

Lucido as: lucidũ facio: illustro a quo Dilucido: qđ est declaro: seu diuersis modis clarũ facio. Cice. lib. iii. ad Herẽ. Nam qđ in dicẽdo rei dilucidãde ⁊ magnificãde causa dolũ appellauimus: id i dicẽdo honesti⁹ ꝯsiliũ appellabim⁹. Elucido: extra seu multũ lucido.

Lucifico as: pe. cor. idẽ qđ lucido: a quo Elucifico. Nonius. Elucificare luci dare: dictum a luce. Laberius. Si cito fulgentis splendore pecunie volo elucificare exitum etatis mee.

Lucifuga pe. cor. qui fugit lucem.

Lucifer pe. cor. stella Veneris cum ante graditur solẽ: cũ subsequit̃ hesperus.

Lucerna a luceo. Grece Lychnus vocat̃: cuius prima corripit̃ cũ tñ in luceo ꝓducat̃. Iuue. Disposite pinguẽ nebulã vomuere lucerne. Lucernarũ vsum p̃mi egyptij monstrauere: vt auctor est Euse. li. x. ꝑparatiõis

Lucernarius qui lucernã fert. Lucernula diminutiuũ.

Lucẽs qđ aliũ de lucẽ habet. Virgi. Lucentesq; globũ lune. Lucibile qđ per se lucet.

Luceti⁹ dict⁹ ẽ Iupit̃ a luce quã p̃stare holb⁹ putabat̃.

Lucina pe. pro. que partui preest ꝙ partũ ferat in lucẽ. Pli. putat lucinã dici ꝙ oculis presit ⁊ luci. Sunt q̃ a luco deducãt qui Rome Iunoni sacer est in exquilijs Oui. li. ii. fas. Gratia lucine dedit hec tibi noia lucus. Aut qr principiũ tu dea lucis habes.

Lucius prenomen eius qui primus ita vocatus: qr oriẽte luce natus est. Sic lucia nomen mulieris. pe. cor. proferri debet cõtra cõmunẽ vsum.

Lucilius ⁊ lucullus noia ꝓpria a luce deducta.

Lucul ẽtus a um: qđ est luce plenũ splendẽs. Plaut⁹ in cur. Pulchrũ ⁊ luculentum hoc nobis hodie euenit preliũ. Sal. Cñ. M. Tullius orationẽ habuit luculẽtam ⁊ vtilem reip. Hinc aduerbiũ Lucul ẽter clare et splẽdide. Hiero. De quorũ vitiis moribusq; minsticas que luculenter ipse cõspexi libellũ ipse cõpegi.

Lucubro as: pe. cor. vigilo: ⁊ ad lucernã aliquid cõpono. Unde lucubracio vigilia ⁊ opus qđ lucubrando fit. Var. de ori. Nõ solũ ad Aristophanis lucernam sed etiã ad cleãtis lucubraui. Liui. li. i. Sed nocte sorã deditã lane inter lucubrantes ancillas in medio ediũ sedentẽ inuenit. Hiero. in ꝓlogo Iudith. Huic vnã lucubratiunculã dedi. Sunt ⁊ lucubrationes rusticane vespina ⁊ antelucana q̃ a vespe ⁊ ante lucẽ cõficiũt intra villã opa rei villatice cõducibilia. Col. li. xi. Itẽ ad lucubrationẽ vespertinã palos decẽ vel ridicas quinq; conficere: totidẽq; per antelucanã lucubrationem.

Lucus nemus arboribus densũ deo sacrũ: a luceo per antiphrasim dictũ eo ꝙ nõ luceat qm̃ cũ nulle illic arbores ꝓpter religionẽ cederent̃ opacus ⁊ sine luce erat. Sunt alij qui nõ ꝑ cõtrariũ deducãt sed ꝓpter lumina crebra sacrificiorũ q̃ ibi nocturno tp̃e fiebãt. Dicitur etiã Lucus us. ꝓ luce. Terẽ. Cũ primo luci. i. prima luce ⁊ cum primũ sol illucescet. Lucus martis dictus est in quo Mars illã vestalẽ virginẽ cõpressit vt est apud Iustinum ⁊ Plutar. Luculus ⁊ lucellus diminutiua sunt.

Luco as: licet nõ sit in vsu: a luco siue a luce fieri puto. Cui⁹ cõposita sũt Colluco: qđ ẽ ramos sylue decido Interluco idẽ significat subluco succidẽdo illumino.

Lucar p̃ciũ qđ ex lucẽ capiat̃: vl̃ erogatio q̃ i lucẽ fiebat

Lucaria festa q̃ in luco romani faciebãt qui permagn⁹ erat inter viã salariã ⁊ tyberim ꝓ eo ꝙ victi a gallis fugientes e prelio: ibi sese occultauerant.

Luceria vrbs Apulie: que ⁊ Ausonũ colonia fuit.

Luceres siue Lucerẽses tertia pars populi romani distributa a Tatio ⁊ Romulo sic appellari a Lucumone siue a lucerio siue a luco quẽ Asylũ Romul⁹ vocauerat.

Lucerius Ardee rex q̃ auxilio fuit Romulo aduersus Tatium.

Lucumo propriũ viri nomen: a quo lucomedi appellati: qui postea lucerenses sunt dicti. Hi fuerũt Tusci. Var. Dimicantẽ Romulũ contra. T. Taciũ a lucumonibus. i. thuscis auxilia petijsse.

Lucrũ a luendo si amplius exolueret q̃ quãti esset emptũ. A quo lucrosus a um: plenũ lucro. Pli. lib. xviii. Et auctionibus eã adhiberi lucrosum putãt.

Lucellũ: diminutiuũ paruũ lucrum. Hora. in Ser. De se ne gustarit tecũ partita lucellũ.

Luciones: dicti sunt qui vndiq; lucrari cupiũt.

Lucrinus pe. pro. lacus cãpanie in sinu baiano contra puteolos ꝓpinqu⁹ Auerno lacui adeo vt i maximis q̃n̄q; tẽpestatib⁹ coniũgi soleat. Dictus a lucro ꝓpter multitudinẽ pisciũ q̃ ibi capiebant̃. De vtroq; Mar. Dũ modo lucrino modo se ꝑmittit auerno.

Lucretilis mons in sabinis.

Lucta conflictus.

Lucto as. apud antiquos. et Luctor deponens significat contra aduersarium omni adhibita cura confligo quia in huiusmodi conatu membra soluunt. Virg. Luctantes ventos. Ser. hoc est egredi laborantes. Aliquādo Luctari est lucta ludere. Lactā. Ne quādo in laqueos & fraudes illius aduersarij nostri cum quo nos deus luctari voluit incideremus. Teren. in ecy. Diciteq̄ illi annullum sese dum luctat detraxisse. Hinc Luctatio ludus quo alius aliū nitit in terram ꝓsternere. Cōposita sunt Colluctor. Lactā. de opi. Nam & ille colluctator et aduersarius noster scis q̄ sit astutus: idē ipse violentus. Obluctor: acrius cōtra aliquem nitor. Colu. lib. vij. Sepe etiā vel grauitate longioris: vel cū in ꝓscindendo aut duriori solo: aut obuie radici obluctatus conuellit armos. Reluctor pro repugno. Idem lib. j. Nam cū veteri astruit recens edificium quasi assurgēti reluctans oneri cedit. Quintil. Cum a me quidā familiariter postularent vt aliquid de ratione dicendi componerem diu sum equidem reluctatus.

Luctitor frequētatiuū. Vñ Pris. ponit apud vetustissimos luctito pro luctitor inueniri.

Lugeo es. xi. ctum. quasi luce egeo propter continuū luctū. Vel dicitur a luo q̄ luctus vitam hominis soluat. Est. n. lugere valde flere. Lac. lib. iiij. Quis tam facundus & tanta rerū verborūq̄ copia instruct⁹ existet: q̄ oratio tanta affluentie vbertate decurrens: vt illam crucē merito deploret quā mūdus ipse et tota mūdi elemēta luxerunt? Est & lugere in luctu hoc est in lugubri habitu esse ex obitu chare necessarieq̄ persone. Vnde Luctus vt Cice. libro. iiij. Tus. inquit est egritudo ex eius qui charus fuerat interitu acerbo. Scribit Dionysius hali. li. v. Romanas matronas Valeriū publicolā: Brutūq̄ luxisse annuū tēpus depositione auri & purpure vt est illis luctus consuetudo in necessariorū cognatorūq̄ funeribus. Huius vbi cōposita Prolugeo de quo alibi. Elugeo qd̄ est luctum depono. Vñ Agretius. Eluxit qui luctū deposuit. Illuxit cū lumen apparuit. Liui. Quid aliud in luctu q̄ purpuram aut aurum deponunt femine? Quid aliud cū eluxerunt: sumūt? Aliquādo elugere est lugendo deflere. Cice. Patriā eluxi nam & grauius & diutius q̄ vlla mater vnicū filiū.

Luctus us. non solum ploratio dicitur sed etiā insigne indiciūq̄ merentis sicut est vestitus niger et pullus. Sepe. n. ipse habitus: vultusq̄ & vestis luctus dicit. Nā in luctu atrati sūt purpura auroq̄ depositis: cū eluxerūt nigram vestē exuunt: purpuramq̄ resumūt. Antiqui etiā declinabant luctus lucti. Actius. Cesso hinc ire & rapere lucti vestē in lecto cōiugis.

Luctuosus a. um. luctu plenū. Sal. Virorū more pugnantes cruētā atq̄ luctuosam victoriā hostib⁹ relinquatis. Et luctuosus dr̄ qui est in luctu.

Luctificus a. um. penul. cor. qd̄ luctū inducit.

Lugubris & hoc lugubre pe. cor. qd̄ ad luctū ptinet: vt vestis lugubris q̄ defert ꝓ morte alicui⁹ chari.

Ludus dicitur in factis: iocus in verbis. Et ludus in singulari de priuatis & de exercitatione gymnastica cū multorū conuentus ab vno eruditur preceptore. Vnde & pro schola & loco sumit in quo exercent docenturve. Sic dicimus ludum palestre: ludum pile: ludū gladiatoriū: ludū musicum: ludū litterarū. Sue. in Cesa. Formā que ludū gladiatorium erat: edificaturus cōsiderauit. Asco. Omnē scholā ludum dixere romani. Quintil. Quia diuitē illū promiserā patrē in ludū vendiderūt tanq̄ decepti hoc est gladiatorū. Cice. de ora. Tū hoc in ludo nō precipit. Faciles. n. cause ad pueros deferunt. Et statim post. Hec est in ludo causarū fere formula. Vbi de grāmatices ludo locut⁹ est. Sene. Dionysius tyrānus de regno eiectus ludi magister factus est. De ludo musices intellexit. Lusus vero et lusio ad voluptatē magis pertinēt sine vlla arte: & puerorū proprie dicūtur. Quint. Nihil me lusus offenderit & paulopost. Sunt etiam nōnulli acuēdis ingenijs nō tñ inutiles lusus. Cice. Ex multis lusionibus nobis senibus talos relinquāt & tesseras. Vbi de voluptate senili locut⁹ est. Ponit tamē quādoq̄ lusus ꝓ ludo: et ludus pro lusu. Similiter lusus ꝓ ioco opponitq̄ serio: quemadmodū et iocus. Pli. iunior Aristoni. Quos quātosq̄ auctores sequar facile impetrari posse cōfido vt errare me sed cū illis sinant quorū nō seria modo: verum lusus etiā exprimere laudabile est. Eodē mō ludus. Hora. Sed tñ amoto queramus seria ludo. Ludi pro tantū plurali nūero spectacula publica significant. Cice. in Ver. Inter binos ludos. Fuerūtq̄ apud grecos quattuor ludorū genera pcipua: scʒ olympici: pythij: isthmici: et nemei: de quib⁹ dictū est in dictiōe certamē. Ludi apud romanos etiā quattuor erāt Megalenses: funebres: plebei: et appollinares.

Ludius & ludio pro ioculatore histrione: et ludia pro ioculatrice. Mar. Hermes cura laborq̄ ludiarum. Liui. Acciti ex ethruria romā ludiōes q̄ ad tibicinis modū saltabāt. Ouid. Ludius equatā ter pede pul[sat humū.]

Ludo is. si. sum. ludū exerceo et construit cū ablt̄o. Interdū etiā cū accusatiuo. Sue. de Aug. Aliqñ vt vincat ludit assidue aleā. Ser. in Adel. Ita vita est hoim quasi cum ludas tesseris. Interdū Ludere est deridere. Plau. in Asi. Nec me cur ludatis scire possum. Interdū decipere. Terē. in Adel. Cur nō ludo hūc aliquantisper: melius ē quādoq̄dē hoc nūq̄ mihi ipse voluit credere. Interdū iocari vulgo scriçare solaçare. Plin. ad fabiū. Ludere me putas: serio peto. Intellexit. n. se nō ioco agere sed serio. Ter. in Adel. Congrū istum maximū in aqua finito ludere paulisper. Interdū canere pulsare. Gel. Is optime ludere a magistro eius didicerat. Interdū versibus scribere. Virg. Ludere que vellem calamo permisit agresti. Interdū amittere. Ter. in phor. In illis fructus est in illis opera luditur. Vbi notādū ludo modo actiuum: modo neutrum esse vt ex ijs que scripta sunt intelligi licet. Composita sūt Alludo. Colludo. Vnde Collusor socius in ludo. Cice. Lenticulam de alea condēnatū collusorem suū restituit. Virg. lib. j. Geor. posuit ꝓ simul mouere. Sepe leuē paleam & frondes volitare caducas. Aut summa nantes in aq̄ colludere plumas. Iurecōsulti Colludere dicūt aliquos: cum diuersam partem adiuuant: prodita causa sua. Sic eñ clientem suum simul cū aduersario ludūt. i. fallunt ac decipiūt. Deludo/ derideo/ decipio. Plau. in Asi. Furcifer etiā me delusisti. Idē. Quid me deludit & nocte excluditis foras? Eludo: Illudo Preludo. Anteludo. Amb. lib. j. offi. Qui disciplinā bellicā vult assequi quotidie exercet armis & tanq̄ in procinctu positus preludit preliū. Hinc preludiū qd̄ ꝓprie significat ꝯcentionē: hoc est qd̄ ante inchoationē cantus ꝯmitti solet fauoris emerendi gratia: et hec habent penul. pro.

Ludifico as. derideo seu per iocū & ludū fallo. Plaut. in Cas. Iā hic ē lepide ludificat⁹. Inuenit etiā ludificor deponēs. Ter. i phor. Ergo sic me ludificamini.

Ludibriū ꝓprie vbi ludimus deridemusq̄ et qd̄ ludēdi causa expetimus. Virg. Ne turbata volent rapidis ludibria ventis. Vñ haberi aliqd̄ ludibrio dicim⁹: id est derisui & cōtēptui. Terē. in Ecy. Nō sic ludibrio tuis factis habitus essem. Amb. de agnete ꝓ coitus peccato posuit cū ait. Cū quib⁹ libidinis sue se posse credebat ludibriū exercere.

Ludicrum substantiuū dici potest quodcūq̄ lusoriū ac ioculare. Liui. lib. j. Et cū his crescēte in dies gregē

iuuenũ feria ac iocos celebrare iam tum in palatino mõte lupercal hoc fuisse ludicrũ: ferunt ꝛ a palanteo vrbe archadica palatiũ: deinde palatinũ mõtẽ appellatũ. Ibi euandrũ ex eo genere archadẽ qui mltis añ tẽpestatibus tenuerũt loca solẽne allatũ ex archadia instituisse vt nudi iuuenes lyceũ pana venerantes ꝑ lusũ atq; lasciuiã currerent: quẽ romani demũ vocauerũt Innium: huic ꝺeditis ludicro ꝛc.

Ludicrus a.um. lusorius/iocularis/leuis. Virg. Neq; leuia aut ludicra petũť ꝑmia. Vñ ars ludicra: ars histrionica et scenica dicit̃. Pris. Hic ꝛ hec ludicris et hoc ludicre declinat: cum tñ sic declinãdo ludicria non ludicra faceret.

Lues dicit̃ cũ in vrbe aut ĩ agro febris aliud ve morbi genus hoies vel pecora siue vtrunq; corripit: interdũ arbores ꝛ sata. Pestis que aut cito occidit: aut cito abit ab eo quem inuasit.

Lugdunũ ciuitas gallie apud aquitaniã quã Plãcus cũ galliã comatã regeret traditur condidisse. In ea fluuij Liger ꝛ Garumna.

Luma genus spine que in pratis nascitur ꝛ locis vliginosis: sic dicta ꝙ agricole eam e terra luunt: id est soluunt. Hinc lumeta loca lumis plena et lumaria falx qua lumeta secantur.

Lumbrici vermes terreni a lubricitate dicti.

Lumbus pars corporis qua libido designat̃. Sũt eñ lumbi a cinctura ad nates: a quib⁹ venereus liquor defluit. Vñ et apud poetas sumit̃ qñq; ꝓ mẽbro pudendo. Plautus. Exporgite lumbos extollite. Et in Pria. Crissabit tibi fluctuãte lũbo. Dicit̃ etiã lũbus de brutis. Hor. li. j. Ser. Curto ire ʒ mulo vł si libet vsq; tarẽtũ Mãtica cui lũbos onere vlceret ac eques armos. Hinc fiũt elũbus vel elumbis ꝛ delũbe.

Lumbare: tegmẽ quo pudẽda tegunt̃: vt apud Hiere. Sicut tu posuisti lumbare istud ad lumbos tuos.

Lumbago: vitiũ ꝛ debilitas lumborũ.

Lumen quasi lucimen: a quo Luminosus a. um. quod est clarũ. Cice. Cũ sint maxime luminose partes due ꝛ q̃si actuose. Hinc etiã lumino: a quo Illumino as. et Relumino qđ est lumen reddo.

Luminare quod lumen habet. Hierony. in Gñ. Fecit deus duo luminaria magna: vnũ vt ꝑesset dici: alterum: vt ꝑesset nocti.

Luna a lucendo dicta ꝙ noctu sola luceat. Alij lunam quasi lucẽ alienã dicũt ꝙ lumen a sole recipiat. Cice. Tum illa que luce lucet aliena. Vel luna dr̃ ꝙ sit luminũ vna: vtcũq; ẽ per grecoꝝ imitationẽ est ελλην/ νεσ γὰρ φασι λεγεσθαιοτι σελασ το φωσ καὶ αγω οτι υπο ηλιου λυκα λαμβανει σε/ ληνη. Hinc pleniluniũ qđ est cũ luna q̃ntadecima ꝛ rotunda est. Vel pleniluniũ dr̃ lune oppositio. Pli. lib. xviij. Cũ ꝓo occidẽte sole orit̃. s. luna ex aduerso: ita vt pariter aspiciant̃ tunc erit pleniluniũ. Interdũ cum appere desierit: et noua fit: et coeunte vel silenti luna vnde lune ꝯiunctio dicit̃ dies silentis lune. Diminutiuũ a luna est Lunula.

Lunaris ꝛ hoc lunare: quod ad lunã ꝑtinet: vt lunaris ratio: lunaris annus qui mẽse vno suũ efficit cursum.

Lunaticus morbus dictus est ꝙ eũ qui interlunio nat⁹ est hunc morbũ fere pati cõpertũ est. Qui et Comitialis a q̃busdã etiã appellat̃. Sed diuersuʒ esse ostẽdit firmicus lib. iiij. mat. cũ inquit Et si luna male fuerit collocata: aut spaticos: aut lunaticos: aut caducos facit. Est autẽ ꝓprie lunaticus: qui aut ab insania vexat̃ certis lune tẽporib⁹ aut grauat̃ morbo.

Lunatus a.um. quod est ad lune similitudinẽ factũ: vel qđ habet speciẽ lune. Tres eñ sunt figure crescentis lune. Nã modo curuat̃ in cornua: modo in orbẽ circunacta: vt cũ est plena ꝛ soli aduersa. Modo dimidio orbe cesa: hoc est cũ equa ꝓportiõe diuidit̃. Et ob id a nostris diuidua vocatur.

Luo is. lui: significat persoluo. Liui. Vt tandẽ debito supplicio scelus lueret .i. solueret seu purgaret. Tractũ a pecunia: q: apud antiquos pene pecuniarie fuerunt: sed grecum λυω λυειστλυει. Interdũ luere ẽ sustinere/pati. Iustin. lib. j. Quicũq; capi potuerũt supplicia crucibus luerunt. Dicimus etiã luo capite sicut mulcto: et punio. Liui. lib. ix. Obsides etiã sexcẽti impari capite luerũt. Hic cõponit̃ reluo ꝓ soluo seu repignero. Nã in alia significatione cõponitur a lauo sicut deluo ꝛ proluo.

Lupus grece λυκοσ animal rapax: cuius fe. est lupa. Et lupus genus piscis ꝑciosi qui variolus a q̃busdã Sturio dicitur. Et sub hostia fluuiorũ captus etiam laneus: lanatus ve appellat̃. Mar. Laneus euganei lupus excipit ora timaui Aequoreo dulces cum sale past⁹ aquas. Sũt illi cũ mugili naturales inimicitie. Itẽ lupus genus ẽ freni asperrimi: a lupinis dentib⁹ dicti q: ineq̃les sũt sicut: q: duriciã hñt lupini dentes: et ꝓpterea morsus eoꝝ asperrim⁹. His frenis vtebant̃ galli. Ouiđ. li. de tris. Et placido duros accipit ore lupos. Itẽ lupus ẽ instrumẽtũ aduñcũ quo vasa q̃ in puteum forte ceciderunt extrahunt̃ harpax greco vocabulo ꝛ harpago noiat̃. Itẽ lupus Aranei gen⁹ quo noie etiã dicta est herba q̃ asparagi vice mandi solet: q̃ ꝛ lupus salictarius ꝙ salices ad similitudinẽ vitis ascendat. Item lupus: vt Palladius auctor est ferula manubriata vocatur.

Lupus est in fabula ꝓuerbiũ natũ ẽ ꝙ physici affirmãt eũ a voce deseri quẽ prior lupus viderit. Quod esse fertur cũ ille superuenit de quo loquimur et nobis sua ꝑsentia amputat facultatẽ loquẽdi. Virg. Vox q̃q; merim Iã fugit ipsa: lupi merim videre priores. Lupũ aurib⁹ tenere ꝓuerbiũ est qđ in re ancipiti periculosaq; dici solet. Nã q̃ aurib⁹ lupũ tenet: nec eũ dimittere audet nec retinere põt sine ꝑiculo. Hiero. ꝯtra Io. origenistã. Nũc ꝓo quasi aurib⁹ lupũ apprehẽderis: nec tenere potes: nec audes dimittere. Suet. in Tibe. Cunctandi causa erat metus vndiq; imminẽtiũ discriminũ vt sepe lupũ se aurib⁹ tenere diceret.

Lupa cum sit femi. a lupus: ponitur tamen quãdoq; ꝓ meretrice: ꝙ vt illa cibi: ita hec vel libidinis vel questus appetens sit.

Lupanar penultima pro. sumitur pro turpi meretricũ loco. Aug. li. xviij. de ci. dei. Meretrices aũt lupas vocabant. Vñ etiã nunc turpia loca earũ lupanaria nũcupant̃. Amb. adiectiuũ posuit cũ ait. Cũ meretricibus scortaberis in cõtubernio lupanari. Dicitur et lupanariũ. Vlp. de petitione hereditatis: licet a lupanario ꝑcepte sunt: nã ꝛ in multorũ honestoꝝ virorum ꝑdijs lupanaria exercentur.

Lupari/scortari/meretricari. Accius. Qui cũ meretrice per vias habitu nostro lupantur.

Lupatũ idẽ qđ lupus ꝓ freno asperrimo. Virg. Pressiq; negabãt verbera dura pati ꝛ dur̃ parere lupatis. Dicta lupata vt Ser. inquit a lupinis dentib⁹ q̃ inequales sũt. Vñ ꝛ eoꝝ morsus vehementer obest.

Lupinus a.um. qđ est lupi. Pli. Massurius palmã lupino adipi dedisse antiquos tradit. Lupin⁹ substantiuum genus leguminis qđ nõ mitius terrã appetat voraxq; illius sit q̃ lupus: et tellurem adeo amat vt q̃uis frutetoso solo coniectũ inter folia vepresq; ad terrã tamẽ radice perueniat.

Lupercal a lupa dr̃ locus sub palatino monte sacratus ab euãdro Pani deo archadie q̃ lyceus vocat̃ q̃uis quidã ita appellatum velint: ꝙ lupa ibi remũ et Romulum nutriuerit. Ouiđ. in fast. Illa loco nomen fecit: locus ille lupercal Magna data nutrix ꝑmia lactis habet. Vel dr̃ a luendo: ꝙ ibi ꝑ caprũ luebatur: hoc est sacrificabat̃: vt sit dictio ex tribus orationis

partibus cõposita quasi lucere ꝑ caprum.

Lupercalia etiã sacra q̃ in eo loco fiebant mense februario: greci lycea vocant.

Luperci: dicti sunt quasi ex illotũ misteriorum semine exorti siue: vt Var. putat ꝙ lupercalibus in lupercali sacra facerent nudi in honorẽ Panos. Cice. insectatur M. Antoni. ꝙ in lupercalib⁹ in q̃b⁹ sedebat Cesar amictus toga purpurea in sella aurea coronatus se lupercum exhibuerit. Nam nudi sacerdotes luperci currendo lustrabant ciuitatem et verberabant pregnantium manus mulierũ vt faciliores essent partus zona ex corio capri. de his Ouid. Quis vetat archadico dictos a monte lupercos Faunus in archadia templa lyceus habet.

Lura os culei siue vtris ab antiquis dicta est.

Lurcones dicti sunt gulosi ⁊ bonoꝝ suorum ꝯsumptores. Plau. in pers. Perẽnis herbe lurco edax/furax: fugax. Lucil. Edite lurcones comedones viuite ven(tres.

Lurco as. cibũ cũ auiditate nimia sumo. Pompo. Lardũ lurcabat lubens.

Luridus a. um. penul. cor. qđ est supramodũ pallidum quasi loridũ: quasi loro ꝑcussum ⁊ liuidũ factũ. Hor. lib. car. Doletq; partus fulmine luridũ missos ad orchũ. Hiero. ad Oceanũ. Lurida ora: sparsum crinẽ: squallidas manus: sordida colla summittere.

Luscinia auis dicta ꝙ lugens canat. Hanc philomelã greci vocant: que peruigil custos cũ oua quodã sinu corporis ⁊ gremio fouet insomnẽ longe noctis laborem cãtilene suauitate solatur. Hec auis a poetis quãdoq; dr atthis: q̃si attica. Mar. Sic vbi multisona feruet sacer atthide lucus.

Luscus ꝓprie qui altero captus est oculo: qualis fuit hãnibal: de quo Iuue. Portaret belua luscũ. Quãq; tñ dicitur qui ẽ hebetioris visus. A luscus fit elusco as. qđ est luscũ facio: ⁊ oculũ eruo: scribit Iulianus iureconsultus aquilia lege teneri eũ qui eluscauerit discipulum in disciplina.

Luscitus penulti. pro. qui hebeti visu est: et qui melius noctu q̃ die videt.

Lusciosus siue luscitiosus ⁊ luscicrosus dicitur qui ꝓpter vitiũ oculoꝝ parũ videt: ꝙ scʒ luscos imitetur qui clarius vesperi q̃ meridie cernit: vt inquit Fes. Plau. in mili. Aedepol tu quidẽ cecus nõ lusciosus es. Plin. Sãguine hirci sanari lusciosos putat: hos greci myopes ⁊ nyctolopas vocant: morb⁹ ipse luscio vocatur. Sunt qui ita discernant: vt lusciosi dicantur: qui ad lucernã nõ vidẽt myopes qui minutius cernũt.

Lusitania pars vlterioris hispanie quã nũc portugalliam appellãt. Scribit Pli. Lusum liberi patris ac lysam cum eo bacchantem nomen dedisse lusitanie. Hec oceano occidẽtali alluitur: in qua est ciuitas emerita: et portugallie regnũ lusitanũ littus pollet gemma ceraunio: qđ indicis ꝓferunt aduersus vim fulgurum creditur opitulari.

Lusito as. pe. cor. frequẽ. est verbi ludo. Plau. in cap. Nã vbi illo adueni q̃si patriciis pueris: aut monedule: aut anates: aut cotburnices dantur quib⁹ cũ lusitẽt.

Lusorius a. um. quod ad ludum spectat: vt tabula lusoria qua tesseris luditur.

Lustrum ferarum habitaculum in syluis a luto ꝙ sit lutosa lacuna. Virg. Non absunt illis saltus ac lustra ferarũ. A qua similitudine ii qui in locis abditis ac sordidis desidie et venteri indulgent in lustris vitam agere dicuntur: propter quod ⁊ lustra dicuntur popine ⁊ lupanaria vbi habitant lupe. i. meretrices. Cic. li. ii. phil. Cũ omes impuritates impudica in domo quotidie susceperis vino lustrisq; confectus. Idẽ Casio. Que autem in lustris et in vino cõmendatio potuit esse? Et lustrum dicitur spatium quinq; annorũ: a luendo. Hoc est soluendo: ꝙ quinto quoq; anno vectigalia ⁊ tributa soluebantur ⁊ vrbs lustrabatur. i. sacris purgabatur q̃ purgatio vrbis etiam lustrũ dicebatur. Liui. lib. ii. Omnes centurie ⁊ equites in campũ martiũ ꝯuocati sue oue tauro cesis immolarũt: qđ lustrũ est dictũ: sicq; a sacrificio illo census obtinuit nomen lustri. Quia vero census ipse siue lustrũ singlis quinq; annis habebatur censoꝝ magistratus inualuit ꝯsuetudo: vt lustri appellatione spatia quinq; annoꝝ appellentur. Hinc armilustrũ.

Lustro as. circundo. Lactã. lib. ii. Sed luna que orbem illum signiferũ. xxx. dierũ spatio lustrat. Interdum lustrare significat expiare. Liui. lib. iii. Ibi instructũ exercitum oue/ sue/ tauris tribus lustrauit. Interdũ aspicere agnoscere. Cice. lib. iii. offi. Sed cum oĩa ratiõe atq; animo lustraueris. Interdũ sequi. Virg. At mecum raucis tua dum vestigia lustro. Interdũ patefacere clarificare: vt idem. Postera phebea lustrabat lampade terras. Interdum inumbrare. Unde lustra ferarum cubilia: et lupanaria per contrariũ dicimus quia parum illustrantur. Interdum circunspicere. Virgi. lib. iii. Oĩa collustrans hanc primũ ab littore classem Conspexi venientem. Et lustrare quod vulgo dicitur monstram facere. Cuius sententie duo sunt verba recognosco: scilicet et recenseo. Huius verbi composita sunt collustro: quod est circunspicio. Cic. lib. v. tus. Ego autem cum omnia collustrarem oculis animaduerti columnellã. Illustro: perlustro: quod est perfecte circũcuideo. Liui. lib.). Hercules ad primã auroram excitus cum gregem perlustrasset oculis.

Lustror aris. deponens significat scortor a lustris abditis locis. Plaut. in pseu. Lustrantur lurantur comedunt quod habent.

Lustralis ⁊ hoc lustrale: qđ ad lustrũ ꝑtinet. Liui. lib.). Sacrificiũ lustrale in diẽ posterũ parat. Lustralia exta veteres dixerũt ꝑpinguia eo ꝙ lustralis. i. quinquẽnalis bos dr esse ꝑfecte etatis.

Lustricus a. um. Unde lustrici dies infantiũ appellãtur. puellarũ octauus: pueroꝝ nonus: quia his infantes lustrantur: et noĩa eis imponuntur. Et qui eos lustrant lustratores vocantur: et femine lustratrices: et qui lustrantur lustrati nominantur.

Luter vas in quo vinũ diluitur. i. aqua miscetur. Nã et luto ⁊ loto ꝓ diluo a veteribus vsurpatũ est.

Lutum cenum siue sordes: habet primam correptam. Iuue. Compositiq; luto nullos habuere parentes. Hinc luteus a. um. quod est ex luto. Tibul. Sed nimius luteo corpora tingit amor. Fit autem lutum a luo is. αλλα απαρlαlαυlα απο lου λυειν ωσ αρω λελεχαρμεν.

Luto as. luto inficio. Unde lutatus luto infectus. A luto fiunt cõposita deluto: ⁊ eluto: de quib⁹ sup in dictiõe deluo dictum est.

Lutescere significat lutum fieri.

Luteus color rubeus sanguinolentus: nam ẽ sanguine consimilis: a λυθρον: qui est crucor. Gellius latinũ putat: et a luce deduci. Aut eñ lute⁹ q̃ ruffum color est dilutior. Unde nomen q̃q; facte videtur. Alii a luo ꝙ sit q̃si dilutus: hoc ẽ solutus ⁊ decolorat⁹ ruffus. Est eñ lute⁹ color dilutior: rutilus q̃si est color auri. Unde viole eius coloris lutcole dicuntur. Et lutea herba qua chrysocolla tingitur: que naturã lini seu lane habet ad succum bibendum. Et vitellum in ouo ouiluteũ vocamus. Idem color cerinus appellatur a cere colore. Idẽ et flammeus dicitur. Pli. Lutei video honorẽ antiquissimũ in nuptialib⁹ flammeis totũ feminis ꝯcessum. Hinc flãmea appellabãt vestimẽta lutei coloris: q̃b⁹ flãminica vtebatur. Luc. Lutea demissos vellarũt flãmea vultus. Huius nois prima producitur. Persius. Iam chlamydes regũ iam lutea gausape

captis. Juue. vero primā corripuit. Incude ⁊ luteo vulcano ad rhetora misit.

Luteolus diminutiuū. Virg. Mollia luteola pingit vaccinia calta.

Luxo as. soluo. Plini. libro. xvij. Aut circunfossor: vel etiam subarator imprudens luxauit radices. Unde luxa siue luxata membra dicuntur locis suis mota et soluta. Et luxati dicūtur quorum membra suis locis mota sunt. Idem. Althee radix decocta luxatis prodest. Hinc luxuriosi dicti sunt: qui in re familiari profusi atq; soluti sunt.

Luxus us. luxuria ⁊ luxuries nō solum pro re venerea sed etiā ⁊ fere semp̄ ꝓpriecq; pro omni superfluitate et nimia profusione ⁊ sumptuosiore cibi vestitus et aliarum rerū cura dici solent. Cice. lib. j. offi. Intelligimus q̄ sit turpe defluere luxuria delicate ac molliter viuere. Idem in Ver. acti. j. Quas res luxuries in flagitijs: crudelitas in supplicijs: auaritia i rapinis ⁊c. Virg. lib. j. geor. Luxuriē segetū tenera depascit in herba. Idem. At domus interior regali splendida luxu Instruit. Luxus etiā ꝓ splendore ponit. Clau. lib. ij. Sub tua purpurei venient vestigia reges Deposito luxu.

Luxuriosus sa. sum. ponitur pro nimiū abundanti. Cicero de ora. Gemmare sitire agros letas segetes: luxuriosa frumenta. Tunc enī in segetes solent immitti oues vt eas pascant.

Luxurio rias. et luxurior aris. (si Diomedi credimus) hanc habent distantiam: ꝙ luxurio sit in laude: luxurior in crimine. Significat luxurio non lasciuiā mentis: sed habitudinem corporis. Virg. lib. iij. georgi. Luxuriatq; thoris animosum pectus. Cornel. Seuerus. Luxuriantur opes: atq; odia longa grauātur. Utrunq; tamē pro superabundare: profundere ⁊ lasciuire s morbiegare ponitur. Pli. lib. xviij. Aliqui in frigidis ab equinoctio autumni: in calidis serius ne ante hyemē luxurient. Tibul. Luxuriāt animi rebus plerumq; secundis. Liuius libro. j. Positis externorum periculorum curis ne luxuriarentur ocio animi: quos metus hostium disciplinaq; militaris cōtinuerat. Colu. libro. iij. Cacumina virgarum ne luxurientur dimutilato. A luxurior fit compositū Eluxurior quod est extra luxurior. Idem in eodem. Qui si pingui agro validis vites deposueris pampinis magis eluxuriabuntur.

L Ante Y

Lyeus cum diph. dictus est bacchus. λυω soluo eo ꝙ mentē ⁊ mēbra vinū dissoluat. Uñ sequit paralysis. Virg. Regales inter mensas laticēq; lyeum.

Lycus nomē ꝓprium viri quo noie multi vocati sunt. Unus troianus: de quo Virg. Fata lyci. Alter thebanus ignobilis: qui regem thebanū occupauit. Itē alius thebanus rex. Alius pandionis filius: qui a se lyciam nominauit. Alius lychaon Callistos pater: archadie rex: qui cū solitus esset hospites necare: in lupum a Ioue cōuersus est. Fuit ⁊ alius Lycus priami filius. Itē lycus fluuius assyriorū qui Tygri immiscet. Ouid. li. iiij. de pon. Huc lycus huc sagaris peneusq; hypanisq; cratisq;. Et lycus grece: lupus latine dicit ab λυκοσ. i. a prima luce: ꝙ id tēpus maxime aptū sit rapiendo pecori.

Lychaonia regio asie: que totius asie mediū quodammodo locū ⁊ arcem occupat. Sunt qui scribant lychaoniā esse partē archadie q̄ in peloponneso sita ē: a lychaōe rege archadie cognominatā. A lychaonia fit lychaonius lychaonia lychaoniū. Ouid. de trist. Queq; lychaonio terra sub axe iacet.

Lychaonea populi sunt in Asia minore prope lyciam: vt Ptol. lib. v. scribit.

Lycius apollo dictus est a lyco lupo: ꝙ sicut lupi pecora rapiunt: ita ipse humorē haurit radijs. Prisci grecorum primā lucē que precedit solis ortum λυκην appellarūt απο της λυκοσ. Ideoq; temporis hodieq; lycophos cognomināt lycij appollinis oraculum: quia in lycia maxime claritatis fuit ob luporum interfectionem.

Lyceus cū diph. mons archadie qui pani deo sacer est et vbi templū bicornis fauni: a quo lycea ludicra illi sacrata: a nobis lupercalia sunt dicta a lupis que ad expiandos manes fiebant. Ouid. li. ij. fast. Faunus in archadia tēpla lyceus habet. Dictus lyceus απο των λυκων: id est a lupis quibus ꝓpter frequētiā pecudum abundabat.

Lyceum fuit athenis schola Aristotelis: sicut Academia Platonis: in qua περιπατων. i. deambulans philosophabatur. Unde peripateticorū nomē effulsit. Fuit ⁊ lyceum gymnasium Ciceronis in Tusculano a noie schole aristotelice: de quo lib. j. de diui. sic refert. Nuper cum omen cū. Q. fratre in tusculano disputatum est. Nam cum ambulandi causa in lyceum venissemus. Id enī superiori gymnasio nomē est. Huius nominis penultima producitur a Cicerone in illo versu. Inq; academia vmbrifera nitidoq; lyceo. Fuderūt claras fecundi pectoris artes. Quia dichrona est.

Lycea prouincia seu regio in minori asia: finis panphilie: ex parte orientali sic cognominata a lyco pandionis filio. Hec Termile p̄mū dicebat sicut herod. lib. j. scribit. In ea patera vrbs Xanthus fluuius ⁊ chimera mons. Ibi regnauit Rhadamantus Iouis ex Europa filius. Hinc lycius a. um. Virg. Unam que lycios fidumq; vehebat orontem.

Lycon: nomen philosophi pythagorici. Fuit et alius lycon socraticus: siue peripateticus eloquēs ⁊ in dicendo suauis adeo vt ꝓ lycon glycon nominaretur: quod significat dulcedinem. Hic fuit cultu et vestiū mollicie nitidissimus: Lucta ⁊ pilari lusione exercebat. perijt podagre morbo annos nat⁹. lxxiiij. Tertius lycon fuit poeta. Quart⁹ epigrāmatū scriptor.

Lycastus vrbs crete: a luporum mltitudine que ibi esse perhibetur.

Lychnus latine lucerna. Varro. Lucerna a luce dicta est aut ab eo quod vocant greci λυχνον. Plaut. Lychnum emūge parumper vt videat anus vbi pedes ponat. Hinc Ellichnium quod lucernis adhibetur ad lumē prestandum. Est enim funiculus ille qui incensus flammam nutrit. Lychnus pensilis est: quē vulgo lampadē vocāt. Unde scribit Pli. lib. xxxiiij. Lychnos pensiles in delubris placuisse: q̄uis et de candelabris orichalceis dici possit lacunarib⁹ appensis: sicut veteres lychnū pensilē dixerūt. Dicit etiam hec lychnia. Ser. vero ostendit lychinus dici non lychnus cū primā corripi dicat: qd̄ fieri non posset: nisi post ch. sequeret i. ⁊ trisyllabū fieret. Virg. Dependent lychini laquearib⁹ aureis.

Lychnites pe. prod. marmor albū quod in paro insula effodiebatur sic cognominatū ꝙ ad lucernā in cuniculis cederetur: sicut Plin. libro. xxxvj. testatur. Est etiā hoc nomine gemma ardens a lucernarū accensarum precipua gratia.

Lychnuchi greci nominant quicq̄d lucernas sustinet: quasi lucernifer.

Lychnobij dicti sunt qui loco dierū noctibus vtuntur: et ad lucernas viuunt quasi lucernarij: vt Seneca in vltima epistola. Nihil ꝯsumebat nisi noctem. Itaq; credo dicentib⁹ illū quibusdā auarū ⁊ sordidū. Vos inquit ⁊ lychnobiū dicetis.

Lycisca canis natus ex lupo et cane: hunc Plini. Crocutam vocat.

Lycissa: canis est nomen a lyco lupo: vel quasi lacessa .i.ex laconia quia inde veniūt optimi canes.
Lycophos quod nos primū tēpus lucis nominamus.
Lycophron periandri corinthiorū tyranni filius. Est et nomen poetę greci. Suidas. λυκοφρων χαλκι/ δευσ α πεδοιασ υιοσ σοκλεουσ θεσει δε λυ κου του ριγιρου γραμματικοσ και ποιη/ τησ τραγωδιων.
Lycopolis vrbs ęgypti: a lupis dicta: q ęthiopes ęgy ptū incursantes lupi facta acie vsq ad vrbē elephan tinā reppulerunt. Ibi ęgyptij lycopolim cōdiderūt a bestijs illis ei nomē imponentes.
Lycomedes Creontis filius.
Lyctos oppidū cretę sub Idomenei imperio. A quo idomeneus lictius est appellatus.
Lycurgus nomen proprium lacedemonum regis qui fuit philosophus et lacedemonijs leges sāctissimas condidit. Astrictisq ciuibus iuramento: q tam diu eas intemerate obseruarent donec ipse rediret e pa/ tria nūq rediturus emigrauit. Uide plutar etc. Fuit et alius Nemeę regionis rex: et alius rex trachum.
Lycaon Calistonis pater et titani et terrę filius archa dię rex qui vt in fabulis fertur a Joue in lupū cōuer/ sus fuit q Jouē hospitē necare moliretur.
Lydus herculis filius ex Jole: alter filius athys et fra/ ter tyrrheni. A quo lydia regio est appellata. Nam cum ꝓpter terrę sterilitatem fratres simul ferre non possent Tyrrhenus forte iacta discedens cum ingen/ ti multitudine ad Italiam veniens eam tenuit par/ tem: quę ad mare inferū versus est: et a se Tyrrheni am nominauit: lydus vero remanens Meoniam de suo nomine vocitauit.
Lydia regio in maiori asia a lydo athys meonie regis filio et Tyrrheni fratre coguominata: quę flexuosis Meandri amnis recursibus perfusa sup Joniā pro cedit: phrygię ab exortu solis vicina: ad septentrionē Misię: meridiana parte cariā amplectēs: hęc antea meonia vocabat: in hac sunt vrbes Ephesus: Colo/ phon: Clazomene: et Phara.
Lyenteria intestinorū dissolutio λυω enim dissoluo εντερον intestinū hāc nři leuitatē intestinorū vocāt cū cibus non pficit: sed incoctus egerit.
Lympha a nostris aqua per mutationē n. in l. q̄si nym/ pha. Nam ꝓprie dicit nympha.
Lymphare furore vexare: vt apud Ual. Flaccū. Lym phauerat vrbem. Sta. It lymphante deo. Unū lym/ phati siue lymphatici dicunt furiosi/vesani/baccha/ bundi qui vinū ex aqua dtraxerūt: quod est huc atq illuc discurrere. Plini. Medetur insanientibus lym/ phaticis. Nam creditū est ab antiquis: qui in fonte imaginē nymphę vidisset furore percipi: quos greci νυμφολη πτοσ: latini lymphatos vocant. Hora. lib .i. car. Mentēq lymphatā Mareotico redigit in veros timores. a Uirg. dicit lymphata regina ꝓ mente cōmota et furiata. A lympha etiā vt Prisci. inquit fit lymphor aris.
Lympidus a. um. penul. cor. planus: politus: clarus. Hiero. in lib. Re. Elegit sibi quinq lympidissimos lapides de torrente.
Linx proprium nomen regis scythię: qui cum cogitas/ set occidere Triptolemum a cerere in lyncem anial conuersus fuit. Est autem lynx seu lynca ex luporum ceruariorum genere vario collo et maculoso tergore et acutissimo visu. Uirg. Maculose tegmine lyn/ cis. Huius vrina in calculi duriciem vertitur et ea fit gemma.
Lyncuriū gēma quę e lynceis vrina coacta est. Ouid. E quibus vt memorāt quicqd vesica remisit. Uertit in lapides et congelat aere tacta.
Lynceus a. um. adiectiuū a lynce. Uñ qui acute vidēt lynceos oculos habere dicunt. Hora. in sermo. Me corporis optima lynceis contēplare oculis.
Lynceus nomē ꝓpriū eius qui fuit vnus ex argonau/ tis acutissima oculoꝝ acie preditus qui dicebat vidē re vltra parietē. Et vt historici tradūt conspexit no/ uissimā lunam primamq eodē die in signo arietis: qđ paucis mortaliū contigit vidisse. vñ Horati. Solus nubila lynceus.
Lyndus ciuitas rhodi vbi sacra herculis maledictis et execrationibus solebant celebrari. A qua lyndij dicti sunt. Fuit et altera lyndus in dorica regione.
Lynter generis fęmi. genus paruę nauiculę e cauata arbore factę: ab λουτρον: teste Pris. pma diph. ab iecta o. et n. interposita. Constant aūt lyntres ex sin/ gulis arboribus quę vulgo caue dicuntur ad traijci/ endas flumine trabes. Uirg. lib. i. Geor. Cauat ar/ bore lyntres. Hę enim non in pelago: sed in fluuijs stagnisq palo aut conto aguntur. Ponitur etiā quā doq pro quodam doliū genere: vt ostendit Cato. Ti/ bul. pro nausa quę est lignum cauatum: vt nauis po/ suit: qua in vindemijs rustici vti solent. Aut mihi ser uabit plenis in lyntribus vuas. Pressaq veloci can/ dida musta pede.
Lyptote dici potest apud nos defectiua. Nam ab λει/ πτω quod deficio est deducit. Figura est cū minus dicitur: et plus intelligitur: vt apud Uirgiliū. Quid prodest q me ipse animo nō spernis amyntha: id est libentissime amas.
Lyra instrumentum musicum: vbi quot sunt fides tot resonant voces. απο του λυρειν quod est canere. Hinc poetę lyrici dicti q ad lyrā sua carmina canta/ bant: statuebaturq eis chorus quinquaginta viro/ rum ac tauro donabantur. Et carmē ipsum lyricum: Hanc eandē poete chelim vocāt. Et lyra signum cę/ leste est. Uarro libro secundo de re rusti. Hoc scđm astri exortum facio: quod greci vocant lyram fidem nostri. Lyra cedit quarto nonas februarij: vel sm ali quos Calendis februarijs et noctu quādo occidunt terga leonis: vt Higinius ait. Ouid. Illa nocte ali/ quis tollens ad sydera vultum. Dicet vbi est hodie quę lyra fulsit heri. Hanc lyram effecit Mercurius in mityleno monte archadię: inde orpheo traditam dicunt. Alij autumant concesso orpheo ab apolline post repertam citharam interfecto orpheo musę in cęlo lyram collocauere. Alij dicunt esse lyram Ario nis citharedi qui fuit tempore Cipselli tyranni corin thiaci qui primus fuit omnium citharistarum. A ly/ ra etiā cuius prima corripitur fit delyrus a. um. pe/ nultima correpta.
Lyricen penul. cor. qui lyra canit: cuius significationis est etiam lyristes. Sido. Alceo potior lyristes ipso. Sic eni dicit lyristes: vt psaltes.
Lysander lacedemon homo factiosus qui odiū totius grecie in lacedemonios concitauit: et a thebanis oc/ cisus fuit: qui lychaonē regno expulit.
Lysanias orator grecus: alter fuit archas qui lycaonē regno expulit.
Lysias orator iucundissimus. De quo Quintil.
Lysius arcadię fluuius: ad cuius radices esculapij est tumulus.
Lysimachus macedo clarus Callistenis discipulus: al ter fuit vnus ex Alexandri principibus.
Lysimachia vrbs hellesponti quę terremotu corruit.
Lysippus clarissim⁹ statuarius qui ad sexcenta decem opera fecisse traditur: quę singula arti claritatem da/ re potuissent. Hic teste Quintil. ad veritatē optime accessit. Prop. Gloria Lysippo ē aiose fingere signa.
Lytta genus vermiculi: qui nascitur in lingua canum. Hic si infantibus catulis eximitur: nec rabidi fiunt nec fastidium sentiunt.

M Transit per deriuationes in n. d. vel t. vel c. vel q. sequentibus: vt tantũ tãtundẽ. Idem identidẽ. Eorum eorundem. Num nũcubi: nunquis: nunq̃: circũquaq̃: tanq̃: nanq̃: quẽq̃: quãq̃: quicũq̃. Similiter am. prepositio sequẽtib⁹ f. vel c. vel q. mutat m. in n. vt anfractus ⁊c̃. Vide in dictione anfractus.

M Ante A

Macarius nomen viri ꝓpriũ: et latine dici põt beatus macarius μos beatitudo.

Macedonia regio a macedõe Osyridis Iouis filio dicta est. Habet macedonia ab oriente thraciã limitẽ. Ab occasu Ioniũ pelagus: a Meridie epiro ẽminatur: A septẽtriõe habet Dalmaciẹ partẽ. Hec (teste Plinio lib. xlj.) olim centũ quinquaginta populorũ duobus inclyta regibus Philippo .s. et Alexãdro: quondã atq̃ terrarũ imperio.

Macedo pe. cor. qui macedoniã habitat. Luca. lib. vj. Cum tibi sacrato macedo seruet̃ in antro.

Macedonicus ca. cum. posset sumi a macedonia. Vñ mare macedonicũ: quod est Aegei pars: et incipit a pallene monte qui thraciẹ finem facit. Extendit̃ vsq̃ Megaram: quo Isthmos interposit⁹ misceri Aegeum Ionio nõ permittit. Cuius littora a ciuitatibus nomen accipiunt.

Macellum locus quo venalia omnia quẹ ad victũ humanũ pertinebant contrahebant̃. Plautus in aul. Venio ad macellum: rogito pisces: indicant caros: agninã caram: carã bubulã: vitulinã cetum: porcinã: cara omnia. Cice. Si epicuri de voluptate liber corrosus esset: putarẽ annonã in macello cariorẽ fore. Dictũ macellũ a Macello quodã viro: qui in vrbe latrociniũ exercebat: quo damnato censores hemylius et Fuluius statuerũt vt in domo eius obsonia vẽderentur redactis in fiscum eius bonis. Alij macellũ dicunt ꝙ ibi fuerit hortus: quẽ macellũ a lacedemonijs appellatum ferunt. et Iones ostia hortorũ macellotas vocabãt. Donatus a mactandis pecoribus deriuat. Sunt et qui a macerando dici existiment: ꝙ pecora dũ eo ducunt̃: ibiq̃ tenentur: macerant̃. Vñ ⁊ macellũ diminutiuũ pro macilento ponit̃. Lucil. li. vj. Si nostri nõ magnus hõ est nasutus macellus.

Macellarius qui macellũ exercet non solũ carnium sed omniũ obsoniorũ: quinetiã panis ⁊ frumẽti vẽditor: quippe hẹc omnia in macello venundabant̃. Varro. Duo sunt ornithonis genera. Unum delectationis causa. Alterũ fructus causa quo genere macellarij ⁊ in vrbe quidam habent loca clausa et rure maxime conducta.

Macer cra. crum. a merore fit: et exilem extenuatumq̃ significat. Virg. Heu heu q̃ pingui macer est mihi taurus in eruo. Colu. lib. ij. Nã vel pinguissima vel macerrima humo iacitur.

Macies macritudo et macor extenuationẽ significant. Apul. Unde ista tam subita macies ⁊ tantus pallor Pla. Ossa atq̃ pellis: vt miser macritudine. Pacu. Corpusq̃ meũ tali merore errore macore sonet.

Macilentus plenus macie. Festus. Macilenti macie attenuati.

Macreo es. macer sum: a quo macresco: macer fio. Col. lib. vj. Dabimusq̃ operã ne penuria cibi macrescat pecus. Var. Qui carũ aspectus ad desideriũ macrescere facit volucres inclusas.

Maceo ces. macui: idem quod macreo: a quo macesco macescis macer fio. Col. lib. ij. Cõstat arua segetib⁹ cis scʒ ordei macescere. Var. Cum ꝓpter laborem asperantur et macescunt.

Macio as. macrũ facio. Cuius cõpositũ est emacio: qḋ est valde macio. Col. lib. v. At certe in ordinarijs vitibus vtiq̃ obtinendũ est ne pluribus flagellis emacient̃ nisi si futuris ꝓpaginib⁹ prospiciemus.

Macero maceras cum ad corpus refert̃ significat attenuo/contero: ab eo quod est macer. Hora. lib. j. car. Quoniã penitus lentis maceret ignib⁹. Pla. in ca. Multos iste morbus homines macerat. Cum autẽ ad animũ significat affligo. Lact. lib. vij. Nec ad oculos somnus accedet sed animas hominũ sollicitudo ac vigiliẹ macerabit. Proprie tñ macerare est mollificare: vt fit cũ quippiã tam diu in aqua tenet̃ donec tenerescat. Terẽ. in adel. Salsamenta hẹc o stephanio fac vt macerentur pulchrẹ. Colu. lib. j. Piscinas duas: alterãq̃ anseribus pecoribusq̃ seruiat: alterã in qua lupinũ: vlmi vimina ⁊ virgas atq̃ alia q̃ sunt vsibus nostris apta maceremus.

Maceresco maceratus fio. Cato de re rusti. Frumento curgulio ne noceat neu mures tangant lutũ de amurca facito: palearũ paululũ addito: finito macerescãt.

Macro cras. cuius cõpositum est emacro: qḋ est valde macer fio. Plini. lib. xviij. Terrã emacrari hoc sata .s. milij existimantes.

Maceria ⁊ maceries paries siue murus vel congeries lapidũ in vnũ cõpactorũ sine cemento: aut alio genere ferruginis quo vineẹ claudi solent. Terẽ. in adel. Iube hanc macerię dirui. Var. tñ aliter lib. iij. Quis ignorat septa e macerijs ita esse oportere in leporario: vt tectorio tecta sint et sit alta. Cato de re rusti. Macerias ex calce cementis silice vti dñs omnia ad opus ꝓbeat. Qñq̃ maceria dr̃ mẽbrana secũdinarũ quã alio noĩe sterã appellant. Hiero. in Geñ. Quare diuisa est ꝓpter te maceria? Et maceries dicit̃ macilẽtia. Afra. Si ille hoc nũc sentit facere illi satis vis quãta illius mora sit maceries tibi.

Macto as. interficio. Lactã. lib. ij. Mactantur greges hostiarũ. Plaut. in Amphit. At ego certe cruce excruciatum mactabo. Tractũ est a sacris vbi mactari oues dicunt̃ quẹ immolant̃. Virg. Et nigram mactabis ouem: lucumq̃ reuises. Dictũ est autẽ macto: quasi magna auctoritas: hoc est augeo. Nã priusq̃ victimã immolarent thus aut vinũ super eam fundebant. Vñ mactũ esse taurum dicebãt thure vel vino cumulatã hostiã ⁊ magis auctam. Hinc mactare magna augere veteres vsurparũt. Cic. Ferunt laudib⁹: mactant honoribus. Per translationẽ qñq̃ mactare ponit̃ pro malo afficere: seu male tractare. Plau. in aul. Dotate mactãt malo ⁊ damno viros. Qñq̃ pro ꝓcipitare. Accius. Aut illorũ copias fundam in campo: aut nauis vr̃as mactabo in mare. Quãdoq̃ ꝓ honorare. Plau. Tamẽ honeste mactatũ reducã domũ. Qñq̃ ꝓ verberare. Unde legimus de martyribus primo ⁊ feliciano. Extenderunt eos milites ⁊ virgis fortiter mactauerũt.

Mactus cta. ctum. tam cũ genitiuo q̃ ablatiuo ꝯstruit̃ ⁊ vocatiuo semꝑ: vt macte virtutis ⁊ virtute .i. magis aucte cumulateq̃. Est aũt dictio quẹ laudet simul et adhortetur puerum quem probitate crescere videat. Sanguinolentus etiam ex acie redeuntibus dicitur. Mar. macte animi quem rarus habet morumq̃ tuorum. Syl. lib. v. Lelius affatur macte o veneran de pudici. Ductor macte animi. Cic. Macte virtute esto. Hieron. Macte virtute: macte ẓelo fidei. Pli. in laudem astrologorum. Macti ait ingenio et cẹli interpretes rerũq̃ naturẹ capaces. Sta. lib. vij. th. Macte animo iuuenis .i. ꝑfecte indolis: vt exponit laertius interpres.

Machaon Aesculapij filius frater podalirij medicus clarissimus.

Macbe latine pugna. Inde Naumachia.
Macbera cum diphthon. Nā greco μαχαίρα latine sicca: gladius culter qđ nomen impositū est a grecis quia multo sanguine cōmaculet. Iuue. Ames nomē victūq; macbere. Instrumentū ē ad scindendū simul & vulnerandū. Apul. lib. ix. de asi. Cōminabatur sese concisurū eū macbera frustatim. Quo sermone eius cō monefactus hortulanus eripit et spathā.
Macberopios faber gladiorū quo noie dictus est De/mosthenis pater ab officina gladiorum quā athenis egregiā multisq; artificib⁹ seruis instructā habebat.
Macberophorus siccarius gladiū ferens. Cice. ad Q. fratrem macberophorus centū sequentibus miros risus nobis edidere.
Mactee dicunt̄ p̄ciosa edulia. Sueto. de Cali. Multe venenatas macteas misit Mar. mactea neu. genere protulit. Sz te mactea sola iuuant.
Machalaum nomen grecū cōpositum ex mache quod pugnā significat & αλαοσ cecū & errantē. Oppidū in brixiano agro insubriū clade nobile.
Maccabeus cum duplici cc. et diptho. nomē barbarū: que vocati sūt illi viri fortissimi apud sacras litteras celebratissimi.
Machina penulti. cor. grece μηχανη molitio inuen/tio. Unde mecbanicus faber: seu opifex eorū operū que ingenio simul & manib⁹ fiunt: et mecbanica ars fabrilis. Unde artes diuiduntur in liberales et me/chanicas. Asco. Machina dicit̄ vbi nō tam materie ratio q̄ manus atq; ingeniū ducit̄. Machina etiā dr instrumentum quo moles aliqua facile quocūq; vo/lueris impelli potest. Et machinas bellicas vocam⁹ opera fabrilia quibus in bello vtimur. Item ipsa cō/silia quibus decipere hostem conamur: machine vo/cantur.
Machinor/imaginor/cogito ad reperiendū et fabricā/dum tam bonū q̄ malū. Lactan. libro. ii. Nimirum de⁹ vniuersi artifex sic illa disposuit: sic machinatus est: vt per spacia celi diuina & admirabili ratione de/currerent ad efficiendas succedentiū sibi temporum varietates. Anarchimedes siculus cōcauo ere simi/litudinē mundi ac figuram potuit machinari: in quo ita solem lunamq; composuit: vt inequalis motus et celestibus similes cōuersionib⁹ singulis quasi dieb⁹ efficerēt. Liui. lib. i. Cōfestim turno necē machinat̄. Sal. Iam tum non cōsulibus sed plerisq; senatorib⁹ perniciem machinabantur. Dicit̄ aūt machinari ab μηχαομαι qđ est inuentio. Unde μηχανημα inuentū & molimen dicit̄.
Macra fluuius in apennino inter ligurū mōtes p lunā ciuitatē in Tyrrhenū mare influit.
Macri campi inter Bononiam & Rauennā per quos Romam itur.
Macros grece latine longus: a quo mlta fiūt cō posita.
Macrocola penultima producta a lōgitudine dicunt̄. Sunt eni eo nomine maiores & longiores carthe q̄s modo regias vocamus. Nam & catullus regiā char tam vocat. Ex eadem origine sunt protocola que for mulariī conficiunt.
Macrocosmus longus mūdus. Microcosmus paru⁹ mundus.
Macrochir longa manus.
Macrochera tunica manicata. Lampridius. Macro/cheras et purpura ad vsum suū reuocauit.
Macroceni montes ab istro flumine non longinqui.
Macrobius nomē viri ꝓpriū: latine longeuus dicitur. Nam μακροσ longus: et βιοσ vita dicitur.
Macrobii etiā populi ethiopie sunt vltra meroē. vt in/quit Solinus quibus dimidio prolensior est vita q̄ nostra: iusticiā colunt: amant equitatē plurimū valēt robore: et forma pulcherrimi. Ultra hos populos deserte inhumaneq; solitudines sūt. Apud eos lac⁹ est quo perfusa corpora quasi vncta nitescūt: adeoq; liquidus vt ne folia quidē sustineat.
Macrologia longus sermo.
Macrologeo multa loquor.
Macrocatalectos dictio in lōgū desinens.
Macrothymia longanimitas.
Macrothymos longanimis.
Macrochronius diuturnus.
Macula turpitudo ac sordes. Plinius. Fullones eas maculas e vestibus tollunt. Qñq; ponitur pro nota seu signo. Unde genitiue note in corpore nate dicun tur. Plaut. in cap. Uiden tu illi maculari corp⁹ totū maculis luridis. Quādoq; pro infamia. Cic. Cuius vt adolescētie maculas ignominiasq; p̄terea. Qñq; pro retis foramine seu plaga: quā vernaculo sermōe dicimus lamagia. Idem in Uer. acti. septima. Reti culum ad nares sibi admouebat tenuissimo lino: mi/nutis maculis plenum rose. Uarro libro tertio: pro retis posuit. Septum totum grandibus maculis in/tegit̄ ne eo inuolare aquila possit: neue ex ea euolare aues. Quādoq; macule dicuntur signa in marmore. Seneca epistola. cxvi. Delectant nos ingentiū ma/cule columnarum.
Maculosus/sordidus/immundus. Plau. Sordida ac maculosa facie. Item dicitur varius ac not' plenus. Uirgilius. Succinctam pharetra ac maculose tegi/mine lyncis.
Maculo as. i. fedo/turpo. Lactan. lib. v. Innocentium cruore maculantur. Hinc cōmaculo as. et immacula tus: qui est sine macula.
Macricus qui habet magnas malas et os patēs quasi malucticus.
Madeo/mades/madidus sum. Pli. lib. viii. Tergoris galeeq; impenetrabilis p̄terq̄ si humore madeat.
Madesco is. habet significationē passiuā innatam calo re intrinsecus sumpto: vt proprie madescere sit cum quis febri vl' labore seu potione p̄potētis vini estuat aut aliter sudorem emittit: licet etiā extrinsecus dici possit. Clau. lib. iii. Largis tūc imbrib⁹ora madescūt. Col. lib. vii. Stabulentur sic eo loco ne humore ma/descant vngule. Hinc componit̄ permadesco: quod est valde madidus fio. Idē lib. ii. In id tēpus ꝯuenit inter peritos rei rus. nō esse arandū nisi si magnis vt fit nōnunq̄ subitaneis imbribus quasi hibernis plu/uiis terra permaduerit.
Madefacio is. balneo. Lactā. lib. vi. Si focos odorati ac veteris vini perfusione madefecerint.
Madefio habet significationē passiuā extrinsec⁹: vt cū q̄s aqua alio ve liquore balneat̄. Sue. Cū decidisset in mare p ductros passus euasit ad proximā nauem elata leua ne libelli quos tenebat madefierēt.
Madidus a. um. qđ est a liquore respersum: hinc semi/madidus. Col. lib. ii. Sed quādocūq; arabit̄ obser/uabimus ne lutosus ager tractet̄: neue exiguis nim/bis semimadidus.
Madido as. madidū seu balneatū facio. Claud. lib. ii. Ille nouo madidantes nectare pennas. Concutit et glebas fecundo rore maritat.
Madefico as. idem quod madefacio. Plini. lib. xxviii. Et si cōtra epiphoras feruentes oculorū anguli sub inde madificentur: efficacius si cibo vinoq; si pridie ea abstinuerit.
Mador insusio ipsa. Sal. lib. iii. hist. Quasi par in oppi do festinatio & ingēs terror erat ne ex latere noua mu nimenta madore infirmarent̄. Nam omnia oppida stagnabāt redundātib⁹ cloacis aduerso estu maris.
Madaura ciuitas in collimitio sita getulie et numidie a qua Apuleius mandaurensis est appellatus. Ad hanc vrbem scribit Augusti. i libro con. se contulisse

cũ adolescẽs esset discendarũ ingenuarũ litterarum gratia florente ibi gymnasio.

Madulsa ebrius: quia madidus satis vino sit.

Madian vrbs quedã ab vno filiorũ habraam ex Cethura sic vocata: q̃ teste Hier. est trãs arabiã ad meridiẽ in deserto sarracenorũ cõtra orientem maris rubri. Vñ vocantur madianei a madianea regio. Legimus ꝛ filias Joab soceri Moysi filias madian. Sꝫ hec alia ciuitas homonyma eius iuxta Arnonem et Ariopolim: cui9 ruine nũc tñmodo demõstrant.

Meander cum diphth. qui ꝛ meandrus fluuius phrygie siue Meonie ita sinuosus flexibus: vt sepe credatur ad fontẽ reuerti. Per phrygiã currit lidiamqꝫ disterminat a Caria. Unde Ouid. li. ix. me. cum phrygiũ appellat. Non secus ac liquidis phrygius meander in vndis. Stra. scribit quoniam multũ accipiat limi: et vario impetu: modo ad hãc: modo ad aliã adducat ripam. Unde obliquitates omnes meandros veteres appellarunt. Cice. in piso. Scio quos tu meandros quesiuisti. Est etiã picture genus: quod Festus neu. genere meandrũ declinat a similitudine meandri. Virg. Quã plurima circum purpura meandro duplici melibea cucurrit. Hoc etiam nomine dictus est mons Indie.

Menas cũ diph. genus piscis. Vide in dictiõe mena.

Menas nadis. furiosa siue insana dicit ab μαινομαι quod est furere. Fuerũt autẽ menades mulieres que Liberũ patrẽ semp secute bacchi sacra celebrabant passis capillis furentiũ more huc atqꝫ illuc cursitantes. Juue. Crinẽqꝫ rotant vlulante priapo menades.

Menala penultima cor. intellectu singulare: voce autẽ plurale inquit Pris. At Diom. docet in singulari esse generis masculini: in plurali neu. Mons archadie celsus. Virg. Pinifer illũ etiã sola sub rupe iacentẽ Menalus. Luc. li. iij. Sicaniae alpheus aquas tũc menala linquit. Est ꝛ nomen vrbis. Menalius a. um. quod est ex menalo. Unde ꝛ bacchus dictus est menalius απο του μαινομαι. quod est furere insanire: siue a menalo lycaonis filio. et Aper menalius: quẽ hercules Eury. detulit. stepha. byzantius μαιναλοσ πολισ αρκαδιασ απο μαιναλου του λυκαονοσ και ο ροσ εστι και ευηγαλά τιακτσμα.

Meotis penulti. pro. grece μαιωτισ palus scythica in regione septẽtrionali iuxta phasidis ostiũ frigore congelascens. Ouid. lib. iij. de tris. Longior antiquis vna meotis hyems. Hinc pisces meotides seu meotici dicti qui in meoti capiunt.

Meonia lydia ẽ regio minoris asie. Unde meones populi hec vocatur regio exusta. Nã sicut scribit Stra. Cinerulẽta est in supficie: et tota arborib9 caret pter vitem. Dionysius scribit hanc regionẽ esse sub altissima tmoli mõtis rupe sitam ex qua pactolus amnis effluit. Hinc Meonius a. um. Unde Homerus dictus est meonius. Mar. Perlege meonio cantatas carmine ranas. Dict9 et meonides a patre qui meon appellabatur.

Meror inquit Cice. lib. iiij. tus. Est egritudo flebilis.

Mereo es. mestus sum. Vide in dictiõe mereo es. Caper. Mestus animo sed tristis vultu.

Mesticia ꝛ mestitudo idem qđ meror. Quint. Dolore atqꝫ animi mestitia languens. Plautus. Cur tanta mestitudo obtigit?

Mesto as. et mestifico as. mestũ facio. Amb. lib. j. offi. Cur nõ ego etiã dicã in quib9 cũ mestificare possum? Ab μοιρα ideo per e.

Mero as. merentẽ ꝛ tristẽ facio. Nã meraret. i. merentem faceret: vetus verbum.

Magar penorũ lingua villam significat. Vñ ꝛ magalia ville dicuntur: quis magaria sm Ser. dici debeat: cuius pultima producit. Virg. Miratur molẽ eneas magalia quondam.

Magide mense: seu coquinarij instrumenti gen9 habet ꝛ panis seu offe genus qđ magida quoqꝫ appellant.

Magia fons sicilie in agro syracusano: quo etiam noie incantatio dici latine potest.

Maginor aris. quasi tarde conor ꝛ vagor inquit Fest9.

Magirus penul. pro. latine coqu9 dicit. Unde Archimagirus princeps coquorũ.

Magis aduerbiũ significat plus: deducitqꝫ a magnus et pter naturã aliorũ habet neutrũ: nam cõparatiua neutra vim aduerbij habent: vt validi9: sanctius: magis vero nõ loco cui9 dicimus magis: a quo fit cõpositũ demagis: qđ significat valde magis: et p nimis a veteribus ponebatur.

Magistri a magis: et pprie artium pceptores sũt quis etiã ad omnes transferri possint quibus pcipua cure rerũ incũbit. Dicti magistri qꝫ magis ceteris possint: vel qꝫ magis qꝫ ceteri diligẽtiam rerum quibus presunt habere debent. Hinc magistri pagorũ societatũ: vicorum collegiorũ dicunt: qui pagis societatibus vicis collegijs presunt. Magister equitũ dicitur cui summa potestas erat in equites: addebatqꝫ sp dictatori cui summa potestas i populũ: a quo ꝛ magister populi dicebat. Ponitur etiã magister pro custode. Terẽ. Me filijs relinquũt: qsi magistrũ. Et magister pecoris custos vocat. Hui9 diminutiuũ est magistellus. i. paruus magister.

Magisteriũ magistri dignitas seu officiũ. Nã magisteria sic a magistro videt deduci: quo modo a ministerium ministeria. Sue. de Aug. Auus municipalib9 magisterijs content9 abundãte patrimonio tranquillissime senuit. i. officiis municipij sui.

Magistro as. moderor/guberno.

Magistratus us. per deriuationem a magistris cognominatur qui per imperia potẽtiores sunt qꝫ priuati. Et modo significat eos qui in potestate aliqua sunt constituti vt sunt consules/proconsules/pretores/propretores: et alij qui ciuitates et prouincias regunt: modo ipsam potestatẽ seu officium. Cice. Nam istũ in vrbe magistratum gerebat. Et magistratuum alij maiores: vt consules/censores/pretores. Alij preter hos dicebant minores.

Magmata penulti. cor. pastilli ꝛ masse facte ex vngẽtorum fecibus odoris gratia απο του μασσειν quod est terere ꝛ miscere: vt inquit Pli.

Magmentũ veteres dixerũt quasi maius augmentum ꝛ auxiliũ: qm augebant numerum hi qui accedebant alienigene vt adiumento essent.

Magus dictio persica: qua apud eos significat sapiẽs. Sic eni perse magos vocant vt greci phos latini sapientes galli druydas: egiptij prophetas siue sacerdotes. Indi gymnosophistas: et Assyrij chaldeos a chaldea asie regione. Apud nos vero magus incantator ex officio vocari potest: nã cũ magi apd persas potissimũ deorum cultui vacare solerent: in tantam postea aucta est eorũ vanitas vt non solum obseruatione syderum futura pdicere sed artibus quibusdã ꝛ maleficus: et scire se omnia ꝛ facere posse psuaderent. Hinc magicus ca. cum. quod ad magũ ptinet: vt ars magica. Suidas. μαγεια και αστρολογια απο μαγουσ αιων ηρξα το οι γαρ τοι περσαι μαγων πο τον εγχωριων ονομαζον τασ και μαγευσ αι οι οι αυτοι.

Magnus grãdis: cui9 cõparatiuũ est maior: superlatiuũ maximus. A quo multa cõponunt.

Magna grecia dicta est ea pars italie q̃ a Tarento vsqꝫ ad cumas est vel vt Plini. lib. iij. refert a locris italie fronte ad Tarentũ vsqꝫ protendit: sic dicta qꝫ multe magneqꝫ ciuitates in ea fuerint a grecis cõdite. Au-

mor Iusti.lib.xx. Virgi. Effuge cuncta malis habitātur ingētia graiis. In ea habitauerūt Archytas Pythagoras parmenides et zeno pithagorici philosophi: ⁊ Aennius poeta. A quibusdam tota Italia dicta est maior grecia. Ouid.in fast. Itala nam tellus grecia maior erat.

Magnum socerum ⁊ magnam socrum appellabat vir uxoris sue auum auiamq;. Maior socer ⁊ maior socrus uxoris proauus proauiaq; appellatur ⁊ sic per singulos gradus.

Magnalia sunt ingētia facta ⁊ admiratiōe digna. Hierony.in lib. Exo. State ⁊ videte magnalia domini q̄ facturus est hodie.

Magnificus qui magna fecit. Scribit Arist.li.iiii. Eth. et magnificus dici illum qui in magnis pro dignitate sumptū facit qui circa publicam magnificentiā impēsas facit: honorificas veluti in ludis in rebus diis sacrificatis: in edificiis: in epulo publico: non qui in seipsum sumptuosus est. Est ⁊ magnificens a quo magnificentia: que est vt Cice. inquit rerū magnarū ⁊ excelsarū cum animi ampla quadā ⁊ splendida propositione cogitatio atq; administratio.

Magnifico as: extollo. Pli. Magnificat ⁊ vituli q̄ nōdum herbā gustauerint fimū.

Magnas magnatis ⁊ magnatus ati: qui in populo magnus habetur.

Magnata vrbs Hybernie a qua magnate populi vocati sunt.

Magnes etis: generis masc. genus lapidis ad se ferrū attrahētis. Dictus magnes ab inuētore in Ida primum repertus: de quo Plinius.lib.xxxvi. Orpheus αυταρ εγωγε σησ αλοχου κελομαι σελαη μεναι ει εθεν αγγην ανδροσ απ αλλοτριο ιολεχοσ και δωμαφυλασσοι.

Magnesia macedonie regio: thessalie annexa. Abest ab epheso: sicut Plini⁹ lib.v. scribit.xv. mil.pas. A qua magnetes qui ⁊ magnesii populi vocati sunt. Luc.li.vi. Et magnetis equis mynie gens cognita remis. Est ⁊ magnesia vrbs in asia apud quā Scipio asiaticus Antiochū regē magna clade affecit.

Magog: nomen viri filii Iaphet propriū: a quo vt Iosephus ait libro.i. Magoge dicti sunt: qui a grecis Scythe dicuntur.

Maguderis vt Pris.li.vii. inquit. Frugis id est caulis genus qui nascit ex ea parte cuius radix stirpis auellitur hanc caulem laserpitii quidā existimant. Plau.in Ru. Seu tibi confidis fore multam magudarim. Laserpitiū autē herbā esse nōnulli arbitrant: vt Plini⁹ lib.xix. testat. Legit ⁊ Magudaris. Col.lib.vii. Facit ⁊ radix quā greci vocant μαγουδαρην vulgus autē nostra ɔsuetudine laserpitiū appellat.

Maiestas a magnitudine dicta est: Est em̄ decus amplitudo ⁊ dignitas vel populi vel senatus vel principis imperatoris ve: aut etiā priuati magni viri. Vñ maiestatis crimen iurisconsulti diffiniūt qd̄ aduersus populum Romanū: vel aduersus securitatē eius cōmittitur. Et rei maiestatis dicunt qui eiusmodi crimē cōmittūt. Maiestas quoq; dea credita est honoris ⁊ reuerētie filia: de qua Ouid. Donec honor placidoq; decens reuerentia vultu Corpora legitimis imposuere toris. Hinc sacra maiestas que mundū temperat oēm. Quaq; die partu est edita magna fuit. Nec mora concedit medio sublimis olympo. Aurea purpureo conspiciēda sinu.

Maiales porci castrati. Var. Verres cōmodissime anniculi vtriq; nec minores q̄ semestres. Quo facto nomen mutant atq; e verberibus dicunt maiales.

Maiores itelligi possunt quicūq; aui abaui ꝓaui ataui tritaui ⁊ ante hos i infinitū: sicut minores q̄ etiā post trinepotes futuri sunt. Cice. Ego meis maiorib⁹ virtute fluxi: vt si prius noti nō fuerint a me incipiāt habere initiū memorie sue. Virg. Hunc letū tyriisq; diē troiaq; ꝓfectis esse velis nostrosq; huius meminisse minores. Non solū minores hi dicunt sed etiā posteriores ⁊ posteri ⁊ nepotes: sicut hii qui ante nos fuerūt maiores ⁊ superiores ⁊ patres et aui appellantur. Et tñ maiores q̄ minores in hac significatiōe tm̄ pluraliter declinant: maiores magistratus sunt cōsules penes quos fasces sunt. vel qui priores facti sunt: maior pretor dicitur Urbanus: minores ceteri: maiores flamines dicebantur patricii generis minores plebei maior auūculus: aui ⁊ auie auūculus. Sic maior patruus: maior amita.

Maius mensis a maioribus dictus est: quia vt inquit Macro. maioribus consecratus erat: quoꝝ consilio resp. gerebat sicut iunius a iunioribus qui rem armis gerebant. Postq̄ em̄ Romulus populū romanū in maiores minoresq; diuisit: vt altera pars consilio altera armis tueretur: in honorē vtriusq; partis hunc maium: sequētem iuniū vocauit. Ouidius. Hinc sua maiores tribuere vocabula maio. Iunius a iuuenū noīe dictus adest. Sunt ⁊ qui maiū a maiestate dea denoiatū velint q flamē vulcanalis kalendis Maiis huic dee rem diuinam facit. Alii a Maia Mercurii matre: ꝓpterea hoc mense mercatores oēs Maie pariter ⁊ mercurio sacrificare soliti erāt.

Malus fe.gene. arbor cuius fructus est malū id est pomū: tractū nomen a greco qui malū μηλον dicunt Unde meli mela: ⁊ habent pe. pro. Hinc malinus a um: qd̄ est materiatū ex malo. Col.lib.viii. Est etiam non ingrati saporis muria preduratus: atq; ita malinis lignis: vel culmi fumo coloratus.

Malus masc.generis arbor nauis: quia instar mali sit in sūmitate: vel quia cingitur quasi quibusdam malis quoꝝ volubilitate facilius leuant vela: ⁊ similiter primā producit. Luc.lib.ii. Antennas proram malos consasq; natantes.

Malus a um: pri. corre. dicitur qd̄ opponitur bono. Est em̄ generale nomen turpia simul ⁊ detrimentosa cōplectens. Unde dicimus malū culpe qd̄ male agendo cōmittitur: quale est homicidiū furtū ⁊ hmōi: malū pene qd̄ deus ob mala cōmissa immittit: vt est illud propheticū. Ego dñs creans malum. Dicimus etiā malum militē qui est imbellis: malū imperatorē qui est imprudens: malū grāmaticū qui est rudis: malū iudicem qui est iniquus: malam faciem que est deformis. Preterea malum sumitur pro labore afflictiōe et angustia. Virgi. Assuetūq; malo ligurē. Et in psal. Letati sumus pro diebus quibus nos humiliasti: annis quibus vidimus mala. Ubi Hiero. Quanto magis in hoc seculo paupertate: inimicoꝝ persecutionibus vel morborū cruciatibus fuerimus afflicti: tanto post resurrectionē in futuro maiora premia consequemur. Item sumitur pro malignitate. Sene. Imbecillem insontēq; damnare sūmū est malū. Item pro interiectiōe: perinde ac si diceremus proh nefas. Qui loquendi mos per interrogationē ⁊ honestus ⁊ vsitatus est. Gel. Que malū ratio ista est? Pli.li.vii. Que malū ista demētia est iterari vitam morte? Teren.in Adel. Quod hoc malū infelicitatis? In eundem sensum. Cice. ad Atticū dixit. Qui malū? Aliquando capit malū ꝓ paruo: sicut bonū ꝓ magno.

Male aduerbiū modo ponit pro valde sed semp in malum partē: Cice. Addebat etiā idq; ad rem pertinere credebat scriptores illos male mulctatos: id est magna pena affectos Modo ꝓ parū. Virg. Heu male tū mites defēdit pāpinus vuas: Modo pro incōmode: sicut bene pro cōmode: vt Male habito. Unde habito in cōpositiōe habet vim negationis: vt Malesanus: malefortis. Ouidius lib.iiii.fas. Nondum

tradiderat victas victoribus artes. Grecia facundū sed maleforte genus.

Maleaudio: significat alicuius maledicta sustineo seu infamor vituperor culpor: sicut bene audio: laudor: vt si quis de me maledixerit: tunc recte dixero: Male de me audio. Cice. lib. ij. In quo ego non quo libēter male audiam: Sed quia ego causam non libenter relinquo: Idē ad Atticum. Hanc nonnulli amicī apū ridicule interpretātur q̄ me idcirco putent bene audire velle: vt ille male audiat.

Malecogito de te. i. male affectus sum erga te: et malā habeo de te opinionem. Ouid. Non tū eneam quis male cogitet odi. Celius. Et ipse facile animaduerterem male cū de me cogitare. Huic contrariū est bñ cogito.

Maledico tibi: et maledico te. A quo maledictus maledicentior et maledicentissimus qui male dicit quantū potest et scit.

Malefacio tibi Inde maleficus malefica malificū pro pernicioso. Sed malefice mulieres incantatrices dicuntur et venefice. Malefice herbe: malefice serpētes pro venenosis.

Maleficentia et maleficiū damnū iniuria facinus Cesar. Finitimis imperauit vt ab iniuria et maleficio se suosq; prohiberent.

Male iudico: male censeo: male opinor declaratur error meus.

Malemereor de te: male tracto te. Cuius contrarium est bene mereor.

Maleopto tibi: male precor intelligitur vitium eius de quo agitur: male volo tibi: odi te. Hinc maliuolus et maliuolentia: que est voluptas ex malo alterius sine emolumento suo.

Maleuertere: est in perniciem vertere.

Malicia: peruersitas que virtuti seu bonitati contraria est. Sene. In hoc summa bonitas: in illo extrema malicia. Frequēter autē sumitur pro versutia. Cice. Virtutis cōtraria est viciositas: sic enī malo q̄ maliciam appellare quā greci κακιαν appellant. Nam malicia certi cuiusdam vitii nomen est: vitiositas omniū. Apud veteres etiā in bonū accipiebat. Plau. Te ciuem summa omni malicia. Est et alia malicia ex natura proueniens. Pli. Quod modo celi: modo terre malicia facit. Var. Id sepe accidit malicia soli. Interdū malicia dicit labor afflictio et angustia seculi vt est in Euangelio. Sufficit diei malicia sua.

Malignus a malus fit: et is est qui difficultatē sui ostendit: hoc est q̄ asper difficilis inuidus auarus est. Pli. Homo malignus et inuidus. Hinc maligna via que angusta et ardua est. Virg. Aditusq; maligni. Maligna lux q̄ subobscura est. Idē. Quale sub incertā lunā sb luce maligna. Malign' ager agricolis illiberat. ac minime ferax. Idē. Difficiles primū terre collesq; maligni. Et malignus cōsuetudine dicit maliuolus et malus: a quo malignitas.

Maligno as: et malignor deponens. Hierony. in psal. Sup populū tuū malignauerūt consiliū. Et iterum. Qui malignantur exterminabunt.

Mala e. faciei pars que et Gena dicta q rotundā speciē mali pre se ferat. Nam est q̄ eminet inter nasuz oculos et buccam. Pli. Infra oculos male homini tantū quas prisci genas vocabant. Ibi ostendit pudor. Et primā producit. Virg. tamē li. iij. Geor. equino generi malas tribuit cū ait. Quo tpe glauci Pothniades malis mēbra absumpsere q̄drige. Et mala latine dicitur ouis. Vñ et malonomos. i. pastor ouiū.

Malicoriū: putamē mali granati. Pli. lib. xxiiij. Huius aridi folijs vt malicorio coria perficiunt.

Malobatra: vnguenta que ex assyria afferebant. Vnde Hora. inquit: Tinctos malobatro assyrio capillos. Hinc malobatrat': hoc est malobatro capillos delibutus: vt est apud Sido. apolinarē ad leonē.

Malacus latine mollis: ελληνισ μαλακοσ.

Malacia cie. mollicia cū maris fluct' omnino quiescūt et languēt neq; vlla aura cōmouent: qd vulgus vitādi mali ominis gratia bonatiā vocat. Lucre. pellaciā a pelliciendo appellat. Subdola cum ridet placidi pellacia ponti. Similiter malacia est in grauidis ille languor et mollicies dissoluti et cuncta fastidiētis stomachi. Pli. lib. xxiij. Malicoriū expetitur in grauidarū malicia: et quoniam gustatu moueat infantē. Id greci κισσαν appellant et κιτταν qd est vt Theodorus Gaça vertit picare a pica dictū qm̄ hmōi aues varia solent appetere cū sunt pregnantes.

Malacisso as mollio subigo. Plaut'. Ab nimiū ferus es: malacissandus es.

Malasso as: a quo cōmalasso qd est exerceo mature facio. Varro. In dolore adiaphoron esse qd philosophia cōmalesseret eam partem que cōcuti cupiditatibus solet.

Malagma atis: fomentū cum res dura per alterius admixtionē mollescat sicut emplastrū. Nam malgmata contusa et super cutem iniecta abunde mollificant a μαλλαζω mollio: his molliuntur apostemata et maturefiunt. Col. li. vij. Cuminū conterit eiq; adiicitur exiguum piscis liquide et axungie vt lentorem malagmatis habeat. Ambro. lib. j. offi. Alliga sensum tuum non sit remissus ac defluus: ne dicat de te. Nō est malagma apponere neq; oleum neq; alligaturam Differunt autez emplastra a malagmatis et pastillis Emplastra imponūtur vulneribus malagmata in integram cutem iniiciunt. Pastilli aut illinuntur: aut alicui molliori cerationi miscentur.

Malua: herba quā greci μαλαχην vocant ab emolliendo ventre. Mar. Atere lactucis et mollibus vtere maluis. Duo eius genera posuit Pli. que foliorū amplitudine discernuntur: in satiuis maiorē greci malopen. Alteram ab emolliendo aluo malachen dixere syluestrem: cuius folium grandiusculū est et albe radices. Altheam et ab excellentia effectus. Aristaltheā αριστον greci optimū dicunt και αλθαια malue Dicitur etiam malua maluatium a malua fit maluaceus a um.

Malaca: ciuitas in hispania. Mar. Siga oppidū e regione malacā vrbē hispanie contēplatur.

Malea: pe. indifferente promontorium laconie qd per quinquaginta milia passuū in mare protenditur vbi periculosa est nauigatio: propter aduersos ventoruz flatus: hinc est illud prouerbiuz: Cum ad maleam deflexeris domesticos obliuiscere. Virg. li. v. Ioniosq; mari: maleeq; sequacibus vndis. Proper. Prebeat hospicio feua malea suo. Dicta malea a maleo Argiuorum rege qui in ea templum pulchrum construxit: quod maleoticum appellauit. A malea fit maleacus maleaca maleacū. vt Sinus maleacus.

Malcea vrbs thessalie: a qua populi malices et mare vicinū maleacū dicit.

Maltha calx cum arena et aqua: vel pix cum cera mixta et hmōi ελληνιστι μαλθα λεγεται και μαλθακιζω το μαλακον ποιεω.

Malleus fabrile instrumētū q res duras molliat quasi molleus. Ea enim que dura molliuntur ad ignem: vt malleis flagellentur.

Malleolus diminutiuū a malleus. i. paruus malleus. Et malleolus: teste Col. li. iij. dicitur nouus palmes vitis innatus prioris anni flagello: sic dictus ab ipsi' mallei similitudine: vel q in ea parte que deciditur ex vetere sarmento prominens vtrinq; malleoli speciem prebet et plātationi aptus est. Vel q vt ait Plinius. solebat capitulat' vtrinq; duo surculatus seri. Et malleoli sunt sarmenta illa que in aggeribus po/

rant. Sed & manipuli parte pice contecti qui incensi aut in muros aut in testudines ad incendium faciendum iaciunt malleoli vocant.

Malleolaris et hoc malleolare a malleolus fit. Col. li. iii. Virgam malleolarem non amplius quam sex gemmarum esse conuenit.

Malleo as: quasi malleo operor. Unde et malleator Aug. lib. xv. de ciuita. dei. Tubalcain erat erarius et malleator eramenti et ferri. Malleatus a um: quod malleo factum est. Unde malleati libri dicuntur vulgo stampati. Ulpi. xxxii. ff. inquit. Sed perscripti scripti nondum malleati vel ornati vel quia pagine malleantur repaginande.

Malluuium vas in quo lauatur manus: & feminino genere Malluuie sicut pelluuium & pelluuie quo lauant pedes. Nonius etiam Trulleum appellat: cuius vrceolus aque manalis vocatur quod eo aqua manans in trulleum effundatur. At Ser. lebetem vasculum interpretatus est in quod aqua cadit cum manus lauantur ab aliis polubrum etiam nominatur.

Malanomus penulti. cor. re. pastor ouium μηλα ouis: νομος pascuum.

Mambre mons iuxta hebron.

Mamers lingua oscorum dictus est mars detractione syllabe: qui et Mauors etiam appellatur. Mamertus pre nomen oscum ab eo quod hi martem mamertem appellant. Apud Liuium Mamertus Aemylius dictator ex gente mamerta. Quidam dicunt Aemyliam gentem a mamerto appellatam cui propter humanitatem ciuicam cognomen fuerit Aemilio. Greci enim Aemylium vocant sermonis lepiditatem atque facundiam.

Mamertini: populi campani: hi cum Messanam colonos misissent: ipsi quoque mamertini potius quam messanenses sunt vocati. Et cum ager eorum vini feracissimus sit. Mamertinum vinum non messanense appellatum est. Mar. Amphora nestorea tibi mamertina senecta. Si detur quod vis nomen habere potest. Dicti mamertini a ciuitate Mamertia que a lacedemoniis subuersa fuit: quod Messenei quinquaginta virgines lacedemones violare temptassent: & non consentientibus eas occidissent. Auctor Hiero. contra Iouia.

Mamma papilla que & vber dicitur. Iuuena. Et nuda tenet venabula mamma. Mamma quoque greca dictio est qua significatur nutrix: seu vt quidam aiunt auia: id est patris seu matris mater: sicut tata pater. Martia. Mammas atque tatas habet.

Mamilla diminutiuum licet per simplex m. scribatur. Iuuenal. Illa loqui recta facie strictisque mamillis.

Mammula: similiter diminutiuum a mamma.

Mammosus a um quod habet magnas mammas. Mar. Mammosas metuo: tenere me trade puelle.

Mammeatus a um: idem quod mammosus. Plautus. Cuius amicam mammeatam vidimus.

Mammeare est mammas ad sugendum prebere. Augusti. in psal. interpretatione. Ve pregnantibus & mammantibus illis diebus. Hinc mammatus a um. Unde mammate te gule a lapitate dicte sunt que balneis adhibent.

Mammillare: amiculi genus quo mulieres mammas tegere consueuerunt.

Mammotreptus quid significet. Aug. in interpretatione psal. declarat. Si eum inquit queris imitari & ex illo pendere adhuc lacte vis nutriri & fies mammotreptus qua les dicuntur pueri qui diu sugunt quod non decet. Et paulo post. Faciunt hoc nutrices mammotreptis vt aliquid amara ponant in papillis suis quibus offensi paruuli ab vbere resiliant: & ad mensam inhient.

Mamilia proprium nomen mulieris. Telogeni filie a qua mamiliorum familia est vocata.

Mamona non hebreorum sed syrorum lingua: vt Hiero. ait diuitie nuncupantur que de iniquitate collecte sunt. Idem in psalmorum expositione. Videtis quod iniquus mamona in isto seculo deficit. Aug. ido sic. Mamona verbum latinum non est sed hebreum cognatum lingue punice. Iste enim lingue sibi significationis quadam vicinitate sociantur. Quod punici dicunt mamon latini lucrum vocant: quod hebrei dicunt mamona latine diuitie vocant. Suidas tamen μαμωνας χρυσος γεινος πλουτος ουχι ο εκ του σαταγα αλλα ο περιττος και υπερ την χρειαν quare penultima longa est: quia est ω mega.

Mamurius faber erarius laudatissimus.

Mamurre: senatoria familia Rome erat: sed formiis oriunda.

Manceps qui aliquid a populo emit conducit ve: quia sublata manu significat se auctorem emptionis esse: qui idem pres dicitur: quia tam debet prestare populo quod promisit quam is qui pro eo pres factus est. Et emptio mancupi que solennitate quadam fiebat adhibitis non minus quinque testibus Romanis ciuibus puberibus et alio eiusmodi conditionis qui libram enea teneret. Emptor ita dicebat. Hoc ego ex iure quiritum meum esse aio hoc quod emptum est hoc ere eneaque libra. Deinde libra ere percutiebat idque es dabat a quo rem emptam accipiebat. Et hec mancipatio vocabatur. Hinc seruus equus ouis aliaque huiusmodi mancipia dicuntur quod manu capiantur: siue mancupi emptione acquirantur: cum cetera nec mancupi dicantur: vt rerum dominia iuraque. Mancupes. Cice. appellat romanos publicanorum principes qui questus sui causa decumas redimunt a populo romano. Unde a Suetonio dictum est. Non negauerim iactatum a quibusdam petronium patrem e regione transpadana fuisse mancupem operarum que ex vmbria in sabinos ad culturam agrorum quotannis commeare solet: id est redemptorem conductoremque seruorum & operariorum. Sciendum est quod mancipi siue mancupi indeclinabile est per omnes casus et genera quamquam alii figurate dici velint in casu dandi. Et mancipi dicitur ad nos pertinere quod ex sub hastatione emimus estque ius. Cice. pro murena. Qui si in his repetundis que mancipi sunt: his periculum iudicit prestare debet qui se nexu obligat.

Mancipo as: pe. cor. quasi manu capio: vt modo dictum est quod est obligo summitto & seruum facio: Quis sine libra & verbis suprapositis. Lacta. lib. ii. Spiritibus immundis puris aias suas mancipiat. Plau. in Cur. Alienos mancipatis alienos manumittitis alienis imperatis nec vobis auctor vllus est: nec vosmet estis vlli. Hiero. in plo. Tobie. Librum vtique Tobie quoniam hebrei de catalogo diuinarum scripturarum secantes his que agiographa memorant manciparunt. i. subdiderunt. Huius compositum est Emancipo.

Mansisterna aque vrna. i. vrceus. Plau. in Bac. Effer mansisternam cum aqua foras.

Mancus proprie manu eneruatus quasi manu carens licet quicquid pro debili ponatur & ad res etiam inanimatas transferatur. Cice. de fi. bo. Sed etiam alterius tribus quam mancam fore putauerunt sine aliqua accessione virtutem.

Mancinus nomen viri: a quo Mancinatus pro damnato quod Mancinos insignem domum habuit: que eo interfecto publicata est.

Mandra spelunce cubile & receptaculum ouium: boum aliorumque huiusmodi. Iuue. Et statis conuicia mandre Eripuit somnum druso. Probus scribit mandram esse vici ostium vel flexum vel arrectum: aut breue & vile edificium quod angustet latitudinem vici: vel ingens vehiculum quo trabes portantur. μανδραν λεγουσιν τελευταιον.

Mandragore duo sunt genera: candidus qui mas & niger qui femina existimatur: Ferunt mala auellanarum

nucū magnitudine. Mandragoram fossuri ab auersante vento cauent: ⁊ occasum spectant. Uis eius in poculo somnifera est: ac etiam olfactu. Col. Mandragore pariat flores.

Mando as. cōmitto: vt cum quid memorię mandatur: siue imponitur cōmittitur ve vt memoriter teneatur siue ex propria memoria id fiat cum quid repetit̄ aut auditur siue ex scripto. Memoria propria. Cice. lib. iij. ad Here. Quoniā nuperrime dictū facile memorię mandatur vtile est cum dicere desinamus: recentem aliquā relinquere in animis auditoꝝ firmā argumentationem. Ex scripto. Gel. Memorię mandatū Platonē philosophū tenui admodū pecunia familiari fuisse. Et hoc modo mando significat manu scribendo memorię do. vt Cice. pro Sex. Hęc phama celebrantur: monumentis annaliū mandātur: posteritati propagantur: aliquādo ⁊ litteris ⁊ memorię simul quid mandatur. Idem lib. xij. Philip. Quid huic facias qui hoc litteris memorięq̄ mādauit. Lactā. lib. vj. O ingenia hominib⁹ indigna q̄ has ineptias protulerunt: miseros atq̄ miserabiles qui stulticiam suā litteris memorięq̄ mādauerūt. Litteris et memorię capere licet non solū scripto id mandatuꝫ esse vt rem ordine gestam ipsi scriptores haberent sed etiam vt memorię posteritati darent. Nam non intelligi par esse censeo accipi litteris ⁊ memorię dictum ex abundantia sed ex diuersitate rei. Aliter etiam quid mandari potest: vt Col. lib. iij. Semina q̄recentissima terrę mandare conuenit. Interdum mandare cōmittere vt cum quid faciendū datur quod iniūgere seu imponere seu cōmendare dicitur. Plau. in Cur. Mandatum est mihi vt has tabellas ad eum ferrē. Terē. in Adel. Huic mandes si quid rectę curatū velis. Cōposita huius verbi sunt Amando. Admando. Cōmendo. Demando. Premando ⁊ Remando.

Mandatū ⁊ participiū ⁊ nomē esse potest. Participiū vt Mandatū est mihi: apud Plau. Nomē: vt apud Quintil. Mandata tamen tua fili perago. Et est proprie mādatū cōmissio: hoc est quod cōmittitur. Sal. C. Malius ex suo numero legatos ad Martiū regē mittit cū mandatis huiusmodi.

Mandatarius cui dantur mandata peragenda.

Mando is: mandi: ꝑm aliquos mandui: ⁊ ꝑm alios mādidi mansum significat dentibus conficio. Hiero. in Gen. Tolles tecuꝫ ex omnibus quę mandi possunt. Uirg. lib. iiij. non ad effectū sed ad actū retulit. Stat sonipes ⁊ frena ferox spumantia mandit. Serenus vero ad effectū. Purgatur cerebrū mansa radice pyretri. Dictū mando a manu dando q᷑ manu cibus ori admouetur: quēadmodū a manu ducenda dicimus manduco. Huius compositū est Remādo quod est rursus mādo rumino. Pli. lib. x. Pontici quoq̄ mures simili modo remandunt.

Mando onis edax: qui assidue mandit. Lucil. Atq̄ ōēs mandonū gulę.

Manduco as: idem q̄d mando. Cuius compositū est cōmanduco. Pli. lib. xx. Huius cucurbitę cōmanducatę succus stomacho admodū prodest.

Manduco onis edacē significat. Hęc em̄ om̄ia fere idē denotant. Mandones: manducones: manduci: mansucij: Comedones: comedi. Edones edaces. Epulones lurcones. Curguliones: Ganeones: Heluones: Scurrę: Parasiti: Gulones: Phagones: Liguriones: Nepotes: Catillones.

Manducus idem quod manduco. Plaut⁹. Quid si ad lupos me ꝓ māduco locē: manduci effigies in pompa antiquoꝝ inter ceteras ridiculas ⁊ formidolosas imagines ire solebat magnis malis ac late dehiscēs ⁊ ingentē dentib⁹ sonitū faciēs.

Mansutius a mādēdo edacē significat: vt inde Festus,

Mandibula in qua dentes sunt fixi: q̄ ⁊ maxilla dicitur. Sunt autē duę mandibulę superior. s. ⁊ inferior: a mādendo. Quo etiā noīe vocat̄ gens in gallia aquitana auernis finitima sicut Strabo scribit.

Mansum dentibus contritū: ⁊ ꝓprie dicit̄ de cibo comesto q̄ pueris datur. Cice. lib. ij. de ora. Qui ōēs tenuissimas particulas: atq̄ oīa tenuissima mansa: vt aiunt nutrices infantibus pueris in os inferant.

Manna: ros melleus matutinus.

Mane dici principiū cū dies clarus est: ab obtentu boni ominis. Manū enī veteres bonum dicebant. Uñ dij manes. i. boni quēadmodū ecōtrario imanes crudeles dicim⁹: ac minime bonos. Uel sicut ait Macr. q᷑ ab inferioribus locis. i. a manibus exordium lucis emergat. Uar. a manādo deriuat: q᷑ cum sole manat dies ab oriēte. Uñ Manij ⁊ Lucij q̄ nati sūt mane ⁊ luce. Uel q᷑ dij manes ꝑ oīa manare existimabant̄.

Manes boni dicunt̄. Acron Dij manes dij boni: a manū q̄d est bonū. Antiqui animū a corpore separatum manē deū nūcupabāt. Apul. de Socratis demonio dicit. Manes anime dicunt̄ melioris meriti q̄ in corpore nr̄o geniij dicunt̄: corpori renūciantes lemures: cū domos incursionib⁹ infestarēt larue appellabant̄ Contra si bonę fuerint lares familiares. Ser. ꝑ antiphrasim ait manes esse deos inferos: q: nō sint boni. Idem dicit alibi esse aīas corporib⁹ exutas q̄ nondū in alia corpa migrauerint. Quāq̄ manes dicunt̄ pęne Uirgi. Quisq̄ suos patimur manes.

Manię deformes ꝑsonę. Et manias laruas quas nutrices pueris imputari solēt appellāt. Medici maniacos vocāt furoris morbo laborātes qm̄ mania dicit̄ insania ⁊ furia. Latini meli⁹ q̄ insaniā a furore distingūt qm̄ aliud est furere aliud insanire. Itē mania dea lariū mater cui olim sacrificabāt. Et manię dicebant̄ ficta quedā ex farina in hominū figuras q᷑ deformes sint quas etiā maniolas appellabāt.

Maniole insulę ex aduerso Indię extra Gangem in quibus tradūt nauigia quę clauos ferreos habent detineri nec vlteri⁹ ꝓgredi sinūt ne qñ lapis herculeus q̄ circa ipsas gignit̄ illa ad se trahat eas teneat Antropophagi manioli dicti sicuti scribit Ptolome⁹ li. vij.

Manius: prenomen est eius qui mane natus est: sicut Lucius qui luce.

Manlius: propriū nomen viri q᷑ manu promptus esset Neminē autē patricię familię hoc nomine vocari licuit post eum manliū: qui gallos a capitolio depulit q᷑ is regnum occupare conatus necatusq̄ sit. Fuit ⁊ cognomen eius qui carthaginē vicit.

Manare proprie dicit̄ cū aliquid ex integro sed non satis solido per minutissimas partes stillat. Tractum a grecis q̄ μανον rarum: ⁊ sine densitate appellāt. Hinc manalem fontē dici existimant q᷑ aqua ex eo ꝑpetuo manet: ⁊ manalē lapideꝫ q᷑ ex eo manare aquę videant̄. Alij manare a mane deducunt: ⁊ de sole proprie dici volunt cū orientis radij splendorem iactare incipiunt. Sed frequētius ad aquā ⁊ ad humores refertur. Per translationē ponitur pro descendere fluere procedere ⁊ hm̄oi: ⁊ res quę manat quandoq̄ in nrō ponit̄. Uirg. Tū gelidus toto manabat corpore sudor. Lactā. li. j. Quid mirū si ab hac gente vniuersa flagitia manauerūt. i. processerunt. Quandoq̄ in actō. Pli. lib. xiiij. Arborū succo manantiū picē resināq̄ alię orte in oriente: alię in europa ferunt̄. Quādoq̄ in ablrō. Liui. lib. j. Cultrū ex vulnere Lucretię extractū manantē cruore pre se tenens. i. fluentē. Hiero. in lib. Numeri. Tradet humū lacte ⁊ melle manantē. Huius composita sunt Emano ⁊ permano.

Manus a manando dicta est q᷑ ex brachijs manet: vel q᷑ ex ea manent digiti. Et manus instrumentū ⁊ telū nauale dicit̄ quo nautę harpagonibus raptę teneātur

a manus humanę similitudine quā pericles atheniēsis (vt fertur) inuenit. Hiero. Ferreas manus ⁊ vncos pręparant. Luc. lib. j. In manibus vestris quantus sit Cęsar habetis. Item manus multitudo vocatur. Virg. Hic manus ob patriā pugnādo vulnera passi Item potestas vt cū dicimus. Res in manu est: qđ non modo significat in promptu est: sed etiā in potestate. Inde Vlpi. teste manumissio dicta est datio libertatis. Nam q̄ diu quis in seruitute est manui hoc est potestati subditus est: et manumissus a potestate liberatus. Itē manus capit̄ ꝓ proboscide elephanti Nam hanc manū vocant latini ꝙ ea in decerpendo pabulo pro manu vtatur elephantus. Cur. lib. iiij. de elephanto loquit̄. Precipue terribilis illa facies erat cū manu arma viros q̄ corriperent ⁊ super se regentibus traderent. Idem in eodem. Copidas vocabant gladios leuiter curuatos falcibus similes: quibꝰ appetebāt beluarum manus. Nonnunq̄ pro scriptura manuū. Quintil. lib. j. Causas cassius Cicero ⁊ Virgilius scripserunt: sic manus eoꝝ docent.

Manicula diminutiuū. i. parua manus. Plau. in Ru. Duę cōnixe maniculę ⁊ sucula.

Manū conserere: est pręliū incipere ⁊ contendere. Sed apud iurecōsultos cū de aliqua re disceptat̄ in iure p̄sente p̄tore siue ager seu quid aliud sit manū conserere dicit̄ cum manu apprehendit rē de qua agit̄. Qđ manus correptio ⁊ vindicatio ⁊ vindicta appellatur Ad manus venire similiter est pręliū seu contentionē incipe. Plau. Itur ad manus: arma sumūtur.

Manica pe. cor. pars vestis qua manus teguntur. Virgilius. Et tunicę manicas ⁊ habēt redimicula mitrę. Hinc manicata vestis quę manicas habet: quas velut probrosas ⁊ femineas criminari dicuntur a poeta ꝙ prisci romani breues ⁊ citra humerum desinentes primo portauerunt. Manice etiam dicuntur manuū vincula: vt apud eūdem. Manicas atq̄ arcta leuari Vincula iubet Priamus. Sic cōpedes vocant̄ quibus pedes colliguntur. Hinc per translationē dicuntur vincula nauium. Luc. Ast alias manicę q̄ ligant teretes q̄ cathenę. Item Manice thecę sunt ex ferro quibus brachia ⁊ manus contra hostium iniurias muniūtur. Iuuena. Quale decus rerū si coniugis auctio fiat. Baltheus ⁊ manice cristę crurisq̄ sinistri Dimidiū tegmen. Et manice dicunt̄ quibus aduersum vim frigoris manus muniūtur. Plinius iunior ad Macr. Ad latus notarius cū libro ⁊ pugillaribus cuius manus hyeme manicis muniebantur: vt ne cęli quidē asperitas vllū studij tēpus eriperet.

Manuarius manuaria manuariū: quod ad manum pertinet. Gelius. Hoc ęre quasi manuario collecto cęnula parabatur.

Manuarię tunicę quę manicas habent.

Manuor aris: furor. Actiꝰ. Manuatꝰ vestem amice.

Manibus pedibusq̄ prouerbiale est: hoc est omnibus viribus. Terentius in Andria. Quem scio manibus pedibusq̄ omnia facturū.

Manuleatus a um: idem qđ manicatus. Plautus in Pseu. Manuleatā tunicam hominem habere addecet. Et manuleatā tunicam dicimus manicas prolixiores habentem: manicatū hominē indutum tunicis manicatis.

Manubriū a manu capulus appellat̄ ꝙ manu teneat̄.

Manipulus a manu fit: ⁊ ꝓprie significat manualē herbarū fasciculū quē manu quis apprehendit metendo vt in ps̄. Venientes aūt venient cū exultatione portātes manipulos suos. Interdū ponit̄ ꝓ exigua militū manu quę vnū sequit̄ signū. Erat eñ pars cēturie ita dicta ꝙ sub Romulo pauꝑ adhuc romanus exercitꝰ manipulos feni hastis alligatos ꝓ signis gerebat et in legione quidē erāt. xxx. manipli. Dictus manipulꝰ vt inq̄t Var. ab eo ꝙ plures militū manus iungunt̄. Ser. docet maniplos esse signiferos ꝙ iperāte Romulo cū romani ⁊ latini sub vno centurione bellum aggressuri essent manipulo herbę hastę alligato ꝓ signo vterent̄. Vñ maniplaris dicitur qui fert vexillū. Oui. li. Fas. Pertica suspēsos portabat longa maniplos. Vñ maniplaris noīa miles habet. At Vege. libro. ij. scribit maniplū vocari cōtuberniū decē tantū modo militum sub vno papilione degentiū: ab eo ꝙ cōiunctis manibus dimicabāt. Inde Cōmanipulones qui in eodem maniplo sunt: ⁊ Cōmanipulatio q̄bus nominibus vtitur Spartianus.

Manipulatim aduerbiū: significat per manipulos.

Manifestū dicit̄ quod est clarū ⁊ apertū quasi ad manꝰ foris stans. Manifesto as: palā facio.

Manifestarius a um: quod est notorium: id est quod manifestatur Plau. Capio fustem obtrunco gallum furem manifestarium.

Mansuetus mitis quasi manu assuetus ꝙ omnia q̄ sunt natura fera: manuū permulsione mitescāt. Virgiliꝰ. Ille manu patiens mensę q̄ assuetus herili. Festus. Mansuetus neq̄ misericordia mestus: neq̄ crudelitate seuus: sed modestia temperatus. Bestię mansuetę etiā placidę ⁊ cicures dicunt̄. Pli. Trifariā diuidit animantes in placida fera ⁊ intermedia. Nam hirūdines apes delphini nec placida sūt nec fera sed medię inter vtrūq̄ naturę.

Mansuetarij qui feras mansuefaciunt. Lampridius in helio. Habuit leones ⁊ leopardos quos edoctos ꝑ mansuetarios subito ad secundā mensam iubebat accumbere. Iul. Firmicus lib. viij. mathefeos. Septētrione oriente nati: erūt mansuetarij ferarū.

Mansuesco is: mansuetus fio: mitesco. Col. lib. vij. Nā per hęc blandimēta triduo ferę mansuescūt. Varro. lib. ij. de re rust. pro mansuefacio posuit cum inquit. Sic ex aīalibꝰ cū ꝓpter eandē vtilitatē q̄ possunt syluestria deprehēderēt ac cōcluderēt ⁊ masuescerent.

Mangones dicti sunt quasi manu agones: erant enim magistri formę puerorū et mentiendi coloris prope colentes qui hoīes vendebāt. Solebant eñ pueros puellas q̄ q̄ facilius vendi possent artificio quodā cōponere colorē. vt Quintil. inquit: Fuco ac verum robur inani sagina mētientes. Ita mācipia vendibiliora ⁊ pręciosiora efficiūtur. Mar. Milia ꝓ puero cētum me mango poposcit. Sue. in domi. Castrari mares vetuit. spadonū qui residui apud māgones erāt pręcia moderatus est. Pli. Thynni sanguie oblitos pueros pubescere negant mangones. Aliarū quoq̄ rerū māgones dicunt̄ qui merces poliunt atq̄ interpollant vt pluris vendant. Vñ Pli. Decussi fragmēti paululum quod in lamina ferrea teratur efficacissimū experimētū excusant mangones gemmarū. Nec mares tantū sed etiam femine mangones vocantur. Pli. Mango obstetrix erat.

Mangonizo as: orno cōpono rem ad alliciendos emptores. Pli. lib. xxiij. Succus radicis vitis nigrę cū eruo letiore quodā colore ⁊ cutis teneritate māgonizata corpora. Transfert̄ etiā ad alia. Sic eñ oratio māgonizata ⁊ forma ⁊ domus ⁊ reliqua dici possunt vt lenocinijs ⁊ fuco potius q̄ veritate allectēt: hodie etiā māgonizantur pāni siue linei siue lanei. Quin et equos mangonizatos venire videmus: hos gręci ab equis cōponendis hippocomos vocant.

Mangonicus a um: qđ ad mangonē pertinet. Plinius Radix hiacynthi bulbacea est ⁊ in māgonicis venalicijs pulchre nota q̄ in vino dulci illita pubertatē coercet nec sinit erūpere. Sue. Necessarioq̄ ad mangonicos questus sustinēdę dignitatis causa descēdit.

Mangoniū artificiū qđ ad res facilius vendēdas adhibet̄. Pli. Nec tñ in hoc māgonio quicq̄ totū placet

hic clune: alibi pectore tñ gallinarũ laudão.

Manubię dictę sunt ꝙ manu capiãtur ab hostibus. Est eñ pręda ab hostibus capta. Asco. scribit manubias prędas imperatoꝝ propoitione de hostibus capta. Spolia quoqꝫ quesita de hoste nobili ꝑ deditionem manubias veteres dicebant de ꝗbus qd̄ vellẽt facerent. Nam pręda dicitur corpora ipsa rerum quę capta sunt: manubię appellatę sunt pecunię que a questore ex venditione pręde redactę sunt. Dicit tñ quosdam nõ ignobiles scriptores aut temere aut incuriose prędam pro manubijs ⁊ manubias pro pręda posuisse sed qui ꝓprie locuti sunt: sicut Cice. in oratione de lege agraria manubias pecuniã dixisse. Est quñqꝫ vt iactus fulminũ manubię dicãẽ. Vñ ait Sene. lib. ij. questionũ. Joui tres manubias dari quarũ prima monet: scḋa ꝓdest: tertia adhibitis ꝯsilio dijs emittiẽ

Manumitto de seruo liberũ facio. Manumissus liberatus a potestate. Nam ꝗdiu quis in seruitute est manui: hoc est potestati subditus est. Erat autẽ mos in manumissione vt dñs caput aut aliud membrũ serui tenẽs diceret. Hunc hominẽ liberũ esse volo: et mittebat eum e manu.

Mantelũ ⁊ Mantelũ ⁊ mantele is: composita dictio ex manus ⁊ tela: quasi mappa a manibus tergendis. Est eñ lintheolũ quo manus tergere solemus. Oui. lib. iij. fas. Dixerat ad dexterã villis mantele solutis. Plau. Nec his sycophãtijs: nec fucis vllum mantelum obuiã est. Dicitur ⁊ mantile ⁊ in plurali mantilia ę. diph. in i. productã mutata sicut quero inquiro. Virg. Tonsisqꝫ ferunt mãtilia villis. Nam vt Ser. inquit: Constat maiores mappas habuisse villosas. Mantilia ꝟo a manibus ante lotis dicta: quomodo Thorale a thoro. Sunt etiã mantilia quibus mensę teguntur. Mar. Nobilius villosę tegunt tibi lintea citrum Orbibus in nostris circulus esse potest. Rursus Mantelia seu mantela accipiunẽ pro penule genere quo se lorica muniũt.

Mantica pe. cor. nũmoꝝ receptaculũ ꝙ manu geratur: ponitur quãdoqꝫ pro perula viatoria vt porphyrius ait: cuius diminutiuũ est manticula: cuius pars ante pectus: pars post tergũ dum geriẽ pendet.

Manticularius qui manticulas attractat vt fureẽ.

Manticularia dicũẽ ea quę i frequẽti vsu habenẽ ⁊ quasi manu tractanẽ. Frequens eñ ad manus tergẽdas vsus fuit manteloꝝ: vnde hęc trahiẽ similitudo.

Manticulor dolosę ago. Pacu. Ad manticulandũ astu aggrediẽ. Manticulatio astus ⁊ fraus

Manticora bestia in India quę triplicem dentiũ ordinẽ ⁊ hominis faciem vna cũ corpore leonino habet: humanas carnes maxime affectans.

Mantua vrbs clarissima et Maronis Virgilij patria ab Ochno filio Tyberis: ⁊ mantus Tyręsię Thebani vatis filię: quę post patris interitũ ad Italiam venit: condita fuit ⁊ a matris noie mantuã appellauit. Vñ Virgi. li. x. Ille etiã patrijs agmẽ ciet ochnꝰ ab oris Fatidicę mantus ⁊ tusci filiꝰ amnis Qui muros matrisqꝫ dedit tibi mantua nomen: sed an verum sit ꝙ vnqꝫ in Italiam venerit nolo nunc citare pausaniam: bellanicũ: ⁊ grecoꝝ multitudinẽ magnã.

Mantissa additamentũ quod manu fit rei quę venditur id est pauxillum illud quod adijcitur ponderi. Lucil. Mantissa obsonium vincit.

Manteum locus oraculis dicatus. Cice. lib. ij. de fi. Ut quasi de manteo promant medicamẽta illa epicurea doloꝝ si grauis breuis: si longus leuis.

Mantinea vrbs: quę postea Antigonia dicta fuit in adulationem Antigoni eius qui Philippo Persę patri curator regi fuit: sed postea hadriani imꝑatoris iussu rursus mantinea fuit appellata.

Mantia ελληνικως λεγεται η μαντεία καὶ μαντευό μαι diuinatio vaticiniũ. Mantus diuinus vel vates a manto matre Tyresię vatis Thebani: quę post thebanorũ cladẽ et seruitutẽ primo sub Creõte Lebedon ⁊ Clarij Apollinis templũ in Asia struxit Inde in Italia mantuã quę ex Tyberino rege Thuscię Ochnũ peperit qui ⁊ bianor qui oppidũ muris circũdedit. A mantia per cõpositionẽ fiunt Necromantia: Hydromantia: Pyromantia: ⁊ alia huiusmodi quorũ penultima producitur.

Maneo es. si. sum. significat me cõtineo loco insisto. Cice. li. offi. Cyrillũ quendã suadentẽ vt in vrbe maneret. Quñqꝫ manere significat ꝑstare. Vir. Manet imꝑterritꝰ ipse Hostẽ magnanimũ operiẽs. Quñqꝫ expectare. Plau. Ego hic te manebo. Virg. lib. xj. Te turne nefas te triste manebit suppliciũ. Quñqꝫ futurũ esse. Cice. Cuius te factũ sicut curionẽ manet: hoc est cuꝰ factũ tibi futurũ ẽ sicut fuit Curioni. Quñqꝫ inherere fixũ esse. Vir. Manet alta mẽte repostũ iudiciũ Paridis. Quñqꝫ durare persistere. Terẽ. in Hecy. Manere affinitatẽ hanc inter nos volo si vllo modo vt possit qd̄ spero fore. Huius cõposita sunt Commaneo simul habito. Hiero. ad Nama. Monachoꝝ circa cõmanẽtiũ antiq in me surgit auctoritas. Emaneo extramaneo: a quo Emansor. Emineo: a quo Promineo ⁊ Premineo Immineo Remaneo retromaneo ꝑsisto. Iusti. li. ij. Interea rex velut spectator pugnę cũ parte nauiũ in littore remanet. Cice. li. j. tus. Sed fac vt isti volunt animos nõ remanere post mortem. Et in Cato. Tantũ te manet qd̄ virtute ⁊ recte factis cõsecutus. Sed hoc per trãslationẽ magis. Permaneo ꝑseuerãter maneo. Obmaneo diu maneo.

Mantiscinor significat furor. Terẽ. in Eu. In te perdita cũ de alio mãtiscinor atqꝫ impendo.

Mãphur: lignũ rotũdũ loro circũuolutũ: qd̄ circũagũt fabri in operibus tornandis.

Mappa: ꝗ sup mensam sterniẽ: ꝙ manibus pendeat dũ sumus in mensa. Pli. lib. xix. Ardẽtes in focis conuiuioꝝ vidimus mappas sordibꝰ exustis splendescẽtes ignis magisqꝫ possent aquis. Villosę aũt apud veteres fuerunt in pręcio. Vñ Mar. Nobilius villosa tegunt tibi lintea citrũ. Legitur etiã mappũ neutro genere. A mappa ꝟo fit diminutiuũ Mappula.

Mapalia punica lingua: agrestes casę ⁊ furnorum similes: vt inquit Hiero. In quibus quia nihil est secreti solet id vocabulũ solute viuentibus obijci. Sunt eñ quasi rotunde cortes: vt inquit Festus.

Marathon campus Attice seu ciuitas distãs ab Athenis circiter decẽ milia. Et morte Icari regis interfecti insignis necnõ ⁊ victoria Thesei ex tauro superato: similiter ⁊ Melciadis gloria qui centum instia ex Darij Persarũ regis exercitu ꝓfligauit. Hinc Marathonius a um. Unde Taurus marathonius dicꝰ est qui apud marathonẽ a Theseo iterfecꝰ est. Hic est Taurus amatus a pasiphae: quem Hercules ex creta eo abegit. Est ⁊ oppidũ hoc nomine iuxta Tricorythum ⁊ Rhamnẽ vrbem in qua clarũ Nemesis templũ fuisse memoratur.

Marathon συρ τω θ ὅτι τὸ μάραθρον λεγό μενην ποαν λατινοι φηνικυλουμ a nostris fęniculus appellatur.

Marathusa insula quedam a copia fęniculi sic dictę ꝗ et Clazomenia dicitur.

Marceo es: marcui: putreo a quo Marcesco putresco. a macie: quoniã quę macię attenuata sunt facile putrescunt. Huius cõpositũ est Emarceo quod est valde marceo: a quo Emarcesco. Hiero. in Sen. Tetigit neruũ eius ⁊ statim emarcuit.

Marcor: putredo. Pli. Si ferri vel chalybis aliqua rubigo vel panni marcor affuerit.

Marcellus nomen viri clarissimi Romani proprium

Cuius gesta τ a Plutarcho τ ab aliis scripta sunt.

Marcella: nomē mulieris romanę: quę cum a matre rogata esset gauderet ne se nupsisse. Ita valde respondit: vt amplius nolim.

Marcipor: marci puer: hoc est famul⁹. Sic Publipor Lucipor τ huiusmodi.

Marcōmani: populi germanię q̄s Cęsar cū Ariouisto Germanorū rege superauit.

Mareotis idis: lacus in egypto: vt auctor est Strabo. Plinius etiā asserit mareotida partem lybię egypto conterminā appellari: τ mareotas populos in ea habitātes. Et mareotis pars Epiri in qua vinum optimū nascitur. Unde mareotides vuę dictę sunt. Virg. Sunt τ mareotides albę.

Margea: nomen fontis apud Pliniū. Quo nomine dicta est vrbs in Helide.

Margarita ę. τ margarites τ margaritum in nominatiuo declinari potest. Hiero. in parabo. Inauris aurea et margaritū fulgens. Ser. declinat Margaris idis: τ idos: a cuius gtō gręco latine formatur margarida. Pli. lib. ix. scribit margaritas nasci in Britānia paruas τ decolores. Tacitus de vita Iulii agricole. Fert Britānia aurū et argentū τ alia metalla gignit: τ oceanus margarita sed suffusca τ liuentia. Romani margaritas appellauerūt vniones ab eo q̄ nulli duo indiscreti reperiantur. Margaritā τ lapillum generali noīe vocamus. Nam lapillus gēmarū margaritarū cōmune est nomen: subintelligiturq̄ preciosus. Q̄ si maiusculi fuerint preciosi lapides dicunt.

Margaritarii: negociatores mangonesq̄ margaritarū.

Mare: aquarū cōgregatio generaliter dicitur. Et multę collectiones aquarum vocantur maria sicuti Ambro. lib. hexa. inquit. Sicut enī multę terrę: vt africa: hispania: thracia: macedonia: syria: egypt⁹: gallia: atq̄ italia: pro regionū appellant vocabulis et vna est terra: Ita multa dicuntur pro locorum appellationibus maria τ vnū est mare sicut ait propheta dicens. Cui sunt celi τ tua est terra: orbē terrarū τ plenitudinem eius tu fundasti: aquilonē τ mare tu creasti. Nā et oceanū mare dicimus τ thyrrhenum τ adriaticū et indicum et egyptium et ponticū τ propontidem τ hellespontū et euxinum egeū ionicū atlanticū. Vide in dictione Oceanus. Una igitur generalis collectio dicit mare eo q̄ iugis vnda atq̄ ptinua ab Idico mari vsq̄ ad Gaditani orā littoris: τ in mare rubrū extrema circūfuso orbe terrarū includit oceano. Et multe collectiones maria nuncupātur: quoniā in diuersis locis diuersa sunt nomina: quia vocabula aquis ex regionum vocabulis adheserūt. Phacellus aūt in epigrāmate φευγε θαλασσια εργα βοων δε επι βαλευ εχετλη ει τι τοι ηδυ μακρης πειρα τελειν βιοτης ηπειρω γαρ ενεστι μακρος βιος ειν αλι δε ο υπως ευμαρες εις πολιην αν δρος ιδειν κεφαλην.

Marinus a um: qđ mare incolit: vel quod est a mari: vt piscis marinus. Transmarinum autem dicimus qđ trās mare est vt trās marine merces: τ trāsmarinus triumphus.

Maritimus a um: penul. cor. qđ ad mare incolit: vel qđ ad mare est: vel ad mare fit: vt ora maritima: gēs maritima: bellum maritimū. Maritimū etiam dicitur quod ex mari: siue quod maris est. Plau. in ru. Fluctus maritimos. Et Ambro. pisces maritimos dixit.

Maris fluuius Agathyrsarum in histrū fluēs: Marus mons thracię.

Maritus vxoris vir: ab eo q̄ sit mas. Marito as viro trado seu associo. Nam non solum de hominib⁹ sed etiā de aliis dicit. Col: li. iiii. Sexto anno si iam videbitur firma maritabit hoc modo. s. ipsa arbor. Et lib. v. Et ideo maritādis arboribus nemo minorē pedanea scrobem vitibus comparat.

Maritę dicuntur mulieres nuptę. Oui. lib. ii. fas. Dura cum sorte marite reddebant vteri pignora rara sui. Hiero. Tunica eius varia atq̄ distincta in virginib⁹ viduis cōtinētibus ac maritis. Simil̄r τ de arborib⁹ dicit. Pli. lib. xiiii. Iam in cāpano agro populis nubūt vites: maritasq̄ cōplexę atq̄ p ramos earū pcacibus brachiis geniculato cursu scandentes cacumina equant.

Mariscus genus Iunci: quē boloschenō gręci vocant hoc est torū iuncū. Ex eo fiūt tegetes τ marine nasse.

Mariscę ficus insipidę. Mar. Infanti meli mela dato fatuasq̄ mariscas. Nā mihi q̄ nouit pūgere chia sapit Pli. li. xvii. Cat. de ficis serēdis ita meminit. Ficos mariscas in loco cretoso τ apto serito. Quidā dicūt Mariscas esse ficus q̄ pre pinguedine aperiantur: semēq̄ ostēdāt. Col. Purpureęq̄ celidonię pinguesq̄ mariscę. Mar. Donasti lupe rus subinde nobis legi: nec bolet⁹ hiare nec marisca ridere. Uñ p obscenę libidinis morbo qñq̄ ponitur: mariscę enī tubercula dicunt q̄ cū vlcere ex turpi pfricatione circa sedē nascunt q̄ sūt morbo similia quē Celsus sycosen. Iulius sycon gręce vocāt τ latine ficus dicitur. Iuuena. Ceduntur tumidę medico ridente mariscę.

Margo: soli extremitas q̄uis etiam pro cuiuslibet rei extremitate dicat: vt pro ripa agri non culti: τ est generis mas. apud Oui. lib. i. me. Longo margine dicente fęminini apud Iuue. Plena iam margine libri Hinc Margineus a um: qđ est in margine.

Mariandinorū regio in Asia sita est bithynię contermina vbi hercules cerberum canē tricipitē deuicit quem ferunt virus euomuisse eāq̄ regionē infecisse.

Margiana: regio Asię maioris: inclyte apricitatis vt inquit Solinus ambitu stadiorū mille quingentorum: difficilis aditu propter arenosas solitudines in qua Antioch⁹ antiochiā extruxit: vt li. xi. scribit Strabo.

Marius q̄ septies apud romanos cōsul fuit. Hūc arpinatē fuisse aiunt humili loco natū notū hominē aratorem qui in villa Ciuernate (vt inquit Plu.) vitam diu vixit rusticā plane et agrestem procul ab vrbanis mūdiciis: hic p ordinē pmis honoribus functus legatus metello in numidia criminādo consulatū adeptus: iugurthā captū ante currū egit: in proximum annū cōsul vltro factus Cimbros in gallia apud aq̄s sextias theutonas in italia vicit: deq̄ bis triūphauit. Uictus a Sylla mynturnis in palude latuit: inuent⁹ τ in carcerē cōiectus imissum percussorem gallū vultus auctoritate deterruit. Acceptaq̄ nauicula in africam traiecit: ibi diu exulauit. Mox Cinnana dñatione reuocatus cessis inimicis septimo consulatu vt quidam ferunt voluntaria morte decessit. Hic cum in crurib⁹ varices haberet q̄buit varicosum crus medico secādum. Et dum secaretur neq̄ suspiriās neq̄ supcilia cōtrahēs ptulit sectionē: fixisq̄ oculis spectauit cruciabilem curationē. Cūq̄ medicus alterum crus secare vellet minimę assensum prębuit dicens Curationem tāto dolore dignā esse nō arbitror: habuit filiū Marinū noīe qui cū esset. xxvii. annorum consulatū inuasit quē honorē mater tam imaturum fleuit. Hic patri seuitia similis curiā armatus obsedit: τ inimicos trucidauit: tandē se iugulandū prębuit.

Marmor gen⁹ lapidis cui⁹ diuersa sunt genera. Quoddam enī albū pariū dicitur a paro insula. Simile ex ligura vehitur quod a loco Caraniense vocitat. Tale ligusticū: olim lunensiū lapidicine dederūt. Aliud laconicū qđ est viride τ cunctis hilarius. Aliud lucullēū qđ fere atrū erat quo delectatus lucullus illi nomen indidit. Aliud Ophites a maculis serpētiū qb⁹ distiguit nomē accepit. Aliud porphyrites qđ est rubeū cādidis interueniētib⁹ pūctis leucostictos vocat

Bassalte ferrei coloris ꝛ duriciei vnde nomē mutuaꝫ
Onychites ex arabię montibus est ex quo vasa poto
ria in germaniā pducunt. Alabastritē quoqꝫ candidū
cauare solēt ad myrothecia qm̄ vnguēta incorruptꝰ
seruare credit. Sunt ꝛ alia marmoris genera q̄ bre/
uitatis causa omitto μαρμαρον Δε λεγομεν.

Marmoreus a um: quod ex marmore est: vt sepulchrū
marmoreum.

Marmoratus a um. qd̄ superficiem tm̄ ex marmore ha/
bet. Aug. in psal. interptatiōe. Nā plerūqꝫ audis di/
uitē dicentē habeo marmoratā domū quā relicturus
sum. Var. lib. iij. de re rust. substantiuū vsurpauit. In
trinsecꝰ quasi leuissimo marmorato toti parietes ac
camere oblinidt: ꝛ extrinsecꝰ circū fenestras ne mus
aut lacerta adrepere ad colūbaria possit.

Marra fereū instrumentū qd̄ vulgo marracius dicitur
Col. lib. xj. Concūdat marrę vel fracti dente ligonis
Iuue. Ne marre ꝛ sarcula desint.

Marpesus penul. pducta: mons in paro insula. A quo
Marpesius a um.

Mars apud gentiles deus creditus: dictus ꝙ maribus
in bello psit siue ꝙ a sabinis acceptus est apud quos
mamers vocat: a poetis mauors dicitur p epenthe/
sim ꝙ magna vertat. Vel a gręco qd̄ est αρησ Ares
ponit interdū p bello. Liui. Aliquādiu ibi marte in/
certo varia victoria pugnatū fuit. Est ꝛ mars nomen
stellę deū dicunt antiq̄: Qr aūt esset deꝰ ita scribit Iu/
lius pollux. θεον Δε ειναι Δοξα ϳουσιν ελλη/
νεσ ϳωον αθανατον λογικον τελειον νοερον
εν ευ Δαιμονια κακου παντοσ ανεπι Δεκτον
προνοητι κοκοσ μουτε και τον εν κοσμω
και τα λοιπα.

Martius a um: qd̄ ad martem pertinet: vt martia auis
interdū bellicum: vt martia arma. Aug. lib. iij. de ci/
uita. dei. Nullo martio impetu territi sedarent inimi
ci. Interdū bellicosum: vt martius populus: Est et
Martius nomē pprium: vt in. q. martio q̄ iussus a sena
tu aquaꝝ ductꝰ anienis reficere nouā a noīe suo aquā
martiā appellatā cuniculis p montē actis adduxit.

Martius mensis dictus est primus anni mēsis: quoniā
Romulus primū anni mensem genitori suo dicauit.
Oui. A te principiū romano dicimus anno. Primꝰ
de patrio nomine mensis erit.

Martius campus romę dictus est ꝙ marti consecratus
esset. Liui. Ager Tarqnioꝝ q̄ inter vrbē ꝛ Tyberim
erat cōsecratus marti: Martius deinde cāpus fuit.

Martia Catonis filia minor fuit. Que cuꝫ quereret ab
ea cur post amissuꝫ maritū denuo nō nuberet? Rn̄dit
nō se iuenire virū q̄ se magis vellet q̄ sua Quo dicto
oñdit diuitias magꝭ i vxorib' eligi solere q̄ pudiciciā

Martius qui Ancus cognoiatus est: quartus Ro. rex
ęquitate ꝛ religiōe auo similis: latinos bello domuit
Auentinū ꝛ Martiū montes vrbi addidit: noua mę/
nia oppido circūdedit: syluas ad vsum nauiū publi/
cauit. Salinarū vectigal instituit. Carcerem primus
ędificauit. Ostiam coloniam maritimis cōmeatibus
opportunā in ostio tyberis deduxit.

Martiacus a um: qd̄ ad martē pertinet: hoc est ad bellū
Unde stipēdia militū martiaca dicunt.

Martialis ꝛ hoc martiale: qd̄ est natū sub marte stella.
Martialis pro substantiuū est nomen viri pprium.

Marspiter penul. corre. quasi martis pater: sicut Dies/
piter diei pater.

Marsia regiuncula Italię vltra picenū samnites ver/
sus a Marso Circes filio a quo originē duxerunt di/
cta: cuius populi marsi sunt vocati nō longe ab vrbe
Vn̄ marsica vina. Nā marsica sūt e marsicis mōtibꝰ
Sunt ꝛ marsi alij populi in Scythia vt ait Herodo.

Marsupium: sacculus nummoꝝ. Grece μαρσυπιον
Cato de liberis. Et qd̄ perspicuū est maiorem curam
habere marsupū nostri q̄ vitę nostrę.

Martyr latine testis dicitur. Martyriū testimonium.

Marubij: marsorum populi circa fucinum lacum dicti
quasi circa mare habitantes.

Marrubiū: herba satis nota que exulcerare vesicā pu/
tatur. Greci prasion. Alij Lynostrophon. Quidam
philopeda. Nōnulli philocharen appellant.

Marrucini: populi in regione marsorum. Syl. lib. viij.
Marrucina simul ferētanis emula pubes.

Marmarica regio africę q̄ vt Ptol. lib. iiij. scribit ab oc
casu terminatur cyrenaica: a septentrione ęgyptiaco
pelago ab oriente ęgypto: a meridię parte lybies. In
ea sunt Nasamones ꝛ libyarche populi.

Mas dicit qui non est fęmina q̄uis pro forti ꝛ magna/
nimo. Cuius diminutiuū est masculus. Var. Si non
plus testiculorum offerendis q̄ in castrato pecore in
Apulia vincor non esse masculū ad rem. A masculus
fit masculinus a um: vt masculinū genus.

Masculescere est masculū fieri. Pli. lib. xviij. Deflore
enim satu masculescere: hoc est de rapis napos fieri.

Massagetes e. pe. cor. Magassagete populi Scythici
in asia vltra mare caspium. Luc. lib. iij. Massagetes
q̄ fugit equo volucresqꝫ geloni. Qui cū p deserta dis/
currunt equoꝝ suoꝝ sanguinē cum lacte bibunt: apud
hos senio confecti infrusta ceduntur: qui pro morbo
intereūt feris deuorandi abijciūtur.

Massanissa ꝛ masinissa vtroqꝫ modo dicit Numidarū
regis nomē: q̄ pmo romanis hostis fuit deide amicis/
simꝰ. De q̄ Oui. li. vj. Fas. Postera lux melior: sugat
masinissa siphacē: Et cecidit telis hasdrubal ipe suis.

Massicus pe. cor. mons cāpanię optimi vini ferax: qd̄
etiā massicū dicit. Syl. lib. vij. massicus viniferis ad/
debat noīa glebis. Hora. li. j. car. Est q̄ nec veterꝭ po
culs massici. Docet Ser. massicus in plurali facere
massica. Virg. lib. vij. Vertūt fęlicia baccho massica

Massilia vrbs in narbonensi puincia. Constat imperā/
te macedonibus Astyage Hebreis pro Sedechia
circa secundam ꝛ quadragesimā olympiadem hanc
fuisse cōditā: annis anteq̄ virgo pareret. 612. post obi
tū Dauid regis annis. cccclxxxiij. Diruta deinceps a
phocēsibus instaurata est q̄ cyri tyrannidē fugientes
destituta grecia in hunc sinum nauigarūt. Olim mas
silię studia ingenuarū doctrinarū adeo floruerunt vt
romani p attica peregrinatione massilioticū peterēt
gymnasium ad disciplinas capessendas. Plu. in cas.
Massiliēses mores tāq̄ optios ꝛ pbatissimos dixit.
Ubi tuos q̄ colere mores massilienses postulas: hęc
vini optimi ferax fuit. Vn̄ mar. Tu me massilie pone
re vina putes. A massilia fiūt massiliēsis massilitanus
massilioticus. Vn̄ massiliēses viri: massilitana via: ꝛ
(massilioticū ostiū.

Massylis cū y gręco aqud grecos
p simplex s. scribit. Sꝫ qr a latinis pma pducit nō ab
surde p duplex. ss. exarari pōt. In hac syllaba sy pdu/
cit: in supiori corripit. Luc. li. iiij. Et gēs q̄ nudo resi/
dēs massylia dorso. Vir. li. iiij. Hinc mihi massyle gē
tis mōstrata sacerdos: puincia est quā q̄dā getulię et
numidię mauris vicinā dicūt: nec lōge abesse ab hor/
tis hesperidū. Huiꝰ gēs neqꝫ ephippijs vtit nec fre/
nis sed sola virga cōtenta est q̄ agitet eq̄s ꝛ moderet.
Ab hac massyli ꝛ massylei populi dicti sūt q̄ a poetis
modo p mauris: mō p getulis ponūt. Mar. Audit
q̄tū massyla p auia murmur. Idem Massyleū virga
gubernat equū. Sunt etiā q̄ eos massulos vocitent.

Mastiche es: pe. cor. teste Pli. lib. xij. lachryma est quā
Lentiscus arbor gūmi modo sudat. Sere. Rugarū
sulcos lentisci mastice tendes. Idem. Puleiū abro/
tonū nitide cū mastice coctū.

Mastix icis: pe. cor. ge. fęmi. flagellum: scutica μαστι/
γω flagello. Vn̄ Homeromastix ꝛ Virgiliomastix
Διαμαστιγωσισ disflagellatio.

Mastigophorus: flagellifer seru⁹ ab aliis sępius cesus: vel cedi dignus.

Mastigia dici potest verbero: hoc est vberib⁹ dignus. Plaut. Crucior lapidē non habere vt illi mastigię cerebrum excutiam.

Mastruce: vestes quibus Sardi vtebant. Plau. Mastrucatus ⁊ plenus puluere.

Mastos ελληνικωσ μαστόσ ἄλλα κυριωσ των ζωων latine mãma: vnde Bumasthos vua de quo sup. Hinc Tubuli mãmati seu mãme in balneis ⁊ fontib⁹ intelligunt. Quas Vitru. li. viii. mastos greca voce noiauit. Athenis inqt ex eiusmodi locis ⁊ fontibus mastiusq ad portū pyrreū ducti sunt salientes. eas Var. li. de re rus. papillas cõuertit. Cassiodo. hubera. Quãto inquit pulchrius est Claudiam aquã p tot sicca mõtiū iuga lauacr: et domib⁹ liquores purissimos fistularū huberib⁹ immisisse. Erat et Masthos genus poculi.

Mastuprari est manu tractando virilia rem veneream pagere. Unde mastupratores dicti. Quo vbo vtit Mar. Mastuprabant phrygii post ostia serui: hoc est sputia ducebãt. Mã a manu ⁊ stupro deriuatur.

Materia seu materies est qua aliquid fit: vt materia libri membrana ⁊ atramētū. Itē materia libri ē hypothesis ipsa. Hora. Sumite materiā vris qui scribitis equã viribus. Materia/domus/lapides/calx: ligna/tegule. Qua ppter nõ immerito materię appellatiõe ligna oĩa cõprehendunt qd greci υλην pariter et syluã ⁊ materiã vocent: cũ ligna dicant solū ea materia q edificiis apta est. Liui. Multã materiã ceciderat miles. Col. li. iii. vocat materiē lignū qd est intra corticē. Quasi cuneū ferreū inquit vel osseū inter corticē ⁊ materiē lente dimittito ne ledas aut rũpas corticē. Idē li. vi. materiã vocat palmitē qui de nouello nascit et in tenero alligatus dependet. Item materia fabrica lignaria dicit.

Materiarius faber lignarius: vel qui materiam pstat a materia: cuius noie ligna ad fulciendū ędificandũq necessaria idonea ve significantur. Plau. in Mi. Si non nos materiarius remorat ad opus. Materiari significat Lignari: a quo Materiatio.

Materiale qd est materię: a quo Materialiter aduerbiū. Unde materialiter aliquid sumi dicit cũ nõ forma rei: sed materia significatur.

Mater a materia dici videt: q in fetu materiã pbeat. Nã semē patrē p artifice est ⁊ formã pbet mat sãguinē ex se pstat: ex q fetus format. Aliqñ tñ mater p nutrice ponit. Plau. Utranq cõplexus est. Ita forma simili pueri vt mater suam non internosse posset quę mãmã dabat neq adeo mater ipsa quę pepererat.

Materfamilias gtũs grecus ad imitationē grecoꝝ qui femininoꝝ in a puram desinētiū gtõs in as mitunt. Dicimus tamē et materfamilię ⁊ materfamiliarum. Est autē materfamilias vt docet Gel. ea sola quę in mariti manu mancipioq est: qm non in matrimoniū tñ sed in familiã quoq mariti ⁊ in sui heredis locum venerit. Fes. scribit non ante matrēfamilię dici q vir eius paterfamilias appelletur. Nec posse hoc noie plures in vna familia appellari: sed vnã tñ matrēfamilias dici. At iurecõsultus Matrēfamilias inquit accipere debemus eã quę nõ inhoneste vixit. Matrē em familias a ceteris feminis mores discernũt atq separãt: proinde nihil interest nupta sit an vidua: ingenua an libertina. Nam neq nuptię neq natales faciunt matrēfamilias: sed boni mores.

Matrona dicit quę in matrimoniū cũ viro cõuenit: vt in eo maneat etiam si liberi non sunt adhuc suscepti. Quippe appellationē habet a matris noie: nõ iã adepto sed cũ spe ⁊ omine mox adipiscendi. Unñ ipsum quoq matrimoniũ vocatũ est qm ea spe vir ⁊ vxor cõiungunt vt illa mater fiat. Hinc Matronalia quę erant dies matronis festi.

Matrimoniū: est maris ⁊ feminę cõiugatio. hinc Matrimoniale adiectiuū qd ad matrimoniū ptinet. August. lib. xiiii. de ci. dei. Quid cõcubitus cõiugalis qui sm matrimonialiū pscripta tabularū procreandorū sit causa liberorum.

Mater matrima illa dicit quę cum mater sit adhuc habet matrem viuentē sicut patrimi ⁊ patrimes quorũ patres viuunt.

Matercula diminutiuū a mater. Hora. in epistol. Dum pueris oĩs pater ⁊ matercula pallet.

Metertera: matris soror: quasi mater altera.

Matruelis idē quod matertera. et Matrueles dicũtur filii ⁊ filię matertere.

Matrescere est matri similem fieri. Pacu. Utinã nunc matrescã ingenio vt meū patrē vlcisci queã.

Matrix: femina quę fetus gratia tenet. Col. Sint ergo matrices robusti corporis qdratę pectorosę magnis capitib⁹. Medici tamē accipiũt matricē p vtriculo q in feminis iũctus ē vesicę q ad pgenerãdū apta ē.

Matralia: matris matute festa.

Mateola: apud Pli. et Cato. genus est marculi.

Mattheus: grece μαΤθαιοσ nomē viri ppriū.

Matta: storea ⁊ teges quę fit cannabi lino iũco palma sirpo aut sparto. Ouid. Plaustroq morantes. Sustulit in plaustro sirpea matta fuit.

Mathesis vel mathema atis. penul. pro. ὅΤι Το μάνθανω ρημα αυΤησ εσΤιο αλλοΤε Το δεικνυμι ωσ αποΛλωνιοσ και σουιδασ οθεν και μαθημαΤικαι λεγονΤαι latine disciplina dicit. Inde Mathematicus a. um. qd est disciplinabile: mathematici dicunt q mathemata sine mathematicas disciplinas norũt. Ad disciplinã em spectãt geometria musica arithmetica astrologia. Et hę mathematicę scię disciplinę dicũt: eo q discant plane ⁊ per demõstrationē quandã pcipiant: phia vo logica cũ aliis nõ dicunt disciplinę qr nõ firmissima demõstratione vt ille: sed ratione quadã ⁊ studii inuestigatiõe percipiũt. Alias mathematici vocãt Genethliaci astrologiq ⁊ qui chaldei vocant quoꝝ ars est vt naturas hominũ ex vultus inspectione pnũcient.

Matella a matulla fit: et ē aquarū vel vrinę vas. Plau. in Amp. Nec tu postulas matellã vnã tibi aquę infundi in caput. Mar. Dispereã si tu pyladi pręstare matellã dign⁹ es. Greci scaphiū q vis etiã ad ventrē excrementa accipi possit.

Matellio diminutiuū a matula siue matella. Var. de vi. pa. Postularet trullcū matellionē peluim.

Matiace: pilę saponis a matiacis germanię populis. Mar. Accipe matiacas quo tibi calua pilas.

Maturus a. um. pe. pro. pprie de frugibus dr qd neq crudū/neq mite/ neq caducū/ neq nimiū coctū: sed in tpe tēperatū puenit vt poma matura. Per trãslationē ponit qñq p senex vt maturus homo. i. senex ⁊ pfectã ętatē habēs. Virg. Acui maturus acestes.

Matura ętas senilis: quasi omnino pfecta ⁊ tēpus debitum assecuta. Qñq pro graui ac constanti. Et hoc modo non cõponitur. In aliis significationibus habet cõposita Immaturus nõ maturus. Aug. lib. xi. de ciuita. dei. Quis palcę dedit tam feruidã vim vt poma immatura maturent. Prematur⁹: de q alibi. Mature aduerbiū celeriter siue tẽpestiue. Hiero. in Gñ. Cũq mature surrexisset tulit duas vxores suas. Aliqñ significat grauiter. Hinc maturitas qd modo fructuum coctionem significat. Col. Nos quoq medicatam fabam sic cõperimus cũ ad maturitatē pducta sit minus a Curgulióe infestari. Cic. Sul. Tamē hoc studium quottidie ingrauescit maturitate credo ętatis ac prudẽtię: modo grauitatē moderationẽq.

Idē. Iā constantis etatis ⁊ senectutis maturitas.
Maturo as. maturū facio: perficio. Quint. Nam ipse
cos nōdū opinabar satis maturauisse quib⁹ cōponē/
dis vt scis paulo plusq̄ biēniū impēdi. Sed hic per
translationē: ꝓprie. Cic. in Cato. Pomo est pacerba
gustatu: deinde maturata dulcescit. Interdū Matu
rare est accelerare ita vt adhibeatur industrię celeri/
tas: et diligentię tarditas ex q̄b⁹ duobus ꝯtrarijs fit
maturitas: vt neq̄ aliq̄d citius neq̄ serius fiat. Hoc
verbū Diu⁹ August⁹ duob⁹ grecis vocabulis expri/
mere solebat σπευδε βραδεως: q̄ significāt acce/
lera tarde. Vñ Virg. Quasi cōtraria separauit matu/
rare ⁊ properare cū ait: Frigidus agricolā si quādo
detinet imber. Multa forent q̄ mox cęlo properāda
sereno maturare datur. Vñ Mature fit qđ tempe/
stiue fit. Idē Maturate fugā: qđ est quasi cū maturi
tate. i. cū tranquillitate ⁊ lētitudine discedite. Quo/
modo dicim⁹ Matura iracundiā. i. mitiga. Sal. vi/
detē simplicitē posuisse ꝓ properare cū ait Antonius
Catilinā cū exercitu ꝓsequi maturet. Sic Liui. li. x.
Inde comitioꝝ causa Romā ꝓfecturus maturauit.
Maturesco is. a matureo esse ꝯuenit. Maturescere au
tē ē maturū fieri. Pli. lib. xi. Cū mella ceperint matu
rescere abigūt fucos. Col. li. iiij. Nā ⁊ q̄ maturescere
incipiūt tēp estiue legunt: et q̄ nōdū maturitatē cepe/
runt vuę sine dispendio differuntur. Hiero. in Ioel.
Mittite falces qꝛ maturuit messis. i. matura facta ē
Hinc fiunt cōposita Ematuresco et Permaturesco
q̄ pfectionē act⁹ indicāt. Gel. li. j. Dñs postea segetū
illarū filiū adolescentē vocat. Et vides ne inquit hęc
maturuisse ⁊ manus iā postulare. Col. lib. ij. Sꝫ hoc
idē semē Cilicię Syrięq̄ regiōib⁹ ipē vidi mēse Iu/
nio Iulioq̄ ꝯseri ⁊ per autūnū cū pmaturuit colligi.
Maturescere dꝛ homo cū nōdū grauis est: sed iam inci
pit esse grauis. Et apostema maturescere dꝛ cum nō
discutit: sed pducitur ad maturitatē: vt vel frangi p
se: vel ferramēto aperiri possit.
Matuta pe. pro. a nostris Aurora: Leucothea a grecis
dicit: hoc est alba dea marina: dicta ꝙ matutino tē/
pori p̄sit. Hęc fuit filia Cadmi noīe Ino. Athamātę
vxor. Hinc Matutinus a. um. Unde matutinū tēps
qđ mane fit. Et tunc Matuta aurorā significat.
Mauors: qui et Mars ꝙ magna vertat. Unde Ma/
uortius a. um.
Mauritania: Africę regio extrema versus Gaditanū
fretū ⁊ occidentalē oceanū. In ea Antheus gigas
regnasse dꝛ ab Hercule vict⁹. Est autē duplex Cęsa/
riensis a Cęsarea ⁊ Tingitana a ciuitate Tingi. Di/
Mereo es. ⁊ Mereor eris. deponē. a mercede fiunt: et ambo merui itē. faciunt. Et tria significant. Primo aliquid mercedis ꝓ labore paro vel sumo/ seu dign⁹ sū. Vernaculo sermone dicimus Meritare. Ouidius libro. iiij. Metam. Quā meruit pęnā solus/ digessit in oēs. In bonuz: vt Merui qui laude coronā. Et cū dicimus: Nihil meretur: significat: Nihil mercedis dignus est accipere. Teren. Ego carine neutiq̄ officiū liberi hoīs esse puto/ cū is nihil promereaē postulare id gratię apponi sibi. Plaut⁹ in Cap. Vale atqꝫ salue: ⁊ siē vt dicā merces. Quandoqꝫ etiā de turpi lucro diciē: vt sit merere: sordidū quęstū facere. Varro in Eu. Primum iste qui meret sestertio vicenos. Unde et Meretrix/ et meretricia taberna/ ⁊ meritorij pueri dicunē. Secundo significat confero/ inseruio seu tracto: Et tunc construiē cū ablatiuo mediante de: vt Mereor de te: id est aliquid in te confero. Et hoc in ambiguū. Si de beneficio intelligimus: bñ mereor de te dicimus. Virgil. lib. iiij. Si bñ quid de te merui: id est si in aliquo tibi beneficiū contuli. Si autē de offensione/ male mereor de te. Cicero. Nāqꝫ quo in hominē petulantē/ et male de nobis meritum esse debuimus? In bonū tamē siue bene vsus est Virgili⁹ lib. vj. Quiqꝫ sui memores alios fecere merendo. Nōnūq̄ per ambiguū sensū sine vtroqꝫ dicim⁹.

vt quid de te sū meritus? Et aliquando per negatio/
nē: vt Homines nihil de me meriti sunt: hoc est: nec
bene mihi nec male fecerunt. Tertio significat stipen
dia facio in militia: hoc est stipendii gratia milito et
dimico: et tunc datiuū aut ablatiuū requirit: vel ab/
solute ponitur. Luc. Aere merent paruo. Sta. libro
iiij. The. Nō hi tibi solūamp hiarae merēt. Luc. lib.
vj. Seua viro nomē castroꝝ in plebe merebat. Oui
dius de Fast. Totidē pilanus habebat Corpora le/
gitimo quiqꝫ merebat equo. Aliquādo etiā actō iun/
gitur: vt apud Sueto. Prima stipēdia meruit. Et in
hac significatiōe fit meret impersonale: vt auctor est
Ser. lib. iiij. Ene. Hinc etiā emeriti milites ⁊ emeri/
ti stidendia dicunt̄ qui militia perfuncti sunt: id est q̄
pfecte meriti et exēpti senio a labore afficiunt̄. Plin.
lib. xj. Nouissimeqꝫ fecis ⁊ iā emerit⁹ inchoate. Nō
nunq̄ etiā passiue sumit̄: vt apud Quint⁹. Emeritis
huic bello stipendijs. Et per translationē emeriti bo/
ues dicunt̄/ ⁊ quędā alia. Emeriti ꝟo senes solent ha
bere eos qui ꝓ se laborēt: qui dicunt̄ ꝓ alio opus age
re. Cōposita sunt Cōmereor/ demereor/ emereor/ ꝓ/
mereor: siue cōmereo/ demereo/ emereo et cōmereo.

Męreo es. męstus: cū diphthon. ꝭm Varro. a marceo
fit: vnde et primā vocalē accipit/ ꝙ corpus etiā mar/
cescere facit męror. Alij cū oe diph. scribūt. Est autē
męrere: tristari ⁊ dolore affici: vnde ⁊ cum actō q̄nqꝫ
construit̄. Ci. Terētię. A te equidē oīa fieri fortissi
me ⁊ amantissime video: nec miror/ sed męreo casum
eiusmodi: vt tantis tuis miserijs meę miserię subleuē
tur. i. doleo. Itē deplorare: vt apud eundē li. j. Tus.
At illa sicut acerbissimā rē męret. Et iteꝝ. Cū graui/
ter filij mortē męreret. Inuenit̄ etiā męret impsona/
le cū significato sui verbi. A męreo fit męror/ męsti/
cia/ męstitudo/ męsto as. ⁊ męstifico cas. ⁊ męro mę/
ras. męrentē facio. Pac. Qui mult⁹ merauit modis.

Meritū: pręstitū dicit̄. Et quoniā tā de malo q̄ de bo/
no dici potest: pro loco intelligendum est. De bono
Plautus. Quid em̄ tibi ꝓ maximis tuis ac pene im
mortalibus in me meritis pręstare amplius possim.
De malo Vatinius. Scis meā fortunā: nescio quo/
modo facile obtrectatores inuenire nō meo me hercle
merito. i. culpa. Vnde Aug⁹ lib. de gratia et libe. ar/
bitrio: bonū meritū ⁊ malū meritū appellat. Ista vti
qꝫ inquit iā merita sua bona cōmemorat: vt post pau
ca merita cōsequat̄ coronā: qui post mala merita cō/
sequutus est gratiā.

Meritus a. um. quod est cōgruū ⁊ cōueniens. Virgil.
Meritos aris imponit honores. Hui⁹ contrariū est
immeritus: a quibus meritissim⁹ ⁊ imeritissim⁹. Te/
ren. in Phor. Iādudū te oēs nos accusare audio im
merito: ⁊ me oim hoꝝ imeritissimū.

Merito aduerbiū. i. digne: vt in Geñ. Merito hęc pati
mur: q: peccauimus in fratrē nostrū.

Meritus substātiuū: mōs est in tertio europę sinu.

Merito as. a supino ꝟbi mereo: significat dign⁹ sū ⁊ mi (lito.

Meritori⁹ a. um. qō quęstū facit corpe suo. Vn̄
equi meritorij/ ⁊ meritorię rhedę: quę quęstus gratia
locant̄ aut cōducunt̄. Et scorta mascula: pueri meri/
torij qui lucri causa ꝓstituunt̄: Nā puellę nō vocant̄
meritorię/ sed meretrices. Meritorij nāqꝫ vt mere/
trices p̄cio merent. Cice. in Anto. Ingenui pueri cū
meritorijs: scorta cū matribusfamilias ꝟsabant̄. Ta/
berna meritoria: diuersoriū atqꝫ hospitiū mercenna
riū: vbi cuiqꝫ intrare licet danti mercedē. Ratio ꝟo
meritoria quasi vilis ⁊ male coempta. Aliq̄n merito
ria absolute dicit̄ ꝓ tabernis mercede ꝯduct⁹. Iuue.
Nā qui meritoria somnū admittunt.

Meretrix: a merendo: nā mercede suā exercet militiā: q̄
copiā sui tm̄modo facit. Ideo honestioris loci est et
quęstus. Prostibulū: qō ꝓ stabulo: id est ante stabulū
stet. Vnde ⁊ Plau. in Cis. Intro ad bonā meretricē:
in via sola ꝓstibula sane est.

Meretriciū: ipsa meretricandi ars. Meretrici⁹ a. um.
qō est meretricis: vel qō ad meretricē ptinet: vt Ars
meretricia. Terē. i Heau. Ignarā artis meretricię.

Meretricor pe. ꝓd. scortor. Gel. Thais meretricando
magnā pecuniā demerebat.

Meridies: medius dies: quasi medidies. Nam (vt in/
quit Var.) antiqui nō r. in hoc dicebant. Et semp ma
sculinū est: quia certū diei tempus significant. Hinc
meridianus na. nū. quod ad meridiē spectat: et Po/
meridianus: de quo infra.

Meridio ias. et meridior depo. significat cibū meridia/
nū capio. Plau. Ientādo/ meridiando/ comessando/
pgręcādo vitā ducere. Hinc merenda dicta est. Ali/
quando significat somnū meridianū capio. Cor. Cel/
sus. Lōgis dieb⁹ meridiari debet: poti⁹ ante cibū vti
le est: sin min⁹ post eū: per hyemē poti⁹ totis noctib⁹
ꝯquiescere. Sue. de Nero. Missos a messalina vxo
re Claudij: q̄ eū meridiantē q̄si britānici emulū stran/
gularēt. Hinc meridiatio: quies meridiana. Cice. lib.
ij. de diui. Tunc ⁊ lucubratiōes detraxi: ⁊ meridiati/
ones addidi: quib⁹ antea vti nō consueuerā.

Mergo is. si. sum. sub aqua pono. Cuius cōposita sunt
Demergo: quod est deorsū mergo: quod fit cū aliq̄d
sub aqua vel sub terra/ ⁊ hmōi/ figit̄. Lactan. lib. iiij.
Nō vt notę Arionē mentiunt̄ in pelago incedentē:
qui demersa corpis parte humeris supereminet vn/
das. Col. libro. ij. Neqꝫ pecori maiora nisi cū siccis/
simū est: quoniā demergūt vngulas et atterunt: scin/
duntqꝫ radices herbarū. Demergo: diuerse mergo.
Lactā. lib. vj. Quę autē ab illo altero id habent offi/
ciū vt cęlestibus auocatū: terrenisqꝫ dimersū ad pę/
nā interficiant sempiternā: quod est summū malum.
Emergo/ extra mergo: ⁊ quasi ex loco vbi submersus
fuerā exeo/ et in lucē ꝓdeo. Liui⁹ lib. j. Primū ex pro/
funda emersus palude. Teren. p translationē i And.
dixit facile ex illis sese emersuꝝ malis. Immergo: in/
tus mergo. Virg⁹. lib. iiij. Aeneid. Vastoqꝫ imergi/
te pōto. Submergo: subtus mergo.

Merso as. sępe mergo. Col. lib. viij. Quarto die si ē vi/
cina maris ad litt⁹ deducta mersat̄ ouis. Aug⁹ lib. ij.
Cōfes. p trāslationē. Aestuabat imbecillā ętatē abru
pta cupiditatū: atqꝫ mersabat gurgite flagitioꝝ.

Merto tas. idē quod merso. Accius. Vel hic qui in ea
parte effrenata impudentia pręsentē pręsens dictis
mertare institit.

Mergę: furculę quibus aceruí frugū fiunt: dictę a mer/
gis volucribus: quia vt illi se in aquā mergunt dū pi/
sces persequunt̄: sic messores eas in fruges mergunt
vt eleuare possint manipulos.

Mergus gi. auis dicta/ ꝙ se in aquā cibū captans assi/
due imergat: quē alij mergonē appellant. Virgil. lib.
j. Geor. Cū medio celeres reuolāt ex ęquore mergi.
Hui⁹ auis natura est: vt sępe mergēs auraꝝ signa col
ligat: ⁊ pręuidens tempestatē futurā propere medio
reuolat ęquore: et ad littoꝝ tuta cū clamore conten/
dit. Est et mergus in vite: vt docet Col. libro. v. qui
ait. Mergi genus est: vbi supra terrā iuxta suuꝫ ad/
miniculū vitis curuat̄: atqꝫ ex alto scrobę submersus
producitur ad vacantē palū. Palladius. Mergum
dicimus quotiens velut arcus supra terrā relinquit̄/
alia parte vitis infossa.

Merg⁹ oris. gen⁹ vasis: quā nōnulli situlā appellāt.

Mergulus: instrumētū quo lāpadis Ellychn⁹ cōtinet̄:
alio noie emunctorium: vt apud Hiero. in Leui.

Mergites pe. cor. spicaꝝ manipuli: a mergendo dicti.
Virg. lib. ij. Geor. Aut fętu pecoꝝ: aut cerealis mer
gite culmi Prouentuqꝫ oneret.

Meroe es. dictio trissyllaba: insulę Nili metropolis: a

qua et tota insula Meroe dicit. Hanc Cambyses cõdidit a noie sororis Meroe. Cum eñi egyptũ omnẽ occupasset: Meroẽ secum vsq ad egyptios ducens pcessit. Que cum ibi mortẽ obiisset/ vrbi nomen indidit. Forma insule scuto persimilis. De qua Luc. lib. x. Gurgite rupto Ambitu nigris meroe fecunda colonis. Patet lõgitudine stadiorum tribus millibus/ latitudine mille. Effodiunt in ea aurum/argentum/es ferrũ/ ebenum. Preterea fert et lapidũ multiplex gen9: distatq a Syene q̃nq milib9 stadi. vltra q̃ est ad torridã zonã. Exuperat oẽs alias Nili insulas: q̃s circiẽ septingẽtas esse scribit Diodorus.

Merops: apiastra auis que apes comedit. Virg. li. iiii. Geor. Meropes aliq volucres. Et Meropes diuersarum linguarum hoies dicunt ab μερίζω qd est diuido/ et ο ψ p o breue: qd significat vocẽ.

Meropus pe. cor. mons grecie iuxta Thessaliã/ variis preruptus anfractibus.

Merope pe. produ. insula dicta (vt quidã existimant) a merope terrigena Triope filio.

Meros: mons Indie: sub cuius radicibus est Nisa ciuitas constituta.

Merus ra. rum. quod est solũ. Teren. in Phor. Nihil habet nisi spem merã. Vñ merula auis. Per trãslationẽ ponit p puro. Ci. lib. ii. de ora. Ecce tibi exortus est Isocrates magister istorum oim: cui9 e ludo tanq̃ eq troiano meri principes exierunt.

Merum substãtiuũ: ponit p vino solo sine aqua.

Merax et meracus a. um. penul. p. eo q est solũ et purum. Prop. Ah pereat quicunq meracas Repperit vuas. Vñ vinũ meracum dicim9 qd merum est nulla aq admixta. Hinc compatiuũ meracior/ et suplatiuũ meracissimus. Vñ meracius bibere dicunt q̃ min9 aq vino miscẽt. Sicut ecõtrario limpbati9 dilucius ve qui plus aque adhibẽt. Celsus. Precipue hyeme meracius bibendũ esse estate dilucius. Hiero. in Deuter. Et sanguinẽ vue biberent meracissimũ.

Meribibulus: qui vinũ sine aqua bibit. Aug9. Cum temeti auidior esset: quadã die ab irata ancilla p conuitiũ appellata est meribibula: que res tantũ ei pudorẽ iniecit/ vt postea sobria prsus fuerit.

Merula: auis sic dicta q sola volet/ et solitaria pascat: quasi mera volãs. Quo nomine etiã dictus est fluui9 in Albouintimilio oppido.

Mesa: fluuius notus per Leodium fluens: et per Brabantiã ac Geldriã. Vulgo tamẽ Mosa dicit: et coniungit se cum Rheno. Est et Mesa pars i domo apium. Victr. latine dici medianã auctor est.

Mesos grece medius latine. Meson: moderatũ. Mesonyction: media nox.

Mesopotamia: regio inter Euphratẽ et Tygrim i maiori Asia: Nã μεσος medius: ποταμος fluuius. Amb. lib. de parad. Mesopotamia dicit/ q Tygris et Euphrates incluserint eã: eo q inter duo flumina ɔstituta sit. Ex etiã longe positis nomẽ ipm et opinio cõmunis expssit. Habet eñi Tygrim ab oriẽte/ et euphratẽ ab occidẽte: a meridie Babyloniã. Mesopotamiã impiguat Euphrates: vt inq̃t Solinus: annue inundatiõis excessib9 terris suffusus. Hec regio etiam dicta est Seleucia: vt lib. vi. refert Pli.

Mesapia: apulia: a Mesapo rege sic appellata.

Messana pe. p. ciuitas Sicilie: a q̃ Messanenses dicti sunt. Syl. lib. xv. Inclũ hẽs messana freto niuibusq reuulsa. Hãc vrbẽ cõdidere messenii in pelori sinu: vbi ad oriẽtẽ marie cũ eo colonos misissent: ipsi q̃q mamertini poti9 q̃ messanẽses sunt vocati.

Messenne ciuitas grecie messenie in Peloponneso: a q̃ messenii. De q̃ Hiero. ɔtra Joui. Spartiate et messenii diu inter se habuere amicicias: intantũ vt ob quedã sacra etiã virgines ad se mutuo mitterent.

Mesochorus pe. cor. fistulator cytharista i medio saltationũ. Sido. Null9 ibi lyristes/ choraules/ mesochorus tympanistria psalteria canit.

Messala: dictus est Vale. Coruinus qui messanam in Sicilia vicit: et vrbis capte in se trãslato nomine messana primo appellatus est: paulatimq vulgo permutante litteras messala dictus est. Vnde et messalarum familia Rome florentissima: et qua messala Coruinus orator nobilis ortum habuit.

Messalina: nomẽ filie barbati Messale cõsobrini Claudii imperatoris. Que cum adolescentula esset: ipsi Claudio seni nupta fuit: summe libidinis mlier: ita vt innumeris adulteriis se summiserit: et mutata veste lupanaria celebrauerit: quinetiã cum scorto famoso aliquando certauit: et superatam a se meretricẽ gloriata est/ et se inter diẽ et noctẽ. xxv. passã cõcubit9 affirmauit. Preterea sese labore potius fessam q̃ concubitu satiatã destitisse. Tandẽ ab ipso Claudio supplicio affecta est cum. C. Silio nupsisset.

Mespilus pen. cor. genus arboris: cui9 fruct9 mespilũ. Palla. Mespilus admisso germine tuta subit. Idẽ. Mespilaq exarmat pugnacib9 horrida mẽbris.

Messias hebraice: grece christ9: latine vnctus dicit.

Messis duo significat: tẽpus scz metẽdi et rẽ. Pro tempore. s. quãdo fruges metunt. Virg. Ante focum si frigus erit: si messis in vmbra. Pro re. hoc est p segete ipsa iã matura. Idẽ i Geor. Atq interfice messes. Nec solũ de frugib9/ sed etiã de vua dicit. Dicta messis a metẽdo/ vel a medio: vt inq̃t Var. li. i. de re rus. Metit eñi vt stramentũ mediũ subsecet. Nã q̃ metunt manu sinistra sũmũ prebẽdunt: infra manũ stramentũ qd terre heret postea subsecatur.

Messorius ria. rium. quod ad messorem pertinet. Cicero. Messoria se corbe ɔtexit. Messor: q̃ metit. Messio: ipsa metendi. i. secandi actio. Et operã messoriã dicimus: qua quis metit.

Messa puincia que Pannonie iungitur: ad pontũ vsq cum Danubio decurrens. Sue. de Tybe. Armeniã parthis occupari: messiã a Dacis sarmatisq: gallias a germanis vastari neglexit. Sunt qui hoc nomẽ cũ e scribant/ Mesea.

Met syllaba/ piam/ pte: ornatus causa ponuntur: et aduerbia sunt: vt Egomet/ quispiam/ tute. Sed met iõgitur casibus omnibus pronominũ prime psone/ tam pluralis q̃ singularis numeri absq genitiuo plurali: vt Egomet/ memet/ nosmet/ et reliqua. Secunde vo persone obliquis tm̃ casib9: vt Tuimet/ tibimet. Nominatiuo nõ addunt: ne verbum putetur tumet a tumeo/ sed Tute: tutemet pfertur. Et quidẽ sic iuncta/ discretionẽ significat: vt ipsemet. i. ipse solus/ et nõ cũ aliis: vel ipse per se/ et nõ per alios. Pte cũ quinq ablatiuis iungit: vt Meapte/ tuapte/ suapte/ nostrapte vestrapte. Te similiter cum pronomine secunde psone idẽ efficit: vt Tute id fecisti: id est tuipse per te et nõ per aliũ. Tete vtraq pducta: vt meme/ sese. Cõposita ostendũtur accentu acuto. Ce vo additur fere his que i c desinũt: hic/ hec/ hoc apud antiquos casus: vt hocce/ hoccine. Vnde hoc quasi duabus consonantibus producit. Virgil. Hoc erat alma parens qd me per tela per hostes Eripis. Ter. Hoccine est credibile aut memorabile factũ. Hicce seu hiccine/ sicce siue siccine/ heccine/ hãccine/ illicce/ isticce/ illanccine. Teren. Illanccine mulierẽ dixit pro illãne. Apud iuniores vo p eos casus tm̃ qui in s desinũt euphonie causa: vt Huiusce/ hisce/ hosce.

Meta: congeries seu strues in acutum tendens: seu turbo mersus conos a grecis appellata: quia esset posita in diuerso spacio: vel quia eam metiantur quadrige circũcurrentes. Moris eñi erat septies metã lustrare. Proper. Aut prius e fracto deposcit hmia cursu

Septima q̄ metā triuerat añ rota. Cum em̄ iā carceribus emissę ad metaȝ venissent: quadrigę: erat opus vt circū ipsā flecterent. Virg. Hic viridē ęneas frōdentē ex ilice metā Cōstituit signū nautis pater: vnde reuerti Scirent: et longos vbi circūflectere cursus. Per translationē vero qm̄ auriga qñcūqȝ primū metā superauerat: iā ad finē certaminis peruenisse videbat: nō solū pro agroȝ termino ponit: quę pyramidali forma effigiari mos fuit. Unde et meta fęni vernaculo sermone lameda. Col. lib. ij. Certe quicquid ad eum modū quo debet siccatū erit in meta extru cōueniet: easqȝ ipsas in angustissimos vertices exacui. Sic em̄ cōmodissime fęnū defendit a pluuijs/ sed pro quocūqȝ termino ac fine. Virgil. His ego nec metas rerū nec tēpora pono. Syr. Tormētis finē metāqȝ laboribus orat. Hinc peruenisse ad metā dicimus: q̄ iter aut aliud opus pfecerint. Accipit etiā qñqȝ pro inferiori parte molę: sicut Catillus pro superiori. Est et meta p̄positio grecā: et in fine acuit: et mō cum/ modo trās/ mō post significat: a qua multa componuntur.

Meta lactis: dicit caseus qui factus est ad formā metę. Mar. Fert ille ceris caua cuȝ suis mella metamqȝ lactis Sassinate de silua.

Metapsicosis pe. pduc. Scribit em̄ μετα ψυχωσισ subitus transitus ad diuersa corpora.

Metēpsicosis pe. pdu. latine transanimatio: cum. s. de alijs corporibus in alia corpora trāseunt animę. Un̄ Ouidius pythagoreū dogma lib. xv. explicans/ ait. Morte carent animę semperqȝ priore relicta Sede: nouis habitant domib᷒: viuuntqȝ receptę. Ex hoc pythagorę dogmate inducta est ab ęsu animaliū abstinentia: ne forte vt festiuiter ait Terē. Bubulā q̄s de aliquo pauo suo obsonet. Hiero. Probabo nō Empedoclis et pythagorę vos dogma sectari: qui ppter μετεμψυχωσιν. i. trāsanimationē/ om̄e quod mouetur et viuit/ edendū nō putant.

Metabasis latine trāsitus. Metabole mutatio.

Metapontū: trāspōtū: quo noie dictū est oppidū Italię in sinu tarētino: a quo metapōtini populi.

Metaplasmus dici potest trāsformatio. Est autē translatio recti solitiqȝ sermonis in alterā speciē: vel metri/ ornat᷒/ vel necessitatis gratia: μετα trās πλασμα figmentum.

Metaphora pe. cor. translatio a Cicerone dicit: fitqȝ cū nomen aut verbū ex pprio loco in eū transfert: in quo aut ppriū deest: aut translatū pprio melius est: vt Classiqȝ immittit habenas.

Metamorphosis pe. pdu. trāsfiguratio seu trāsformatio latine dicit. μορφωσισ em̄ mutatio trāsfert.

Metalepsis figura: quā modo trāslatiuā/ mō transsumptiuā/ modo trāspositiuā dicim᷒: μετα trās: ληψισ acceptio. Fit autem cum aliqua dictio aliud a ppria sua significatione ex his quę pręcesserunt denotat: vt apud Virg. Post aliquot mea regna videns mirabor aristas. i. segetes.

Metaphysica orū. tm̄ pluralit: supnaturalia dicunt.

Metathesis pe. cor. latine trāspositio: cū vna lrā necessitatis causa ex vno dictiōis loco i aliū trāsponit: vt Tymbre pro tymber: θεσισ positio dicitur.

Methodus pe. cor. ex μετα et hodos aspirato cōponitur: et accipitur pro via breui et disciplina dū pro rōne capitur. Virg. libro. i. Geor. Ignarosqȝ vię mecū miseratus agrestes. i. rationis.

Metonymia cū accentu in penul. latine trāsnominatio siue denominatio: vt bacchus pro vino. Similiter cū dicimus/ pigrum frigus.

Metaurus et metauȝ: vmbrię fluuius in flaminiā decurrens: quę regio gallia dicebat: vbi Claudius nero cōsul cū salinatore hasdrubalē interfecit.

Meteoros pe. produc. suspensus/ sublimis/ subleuatus ad aliquā rem. Grece μετεωροσ. Inde meteora erō quę corrupto vocabulo dicitur metaura. In his em̄ de rebus sublimibus tractatur: meteoria sublimitas speculatioqȝ sublimiū. Aliqñ meteoros dicit stolid᷒: et meteoria stoliditas. Unde Arist. Meteorolog᷒: qui sublimia tractat: habet pe. cor.

Meteoroscopus pe. cor. qui sublimia respicit.

Metoposcopus: qui frontē considerat. i. qui diuinat ex facie hoim: quiqȝ priuatim ex inspectione frontis q̄d cui euentuȝ sit prędicit: μετωπον frons: σκοποσ inspector. Pli. Alexāder imaginū similitudies adeo indiscrete pinxit: vt incredibile dictu Apion grāmaticus scriptū reliquerit quendā ex facie hoim ad diuinantē: quos metoposcopos vocant: ex his dixisse aut futurę mortis annos/ aut pręteritę.

Metagoniū: pmōtoriū aphricā a numidia diuidens.

Metallum: dici potest perscrutatum. a μεταλλω: q̄d perscrutor significat: q metalla itra terrę venas scrutentur homines.

Metona pe. p. vrbs pelopōnesi littoralis.

Methymna vel methymne: vrbs lesbi: apud quā nascitur bonū vinū. Oui. Gargara quot segetes q̄t habet methymna racemos. Hinc methymne᷒ a. um. Idem li. xi. Metam. Et methymnei potiūtur littore lesbi. Ab hac vrbe ortuȝ habuit Arion cythared᷒ nobilis: quē Herodot᷒ scribit a n̄ridonib᷒ i mari obrutū: et a delphine incolumē deuectū in portū Athenaȝ fabulat: quē cytharedum fuisse constat.

Metor taris. pprie significat metas in agris terminādi gra dispono et mēsuro quo ad locū. Liu. lib. i. Hęc tibi victor Romulus rex regia arma fero: tēplūqȝ his regiōibus quas mō animo metatus sū dedico. Gel. lib. i. Nā cū fere cōstaret curriculū stadij: q̄d est pisis apud Iouē olympiū Herculē pedibus suis metatū: idqȝ fecisse longū pedes sexcentos. Hinc vsus inualuit/ vt metari simpliciter pro disponere ac parare vsurpet. Virg. lib. ij. Geor. Si pinguis agros metabere cāpi Densa sere. Un̄ dicimus Castra ppe Tyberim metatus est. Hinc metator. Luc. Audax hesperios veniā metator in agros. Pli. libro. xviij. Hūc oliueti metator vergiliarū quatriduo hunc caueat institor calamis gēmisqȝ iocalator. Dicit autē metor actiue et passiue. Hora. lib. ij. Car. Nulla decē pedis metata priuatis opacā Porticus excipiebat arctō. Inuenit etiā metoas. Virg. in Culi. Metabat sese circū loca. Cōpositū a metor est emetor penul. pdu. q̄d est pfecte mēsuro. Lac. de opi. Nā si peritus archytectus cū magnū aliquod ędificiū facere cōstituit: pmo oim cogitat q̄ sūma pfecti ędificij futura sit et añ extimat: quē locū leue pondus expetat.

Metior iris. mensus: significat mensuro/ taxo. Un̄ mensores appellantur agroȝ finitores: et demensum ęstimatū/ vel ęquatū mensuratū ve. Hinc mensura et mēsuro as. Cur. libro tertio. Et pecunia deinde Babylonię macedonibus equitibus sexcēti denarij tributi peregrinus eques quingenos accepit ducenis pedestriū stipendiū mensū est. Silr Cicero in Cato. Neqȝ em̄ ipsoȝ cōuiuioȝ delectationes corpis voluptatibus magis q̄ cetu amicoȝ et sermonib᷒ metiebar: id est ęstimabā. Qñqȝ metiri ponitur pro transmeare. Virg. Reuicto bipedū cursu metitur equoȝ. Quādoqȝ pro vagari. Hiero. ad Heliod. Filius hominis nō habet vbi caput reclinet: et tu amplas porticus et ingentia tectoȝ spatia metiris. Reperit etiā i significatione passiua. Idē in Hiere. Sicut enumerari nō possunt stellę cęli et metiri arena maris: sic multiplicabo semen Dauid serui mei. Et apud Amos prophetā. Humus tua funiculo metiet. Futurū indicatiui ē metior et metibor: supinū mensum et metitū. Mensio a mensū: quę est mensura. Cice. de ora. Aures em̄

vel animus auriū nuncio naturalē quādā ī se cōtinet vocē oim mensionē. Virg. Nos tumidū sub te permensi classibus equor.i.euecti/vt inde Ser. Remetior/rursus metior. Idē. Arma deosq; parāt comites: pelagoq; remenso: Improuisi aderunt.

Meto is.messui ssū.i.seco. Et tā ď vua ⁊ aliis reb⁹/ꝗ̃ ď segetib⁹ dicit. Vir. Postrem⁹ metito.i.vindemiato. Hiero. Ecce bis acut⁹ gladi⁹ ex ore regis ꝓcedēs/obuia q̄q; metit. Luc.li.v. Qui virilia sua ferro metat. Hui⁹ cōposita sunt demeto: qď ē deorsū meto. Col.li.ii. Istud deinceps ꝑcipiēdū habeto: vt demessis segetib⁹ iā in area futuro semini ꝯsulam⁹. Catul. Sole sub ardēti flauētia demetit arua. Emeto: extra vel valde meto. Hora.in epi. Emetit orc⁹ Grādia cū paruis nō exorabil' auro. Premeto: añ seco. Fes. Premetiū qď ꝓlibatiōis causa ꝑmetit. Et habēt pe.cor.

Metys: purgamentum cerę: ex quo partem aluei priorem apes illinunt.

Metropol' pe.cor.quasi mater ciuitas. Nā μητηρ mater: πολισ ciuitas: hoc est/ceterarū vrbiū caput. Metropolitani: qui ex ea ciuitate oriundi sunt.

Metropolites pe.ꝓ.metropolitanę ciuitatis pōtifex.

Metrū: mēsura. Et q̄m mēsurat versus a nr̄is dicunt metra. Diffinit metrū/ꝙ sit ꝯnexio quędā atq; ordinatio pedū ad delectationē auriū inuenta. Hinc fiunt ꝑ cōpositionē monometrū: qď duob⁹ pedib⁹ ꝯstat. Dimetrum: qď q̄ttuor. Trimetrū: qď sex. Tetrametrum: qď octo. Pētametrū: qď decē. Hexametrū: qď duodecim.

Metricus a.um.pe.cor.quod ad metrū pertinet: vt ars metricalis.

Metreta pe.ꝓ.gen⁹ vasis qď cōficit ex duobus.

Metrodor⁹ pe.ꝓ.mēsurę donū vl' mēsuratum donum. Quo noie dictus est pictor ⁊ ph̄s athenięsis.

Metuo tis.metui.a quodā motu animi dicit: vt inquit Var. Cū id qď malum casurū putat mēs refugit: cūq; vehemēti⁹ i mouēdo vt a se abeat foras fert/formido appellat. Et ꝓprie metuere seruorū est/vereri liberorū. Cice.i Cato. Metuebāt eum serui: verebant liberi: charū oēs habebāt. Querit Arist.in ꝓblematib⁹: cur tremunt q̇ metuūt? An ꝓpter refrigerationē? Deficit eñ calor atq; ꝯtrahit. Hinc Virg. Gelidusq; ꝑ ima cucurrit Ossa tremor: algor/⁊ sitis ꝓuocat. Testiculi ꝯtrahunt: dentes crepitāt ⁊ arietātur.

Met⁹ us.timor.⁊ est (sicut Vlp. scribit) de instāti vl' futuro periculo mētis trepidatio. Et tā actiue ꝗ̃ passiue sumit. Nā met⁹ hostium recte dicit: ⁊ cū timēt hostes ⁊ cū timent. Capit intdū met⁹ ꝓ religiōe: q̄m vt docet Ser. nata ē ꝑ timorē. Vir.li.vii. Multosq; metu seruata ꝑ annos. Hui⁹ dimi.est Meticulus.

Meticulosus a meticulo diminutiuo significat timidū. Plau.i mus. Nesci' ꝗ̃ meticulosa res sit ire ad iudicē.

Meuania: ciuitas Vmbrię inclyta Propertio alumno a qua Meuanates populi.

Meus a.um. pronomen possessiuum: vt Meus ager. Cum vero dico: meus sum: perinde est ac si dicerē: meę potestatis sum. Persius. Postꝗ̃ meus a pretore recessi. Aliquādo eñ meus/tuus substātiua sunt. Vir. lib.iii. Dulcesq; meorū Relliquias. Et lib.iii. Cape dona extrema tuorū. Ter.in Phor. Ego meorū solus sum meus. Meus carnifex.i.q̇ me torsit. Idē in An. Meus carnifex: meum est: hoc est/mei officii est. Sic tuum/suum/nostrum/⁊ vestrum officium est.

M Ante I

Mica: puluisculus ille q̇ in arena q̄si argentū fulget: a q̄ ⁊ panis ⁊ oim rerū frustula: q̄ tractātib⁹ nobis aliquā rē inde emicāt. Ergo minutias rerū micas dicim⁹/q̄si minutim cadentes. Vñ est illud. Nā ⁊ catelli comedunt de micis q̄ cadunt de mēsa dñorū suorum.

Micare ꝓprie est subinde ⁊ ꝑ interualla vt micę faciunt fulgere. Virg. Micat ignibus ęther. Et q̄m tal' quędā variatio dū digitis sortimur apparet: ꝑ trāslationē micare capit ꝓ digitis sortiri. Var. Micandum erit cum greco: vtrū ego illi⁹ numerū/an ille meū sequat. Et Cic. Eum virū bonum appellat: q̇ cū possis in tenebris micare. Et q: splendor tremulus est: ⁊ crebro salit: factū est vt q̄nq; ꝓ salire ponat. Virg. Emicat euryalus. Quia vero hoc ꝑ vices fit: micare capim⁹ ꝓ eo quod est ꝑ vices mouere/⁊ sine ordine. Idē li.iii. Georg. Et linguis micat ore trisulcis. Hui⁹ cōposita sunt dimico/emico: extra splēdeo. Plau. Ex ocul' quasi radii emicāt sol. Aliquando extra salio: vt Emicat Euryalus. Intermico: inter vel in mediū mico. Aug⁹ libro.ix. de ciuit. dei. Id quoq; velut in altissimis tenebris rapidissimo chorusca mine lumē cādidū intermicare. Promico: extēdo: vl' lōge iacio splēdeoq;. Neuius. Si q̇d loq̇ vis: nō ꝑdocere: multa lōge ꝓmicāda oratio est. Et in hymno. Pellant eminus somnia: ab ęthere christus ꝓmicat. Et habent pe.cor.

Micturio ris.pe.corre. Similiter et Mictito tas. vide in dictione Mingo.

Micros latine paru⁹ dicit: a q̄ multa fiunt cōposita.

Microcosm⁹: pu⁹ mūd⁹: κοσμοσ eñ mund⁹ dicit.

Micrologus pe.cor.paru⁹ sermo vl' parua ratio. Vtrūq; eñ logos significat. Micrologia/ sedulitas: q̄uismō acquirendi cura rerum vilium.

Micropsychos pe.cor.pusillanimus. Nā ψυχη aīa/ micropsychia pusillanimitas.

Midas: nomen regis phrygum: qui cunctorū pene regū opes pecunię abundātia antecessit.

Migale: gen⁹ aīalis rapac' ⁊ igluuiosi: de q̄ in Leuitico

Migro as.ad habitandū eo. Liu.lib.i. Et Romā inde frequēter migratū est a parētibus maxime et propinquis raptarū. Interdū sine apposito. Cice.lib.vi.de rep. Anteꝗ̃ ex hac vita migro: cōspicio i meo regno/ et his tectis. Pub. Cor. Scipionē. Hui⁹ composita sunt cōmigro: qď est in totum migro. Hiero: ad Damą. Et q: ꝓ facinoribus meis ad eā solitudinē cōmigraui: quę Syriam iuncto barbarię fine determinat: nō possum sanctum dñi tot interiacentibus spaciis a sanctimonia tua semꝑ expetere. Terent.in And. Ex andro cōmigrauit huic vicinię. Demigro: de loco discedo. Liuius libro.i. Cum hostes adessent: ꝓ se quisq; in vrbē ex agris demigrāt: vrbē ipsam sępiunt presidiis. Emigro: exeo. Ces. Vt domo emigrent: aliud auxiliū/alias sedes remotas a germanis petant. Immigro: eo ad intus habitandū. Cice.lib.i.Tus. Neq; ea plane videt animus: cum tā repente in tā insolitum tanꝗ̃ perturbatū domiciliū immigrauit. Remigro: in ꝓstinū domiciliū reuertor. Idē ibi. In nostrā domū remigremus. Trāsmigro: vltra ad habitādū eo: hoc est/in lōgioris loci habitationē muto. Hiero. sup Mat. Expellētes de Iudea: vt ad gentium ꝓprium transmigrarēt. Et habent pe.cor.

Miles gene.cōis ꝓprie qui pedes militat: a militia: id ē a duricia/quā ꝓ repub. sustinet dictus: aut a multitudine/aut a malo quod arcet: aut a mollicie ꝑ contrarium: eo ꝙ nihil molle/ sed potius asperū quod gerat. Vel a mille/quasi millesimus quisq;: ꝙ trium milliū prius legio fiebat: et singulę tribus tatiensiū ramniū lucerū mille milites mittebāt. Tria aūt sunt militum genera: vt inquit Ser. Euocati: qui nō milites/sed ꝓ milite erāt. Virg. Mittit ac magni venulus diomedis ad vrbē. Sal. Ab his omnes euocatos centuriones. Tumultuarii: q̇ necessitate aliqua electi ad vnum duntaxat bellū militāt. Virg. Simul oē tumultu coniurat trepido latium. Sacramēto religati: qui post electionē in rempub. iurabāt: quod militare sacramentū dicebatur: hi plenā militiā habebāt: erant q; quinq; ⁊ viginti annis obligati: vt est apud eundē.

Fas mihi graioꝝ sacrata resoluere iura.

Militonis: idē quod miles: vnde et cōmilito: qui simul militat: hoc est/ qui socius est in bello. Hinc cōmilitium: ipsa belli societas.

Milito as. militiā exerceo: neutrū est: vt Hic sub Cesare militauit. Et ablatō tñ cōstruitur cum precio exprimitur. Curti. Grecis mercede apud Persas militantibus. Inuenitur et militor deponens.

Militia e. quādoqꝫ bellū: quādoqꝫ rē militarē significat.

Militaris et hoc re. quod ad milites pertinet: vt militaria dona/ res militarꝭ/ militaris ars. Sal. Permittit illꝭ hoies militares. Militaris via: que vulgo cōmunis dicit. Alio noie regia seu ꝯsularis/ pretoria/ plateave. Vide in dictione Publica via.

Militariꝭ aduer. significat more militū/ vꝭ more militie

Miletus pe. pro. vrbs fuit in finibus Ionie ꝛ Carie: auctore Herodoto: a Neleo edificata. Hanc generosa vellera nobilitarunt: vnde ꝓuerbiū mansit.

Milesia: stragula. Mar. Nec miletos erat vellere digna tuo. Hec antea anatoria noiata super octoginta vrbiū per cuncta maria genitrix: vbi oraculū fuit antiquitus Brancidaꝝ appellatū: postea Apollinis Didymei. Ab hac milesii ꝓpli dicti sunt: qui cū priꝰ potētes essent ꝛ opulēti/ delicijs dediti/ opes et potentiā amiserūt. Ex mileto fuere viri memoratu digni. Thales vnꝰ ex septē sapiētibꝰ: q̄ p̄mꝰ phisologie ac mathematice auctor inter grecos est habitꝰ. Et Anaximander eiꝰ discipulus: Anaximenes hecateus: q̄ scripsit historiā: et Aeschines orator: nō ille q̄ cū Demosthene ꝯtēdit: sed alter qui assumpta nimia erga Pōpeiū licētia: pariter in exiliū missus est. Hinc et Timotheū musicū ortum ferunt/ ꝛ Pittacum phm.

Mille substātiuū et neutri generis: declinatqꝫ hoc mille/ huiꝰ mille: hec millia/ hoꝝ milliū. Ideoqꝫ gtō iungit. Cice. in Anto. Quis vnqꝫ in isto inuētus est/ qui L. Antonio mille nūmū ferret expensū. Quadrigariꝰ lib. iij. annaliū. Ibi occidit mille hoim. Var. li. vij. Rex humanaꝝ plꝰ mille et cētū annoꝝ est. Repitur apud Lucil. lib. ix. Tū milli nūmū potes vno querere cētū: vno milli ꝓ mille: ac si diceret: potes mille nūmis acq̄rere cētū millia. Plautꝰ i milli. Qui mille annoꝝ ꝑpetuo viuūt: hoc est qđ greci χιλιαδασ vocāt. Aliqñ mille adiectiuū est: ꝛ tūc dicimꝰ: mille hoies et mille ꝓpugnacula: nec licet millia hoies: qꝛ substantiua nō coherent sine copula. Dicimus tñ decē milia/ ꝛ ducenti hoies: quod ita intelligit: decē milia hominū/ ꝛ ducenti homines.

Milliarius rij. mille libraꝝ. Vnde Apri milliarij apud Col. dicebant mille librarum: qui apponebant in cenis romanoꝝ. Sene. li. xxj. epi. Nō magnā rē facis/ ꝙ viuere sine recto apparatu potes/ ꝙ nō desideras milliarios apros nec linguas phenicopteroꝝ/ et alia portēta luxurie iā tota aialia fastidientis.

Milliariū: mille passuū spaciū/ quod ꝛ milliū dicit. Huius octaua pars stadiū vocat/ passus ex quīqꝫ pedibꝰ: et singli pedes ex sexdecim vncijs constāt. Milliarium etiā dicit vas ad coquēdū accōmodatū. Cato de re rustica. Inter orbē et milliariū vnū digitū interesse oportet. Palladiꝰ libro. v. Vas eneū milliario simile: id est altum ꝛ angustū vespere inter aluearia collocemus: ꝛ in fundo eius ponamus lumē accensū. Et milliariū columna aurea in capite fori romani: in q̄ incise oēs vie Italie terminabant. Et hoc milliariū Plinij/ Trāquilli Plutarchi: atqꝫ Taciti monumentis celebrat. In alio significato accipit milliarēsis porticus/ ꝛ porticus milliarie.

Millepedia vel millepeda: genus vermiculi: qui multo pedum agmine scatet: inquit Hieronymus cōtra Iouinianum. Coge Syrum aphricum et Arabem: vt vermes ponticos glutiat: ita eos aspiciet/ vt muscas millepedas/ et lacertos.

Millies aduerbium est: vt Millies te vidi: sic decies centies/ et huiusmodi.

Miliū: genus frugis: a mille dictū ꝓpter multitudinem acinoꝝ. Mar. Frumentū/ miliū/ ptisanāqꝫ fabāqꝫ solebas. Et milliū siue milliariū milliare dicit. Liuiꝰ li. x. Alio itinere ad stationē nauium. Millia autē quattuordecim ab oppido aberant.

Miliū: indicū est qđ indocti milichā vocāt: qđ ꝯstat ex India aduectum. Huiꝰ culmos lobas vocant.

Miliaria: auis dicta est: ꝙ milio pinguescat.

Millus: collare canū venaticoꝝ factū ex corio mulꝭ clauis ferreis eminētibus aduersus impetū lupoꝝ. Scipio Aemylianus ad ppl̄m. Nobis (inquit) reiqꝫ publice ꝑsidio eritis quasi millus cani. Dictus millus a multitudine clauoꝝ: hoc est a mille clauis: vel q̄si molinus: ꝙ ex pelle animalꝭ melis fere hec collaria fiāt. Mar. autē Var. ne vulnerent canes a bestijs imponuntur his collaria que vocant Meliū. i. cingulum circum collum ex corio firmo cū clauis capitatis.

Milo: ꝓprium nomen viri romani: a quo milonianus na. nū: vt Oratio miloniana. Fuit aliꝰ hoc noie athleta crotoniēsis: q̄ tauꝝ in olimpico certamine ictu nude dextre occidisse dicit: ꝛ sine fatigatiōe stadij spaciū supra humeros portasse: totūqꝫ eo die comedisse. Est ꝛ milo nomē mōtis Indie: in q̄ hoies aduersis plantis nascunt: octonos digitos in singulꝭ pedibꝰ habentes.

Miluus et miluius vtroqꝫ modo: dicit auis rapacissima: a molli volatu/ vt quibusdā placet. Vꝭ factitio nomine a voce quā facit. Ouid. libro. iij. Fast. Iuppiter alitibus rapere imperat: attulit illa Miluius: et meritis venit in astra suis. Ab huius auis similitudine piscis miluius dicit/ subiens in sūma maria: et vadando alioꝝ pisciū p̄dā agens. Ponitur ꝛ ꝓ stella in quā conuersus dicit. Vnde Ouidius eodē libro. Stella lichaoniā vergit decliuis ad arcton. Miluius hec illa nocte videnda venit.

Mimas: mons minoris Asie: vbi sacra ꝛ certamina q̄uannis fieri baccho consueuerunt. Suidas: μιμασ οροσ θρακησ Τεκλιγεται μιμαριοσ Τεπερι Του Του καλλιμαχοσ εν Τοισ υμνοισ.

Mimallones: bacche mlieres: a Mima Ionio monte: vel a mimiome verbo greco quod imitor significat: ꝙ Liberꝝ patrē imitarent: et ad eius imitationē cornua ferrēt. Hinc mimalloneus a. um. Persiꝰ. Torua mimalloneis implerunt cornua bombis. He quoqꝫ bassarides ꝛ thyades ꝛ ogygides vocate sunt.

Mimus: effictor latine: qui vel intra vel extra cenā gesticulationes exercet: imitaturqꝫ dicta factaqꝫ moresꝭ ve hominū et naturas quasi solus imitet: a μιμεομαι: vt Diomedes iquit: quod significat imitor. Histrio ꝟo personatus in cena/ comedias et tragedias voce ꝛ corporis gestu agit. Mimi etiā dicuntur poemata sine reuerentia lasciuiā imitātia: nā cum et alia alia poemata idē faciant: solus tñ Laberiꝰ poeta q̄si quodā ꝑuilegio qđ fuit cōmune possedit. Hāc fabulaꝝ speciē latini vocāt planipediam. Ouid. Scribere si fas est imitātes turpia mimos. Huiꝰ poematis scriptores dicunt mimographi: vt phylistio/ vt publius/ vt laberiꝰ. Sueto. in Cesa. Decius laberiꝰ eques romanꝰ mimū suū egit. A mimꝰ fit mimicꝰ a. um. sicut a satyrꝰ satyricꝰ. Augꝰ lib. v. de ci. dei. Et quasi satyrica vꝭ mimica leuitate cohibeāt suas nugas.

Mina: grece mna: libra/ genus pōderis siclos. lx. habēs qui faciunt obolos mille ducentos. Et habet mina librā vnā ꝛ semiunciā: et sunt solidi. lxxv. Pris. Libra vel mna graia drachmas habet. lxxv. Accipe preterea patrio quā nomine graij: Mnā vocitāt nostriqꝫ minā dixere priores. Itē mina dicit ouis/ que habet ventrem glabrum.

Minę arum. cōminationes et metus incussiones p verba aut signa: et primā corripit. Sed p pondere pmā producit. Quādoq; etiā dicuntur eminētię quas pinnas vocāt. Virg. Pendent opera interrupta minę q; murorū ingentes.

Minor aris. minas infero. Et plerūq; actō iungit. Cicero in Tus. Cui cum Lysimachus rex crucē minaret. Et Minari eminere est. Virg. Geminiq; minant in cęlum scopuli. Cōposita hui⁹ verbi sunt Cōminor et Interminor: quę habēt penul. correptā.

Mino: minas duco. Festus. Agasones equos agētes: id est bn̄ minātes. Hiero. Minauit gregē in interiora deserti. Apud antiquos etiā p minor ponit: a quo minito as. vt docet Prisci.

Minitor: sępe vel impetuose minor. Plau⁹ i Asi. Cur ergo minitaris te tibi vitā esse amissurū.

Minax: qui frequēter minatur. Virg. iij. Georg. Primus ⁊ ire viā ⁊ fluuios tētare minaces Audet: et ignoto sese cōmittere pōto. Hinc minaciter. Liui⁹ li. ij. Minaciter fremunt.

Mineruą: disciplinarū dea: q̄ grece pallas dicit. Et a minādo dicit / quasi vim minet. Aut a minuēdo: vt inqt Cicero. Vel q bn̄ muniat. Hāc pagani pro sapiētia ponebāt. Cornifici⁹. Et fingat pigasiq; militaribus armis. Hęc Ogygij tēporibus ad locum qui Tritonis dicitur: vt scribit Aug⁹: virginali fert apparuisse ętate. De hac etiā i dictione Pallas.

Minos: cretēsis rex: qui primus cretēsibus legē dedit. Hic cum haberet vxorē Pasiphaen: et illa ex tauro genuisset minotaurū dedalum q bouem ligneā fabricasset: sub qua latēs cum tauro vxor cōcubuerat: persecutus Siciliā peruenit: vbi a Cocali regis filiabus interfectus fuit: vt Ari. refert: iuxta Camerinā vrbē: et apud inferos iudex animarū factus est. Virgilius. Quęsitor minos vrnā mouet. A Minos fit minoi⁹ ta. tum. possessiuū: vt minoia regna. Quo pacto autem iudex habeatur inferorū propter iusticiam nō video: cum violator fuerit hospitij / ⁊ raptor Ganymedis: et multa alia cōmisisse dicatur a vera iusticia nō parū abhorrētia. Vn̄ Suidas: καὶ τὸν γανυμήδην θεάσαμενος ἐρωτί αὐτοῦ ἐσχέθη ἐγκαλεῖ... [Greek partly illegible] ἁρπάσας... Τερνάυρ.

Minotaurus: ex minoe ⁊ tauro dictio composita: monstrū biforme: de quo Virgilius libro sexto Eneidos ad Prin. Hic crudelis amor tauri / suppostaq; furto Pasiphae: mixtumq; genus / prolesq; biformis. Minotaurus inest: veneris monumēta nefandę. Hic labor / ille domus: ⁊ inextricabilis error. Magnū reginę: sed enī miseratus amorē Dedalus ipse dolos tecti / ambagesq; resoluit. Cęca regens filo vestigia: tu quoq; magnā Partē opere i tāto (sineret dolor) icare haberes. Bis conat⁹ erat casus effingere in auro Bis patrię cecidere manus: quin ptinus omnia Perlegerēt oculis ⁊c. Vide illic Seruium.

Minius: fluui⁹ hispanię a colore pigmēti: quo plurimū exundat.

Mincius: venetorū fluuius: ex Benaco lacu defluēs / aliū ppe Mantuā lacum efficit: inde effluit in Padū / torrētibus maximus efficitur.

Mingo is: minxi mictum: vrinā facio. Vn̄ et Permingo. Hora. Hūc perminxerunt calones atq; caballi. Mar. Incipit i medios mīgere verba pedes. Hinc micturio et mictito as. quod est sępe mingo. Prisci. Mictum / micturio et mictito.

Minus quandoq; compatiuū est a paruū neutri generis sicut minor masc. et fę. vt plus minusve. Aliquādo a parum fit / nō a paruū: vt habeo minus pecunię. Quādoq; aduerbium est: qđ si positiuo iungat / contrarię significationis compatiuū demōstrat: vt Minus stultus: id est prudētior: minus prudēs: id est stultior. Terē. i Eu. Hoc nemo fuit minus inept⁹: id est aptior. Frequēter etiā accipit p nō: p̄sertim cōiunctū cū sin: et cum quo qn̄ significat vt: vt Sin min⁹: id est si nō quo minus vt nō. A minus noie fit suplatiuū minimū. A min⁹ aduerbio fit suplatiuū minime.

Minusculū dimi. a min⁹. Var. Ex hoc auiario vt sumā / tur idonee excludātur in minusculum auiariū.

Minuatim: aduerbiū a minus: quo mō a paulum paulatim. Aug⁹ i interpretatiōe Ps. Deus vltionū. Minuatim ponas / sed cumulum inuenies.

Minimū: superlatiuum aduerbiū est: minime pro negatio est quasi nequaq̄: vt Minimū doctus: qui paupillum est doctus. At minime doct⁹: qui prsus indoctus est. Cicero libro pmo offi. Minimeq; artes hę probādę quę ministrę sunt voluptatū. Aliquādo habet vim superlatiōis / nō negatiōis. Cicero libro primo offic. Omnis adhibēda erit cura vt ea ⁊c. Minimū etiā pro aduerbio ponitur vt sit quasi adminus. Varro. Harū singula genera minimū i binas species diuidi pñt. Sic minime sumitur. Col. libro pmo. Lata bubilia esse oportebit pedes decē / vel minime nouē: quę mensura ⁊ ad pcumbēdū pecori et iugario circumeundū laxa ministeria prębeat.

Minime gentiū: aduerbiū: p eo qđ est oim gentiū iudico minime esse faciēdum. Als ponit p minime. vt sit superuacua adiectio gētiū: sicut Vbiq; gētiū: qđ ē vbiq;: nusq̄ gētiū / hoc est nusq̄ siue nequaq̄.

Minuo is. minui minutū: minorē reddo. Plinius. Radix cōmanducata dentium dolorem minuit. Huius cōposita sunt: Cōminuo: quod est simul in frusta diuido. Lact. Frāgebat ipse panē minutatim: carnesq; pisciū cōminuebat: ⁊ vtraq; in manib⁹ ei⁹ augebātur. Diminuo: diuerse minuo. Terē. i Eu. Diminuā ego hodie caput tuū nisi abis. Imminuo parū minuo.

Minutum participium ⁊ nomen esse potest. Participium significat cōminutū: hoc est minus factū. Nomē idē est quod breue. Cice. Reticulū ad nares admouebat tenuissimo lino: minutis maculis plenū rosę. Aliquādo ponitur p obscuro.

Minutatim significat iminutissimas partes. Lactantius. Panem minutatim frāgebat. Varro pro paulatim dixit lib.). de re rus. Tu3 ita ad subigēdū vt minutatim assuefaciāt: et vt tyronē cū veterano adiungāt. Imitādo enī facilius domātur.

Minutim etiā aduerbiū: iminutas ptes significat. Col. lib. v. Insequit deinde fossor qui crebris bidētib⁹ ęqliter ⁊ minutim soli terga cōminuat.

Minutia: ptēptibilis paruitas cuiuscūq; rei. Lactā. de ira dei. Hęc inquit per inane requietis motibus volitāt: ⁊ huc atq; illuc ferunt: sicut pulueris minutias videmus i sole: cū p fenestrā radios ac lumen imiserit. Minutia etiā dicta est porta Romę: a Minutio / q minutij sacello pxima esset. Et Minutia virgo vestalis quę pter suspitionē stupri viua defossa est.

Minutal: genus ędulij: quod ex concisis minutatim holeribus fit.

Ministro stras. seruio / porrigo: pręparo. Plau. i Cur. Tu tabellas cōsignato hic ministrabit: id est seruiet: ego ędā. Gel. lib. vj. Idq; facile factu dixit: quoniā filij sua pocula in cōuiuio regi ministrarēt. Hui⁹ cōposita sunt administro: quod vario mō ponitur. Col. in pręfa. Vt his tm̄modo diebus vrbanę res agerent: reliquis administrarētur rusticę: id est curarent. Idē libro quarto. Quia maior pars putationis per id tēpus administrat: id est agitur: quo vitis neq; folium notabile gerit. Aug⁹ libro. vij. Confessio. Sapientia mentes indigētes illuminās: nullo indigēs lumine q̄ mūdus administratur vsq; ad arborū volatica folia: id est gubernat. Hiero. Ad minores artes veniā: et

quę nō tā lingua ꝙ manu administrant.i.exercētur. Subministro:subseruio/subporrigo. Lac.li.v.Ui/ ctū subministrat:quietē somni dulcissimā tribuit.

Minister.qui seruit:a quo ministerium fit.

Ministerium:proprie ministri opera est:ꝙuis et ꝑ omni operatione poni ꝯsueuerit:vt de rege latino Uirgi/ lius. Mestusqꝫ refugit fęda ministeria. Aliqñ ponit pro ministris/sicut seruitia pro seruis. Paul⁹iurecō/ sult⁹ait. Urbica ministeria dicim⁹ etiā quę extra vrbē nobis ministrare cōsueuerunt.

Minthos:stercus fimūqꝫ significat.

Minthe:mōs vt scribit Stra.dict⁹ a Plut.pellice:quā Proserpina in herbā mēthā mutauit. Huic Pluto donū amoris peteti virile mēbꝝ tradidit.qđ a se mē/ tulā noiauit.Sed vt Pli.inqt:mēthę nomē suauitas odoris dedit.Greci mynthā nominauerunt.

Minturne:oppidū i cāpania:habēs ꝑpinqꝫ paludes:in quib⁹ Mari⁹ delituit/fugiēs ꝓsecutionē Syllę.

Minyium dicitur id quod a multis Cinnabaris voca/ tur:cum proprie Cinnabaris sit sanies draconis mo/ rientiū elephātoꝝ pōdere elisi vtriusqꝫ aialis sangui ne permixto. Nostri rubricā dicunt minyiū. Cice.ad Atticū.Cera inquit ꝛ minyio:siue(quod idē est)cera minyiatula notare. Foditur minyiū ex gleba subrufo colore:et vitiatur admixta calce.

Minyiarie:loca e quib⁹ foditur minyiū sicut Aurarię ꝛ argentarię. Et minyiaria dicunt metalla veneqꝫ i q̃/ bus conficitur minyium.

Minyiacus a.um.qđ est ex minyio. Uictr.li.vij. Pari etes passim expolitione minyiacia expoliebātur.

Minyio as.minyio tingo. Pli.A cēsoribus i pmis io/ uē minyiandū locari. Unde ꝛ minyati libri dicuntur: cū litterę maiores versicoloribus fiunt.

Miror miraris:proprie significat re aliqua tanꝙ noua obstupesio. Uirgilius. Artificūqꝫ man⁹inter se ope/ rūqꝫ laborē Miratur. Et mirari est cū voluptate in/ tueri. Idē. Seu quis olympiacę mirat⁹ꝓmia pugnę. Itē mirari est nescire:quia vt Po.inqt:admiratio ab ignorātia descēdit. Plau. Ne quis miretur qui sim/ paucis eloquar. Teren.in And. Miror vñ sit. Sed cū dicimus: Ego miror me:miraris te:mirat se. Tūc mirari significat placere: et de se magnifice sentire. Mar. Qui se mirant in illos. Cōstruitur hoc verbū cum accusatiuo/cū datiuo/ꝛ cū genitiuo. Uirg.li.xi. enei. Iusticię ne prius mirer belli ne laboꝝ. Quādo/ qꝫ absolute ponitur. Ouidi⁹ libro.xiij. Metam. Dū qꝫ moror miror:qꝫ simul fugit omis i vndas. Hui⁹ cō/ posita sūt: Admiror/ quod est stupore afficio/seu fixe aspicio Lactan.libro sexto. Qui ad alienā fęlicitatē nō attollat oculos/ opes non admiretur. Aliquando admirari est venerari. Uirg⁹. Ille operum custos il/ lum admirantur:ꝛ omnes circūstant. Demiror/emi/ ror:valde miror. Terē.in Heau. Id emirari te simu lator. Immiror:inspecto/seu vehementer miror vel magnifacio. Cice.lib.j.offi. Cum persuasum sit nihil hominē nisi honestum decorumqꝫ sit:aut imitari/aut optare/aut expetere oportere.

Miro as.eiusdē significationis. Uar.in Eume.hospes qđ miras. Amb.sup Luc. Nō vocabulo sectę despi/ cias/quē verbi interpretatione miraueris.

Mira dicuntur miratione digna. Plau.in Am. Enim⁹/ ro illud ꝑter alia mira miror:maxime si hęc habet pa/ terā illam. Hinc permirus permira permirꝫ penulti/ ma pducta. Cice. Apio.pul. Illud vo mihi permirū accedit tātā temeritatē fuisse in eo adolescēte. Apud veteres mira ꝑ mōstris atqꝫ horrēdis sumunt. Plau. in Am. Nimia memoras mira. Uirg⁹. autē miracu/ la dixit Geor.iiij. de Protheo canēs. Oia cōmutat sese i miracula reꝝ. Hinc mirius antiq̄ dixerunt ꝑ ma gis mirum. Uar. Nūqui i hoc mirius.

Mirum in modū/et mirandū in modū:id est in maiorē modum/quasi intra rationē. Plau.i Am. Uterqꝫ de luditur dolis mirum i modū. Cicero metello. Mar/ cellum tuū consulem factum: teqꝫ ea lęticia esse affe/ ctum mirandum in modū gaudeo.

Mirificus ca.cum. quod est mirabile. Cicero in Cato. Mirificos fructus afferunt. Hinc superlatiuū miri/ ficissim⁹. Terē.in Phor. Quidnā arbitraris nescio. At qui mirificissimū.s.facinus.

Mirifico as.mirabilē facio. Plau.in Amp. Eꝙ adeo thebani ciues modo miro mirificant probaui.

Miraculum dicitur quicqđ admirationē afferre; potest quasi sit contra naturā:ꝑpter quod veteres miracula ꝑ monstris posuere. Liu.libro.ij. Adduciunt miracu/ la huic pugnę silētio ꝑpimę noctis ex silua arsia ingē/ tem auditā vocē. Hinc Accius ꝑsonas distortas or/ bus deformes miriones appellat.

Mirabile:qđ est admiratione dignum. Cice.lib.iij.offi. Quare ex multis mirabilibus exemplis haud facile qs dixerit hoc exemplo aut laudabili⁹ aut pręstātius. Hinc mirabilitas ꝑ stupore. Idē i eodē. Ergo et hęc animi despiciētia mirabilitatē magnā facit.

Mirmillones erant pugiles se ad duellum prouocan/ tes. Nā digladiantiū alter retiarius/alter mirmillo appellabatur. Festus. Retiario inquit pugnāti aduer sus mirmillonē cātatur:nō te peto:piscem peto:quid me fugis galle? Quia mirmillonicū gen⁹ armaturę gallicū est:ipsiqꝫ mirmillones ante galli appellaban/ tur:vt quoꝝ galeis piscis effigies inerat. Qđ genus pugnę institutū est a Pittaco vno ex septē sapiētib⁹: qui aduersus Phrinonē dimicaturus:ꝑpter contro/ uersias finiū quę erāt inter Atticos ꝛ Metylenęos: rete occulte allato impediuit Phrinonē.

Misantropos penultima producta: osor hominu3:qui homines odit:qui fugit hominū cōgressus: μισοσ enī odiū:και ανθρωποσ homo est. Misogineia odium mulierum:quale fuit in Euripede tragediarū scriptore: qui mulieres fere omnes in maiorem mo/ dum exosas habuisse dicitur.

Misceo misces/miscui mixtum:ꝑ s:nō autem per x:con/ fundo:ꝛ sine ratione perturbateqꝫ facio. Uirgilius. Interea magno misceri turbine pontum. Quādoqꝫ miscere est potū ministrare:tractū a cōmixtione cali/ di et frigidi. Iuue. Nescit tot milibus emptus pau/ perib⁹miscere puer. Huius cōposita sunt admisceo: quod est ad aliquid misceo. Lactā.libro.v). Idē eti/ am mares maribus admiscuit/ꝛ nefandos coit⁹con/ tra naturam:contraqꝫ institutuꝫ dei machinatus est. Cōmisceo:simul misceo. Hiero. Quo aperto dū in mutuos cōmiscentur amplexus:ꝑprijs se salutauere nominibus. Emisceo. Col.libro.viij. Nam facillime porci euaserint harā emiscent se. Immisceo:int⁹ mi/ sceo. Col.libro secūdo. Secundū deinde quod homi nes faciunt: si et alijs vitę purgamētis immisceatur: cuꝫ per se naturę est feructioris. Et iccirco terrā per/ urit. Intermisceo:i medio misceo. Aug⁹. Nulla po/ ro doctrina falsa est/quę nō aliqua vera intermisceat. Permisceo:valde misceo. Idē. Uera ergo simul in/ ordinate permixta in vna disputatione hominis tan/ ꝙ in vnius colore corporis apparentia significāt le/ prā. Promisceo. Unde promiscuus promiscua ꝑmi scuū. Sal. Diuina atqꝫ humana habere ꝑmiscua/ni/ hil pensi atqꝫ moderati habere.

Miscellania:a mixtura indiscreta rerum dici significare videtur. Gel.libro vltimo cū ait. Quia variā et mi/ scellaneā ꝛ quasi confusaneā doctrinam conquisiue/ runt:eo titulos quoqꝫ ad eam sententiā exquisitiores indiderunt. Apul.tamē in meta. Miscellaniā turbā confusam velut ex colluuione omniū gentiū his ver/ bis accipit. Nec mora:cum varia irruptione patefa/

Moueo ues. moui motū: note significationis. Cesar. Postero die castra ex eo loco mouent. Per translationē mouere ponitur pro excludere. Cicero lib. iij. offic. Quid ergo nōne nocet qui quodā quasi veneno perficiat: vt veros heredes moueat: in eorū locū succedat. Mouere animū ē inducere/allicere. Virgilius libro. iij. Georgic. Nō vmbre altorum nemorum: non mollia possunt Prata mouere animū. Ser. Mouere animū: in suū desideriū illicere. Mouere tragedias: significat verbis rem atrocē et indignā efficere: quale est opus tragicorum de rebus atrocibus semper mestisque loquentiū: sicut ecōtrario. Comedias agere pro ridicule ac dicaciter loqui. Cōposita huius verbi sunt: Amoueo/admoueo: que sunt contraria. Vide in dictione Amoueo. Cōmoueo/dimoueo: diuerse siue diuersimode moueo. Terent. in Adelph. Caue nūc oculos a meis oculis quoque dimoueas tuos. Lactanti. libro. vij. Cū discussis fluctibus et in vtrāque partē dimotis: per siccū populus graderet. Emoueo: extra moueo. Idē libro quarto. Hominūque mentes emotas/et malis incursibus furiatas/i sensus pristinos reponebat. Promoueo: vehemēter vltra moueo/ꝓlongo/vltra eo. Terentius in Andria. Ebo tu impudens/nō sat habes q tibi dieculā addo/ quantū huic ꝓmoueo nuptias: id est ꝓlōgo. Permoueo: valde moueo. Salu. in Jug. Existimans atherbalē dolore permotū iniurias suas vindicaturum manu. Demoueo: deorsū moueo. Liui. libro sexto. Quantū romana se inuexit acies/tantū hostes gradu demoti. Remoueo/alieno/discedo/tollo. Lactanti. libro. iij. Ab eiusmodi questionibus se remouit. Liuius libro secūdo. Hunc tu (inqt) Luci. Tarq̄ne remoue metū. i. aufer. Cice. Catoni. Si quisquam fuit vnq̄ remotus ab inani laude et sermōibus vulgi: ego profecto is sū: id est alienatus. Idē Tironi. Accepimus cōditiones: sed ita vt remoueat presidia ex his locis que occupauit: id ē alio mittat. Semoueo: seorsū moueo. Aug. libro. vj. Cōfess. Statimque cognitū manu apprehensa semouit a turbis. Sūmoueo: clā siue subtus/vel a lōge moueo. Col. lib. j. Cū liceat vel cauere/ ne talis pꝛeficiat negocio: aut iā prepositus vt sūmoueat curare. Idē lib. v. Fructusque sūmot a terra min putrescit. i. de lōge positus.

Moto as. frequentatiuū. Virg. Siue sub incertas zephyris motātib vmbras. Siue antro potius.

Motabilis: qui frequēter mouet. Hiero. in Gen. Creauit de oēm animā viuentē atque motabilē.

Motus ta. tū. participiū. Virgilius. Sed motos prestat cōponere fluctus. Motus tus. ipsa motio. Unde fit terremotus.

Motiu a. um. qd mouet et nō ꝑmanet. Do. in expositione Andrie. A re nihil est ꝑpriū. A ꝑsona cuique ꝑpriū perpetuū/nō equale ac motiuū.

Motacilla: auis que semꝑ mouet caudā: vulgo Cauda tremula dicitur.

Mox aduerbiū significat statim. Terent. in Phor. Expecto q̄ mox veniat. Itē significat paulopost vel post ea. Cice. lib. j. de ora. Verū illa mox: nūc de ipsa exercitatione quod sentias querimus.

M Ante V

Mucor: lanugo q diutino situ cōtrahit: queadmodū in pane/carne/alijsque hmōi fieri videmus.

Mucidus a um. quod mucorē/hoc est musā habet. Iuue. Neque eni omnia sustinet vnq̄ Mucida cerulei panis cōsumere frusta.

Muceo ces. mucui: mucidus sū. A quo mucesco: mucidus fio. Plini libro. xviij. Iterūque exporrigi in sole sup lintea: quod nisi festinato peragat lurido colore mucescere. Cato de re rus. Vini singule vrne dabant quod neque aceat neque muceat.

Muccus: nariū humiditas et crassior pituita. Catull. Muccus et mala pituita nasi. Hinc muccosus: q est mucco plenus/vel a mucco lesus.

Mucro: ꝓprie cuspis et acumen ensis ac telorū. Apul. Circulatorē aspexi equestrē spathā infesto mucrone deuorasse. Sene. ad Lucil. Gladiū bonū dices non cui deauratus est baltheus: nec cui vagina gēmis distinguitur: sed cui ad secandū subtilis est acies/et mucro munimētū omne rupturus. Improprie ponitur pro ense. Hinc Mucronatus a. um. quod est acutū: et ad mucronis speciē formatū.

Mugil et mugilis pe. cor. genus piscis capitosi. Greci a capite Cephalon appellāt: q oim pisciū squamis intectorum velocissimus est/adeo vt trāsuersa nauigia interim supnatet. Hui natura esse fert/q abscōdito in metu capite/totū se occultari existimat.

Muginor penul. corre. murmuro. Lucil. Muginamur molimur/subducimur.

Mugius: cognomen romani cuiusdā: a frequenti murmuratione: a quo Mugiola porta/cui ipse aliquando prefuit/nominata est.

Mugonia: porta Rome: a mugitu/q per eā venale pecus intraret. Hec et Trigonia appellata est: hoc est triū angulorum.

Mugio gis. mugiui vel mugij: itū: fictitiū verbū a voce boū. Unde mugitus penul. produ. ipsa vox. Liui. libro. j. Inde cū acte boues quedā ad desideriū (vt fit) relictarū mugissent. Virgilius. Mugitusque boū. A mugitus similitudine venti quoque et tonitrua aliqū mugire dicunt. Lactan. lib. vij. Cur emicent fulgura tonitrua mugiant. Huius cōposita sunt Admugio: quod est iuxta vel post mugio. Claud. lib. iij. Omnibus admugit quocūque it. Immugio. int vel valde mugio. Virgil. lib. iiij. Curuisque imugiūt etna cauernis. Remugio: resono. Idē lib. iij. Georg. Et vox ascensu nemorum ingeminata remugit.

Mulgo as. palā facio. Plau. in Cist. Pro puella seruus lus nequā qui dnm mulgat atque villicū. Hui cōposita sunt Dimulgo et Promulgo: de quib alibi.

Mulgeo es. si vel xi. mulsū et mulctū. Prisci. Mulgeo quoque mulsi facit: Huis differentie causa quidā mulxi ꝓtulerunt: quia mulceo quoque mulsi facit. Est autē Mulgere lac e māmis exprimere. Virg. lib. iij. Geor. Qd surgente die mulsere horisque diurnis Nocte premūt. Trāsfert tū ad alia. Eius cōposita sūt Emulgeo. Col. li. viij. Sed priusque hoc fiat exiguū emulgēdū est. Teren. in Phor. ꝑ trāslationē dixit. Emulsi argento senē: qd est: sine labore sustuli. Immulgeo: intus mulgeo. Pli. Fabulosū arbitror de strigib vbera eius infantiū labris immulgere.

Mulctra e. ipsū lac mulctū/seu emūctio aut vas in quo mulgetur. Virgi. iij. Geor. Hinc largi copia lactis

magis exhausto spumauerit vbere mulctra Leta magis pressis manabũt vbere mãmis Col.li.viij. Sȝ mulctra cũ est repleta lacte nõ sine tpe aliquo debet esse.

Mulctrũ idẽ qḋ mulctra. Hora.in epo. Illic iniussę veniunt ad mulctra capellę.

Mulctrale similiter vas in qḋ mulgenꝉ animalia Virgi.in Geo. Implebunt mulctralia vaccę.

Mulceo es: si sum ⁊ ctum. Pris. Mulsi sum ⁊ mulctũ. Unde Cice.in contentione metelli. Permulsa atq̃ recreata. Var.in saty. Capite permulso. Salu.li.iiij. histo. Dein lenita iam ira postero die liberalib⁹ verbis permulcti sunt. Est autẽ mulcere: lenire: mollire: blandire: mitigare: dulcem facere: vngere: delectare: polire. Virg. Et mulcere dedit fluct⁹: ⁊ tollere vẽto. Hiero. Et sermone cõposito aurẽ populi mulserint quicq̃d dixerint hoc legẽ dei putant: id est delectauerint. Huius composita sunt Demulceo. Permulceo perfecte mulceo. Cice.lib.iij.ad heren. Nam leduntꝉ arterię si anteq̃ vox bene permulsa est: acri labore cõpelleꝉ.i.mollificata. Gel.lib.j. Nihil adeo in cõgrediendis hostibus atq̃ in principijs pręliorꝫ ad salutẽ virtutẽq̃ aptius rati q̃ si ꝑmulcti sonis mitioribus nõ imodice ferocirent.

Mulciber pe.cor.mulciberis: ⁊ per syncopã mulcibris Est enim tertij ordinis nõ secundi a mulcendo dictus est vulcanus.i.molliendo ferro. Mulcere enim mollire siue lenire est: ꝙ ignis omnia mulceat.i.molliãt: vincat ac domet. Cicero li.ij.tus. Iouisq̃ numẽ mulciberis adsciuit man⁹. Oui. Mulciberꝰ capti marsq̃ venusq̃ dolis. Sunt qui mulciber a mutilando dici putant: ꝙ hoc ob claudicatẽ sit mutilatus ac debilis.

Mulsum a mulceo: quasi melle delinitũ. Mulcere eniȝ delinquere est: quasi mollicere. Est autẽ mulsum potio ex vino melleq̃ cõfecta. Pli.lib.xxj. scribit mulsuȝ ex vetere vino vtilissimũ fieri: qḋ facillime cum melle concorporatur. De hoc Mar. Attica nectareum turbatis mella falernũ: Misceri decet hoc a Ganymede merum. Hoc si calidum bibaꝉ vocẽ ꝑmulcet si frigidum exasperat. Cice.lib.ij.de ora. Suadebat granius vt mulsum frigidum biberet simul ac domũ redisset. Perdã inq̃t vocẽ si id effecero. Gręci mulsum vocãt οινομελι et μελικρατον. Ulp. Uini appellatione ait mulsum nõ cõtineri: oinomeli cõtineri. Interp̃tatur q̃ oinomeli vinũ dulcissimũ. Qḋ si Ulpiani sentẽtia vera est: mulsum nõ erit idẽ quod oinomeli. Usurpaꝉ etiã pro adiectiuo: mulsus a um. Pli. Lac mulsum: acetum mulsum: aqua mulsa que melle concinneꝉ. Hęc etiã Hydromeli quę fit despumato in ea melle. Confert egrotis. Apud Plautũ ex amãtis ⁊ blandiẽtis affectu dicitur. Mea mulsa. At mustũ ad tertiã partẽ decoctũ sapa diciꝉ: vt Var. Cato. Col. Palladius accuratissime scripserũt. Mar. Et laletane nigra lagena sape: sed si ad duas partes sit decoctũ defrutũ appellatur.

Mulier a mollicie: vt inquit Var. dicta est immutata et detracta littera: quasi mollier. Ulp. Mulier diciꝉ q̃ virgo nõ est. Qḋ si, inq̃t. Ego me virginẽ emere putarem cũ esset mulier: emptio nõ valebit. Cice. Obiurgantibus ꝙ sexagenarius popiliam virginẽ duxisset. Cras mulier erit inquit. Caius scribit mulieris nomine etiã virginẽ viripotentẽ contineri. Ulp. Uno in loco vtroq̃ significato vsus est. Mulierẽ ita arctã vt mulier fieri nõ possit: sanã nõ videri cõstat. Eandẽ dixit mulierẽ ⁊ nõ mulierẽ. Primũ ꝓ ea q̃ fęmina est. Scḋm ꝓ ea q̃ est corrupta. Aug.li.ij.de cõsensu euãgelistarum. In multis scripturarũ locis hoc inueniꝉ nõ eas tãtũ q̃ virũ passę fuerãt: sed oino fęminas etiã intactas atq̃ itegras mulieres appellari sicut de ipa eua scriptũ est formauit eã in mulierẽ. Qua locutione etiã paulus ait Christũ factũ ex muliere.

Muliebris ⁊ hoc muliebre qḋ ad mulieres pertinet seu qḋ est aut fuit mulieris vt muliebris sexus: muliebre vestimẽtũ. Aliqñ diciꝉ qḋ est molle ⁊ feminarꝫ vt muliebris anim⁹. Uñ muliebritas mollicies. Muliebriter aduerbiũ qḋ significat molle effęminate: seu more mulierũ. Iusti. Quę nõ muliebriter hostium aduẽtu territa.

Mulierosus qui nimiũ appetit mulieres: a quo mulierositas. Cice.lib.iiij.tus. Similiterq̃ ceteri morbi: vt glorię cupiditas: vt mulierositas: vt ita appellẽ eam quę gręce φιλογυνεια diciꝉ.i.amor mulierũ.

Mulierarius ideȝ quod mulierosus. Iul. Capitolinus Mulierarius fuit inter primos amatores.

Muliero as effęmino. Var. Et rex ⁊ misellus ille pauper amat. Habet ignẽ intus acrẽ. Hic ephebũ mulierauit. Hic ad medica adolescentẽ traxit.

Muliebria tm̃ plurali numero dicuntur menstrua. Hiero.in Geñ. Et desierãt Sarrę fieri muliebria. Interdũ sumunꝉ ꝓ muliebri natura: sicut virilia ꝓ pudẽdis viri. Interdũ ꝓ libidine. Quinti. Nobilis adolescẽs a centurione muliebria passus. Sic Sal. Uiros muliebria pati: mulieres pudiciciã in ꝓpatulo habere.

Mullei calcei regũ albanorꝫ: erãt purpurei coloris postea patriciorũ a Millando.i.suendo. Uñ Millus collare Uopis.i aureliano. Calceos mulleos ⁊ hederaceos ⁊ albos viris oĩbus abstulit mulierib⁹ reliq̃t.

Mulus per simplex l. animal: quod asino ⁊ equa generatur. Qui autẽ ex equo et asino genitus pullus hinnulus dicitur.

Mularis ⁊ hoc mulare adiectiuuȝ a mulo. Col.lib.vij. Est generosa materies quę circo sacrisq̃ certaminib⁹ equos prębet. Est mularis quę pręcio fętus sui comparatur generoso.

Mulio et mulius qui mulos clitellarios siue quadrigarios ducit. Horatius in Ser. Audit cum magno blateras clamore furisq̃ mulius Iuue. Nam mihi commota iamdudũ mulio virga.

Mullius per duplex ll. genus piscis marini maxime nobilitatis ⁊ gratię: q̃ binas libras põderis raro exupat Hora. Laudas insane trilibrẽ mullum: Mar. Nolo mihi ponas rhombũ mulluq̃ bilibrem. Hic a gręcis Trigla dicitur: vulgus Barbonẽ vocat: qm̃ auctore Pli. Barba gemina insignitur inferiori labro. Hinc a Cicerone in parado: ⁊ a Uarrone lib.iij. de re rust. Barbatuli ⁊ barbati nulli dicti sunt. Nomen illi datum est: vt Fenestella docet a colore mulleorum calciamentorũ. Scribit Pli.lib.ix. Mullũ expirantem versicolori quadã ⁊ numerosa varietate spectari.

Multa e. solutionis pęna: ꝙ olim vt Uarro inquit singula vt ob peccatũ exigebãꝉ: vt ouis aut bos postea multa simul exigi ceperunt: ⁊ vinum atq̃ oleum addi. In hoc aũt multa differt a pęna: ꝙ pęna generali nomine dicitur omniũ delictorũ coercitio: multa ꝓ specialis est peccati: cuius animaduersio pecuniaria est. Pęna autem non tantũ pecuniaria: sed capitis ⁊ existimationis irrogari solet. Et multa quidem ex arbitrio eius venit qui multã dicit pęna nõ irrogaꝉ nisi quę lege vel quo alio iure specialiter: huic delicto imposita est. Suprema multa apud priscos erat in singulos dies.xxx. boum: ⁊ duarũ ouium: minima ouis vnius. Uarro lib.ix. rerũ humanarũ dicit hoc vocabulum non latinũ: sed sabinum esse. Dicimus autem multam dixit: et multa dicta est: multam irrogauit: et multa irrogata est: et significat multã imponere damnato quasi per rogationẽ ad populũ.

Multitatiue a um: qḋ ex multa fit: vel qḋ ad multã ptinet: siue qḋ noĩe multę exigiꝉ. Liui.li.x. Ex multaticia item pecunia quã exegerũt pecuarijs dãnatis ludisfacti. Et li.xxvij. Aedibiles plebis ex multatitio argẽto signa ęnea ad ędẽ Ceretis dedere.

Multo as. punio: condẽno: laxo: diminuo: quia omnis punitio diminutionẽ habet. Et construitur cũ ablatiuo vel genitiuo. Virg. Multatã tristi morte camillã Cur. lib. ij. Is quoq insulas presidijs occupat pecunia multat. Aliquãdo cũ duob9 accusatiuis. Hiero. in Esdra. Et multauit gentem argenti talenta centũ et auri talentũ vnũ. Interdũ Multare significat priuare. Varro. Quod si perdiderim patria multabor. Interdum lacerare/mutilare/verberare/dissoluere. Terẽ. in Adel. Ipsum dñm atq oẽm familiã multauit vsq ad mortẽ. Col. li. ij. Quo euenit vt in iteratione quoq scãna fiant ꝛ boues iniqtate opis mariꝫ me multenẽ. Interdũ augere ꝛ voti compotẽ facere. Nonius. Et vobis qdẽ gratias ago cũ votis me multatis meis. Interdũ male tractare. Col. lib. j. nã illud vetus est Catonis Agrũ pessime multari cuius dñs quid in eo faciendũ sit nõ docet: sed audit villicum.

Multor aris: deponens. Sue. de Aug. Neq aut crebrius: aut pfidiosius rebellãtes grauior vnq̃ multatus est pena q̃ vt captiuos sub lege venũdaret.

Multus multa multum: a quo fit multitudo que est frequentia ꝛ copia.

Multifariam aduerbium ꝛ significat quod multis modis fari põt. Multifid9: multis modis fidens. Multiuidus multa vidẽs. Multipes: multoꝝ pedũ Multiuolus: q multaꝝ rerũ desiderio tenet. Multiloqu9 qui multa loquit. Multifacio: magni estimo.

Multiplex varius inuolutus: multas plicatiões habẽs Hinc multiplico as.

Multesima pars pro quantitate infinita. Lucil. Et paruula pars: q̃ multesima constet.

Multitia indumenta dicebantur minutissimis filis cõtexta. Unde a multis filis ꝛ propterea subtilibus nomen inditũ: vel a mulcendo quoniã carnẽ demulceãt Et tantũ pluraliter declinatur. Iuue. Quero an deceant multitia testem.

Mundus substantiuũ dicit ornatus muliebris: quo scꝫ mulier mundior fit. In cui9 nominis appellatione cõtinent speculũ: matule: maures: armille: anuli: gẽme: mitre: ꝛ similia quib9 mulier ornat Cato ꝑ lege opia Mundicie ornatus ꝛ cultus feminarũ insignia sunt: his gaudẽt ꝛ gloriant. Hunc mũdũ muliebrẽ appellarũt nostri maiores. Dicit ꝛ mundũ neu. ge. Lucil. Legauit qdã vxori mũdũ oẽe penũq. Hinc deducit Mũdus q ꝯstat ex sole ꝛ luna ꝛ terra ꝛ stellis ꝛ oib9 elemẽtis ꝛ quicqd celi ambitu cõtinet. Nã sicut greci κοσμον qđ apud eos ornatũ significat: ita nos a pfecta absolutaq elegantia vocamus mũdũ: ꝙ nihil eo mũdi9 sit ꝛ pulchrius ꝛ ornati9. Et a grecis ab ornatu cosmos dicit. In sacris vo lrĩs mũdi nomie: qñq hoies: qñq inimici dei intelligunt. Hinc mũdanus a um: qđ mũdi est. Vñ interrogatus phus cuias esset: mundanũ se esse respondit.

Mundus a um: qđ est purũ tersum politũq. Cuius cõtrarium est Immũdus.

Mundicies ꝛ mundicia ꝑ lauticia qua quis se mundus ac politũ tenet. Cice. li. j. offi. Adhibenda pterea mũdicia est nõ odiosa nec exquisita nimis.

Mundo as: detergo: depuro. Hiero. ad Helio. Cornelius centurio adhuc ethnicus dono sancti spirit9 mũdatur. Hinc cõponit Emundo Extramũdo. Col. lib. ij. Quedam pluuijs diebus: vt bubilia et ouilia debent emũdari.

Mungo is xi ctũ: quasi muccũ ago. Id eñ mungere est cũ e naribus muccus trahit. Unde emungo fit: de q supra. Inuenit etiã mungor deponẽs. Cato de liberis educandis. Neq emungentur libertatẽ.

Munus quattuor modis dicit. Primo ꝑ dono. Unde munera dari ac mitti dicunt. Dictuꝫ munus: vt inqt Var. ab eo ꝙ qui mutuo aio sunt id dant officij gr̃a. Altero pro onere qđ cũ remittitur vacationẽ militie prestat. Nã munera id est officia sine labore atq onere exerceri nõ pñt. Vñ Immunitas appellat. Tertio ꝑ officio. Vñ munera militaria vocant: ꝛ milites qdã municipes dicunt q in ciuitatẽ recepti munera cũ ciuib9 faciũt. i. officia. Quarto ꝑ spectaclis seu ludis qui a principe populis quasi muneris loco exhibent Nãq id genus oblectamẽti antiqui munera noiarũt ꝙ popul9 tali spectaculo perinde ac munere quodaꝫ capiebatur. Scribit. Lactã. lib. vj. Uenatiões ferarũq spectacula attributa esse Saturno ꝛ munera vocari. Populus eñ spectaculis talib9 veluti muneribus capit. Sue. in Cesa. Bestias quoq ad mun9 populi cõparatas trucidauerãt. Mar. Prisca fides taceat: nã post tua munera Cesar. Hec iã feminea vidimus acta manu. Hinc mun9 gladiatoꝝ dicebat cũ in spectaculis multa gladiatoꝝ paria exhibebant.

Munerarius spectaculi exhibitor: a grecis agonotheta vocat qui ludos gladiatorios exhibet populo: vnũq vel plura paria gladiatoꝝ ad spectacula pugnatura ꝑducit. Et q familiã gladiatoꝝ habet: gladiatoresq domi instituit ac postea vẽdit: a laniãdo dicit lanista Vñ apud historicos freqũẽter legimus lanistas vendidisse gladiatores munerarijs. Accipit etiã Munerarius ꝑ eo q paupibus elargit. Hiero. Munerari9 pauperũ ꝛ egentiũ candidatus sic festinat ad celũ.

Muneralis adiectiuũ qđ ad munus ptinet. Vñ Muneralis lex qua Cintius cauit ne cui liceret munus accipere. Plau. Nec muneralẽ legẽ neq lenoniam rogo fuerit nec ne flocci estimo.

Munero as: ꝛ muneror aris: in eadẽ significatione qua dono Macro. Ianus cum saturnũ classe prouectuꝫ excepisset hospicio: ꝛ ab eo edoctus peritiã iuris ferum illũ ꝛ rudẽ ante fruges cognitas victũ in melius redegisset: regni eũ societate munerauit. Hinc remunero. Liui. li. ij. Tũ mutius quasi remunerãs meritũ

Munis officiosus: ꝛ q onera populo soluit vnde Munia dicũtur obsequia lege debita: ꝛ officia que publice prestãtur. Col. lib. j. Sic eñ ꝛ magistri singuloruꝫ officioꝝ sedulo munia sua exequunt. Vñ imunis qui ab hmõi onere liber est. A munis fiunt Cõmunis et Immunis: de quibus alibi. Munico as: quo veteres vtebantur sicut a cõmunis cõmunico Nec habet munia aliam terminationẽ.

Munifici apud antiquos nõ a largitione que nulla erat sed consentiẽtes appellabant: ad ea que amici vellẽt: nunc autẽ ꝑ liberali ponitur: quasi sit munera large prebẽs de quo in dictiõe Liberalis. A munificus fit Munificentior ꝛ munificentissimus. Cato tñ Munificior ꝛ munificissimus dixit.

Municipia dicebantur que aliunde veniebant in ciuitatẽ: ꝛ cũ suo iure viuerent: muneribus tñ populi. Ro. honoribusq fungebant. Capiebãt eñ munera: sꝫ nõ dãnosa: vt est collatio tributoꝝ ꝛ hmõi: sed q̃ ad honorem pertinerẽt. A quo munere capessendo nomen sibi vendicauere nulla populi ro. lege astricta. Et municipia sunt ciuitates suo iure ꝛ legibus suis vtentes que meliori conditione sunt q̃ colonie: quorũ incole municipes vocati sunt. Municipioꝝ iura iã penitus oblitterata sunt. Municipẽ vt Ulp. inqt facit aut ciuitas: aut manumissio: aut adoptio: qm̃ municipes et q liber in municipio nat9 est ꝛ q in municipio a seruitute se liberauit: ꝛ q ciuitatẽ quãcũq assecut9 est: proprie tñ municipes dicũt q in ciuitatẽ romanã recepti munerũ participes fiũt: sed abusiue nunc municipes dicim9 sue cuiusq ciuitatis ciues. Quo noie tã oratores q̃ poete vtunt. Iuue. Iam princeps equitũ magna qui voce solebat Uendere municipes fracta de merce siluros. Ci. in Bruto. Nõ dubito qn scias nõ solũ cui9 municipij sim: sed etiã q̃ diligẽter soleã mu

nicipes arpinates tueri. Hinc municipalis.

Municipale ius: dicitur priuatū ius vniuscuiusq̄ ciuitatis. Municipalia magisteria vocātur administrationes ⁊ officia sui municipij.

Municipatim significat per municipia: sicut Oppidatim per oppida.

Munio is iui vel munij itū: significat fulcio fortifico: reficio: reparo: preparo: defendo. Cice. li. j. Tus. Abijt ad deos Hercules nunq̄ abisset nisi cū inter hoīes esset eam sibi viam muniuisset. Sic dicimus munire ripam: munire aluceū: munire aditū: cū illa reficimus vel reparam⁹. Huius cōposita sunt Cōmunio. Cesar Presidia disponit: castella cōmunit quo facilius si se inuito trāsire conarent̄ ꝓhibere possit. Circūmunio ꝓ circūfulcio. Col. lib. iij. Priusq̄ pomariū ꝯstituas q̄ magnū habere voles circūmunito maceria aut fossa. Emunio extra munio. Idē lib. j. Sed ⁊ hāc curam pauimentoꝝ ⁊ parietū ꝓbamus cū vt retuli si emunita sola ⁊ latera horreorū prohibent curgulionē. Premunio antemunio. Leo pa. Ad roborandā hāc fidē qua contra oēs ꝑmuniebamur errores ex magno factum est diuine pietatis consilio.

Munimen pe. pro. siue munimentū: idem est qđ munitio: q̄ ꝓprie castroꝝ est: ceterarūq̄ rerū q̄ contra cuctū hostiū muniūt: siue vallo siue fossa: siue alio quouis mō quo sunt milites ab hostiū aductū muniti.

Munia e. genus aromatis.

Munichia oꝝ festa palladis erāt. Inde munichiū port⁹ athenarum. Suidas. μουνυχία τόποσ θαλάσσιοσ ἐν τῇ ἀττικῇ ἑλλανικὸσ δὲ ἐν δευτέρῳ ἀτθίδοσ ὀνομάσθαι φησὶν ἀπὸ μουνύχου τινὸσ βασιλέασ τοῦ πανθεῦ κλέουσ.

Murus a muniendo dictus est: q᷑ sepiebāt equo munere oppidū muris. Vn̄ ꝓprie vrbis est lapide⁹ ābit⁹ paries domoꝝ. Maceria siue maceries q̄ cōstat ex lapidib⁹ siue calce aut alio genere ferruginis. Sȝ ꝯfundit̄ q̄nq̄. Amb. sup Lucam. Meminim⁹ q᷑ Hierico magna ciuitas fuerit muralibus septa parietib⁹ q̄ nō ferro quia nō arieti posset esse penetrabilis. Hic antemurale ⁊ ꝓmuriū pontificale pomeriū ꝓmuri.

Muralis et hoc murale: qđ ad murū ꝑtinet: vt Muralis corona qua donari solebat ab impatore q̄ primus murū subijsset ⁊ in hostiū oppiduȝ ꝑ vim ascendisset.

Muratus a um: quod muros habet. Unde vrbes murate dicte sunt.

Muralis herba: que vulgo vitriolū dicit̄ q᷑ vasa mirū in modū cōfricata purificet. Ideo Urceolaris a veterib⁹ dicta. Eadē parietaria vocat̄ q᷑ in muris frequēter nascat̄. Et ꝑdiciū q̄m ꝑdices ea ꝑcipue pascantur.

Murena cū e. diph. Nā grece scribit̄ μύραινα piscis est lōgitudine nō dissimilis anguille. Parit quocūq̄ tēpore: cuius oua citissime crescunt. Macro. Accersebantur ad piscinas vrbis ab vsq̄ freto siculo. Illic em̄ optime esse creduntur tam murene q̄ anguille ⁊ vtreq̄ ex illo loco plote a latinis flute vocantur: q᷑ in summo supernatantes sole torrefacte curuare se posse ⁊ in aqua mergere desinunt: atq̄ ita facile capiunt̄. Mar. Que nata in siculo grandis murena ꝓfundo. Nec valet exustam mergere sole cutē. Est ⁊ murena cognomen viri romani ab eo pisce deductum. Unde Ciceronis extat oratio pro murena. Solet hic piscis alio noīe lampetra appellari a lābendis petris.

Murenule sunt ornamenta colli flexuosa instar murenarum ⁊ catene ex auro quibus matrone condecorant̄: sicut scribit Hiero. ad Marcellam his verbis. Aurum colli sui quod murenulā vulgus vocat: quod. s. metallo in virgulas lentescente quedā ordinis flexuo si catena contexit̄ absq̄ parētibus vendidit. Pōt tū murenula esse diminutiuū a murena.

Murex piscis marinus ex concharū genere a purpura diuerso. Idē ⁊ cōchyliū ꝑ excellētiā dicit̄. Pli. Conchylia ⁊ purpuras oēs ore atterit. Ex muricis humore fit color purpureus. Uirg. Ipse sed in pratis aries iā suaue rubēti murice. Unde vestis tincta murice cōchiliata dicit̄. Interdū accipit̄ ꝓ purpura quā Sidō vrbs syrie gignit. Idē lib. iiij. Tyrioq̄ ardebat muricē lena. Interdū ꝓ acumine seu asperitate saxi. Idē lib. v. Et acuto in murice remi: Obnixi crepuere. Et murex est ferreus triāgulus ꝑ cuspidē vulgo Tribulū vocamus. Itē murex herba est q̄ nascit̄ vbi nunq̄ radiat sol vt ī puteis. Itē murex accipit̄ ꝓ freno equi

Muricatus a um: qđ est muricis modo factum. Pli. de Carduo Muricatis inquit cacuminibus. Hinc muricatim aduerbium.

Muria genus liquaminis qđ ex thynno pisce cōficiebatur. Persius. Tingit holus siccū muria vafer in calice empta. Apud Col. Muria capitur pro sale cum aqua medicato ⁊ indurato.

Muries ei. sal in pila tūsuȝ ⁊ in ollā fictilē ꝯiectū ⁊ ī furno ꝑcoctū. Quidā existimāt idē esse muriē ⁊ muriam significareq̄ salsamētoꝝ aquā a mari nomē deductū.

Murtius auentinus mons q᷑ e lapidibus ⁊ veluti muro constaret: a quo Murtia dea venus quā Prisci Myrteā nūcuparūt a myrto arbuscula que Ueneri dicata est. de qua Pli. li. xv. Ara fuit rome vetus veneris myrtee: quā nūc Murtiā vocāt. Huic erat sacellū sub auētino mōte q̄ ante Mureus vocabat̄.

Murcea altera dea quā ita appellauerūt q᷑ ꝑter modū faceret hominē murcidū. i. nimis desidiosum. Cui cōtraria erat dea strenua q̄ faciebat hoīes strenuos.

Murrinū pe. cor. a Murra fieri puto. Vn̄ vasa murrina ex murra gēma quā q̄dā eandē esse putāt: quā nūc vulgo Agathē dicūt. Alia sunt vasa q̄ in diui Marci thesauris apud Uenetos posita sunt. Existimāt murrā esse humorē q̄ in oriente maxime in parthico regno sub terra cōdensat̄. Col. li. vij. Murrinus cū sit in asino vulgaris tū etiā nō optime rñdet̄ in mula. Hic ꝓ colore ponit̄. Mar. Surrētina bibis: nec murrhina picta: nec aurū sume dabūt calices hec tibi vina suos. Pli. li. xxxiij. Murrhina ⁊ cristallina ex eadē terra effodim⁹ qb⁹ ꝑciū faceret ipa fragilitas: oriēs mittit: nitor est his ⁊ varietas color circūagētib⁹ se maculis in purpurā candoreq̄. Mar. Si calidū potas ardenti murra falerno. Cōuenit ⁊ melior fit sapor inde mero. Fiebāt ex murrino abaci escaria vasa ⁊ potoria ⁊ trulle. Sue. in Aug. Itē lauticiaꝝ inuidiā cū ⁊ Alexādria capta nihil sibi ꝑter vnū murrinū calicē ex instrumēto regio retinuerit. Murino seu myrina vinū myro. i. odore cōditū. Greci em̄ myrū dicūt qđ nos odoramētū vnguētū ve. Hmōi em̄ vina apđ priscos laudatissima erāt: vtpote aromatib⁹ cōdita iūco. s. myrrha calamo ⁊ hmōi. Plau. in psa. Ecq̄d habet: Lā Charin⁹ rogas: Murrinā passum defrutū mellinā vel q̄uis mō. Quint. Mittebāt vinū pulchrū murinū. Idem dicebat̄ vinum muratū vel murata potio ⁊ muriola.

Murra gēma: vide in dictione murrinū.

Murreus a um: qđ ex murra est sicut murrinū. Iabolenus iurecōsultus scribit murrea vasa q̄ ad vsum edēdi ⁊ bibēdi causa apta sunt: esse in supellectili.

Murinus a um. pe. pro. qđ est ex mure. Pli. Preterea murinū fimū qđ itē muscerdas appellat.

Muricidus pe. pro. ignauus stultus a muris cedendis Plau. Muricide homo ignaue iners.

Murmilonica: scuta cum quibus de muro pugnabant. Erant em̄ ad hoc ipsum apta.

Murgenor penul. cor. Tardo.

Murgiso penultima ꝓducta. iners desidiosus a mora ⁊ deridendo dictus.

Murmur tā mas. q̄ neu. generis: lenis aque strepitus:

licet et pro alio quocumque strepitu poni consueuerit. Hinc Murmuro as: et Murmuror deponens. Plau. in Cas. Mihi inanitate iamdudum intestina murmurant. Hinc etiam poete murmurantia littora: quibus plerumque pro secrete maledico capitur: quod is qui murmurat ita leniter loquitur vt magis videatur id facere sono vt intelligatur. Huius composita sunt Commurmuro. Pli. li. x. Ubi congregate inter se commurmurant. Submurmuro. Aug. li. vi. confes. Sono autem securis audito submurmurauerunt argentarii qui subter erant.

Murmurillum: murmuratio. Plau. Nolo ego murmurillum neque sursurrum fieri.

Murmurillo as murmuro. Idem. Quid murmurillas tecum et te discrutias?

Mus μυσ exiguum animal est nobiscum in domo habitans a corrosionis sono quem facit: dicitur latine etiam sorex appellatur: in genitiuo plurali murium et per syncopen murum. Quidam tamen murem a sorice distinguunt: quod mus domesticus sit: sorex syluestris. Col. Si serpens aut mus sorexque in mustum ceciderit. Murem certe nec feram iure dixeris nec placidum: quia nunquam mansuescit: vt inquit Pli. Mus etiam araneus est quem greci Mygalem appellant: quia muris magnitudine sit: mustelina specie: ore oblongo: cauda gracili: versu dentium quadruplici: vt inquit Aetius Abundat insula britannia. De hoc Pli. lib. xx. contra araneorum murum venenatum morsum μυγαλην.

Musculus modo diminu. est: et significat paruum murem. Pli. De turgente nilo musculi reperiuntur: modo significat articulum in quo neruorum capita sunt. Musculos etiam dixerunt minores machinas quibus protecti bellatores fossatum ciuitatis apportatis lapidibus lignis et terra non solum complent: sed etiam solidant: vt turres ambulatorie sine impedimento vehantur ad murum. Sunt minores vineis subditioresque et maiores firmioresque pluteis. Item Musculus genus piscis parui qui paruo moderamine caude temperat balenam ne in scopulum impingat. Est enim balena luscitrosa et pene exoculata quam cum forte se dixerit prefectura aliorsum maris indiget hoc pisciculo duce qui eam deducit et reducit. De hoc Clau. li. ii. in Eutropium. Sic ruit in rupes amisso pisce sodali Belua sulcandas cui prius edocet vndas: Immensumque pecus paruo moderamine caude. Temperat: et tanto coniungit federa monstro. Hunc piscem quidam aiunt etiam vocari Iulum.

Muscerda murum stercus. Plinius. Murium fimum quod item muscerdas appellant.

Muscio Catus murilegus: quod sit infestus muribus μυσ enim grece pro quo ipsi mus dicimus.

Muscipula: machina ad capiendos mures non autem catus Aug. in psal. expositione. Muscipulam suam diabolus tetendit vsque in finem et veh illi qui in illam muscipulam cadit.

Mustella quasi longior mus: mures persequitur et serpentes Est etiam hoc nomine genus piscis murene fere similis. Neoterici lampredam dixere.

Musa latine significat cantum. Unde musica appellata est scientia que tractat de ratione canendi. Et musicus musice peritus. Musam pro cantu posuit Vir. cum inquit Pastorum musam damonis et Alphisibei. Hinc poete musas finxerunt deas esse Iouis et memorie filias quibus poete musice preessent. Oportet enim virum eruditum ac doctum intelligentia memoriaque vigere. Has dixerunt in helicone habitare qui mons Boetie est phocydi affinis: a quo heliconiades appellantur nec procul distat a parnaso phocydie monte emulus illi et altitudine et ambitu et rupes amborum saxea est. Parnasum quoque habitare muse dicuntur. Unde parnasides. Et quoniam phocydi confinis Aonia est: etiam Aonides appellantur. Etiam dicuntur Cytheriades a saltu qui Cytheron dicitur in quo similiter muse habitare feruntur. Initium habet a megaricis et atticis montibus finitur apud thebas. Pierides a pieria que regio est macedonie. Emathia ante dicta. Hec musarum parens domusque est a nemore item appellata cui nomen est pieris. Et pieres populi dicti sunt quibus extinctis macedones ea loca incoluere. Item dicuntur Thespiades a thespia oppido heliconi propinquo. Item pegasides et hippocrenides ab heliconis pulcherrimo fonte qui a grecis hippocrine dicitur hoc est equi fons ιππου equum vocant κρηνη fons a nostris appellatur caballinus. Item pegaseus quod pegasus eo loco saxum vngula feriens fontem aperuit. Persi. Nec fonte labra prolui caballino. Hunc equum putant esse qui inter sydera collocatus: quamuis alii bellorophontis equum esse dicunt. Rursus muse Libethrides vocati sunt a fonte macedonie in ea regione que Magnesia dicitur. Hic fons Libethros musis est sacer et spelunca eodem in loco que libethra appellatur. Item pympliades siue pympleę a Pympleo macedonie fonte seu iunco: vel a pympleo monte orchomenorum: vel a pymplo vestis genere. Item Castalides a fonte castalio in radicibus parnasi musis sacro: qui a castali nympha nomen assumpsit. Noue autem muse finguntur quibus hec nomina imposita fuere. Primam enim a bonitate vocis dixere Calliopen καλλον enim bonum dicitur οψ vox Secundam Clio. a gloria et celebritate rerum gestarum: quas canit κλειν enim celebrare est. Unde historica dicitur. Tertiam ερατω. Erato vel a canendis amoribus: vel quod cantus ab omnibus desideretur. Oui. Nunc erato nam tu nomen amantis habes. εραω enim amo etiam desidero eligo. Quartam a voluptate ac lasciuia cantus θαλειαν thaliam θαλλειν enim viuere: germinare: florere est. Quintam μελπομενην melpomenen a canendo μελπομαι enim canto modulor significat απο τοι μελοσ ποιειν: hoc est a concentu faciendo meditationem faciens que tragica Sextam Τερψιχορην απο του ποιειν τουσ χορουσ hoc est delectandis choreis exultans que citharista. Septimam Euterpen a suauitate concentus delectans. Tibicinaria dicitur ευ enim bene significat τερπειν delectare. Octauam πολυμνειαν a multitudine carminum siue laudationum. πολυ enim multum significat υμνω canto laudo. Nam υμνοσ canticum est quem nos hymnum dicimus. Uel polymnia a multa memoria μνημη enim memoria dicitur. Nonam ουρανιην quasi celestem vel a celestium rerum cantu: vel a cantus diuinitate. ουρανον enim greci vocant celum. Dicitur autem musa Herodiano teste inquisitio. Querendo enim disciplinas adipiscimur. Alii musas denominatas perinde atque ο μουσασ omusas putant enim omoni. Una enim veteres conuenientiam quam αρμονιαν vocant et simul canunt et simul tripudus exercent: nec vnquam inuicem separantur. Nam tamen earum quaeque suam vim habeat: vt alia in astronomia: alia in geometria et alia in aliis disciplinis in vnaquaque tamen earum musas omnes inuenias. In astronomia enim atque geometria facile reperies et carminum et historie pulchritudinem atque dignitatem. Et eodem modo in ceteris scientiis.

Muse iouis celi et terre filie dicte: quoniam Myin grece honesta bonaque doctrina instituere significat.

Musium. Spar. in hac apud Alexandriam in musio multas questiones professoribus proposuit.

Musica ce. et Musice es scientia est que modum canendi demonstrat. Hec apud grecos antiquitus tante venerationis fuit vt idem musici et vates et sapientes iudicarentur. Cuius scientie cum se imperitum Temistocles confessus esset: vt inquit Ci. indoctior habitus est. Sed vt puto cum aliis multis virtutibus interiit. Scribit enim ista verba miranda magnus Basilius de Timotheo ωυτοσ ουτου περινυτησ τεχνησ ωστε και θυμον εγειρειν διατησ συντονου και αυστηρασ αρμονιασ και μευτοι και χαλαν και μαλαττειν παλιν δια τησ αρειμενησ εποτε βουλοιτο.

Muscus viridis herba in corticibus fontis et locis humidis nascens. Virg. Musco circundat amare corticis. Hinc fit muscosus a um: quod musco opertum est.

Vñ dicunt muscosi fontes. Hec alio noĩe Bryon dr.

Muscari est musco tegi. Col. lib. xi. Muscant oleę.

Muschus cũ h est aĩal simile muri duos dẽtes supiores ⁊ duos inferiores habẽs: iuxta cuius vmbilicũ nascit sanguineũ apostema inter carnem ⁊ corium qd̓ cum pelle ablatum muschũ preciosum cõficit.

Musca paruum animal volatile cuius diminutiuũ est Muscula. Boetius. Quid imbecillius est homine? quos morsus muscularum necat.

Muscarius a um: quod ad muscas pertinet. Plinius. Aranei muscarij tela.

Muscariũ flabellum quo muscę abiguntur. Hiero. ad Marcellam. Or autẽ a matronis offertis muscaris paruis animalibus ventilandis elegans significatio est debere luxuriam cito restringere: q₂ musce moritu re oleum suauitatis exterminant. Ab huius similitudine muscariũ etiã appellat coma illa quarundã herbarũ in qua semina dependent: qualis est fęniculi aneti ⁊ similiũ. Pli. Semine in muscarijs depẽdente: vt ferulę in papauere ⁊ similibus: scapus in glandibus auellanis pannicula appellatur.

Museus poeta insignis Orphei tẽpore: vnus ex argonautis: de quo extant versus. Ancus erat romę quo martius optimus euo Museus grecis floruit in partibus Orphe⁹ in hymnis ορφεωσ τελσαι προσ μουσ αιον αυτου υιον μαν θα μελη μουσαις θυηπολιην περι σομην ευχην.

Musea dicũtur que in ędificijs ex pumicibus dependẽtia fiunt ad imaginẽ specus arte reddendam. Unde Museaca opa dicũt q̃ vulgo musaica vocãt. Pumices eñ. i. leues lapides mire erosos i ędificijs musea vocãt q̃ ⁊ vermiculata dicunt. Hec etiã musiua appellant a Spartiano. Aug. li. xvj. de ci. dei. Quosdã sine ceruice oculos habere i humeris ⁊ cetera hoim vel q̃si hoim genera q̃ in maritima platea carthagis musiuo ope picta sunt ex libris deprõpta velut curiosioris historię. Museũ etiã a gręcis dr domiciliũ musis dicatũ. Accipit q₃ p diuersorio eruditorũ. Pli. in eplis. O mare o littus verũ secretũq₃ museon q̃multa inuenitis: q̃multa dictatis. Scribit Stra. li. vltio apud alexandriã fuisse museũ celebratissimũ.

Musso as: submissa voce loquor: ⁊ secrete occultaq₃ qd̓ celatũ velim: quasi murmuro. Plau. in Aul. Neq₃ id occultũ haberi neq₃ p metũ mussari q̃n participem pariter ego te ⁊ tu me facias. Aliqñ Mussare ponit p tacere ⁊ quasi obmutescere. Terẽ. Sile cela occulta tege tace mussa. Aliqñ pro dubitare. Virg. lib. xj. Mussat rex ipse latinus quos generos vocet. Vulgo autẽ ponitur pro citare.

Mussito as: frequẽtatiuũ. Liui. lib. j. In absentẽ tarquiniũ erat inuectus haud mirũ esse supbo romę cognomen. Iam eñ ita clam q̃dã mussitantes vulgo tamẽ eum appellabant.

Mustũ nõ solum vinũ nouũ dicit: vt apud Oui. in fas. Premia de lacubus pprima musta tuis: sed etiã quicquid nouũ. Nã mustus a um: idem qd̓ recens. Unde Plau. mustã iuuencã dixit. Neuius. Utrũ sit melius virginẽ an viduã: virginem si musta est.

Musteus a um qd̓ mustũ: hoc est dulcedinẽ in se habet. Vñ poma mustea. Pli. Est tanta musteis pomis suauitas vt finis mãdendi nõ nisi piculo fiat. Dicit etiã musteus recens. Idẽ li. xij. Amaritudo grano eadẽq₃ piperi musteo. Colu. lib. x. Transfert in vasa fictilia mel dum musteus fructus deferuescat.

Mustaceus ⁊ mustaceum legitur ẽm pbum libi genus quod datur ad conciliandũ stomachuũ a musto seu a mustace lauro vt quidam putant nomen deductum. Iuue: Causa nec est q̃re cenã ⁊ mustacea pdas. Cato de re rust. Mustaceos sic facito: farinę siliginee modiũ vnũ musto ↄspergito anysum: cyminũ adipis põdo duo: casei librã: ⁊ de virga lauri deradito: eodẽ addito. Et vbi defrixeris lauri folia subtus addito dum cõcoques. Pli. scribit esse genus lauri quã Leneus grãmatic⁹ mustacẽ appellat ꝙ mustaceis subijceret.

Mustacula est machinula ex regulis ex qua calceus nouus suitur.

Musmones sunt arietes. Pli. lib. viij. Est in hispania sed maxime corsica non dissimile pecoris genus musmonũ caprino villo q̃ pecoris velleri ppius.

Muto as: transfero. Var. Fac vt te aliquo cũ omni familia mutes. Qñq₃ mutare variare. Vñ mutare animũ: mutare sententiã dicimus. Qñq₃ aliquid p alio accipere: qd̓ vernacula lingua dicimus barata. Col. lib. x. Quare dũ viridis ętas pulchritudinẽ corporis conseruat ęre mutandi sunt. Sal. in. Iug. Statuit eñ Metellus pecoris ⁊ mãcipiorũ prędas certatim agere eaq₃ mutare cũ mercatorib⁹ vino aduectitio ⁊ alijs talibus. Aliqñ sine ablatiuo ĝcij. Virg. Nec nautica pinus mutabit merces oĩs feret oĩa tellus. Sal. alr. Nemo nisi victor p pace bellũ mutauit. Huius cõposita sunt Cõmuto. Demuto. Plau. Hic meo hero amicus solus firmus restitit: neq₃ demutauit animũ firma fide. Immuto intus seu valde muto: renouo. Idem in Am. Ita nũc hoies imutantur postq̃ peregre aduenimus. Sal. Quibus rebus ꝑmota ciuitas atq₃ imutata vrbis facies erat. Permuto. Pli. lib. xxxv. Postea donare opera sua instituit ꝙ ea nullo satis digno precio ꝑmutari posse diceret.

Mutito as: pe. cor. sepe facio: aut sepe exercito: modo vnũ: modo aliud. Gel. li. ij. Principes ciuitatis qui ludis megalensibus antiquo ritu mutitarẽt. i. mutua inter se conuiuia agitarent.

Mutuũ dicitur ab eo ꝙ de meo tuum fit: vel q₂ res quę reddũtur mutantur. Et pprie sine vsura: fęnus cum vsura. Plau. Nã si mutuo nõ potero certũ ẽ sumã fenore. Paul⁹. Mutuũ damus recepturi non eandẽ speciẽ quã dedim⁹: alioquin aut cõmodatũ erit: aut repositũ: sed idẽ genus. Nã si aliud genus veluti p tritico vinũ recipiam⁹ nõ erit mutuũ. Mutuus amor dicit cum par voluntas accipit ⁊ redditur. i. vt ab eo ameris quẽ ames. Dicimus: hic amat amicũ suũ mutuo amore. i. respondẽte: ⁊ mutuo amore tenet. Ter. Meretrix adolescentẽ cuius mutuo amore tenebat exclusit. Quintil. Ac ne tanq̃ paup quidẽ mercedem accipiet: sed mutua beniuolẽtia vtet. i. respondente. Aliqñ mutuũ p vicario accipit. Apul. Mutuã tibi operam pręstitit. i. vicariam.

Mutuo aduerbiũ modo significat inuicẽ. Ci. Mutuo se amabãt. i. alter alterũ amabat. Modo e diuerso vicissim. Idẽ. Fac me mutuo diligas. i. fac mihi in amore respondeas: ⁊ me vicissim ames.

Mutuo as: mutuũ do. Quod etiam mutuũ do frequenter dicimus. Plau. in Tri. Si quis mutuũ dederit: fit p pprio ꝑditũ. Nã ego talẽtũ mutuo qd̓ dederã talẽto inimicũ mihi emi: amicũ vẽdidi. Significat etiã mutuũ accipio. Cecil. Ad amicos currat mutuatum mutuet cũ mea. Quomodo aũt differant mutuare et cõmodare. vide in dictione Cõmodo.

Mutuor mutuũ: vel mutuo accipio. Ci. li. de fato. Orator ab academicis subtilitatẽ ingenij mutuat. Plau. Decẽ minas a patre mutuatus: quod etiã dici põt: Sumpsit mutuũ vel mutuo.

Muto membrũ virile. Vide in dictione menta.

Mutuaticius a um: qd̓ mutuat: vt pecunia mutuaticia Gel. Marleq₃ i pecũię mutuaticię vsu atq₃ cõmertio.

Mutus a mugiẽdo quidã deduci putãt: cũ is qui loqui non possit prorumpit tamen in vocem quę mugitus potius quẽ sermo videtur. Vel dicitur mutus: quasi minutus ꝙ eo sensu minutus sit: Vel dicit a mussando ꝙ hic non amplius q̃ mus dicat.

Mutę lrę dicunt̃ ꝙ positę in vltimis partibus oratiōis obmutescere cogāt loquētes: vel qꝛ pūę exiguęq; sint vocis: vt cū mutū oratorē dicimus aut tragędū.

Mutio is: mutiui vel mutij itū. Et est mutire tanq; mutuo signū facere seu strepitum siue submissa ⁊ imperfecta voce fabulari: aut vnū tm̄ verbū dicere. Ter. in And. Itaq; hercle nihil iā mutire audeo. i. verbū sonare. Hiero. in exo. Apud oēs filios israel nō mutiet canis: ab hoīe vsq; ad pecus. i. querulā vocē emittet. Plau. in cur. Viden vt aperiunt ędes festiuissime nō mutit cardo. i. nō crepitat.

Muteo es mutui. a quo mutesco: mutus fio vel mutoꝝ more taceo. Lactā. lib. xvij. Cum in exitu lingua mutescat. Hinc obmutesco: de quo infra.

Mutilo as: pe. corre. trunco: aliquid detraho diminuo Tereñ. in Hecy. Ego ꝓpterea te sedulo ⁊ moneo et hortor ne cuiusq; te misereat qn spolies laceres mutiles quęcūq; nacta sis.

Mutili dicti sunt boues sine cornibus: aut capri. Et mutili dicunt̃ hi a quibus ferro vel alia re aliquod membrū exertū sit. Manci vero quibus membrū naturę vitio desit. Iuue. Ergo tanq; mancus ⁊ extinctę corp᷒ nō vtile dextrę. Debiles eos nuncupāt quib᷒ mēbrū vel vulnere vel morbo inutile sit redditum.

Mutili vno modelo de spaldo vulgo dicitur. Var. Sꝫ pro colūbarijs in pariete mutulos aut palos in ordine supra quos tegiculę cānabinę fiunt cōpositę. Idē. Eas aluos ita collocāt i mutilis parietis vt ne agitēt̃ neue inter se contingant.

M Ante Y

Mycene arū. ⁊ Mycena ę. pe. produ. vrbs peloponēsi quā Perseus Danaes fili᷒ extruxit regiūcula in qua regnauit Agamenō: a mycena nympha sic appellata.

Mycone es: ⁊ Myconos oni. pe. cor. insula vna ex cycladibus. Sta. li. Achil. Cycladas hinc sprete myco nosq; humilisq; seriphos. Scribit Seru᷒ hanc insulam terremotu diu laborasse. Quo cessante e mycone gyaros vicinis insulis populos venisse qui eā tenerent ⁊ incolerent.

Mydia insula: q̄ etiā delos dꝛ vna ex cycladibus.

Mydriasis vocat̃ oculorū cū pupilla quidē ipsa colorē nō mutat: sed videt̃ vltra naturalē situm multo latior interim: vt visuꝫ oēm adimat: iterim vt partē: res vero ipē minores q̄ sint appareāt. Ecōtrario in phthisi maiores. Nam ⁊ pupilla contrahit̃ corrugaturq;.

Mygdonia regio littoralis macedonię in qua Niobe Tantali filia vxorq; amphionis in saxum versa est: a mygdone rege sic dicta. Iuxta hāc est insula mygdon Aristoteles scribit mygdoniā esse Phrygiā lydie cōterminā. Solinus vero dicit hāc ante Bebryciā dictā ⁊ mox a Bithyno rege bythyniā dictam.

Myia latine musca. Unde ⁊ Cynomia canina musca: Mygiagrus: muscarū deus appellabat̃.

Mylas oppidū: de quo Sene. lib. iij. naturaliū. q. Circa messanā ⁊ Mylas fimo quiddā simile mare ꝓfert feruetq; ⁊ ęstuat non sine calore fędo. Unde illic stabulari solis boues fabula est.

Mylos latine mola: vnde Chiromylos mola manualis: a mylum siue mola.

Mymphur lignū mediocris lōgitudinis rotundū qd̓ loro circūuolutū circūagūt fabri in operib᷒ tornādis.

Myoparo genus nauigij tyrrheni piratici ex duob᷒ dissimilibus formatum. Nam ⁊ medion ⁊ paron per se sunt: paro quoq; gen᷒ nauigij est. Var. Iāq; duo parones habebāt instructos. Ci. lib. iij. de rep. Nā cum quereret̃ ex eo quo scelere ipulsus mare haberet infestū vno myoparone. Eodē indꝫ quo tu orbē terrę.

Myopas greci vocāt in die parū vidētes μυω claudo et ωψ oculus quasi myopes propter visus hebetationē clausis oculis intueri videant̃. Hos latini Lusciosos vocant. Alio noīe greci myoalopas vocant a nocturno aspectu. Auctor est Nonius Myopes q̄ latine lusciosi vocant̃ ad lucernā nō videre.

Myopia vitiū hmōi. Sunt ⁊ myopie murium cauernule. μη nō οπτω video licet sit

Myophanos muriū interfector: vel myoctonos radix aconiti ꝙ e longinquo mures interficiat.

Myra vrbs lycię cui diuus Nicolaus eps̄ pręfuit.

Myrrha arbuscula est in arabia pręcipue nascēs altitudo et ad quinq; cubita: nec sine spina: cortice duro et intorto: cuius gutta q̄ sponte stillat viridis est ⁊ amara: quę eodē noīe vocat̃ myrrha arabica siue Stacte id est gutta siue stilla myrrhę. Eius virt᷒ est: vt corpa iputribilia reddat. Fuit ⁊ myrrha Cynare cypriorꝫ regis filia: q̄ in arborē sui noīs fertur cōuersa.

Myrrheus a um: quod ex myrrha est. Proper. Myrrheaq; in parthis pocula cęca focis.

Myrinus pe. cor. nomen ꝓpriū. Mar. Nuper cū myrino peteretur mysia leso. Myrinū pe. pro. Aristoteles vocat marē murenā q̄ dentē extra os habet.

Myrias adis numerus continens decē milia Myriades plura dena millia. Myriarches q̄ ꝑest decē milibus. Mille vero χίλια dicunt.

Myrica pe. p. genus humilis virgulti in italia fere q̄s alio noīe Tamaricas dicimus. Uirg. Nō oēs arbusta iuuāt hūilesq; myricę. Scribit̃ cū ypsilo: qm̄ greci μυρικη scribūt. Hinc Myricinus a um. pe. pro.

Myrtus arbor baccas saporis ꝑcipui ꝓducens: ex quibus vinum fit qd̓ myrtidanum vocant. Item generosum obsoniū qd̓ dicunt myrtatū.

Myrteus a um: qd̓ ex myrto est. Tibul. Et gerit insigni myrtea serta coma. Hinc myrteā Venerē Prisci appellarūt. Pli. lib. v. Ara fuit romę vetus Veneris myrteę quā nunc Murtiam vocant.

Myrtinus a um. pe. pro. eiusdē significatiōis. Plinius Oleo myrtino illitum statim resoluitur.

Myrtetum locus myrtis consitus. Dicit̃ ⁊ Myrtetos Plau. in aul. Nescio q̄ seruus e myrteto ꝓsiluit.

Myrtatū generosum obsoniū appellat̃.

Myrtoum pelagus pars maris ęgei: seu quę est inter ęgeū ⁊ ioniū nomen accipiens a Myrtilo Mercurij filio qui in id proiectus fertur.

Myron ꝓpriū nomē statuarij. Hic fecit ex ęre buculā celebratis versib᷒ laudatā. Prop. Atq; arā circū steterāt armēta myronis Quattuor artificis inuida signa (boues.

Myronides nomen viri proprium.

Myrapia genus piroꝝ ꝙ odorē gratissimū reddant.

Myristica nux dicitur vnguentaria glans: quam vulgo muscatā vocant. Hęc bonum oris odorem facit: epati lyeni ⁊ oculis confert.

Myropola pe. pro. vnguentoꝝ venditor: quem nostri vnguētariū dicūt. Sic Myropoliū locus vbi vnguēta vendūtur. Plau. Quē sum defessus querere ꝑ medicinas tonstrinas in gymnasio atq; in foro per myropolia. Latine vnguentaria taberna dicit̃. Sue. in Aug. Et modo vnguentariā tabernā modo pistrinū Aricię exercuisse obijcit.

Myrobalanum quasi vnguentaria glans βάλανος greci glandē dicunt. Est autē arbor heliotropij folijs fructus glandi similis ad magnitudinē auellanę.

Myrothecium vnguētoꝝ repositoriū. Vn̄ Cice. scribit se myrothecium socratis totū consumpsisse in cōmentario consulatus sui scribēdo: hoc est pigmēta oratoria

Myrlea oppidū bithynię qd̓ Apamea dicitur a Myrlo Colophonioꝝ duce: vel a myrlea amazone Nicomedes aūt Epiphanes Prusij regis filius de matris noīe Apames Apameam vocari voluit.

Myrmecię verruce sūt lupini amplitudīe: sicut acrocordones fabę nostratis sic dictę qꝛ formicę mō pūgūt.

Myrmecides nomẽ viri ꝓpriũ de quo Cice. in acad. Ut etiã inter deos myrmecides minutoꝝ opusculorũ fabricator fuisse videat. Suidas μυρμηκίδης ἀρτιπραιστο μένων θηριδίων τέχνη

Myrsus ꝓpriũ nomen viri. Sic eñi vocatus fuit Candaules pater qui myrsillus dictus fuit. Itẽ Myrsus peloponessi oppidum fuit.

Myrobrechis quasi vnguento stillãtes μύρον greci vnguentũ vocant βρέχω proluo ⁊ irrigo. Plau. in Aul. Myrobrecharios pro vnguentoꝝ cõfectorib⁹ accipit ad capillos irrorãtes. Ait eñi Aut manulearij aut myrobrecharij.

Myrobaptarij dicunt̃ tinctores murrei coloris.

Mys myos nomẽ fuit celatoris: qui claruit argẽto celãdo. Mar. Quis labor i phiala docti myos: an ne myronis?

Mysia regio hellespõti a mysis dicta qui e thracia illuc migrauerũt quę subdita fuit Telepho. Est ⁊ alia mysia post macedoniã quę affinis adriatici vsq; ad ponticũ extendit mare. Pto. Duplicẽ mysiã facit maiorẽ ⁊ minorẽ ⁊ vtrãq; extra bithiniã in asia posuit nõ ꝓcul ab ida Mysos alij thraces: alij lydos fuisse dixerũt. Et qm̃ lydi fagũ acerosas q̃ mita nascit̃ in olympo mysã vocauere ab eo Mysos dictos putarũt qb⁹ sermo fuit ex lydo phrygioq; ꝓmixtus.

Mysteria a grecis dicunt̃ q̃ latini sacra arcana seclusa vocãt q̃ nisi sacerdoti scire nefas est Uñ occecatus est poeta q ausus fuit ea patefacere. Dicta mysteria: vt lib. ij. ꝑpa. euã. testat̃ Eusebius a μυσος qd latine scel⁹ dr. Hinc nõ sine mysterio fieri dicim⁹ qd occulta aliq̃ sacroꝝ rõne ꝑficitur. Uñ myste dicti sacerdotes: vt apd Ausoniũ Senecã ⁊ Papiniũ. ⁊ Symmistecõ sacerdotes eisdẽ sacris initiati. Qua dictiõe Apul. Sidoni⁹ Hiero. vtunt̃. In mysterijs aũt tradebant̃ multa archana q̃ i vulgus annũciãda nõ sunt cũ auctore Tertuliano oĩbus mysterijs silentij fides debeat̃. Scribit Euse. in ꝑparatione euãgelica: In sacris Isidis ⁊ serapbidis fuisse simulachrũ qd digito labijs impresso admonere videret̃ silentiũ fieret.

Mysteriũ a mysos qd latine scelus e vt dionysio accidit vel myente attico illo qui venerando perijt vel quasi mythbaria quasi fabula quedã sint. Nã Dardanus quidã deoꝝ fabulas in mysteria deduxit.

Mysticus a um: ꝓprie qd in archanis deorũ sacris fiebat qualia erãt bacchi orgia quę noctu clã a solis mulieribus celebrabant̃. Virg. Et mystica vãnus iacchi. Ipsa sacroꝝ significatio occulta vt ait Stra. mystica dicit̃. A nostris tñ mysticũ dicit̃ figuratum.

Mythos latine fabula. Uñ mythicus fabularis seu fabulosus. Mythologia sermo seu rõcinatio fabularũ

Myxa apud grecos ꝓprie pituita e naribus fluens quę ⁊ Muccus dicit̃. Unde ⁊ myxon muccosus appellatur. Hoc est nares mucco sordidas habens. Myxetis vero naris appellatur. Ex hoc Myxa ⁊ myxos. prominens pars lucernę vocatur ex qua profertur ellychniũ quasi ex naribus muccus. Hinc greci quotiens volũt ellychniũ ꝓduci: vt luceat clarius προμύξαι τον λύχνον dicũt: nostri ꝓ emũgere lucernam A myxos fit dimyxos q̃ est lucerna duo ellychnia habens. Trimyxos tria. Polimyxos multa. Mar. Totq; gerã myxos vna lucerna vocor.

Manduces erant laruato capite humano maxillas vasta magnitudine pariter vastis armatas dentibus habentes qui suo tanti oris hiatu dentiũq; crepitu sese in vtrãq; partẽ vię dum flecterent ridentem turbam vertebant in fugam.

Matula: Matella: ⁊ Matellio vas ad deponendum ventris onus.

Malaciso mollẽ reddo. Malacolos mollis. Unde malacia maris trãquillitas. Hinc malacus ca cũ ꝓ molli et delicato. Plau. in Bac. Pro lorica malacum capiam pallium.

Materiarius faber qui ligna parare et subministrare operi faciendo debet.

Malobathron: latine folium vnum inter odoramenta. Diosco. Malobathron est herba que nascit̃ in india ⁊ habet folia quę extenduntur super faciem aquę et nõ habet radicẽ: ⁊ est boni odoris.

Manna alio noĩe dicitur Rosmarinus.

Mellisophilos herba quã Horacũ vulgus vocat.

Melilotũ flos plãte coloris paleę i q̃ est lunaris figura.

Melina: vt auctor est Festus genus tibię acutissimi soni. Est ⁊ genus vestis apud Plau. in epi. a colore quĩ medius est inter album ⁊ fuscum. Uel a melo insula vnde afferebat̃. Iul. pol. Cãdicantia in primis habebãt vestimenta peregre venientes vel phea vel melina vel glaucina.

Mendicula vestis a mendico fiue a mendice qui magistratus nomen est: vt inquit Festus.

Manipula genere neu. Sparti. in Hadr. Ipse inter manipula vitã militarem magistrans.

Misericordia a misero ⁊ corde cõpositũ nomen est.

Mineruã appellauerunt ⁊ filiam Iouis ac virginẽ putarũt. Nam ⁊ incorruptibilẽ aiunt esse natura ⁊ extremũ locũ vniuersi obtinere contendũt. Tritoniaꝫ ꝓo appellatam qm̃ ter in anni spacio vere ęstate hyeme cõmutatur. Glaucopin. i. glauculã vocari contendũt non quia vt nonnulli greci putarunt glaucos habeat oculos quod nomen ipsuꝫ denotare videtur: sed qm̃ aer visum animalibus prebeat.

Mamona hebraice vel syriace latine diuitię interpretãtur: qz punice mamon lucrũ dicitur. Mamona ergo iniquitatis iste diuitię vocant̃ etiã cum iusticia acquisitę ⁊ quę iure parentũ succedũt: qz cum labore acquirunt̃ ⁊ cũ magna sollicitudine custodiunt̃ ⁊ sine iniquitate aut vix aut raro haberi possunt.

Margus fluuius asię minoris qui ꝑ massagetas ac derbitas in oxum amnem defertur.

Mars: Ares grece appellat̃ qd regnis auxilium pugna oppressis afferre significat.

Metrodorus chius: sempiternum esse vniuersum ait. Nã si factũ esset: esset a nõ ente. Infinitũ etiã quoniã sempiternũ cũ nõ habeat principiũ vnde incipiat: nec exitũ quo terminetur: imobile quoq; asserit: quoniaꝫ moueri non possit qd non transeat. Trãsire autẽ necesse est: aut in plenũ aut in vacuũ: in quoꝝ alterũ trãsitus fieri nõ põt. Ex ętherę aũt fieri nubes densatiõe inde aquã quę ad solẽ decurrẽs extinguit ipsum: qui rarefactus rursum accendit̃: solem siccitate constipatum ex aqua splendida stellã efficere. Dicit etiã diem ac noctẽ inde fieri: ꝙ sol extinguat̃ atq; accendat̃. Eclypsim quoq; extinctione fieri.

Menoles dictus est Dionysius qd latine totũ furentẽ significat: cui bacchę orgia celebrant ⁊ crudas carnes comedentes sacro furore initiantur euan: euan. conclamantes: quę vox aspirata ꝑm exquisitã hebreoruꝫ linguam fęminei sexus serpentem significat.



N Littera si principalis fuerit syllabę aliq̃ sumit ante se g. vt Narus gnarus. Uñ ignarus nauus gnauus: vñ ignauus: ⁊ si habuerit post se c. sępe c in g mutat̃: vt quadringẽti ꝓ quadrincẽti: quingẽti ꝓ quincenti. Sed in quibus n nõ fuerit seruat̃ c. vt ducenti.

N Ante A

Nabathea regio est ab arabia incipiẽs: eãq; intra se cõtinens quę vsq; ad mare rubrũ ex latere dextro: ꝑsicã

ex sinistro: indicūq; ex supiori parte ꝓtendit: nomen habet a nabath: hismaelis ꝓmogenito. Huic metropolis est petra. Hinc Nabatheus a um: pe. ꝓducta. Juuenalis. Et quos deposuit nabatheo belua saltu. Est ⁊ Nabatha ciuitas.

Nablium diminutiuū a nabulū instrumētū musicū qđ ⁊ Naulū: a quo naulīū. Ouid. Disce etiā duplici genialia nablia palma Vertere: ꝯueniūt dulcibꝰ illa modis. Suidas Nabla organi species est alibi. Psalteriū organū est musicū qđ nabla etiā vocatur.

Nec fullones: ꝙ a veteribus grecis oia fere opera ex lana nec dicebantur.

Ne cum diphthongo. Vide in dictione Ne.

Necera nomē mulieris ꝓpriū quo significat semꝑ recēs

Neuus corporis insigne: seu genitiua macula. Unde Neuosus qui neuis plenus est.

Neuia nomen mulieris a neuo sic appellata.

Nenia e. Vide in dictione Nenia.

Naiades nymphe fluminū ⁊ fōtiū απο του ναω fluo.

Nais fluuius q ex tauro monte nascēs in pōtū mergit.

Nam cōiunctio causalis quā frequēter vsurpāt auctores ⁊ primū tn̄ locū sortit. Nāq; ṽo scōm vel alium accipit etiā ꝓ Ideo. Terē. Nam in ꝓlogis scribendis opa abutitur. Aliqñ ꝓ Autē. Cice. in Sal. Nā ꝙ in vxorē atq; filiā meā tam petulāter inuectus es.

Nanciscor eris: natus a nancio is sic ꝺm Priscianum: ⁊ significat acquiro. Terē. in phor. Non triumpho ex nuptiis tuis si nihil nanciscor mali. Salu. Homines adolescentes summā potestatē nacti. Cice. ap. 10. pul. Pluribus verbis ad te scribam cuꝫ plus ocij nactus ero: Et nācisci significat inuenire. Lact. li. vj. Si ducē nactꝰ fuerit q diligat ad meliora titubātē. Hinc renāciscor qđ a veteribus positū est ꝓ reprehendo.

Napee syluarum seu collium ⁊ florum dee sicuti dryades arborum. Virgilius. Faciles venerare napeas. Napei populi in lesbo. Et Apollo napeus sub vrbe napa: napatei populi in ethiopia: Napite populi in scythia quoꝝ caput vicus napis q ⁊ napate noiant.

Napus genus rape que longior Col. libro. ij. Napus deuexam terram amat ⁊ siccam. Huius diminutiuū est napunculus.

Napine vbi seminantur napi. Col. lib. xij. Napine iteꝫ rape siccaneis locis per hos dies fiunt.

Narphtha a latinis naphtha dicit: piscis genus vt est apud Danielem prophetam.

Nanus teste Gel. lib. xviij. grecum vocabulum est quo vocauerunt breui corpore hominē paululū supra terram extantē: quem latine Pomilionē dicimus. Nec de hominibus tantū: sed de aliis quoq; rebus dicit. Unde etiā mala nana q alio noie Melimela vocant

Nanum vas breue ⁊ latum: quod vulgo Situlū barbatum appellant.

Nar fluuius qui per vrbem narniam effluens Tyberi imiscetur. Est ⁊ alius hoc nomine qui a danubio videtur deriuari. Virgiliꝰ. Sulphurea nar albus aqua Stra. Hunc naronem vocat.

Narane fluuius dalmatie ab Epidauro nō distans amplius centum milibus passuum.

Narbasis vrbs estuaria in Hispania.

Narbonensis Gallia a Narbone ciuitate dicta est: hec olim bracata gallia dicebatur. Scribit Strabo lib. iiij. narbonē fuisse amplissimū eiꝰ regionis emporiū.

Narcissus liliij genꝰ radice carnosa atq; odora flore purpureo: folia in radice habens ad similitudinem foliorum arūdinis: sed aliquanto crassiora Dictus a ναρκη narce. vt Plinius inquit quod stuporem latine significat. Nam odor eius caput aggrauat. Eius duo sunt genera. Unum purpureo flore: alterum herbaceo. Narcisci vero pueri monumentū in ora boetie per quod transeuntes silebant. Unde taciturnum vocabant. Fertur narcissus per filius fuisse Cephisi amnis ⁊ lyriopes nymphe qui cum pulchritudine prestaret a multis nymphis amatus est: ⁊ cum nimio desiderio potiunde nymphe contabuisset: mutatus est in florem sui nominis. Est ⁊ narcissus nomen fluuij ⁊ nomen liberti potentissimi claudij.

Narcotica medici neoterici appellant medicamenta quibus stupor conciliatur: ac torpor aduersus sensuꝫ doloris et cruciatum.

Narcissites pe. correpta gēma appellata est que narcissi colorem habet.

Nardus feminini generis ⁊ nardum neutri frutex graui ⁊ crassa radice: sed breui ac nigra aspero sapore: folio paruo densoq;. Tibul. Illius puro distillent tempora nardo.

Nardinū pe. pro. vnguentum ex nardo factum: qđ alio noie dicitur Foliatum: vt ait Plinius.

Narthecīū diminutiuū est: greci Narthecа vocant ferulam assurgentē in altitudinē: humilē vero ⁊ depressam narthecion dicūt. Cū aūt semē ferule morbis quibusdā auxiliari dicāt: medici narthecion ꝓ repositorio medicamētoꝝ vsurparūt etiā si fuerit ex alia materia factū: vel qr id genus ligni accōmodatū est ad seruanda medicamenta. Cice. de fi. bono. Jam doloris medicamenta illa epicurea tanq̄ de narthecio promant. Hinc narthecophori: quasi feruligeri dicti sūt Bacchi ministri.

Nares proprie nasi latiores partes in quibus sunt spiracula a naritate: (vt inquit Dona.) que nos odoratu doceant presto ⁊ prope esse quod adhuc oculi non vident. Siue vt aliij volunt ꝙ per eas odor vel spiritus nare nō desinat. Virg. li. iij. Ge. Collectūq; premēs voluit sub naribus igneꝫ. Ouid. vsus est singulari ꝓ naso. Pandaq; naris erat. He ꝑtes nasi. nares imus nasus dici solent. Sue. de Aug. Mediocres aures: nasum a sūmo eminentiorē: ab imo deductiorē.

Narnia vmbrie ciuitas ꝑ quā nar labit: a quo ⁊ nomen accepit Liui. li. x. A nare flumine narnia appellata.

Narica genus piscis minuti: a nādo: vt qdā existimāt.

Narcum quod ⁊ narix: ⁊ naryce dicit oppidū locroꝝ vetustissimū fuit: vnde Aiax fuit: ⁊ naricij populi: de quibus Virgi. Hic ⁊ naricij posuerunt menia locri. Hinc dicta est pix naricia. Similiter naricia insula in mari egeo vel ionio que fuit Vlissis.

Narsturtiū ⁊ nasturtiū: vt Pli. docet: nomen accepit a nariū torsione. Hinc factū est ꝓuerbiū ad excitandū torporē. Ede nasturtiū: quasi diceremꝰ: Expergiscere. Est autē herba hortēsis: ꝓdest cōtra suspiria ⁊ tussim Greci Cardamon appellāt. Stra. lib. xv. de ꝑsarum victu loquēs sic refert. Quotidianus eoꝝ cibus post exercitiū est panis durissimus ⁊ cardamū: ⁊ salis granum ⁊ carnes asse siue elixe potus est aqua.

Narro as dico: recito: a quo narratio que est rerum gestarum aut perinde vt gestarū expositio. Huius cōposita sūt Denarro: Enarro: qđ est extra ⁊ large narro ⁊ ꝓprie vt Diom. inqt. Enarratio est obscurorum sensuū q̄stionū ve explanatio: vel exq̄sitio ꝑ quā vniuscuiusq; rei qualitatem poeticis glossulis exoluimus. Lactā. lib. vj. Quis sacramentū dei sciēs tam significanter enarrare legē dei potuisset q̄ illam hō longe a veritatis noticia remotꝰ expressit? Prenarro primo ⁊ ante alia naro. Terē. in Eu. Oportuit rē ꝓnarrasse me. Obnarro puerto: declaroq; significat.

Narratiuncula parua narratio. Quint. Narratiunculas a poetis celebratas noticie causa non eloquentie tractandas puto.

Nassa genus vasis piscatoriij quo cum intrauerit piscis exire nō potest. Plautus. Nunq̄ ex ista nassa hodie escam petam.

Nasica penul. ꝓ. Scipio dictus est. Oui. Nasica exce

pit templi non extitit auctor Augustus nunc est ante metellus erat.

Nasus dicit̄ ea pars capitis que e superciliorū cōfinio oriens et quasi equali porrecta iugo vtranq̄ aciem simul et discernit ⁊ munit. Duo autē eius spiramina geminiq̄ hiatus quos veluti quidā paries per mediū ductus intersepit nares vocātur. Aliquādo nasus ponitur pro acrimonia et dicacitate. Unde habere nasum eū dicimus: qui venusta quadā ⁊ subdola irrisione aliū deridet. Apul. in meta. Contorta et vituperanti nare discessit. Plini. Primus Lucilius cōdidit stili nasum. i. scripsit satyrā que acerbitatem quandā ⁊ acrimoniā stili habet in vitiis insectandis. Marti. Non cuicūq̄ datū est habere nasum. i. acrimoniā ad deridendā ⁊ dicacitatē. Hinc nasuti dicūt̄ dicaces reprehēsores ⁊ derisores. Idē. Nasutus sis vsq̄ licet sis deniq̄ nasus. Idē formauit cōparatiuū. Nil nasutius. Apul. Nasutula mulier ac dicacula. Nasus em̄ sagacē sapientiā representat sumpta metaphora ab anialib⁹. Canes em̄ et vultures olfactu inquirūt. Sapiēs igit̄ et cautus est qui odoratu abstrusa q̄q̄ intelligit. Hora. in Ser. Ut pleriq̄ solent naso suspendis adunco. Ignoto vt me libertino patre natū. A nasus fit verbū denaso as.

Nasiterna vas aquariū ansatū ac patēs. Uar. lib. i. de re rus. Ut ex ere abena vrceos nasiternā faceret.

Nasamones pe. pro. sunt ppli libye nauiū syrtib⁹ inuolutarū spoliatores. Luca. Hoc tam segne solū raras tn̄ exerit herbas: Quas nasamon gēs dira legit que proxima ponto Nudus rura tenet quē mūdi barbara dānis Syrtis alit: nā littoreis populator arenis Imminet ⁊ nullos port⁹ tangēte carina nouit opes: Sic cū toto cōmertia mūdo naufragiis nasamōes hnt. Sui. νασαμων εξου νασαμωνεσ εθνοσ λιβυκοσ και νασαμωνοσ ονομα κυριον.

Nascor eris. natus: note significationis. Sal. L. Catilina nobili genere natus fuit: magna vi animi ⁊ corporis. Et dicimus natus sum laudi ⁊ ad laudē. Cice. pro Sex. Qui se patrie qui ciuib⁹ suis: qui laudi: qui glorie: nō somno: nō conuiuiis: nō delectationi natos arbitrant̄. Idē ibi. Nam quid ageret vir ad dignitatem et gloriā natus. Huius cōposita sunt Annascor cōnascor: vnde Cognatus a. um. Leo pap. Epyphanie nobis dilectissimi veneranda festiuitas dat perseuerantiam gaudiorum: vt inter cognatarū solennitatū vicina sacramenta exultationis vigor et feruor fidei nō tepesceret. Enascor extra nascor. Iusti. lib. i. Hic per somnū videt ex naturalibus filie quā vnicā habebat vitā enatā: cui⁹ palmite oīs asia obumbrabat̄. Denascor / decresco / deficio / morior. Cas. Hemina. lib. ii. annaliū. Que nata sunt ea oīa denasci aiunt. Innascor intus nascor. Cice. lib. i. offi. Sz illud odiosū q̄ in hac elatiōe ⁊ magnitudine animi facillime pertinacia ⁊ nimia cupiditas pncipatus innascitur. Internascor / in medio nascor. Col. lib. v. Ne aut pāpinarius palmes internat⁹. Obnascor / circūnascor. Renascor rursus nascor. Lact. lib. vii. Itaq̄ renasci eas putauerūt. Pronascor / ortum habeo. Teren in Phor. Aiūt illā ciuē atticā bonā bonis prognatā.

Natus a. um. participiū. Teren. in heau. Annos sexaginta natus es aut plus eo: vt conicio. Natus nati nomen p filio: sicut et nata e. pro filia. Virg. Nate mee vires: mea magna potentia solus. Natorum appellatio inquit Modestinus ad nepotes extendit̄. Addimus q̄nq̄ g. et dicimus Gnatus gnata: que semp sunt substantiua. Natus us. non legi nisi in ablatiuo tantū. Cic. in Cato. Q̄ eū colere cepi: nō admodū grandē natu sed tn̄ iam etate prouectū.

Natio genus hominū inquit Festus qui nō aliūde venerunt sed ibi nati sunt. Et natio pncipalis est in qua possunt esse multe gentes. Ideo plus in se cōtinet q̄ gens. In pecoribus quoq̄ bonus prouentus feture bone natio dicit̄.

Natalis generis mascu. Natale neutri: et hoc natalicium sumitur pro die quo quis natus est. In quo etiā significato capitur hic et hec natalis et hoc natale. Similiter natalitius a. um. in quibus additur dies. Terē. in phor. Porro autē alio vbi erit puero natalis dies. Leo pap. Natalem igitur diē domini celebremus. Substātiuū. Virg. Meus est natalis iola. Pli. Dum natales suos celebraret. Dicitur ⁊ natalis de rebus inanimatis pro nascens. Idē lib. xxxvii. Similis est huic quidā arabicus: minor tn̄. Similit̄ ⁊ nascens ceteris pallor gentis: et in auro nō nisi excellētissimo natalis. Natales plurali tn̄ nūero significant conditionē sanguinis aut familie: vt generosi natales: natales obscuri. Cor. tacitus. Aderat Cornelius fuscus vigens etate claris natalibus. Pli. in epistola ad Messium p ignobilitate posuit ⁊ sordibus generis. Nonnūq̄ cādidatus aut natales competitoris: aut annos: aut etiā mores arguebat. Iuuena. etiā pro celebritate diei natalis sumpsit. Palmam inter dominas virtus natalibus equat: id ē nō altera victoria exhilarat̄ q̄ dies natales celebrātur. Et natales pro annis accipiunt̄. Sapho. Sex mihi natales ierant. Tot em̄ dies celebrant̄ natales quot aguntur anni.

Natiuus a. um. in quod aliquid nascitur. Pli. lib. xxxi. Sunt et mōtes natiui salis. Et natiuus qui natus est passiue significationis. Gel. Propterea obliteratis et abolitis natiue pietat̄. Natiuus color dicit̄ naturalis qui nulla arte: sed natura producitur: modo in albedinē tendens: modo in nigredinē non tn̄ perfecte: vt albus vel niger. Natiuus color albus leucopus dicit̄ vilis atq̄ vulgaris: nomē trahēs a grecis: apud quos λευκον dicit̄ albū. Natiu⁹ color niger leucopo cōtrarius pprie pullus vocatur.

Natiuitas: idem quod ortus: quod nomen vsurpatur ab ecclesiasticis.

Natalitius a. um. et natalitiū. Uide in dictiōe natiu⁹.

Natura dicta est ab eo q̄ nasci aliquid faciat. Hāc quidā deū esse dixerūt a quo oīa sūt creata. Seneca. lib. iiii. de venefi. Natura hoc mihi prestat: nō intelligis te cū hoc dicis mutare noīe deo? Quid em̄ aliud ē natura q̄ deus ⁊ diuina ratio: toti mūdo ⁊ partibus eius inserta. Pli. Ubiq̄ naturā parentē rerū opificēq̄ appellat. Ponit̄ interdū pro vi. Unde arborū atq̄ herbarū naturas dicimus. Interdū p amore. Virg. Nūc age naturas apibus quas iuppiter ipse Addidit expediā. Interdū pro genitalib⁹ tam virilib⁹ q̄ femineis: que a grecis dicit̄ physis. Hiero. de circūcisiōe. Videamus que causa est: vt eam partem corporis secretior et occultior est que a grecis physis: a nostris dicit̄ natura ad circuncidendā dn̄s elegerit? Pli. Si quadrupes fetū nō admittat: vrtica naturā fricandā monstrauit. Dicta natura q2 in eo membro nascendi vis sit. Et natura est que vnicuiq̄ rei formā dat specifica differentia: diffiniturq̄ a phis. Natura est motus principiū s̄m se et nō per accidēs: qm̄ vniuersa corpora ppriū habēt motū per se: vt ignis per se sursum fertur: terra deorsum ⁊ non p accidens: qm̄ id nō naturale: sed artificiale dicit̄.

Naturalis ⁊ hoc naturale quod s̄m naturā est. Unde naturales filii dicunt̄ legittimi qui sola natura cōiugali lege sint orti non ex cōcubina. Sue. in Tiberio. Filiorū neq̄ naturalē drusum: neq̄ adoptiuū germanicū patria caritate dilexit.

Naturalia plurali tn̄ numero dicūtur pudenda. Col. Si equa marem non patitur detrita stilla naturalia eius leniuntur que res accendit libidinē. Idem libro.

ix. de pulcenis. Plumulę sub cauda clunibus detrahende: ne stercore coinquinate durescāt et naturalia pręcludant.
Nates a nitendo: vt quidā existimant. Ibi eñ est caro firmior ꝙ in ceteris membris ne premente corporis mole ossibus cogatur. Hora. in Ser. Diffisa nate ficus. Parū tumor clunis dr. Iuue. Ad terrā tremulo descendunt clune puellę.
Nato as. frequētatiuū est ꝟbi. No as. nare aut natare proprium est piscium. Col. per translationem libro. iij. pro vltra ire posuit. Alioquin etiā nouellam viteam ex resectione natam vini inutilem habebis prima parte terrę natātibus radicibus. Quādoq; pro trepidare. Ouid. lib. vj. fast. Mox erat ⁊ viuis oculiq; animiq; natabant. Quādoq; pro nauigare. Hui⁹ cōposita sunt Adnato iuxta nato: siue ad aliquē locū nauigo. Virg. Huc pauci vestris adnauimus oris. Connato sil' nato. Plaut. Cōnatat nobiscū. i. riualis est. Et est a conno. Idem Cōnatiōis nr̄e cōscius: hoc est ꝙ eandem adiremus mulierem. Sed hec per metaphorā. Enato extra nato ab Eno. Vt insuetū pariter gelidas enauit ad arctos. Innato intus nato: ab Inno. Virg. lib. ij. ge. Necnō ⁊ torrentē vndā innatat alnus. Idē li. iij. geo. de Inno. Fluuiosq; innare capaces. Denato deorsum nato: a Deno Vide alibi Obnato contra seu circa nato: ab Obno: vt In equore fuluis obnatat vmbra fretis. Prenato ante nato: a preno. Pli. Prenatante pisciculo frōtē suā spargit. Renato rursus nato vel natādo reuertor: a Reno. Supernato sup vndas sto non mergor: a Superno. Pli. lib. xxxij. Postea supnatās aqua tollit spōgūs. Transnato vltra nato: a Trano. Liui. Mangonem cū equitatu flumen tranatasse. Virg. lib. iij. Georg. Superant mōtes ⁊ flumina tranāt. Et oīa habent pe. cor. et a naue dicta sunt.
Natatus us. ipse natādi actus. Clau. li. iij. Lucus erat prope flumē atbim quod candida profert sępe mari pulchrosq; secat galathea natatu.
Natatilis penul. cor. qui natat vel natare potest: sicut volatilis qui volat vel volare potest. Aug. lib. xij. de ciui. dei. Talē illi creauit animā qua per rationē atq; intelligentiā oībus esset pstantior animalib⁹ terrestribus ⁊ natatilibus ⁊ volatilibus quę mentē huius modi non haberent.
Natrix ge. mascu. et fę. genus serpentis: a nando: ꝙ in aqua quoq; venenū spargit. Prisci. lib. v. Natrix cū speciē anguis significat masculinū quoq; inuenitur. Cice. Cur oīa nostri causa cū faceret tantā vim natricū viperarūq;. Luca. Et natrix violator aquę. Itē natrix herba est cui⁹ radix euulsa virus hirci redolet. Natrix quoq; mulier dici pōt natans sicut natatrix.
Natabula ab Apuleio dicunt loca natationis
Natinatones: negociosi vocabant: et natinatio negociatio.
Nauis a greco ναυσ: cui⁹ dimi. est nauicula (quo fit aliud nauicella.
Nauale adiectiuū: quod ad naues ptinet. Unde naualis corona qua donari solebat qui primus in hostiū nauē armatus transiliisset. Hiero. Qui nauali prelio dimicaturi sunt.
Naualia in quibus stant vel fieri solent naues. Virg. Diripiātq; rates alij naualib⁹ ire. Ouid. lib. iij. me. Haud aliter ꝙ si siccū nauale tenerent.
Nauarchus nauis pnceps qui in naui nautis imperat quecunq; ad faciendam nauigationē nec absurde in triremib⁹ idē esse intelligit qui Comes vel comicus dicit. Cice. in ver. Sumptū omnē in classem frumento stipendio ceterisq; rebus nauarcho suo quęq; ciuitas semp dare solebat.
Nauarchis idis. nauis pretoria in qua est pretor.
Naucierus qui nauem regit: latine nauicularī⁹ dicit: quasi nauis cleros. i. sors.
Naucierius a. um. quod ad nauclerū pertinet. Plaut. in asi. Volo mei patris me similē qui causa mea nauclerio ipe ornatu per fallaciā quā amabā abduxit ab lenone mulierem.
Naucleriacus a. um. eiusdē significatiōis. Idē in Mili. Facito vt venias huc ornatu naucleriaco.
Naumachia nauale bellum seu naualis pugna. Interdum accipitur pro loco vbi fit pugna. Sue. in Tibe. Semel triremi vsq; ad primos naumachie hortos subuectus est.
Naumachiarij: sunt qui preliū nauale cōmittūt. Sue. in Clau. Proclamantibus naumachiarijs. Hi etiam Epibate dicunt greca voce.
Nauigiū nauis ductio quod ⁊ nauigiū dr. Et nauigiū omne genus nauis quo nauigamus appellat. Nauis vero species est. Col. Iamq; qui ędificare velint fabros ⁊ architectos aduocēt: qui nauigia mari cōcredere gubernandi peritos.
Nauiger penul. cor. qui nauem ducit.
Nauigo as. penulti. cor. naui iter facio. Et dicimus nauigo mare. Virg. Gens inimica mihi tyrrhenū nauigat equor. Nauigo i naui. Amb. Hec ergo nō turbatur nauis in qua prudētia nauigat. Nauigo in mari. Terē. in an. Ego in portu nauigo. Hui⁹ cōpositū est Enauigo qd est extra nauigo. Hiero. ad Helio. Sȝ qm scopulosis locis enauigauit oro. Dicimusq; hic fluui⁹ enauigat⁹ est. Pli. li. ix. Hui⁹ obiectu vasti⁹ efficit sinus. xij. dierū ⁊ noctiū remigio enauigatus.
Naupegus pe. pro. οτι ελληνικωσ λεγεται ναυπηγοσ ωσ ναυσ και πηγνυμι ρημα.
Nauta ⁊ nauita qui in se in naui agenda exercet: et quibusq; in naui est nauis ducende gratia.
Nauticus qui nauem gubernat. Pli. lib. ix. Quod vbi videre nautici statim plurib⁹ anchoris nauigia infrenant. Nauticus a. um. qd est nautarū. Virg. lib. iij. Nauticus exorit vario certamine clamor.
Nauiculor aris. proprie ociosa nauicula vehor. Mar. Piger lucrino nauiculat in stagno.
Naufragor penul. cor. deponens: et naufrago as. naufragium facio. Hiero. Quā quidā repellentes circa fidem naufragauerunt.
Naufragus qui naui fracta bona amisit. Prop. Tetra venena bibens et naufragus ebibat vndas. Dicitur et vnda naufraga q̄ naues frangit.
Naufragiū nauis fractio: licet quādoq; pro nauigandi periculo: et qñq; pro nauigatiōis dāno ⁊ infortunio ⁊ tactura sumatur.
Naulū pciū quod soluit pro vectura in naui. Iuuena. Furor est post oīa pdere naulū.
Nauia lignū cauatū: vt nauis ḡ in vindemijs vti solēt.
Nautillus piscis dictus ꝙ nauigantis effigiem habeat ναυτιλλομαι. eñ apud grecos significat nauigo ab alijs Pompillus vocatur. Est ⁊ nautillus nauta nautillia nauigatio. i. ars nauigandi.
Naustibullū alueum ad nauis similitudinē factum.
Nauus celer: strenuus: a nauium celeritate dictus qui ⁊ gnauus dicit: cui⁹ contrariū est ignauus: nauia nauitas gnauia ve celeritas strenuitas. Unde ignauia tarditas/desidia. Interdū nauus dr qsi scius ⁊ optime pernoscēs. Col. lib. viij. Sit autē vigulans impiger industrius nauus omniū quas pascit.
Nauo as. studio se impleo/do/cōfero cum affectu demōstro. i. adiumēto sum. Cice. lib. ij. de ora. Iā mihi videor nauasse opā: ꝙ huc venerim. Idē Apio pul. Illud pugna et enitere ne qd nobis tpis progret: vt cū tibi hic satisfecerimus: istic quoq; nr̄am in te beniuolētiā nauare possim⁹. i. cōferre vel ostēdere. Tractū ꝟbū a naut; cū sūt auxilio alijs in gubernādis nauib⁹. Naues eñ cū ex naualib⁹ in mare deducūt ma-

ximo hominū auxilio indigent.

Nautea herba granis nigris qua vtuntur coriarij: vel aqua coriariorum: vel vt No. inquit aqua ex nauis sentina veniēs. Plaut. in asi. Nauteā bibere malim si necesse sit q̄ illā oscularier. Idē. Omniū vnguēto-rū odor pre tuo naute est.

Nausea stomachi ad vomitū ex graui odore perturbatio a naui deductū nomen: ex cuius sentina mouetur vomitus. Hiero. ad furiam. Vsq; ad nauseam saturata es. Hinc Nauseosus a. um. qd nauseā inducit. Pli. Radice crassa madida nauseosa.

Nauseo as. nauseam habeo & vomitu infestor. Plau. in Am. Lassus sum hercle e naui vt vectus sum huc etiā nūc nauseo. Cice. Fabio Gallo. Vidit me nauseantē nō modo mittēdi causā habuisti: sed etiā visendi. Est et nauseor deponēs. Hiero. Ex hac coturnice satiatus israel nauseatur.

Nausio is. de grano fabe dr cū nascendi gratia se aperit q̄ sit nō dissimile nauis figure.

Nauci: putamen nucis siue oliue nucleus seu mēbranula q̄ in nucis iuglandis medio ē. Ponit etiā p eo qd est nihili. Plau. Qui homo timidus nō erit in reb9 dubijs: nauci nō erit. Dictū nauci q̄si nuci a nuce.

Nausicaa Alcinoi pheacū regis filia. Mar. Si mihi nausicaa patrios cōcederet hortos. Alcinoo possem dicere malo meos.

Nausithous: neptuni filius & pater Alcinoi.

Naupontus: amnis qui pamportus etiā a Strabone vocat. Amnis inquit pamportus ex illirio nauigabilis defert in Sauū. Et alibi. Iuxta naupontū amnis est. Carcora excipiens cōmerciorū onera. Hic in sauū ille in drauum delabitur.

Nauaria pars hispanie septētrionalis que versus Arcton Vasconib9 adiacet: ad meridiē vero Tarraconiam habet regionem.

Naxos insula in egeo vna ex cycladibus ceteras superans antea Strongyle dicta. Hec Dia postea appellata fuit. Verum cū cares ex lamia profecti duce naxo eā occuparūt a duce naxon appellarūt. Hāc Dionysiā a vinearū fertilitate dici scribit Pli. Vel qr vt alij volūt: sole naxie mulieres octauo mēse pari: aut quoto & liber pater natus creditur: siue quia fons in ea vino affluat. Distat a delo septem milibus. Hinc naxius a. um. Vnde naxius ardor apud Col. quo significat bacchi corone sydus. Nā vt ferunt poete in insula naxo relicta Ariadne a Theseo nuptias cum baccho fecit: donataq; corona iter sydera relata fuit.

Naçareus cōsecratus dicitur et a naçareth naçarenus christus filius marie de qua Anastasius feruenti oratione dicebat μάρια χαιρε ο̃τι υπαρχεισ βασιλεωσ κάθε Δρα χαιρε ο τι βαστα ζεισ τον βαστάζοντα παντα.

N Ante E

Ne dehortatiuū seu prohibitiuū aduerbiū est. Virg. Tu ne cede malis: sed cōtra audentior ito. Quandoq; est cōiūctio copulatiua & ponit pro neq;. Cic. Ne dici quidē opus est q̄ta dimicatione ciuiū. Quādoq; adiectiua. Mar. Lex hec carminibus data est iocosis ne possint nisi pruriant iuuare. Quādoq; Rationalis p ergo. Virg. Me ne incepto desistere victam? Quādoq; causalis. Idem. Ne recipi portis: aut duci in menia possit. i. vt non. Quandoq; ponit p vt. Cice. Curioni. Vt nō vereremur ne nimis cito mitteremus. Idē. Ne amicis nihil tribuamus epulamur. i. etiā vt amicis tribuamus epulamur. Qñq; significat nō. Terē. in An. Ego id agam mihi qui ne det. Qñq; nedū. Idem in eadē: Ne vacuū esse nūc me ad narrandū credas. Plerūq; dubitatiua. Virg. Iusticie ne prius mirer belli ne laborum. Apud oratores plerumq; vna sola est & semper in prima parte locatur: vt bonus ne est: an malus? Aliquādo etiam sic Fundū mihi nec ne sit ignoro? Et per interrogationē. Cice. Verū vultis scrori flacco nec ne. i. an non. Quidā superuacuū addūt alterū an. Hoc mō nescio an bene faciā necne. Quādoq; confirmatiua. Virg. Tāta ne me tenuit viuēdi nate voluptas: Vt p me hostili paterer succedere dextre? Quo cū in loco quidam (quos quantitas reprobat: nā ne illic corripitur vt notū est) exponunt ne p vtiq; cū diph. scribentes. Quādoq; interrogatiua est. Ter. Ego ne? Tu ergo Quādoq; habet vim interrogādi & dubitādi simul. Idē. Datur ne illa hodie Pāphilo nuptū. Quādoq; diminutiuā vim habet & pro saltem ponit. Sal. Secūde res sapiētiū animos fatigāt ne illi corruptis moribus victoriā temperarent. Ae ne cum diph. greca dictio est: que per ai scribitur & significat valde vehementer nimis. Teren. Faciūt ne intelligendo: vt nihil intelligāt q̄si q̄ qui magis q̄ opus sit aliquid vel inquirunt vel speculant: in eorū nūero sunt habendi qui nihil intelligunt. Aliquando significat certe vel vtiq; profecto: vel ita: vel etiā. Et hoc p ironiā. Cic. Curio. Incredibile q̄ turpiter mihi facere videar q̄ his rebus intersim ne tu videris multo ante prouidisse quid impenderet. Idē Treb. Ne ego multo libentius emerim diuersoriū Terracine. Idē. Ne illi vehementer errāt. Affirmat eīn illos vehemēter errare. Hora. Clarus erit fortis iustus sapiēs ne etiā rex. Cōposita a ne aduerbio negādi sunt. Nec neq; neq̄ cū eius deriuatiuis nequicq̄/neutiq̄/ nequaq̄/ necubi/nedū: et alia. Sciendū q̄ recte dicit: Vereor ne hic moriatur: vel vt moriatur: vel vt ne moriatur: pro vt non moriatur. Hiero. in gn. Timeo ne putet me sibi voluisse illudere. Cice. Metuo vt ne pereat. Terē. Apprime in vita vtile: vt ne quid nimis: p vt nō vt quid. Preterea inter ne & quidē semp inter aliquid interponēdū est: et tūc significat nec.

Ne viuam iurantis est. i. moriar. Cice. Sed ne viuam tibi concedo.

Nea insula. Pli. lib. ij. de insulis enatis: inter Lemnū & Hellespontū Nea.

Neapolis ciuitas quā Chalcidenses cōdiderūt q̄si noua ciuitas. Parthenope a tumulo syrenis appellata. Suidas. νεαπολισ πολισ ιταλικη διασημωσ ην η παρθενοπησ λεγομενησ σειρηνοσ αγαλμα πολλαι δε και αλλαι νεαπολεισ.

Nebula sic differt a nube: q̄ nebula vapor sit e terra atq; aquis surgens que siue statim euanescit: siue in altum sublata conuertitur in nubem nubes quocunq; tempore fieri possunt. Nebule nec estate calida: nec nimio frigore existunt.

Nebularium edificium a subijcienda messe per nubilū tempus.

Nebulones et tenebriones dicti sunt nugatores vani nullius precij hoies qui mēdacijs & astutijs suis nebulam quandā et tenebras obijciāt: vel q̄ ad fugam fugitiuis nebule sunt accōmodate. Lucil. Nugator quidā ac nebulo sit maximus multo.

Nebrides penul. cor. damarū seu ceruorū pelles quib9 vti veteres in bacchi sacris solebant νεβροσ enim dama seu ceruus est.

Nebrodes mōs i sicilia cui damarū copia nomē dedit.

Nec et neq; cōiunctiōes distincte: vt nec vel neq; lego: nec scribo. Nōnūq; significat nō: vt nec video quorsum res euadat: sed differunt q̄ non negat solum: nec et neq; negant & copulant. Aliquando saltem: vt nec quidē punctum temporis. Resoluitur interdū in copulatiuā & vt non feci hoc nec facerem. i. et nō facerē Sed si sequatur eīn vim simplicis negationis habet vt nec eīn id facerem. i. nō eīn id facerem. Quādoq;

significat etiã. Quint. Persolui gratia nõ potest: nec malo patri. i. etiam malo patri. Factũ est autẽ Nec a neq; per apocopen extremarũ vocaliũ. Et quia in fine syllabę. q. scribi non poterat transiuit in c. Nam c. et q. affines litterę sunt.

Necesse siue necessum dicitur quod vi aliqua cogente fieri opus est a cesso verbo deductum: quia non sit in eo cessandũ. Et declinantur hic ⁊ hęc necessis et hoc necesse: et necessus a. um. a quo Necessitas: necessitudo: necessarius.

Necessitas vis ipa quę cogit: vt necessitas mihi incumbit eundi mutinam. Aliquando appellatione necessitatis ius quoddã ⁊ vinculũ religiose cõiunctionis familiaritatisve significatur. Cęsar. Equidẽ mihi videor pro nostra necessitate nõ labore: non opera: nõ industria defuisse. Significat enĩ hic cõiunctionẽ vel amoris hoc est affinitatẽ vel strictã amicitiã. Idẽ significat necessitudo. Sal. in Iug. Coactus rerũ necessitudine statuit armis certare. Cice. Pro ait sibi cũ equitibus romanis necessitudinẽ esse. Aliqñ necessitudo ponit̃ pro necessario. i. cognato vl' affine. Sue. in Augu. Remisit tamen hosti iudicato necessitudines amicosq; omnes.

Necessitudo. Vide in dictione necessitas.

Necessarius a. um. dicit̃ illud sine quo fieri non potest: vt necessarius est mihi aduẽtus tuus. Hinc fit necessario aduerbiũ.

Necessarii dicuntur cognati vel affines vel amici et hi quib⁹ vti familiariter solemus: ꝙ nulla inter eos cessatio. i. separatio fit: vel ꝙ necessaria inter eos officia conferantur.

Neco as. aui. atum. ferro interimo. Liui. lib. i. Obrutam armis necauere. Neco as. cui. ctũ. al's ui. Dio. Neco cui verũtamẽ ⁊ necaui legim⁹ vt nectus ⁊ necatus. Et hoc differre volunt necui quasi suffocaui: necaui quasi ferro occidi. Vñ necẽ cedẽ appellamus Sic et Pris. sentit. Sꝫ ambo fallunt̃: qñquidẽ ostendere licet necaui et necatus de quacũq; morte dici. Aug. lib. i. de ci. dei. Omes enĩ quos fames necauit malis vitę hui⁹ sicut morb⁹ corporis eripuit. Quos aũt nõ necauit: docuit partius viuere: docuit produc ti⁹ ieiunare. Quint. lib. iii. Hinc adulter loris cesus aut famę necat⁹. Cice. lib. iii. ad heren. Si accusator dixerit ab re hoiem veneno necatũ. Nec de hoie tñ dr̃ sed de aliis q̃q;. Col. lib. ii. Sic oẽs radices herbarũ pręrupte necant̃. Nectus tñ semper sine ferro dicitur. Liui. li. xxi. Famę / frigore / illuuie / squalore / enecta. Huius verbi cõposita sũt Eneco suffoco. Plau. in am Puer ãbos angues enecat. Hora. li. i. epl'arũ Spem mentita seges: bos est enectus arãdo. Inter neco ⁊ perneco. Et habent penul. cor.

Necromantia penul. acuta: diuinatio quę fit per cadauera vt apud Luca. Cũ mortu⁹ suscitat⁹ euentũ belli pharsalici. Sex. Pompeio p̃dixit νεκρος enĩ mortuus dr̃: necron cadauer: necrosis mortificatio μαντεια diuinatio. vnde Stra. signa fictilia quę corintho euersa romã impleuere necrocorinthios. i. corinthiorũ defunctos vocata scribit.

Necromantici sunt quorũ incantamentis vident̃ resuscitari mortui: horum sacrorꝫ duo sunt genera Necyomantia ⁊ Sciomantia: necyomantia ad eleuandũ cadauer sanguis est necessarius. In sciomantia vmbre tantũ est euocatio.

Necto is. nexui: et xi. xum. ligo iungo. Virg. lib. v. Et paribus palmas amborũ innexuit armis. Proper. At tibi qui nostro nexisti retia lecto. Hui⁹ composita sunt Annecto quod est ad aliquid necto: siue iuxta necto: subiũgo. Hier. ad Dama. Quod mihi videt̃ annexui. i. subiunxi. Col. lib. v. At si regiõis conditio permittit de veteribus hastilia quibus annectantur singula transuersę perticę alligent̃. Connecto simul necto. Idẽ in eodem. Eaq; vel saligneis perticis vel cõpluribus quasi fasciculis arundinũ connectuntur. Innecto intus necto cateno. Clau. lib. ii. Mutuaq; alternis innectite colla lacertis. i. cõplectimini. Internecto. Virg. li. viii. Et fibula crinẽ auro internectat lyciã vt gerat ipsa pharetrã. Obnecto obligo: subnecto subiũgo. Virg. Aurea subnectẽs exerte cingula mãme.

Nectar grecũ est: et deorũ potio dici potest. Quo etiã noie immortalitas designat̃ ab νε qđ priuationẽ significat et κτενω occido. Inde fit nectareus. a. um. pro diuino ⁊ immortali.

Necubi: pro ne alicubi. i. vt nõ in aliquo loco: et semp duo verba postulat: vt iussi necubi mihi presto sis: id est ne in vllo loco sis.

Necunde. i. ne ex aliquo loco.

Necyia quasi mortuaria resq; funebris ⁊ ad mortuos pertinẽs. Est enĩ euocatio maniũ quę ⁊ necyomãtia quasi diuinatio per mortuũ dicit̃. Apud Homerũ in odis. Ab vlisse euocatio maniũ sacro magico in scrobe ꝓcurato νεκυς grece: latine mortuus.

Nedum: significat non solum: et duobus modis accipi solet. Vno cũ vtrãq; sententiã eodẽ claudimus verbo: vt funderẽ pro te sanguinẽ nedũ pecuniã. Altero cũ suum vtriq; sententię verbũ accommodamus: vt funderẽ pro te sanguinẽ nedũ tibi pecuniã crederem. Negatiue sic. Non funderẽ pro te obulũ: nedũ ꝓ te sanguinẽ non funderem.

Nefarii: scelesti sacrilegi: a farre deductũ nomẽ quo scelerati quasi vita vti nõ debẽt. Et inde qui indigni sũt vt viuãt nefarii vocantur. Quidã etiã a faris verbo deriuant. Asco. scribit nefariũ qđ sacra polluit farre pio solita celebrari ergo nefarii sacrilegi.

Nefandus a. um. et nefans nefantis qđ non est fandũ a nefas ꝙ ne fari quidẽ liceat. Luci. lib. vii. Tantal⁹ qui pęnas ob facta nefantia luit.

Nefrendes dicunt̃ a Varrone porci qui noie lactentis amisso nondũ fabã frendere possunt. i. frangere.

Negligo is. pe. cor. xi. ctum: contemno nõ curo: quasi ne legere quidẽ nec videre dignor. Teren. in Adel. Pecuniã in loco negligere maximũ interdum est lucrũ. Hinc negligentia ⁊ neglectus us. ꝓ cõtemptu. Idẽ in heau. Hęc res neutiq; neglectui est mihi.

Nego as. ex non et ago pro dico cõpositũ est licet etiã de factis dicat̃: vt apud apostolũ. Confitent̃ se nosse deũ factis autẽ negãt. Hui⁹ cõposita sunt: Abnego: Denego: Pernego: quod est ꝑfecte nego. Plau. in asi. Vbi creditũ qđ tibi sit datũ esse pnegaris. Subnego aliquãtũ nego. Cice. Treba. Verũtamẽ quod p̃senti tibi ꝓbe subnegarent: et habent. pe. cor.

Negatio postposita negationi non semper habet vim affirmandi: sed magis negandi cum altera pro vniuersali ponit̃ et particulares sequũtur. Hoc modo. Nullas accepi a te litteras nec breues nec ꝓlixas. Virg. Nulla neq; amnẽ libauit quadrupes nec graminis attigit herbã. Itẽ vna sola negatio postposita negatiõi negat: ita tñ vt sequẽs iũgat̃ cũ quidẽ. Cic. Lentulo neq; erraret ne aduersarii q̃dẽ. Et si dixero. Non tibi hoc ꝑsuaderet ne deus quidẽ: subaudit̃ enĩ alia negatiõis pars sic. Nõ tibi hoc ꝑsuaderet aliq̃s Deinde ad mai⁹ significatũ subiũgo ne de⁹ quidẽ cui oino est credendũ. Interdũ etiã sine quidẽ duę negationes negãt cũ vna ꝑticularis obmittit̃. Ter. Agrũ in his regionib⁹ meliorẽ: neq; p̃cii maioris nemo habet: subaudit̃ enĩ neq; meliorẽ. Var. li. iii. de vi. pa. ostẽdit duas negatiuas pro vna accipiẽdas cũ dixit Qua abstinẽtia viri mulieresq; romanę fuerint ꝙ a rege munera eorũ noluerit nemo accipere. Si autẽ duob⁹ verbis aut positis aut intellect⁹ addant̃ duę negatiue nõ dubiũ est quin negent. Vt nec me ames

nec mihi credis. Intellect⁹ sic. Nec ꝓtuti studes nec litteris. s. studes. Tres negationes ꝓ vna ponũtur. Terẽ. Neq̃ haud dicas tibi non ꝑdictũ. Aliqñ etiã ꝑpositiões negãt etiã grece vñ Aristophanes comicus ὡς ἀργαλέον ἐστὶ καὶ θεοῖ δοῦλον γενέσθαι παρὰ φρονοῦντος δεσπότου.

Negatiuus a. um. quod negat: vt dictio negatiua.

Negociũ a nec ꝛ ociũ fit: quasi nõ ocium: hoc est opus sicut a nec ꝛ lego: negligo: et c. vertitur in g. sicut in quingenti Ꝗui s a centũ componaẽ. Et accipitur pro occupatione vt Et si negocijs familiarib⁹ impediti. Aliqñ ꝓ eo quod vernacula lingua dicim⁹ laimpresa. Cesar lib. ij. cõ. Ipse cũ ꝑmũ pabuli copia esse inciperet ad exercitum venit: dat negocium senonibus reliquisq̃ gallis qui finitimi belgis erant vti ea que apud eos gerant cognoscant. Aliqñ pro labore opere. Cice. Cornifi. Et si periniquo patiebar animo te a me digredi: tñ eo tpe me cõsolabar: ꝙ ꝛ in summũ etiã ociũ te ire arbitrabar: et ab impẽdẽtib⁹ magnis negocijs discedere. Item fabio. Adhibui diligentiã quotiẽs senatus fuit vt adessem plurimũq̃ in eo negocij habui. Aliqñ ꝓ cura molestia solicitudine. Ter. Poeta cũ primũ animũ ad scribendũ appulit id sibi negocij credidit solũ dari: populo vt placerent quas fecisset fabulas. Do. modo pro molestia ꝛ cura non labore. Cice. Cũ est allatũ ad nos de temeritate eoꝝ qui tibi negociũ facesserẽt. Aug. lib. xij. de ci. dei. Sꝫ cũ his nullũ nobis est in his libris negociũ qui diuinã mentẽ facere vel curare ista nõ credũt. Ita posuit ac si dixisset: nolo mihi rẽ esse. Itẽ negociũ dꝛ factũ de quo questio. Et negocij remediũ ẽ. Plau. in cap. Neq̃ de hac re negociũ est quin male occidã.

Negociosus a. um. qd est negocijs plenũ. Sal. Prudentissimus quisq̃ maxime negociosus erat.

Negocialis ad negocium pertinet. Cicero. Hec constitutio partes duas videtur habere. Iudicialem ꝛ negocialem.

Negocior aris. negocia exerceo ꝛ mercature operam do. Cic. lib. iij. offi. Cũ se syracusas ociandi causa nõ negociandi cõtulisset. Idẽ. Ser. sulpitio. M. Curi⁹ qui patras negociaẽ .i. mercature operã dat. Hinc negociator q̃ in alioꝝ negocijs se exercet. Vñ labeo negociatores serui videnẽ qui ꝑpositi sunt negocijs exercendi causa veluti q̃ ad emẽdũ aut loquẽdũ ꝛ cõducendũ ꝑpositi sũt. Negociationẽ ꝓ mercatura posuit. Col. li. j. Nec eñ negotiatio curã villici auocat.

Neleus: nomen ꝓprium patris nestoris.

Nemesis pe. cor. nomen cuiusdã deẽ: que facinorosos ꝛ delinquẽtes punire putabaẽ: vt ex Catullo ꝛ Ausonio licet intelligi. Insuper eadem ferẽ remuneratrix benefactorũ. Vñ apud Stra. lib. xiij. Est dea quã nemesim dicunt dea magna potensq̃ q̃ bona celestium cõcessu cũcta deorũ possidet. Hanc quidã fortunam dixerũt cui primus adrastus rex templum edificauit. Romani quoq̃ huic deẽ tẽpla dicauere stulti q̃ substantiã aliquã fortunã putarunt regnorũ atq̃ opum dispensatricẽ q̃ solius dei nutu huc atq̃ illuc transferũẽ. Hoc etiã noie dicta fuit Tibulli amica Suidas νέμεσις ἡ δίκη μέμψις ὕβρις φθόνος τύχη βάβριος φησὶν μυθικοῖς καὶ αἰδιαυος νέμεσ ἔως ἐφόρου τρόπους ὑπεροπτας καὶ ὑπεριφανους κολάζουσ ἡ στραγη μαρτυ

Nemo tñ ad homies referẽ: nullus generaliẽ ad (sicut omnia: vt nullus hõ: nullus lapis: nemo ꝓprie dꝛ nec homo. Et cũ sit generis cõis ponẽ quãq̃ pro nullus. Caduceatori nemo homo nocet. Cice. Hominẽ quidẽ scire arbitror neminem. Sal. Quo nemo vir melior nec prestantior. Non ergo nemo idẽ est quod nullus homo. Sic eñ frustra iungereẽ homo. Nõnunq̃ tñ a poetis nemo diuũ dicẽ ꝑ acyrologiã. Virg. Tur ne quod optanti diuũ ꝓmittere nemo auderet. Nõnunq̃ etiã de feminis dicẽ. Terẽ. Hoc scio vnũ ego neminẽ peperisse hic.

Nempe aduerbiũ confirmantis: quod aliquando cum interrogatiõe ponitur. Aliquando sine interrogatione. Cice. Apud quẽ hec dico? Nempe apud eũ qui cũ hoc sciret me tñ anteq̃ vidit reip. reddidi. Quint. Nempe eñ i hoc plurimũ labori exhausim⁹ vt rhetoricã ostenderemus: bene dicendi scientiã ꝛ vtilem et artem ꝛ virtutem esse.

Nemee sylua inter Cleonas et Philontẽ in qua Argiui ob herculis memoriam Nemea sacra celebrare consueuerunt. Hinc omnis regio nemea dicit. Nemee etiam fons et mons. Virg. Et vastum nemee sub rupe leonem.

Nemus ꝓprie dicẽ qd voluptatis causa cõparatũ est ꝛ plenũ amenitatis ἀπὸ τοῦ νέμω pasco ꝙ in eo greges atq̃ armenta depasci solent. Hinc Nemora le adiectiuũ: vt vmbra nemoralis. Nemorense idem qd nemorale vt nemorensis ager: et nemorensis rex qui Diane Aricine sacrificijs ꝑerat. Sue. Nemorẽsi regi ꝙ multos iã annos potireẽ sacerdotio ꝛ validiorẽ aduersariũ subornauit.

Nenia e. et Nenia orum. vt est apud Ouidiũ libro. vj. Fasto. grecum nomen est ab eo deductũ quod est νέατον .i. vltimũ. Erat enim vltimũ quod defunctis caneretur: carmẽ qd in funere lauandi gratia cantaẽ ad tibiam ante cadauer sepultũ. Alio nomine Epicedium siue Monodia a grecis dicitur Dio. Apud romanos id carmen quod cũ lamentatione extremum atq̃ vltimũ mortuo adcanitur nenia dicitur. Acron vero docet esse factitium nomẽ a similitudine vocis eorum qui queruntẽ ꝛ dolent. Quintill. lib. viij. Tertius est diuersus translationis modus cum res cõis pluribus in vno aliquo habet nomen eximiũ vt carmen funebre proprie nenia dicitur. Improprie tamẽ accipiẽ pro ineptia cuiuslibet cãtus aut sermõis. Sic Hiero. contra Ruf. Nisi forte non fuit in ꝑsentiarũ qui tuas emendaret nenias. Hoc carmen Simonides poeta lyricus primus instituisse dicitur. Sidonius pro epitaphio posuit cũ ait: Nenia marmori insculpta per hendecasyllabos.

Neo ee. eui. etum. nui diceremus: sed a Nuo is. esse videreẽ significat filũ torqueo. Iusti. lib. j. Inuenit eũ inter scortorũ greges purpurã colo nentẽ. Pli. Superq̃ oñia netur ac texit l ane mõ ꝛ sine lana. Hinc Perneo compositum.

Neos grece nouus latine: a quo multa deducunẽ.

Neogamus pe. cor. nouus nuptus.

Neotericus: recentior νεώτερον recentiorem dicunt.

Neotericoteron nouũ vocabulũ.

Neostrophus nuper tortus.

Neophitus penultima correpta nouellus quasi nouũ germen: noua planta. φυτὸν enim planta dicitur. Hieronymus contra Luciferinum. Nescis ꝛ laicos ꝛ clericos vnũ habere christum: nec aliũ neophytiorũ alium episcobis esse deum.

Neoptolemus penulti. cor. nouus miles: neos eñ nouus ptolemus miles. Quo nomine dictus est Pyrrhus Achillis filius.

Neomenia penul. acuta: latine nouilunium: vel prima dies lune: aut mensis νέος nouus μηνιαια menstrua hoc est luna: ab μήνη qui mensis dicit: ꝙ singulis mensibus a mulieribus defluant.

Nepa: vel nepes more greco scorpiũ significat. Plau. Dabo me ad parietem imitabor nepam. Cice. lib. v. de fi. Serpere anguiculos: natare anaticulas volare merulas: cornibus vti videas boues: nepas aculeis suã cuiq̃ naturã esse ad viuendum ducem.

Nepos qui ex filio filia ve natus est: ꝙ natus post fit

patri: quam filius. Cuius relatiuum est Auus. Et sicut proauus est aui paterni vel materni pater: item auie paterne vel materne pater. Ita eius relatiuũ est pronepos. A quo fęmininũ proneptis: vt a nepos neptis. Et a proauo fęmininũ proauia. et Abauus proaui paterni vel materni pater: item proauie paterne vel materne pater a quo abauia relatiuumque eius abnepos: a quo abneptis. et Atauus abaui pater dictus quasi terti9 pater: a quo Tritauia: et relatiuũ Atnepos et Trinepos a quo Atneptis & Trineptis. Aliquando nepos dr fratris vel sororis filius. Ad cuius differẽtiã dicimus: hic est mihi ex fratre seu ex sorore nepos Qui vero post trinepotẽ sunt: minores dicunt: sicut post tritauos maiores. Quandoque nepotes posteri vocantur. Virg. Forte recẽsebat numerũ carosque nepotes id est posteros ac descendentes. Itẽ nepotes appellant consumptores a nepa quę vt Pli. inquit deuorat oẽs filios vno solũ saluo. Siue dicunt luxuriose vitę homines quia non aliter his rei sue familiaris cura sit quam iis quib9 pr & auus viuũt. Hor. Vincit enim stultos ratio insanire nepotes. Vñ nepotari qđ est luxuriose & prodige viuere. et Nepotatus vitę luxuries. Tertul. in apolegetico. Aristippus in purpura nepotat. Nepotulus dimi. est. Suidas tamẽ εν νεποδεσ νεπωσ νεπωτοσ εθνικον και οροσ δε αγυδρου ονόμα παρα το νεστεριτικον και του πωμιπωσω και τουσ παλαιουσ δε ου δη δαλη ουκεσι πιειν.

Neptis quę ex filio filia ve nata est. Est enim fę. a nepos.

Nepotor: luxuriose & prodige viuo. Hinc nepotatus us. de quo mõ Affra. Scurrilitate ac nepotatu nobilis

Nephritis renum passio: seu morbus qui inter acutos numerat. νεφροσ enim dr. Unde nephretici quę renũ morbo laborãt: vt est apud hippo. et galenũ.

Neptunus Saturni & opis filius maris deus dict9 est a nando mutatis litteris primis vt inquit Cice. lib. de natura deoꝝ. vel vt Varroni placet a nubendo quia vt cęlum nubes: ita mare terras tegat. Hinc Neptunus a. um. possessiuũ. Neptunalia neptuni sacra quę et Salatia a sale dicunt.

Nequãdo ne vllo tpe: sicut Si quando aliquo tẽpore.

Nequaquam aduerbiũ negandi: significat enim non.

Nequã nomẽ indeclinabile: quod apud veteres significabat hoiem nullius precij: quia ne tanti quidẽ sit quanti quod habet nummi. Cypria. Nequã homo de nequam thesauro emittit nequam. Vñ et a quibusdã contrariũ ponit frugi: vt in ea dictione dictũ est. Postea inualuit vsus vt denotaret hoiem lasciuũ ac libidinosũ. Var. Nequam ex ne & quicquam media syllaba extrita componi ostẽdit. lib. de lin. la. Quidã a nequeo: quia nihil queat nulliusque rei sit apt9. Caper docet nequam signare nõ malum sed inutile. Festus vero peiorẽ quam credit esse. A nequam fit nequior: et nequissimus. Col. Nulla ẽ vel nequissimi hois amplior custodia quam quotidiana opis exactio. Nã illud verum. M. Catonis oraculũ nihil agendo homines male agere discunt.

Nequitia: vitiũ est quod cetera omnia complectit. Est enim frugalitati opposita: quę omnes in se cõtinet virtutes. Ut enim frugi a fruge. i. a fructu propter quandã animoꝝ fecũditatem ita nequitia a sterilitate hoc est a nihilo noiata est. Nihil est enim omne qđ fluit: quod soluit quod liquescit & quod semp perit. Ideo tales hoies etiã pditos dicimus. Est autẽ aliquid si manet si constat si semper tale est vt est virtus cuius magna pars est atque pulcherrima quę temperãtia & frugalitas dr. Sępe tñ pro lasciuia & libidinosa illecebra siue pro luxu vitę prodigo atque effuso. Aphrican9 scripsit mala probra flagitia quę hoies faciũt in duab9 rebus esse malicia: et nequicia. Ubi nequiciã intelligi vult luxũ vitę prodigã & effusionẽ immodicã pecuniarũ. Cice. in Ver. Ex mulierũ morsu vestigia libidinis atque nequitię hinc nequiter aduerbiũ cũ nequitia.

Nequicquam aduer. signat nõ. Virg. Ne quicquam pinguis palea teret area culmos. Itẽ capit pro frustra: vt idẽ li. vi. Ter saxea tẽtat limina nequicquam Idem Aeneid. ii. Arma diu senior desueta trementib9 euo. Circũdat nequicquam humeris. Nequitia sũt detrimẽta

Nequa aduerbiũ: significat ne per aliquẽ locum.

Nequis: ex ne & quis per ne aliquis: hoc est vt nullus.

Nequid nimis. Sentẽtia peruulgata. Cui deest agas. Terẽ. in an. Nã id arbitror in vita apprime esse vtile vt nequid nimis. i. nequid agas nimis.

Nequino as. modo lasciuio: modo nego.

Nequinũ oppidũ qđ nũc narnia dr ob incolarũ libidinosam inertiã. A quo nequinates quę nũc narnienses.

Nero: vt Gel. lib. xx. verbũ sabinũ est quo significatur virtus & fortitudo. Itaque ex claudijs a sabinis oriundos accepim9: qui erat regia ac prestanti fortitudine Nero appellatus est. Sabini autẽ id nomẽ a grecis accepisse videntur qui vincula & firmamenta mẽbrorum νειρα dicũt nři neruos: hoc noie dict9 est imperator romanorũ qui omniũ quos terra sustulit crudelissimus fuit: hinc propriũ nomen in appellatiuũ cõmutatũ est: vt nerones nunc crudeles: & neroniores crudeliores dicimus.

Nerulũ oppidũ in lucanis qđ vi captũ fuisse repentino aduentu Aemilij protulit Liui. lib. ix. Inde Nerulonenses dicti sunt. Sue. in aug. Manibus colybo decoloratis nerulonensis mensarij.

Nerulani ppli in latio iuxta romã quoꝝ meminit pli. li. iij.

Nereus maris est oceani et tethyos filius. Et pro mari ponitur. Inde nereides.

Nereides penul. correp. patronymicũ: fuerunt maris nymphę humanã effigiem habentes quoꝝ noia sunt Mysęę et Cymothoę.

Neritũ siue neritos pe. cor. Insula est seu oppidũ in ea qđ Leucas vocabat vt Sta. et Pli. scribũt. Virg. Et neritos ardua saxis.

Orarium dici potest: quod ori et genis et capiti suppo nũt dormituri. Et sic ab os oris deducit. Hiero. ad Nepo. Ne sudarium orariumq; non habeas. Orarium etiã sumit p veste qua sacerdotes vtuntur: stola vulgo dicta dũ orant. i. predicãt. Amb. de obitu satyri. Ereũ ligari fecit in orario: et orariũ inuoluit i collo. Vñ distin. iii. scribit. Ut ois sacerdos dũ ordinat orario vtroq; humero ambiat.

Orea e. ab ore nt: & significat frenũ: dictũ q ori inferat: nã aurea est q̃ ad equoz aures religatur.

Orificiũ dicit qd in quacũq; re patet.

Orbis: circulus: cui dimi. est orbicul. Aug. lib. xiii. de ci. dei. Neq; ei cõtinuo pcedendũ est globos istos luminũ siue orbiculos luce corporea sup terras seu die seu nocte fulgentes. Hinc mũd a rotũditate dicit orbis terraz. Als orbis ponit p sphera: vt Nouem orbes spheraz. Auctor Macrobius.

Orbiculat a. um. qd in orbẽ & circuitũ factũ est a figura orbis l rotũditatẽ circũacti: vt Poma orbiculata.

Orbita e. pe. cor. rota siue curr. Virgil. lib. iii. Georg. Iuuat ire iugi qua nulla prioz Castaliã molli diuertit orbita cliuo. Et orbita: vestigiũ decurrẽtis in viis rote ex cursu. Pli. lib. v. ii. Idẽ. Ubicũq; sint orbitã si trãsiere moriunt, scz mures. Hinc Exorbito as. de q̃ alibi. Itẽ orbita rotũditas. Virgil. in Etna. Scire modũ & quãto minor orbita lune est.

Orbio is. iui. itũ. circũeo. Noni de pscis dictiõib. Orbitũ. g orbẽ ductũ seu circularẽ. Var. Ut sidera celi circa terrã atq; axẽ voluunt motu orbico.

Orbus pprie dicit oculoz luce priuatus. Iuue. Dudũ vigilãtibus orbis. Per trãslationẽ orbi dicunt, quicunq; aliq̃ re cara priuati sunt. Hinc patres amissis liberis, quasi amissa oculoz luce orbi vocantur. Hinc Orbitas: illa patrũ qualitas post amissos liberos: et vxoris viduitas post amissum maritũ. Quintil. Nõ habet orbitas vestra lachrymas super ardentes rogos. Similiter orbi dicunt orphani. Teren. Orbe q̃ pximi sunt, vxorem ducant. Hinc Orbitas: orphanitas. Plau. in Cap. Quid hoc est scelus quasi in orbitatẽ filios pduxerim.

Orbo as. idem est qd priuo. Lactã. lib. iii. Et orbãt hominẽ suo pprio ac singulari bono. Hiero. ad Aletã. Et marito simul orbaberis & filiis.

Orca: genus belue marine, balenis infestum. Hora. in Ser. Nõ alia q̃ q̃ hiẽãtia putruit orca. Ad hui simi litudinẽ genus quoddã vasis dictũ est orca. Persi. Redderet anguste collo nõ fallier orce. Ubi Prob interpretat amphore speciẽ. Omnino apud veteres & vinariũ et oleariũ vas erat. Itẽ Salgamariũ: vt in q̃ fici quoq; asseruabãtur. Pli. lib. xx. At vbi copia ficoz abundat: implent orce in Asia cadi. Itẽ Salmẽtariũ: hoc est Salsamentariũ. Quidã etiã Orcã accipiunt p vasculo lusorio: q̃ coniecti tali agitatiq; emittunt in tabulã alcatoriã. Et a Marti. dicitur turricula ex imitatione grece dictionis: quaz latini vsurpant pyrgon. Pli. lib. xxxv. p capsa pigmentoz muliebrium posuit, cũ ait: Ua la casu reperta incẽdio pyre cerusa in orcis cremata.

Orcula dimi. ab orcã. Cato de re rus. Cimiũ feniculũ rutã, menthã in orculã cõdito. Hinc quidã vrceũ, & g diminutionẽ Urceolum deducunt.

Orchades pe. corre. insule oceani septẽtrionalis vltra Britanniã et Hiberniã numero. xxx. sm Põpo. paz inter se distãtes. Est et hoc noie oliue gen. Vñ Vir. Orchades & radii & amara pausia bacca.

Orchites pe. cor. gen oliuaz q̃ a testiculis nomẽ sumpserunt: vt inquit Ser. li. ii. Georg. Nã ορχεισ testes dicunt: vñ etiã vocant testiculares oliue.

Orchis: herba q̃ & Cynosorchis: q̃si canin testis.

Orc: fluui infernalis: ab vrgendo dict, q in mortẽ vrgeat vt inq̃t Fest: q antiqui c p g ponebant. Quidã ab ορκοσ quod est iuramentũ deducunt: q per illãt id est stygẽ paludẽ aqua pfluit: iurabãt dii: nec peierare licebat. Proprie autẽ Orc obscuritas inferoz. Et Orc apud Homerũ Thessalie fluui scribit: q̃ pene olei instar supernatat. Et orcus Pluto.

Orchestra: spacium in theatro: in quo senatoz & honorificentissimoz erant loca designata: et scenici artifices suas per orchestrã pstãt actiones: vt scribit Victr. lib. vii. Cui pulpiti altitudo non erat quinq; pedibus altior, vt sedẽtes spectare possent oim agentium gestus. Dicta orchestra, q in ea saltatiões fieri cõsueuissent. Nã apud grecos ορχεομαι: tripudio saltu. Sueto. Deinde in orchestrã senatũq; descẽdit: et orationis quidẽ carminisq; latini coronã, de q̃ honestissim quisq; cõtenderat sumpsit. Iuue. posuit p sessione senatus et primorũ, cum ait: Similesq; videbis orchestrã & populum.

Orchomen pe. correp. Thessalie mons: a quo orchomenum oppidũ quondam ditissimũ ac potentissimũ: cui Thebanos olim tributa soluisse cõstat. Hinc orchomenius a. um. Orchomenioz rex Etheocles fuit qui primus gratiaz templũ extruxit. Et Aristoclides eius tyrãnus fuit: qui Stymphalidẽ virginem quandã adamauit: vt scribit Hieronym. Uide in dictiõe Stymphalus. Historici, alterã Orchomenũ tradiderunt: q̃ Euboice vrbs est: et insula vna ex cycladib in euboico mari: in q̃ Titani regnasse dicũtur. Est et orchomenon fluui: & Pli. & Stra. testant.

Ordior iris. orsus et orditus: teste Prisci. preteritũ facit: sed cũ facit orsus: significat fari incipio. Virgili. Ueneris contra sic filius orsus. Liui lib. i. Unus rẽ ex cõposito ordit: id est narrare incipit. Unde exordium: principiũ oratiõis. Ponit etiã simpliciter p incipio. Cice. lib. v. Tus. Unde igitur rectius ordiri possumus q̃ a cõmuni parente natura: que quicquid genuit, nõ modo animal, sed etiã qd ita ortũ esset ex terra vt stirpib suis niteret: in suo genere perfectũ esse voluit. Orsum aliquãdo poete pro eo qui finit abusiue posuerũt. Virgilius. Sic orsus Apollo Mortalis visus medio sermõe reliquit. Hinc Aborsus. Cũ autẽ facit ordit: ad tele vel alteri hmõi compositionem spectat. Hiero. i Esaia. Et telã quã orditus est. Virgil. tamen in culice. Atq; vt araneoli tenuem formauimus orsuz. Ueteres etiã ordio ptulerũt. Afra. Aspecta tamen animo me ordire oportet. Composita sunt Abordior, exordior, & recordor.

Orsus a. um. i significatiõe actiua. Vir. Sic orsus ab alto. Liu. i significatiõe passiua posuit p incepto, cũ li. i. ait. Ut orsus tãti opis successus psperos darẽt.

Ordo: digestio, et i suo cuiusq; loco collocatio velut in acie fit: vbi pedites, vbi ale, vbi cetera vel i ciuitatib: vt ordo senatori, ordo eqstris. Accipit quãq; p ipsis hoib. Ci. Qui apud oẽs ordies eẽt gratiosus. i. apd oim ordinũ hoies. Sal. Sepenũero p. c. multa vba in hoc ordie feci. i. i senatu. Aliqñ refert ad fortunas. Vñ Do. expones illd Ter. i Eu. Quẽdã meĩ ordinis p pauperẽ. Sic honesti ordinis hoies dici pñt opulẽti. Inde fiunt Interordo et interordiniũ: de quibus

lipra. Ordinarius a.um. in quo seruat̃ ordo. Extraordinariũ: qd̃ fit extra ordinem. Ordinarius dicit̃ hõ scurra et improbus: quiq̃ assidue in litib⁹ morat̃: ob eãq̃ causã in ordine stat pretorẽ adeuntiũ. Siue per ɔtrarietatẽ: qr minime ordinate viuit vt ordinarius.

Ordoluce: ppl̃i fuerunt in Anglia arduis mõtibus primi. apud quos (vt Tacitus scribit) Postori⁹ dux romanus Caratacũ in Anglia imperantẽ ɔstrauit.

Ordino nas. dispono qui cuiq̃ loc⁹ esse debeat: a quo fit Preordino: ante ordino.

Ordessus: fluuius maximus Scythie: qui ab oriente ꝑfluit: miscetur q̃ cum Istro.

Oreades: nymphe montium: ἀπὸ τοῦ ὄρεος: quod montem significat.

Oreni: populi celtiberis ꝓximi ab austro.

Oretus: Sicilie fluuius apud Panormũ. Orete: gens indica: vt scribit Stra. post Arbin amnẽ Arrianorũ: quos Pli. lib. vi. ait nõ Indorũ/ sed ꝓpria vti lingua.

Oreus: dictus est liberpater: a montibus: in quibus ei fieri sacrificia solebant.

Ore tenus: due partes sunt. Gel. Suttũ famiũ ore ten⁹ impudens inane tanq̃ si inesset oleũ affert.

Orexis grece: latine appetitus seu esuritio dicit̃: ab ὀρέγομαι: quod est appeto. Quidã etiã ꝓ vomitu accipiunt. Iuue. Rabidã facitur⁹ orexim. Idẽ. Hinc surgit orexis: hinc stomacho bilis. Hãc veteres vt excitarẽt bibere largius solebãt: deinde euomere.

Organa per excellentiam dicuntur omnia musicorũ instrumenta: sicuti docet Aug⁹: nõ solum organũ illud qd̃ grãde est ⁊ inflatur follibus: qd̃ multis meatibus quasi cicutis imparibus vnde vox erumpat: ⁊ cõcentũ cũ bõbulo emittat: sed quicq̃d aptat̃ ad cãtilenã et corporeũ ẽ/ organũ dicit̃. Iuuena. ꝓ cythara posuit. Pretorib⁹ organa semꝑ in manib⁹ densi radiãt testudine tota Sardonyches crispo numerantur pectine chorde. Est ⁊ organũ instrumẽtũ q̃ddã edificii. Vict. lib. x. Inẽ machinas ⁊ organa id videt̃ eẽ discrimẽ/ ꝙ machine plurib⁹ opib⁹ i maiores cogãt̃ effect⁹: vt baliste torculariũq̃ prela. Organa sũt vni⁹ opẽ ꝓpositũ vti scorpiõis. Apd̃ Col. li. iiii. sumit̃ ꝓ instrumẽto ad metiendũ apto: vbi ait. Sic cõpositũ organũ cũ i sulcũ dimissũ ẽ: litẽ dñi ⁊ ɔductoris sine iniuria deducit.

Organarii: organorum fabricatores. Iul. Firmic⁹ lib. iii. scribit Mercuriũ cũ Venere in vi. ab horoscopo facere organarios ⁊ myropolas.

Orgia: sacra fuerunt que diis imortalib⁹ fieri solebant: ἀπὸ τῆς ὀργῆς: vt inquit Euse. lib. ꝑpara. hoc ẽ a furore: qr sacrificãtes diuino quodã furore corripi videnẽ. Hinc abusiue sacra liberi patrẽ dicta sũt orgia.

Oricos: ciuitas epiri a Colchis ɔdita: a qua Terebynthus oricia dicitur.

Oria: nauis piscatoria. Plau. Malo hunc alligari ad oriam vt semper piscetur: et si sit tempestas maxima aspiratur tamẽ hec dictio ab aliquibus.

Orichalcũ: es aurei coloris: quod in magno ꝑcio apud veteres fuit. Greci ὀρείχαλκος ab ὄρος quod est mons: quia in mõtibus foditur.

Origanũ pe. cor. herba cui⁹ diuerse sũt species. Nã q̃ddã dicit̃ heracleoticũ agreste/ ⁊ orhimin. Pli. scribit origanũ esse qd̃ i sapore cunilã emulat̃: plurimaq̃ ei⁹ esse genera. Orhimin vel prasion appellari nõ dissile hysopo: tragoriganos simili⁹ esse serpillo siluestri.

Orion: q̃si vrion: dictus est filius Enopionis/ putat⁹ ex vrina triũ deorũ: Iouis/ Neptuni ⁊ Mercurii nat⁹. Hic apud Messanã portũ structo aggere in Boetiã cõcessit. Inde inter astra recept⁹ est an tauri vestigia. Quattũ qui grece ab aquarũ inundatione sic dictũ velint: ꝙ eius tẽpore habet ortũ hyems ⁊ mare ac terra tẽpestatibus turbato: ῥίπω enĩ turbo ⁊ cõcito significat. Plaut⁹. Iugulã vocat: ꝙ sit armatorũ gladi⁹ stel

larũ fulgore terribil̃. Hic si fulget serenitatẽ: si obscurat tẽpestatẽ denotat. Virg. Fluctu nimbosus oriõ.

Orithyia: Boree cõiunx filia Ericthei Athenarũ regis quã in ventũ cõuersam ferunt: hoc etiã noie dicta est Amazonũ regina q̃ Marpesie mr̃i successit i regno. Orithos ꝗ̃o vrbs fuit inter Macedoniã ⁊ Epyrũ.

Oriza: species frumẽti folio carnoso/ altitudine cubitali/ flore purpureo: ex q̃ Itali ci prysanã faciũt. Hora. in Ser. Sume hoc prysanariũ orize candore: grana comedũt̃ i cibo ad iuscula estuacia. Serit̃ mẽse martio: ⁊ aq̃s clausis irrigat̃: vulgo risum appellant.

Orior oreris ⁊ oriris. participiũ tamẽ oriturus et ort⁹ habet. Oui. li. x. Metam. Tu q̃ries orer̃ viridiq̃ in cespite flores. Significat nascor q̃nq̃ surgo ꝓdeo: vñ oriri solẽ dicim⁹. Hui⁹ cõposita sũt aborior/ adorior/ coorior. Li. Tũ ꝗ̃o coorto tumultu terga vertere simulãtes paululũ cessere. Oborior ⁊ suborior eiusdẽ fere significatiõis: hꝫ ẽ subnascor: vt Oborte sunt lachryme. Subort⁹ ẽ rumor. Exorior q̃z ⁊ porior. Cic. li. iii. offi. Exorit̃ antipatri rõ ex altera ꝑte. i. apparet vl̃ ascĩ

Oriens ⁊ participiũ esse potest ⁊ nomẽ substã (scit. tiuum generis mascul̃. vt cũ ꝑ se dicit̃ oriens: vt Ab oriente in occidentẽ pergit sol.

Oriund⁹: qui originẽ ducit: ꝙ ex eo loco parẽtes ei⁹ fuerunt. Ort⁹ ꝗ̃o ex loco ꝑsona ve ꝑ̃senti. Liu. Nati carthagine/ sed oriũdi a syracusis. Inuenit̃ tñ oriundus ꝓ orto. Col. lib. i. Nã quẽadmodũ sapiẽtis est fortuitos casus magno animo sustinere: ita demẽtẽ est ipsũ sibi malũ facere fortunã: qd̃ facit qui nequã vicinũ suis nũmis parat: cum a primis cunabulis si mõ liberẽ parentibus est oriund⁹/ audisse potuerit. Ambro. aliter vsurpauit cũ inquit. Sciãt oẽs solẽ auctorẽ nõ e. se nascentiũ: dei clementia terras relaxat: dei indulgentia ꝓrumpere facit fructus. Quõ sol viuẽdi vsum ministrat oriundis? q̃ illa prius diuine opatiõis viuificatione sunt edita q̃ sol in hos viuẽdi vsus veniret: oriundis: id est qui nasciturĩ sunt.

Originarii: q̃ ex adscriptitiis nati sũt i ipo solo: vt di. lib.

Origo penul. pro. genus est. Vnde originale ad (uũ. iectiuũ: vt Culpa originalis.

Ort⁹ a. um. ꝑticipiũ: mõ natus: vt Ego ortus sũ bergomi mõ q̃ resurrexit/ vel ꝓdiit: vt Ortus est sol. Ortus tus. nomẽ: significat natiuitatẽ. Ci. Nõ nobis solum nati sum⁹: ortusq̃ nostri partẽ patria vendicat/ partẽ amici. Interdũ surrectionẽ: vt Solis ort⁹. Interdũ locũ in q̃ surgit: vt Ab ortu solis vsq̃ ad occasum.

Ortus ti. locus in vrbe vel in villa in q̃ arbores/ herbe et olera oriunt̃. Vnde ⁊ ab oriẽdo dicit̃: ꝙ i hac agri specie plures q̃ alibi herbe ꝑ totũ annũ oriunt̃: ⁊ oĩa que in ortis oriunt̃/ ab oriẽdo olera dicunt̃. Apd̃ antiq̃s oĩs villa ortus dicebat̃: ꝙ ibi q̃ arma capere possent orirent̃. Sunt qui ita separẽt/ vt ortus tã singulari q̃ plurali numero ortũ olitoriũ. i. herbarũ significet. In plurali dumtaxat arborariũ/ q̃ a nostris pomariũ: a grecẽ παράδεισος paradisus vocat̃: vt orti salustiani. Quidã tamen aspirãt vt differat a ꝑticipio ⁊ nomine ortus. Alii i medio aspirãdũ cẽsent: ab orthos quod est rectũ deducentes: quoniã in rectas quasdã lineas distinguatur. Ab Ortus fiunt diminutiua ortulus et orticellus. Epicurus primus orti magister existimatus est.

Orti pensiles: qui supra edificia facti/ vel supra columnas erecti pendent.

Orti hesperidum memorabiles habentur: in quib⁹ oleastri tñ viruerunt.

Orno as. pulchꝛ facio. Cic. li. i. Tus. Nocturnãq̃ celi formã vndiq̃ siderib⁹ ornatã. Et ornare: ꝑparare/ aptare: qd̃ lingua ꝟnacula dicim⁹/ mestre apoint. Plau. i Cap. Ego ibo vt cõueniã senẽ: dicã vt sibi penũ aliud ornet. Idẽ in eadẽ. Nõ ornatẽ vos istic apud vos

nuptias. Itē honorare. Cic. Cesari. Neq3 ulli⁹ officij certū nomē peto: beniuolentiā tuā liberalitatē peto: neq3 īpedio: q̄ min⁹ si tibi ita placuerit etiā hisce cū or nes glie insignib⁹. Hui⁹ cōposita Adorno: qd̄ est de/ sup orno. Li. lij. Flaminē Ioui assiduū sacerdotē cre auit: īsigniq3 veste τ curuli regia sella adornauit. Est etiā Adornare: hō apparare. Plau. in Cas. Intro abi vxor/atq3 adorna nuptias. Exorno et suborno: de qb⁹ (alibi.

Ornatus a. um. qui bonis artib⁹ instructus est: siue qui honores adeptus est.

Ornatus us. accipit̄ p cultu quo quis ornat̄. Unde di/ cimus/ornatum regium.

Ornamentū: ornatus/apparatus: τ quādoq3 honor di/ cit̄. Cice. Licinio. Susceptiq3 mihi perpetuam ppu/ gnationē p omib⁹ ornamētis tuis. i. honoribus.

Ornix grece/latine ales gallina.

Ornithon: auiariū. Nam ornithas greci aues vocant. Var. Ornithones: auiaria sunt in quib⁹ stabulantur turdi/pauones/τ oēs alites q̄ intra parietes ville so lent pasci. Apud grecos ορνιθοσ scribitur.

Ornithotrophiū: idē est quod ornithon.

Ornithobsciō: loc⁹ ad pascendū gallinas τ aues. Var. De his qui ornithobscion instituere volunt.

Orōtes: nomen viri/et nomē fluuij q̄ diuidit Syriā ab Antiochia. Est τ nomē mōtis: inter quē τ orontē flu/ uiū vrbs Antiochia posita est. Hinc orōteus a. um. Proper. Aut qd̄ orōtea crines pfundere myrrha.

Oropygiū: vide in dictione Urropygium.

Orphanus: q̄ caret patre subsidioq3 paterno: q̄s sūmo/ pere illius opē desiderat. Grecū est. Pupillus: q̄ ca/ ret patre/sed nō subsidio paterno: cū tutore iuuet̄.

Orpheus: poeta seu vates Calliopes τ Apollinis fili/ us thrax: hic lyre studiosissim⁹ extitit: quā dono a mer curio habuit. Fuit τ ali⁹ orpheus Oeagri fili⁹ vn⁹ ex argonautis/ciconū rex. Orpheus a. um. idē qd̄ thra/ cius. Mar. Quicquid in orpheo rhodope spectasse theatro Dicit̄: exhibuit cesar/arena tibi.

Orthe dicunt̄ a grecis Meniana edificia.

Orthos grece: latine rectus dicit̄. Sed in cōpositione tm̄. Orthoo: dirigo.

Orthographia: recta scriptura/vel recta pictura.

Orthodoxus: hō recte opinionis/siue sententie/aut fidei: Δοξα em̄ gloriā τ existimationē siue opiniōē τ sentē tiā significat. Orthodoxia: recta opinio.

Orthogoni⁹: rect⁹ angul⁹: q̄ ex vtraq3 pte equalis est.

Ortopnoici: asmatici dicuntur: qui eā anhelitus diffi/ cultatem habent: vt nisi recta ceruice stēt/spirare nō possint. Orthopnoea: ipsa passio. Orthon em̄ rectū: πνω spiro. Est em̄ circa fauces malum quod apud grecos aliud atq3 aliud nomen habet: put se magis minusq3 intendit: omne tamen in spirādi difficultate cōsistit. Sic difficultas hec dū modica est: Δυσπνοια grece dicitur. Cum vehementior et spirare eger si ne anhelatione nō potest/ασθμα vocatur. Cum ac/ cessit id quoq3 vt spirare non possit/nisi recta ceruice spūs trahatur ορθοπνοια appellatur. Ab his Dy/ spnoici/Asmatici/Orthopnoici: a latinis vero voca bulo suspiriosi dicuntur.

Orthopeia: emendata cū suauitate expositio.

Orthominū: gen⁹ lini qd̄ fit pānicla palustr̄ arūdinis.

Orthocorybantū: populi quidā Scythie.

Ortyx gis. auis q̄ coturnix: τ vulgo Qualea dicit̄.

Ortygometra pe. cor. rex coturnicū maior aliquāto ac nigrior: auis dicta q̄ dux sit ac moderatrix coturnicū Cōponit̄ em̄ ex ορτυξ et μετρον. mēsura: nō tamen cothurnix idē quod querquedula.

Orthygia: insula in egeo: que etiā Delos dicit̄. Dicta orthygia/Solino teste: quia in ea primo vise sunt co turnices: quas greci ortygias vocant: nos a sono vo cis qualeas dicimus. Fuit et alia hoc nomine insula circa Siciliā: que ponte iungitur Siracusis/et fontē habet Arethusam hec ex opposito Plemmyrij Sici/ lie amnis. De qua Virg. lib. iij. Sicanio ptenta sinu iacet insula cōtra: Plemyriū vndosū nomē dixere p̄/ ores: Ortygiā alpheū fama ē huc helidis amnē: Oc cultas egisse vias subter mare que nūc Ore arethusa tuo siculis confunditur vndis.

Oryx orygis: animal qd̄ precipue in Getulia nascitur: fert̄ cōtra stare ac pspicere solis radios/caniculāq3 ado rare. Est ex caprarū genere: de quo habet̄ in Deutero nomio/q̄ sit imundū: a qbusdā solus vocat̄: cōtrario vestit̄ pilo et ad caput verso. Col. li. x. Fere pecudes vt capreoli dameq3/nec minus orygū ceruorūq3 gene ra τ aprorū mō lautitijs et voluptatib⁹ dominorū ser/ uiunt: mō questui ac redditibus.

O Ante S

Os oris: pprie cōcauum illud intra quod sunt lingua τ dētes. Plinius. Cōtinui dentes aut vtraq3 pte oris sunt: vt equo aut superiore primores nō sunt: vt bo/ bus/ouibus. Quādoq3 os ponit̄ p facie. Virg. Os humerosq3 deo similis. Et de brutis etiā dicit̄. Idē. Ora citatorū dextra detorsit equorū. Neq3 solum de facie dicitur/sed etiā de tota specie que cernit̄: et q̄c/ quid in aliqua re patet os dici potest. Idem. Et si q̄s ferro potuit rescindere summū vlceris os. Ouidius. Pronaq3 cum spectēt animalia cetera terrā: Os ho mini sublime dedit. Os leonis genus herbe florē fa/ ciens purpureū. Col. Narcissiq3 comas et hiantis seua leonis Ora feri. Sciendū q̄ os producit̄: τ ha/ bet omnes casus plurales pter genitiuū orū. Virg. lib. viij. Componens manibusq3 manus atq3 oribus ora. Hui⁹ nominis deriuatiua sunt: Osculor/ostium oro/oraculū/orarium/osculum/orior/ordior/ordino/ orea/omen/orificium: et sm̄ aliquos ostendo. Os os/ sis: quod τ ossum dici pōt. Pac. Ossum inhumatū so lidamentū corpis vocatur: quod nodatū τ aduncatū inuicē neruis alligauit natura. Hinc cōponit̄ exos: qd̄ est sine osse. Lucil. Exos τ exanguis tumidos per fluctuat artus. Inde Exosso as.

Osculum diminutiuū: paruū os: quod est cōtra Prisc. qui nō vult osculū tenere significatū pmitiui. Ouid. lib. j. Metam. Videt igne micantes sideribus sites oculos videt oscula. Idē de Daphne. Videt oscula que nō est vidisse satis. Et osculū qd̄ dat̄ amicis: vt est illud: Osculo filiū hois tradis? Nā in basiādo labia pstringunt̄ τ os paruū fieri videt̄ τ expor rigit̄ i oscu lū. Differūt autē hec inter se: osculū/basiū τ suauiū: q̄ osculū officij sit: vt cū e lōginquo redeūtes/salutam⁹ atq3 osculamur. Basium pudicorū/vt patris in filiū: Suauiū voluptatis/a suauitate dictum.

Oscillum cū c. diminutiuū est a diminutiuo osculum p paruo ore/sicut a cātulo cantillū. Col. li. ij. Reliquū qd̄ superest seminis i tabulatū quo fum⁹ puenit opti me reponas: qm̄ si humor inuaserit/vermes gignit: qui simul atq3 oscilla lupillorū addiderint: reliqua pes enasci nō pōt. Oscilla etiā sigilla sunt τ parue imagū cule q̄ arte fictili fingebant̄/et venales ponebant̄: q̄/ bus holes p se atq3 suis Saturno piacula faciebant: vt inquit Macro. Virg. lib. ij. Geor. Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu. Et sic ab osculum fit: cum si/ gnificat faciē paruā vel totā speciem.

Oscillo las. ab oscillum fit: τ significat inclino. Festus. Oscilla sancta dicunt̄ q̄ oscillēt. i. inclinēt: precipitet̄ q3 efferāt oscillātes. Ser. putat esse cōpositū ab os τ cilleo es/q̄ in hoc cillerentur. i. mouerent̄ ora. Nam cillere mouere est. Plau. i Am. Ne illi edepol si me rito meo referre studeant gratiam/allegent qui mi/ hi aduenienti oscillet: pbe eīm os moueat probe ipsū pugnis percutiendo: vt illud infra eodem loco. Illic

bõind me interpollabit: nec eũq; os fruget denuo.

Ossiculũ: diminutiuum ab os ossis. Gel. lib. vi. Ratio subtilior & vtilitas ipsa operis postulauit/ vt tenuissimis minutissimisq; officul' caput cõpingeret. Pli. lib. xi. Dim cerebro medio insunt ossicula pua. Hinc fit aduerbiũ ossiculatim: qd significat minutatim.

Osseus a. um. quod ex ossib⁹ est. Unde Pli. scribit inueniri lapides osseos.

Ossileg⁹ pe. cor. ossiũ collector. Ossilegiũ: ossium collectio.

Ossuaria: appellant' loculi in quibus defunctorũ ossa reponuntur.

Ossifraga pe. cor. gen⁹ aquile ab ossib⁹ frãgendis.

Ossa ẽ mõs in finibus Thessalie centaurorũ stabulum: quem Seneca dixit Olympo olim cõiunctũ. Luca. Quantus piniferę boreas cum thracibus ossę. Hinc Osseus a. um. Idẽ lib. vi. Attollit titan rupes ossea coercet. Ossa vero plural' numerus ab os ossis. Macro. Ossa/ dentes cũ vnguibus & capillis nimia siccitate ita densata sunt: vt penetrabilia non sint effectui anime que sensum ministrat.

Osci: Italię ppli ab oris fęditate dicti: vñ oscena verba.

Oscines pe. cor. ab ore & canẽdo: aues auspiciũ ore facientes. Oscinũ: auguriũ auiũ. Horat. Oscinẽ coruũ prece suscitabo solis ab ortu.

Oscedo. vitium quo quis tenetur vt sępi⁹ oscitet. Gel' libro. iiij. Deliberatũ de nota eius qui ad cẽsores ab amico aduocatus est: et in iure stans clare nimis & sonore oscitauit: atq; inibi prope vt plecteret' fuit: tanq̃ illud indicium vagi animi foret/ et hallucinantis/ et fluxę atq; apertę securitatis. Sed cũ ille deierasset inuitissimũ sese et repugnantẽ oscitatione victũ: teneriq; eo vitio qd oscedo appellet' tum note iam destinate exemptus est. Quidam dicunt oscedinẽ significare graueolentiã. Sere. Hinc oscedo fugit: lingue quoq; vulnera cedunt.

Oscito as. pe. cor. ex os et cito: pprie significat os cõmoueo/ et os totum aperio: vt fit prę somno aut tędio. Que cum toto corpore fit/ pãdiculatio vocatur. Cice. lib. ij. de ora. Et istam oscitantẽ & dormitantem sapientiã sceuolarũ & cęterorũ beatorũ ocio cõcedam⁹. Ponitur etiam oscitatio pro ocio et animi securitate. Teren. in An. Sperans iã amoto metu inter oscitãtes opprimi. Dicit' et oscitor depo. Cice. li. iiij. ad Heren. Cũ etiã maiores calamitates impẽdere videantur/ sederis & oscitamini.

Oscheon latini serotũ dicunt. i. testiũ receptaculũ. Nã Celsus vbi de morbis tractat qui in naturalib⁹ circa testiculos oriri solẽt: sinus & tunicas his appellationibus diuidit. Sin⁹ qui cõspicit' a nobis/ oscheon a gręcis dicit'. Nostri Serotum vocant.

Osanna componitur ex osi: quod significat saluifica/ siue saluũ fac/ et anna domine. Que vox (inquit Hiero.) interiectio est deprecãtis. Nã sicut nos i lingua latina habemus interiectiones quasdã/ vt insultãdo dicamus vah/ in admirando pape/ in dolendo hei. Et quãdo silentiũ volumus imperare: strictis dentibus spiritũ coartamus et cogimus tm̃ sibilum insonando/ scz ci: ita hebręi inter reliquas pprietates lingue sue habent interiectionem: vt quando volũt dominũ deprecari: ponãt verbum petentis affectum/ & dicant/ anna dñe. Osi saluifica interp̃tat': anna interiectio deprecantis est. Si ergo ex duobus his velis compositũ verbuz facere/ dices osianna: siue vt nos loquimur/ osanna media vocali littera elisa: sicut facere solemus in versibus qñ scandimus. Aleph nãq; littera prima: verbi sequẽtis extremã verbi prioris Ioth inueniens excludit.

Osi aduerbium optandi: vt Osi videam aplm̃ dei antequã moriar.

Osiris pe. pdu. osiris vel osiridis gtĩ; fuit Iouis filius ex Niobe Phoronei filia: successitq; Phoroneo in regnũ argiuorũ. Aegialũ fratrẽ pfecit regno Achaię/ et ad Egyptios trãsfretauit glię desiderio. Quos cũ subegisset: Isidẽ que & Io vocabat'/ Inachi primi regis Argiuorũ filiam duxit vxorẽ. Ubi cum illa litteras: osiris varias artes Egyptios docuisset: vterq; diuinos honores meruerũt. Tandẽ a Sityphone egyptio: vel (vt Ser. ait) a Typhone fratre eiũ occisus: ab Iside diu quęsit⁹ est. Tandẽ apud Phialam iuxta Syenen laceratus cõpertus est in insula Abaton in palude iuxta Memphim. Sepeliri eũ Isis curauit: & paludem Stygem. i. mœrorem appellauit. Nec nisi certis diebus initiatos eo accedere voluit. Sed cũ apparuisset ęgyptiis deinde bos quidã/ Osirim putarunt: adorauerũtq; vt deũ: & vocarũt Apim. id ẽ bouẽ eorũ lingua. Deinde dictus est Serapis. Tibull⁹. Te canit atq; suum pubes miratur osirim Barbara memphitẽ plangere docta bouẽ. Mar. Nõ illã mille catasta vincebãt: nec que turba serapin amat. De osiride sic habet Euse. lib. de prępara. Diodorũ siculum inducens. Aegyptios ferunt primos omniũ motum ordinemq; cęlestium corporũ admiratos: solem et lunã deos putasse: ac solẽ quidẽ osirim: lunã Isim nuncupasse/ a pprietate quadã inditis ipsis nominibus. Nã si quis ad latinã linguã verba trãsferat/ multioculus osiris dici põt: neq; id ab re. Radiis eñ suis quasi multos reb⁹ immittit oculos/ quib⁹ oĩa pspicit: vt etiã poeta dicit. Sol q̃ terrarũ flãmis opa oĩa lustras. Cuius nõnulli grecorũ poetę Dionysium esse Osirim cõfingant. Isim vero priscã latine dicere possum⁹ & lunã/ hoc noie indito: qm̃ sempiterna priscaq; sit: cui cornua depingũt: vel q: cũ minoides cornuta videat': vel q bos ei apud ęgyptios sit dedicata.

Ostendo dis. di. sum. et ostentũ. ex os et tendo: sicut fit in Oscito & oscillo. Os eñ p facie sępe ponit': que p toto corpe nõ solum hois/ sed etiã cuiuslibet rei specie sumit': vt Ho. in Eu. Terẽ. O faciẽ pulchrã expo nit. Faciẽ mõ nõ partẽ corpis dicit/ sed totã speciem que apparet et cernitur. Merito ergo ostẽdo significat demõstro: q: ostendo est speciem siue faciẽ rei mõstro: quia tendere os est faciẽ mõstrare: vel q: os extẽdere solemus in id quod volumus demonstrare.

Ostento as. frequẽtatiuũ ab Ostentũ supino formatũ: qd significat sępe ostendo. Plau. in Aul'. Altera manu fert lapidẽ: panẽ ostẽtat altera. Aliqñ cum iactantia ostendo: vñ Ostẽtatio iactantia.

Ostentũ: ab ostendo: q statim futurũ aliquid ostẽdat: vt Cometę/ tonitrua die sereno. Monstrũ/ qd cõtra naturã fit: vt cum nascitur aliquid mẽbris alterius generis: qd et promõstruz qñq; dicit': quasi porro aliqd mõstrans siue monẽs. Portentũ qd licet naturale sit raro tamẽ se ostendit: & futurũ aliquid cũ temporis interuallo denunciat: qd aliquid importari ac imminere denunciat. Prodigiũ: qd et si naturaliter fit/ ac sępe euenit: semp tamen aliquid p̃sagit mali/ quasi porro agendũ. Cõfundunt' tñ hęc/ & p eodem significato accipiunt': oĩaq; ab eo q futurũ aliquid ostendunt dicta sunt. Labeo diffinit ostentum esse cõtra naturam cuiusq; rei genitum factumq;. Duo sunt genera ostẽtorũ. Unum/ quotiens quid cõtra naturã nascit'. Alterum/ cũ quid pdigiosum videt'. Sue. in Cesa. Cõctãti ostentũ tale factũ est. Quidã eximia magnitudĩe & forma in pximo sedens repente apparuit arũdine canens. Accipiunt' etiã ostenta in bonã partẽ. Sue. in Vesp. Iampridẽ sibi p hęc ostenta conceptã in speciem imperij venit. Pli. lib. xvi. scribit factũ esse ostentum arboris: a quo deinde tẽpore maiestatis populi romani resurrexerit. Als ostentũ participialiter poni solet. Pacu. In ipso tẽpore ostentũ senẽ. i. demonstratum. Est enim ostentus a. um. Cato. Ager oleto

cõferãdo qui in ventũ fauoniũ spectabit: ꝛ soli ostentus erit: ali⁹ bon⁹ nullus erit. Varro lib. j. de re rusti. Qui locus optim⁹ vino sit: et ostent⁹ soli amineũ fe ri oportere. Ostent⁹ tus. nomen: irrisio dicit. Sal. in Jug. Sed quoniã eo natus sũ/ vt Jugurthe scele rũ ostentui essem.

Ostentosus sa sum. quod ostentũ facit: vt a Prodigiũ Prodigiosus.

Ostris siue ostria: arbor q̃ solitaria nascit circa saxa aq̃sa: similis fraxino cortice ꝛ ramis.

Ostrum dixerũt antiqui id quod ex lino facto olei pur purgatãq₃ relinquit. Factũ ꝓo dicebant ꝙ vno tem pore cõficerent: quem alij centũ sexaginta modiorũ: alij centũ viginti faciebant.

Ostiũ ab obstãdo quidam deducunt: ꝙ ab eo arcemur ingressu: quidã ab os oris: ꝙ sit id per qð ingredimur vel domũ vel quemcũq₃ aliũ locũ. Alij a greco ωσε ιν: qð est repellere. Unde ratio exigit vt sine aspira tiõe scribat: licet eruditoꝝ vsus illud cũ suis deriua tis aspiret. Ostia greci Thyras vocant. Unde Thyri diũ ostiolũ. Ostio ꝛ latera antas vocam⁹: a quib⁹ an tipagmẽta valuaꝝ ornamenta.

Ostia orũ. tm̃ pluraliter fluuioꝝ patẽtes adit⁹ sũt. Vir gilius. Italiam cõtra Tyberinaq₃ longe ostia. Dici musq₃ Nili ostia ꝛ Tyberina ostia: q̃ mare intrant/ nõ adit⁹. Et facilis est ad regem aditus/ nõ facile osti um. Et hec silua nullos habet adit⁹/ nõ ostia. Aliquã do ostia ponit ꝓ portu. Virgil. Aut portũ tenet: aut pleno subit ostia velo.

Ostia e. vrbs in ostijs Tyberini sita: ab Anco martio cõdita: vt inquit Liui⁹: in ipso maris fluminisq₃ cõfi nio: vt toti⁹ mũdi opes illo veluti maritimo vrbis ho spitio reciperet. Ab hac Ostiẽses dicti ostiẽsis ager/ ostiensis porta Rome: eo ꝙ Ostiã versus ducat. Ea nũc sancti Pauli porta appellat.

Ostiatim: p singula ostia. Quintil. Nec sectãdo singu la/ ꝛ velut ostiatim pulsanda.

Ostiari⁹/ ostij custos. Cui⁹ femininũ est ostiaria: vt An cilla ostiaria in Euãgelio.

Ostraciũ: latine testa: grece ὀστράκιον. Unde testace um pauimẽtũ vulgo nũc ostracũ vocãt. Hic Ostra cismus: relegatiõis gen⁹. Nam ciuitates antiquitus que populari statu regebant: eos qui supercellere vi debant: vel ꝓpter diuitias/ vel ꝓpter amicos/ alienam ve potestatẽ: extra ciuitatẽ relegare solebant ad tem pus: sicut docet Aristot/. lib. iij. Polit. Atheniẽses ꝓo exilio decẽnali mulctare cõsueuerant potentes ni mis ꝛ excellẽtes gloria viros. Et hoc exilij gen⁹ ostra cismon appellauerũt: qui repertus est nõ ad castigan dũ improbitatẽ/ sed ad potentiã moderandã. Ostra cism⁹ autẽ ab ostraco: id est calculo siue testula nomẽ sortit⁹ est: qui in hunc modũ Athenis peragebatur. Ostraci viritim in cõsilio dabant quisq₃/ in quib⁹ no men illius perscribebat quem vrbe cedere voluisset. Magistratus ꝓo qui huic negocio pꝛeerant: vniuer sos simul calculos recensebãt/ qui nisi sex miliã nume rũ excessissent: nihil confectũ esse indicabat. Ubi ꝓo vltim⁹ numer⁹ repertus fuisset: eũ decẽ annos exilio afficiebãt. Hoc ostracismo Themistocles/ Cimon ꝛ Aristides mulctati fuere. De Aristide legim⁹: cũ inter ea cũ quidam rustic⁹ illitteratus sederet: ipsi Aristide testã dedisse vt nomen suuꝫ scriberet. Admiratus id Aristides/ interrogauit nũquid istum cognosceret? Minime inquit. Sed quid cẽteri ita sentiunt: ego q̃ꝫ ita censeo eũ esse damnandũ. Hoc latini testularũ exilium vocant.

Ostrũ: muricis siue cõchilij ac purpure color. Conchy liũ eñ murex et ostrũ in eadẽ significatione sumunt. Virgili⁹. Tyrioq₃ ardebat murice lena. Idem. Ut gemma bibat et sarrano dormiat ostro. Juue. Por ego nõ fugiam conchylia: id est murice infecta. Excipitur tamen ostrũ a cõchyli marino/ ex quo purpura inficit. Cui⁹ (vt Uitr. inquit) nõ minores sunt q̃ ce teraꝝ reꝝ naturã cõsiderantibus admiratiões: ꝙ ha bet nõ in omnibus locis quib⁹ nascit/ vnius generis colorem: sed solis cursu naturaliter temperet. Itaq₃ qð legit in Põto ꝛ Gallia: quia he regiones sunt ꝓ xime ad septentrionẽ et occidentem/ inuenit liuidũ. Quod autẽ legitur ad equinoctialem/ orientem ꝛ oc cidentem/ inuenit violaceo colore. Quod ꝓo meridi anis regionibus excipitur/ rubra procreatur potesta te: ea cõchylia cũ sint lecta ferramẽta circa scindunt: e quibus plagis purpurea sanies vt lachryma ꝓflu ens excussa in mortarijs terendo comparat. Et quia ex concharũ marinaꝝ testis eximit: ideo ostrũ est vo citatum. Igitur muricis siue conchylij liquor/ qui et Ostrũ dicitur tẽperatura artificis adhibita fere pur pureus sit/ hoc est in violaceũ tendens. Sed hec apd auctores confundũtur: Muricem et Ostrum et Ty riũ pro purpura ponentes. Sciendũ quoq₃ est ꝙ cõ che et ostrea dicãtur firmioris teste pisces. Conche q̃ testam lenem habent ac politã vniformiter rugatam siue denticulatã.

Ostrea que asperã scabramq₃ testã habent: Quis gene raliter ostrea quoq₃ conche dicãtur. Item que ex vno tm̃ latere testam habent: altero scopulis aut lapidi bus alteri ve materie adherente. Nam teste ipse du riores ꝓprie conche dicũtur/ quales sunt cochlearũ. Sene. Quid ostreũ sapiat: quid mullus optime no sti. Dicta ostrea a greco: Nã sicut nos a testa testudi nem vocam⁹: sic animal qð veluti testa tectũ est: si ue id gen⁹ edificij qð ex testa est compositũ/ vel ad te studinis similitudinem est factũ. Sic greci ὀστρεα ἀπὸ τῶν ὀστράκων noiauerũt: dicunt etiã ostree fe. ge. Bel. Ostree senescẽte luna inuberes/ macre/ te nues/ exuste sunt: crescẽte luna pinguescũt. Spõdyl⁹ dicit callosũ illud rotũdũ albicãs qð int⁹ habet i me dio: a similitudine spõdyli/ qð nos ꝟticulũ dicim⁹: Nã reliqua caro circũspersa lacinia dicit.

Ostreatus a. um. ponit ꝓ duro atq₃ aspero. Plau. Ita q₃ iã quasi ostreatũ tergũ vlcerib⁹ gestat.

Ostrineus a. um. quod est ex ostro.

Osus cũ suis cõpositis Exosus et Perosus: participia sunt/ siue participioꝝ modo capiunt. De quib⁹ in di ctione Perosus. Iũgit aũt osus cũ actõ/ et actiue su mitur: vt osus sũ/ osus es/ osus est: ꝓ odi odisti odit. Participiũ quoq₃ futuri tꝑis osur⁹ et osor ꝟbale: ab osũ supino fiunt: q̃ fest⁹ ab odio sumit: licet nõ sit in vsu. Plau. I Am: Inimicos semper osu sũ obtueri. i. odi. Osur⁹. Ci. i Lel. Negabat vllã vocẽ inimiciorẽ amicitie potuisse reperiri q̃ ei⁹ q̃ dixisset ita amari opor tere: vt aliqñ esset osur⁹. Osor. Plau. in Asi. Madi dũ nihili incõtinẽtẽ atq₃ osorẽ vxoris sue. i. q̃ odit vxo rẽ suã. Sciẽdũ ꝙ i osus termiata q̃dã significãt habi tudinẽ siue vehemẽtiã copiã ve/ aut affectionẽ: vt aio sus/ ingeniosus/ neruosus/ saxosus/ aquosus: q̃ habet copiã saxoꝝ/ neruoꝝ/ igenij/ animi. Uinosus/ libidio sus/ mulierosus/ seditiosus/ factiosus: q̃ amat vinũ/ li bidinẽ/ mulieres/ seditiões/ factiões. Quedã actio nẽ: vt studiosus/ stomachosus/ cõtẽtiosus: q̃ opaꝫ dat studio: q̃ stomachat: q̃ cõtumeliã facit. Quedã passio nẽ: vt odiosus/ inuidiosus: q̃ habet odio/ ꝛ cui inuidet. Quedã actiue ꝛ passiue accipi pñt: vt formidolosus/ laboriosus/ operosus/ voluptuosus/ religiosus.

O Ante T

Otides: auicule perdicibus similes: que breui volatu cito lassantur.

Othryes: mõs thessalie. Othryades: nomen lacedemo nij viri: tã prime q̃ tertie declinationis est.

O Ante V


Ouis a greco οἰσ interposita u propter hiatum significat pecudem.
Ouinus a um qd ex oue est: vt pellis ouina a quo Ouillus ouilla ouillum.
Ouillus a um. Pli. lib. xix. Quin et ouillo fimo vti q̃m aliud herbesceret: diminutiuũ est ab Ouinus.
Ouile: locus in quo oues morari solent.
Ouiaria ę. ouiũ multitudo. Var. in plo. li. ij. de re rust. Quod eo facilius faciã q̃ et ipse pecuarias hũi grã des in apulia ouiaria: et reatino equarias.
Ouiaricus a um possessiuũ ab oue deriuatũ. Col. li. viij Et q̃m de ouiarico satis dictũ est: ad caprinum pecus nunc reuertar.
Ouicula diminutiuũ significat paruã ouem.
Ouum ab ὠὸν interposita u euphonię causa.
Ouo as: letor et leticiã vociferando seu canẽdo demonstro. Liuius lib. j. Romani ouantes ac gratulantes Horatium accipiunt eo maiori cum gaudio quo prope metum res fuerat.
Ouatio vt est ab ouo as: significat paruũ triumphum quẽ faciebãt ouãtes qui non in curru sed pedes ouali corona redeũtes ex pugna cũ bellũ nõ erat idictũ vel sine sanguine ↄfectũ: ab obe gaudẽtiũ interiectione: vt sit ouatio quasi obatio. Iuue. Satur est cum dicit Hora. obe bacche. Vel a voce militum quę fiebat geminata oo littera: p interpositionem u euphonię causa: Ut aũt ab ouũ fit significat tẽpus quo gallinę oua faciunt: vt vernatio/mellatio/pullatio. Pli. Certe luna capiendũ censent tan͞q̃ congruere ouationem etiã serpentiũ humani sit arbitrij.
Ouatus a um: qd est in similitudinẽ oui factum. Pli. Aliis turbinatio pyri. Aliis ouata species ceu malorum aliquibus. Hinc ouatũ aurũ: ouo auratũ quoniã oui albo antea illinito ęra ac marmora auri et argenti laminis decorentur. Nec obstat q̃ ouum habeat primã longã. Pleraq̃ eñ deriuatiua primitiuorum naturã non seruãt. Persi. Hinc illud subiit auro sacras q̃ ouato Perducis facies. Hoc Pli. lib. xxxv. de marmoribus loquẽs innuere videtur cum inquit. Ut ouatus esset numidicus vt purpura distingueret sinnadic⁹. Nõnulli ouatũ aurũ dici aiũt: ouatiõe victoriaq̃ quesitum: vel ingens et copiosum quantũ ouationibus comparatur.
Oualis et hoc ouale: quod ad ouationem pertinet: vt Oualis corona quę ex myrto fiebat.

O Ante X

Oxus: amnis ortus in lacu oxia: vt inquit Ptol. flue Oxo vt Solinus.
Oxys masculini generis et Oxy neutri ideclinabile acutum citum et velox significat. Oxos neutri generis sicut Oxeos acetum. Oxys idis p vase aceti.
Oxya grece: acutus accentus latine dicitur.
Oxybaphum: latine acetabulum: ab aceto habet penultimam correptam.
Oxygarum penul. cor. acutũ garũ hoc est garũ ex aceto confectũ: qd in principio mẽsę apponi solebat. ὀξοσ acetum γαροσ liquamen ex pisce.
Oxygala: q̃si acetosũ lac. Gala latine lac. Oxos acetũ
Oxylapatũ. Lapatum acuta habẽs folia. Oxysternon acutum iuncum significat.
Oxyhalme: genus potionis qd ex sale et aceto recenti fieri solebat aduersus serpentes.
Oxymeli: acetum mulsum dicitur genus potionis qd ex mellis heminis. x. aceti veteris heminis: scȝ salis marini pondo Tymbrę quadrante: aquę marine sextariis. i. pariter decoctis fieri solebat.
Oxypora sunt quę Col. tradit appellari oxygara. Quoniam inquit cuȝ vsus exigit aceto garoq̃ diluuntur. Pli. quoq̃ lib. xx. Feniculum condimentis p̄prie omnibus inseritur. oxyporis etiã aptissime. Sũt et sua medicis oxypora quasi a celeritate dicta penetrãdi. Est enim remedium presentaneũ. i. celeriter iuuans. Idẽ Iuniperus miscetur antidotis oxyporis.
Oxyporopoli qui cibos vendunt aceto cõfectos. Pli. In eo vsus et oxyporopoli: seruãt addito dulci accrementum aceti temperantes.
Oxysaccaron: potionis genus ex saccaro et aceto. Saccarum mel dicitur in arundinibus collectum gummi modo candidũ ac fragile.

O Ante Z

Ozena: morbus cum vlcera circa nares sunt pluresue crustę: et odorem fędum habent: cui malo vix potest succurri nomẽq̃ trahit ab ozena sicut et polyp⁹. Pli. lib. ix. Polypoȝ gñs et ozena dicta a grauitatẽ odore
Ozimũ penul. cor. ab ὄζω redoleo: genus ędulij redolentis ex intestinis confecti. Persius. Cum bene distincto cantauerit ozima verne.



Littera muta est: nec aspirationem admittit nisi in dictionib⁹ gręcl q̃ postponit: vt phaethon. Conuertit q̃nq̃ in traducendis dictiõib⁹ grecis p in b. vt cũ apd grecos πυξοσ apd nos buxus scribit. ab αψυρτοσ cũ lra ψ p̃ nos ps ponere ↄsueuim⁹ Absyrt⁹ cũ b. traducit. Interdũ p exile p ph aspirato traduci solet vt qd a grecis φοινικιοσ cũ ph aspirata scribitur a nostris puniceus transfert. Sic πορφυρεον purpureũ dicimus. Quin et cõtra vbi illi p exile ponunt latini sepissime aspiratũ traducũt: vt qd illi υψιπυλη nos hydsiphyle scribere solemus.

P Ante A

Pabulum p̄prie pecudũ et aliorum brutorũ cibus herbaceus fęniceus paleaceus vel stramẽtitius est.
Pabularis et hoc pabulare qd ad pabulum pertinet seu quod pro pabulo datur. Colu. Uitia pabularis et vicia seminalis.
Pabulor aris pabulum ex agris capio. Uale. maxi. Id postq̃ cognouit depositis insignibus imperij familiarẽ vultũ induit ac pabulantiũ hostiũ globo sese obiecit. Interdũ pabulare est pascere. Col. li. viij. Subinde quę sedit. s. capella ↄpesci debet ne pcurrat sed placide ac lente pabulet: vt et largi sit vberis.
Pabulator qui pabulatũ vadit. Cęl. lib. v. Repente ex omnibus partib⁹ ad pabulatores aduolauerũt.
Pachinus penul. indifferente: pmontoriũ sicilię peloponnesuȝ spectãs ab aeris crassitudie. Nã παχυσ pingue et crassuȝ dicit. Uir. li. iij. Prestat trinacrij metas lustrare pachini. Prisci. in perihegesi. Qui procul effusis pachini distendit oris.
Pachisos: fluui⁹ Sicilię ciuilis sanguis notat⁹ infamia
Pachiri montes in minori Asia.
Pactolus penul. pro. fluuius lydię aureis arenis smyrneos irrigãs agros. Iuue. Quod tagus et rutila pactolus voluit arena.
Pacuuius Brũdusinus poeta tragicus illustris ennij poete ex filia nepos Romę picturam exercuit: ac fabulas venditauit: deinde Tarentũ trãsgressus ppe nonagenarius diem obijt: hic vt Quintil. ait grauitate sententiarũ: pondere verborum: auctoritate personarum clarissimus fuit: citra tñ nitorem.
Pax a pactione dicitur. Qd nomen etiaȝ pluraliter declinatuȝ legitur. Horati⁹. Hoc paces habuere bone

ventiq̄ secūdi. Aug. lib. iij. de ciui. dei. Semꝑ in potestate haberēt paces bellicasq̄ victorias q̄ semꝑ fere ꝓ humanoꝝ aioꝝ motus accidūt. Var. Aduertē dū primū quibus de causis ꝛ quēadmodū constituerunt paces. scdm qua fide ꝛ iusticia eas coluerunt. Et est pax trāquilla libertas. Vir. Pars mihi pacis erit dextrā tetigisse tyrāni. Per translationē qn̄q̄ sumit ꝓ venia. Idē. Sed votis ꝑcibusq̄ iubent exposcere pacē. Qn̄q̄ ꝓ ꝓpiciatiōe: vt apud eūdē. Pacemq̄ ꝑ aras exqrūt. Pax etiā aduerbiū grecū est ꝛ significat tm̄mō. Ter. i Heau. Dū argētū capio pax nihil āpli⁹

Pace tua dixerim: honestus reprehendendi mos prius captata venia. i. tua venia: ꝛ te non irascente.

Paco as: a pace fit: ꝛ significat mitigo/lenio/placo/propicio/cōcordo: ꝛ pactū facio. Aug. sup Ioānē. Exiit mane: ꝛ quos inuenit cōduxit: ꝛ pacauit cū eis mercedem denariū. Dicit ꝛ pacor deponens. Idem in eodem vtrūq̄ cōplexus est. Sodalis nō tibi feci iniuriā qđ pacaui reddidi tibi: fraudem tibi non feci: quia qđ pacatus sum reddidi.

Pacate aduerbiū: significat tranquille sedate.

Pacifico as: a paciscor esse videt. Cice. Lepido. Itaq̄ sapientius meo quidē iudicio facies si te in istā pacificationē nō interpones. i. pacem faciendam. Quidaꝫ hec tria separant: vt pacificatus sum: pacem feci significes. Pacatus sum: in pace suꝫ: ab armis destiti: placitus sum: ab indignatione animi ad lenitatem rediꝫ vel animo leni sum.

Pacificatorius a um: qđ ad pactionē ꝑtinet. Ci. Post q̄ nos pacificatoria legatione implicatos putant.

Paciscor eris: pactus depo. significat pactum facio cōuenio. Vñ etiā construit cū ablō sicut alia verba precii significantia. Plau. in Bac. Pacisci cuꝫ illo paula pecunia potes. Dicimus etiā pactus sum hanc rē. Iusti. li. ij. Cū Xerxe nuptias filie ei⁹ paciscit. Hui⁹ compositū est Depeciscor.

Pactio (vt inquit Vlp.) est duoꝝ pluriū ve in idē placitum ꝛ consensus. Sal. Collegā suū Antoniū pactioneq̄ ꝓuincie ꝑpulerat: ne contra remp. dissentiret. Cice. lib. iij. offi. Regulus nō debuit conditiones pactionesq̄ bellicas ꝛ hostiles perturbare.

Pactum quandoq̄ participiū est a paciscor: vt est illud in Gen. Et recordabor federis sempiterni qđ pactū est inter deū ꝛ omnē animā viuentē. Quādoq̄ nomē qđ a Cicerone sic diffinitur. Pactum est qđ inter aliq̄s cōuenit qđ iam ita iustum putatur: vt iure prestare dicatur. Hiero in Gen. Statuā pactū meū vobiscum. In ablatiuo qn̄q̄ accipit ꝓ modo. Teren. in And. Eo pacto gnati vitā ꝛ consiliū meū cognosces. Pactilis: Vide in dictione Pago is.

Padus fluuius qui vt Pli. lib. iij. scribit e gremio Vesuli montis celsissimū in cacumen elati finib⁹ ligurum Gabienoꝝ visendo fonte profluens cōdensq̄ sese cuniculo: ꝛ in foro vibiēsiū agro iterū exoriēs: nulli amniū claritate inferior a grecis dictus Eridanus ac pena phaethontis illustratus. Auget ad canis ortus liquatis niuib⁹ agris q̄ nauigiis torrētior. Metrodorus refert qm̄ circa fontē arbor sit multa picea q̄ pades gallice vocet: padū hoc nomen accepisse.

Padua: vrbs a padi vicinitate dicta: q̄ ꝛ patauiū dicit quasi padauiū: vel απο του πετα·τθε id est a volādo ꝙ captato augurio dicit cōditū. Vel a petēdo: ꝙ telo aut petisse dx: eoq̄ i loco vrbē cōdidisse. Primo Antenorea dicta est. Vñ antenoride: postea patauini ꝛ paduani. Apud patauiū natus est Titus Liuius historicus celeberrim⁹ q̄ res romanas sūma facūdia ꝑscripsit. Similiter Stella ꝛ Valerius Flaccus poete hic orti fuere. Preterea Paul⁹ iuriscōsult⁹ Albertus Eremitane nostre religionis theologus: Cuius ingeniū acumen opa q̄ edidit declarāt. Frācisc⁹ quoq̄ cognomēto carabella q̄ in legib⁹ interꝑtandis: ꝛ vite integritate tm̄ valuit vt in cardineū cetū fuerit ascit⁹ in ea vrbe originē duxit. Fertur ꝛ volusius poeta patauinus qui post Enniū rerum gestarū populi romani annales carmine descripsit.

Padusa: fluuius quē aiunt padi brachiuꝫ rauennā vsq̄ perductū Messanicū cū alio noīe appellatū.

Pean: hymnus erat in apollinē: sicut dithyrambus in bacchū: vt Iul. Pol. inquit: qui nō solū in auersione malorum decantabatur: sed ꝛ in victoria. Interfecto eīm pythone laudibus ꝛ carminibus laudatus fuit: q̄ peana dixerunt. Virgi. Letum peana canētes. Abusiue tamē pro omni deoꝝ laude ponit. Vñ opus suū Pindarus de laudib⁹ deorū omniū peana inscripsit. Pean vero ab παιω qđ est medeor: ꝙ. s. morbis remedians finē faceret. Unde ꝛ Apollo ipse pean dictus est. Iuue. Parce precor pean.

Pegnium: genus ludicri poematis a ludendo. Unde Technopegnion apud Ausonium.

Pedor: squallor/illuuies/sordes ꝛ omnis imūdicia: seu putor i aiali. Luca. Lōgusq̄ in carcere pedor. Cicero libro. iij. Tus. Barba pedore horrida atq̄ intonsa infuscat pectus illuuie scabrum. A greco hoc nomē deduci videtur quo παιλεσ id est pueri dicunt qui in illa puerili etatula sordidissere sunt: nec a sordibus sciūt abstiente. Unde peditos quoq̄ sordibus ꝛ obsoletos appellant.

Pedagogus pe. pro. pueri ductor παισ puer: αγωγοσ ductor. Is est eīm cui ducendoꝝ puerorū custodia datur. Col. lib. j. Nec postremo quasi pedagogi eius meminisse dedignemur iulli hygini.

Pedagogiū apud iuriconsultos: ti. de fundo instr. Seruitium atq̄ mancipium dicitur. Verba Vlpia. hec sunt. Si instructū funduꝫ legasset: ea pedagogia que ibi habebat vt cum ibi venisset presto essent in triclinio legato continent. Sue. tn̄ si textus falsus non est accipit pro puerorū concubitu cum inquit in Nero. Super ingenuoꝝ pedagogia ꝛ nuptiarū concubinatus vestali virgini Rubrice vim intulit.

Pedagiū locus in domicilio in quo pueri seruiq̄ cōmorantur: qui παιδεσ vocant. Pli. lib. vij. epistolaruꝫ Puer in pedagio mixtus pluribus dormiebat.

Pedico as: pe. pro. obscenū verbū qđ significat prepostera cum masculis libidinem exerceo. Greci dicunt πυγιζειν Iul. Firmicus hanc libidineꝫ prepostera appellat. Hinc pedicones siue pedicatores puerarii puerorū amatores concubitoresq̄.

Pederastes: amator puerorum: Pederastia: amor obscenus in pueros.

Pedia. Grece παιδεια eruditio institutioq̄ in bonas artes vt docet Gel. Unde pedia Cyri quam Xenophon scripsit.

Pedotriues pe. pro. ludi litterarū preceptor ꝛ exercitationis magister: cui⁹ officiū (vt inquit Plato in Gorgia) est corpora hominū formosa robustaq̄ efficere. Pedotriuica exercitatio ꝑtinēs ad doctorē pedotriuem. Aristo. li. viij. poly. precipit adolescentes gymnastice ꝛ pedotriuice esse tradendos.

Peon nomen viri medicine artis peritissimi vt scribit Home. A quo peonia herba dicta. Est et peon gen⁹ pedis: qui a Diomede quadruplex esse traditur quorum primus ex longa ꝛ tribus breuibus constat. Secūdus ex breui ꝛ longa ꝛ duabus breuibus. Tertius ex duabus breuibus ꝛ longa ꝛ breui. Quartus ex tribus breuibus ꝛ longa.

Peonia herba vocata est a peone medico qui eam inuenit. Peonia etiam regio est in europa a Peone Endymionis filio ꝛ Epei fratre: q̄ victus cursu ab Epeo sicut inter eos conuenerat: imperium victori dedit et in Macedoniam seu Thraciam ad amnem Axium

discessit. A quo peonia regio dicta: que postea ex regis nomine Emathia pars Macedonie vt a qua peones populi. Iusti. lib. vii. scribit penul. cor. Sta. libro Achil. Preterit et didici quo peones arma rotatu. Aliquando Peonia ponitur pro macedonia sicut Emathia: cuius littoris regio iuxta Sithoniam et Thermopontum palleng vocatur. In hac regnasse fertur Thelegonus.

Pestum oppidum lucanie rosarum abundantissimum: vbi ob celi clementiam bis in anno producebantur fructus. s. Maio. et Septembri. Virgi. li. iiii. ge. Biferique rosaria pesti. huius menia prope mare magni spacii adhuc integra videntur latitudine et altitudine miranda a Thuscis conditum possidoniam dixerunt: et eius sinum possidoniatem. Postea romani missis huc colonis amplificauerunt: vt ait Stra. Hinc Pestanus a um. Ouid. de arte. Caltaque pestanas vincat odore rosas.

Petus: qui obliquatis oculis in altum respicit. Hora. in Ser. Appellat petum pater et pullum male paruus si cui filius est. Hinc petorum familia rome cognomen sumpsit.

Pagus: simul posite ville: hoc est rusticane domus in vnum coagmentate. Nam πηγη latine fons dicitur: quod circa fontes hec ponerentur: quod omnes eadem aqua vterentur. Scribit Cesar ciuitatem heluetiam in quattuor pagos fuisse diuisam: hoc est in quattuor regiones que pagatim habitabantur.

Pagatim aduerbium: dictum est per singulos pagos: ea forma qua oppidatim. Liuius. Templa deum que pagatim sacrata habebant diruit atque incendi iussit.

Paganus a pago dictus est rusticus: villanus in villa natus qui non nouit vrbem quasi ex vno fonte potans. Hinc Semipaganus: semi rusticus. Interdum pagani accipiuntur pro hominibus non militantibus etiam etsi vrbani sint. Et est verbum peculiare iurisconsultorum a quibus hec duo perinde ac contraria opponuntur miles et paganus. Sueto. de Aug. Pinarium equitem Ro. cum concionante se admissa turba paganorum apud milites subscribere quedam animaduertisset curiosum et speculatorem ratus coram fodi imperauit Vlp. Est scriptum a diuo pio in eo qui cum esset paganus fecit testamentum: more militare cepit. Paulus. Fecit testamentum exemplo eius qui paganus fecit: deinde militare cepit. Quare autem pagani dicantur qui vrbani sunt dicitur Romam diuisam fuisse in tribus quattuor sicut apud Dionysium lib. iiii. antiquitatum legitur: quas pagos vocitabant in quibus habitantes pagani dicebantur: qui in nullam aliam habitationem transferri poterant.

Paganalia orum: rusticorum festa.

Pagasa thessalie oppidum: quod postea Demetrias dictum est: Iuxta quam edificata fuit Argonauis. Proper. Quod nauis longa argonautarum pagasea nuncupatur: quod Iason qui eam edificauit fuit filius Esonis fratris Pelie regis Thessalie. Hinc pagasicus sinus in thessalia est dictus.

Pago is: pepigi pactum significat paciscor. Cice. lib. ii. ad here. Pacta sunt que legibus ob seruanda sunt: hoc modo. Rem vbi pagunt oratione pagunt. Aliquando significat promitto. Plau. Hec tibi pacta est Calicli filia. Ser. tamen dicit pago vnde multi volunt venire pepigi nusquam lectum est: vultque pepigi a paciscor fieri: sicut et pactus. Quod a placeo placui et placitus.

Pagina penul. cor. vtraque pars folii a pagendo quod in paginis carmina panguntur. i. finguntur. Versus enim pangi vel figi ceris dicuntur. vel quod in libris suam queque obtineant regionem vt pagi. Hinc fiunt compagino pro coniungo quod pagine simul coniunguntur. Paginula diminutiuum. Cicero. ad Atticum. Si vero idem quod nescio an sit vt non minus longas iam in codicillorum factis futurorum consulum paginulas habeat quam factorum.

Pagyris: nomen fluuii et nomen ciuitatis a qua Pagyrite populi. Quidam tamen pacyrim dicunt.

Pala instrumentum rusticanum vulgo notum. Et instrumentum quo panis in furnum mittitur et extrahitur: necnon ventilabrum. Item quoddam ignis receptaculum. Item Pale dicuntur dorsa dextra: leuaque eminentia membra. Item Pale (vt inquit Stra.) minores auri purgationis massule et vtique non maiores selibra. Pli. li. xxxiiii. Expuit eris pala quedam: hoc est quod greci Phegma appellant. Idem lib. xxxiii. scribit palacas appellari massas auri in puteis repertas decem et amplius librarum pondere quas alii palacranas vocant sicut id quod minutum est balaucem.

Palla palle per duplex ll. est honeste mulieris vestimentum: hoc est tunice pallium quod pallam et foris est ad vestigia vsque demissum. Virg. Pro longe tegmine palle. Tygridis exuuie per dorsum a vertice pendens. Plau. in mene. Pallam ad phrygionem fert: confecto prandio. In Gallia tamen viri quoque palla vtebantur. Vnde Mar. Dimidiasque nates gallica palla tegit. Et ab irrugatione et mobilitate dicitur palla que est circa fines huiusmodi vestium απο του παλλειν. Est etiam hoc nomine vrbs Ptolomeo teste a latere meridionali corsice.

Palaca a palacrana pro auri massa sumi solent.

Pallace: grecum est et significat concubinam. Vnde dicimus. Hec est pallace mea.

Palam aduerbium ad omnia refertur: et significat manifeste et coram pluribus. Coram ad personas tamen. Tere. Si falsum aut fictum continuo palam est. Hinc fit Propalam eiusdem significationis: a quo Propalo as: pro manifesto seu aperio. De quibus infra.

Palam questum facere dicitur non tantum ea que in lupanario se prostituit: sed etiam si qua vt solet in taberna cauppona vel qua alia domo pudori suo non parcit.

Pallium dictum est quod palam sit et foris. Sub eo enim tunica sumebatur longe lateque diffusum: et viris mulieribusque conueniens: proprie autem grecus habitus. Vnde palliati greci dicti sunt: et Comedie palliate que scripte sunt secundum ritus et habitus hominum palliatorum grecorum. Auctores Dona. et Diomedes.

Palliatus a um: pallio indutus: et pallio coopertus. Augusti. lib. x. confes. Inest anime vana et curiosa cupiditas nomine cognitionis et scientie palliata. Apul. Nec palliari tam aperta res potest.

Palliolum diminutiuum breuius pallium: siue linteum ad caput tegendum. Iuue. Cultam palliolo mulier nempe ipsa videtur. Hinc Palliolatim. Plau. Palliolatim amictus sic incessi ludibundus.

Palliolatus huiusmodi palliolo indutus. Sue. de Clau. Palliolatus nouo more sedit. Mar. Hanc volo que facilis que palliolata vagatur.

Palliastrum: rude ac vile pallium. Apul. Ecce socratem contubernalem meum conspicio: humi sedebat scissili palliastro semiamictus.

Palus pali: note significationis habet primam productam Tibul. Hic docuit teneram palis adiungere vitem. Palus dis paludis pro loco aquoso: habet primam correptam. De quo infra.

Palo as: sepio tendo et quasi palis munio. Colu. lib. xii. Vt vitis paletur et capite tenus alligetur: et iuga vineis imponantur et capistretur. Et palare vagari erroreque. Vnde et Dispalare quod est diuidere. Sisen. Dispalati ab signis digressi omnes ac dissipati.

Palor aris: passim vagor: sicut faciunt qui lento gradu dispersique labruscas querunt. Liuius lib. x. Raptim et ad hos romana legio ducta palantes in agris oppressit. Idem lib. v. Iam obsidionis tedio victi abscedunt: vagique per agros palantur: cibis vinoque raptim hausto repleti. Hoc verbum a pala quidam deduci existimant. Alii a

pallis castrorum: hoc est sudibus: modo huc: modo illuc translatis. Dicitur et palo as: in hac significatione.

Palatim aduerbium: significat passim vagando. Liui. li. v. Tusculum palatim fugerem.

Palata ficus inter palas compressa. Hiero. li. ij. Re. Apparuit siba puer miphiboseth in occursum eius cum duobus asinis qui onerati erant ducentis panibus et centum alligaturis vue passe et septem massis palatarum

Palatus: oris celum: quod labijs dentibusque quasi palis munitus sit. Aug. sup. Joannem. Quo auidas fauces habere deberet: vnde optaret: vt sanus sit intus palatus ita indicandi. Dicitur et palatum. Colu. lib. viij. Sed etiam si palatum atque lingua concolor lane est.

Palas antis: nomen filij Euandri: et nomen Gigantis.

Pallas adis: dea dicta quod palantem gigantem interfecerit cum prius Tritonia vocaretur a Tritone palude vbi primum visa est: vel a παλλω vibro quatio: eo quod hastam vibrare consueuerit docueritque: quoniam belli dea est. Hec dicta est bellona quia bella inuenerit. Et minerua quod vim minetur: vel quod neruos minuat: ob studiorum laborem. Nam dea artium et sapientie est: quia de capite Jouis nata est. Sed quia dea est artium et ingenij ideo ista finguntur. Nihil enim excellentius ingenio: quippe quo reguntur vniuersa. Virgil. Pallas quas condidit artes ipsa colat. Hec iouis filia sine matre fuit. Nam Jupiter cum videret Junonem sterilem esse: percusso capite emisit paladem armatam. Pallas etiam nomen paludis est in Aphryca.

Palladium: palladis simulachrum quod Rome in ede veste fuit.

Palladius a um: quod est palladis. Unde palladium forum Rome quod erat propinquum templo palladis.

Palladius nomen viri proprium qui de Agricultura scripsit

Palatium mons Rome appellatus est: quod ibi in palatio pecus pascens balare consueuerit. Sic enim vox eius animalis exprimitur quasi balatium. Unde Neuius balatium appellat. Uel a palo as: quia ibi palare. i. errare pecudes solerent: seu quod palantes arcades cum Euandro ibi consederunt. Nam ante Romam conditam possessum atque habitatum fuit: aut ab Arcade Euandro aut ab originibus qui ex palatio oppido agri reatini venere et cum Euandro habitauere. Alij a palantia latini matre que ibi habitauerit palatium dictum volunt. Alij a pallante Euandri auo. Alij a filia Euandri balantia ab Hercule viciata et postea illic sepulta. Uel certe a pallante eius filio illic sepulto. Alij a pale pastorali dea nomen inditum autumant. Palatium etiam dicitur domus imperatoria superba amplaque a pallante gigante qui primus palatium ob magnitudinem sui fecisse dicitur. Aut secundum Pli. a palanteo Arcadie oppido. Siue vt Cyrillus auctor grecus refert a palatio monte. Huius nominis prima syllaba indifferenter ponitur. Oui. de arte. Illic quas tulerant nemorosa palatia frondes. Mar. Inde sacro veneranda petes palatia cliuo. Et palatum dicta fuit vrbs Diocletiani quam nunc naute Spalatum vocant. Euse. in chronicis Diocletianus haud procul Salonis in ville sue palatio moritur.

Palanteum: vrbs in palatino monte: a Palante Euandri proauo. Unde Virgi. li. viij. Arcades his oris genus a palante profectum. Qui regem Euandrum comites qui signa secuti Delegere locum et posuere in montibus vrbem Palantis proaui de nomine palanteum.

Palatinus a um: Unde Palatinus deus: et palatinus mons dictus est super quo primo Roma edificata fuit et in eo reges primo: deinde consules: postea imperatores maiore ex parte sedem habuerunt. Et palatini qui et palantes sunt: qui cum Euandro venerunt et oborigenes consederunt in quarte regionis palatio. Sed hos alij dictos a palantia latini vxore putauere.

Palatialis flamen dictus est qui ad sacrificandum ei ideo constitutus erat: in cuius tutela palatium esse putabatur

Palatual sacrificium quod fiebat Rome in monte palatio.

Palantina regio Rome cuius Arcades duce Euandro palantes auctores extiterunt.

Palantia oppidum. Unde et palantini. Est et nomen fluminis in Palentino littore.

Palemon marinus deus: latine portunus quod portubus presit. De quo in dictione Portunus archias aut in epigrammatis ͳεσσαρεσ εισιν αγωνεσ αν ελλαδα ͳεσσαρεσ ιροι οι δυο μεν θνηͳων οι δυο δε αθαναͳων ζηνοσ ληͳοι δαο παλαιμονοσ αρχεμοροιο αθλα δε ͳων κοͳινοσ μηλα σελινα πιͳυσ. Est et nomen proprium grammatici Vicentini: cuius tanta fuit arrogantia: vt secum natas et morituras litteras diceret. Atque de se diuinasse Virgilium dixit. Tantum vicine palemon.

Palestina: prouincia syrie arabie contermina a philistim vrbe metropoli in ea: vt inquit Pli. lib. v. Nam et herodotus syriam: alteram palestinam. In ea quinque ciuitates continebantur. Gaça: Aschalon: Geth: Acaron et Azotum. Est et altera palestina prope Pheaciam de qua Luc. lib. v. Laxa palestinas vndis consistit arenas.

Palestra: luctatio ab παλιν iterum παιω ferio percutio. Uel απο ͳησ παλησ. i. a motu vme. Nam ducti sorte luctantur. Virgi. lib. vj. Pars in gramineis exercent membra palestris. Palestra etiam dicitur domus lenonis qua exercitus amator assidue Teren. in phor. Eccum a sua palestra exit foras. Unde Victr. li. v docet quo palestre sint edificande.

Palestrita palestrite penultima correpta qui se in palestra exercet.

Palestricus a um: quasi ex vsu palestre habens penul. cor. Palestricus substantiuum idem quod palestrita. Affra. De pellis mihi manum per palestricos.

Pales pastorum dea vel pabuli: hanc quidam vestam quidam deum matrem appellant. Virgi. Te quoque magna pales.

Palilia vel parilia: eius dee festa l in r mutata dicuntur Hec a pastoribus in agris fiebant. xj. Cal. Maij quo die Romulus vrbem fundauit ad lupos arcendos morbosque a pecore pellendos: seu pro partu pecoris. Propertius lib. iiij. Vrbi festus erat dixere palilia patres. Hic primus cepit menibus esse dies.

Palea a palam seu a pabulo dicitur. Nam ea sola primum in pascendis animalibus habebatur. Quo sane vocabulo non proprie culmi sed folicula ipsa granulorum comprehenduntur. Virg. lib. j. Ge. Surgentem ad zephyrum palee iactantur inanes. Col. lib. vij. Minus commode tuemur armentum. Paleis que vbique et quibusdam regionibus sole presidio sunt: et probantur maxime ex milio: tum ex hordeo: mox ex tritico. Idem. Oportet fabam maturam conterere et paleas eius diligenter recondere. Notandum pro Seruij sententia paleam singulari numero dici contra artem. Nam que ex pluribus constant sunt tantum numeri pluralis: vt cancelli, bige, scope: licet abutantur poete. Virg. Nequicquam pinguis palee teret area culmos.

Paleatus a um: quod est factum ex paleis. Col. lib. iij. Quicquid inserueris: libro ligato luto subacto paleato oblinito plagam et alligato: ne aqua ventusue penetrare possit.

Palearia pelles dependentes ex gutture bouum dicta quasi pellearia. Virg. lib. iij. Geor. Et crurum tenus a mento palearia pendent. Huius nominatiuus singularis est palear Item palearia vbi conduntur palee: sicut fenilia vbi fenum reponitur. Cuius singularis est palearium. Colu. De fructuaria fenilia paleariaque et apothecas et horrea.

Paliscorum: stagnum in Sicilia sulphurei odoris.

Pallilogia: latine reduplicatio Pallilogus: item collectus

Palimbacchius: genus pedis ex prima et secunda longis

et vltima breuis: vt Augustus. Idem. Antibacchius dicitur.

Palingenesia latine dicit regeneratio: hoc est reditio post tēpus aiaꝝ in corp⁹: qđ fuit pythagore dogma.

Palimpissa: pix liquida iterum decocta.

Palinodia: cōtrarius cantus: ꝛ dici potest recātatio si/ue retractio. ωδην ēm greci cantum dicunt παλιν rursus. Cū male de aliquo scribētes: deinde rescribē/tes: bene de eodē scribimus quasi dicēdi mutatio.

Palimpsestus: membrana iteruꝫ abrasa. Cice. Treba. Nam quod in palimpsesto. laudo equidem parsimo niam: sed miror quid in illa chartula fuerit qđ delere malueris ꝙ hec scribere: nisi forte tuas formulas. Iu reconsulti deleticiā vocant. Nam abrasis prioribus litteris rescribitur. Vlp. Chartę appellatio ad nouaꝫ refertur: ꝛ ad deleticiā.

Palus dis: est vbi paululū aquę in altitudine ꝛ palaꝫ la tius diffusa: ꝗ etiā qñqꝫ siccat: cui⁹ prima breuis est: ꝛ secūda indifferens: ꝙꝙ in gtō crescat. Virgi. lib. iiij. Georg Cocyti tardaqꝫ palus innabilis vnda. Hora. Regis opus sterilisqꝫ diu palus aptaqꝫ remis.

Paluster is: ꝛ Paluster a um: quod est ex palude.

Palamedes: nomē Nauplii Euboee regis filii ꝗ Vlis/sis fraude a grecis interfectus fuit. Hic fertur troia/no bello quattuor litteras inuenisse. s. ξ. θ. φ. χ. Pre/terea ordinē aciei: dationē signi tesseras hoc est sym/bolum bellicū ꝛ vigilias inuenit. Hinc a poetis pa/lamedes aues grues dicūt. Mar. Turbabis versus. nec lrā tota volabit: Vnā pdideris si palamedis auē

Palāge. Greci phalāge dicūt: sunt ligna teretia qualia sunt ꝗ nauigiis dum subducunt ad littora: aut ad ma/re trahunt suppoꝭi solēt. Vide in dictiōe Phalāge.

Palango as: onus aliqđ hmōi fustibus trāsueho. Var. Cum penus in fretum obuia venisset nostris: et quos dam cepisset crudelissime pro palangis carinis subii/ceret: quo metu debilitaret nostros. Afra. Et capreaꝫ vnā semilacerā quaterni simul palangabant.

Palanee idem significat qđ phalange.

Pallenę: ciuitas a Pallena Sithonis filia ꝛ vxorę Cle/ti dicta: quā alii macedonię: alii thracię ascribūt ob re gionē vicinā vbi gigantū bella fuisse memorant.

Palinurus Sicilię promontoriū haud longe ab helia quę postea velia dicta est: in quo palinuri gubernato ris nauis enee tumulus est: ꝛ ab eo locus nomen sor/titus est. Dicitur autem palinurus bis meiens πα/λιν ēm iterū ουρον vrina. Mar. Minxisti pauli/ne semel currēte carina: Meiere vis iteꝝ sic palinur⁹ eris. i. vocaberis bis meiens.

Paliurus: herba spinosa ꝛ aspera. Virgi. Carduus et spinis surget paliurus acutis. Est etiam nomen arbo ris in Africa suauē fructū faciētis quo vina cōmendā tur. Et nomen paludis in Africa.

Pallor: quasi pellis liuor: a quo pallidus: ꝛ diminutiuū Pallidulus.

Pallas a motu cordis dicitur.

Palleo es: pallui pallidus sum: a quo palesco pallidus fio. Aug. lib. viij. confes. Iactat tempestas nauigan/tes minaturqꝫ naufragiuꝫ: omnes futura morte pal/lescunt. Huius cōposita Expallesco: a quo Expallesco valde pallidus fio. Plaut⁹ in Cur. Viden vt expal/luit. Impalleo a quo Impallesco quod est intus vel valde pallesco. Persius. At te nocturnis iuuat im/pallescere chartis.

Palma dicit planū illud ꝛ ex parte concauū manus qđ in digitos desinens decore patet. Vnde ꝛ pro mēsura ponitur sicut palmus. Ab huius similitudine arbor quoqꝫ illa nobilis palma vocatur quā phenicē voca/mus ꝙ comam in cacumine habeat circū extensam et ramos in digitorū modū ꝓtensos. Vnde ꝛ genus ca rū caryces dactylos: hoc est digitos vocam⁹: qm̄ di/giti videant. Hec arbor in Italia sterilis est: in mari/timis hispanię fructū fert sed immitem: dulcē in africa: sed statim euanescentē. Contra autē in oriēte ꝛ ex his vina: alicubi etiam panis ꝛ pluribus quadrupedib⁹ cibus. Non cedit ponderi sed surgit aduersum pon/dus. Ideo victoribus traditur premio: ꝙ non cesse/rint sed pertinaces in bello perstiterint. Vñ ꝛ ponit ꝓ victoria. Plutar. In certaminibus palmā signum esse placuit victorię: qm̄ ingenii eiusmodi lignū est vt vrgētibus opprimētibusqꝫ nō cedat. Itē palma causa certaminis dicitur. Terē. in Phor. In medio oibus palmā esse positam. Itē palma (vt docet Ser. lib. xi. En.) significat togā quā merebantur hii qui de hosti/bus palmā deportassent: hoc noie est etiā vrbs vna e duabus quę in vna gymnasiarū sunt conditę ad occa sum sita: vt inquit Strabo.

Palmeus a um: quod est ex palma arbore. Col. lib. vi. M. Columella herbice pulcię seu ortu canicule pal/mis tegetibus vineas adumbrabat.

Palmosus a um: qđ est palmis abundās. Virg. lib. iiij. Palmosa salinis.

Palmata seu palmaris vestis a palma pro victoria di/cta ꝓprie triūphātiū fuit: quā merebant hii qui de ho stibus palmā reportassent. Auso. in panegy. Palma ta vestis vt in pace cōsulis est: sic in victoria triūphā tis. Sidoni⁹. Post palmā palmata venit. Alii a lati/tudine clauoꝝ dictā volunt palmatā quę nunc a gene re picturę picta appellat. Mar. Palmateqꝫ ducem sed cito redde toge.

Palmare facinus: qđ est dignum palma.

Palmus mensurę genus. Et est duplex: maior ꝛ minor. Maior digitoꝝ. xii. Grece Spitame vocatus. Mi/nor digitoꝝ. iiij. Palestes grece dictus. Dicit etiam palmū neu. ge. Victr. li. ij. Doron aūt greci appellāt palmū ꝙ munerū datio: grece doron appelletur. Id autē spargitur ꝑ manus palmū.

Palmariū: qđ est palma dignū. Terē. in Eu. Id ho est qđ ego mihi puto esse palmariuꝫ. Dona. Palmariū palma dignū: palmariū etiā dicit qđ est palmi. Col. lib. ix. Per spacia palmaria modicis forantur cauis. Idem lib. xii. Spici vlpici inter palmaria spacia dis/ponendi sunt.

Palmaria insula est vltra Tyberina ostia in mari Tyr/rheno. Var. li. iij. de re rust. Hoc ita fieri apparet in insulis ꝓpinquis ponti ꝛ palmarię pādatharię.

Palmipedalis: mensura vnius pedis ꝛ palmi. Col. lib. iiij. Nam in cliuosis vbi terra decurrit potest malleo lus palmipedalis deponi.

Palmula extrema pars remi: eo ꝙ in modū palme pro tensa est. Virg. libro. v. Et leuas stringat sine palmu/la cautes. Sunt ꝛ palmule fructus palme ꝗ ꝛ dacty/li ꝛ Scandalides ꝛ Margaride ꝛ Careote ꝛ Careo tides Plinio teste dicuntur.

Palmipes: planos ꝛ ad palme similitudinem habens pedes. Vnde anseres ꝛ omnes fere aquatice aues pal mides dicuntur. Pli. Aut in palmipedū genere sunt vt anseres.

Palmes itis: sarmentū vitis et aliarum arborum quo/niam palmites in modū palmarū humanarū virgu/las quasi digitos habent. Et palmites dicūtur vnde erumpit vua.

Palmo as: manus alligo. Col lib. xii. Ceterum palma/re. i. manus alligare hoc tpe nō expedit. In alia signi ficatione accepit Quintil. in decla. ccci. Preterea cū manus et qua palmare vestigiū pōt: pliceretur in capu lo. Est post. Tuus autem qui palmatus est paries ve stigium eius partis ostendit. Huius cōpositū est De palmo qđ est palma percutio. Gel. Is ꝓ delectamen/to habebat hoīs liberi manus scite palma verberare cum seruus sequebat crumenā plenā assium portitās

et quĕcunq͡ȝ depalmauerat numerari statim ꝑm.xij. tabulas viginti quinq͡ȝ asses iubebat.

Palmirena regio syrię in qua metropolis est palmaris in qua regnauit ȝenobia mulier eruditissima.

Palpo as: ⁊ palpor depo. ꝑleniter blande ⁊ quasi tentando tango. Unde ⁊ pro adulari frequĕter accipit̃. Hinc palpator pro adulatore. Plautus. Ut palpator nullus est quando occepit blandior. Regitq͡ȝ interdum accusatiuū: interdum datiuum. Horatius in Ser. Et cui si palper recalcitrat: id est si aduleris vel blandiaris. Juue. actiue posuit cum ait. Quem munere palpat Carus. Huius compositum est Expalpo: quod est elicio.

Palpo palponis: qui ⁊ palpator pro adulatore ⁊ blando homine.

Palpito as: frequĕtatiuū leuiter ac frequĕter moueor. Hiero. lib. ij. Regū. Cūq͡ȝ adhuc palpitaret herĕs in quercu. Pli. Palpitat certe cor et quasi alternatim mouet. Juue. Ut semel atq͡ȝ iterū sup̱ illam palpitet.

Palpebre penultima correpta capilli quos in genis homines vtrinq͡ȝ habent: a palpitando .i. tremendo: vel a palpando .i. pretentando. Ob id enim natura palpebras homini dedit: vt vallū quoddaȝ visus esset et prominens munimentuȝ circa occursantia animalia: aut alia fortuito incidentia.

Paludamĕta sunt insignia ac ornamĕta militaria. Ideo cum ad bellum exit imperator: mutata veste dicitur proficisci paludatus. Liuius. Cum paludatis lictoribus profectus ab vrbe brundusiuȝ venit. Hiero. ad Exuperantiū. Quis nō diligat eū qui sub paludamĕto ⁊ habitu militari agat opera prophetaꝝ et exteriorem hominĕ aliud promittentem vincat interiori homine qui formatus est ad imaginem creatoris. Dicta paludamenta ꝙ perspiciuntur illi qui illa habent: et fiunt palam vt inquit Uar. Inuenitur etiam paludamentum dici de veste muliebri. Pli. Nos vidimus Aggripinam Claudij principis sedente eo ad naualis prelij spectaculū assidentem indutam paludamento aureo textili sine alia materię.

Palumbes: tam masculini ꝙ̄ feminini generis inueniuntur: syluestres columbę sunt quę arboribus sępibusq͡ȝ nidificant. Uirg. Raucę tua cura palumbes. Luca. Macrosq͡ȝ palūbes. Dicitur ⁊ palumbus ⁊ palumba. Horum duo sunt genera. Unū torquatum a torque quo insignitur. Mar. Inguina torquati tardant hebetantq͡ȝ palūbi. Nō edat hanc volucrĕ q̄ cupit esse salax. Proper. Sed cape torquate Uenus o regina palūbe. Alterū genus qd̓ Uinaginĕ dicūt: ab vsu labrusce. A palumbus fit palūbius a um.

Pamphilus penultima correpta latine dicitur totus amor vel omnibus amicus.

Pamphilia regio in minori Asia inter Ciliciam ⁊ Syriam. Unde ⁊ mare pāphiliciū: dicta quasi tota frondosa. Hec tota montana ex Tauro in mare procumbit. In ea vt Pompo. refert: est fluuius Melas nauigabilis et Eurymedon apud quĕ Cymon atheniensis persas nauali pugna superauit.

Pamphagi: ęthiopię populi oībus rebus vescentes.

Pāpinus pe. cor. a Uirg. genere masculino ponitur: a Uar. frequentius fęminino. Et significat foliuȝ vitis seu ramusculum virentem. Uirg. Heu male tunc vites defendit pāpinus vuas. Apud Col. ponitur pro quodā arboris genere. Uirg. genus nō discreuit.

Pāpino as: pe. cor. pāpinos decerpo: vel a sarmĕto coles qui nate sunt de his q̄ plurimū valent: ad secūduȝ nōnunꝙ̄ etiā ad tertiū relinquo: reliquos decerpo: ne relictis colibus sarmentū nequeat ministrare succuȝ. Col. lib. iij. Cū cōprehĕderint identidĕ pampinĕt: ne plura sermenta ꝙ̄ debent excrescant.

Pāpinariū palmes q̄ vt Pli. inquit e duro exit: materiāq͡ȝ in proximū annū ꝓmittit: siue cōgeries virentiū ramusculorū. Col. lib. iiij. Uitiosissima est eoꝝ agricolarū opinio: qui minimū referre credūt quot vuas sarmentū habuerit dum ex vite fertili ligatur ⁊ nō ex duro trunco enatū qd̓ pāpinariū vocant.

Pāpinarius a um: quod est pāpini. Colu. libro. v. Ne aut pāpinarius palmes internatus aut verruce similis furunculus relinquatur. Et lib. iiij. Ne pampinariam virgam deplantet.

Pāpineus a um: idem qd̓ pāpinarius. Uirg. Liber pāpineas inuidit collibus vmbras.

Pāpinosus a um: qd̓ pāpinis abundat. Col. lib. vj. Et si parum pāpinosa vitis est.

Pan apud grecos significat omne. Quo etiā vocabulo pastorū deus vocatus est in naturę similitudinem formatus: habet eīm cornua in radiorū solis ⁊ cornuum lunę similitudinĕ. Rubet eius facies ad ętheris imitationĕ. In pectore nebridem habet stellā: ad stellaꝝ imaginĕ: pars ei' inferior hispida est ꝓpter arbores: virgulta: feras. caprinos pedes habet vt ostendat terrę soliditatĕ. Hic Demogorgonis filius creditur fuisse qui fistulam cōposuit septem imparibus calamis simul cōiunctis ꝓpter harmoniā cęli. Hunc arcades colunt: cum vniuersę materię dominū appellantes. Unde a gręcis pan appellat̃. Idĕ pan latine incubus dicit̃. Incubi ꝟo sunt nocturna phantasmata mortalibus terrorem incutientia. Sed Alcęus poeta mirabiliter describit εμπυει παν λαροισιν ορειβα Ιαχειλεσι μουσαν εμπυει ποιμενιω Ιερπομενοσ Δαναχι ευκελαδω συριγγι χεων μελοσ ειθε συνωδου κλαζε καιευγων ρημαΙοσ αρμονιην αμφισο ρυθμοιο και κροΙον ευθεονιχνοσ ρυσσισθω νυμφαισ Ιαισ Δεμεθυδριασιν.

Panacee pe. cor. ⁊ Panax herba cui' succ' opopanax vocatur απο Ιου πανΙα ακειν hoc est a sanandis omnibus morbis. Pli. Panaces ipso noīe oīm morboꝝ remedia ꝓmittit. Col. Panax vtroq͡ȝ tpe leni ⁊ subacta terra rarissime differentur. Hinc deducit̃ πανακαια. Luc. li. ix. Et panacea potĕs ⁊ thessala lacĕtaurea. Uir. Ambrosios succos ⁊ odoriferā panaceā.

Panetius nomĕ ꝓpriū philosophi rhodij stoice sectę: quasi totus moralis Scipionis preceptor quem imitatus est. Cice. lib. de offi. Hic scripsit ꝙ vita hominum ex improuiso assidua ⁊ ꝓpe quottidiana pericula fert ad quę cauĕda oportet aīo semper esse intento vt sunt athletę. Sicut eīm illi in certamine athletico caput manibus oppositis quasi vallo premuniūt: ita animus sapientis aduersus petulantias iniuriarum ictusq͡ȝ fortunę debet esse erectus arduus septus: ne q̄ in re repĕtina incursio imparatis improtectisq͡ȝ nobis oboriatur.

Panagron retis gen' ꝙ omnia capiat a πάν ⁊ αργο.

Panagios: latine sanctissimus quasi totus sanctus.

Panarhetus pe. cor. dici potest oīm virtutum continens. παν eīm totuȝ significat αρεΙη virtus. Mar. Arguto madidus pollice panarhetus. Hiero. Fert̃ ⁊ panarhetos Iesu filij syrach.

Panegyris cōuentus nūdine festiuitas ab πάν ⁊ άγυρο. hoc est ab omnibus rebus mercandis. Unde panegyrici sunt sermones laudatiui q̄ in cōuentu populi ⁊ sacris celebritatibus habent̃: q̄les sunt quib' diui imperatores laudant̃. Et panegyricon tertiū dicĕdi genus qd̓ latini demonstratiuū dicunt.

Panetholium: quasi totam continens etholiam: mons est etholie altissimus.

Panathenea: cōmunis celebritas. Ludi gymnici in honoreȝ Minerue athenis celebrati. Primus theseus auctore Plutarcho instituit panathenea. Nam gręci αθηναν vocant: quā nostri mineruam nūcupauere

runt. Euse. Agon gymnicus quē panathcon vocant athenis actus. Hinc panathenaicus liber.

Panathenaicon genus vnguenti qd vt Pli. lib. xiij. inquit athene obseruāter obtinuere.

Panurgus astutus quasi rerum omniū experiētiam habens a quo panurgia astutia. Plau. Istec panurgia te te in pistrinū dabit.

Panchaia quasi tota dehiscens: regio arabię tota arenosa in qua arbores sponte nate thus emittunt. Vir. Totaqꝫ thuriferis panchaia pinguis arenis. Ser. scribit panchaiam arabiā ⁊ sabeorū gentē eandē esse apud quā nascitur thus.

Panchai populi qui vt Pompo. refert deserta sabeę habitant: qui ⁊ ophiophagi vocantur: quoniam serpentibus vescantur.

Pancarpie: corone ex varijs florum generibus facte et pęne omnibus.

Pancratiuꝫ quasi omnia potens: ludus gymnicus ꝗn quīnio cōstans: a quo pancraciaste dicunē: ꝗ hoc ludo excellāt. Prop. Puluerulētaqꝫ ad extremas dat fęmina metas. Et patitur duro vulnera pācratio.

Pancratiastes certator ⁊ victor pancratij. Gel. lib. iij. Diagoras filios tres habuit: vnū pugilē: alterū pancratiasten: tertiū luctatorē. Idem significat pancrati⁹ pancratia ⁊ pācratiasta. Sene. lib. v. de beneficijs lacedomonij vetant suos pancratios cestu decernere. Gel. Oportet aīo esse intento vt sunt athletarū qui pācratię vocanē ꝗ ad certanduꝫ vocati proiectis alte brachijs cōsistunt ⁊ os suū manibus oppositis quasi vallo premuniūt. Pli. lib. xxxv. Myron fecit delphicos pētathlos pācratiastas. Quidā ita distinguūt inter pantathlū pācratiū ⁊ periodo victorē: ꝙ plus sit pācratiasten esse ꝙ pētathlū: ⁊ plus periodo victorē esse ꝙ pancratio. Pētathlos est ꝗ generib⁹ illis qnqꝫ certat: pancratiastes ꝗ certauit ⁊ vicit. Periodo victor (vt Festus inquit) qui sacra greca certamia obiuit ⁊ vicit nemea pythia isthmia olimpia.

Pandecta nomen compositum a παν qd est totum et participio huius verbi λεχομαι qd est capio quasi oīa intra se cōprehendēs volumen aliquod vniuersaliter continens. Unde Justinianus libros in quib⁹ vetera iura collegit pandectas appellauit.

Pādion: propriū nomen Erichthei Athenarum regis filij cui successit in regno. Huius filię fuerunt progne et philomella. Dictus pādion quasi totus dios. i. totus iouis. Hinc pādionia dicta est attica. Sidonius Qui pandioniā mouebat orator caueā tumultuosus

Pandochiū: hospiciū: diuersorium: stabulum.

Pandora quasi omniū dona: vel quasi ab omnibus donata vel omniū rerū genere donata. Quo noīe etiaꝫ dicta est gens in cōuallibus indię: sicut lib. vij. scribit Pli. quę ducentis annis viuit in iuuentute capillos candidos habet in senectute nigros.

Pandatharia: insula in puteolano sinu seu in mari tyrrheno: vt lib. ij. scribit Ptoleineus

Pandosia: ciuitas in Epiro: alia in Italia: in qua Alexāder epirotes interfectus est. De qua Trogus. Cum in epiro esset pandosia: ⁊ flumen Acherusium ignarus eandem et in Italia esse ad declinanda fatorum pericula peregrinā militiam cupidus elegerat. Pandosius arcadię lacus.

Pangeus: quasi totus terra: ob nimiā fertilitatem promontorium est thracię bessis conterminū ⁊ macedonię cōiunctū: ad cui⁹ radices Nestus amnis defluit. Et in singulari est generis masculini: in plurali generis neutri. Sta. Illi pangea resultāt ismaraqꝫ. Hinc pangeus a um: vt Arua pangea.

Panthea vxor Abradote Susij ductoris sub Cyro maiore castissima. Uide in dictione Abradotes.

Panthaces pe. cor. nomen amnis ab vsu medicinę pecorū dicti. Sed in Samo prope Chalcantis ⁊ podaliri sacella: vt scribit Strabo.

Pantheon: templum Romę qd vt Dion historicus refert sic dictum fuit ꝙ in Martis Ueneris. ꝫ imaginibus sub ipso tēplo constitutis omniū deorum imagines effictę erant. Siue ꝙ templū ipsum rotundū sit celoqꝫ psimile. Et sic quoqꝫ oim deoꝝ habitatio censeatur. Potest etiā dici pantheon summū deoꝝ. Nā παν significat omne qd sane in similib⁹ sępe ad summū spectare solet ⁊ θεων deorū. Unā Pli. lib. xxxvj. Pantheon ioui vltori ab Aggrippa factū fuit

Panther ab Aristo. vocaē aīal qd Theodorus Gaza lupū canariū appellat: diuersuꝫ a panthera vt ex Galeno conijci potest qui sic ait. Quidā adeo beluini vt leonū ⁊ pantherarū: itē canū ⁊ pantherum ⁊ vulpiuꝫ carnibus vescanē. Hiero. ad psidiū sic scribit. Panther pardo similis est: ⁊ est varij coloris ⁊ mitis si saturatus fuerit: ⁊ tribus diebus dormit post tertium diem lauat se ⁊ clamat ⁊ sic odorē suauē emittit: ⁊ cōuocat omnes feras quę odore ducūtur: ⁊ est omnib⁹ feris amicus pręter draconi ⁊ aspidi.

Panthera penultima ꝑducta aīal prorsus ferum ⁊ maculosum que ⁊ pardalis dicitur: ex παν qd significat totaliter ⁊ θηρ fera. Abundat in hyrcania ⁊ media Horati⁹ in epistolis. Diuersum confusa genus panthera camelo.

Pantholabus: omnia sumens: verna appellatus est ꝓpter scurrilitatē pluribus notus.

Panthomimus pe. ꝑducta rerū omniū imitator qui in scenis personis per singulorū actuum simulationes ostendebat. Ex παντων omniū ⁊ μιμοσ imitator Est autē Mimus sermonis ⁊ factorū cuiusqꝫ imitatio cū lasciuia. Pli. lib. vj. Mythicum pantomimū hoc est fabularē quendā vocauit ceu pantomimoruꝫ duo sint genera scenici ⁊ mythici.

Panhormus ⁊ panormū: ciuitas Sicilię dicta a nauiuꝫ applicatione quę vndiqꝫ illuc cōueniunt. Est eīn hormos portus pars. Inde nautę dicūt hormizare. i. nauem anchoris atqꝫ retinaculis instruere: quo secura sit in portu a repentinis procellis. Hinc panhormita panhormitanus ⁊ panhormius.

Panompheus iouis epithetō: q: ab omni lingua colaē a παν ⁊ ομφη vox ꝙ omniū voces audiat. Oui. lib. me. Ara panōpheo vetus est sacrata tonanti.

Pantheus ⁊ panthus nomen proprium filij Otrei fratris Hecube.

Panis a pascendo proprietatē habet: siue ꝙ omnibus pulmentis adhiberi possit: ⁊ fere adhibeatur cuꝫ nullum obsoniū faciat insipidius. Naꝫ pan totū dicitur Panis varia sunt genera. Nā alia sunt ab obsonijs appellata: vt ostrearij: alia a delitijs: vt artolagani. Alia a festinatione: vt spheutici. Alia a coquendi ratione: vt furnatij vel artopticij vt in clibanis cocti.

Panis secūdarius: panis vulgaris qui omniū cibus est Sue. de Augusto. Cibi minimi erat ac fere vulgaris Secundariū panē maxime appetebat. Idem Cibarius appellatur panis rudis a scabricie: panis secūdo coctus quo vtuntur naute.

Panifex qui panē facit: qui ⁊ panificus dicē. Unā mulieres quę panē faciunt panifices seu panifice vocantur. Hinc Hiero. in lib. Reg. Panificas filias dixit. Panificiū ipsa panis confectio ⁊ actus faciēdi panē.

Panariū locus vbi panis seruatur: panis repositoriū. Cuius diminutiuū est panariolū. Panaria ⁊ panariolanos hodie quoqꝫ vernacula voce cistas ⁊ cistellas vocamus ex viminibus factas. Sue. Sparsit et missilia variarū rerū ⁊ panaria cū obsonio viritim diuisit. Mar. Cū panariolis tribus redisti.

Panisci dij syluestres qsi ꝑ diminutioneꝫ dicti minutuli panes: sicut a satyro satyriscus iclinaē. Scribit Pli.

lib.xxxv. Paniscū fuisse pictū a Taurisco pictore.

Pando is:passum & pansum supinū facit ſm Bedā sup Do. Et a pane dicitur: significatq patefacio q apud veteres q ope indigeret: & ad asylū cereris cōfugisset panis ei dabat. Pādere itaq panē dare. Et qz nunq̄ fanū talib⁹ clauderet: pādere p apire vsurparūt. Vñ mulier capillo passo dicit q̄si porrecto et sparso. Et passis manib⁹ & velis passis .i. diductis atq distētis Hui⁹ cōposita sūt Expādo extra pādo: a quo Expassum extētū. Vñ Gel. refert Ceciliū scripsisse flameū expassum domi ptulerūt. Nonnunq̄ vō apud veteres a i e mutat ac p eo qd est dispassis dispessis dictū est. Plau. in mili. Credo ego isthoc exemplo tibi esse eundū extra portā dispessis manib⁹: patibulū cū habebis. Oppando circū extēdo. Hiero. in Exo. Velū qd ante illud oppandit. Propando vltra pādo. Repando a quo repandū dicit qd retrorsum patet.

Pando das: incuruo. Unde pandari trabs dicitur quasi incuruari cedereq ponderi: cuius contrarium palme faciunt quippe quę non contra inferiora sed in diuersum renitendo obluctantur. Pli. lib. xv. At populus contra omnia inferiora pandatur. Facile pandat iuglans. Hinc a Vitr. arbores pandate dictę sunt quę in ędificiis curuantur.

Pandus a um: nō panditus alternitatis causa euitande qd in plerisq seruatur: sicut a mane matutinus nō ma nuninus: a vitis vinetum non vitetū. Est autem pandus idē qd aptus. Virgi. ij. Georg. Lancibus & pādis fumantia reddimus exta.

Pandana porta romę a pando dicta: q semper pateret ad res q̄ in vrbē ferebant. Eadem dicebat libera a libertate. Pandana etiam est insula in sinu Caietano parua a cōtinēti ductis quinquaginta stadiis distās in qua pulchre habitatur: vt Strabo inquit.

Pandiculor extendo: vt faciunt qui e somno expergefacti sunt oscitātes. Plautus in mene. Ego me adsimilem insanire vt illos a me absterrerem: vt pandiculans oscitatur.

Pantices fluxus ventris pinguitudo & extuberantia: q venter pandatur. Hodie quoq vulgus pantices appellat in homine vētroso. Plau. in pseu. Eo vos vestros pātices adeo madefacitis cū ego sitem hic sicc⁹.

Panus pani & panis is: trame inuolucrū quo panni texuntur: a quo panula & panicula per diminutionem. Lucil. Foris subtegminis panus. Ad huius similitudine etiam innatus tumor sub faucibus auribusve & inguinib⁹ panus appellatur. Idem. Et laterū paroti das & panos sanat. Panos Galenus in species diuisit. Huius diminutiuū est panellus.

Panicula diminutiuū a pano: alioquin significat comā in milio panico arūdine. Pli. Pendēte e picearū vel roborum quoq ramis quę ipse vocat panos & paniculas: & aliqñ nucamenta callo squāmatiz cōpactili: q̄ citara greci appellāt. Quicquid igitur sub longa vel subrotūda forma tumet panicula dici fere potest. Celsus in curatione ramicis. Fascia eius rei causa fit cui imo loco pila est assuta ex paniculis facta q̄ ad repellendum intestinum quod descendit illi ipsi subiicitur. Pli. libro. xx. Grecula rosa conuolutas habet foliorum paniculas.

Pannus per duplex nn. quo vestimur: vt pānee vestes quę sunt lanee vel bombycine. Huius diminutiuū est panniculus. Iuuenalis. Et panniculus bombycinus vrit.

Pannosus qui sordida veste et crasso panno vilitq opertus est. Nec hoc nisi de paupere dicitur. Iusti. lib. ij. Permutato regis habitu pannosus sarmenta collo gerens castra hostium ingreditur.

Pannicularia. Vlp. teste dicuntur ea q̄ in custodia receptus secum attulit: vt vestē qua indutus fuerit qui ad suppliciū ducit: aut nūmos quos victus sui causa habuerit in promptu: aut leues annulos: hoc est qui rem non excedunt aureoz quinq.

Panicum genus frugis a paniculis suis dictum. Pli. lib. ij. Paruis racemoto paniculis. Cęsar. Panico vetere atq ordeo corrupto.

Paneus a um: a pannus fit: paneus per simplex n. fons est sub libano monte: in quo si qua natantia proiiciantur in lacū cui phiala nomen est cuncta reperiuntur. Est etiam hoc noie Colchorū fluuius.

Panicos repentinus terror & consternatio dicit a grecis. Hyginius scribit capricornū obiecisse hostib⁹ timorem qui panicus nominatur.

Pannucium a pāno & voluendo filo: sudariolum significat: vt est apud Var. libro de lin. la. Hoc panicellū dicere possumus.

Panse dicti sunt quibus lati ac passi sunt pedes: sicut planci quibus plani sunt.

Panselinus pe. cor. plenilunium quasi tota luna. Nam σελήνη luna dicit. Vñ & proselinus ante lunā.

Pannonij appellātur a romanis quos greci peonas latini vngaros vocitant: quorum fama olim formidine totā concussit italiā tanq̄ essent bello insuperabiles. Hi tribus fluuijs drauo: sauo & istro vallantur. Hinc pānonicus a um. Sueto: in Aug. Reliqua per legatos administrauit: vt tamen quibusdā pānocinis atq germanicis aut interueniret: aut non longe abesset. Horum regio pānonia dicta est: regio Europe sicut Ptole. lib. ij. scribit. Et est duplex: superior & inferior superior ab occasu limites habet montē cetium: qui medius est inter noricū & ipsam pānoniā: ab ortu habet pānoniā inferiorē cui iuncta est inferior & ab ortu et septētrione danubio cingitur.

Panthasilea nomen regine Amazonū quę orithyę successit. Dicta quasi oia subiens. Hęc prima vt inquit Pli. securim inuenit. Habet ei diph. in pe. apud grecos παρθασιλεια

Pango is: pepigi: panxi pactum significat figo: planto siue iungo. Unde pactilis a pactum quod est a pāgo iungo. Pli. lib. xx. Sūmaq auctoritas pactili corone. Liui. p figo posuit lib. vij. Lex vetusta est priscis litteris verbisq scripta: vt qui pretor maximus sit idibus septēbribus clauū pangat: fixus fuit lateri ędis Iouis optimi maximi. Pro plāto. Col. lib. iiij. Atq vetere sarmento pangunt tardius conualescūt sed tardius deficiunt. Idē lib. xij. Malleolus q̄rectissimus curiosissime pangēdus est. Cice. Tyroni p scribo posuit: quasi quid simile plantationi. An pangis aliqd sopbocleum: fac opus appareat. Gel. Si aut versuz indē pāgis: aut orationē solutā struis atq ea verba tibi dicenda sunt non eas finitiones prerancidas: neq fecutinas grāmaticas spectaueris: sed aurem tuam interroga quo quid loco conueniat dicere. Pro cano etiam siue narro: manifesto ponitur quēadmodū cano p scribo: vt pāge lingua gloriosi pliū certaminis. Cōposita ei⁹ quedā seruāt a: vt circūpando: circūpactus pro circūiunctus. Pli. libro. xvij. Ramis terraq circūpactis. Depango pro defingo. Idem lib. xxiiij. Quercus & olea tā ptinaci odio dissident: vt altera in alterius scrobe depacte moriantur Oppāgo circūpango: repāgo a quo repages & repagula. Quedā mutāt a in i. vt appigo: cōpingo: qd est cōiungo: vt in Exo. Archā de lignis sethim compingite. Impingo. Vñ impages. Inter ipsa tñ tam in preterito q̄ in supino conuenit.

Pape dicuntur sacerdotes: quēadmodum presbyteri: hoc est seniores appellātur.

Pappa per duplex pp. puerorum cibus est: deductum nomen a pane.

Pape admirantis aduerbiū habet enim in se affectum

verbi miror: vt pape quid video. Aliquando etiã indignationis est. Terẽ. in eu. Pape hec superat ipsam thaydem.

Papas accipit pro patre siue pro eo qui puerum alit. Iuue. Timidus pregustet pocula papas. Est autem nomẽ venerationis a Syracusijs tractũ: apud quos pas pater dicit: inde per geminationẽ papas.

Papare est minutis et blandiusculis verbis patrem appellare.

Pappare per duplex pp. significat cibũ sumere: quod a pappa fit: qui est puerorum cibus. Plaut. in Epi. Nouo liberto opus est: quod pappet dabitur: prebebo cibum.

Papeus apud Scythas appellatur Iuppiter.

Pappus auus: nam greci παππον auũ dicũt. Auso. ad nepotẽ suũ. Pappos auiasq̃ tremẽtes: anũ ferũt: paribus seri noua cura nepotes. Hinc pappous .i. auitus. Pappi etiã dicunt carduorũ flores. Lucre. Vestem nec plumas auiũ papposq̃ volantes. Pli. appũ vocari ait lanuginẽ deciduã ex fructibus arboris congrygie. Et pappus dictus est emylius romanus: cuius meminit Liui. lib. xxviij.

Papauer genus herbe. Et album quidẽ satiuã semen habet qd tostũ in secũda mensa cũ melle apud antiquos edebatur. Hoc precipuũ cãdorem lina et lane contrahũt: a quo toga papauerata dicta est a colore candido. Eadẽ toga spissa dicebat.

Papula pustula tuberculũ vulgo brusola que ieiune saliue defricatione curat. Papulis cutis exasperatur: et rubet: leniterq̃ rodit. Virg. lib. iij. geor. Ardẽtes papule atq̃ immũdus olentia sudor. Celsus tñ lib. v. duo papularũ genera ponit. Hui9 dimi. ẽ papilla.

Papilla parua papula .i. tuberculũ. Serenus. Excruciant turpes anũ si forte papille. Significat etiã mamme capitulũ vnde lac trahit: quis etiã pro ipsa mãma ponat. Virg. lib. xj. Hasta sub exertã donec plata papillam hesit. Dicte papille q̃si parue papule: q̃ papularũ sint similes. A quarũ similitudine papille dicunt que aquas fundũt. Var. lib. iij. de re rus. Qui fit si adduxeris fistulã et in eam papillas imposueris tenues q̃ eructent aquã. Papilla etiã tribus Rome fuit q̃ a genitrice vocabulũ traxit.

Papillatus papilla ornat9: seu in papille speciẽ factus. Hiero. ad Pamma. Quis prurientẽ rosam et papillarũ corymbũ anteq̃ in calathũ fundat orbis Expapillatus adusq̃ papillã nudatus. Plau. Idẽ cõnexũ in humero leuo expapillato brachio.

Papilio inter vermiculos numerat quo nullũ animal imbecillius est. Colu. libro x. de apibus. Vermiculi quoq̃ qui tinee vocant. Itẽ papiliones eneccãdi sũt. Nam vt idem testat ex papilionũ stercore nascunt tinee. Itẽ papilio dicit tentoriũ. Hiero. in exo. Stabat vnusquisq̃ in ostio papilionis sui.

Paphlagonia regio minoris asie: a qua paphlagones qui teste Cor. nepote in Italiã trãsuecti: mox veneti dicti sunt. Hec vt Solinus scribit Cytoro mõte cõsurgit: porrecto in spatiũ trium et sexaginta miliũ. In ea mitridates Eupatoriã cõdidit q̃ subacta a Pompeio: pompeiopolis nolata fuit.

Papia ciuitas insubriũ. Ticinum alio noĩe appellata olim ostrogothor et longobardorũ regũ sedes.

Papyrus a nostris dicitur iũcusia nonnullis scirpus. Luca. lib. iiij. Conseritur bibula memphitis cymba papyro. Frutex est habẽs radicẽ obliquã triangulis lateribus decem non amplius cubitorũ longitudinẽ in gracilitate fastigiatã thyrsi modo cacumen includens. Nascitur in paludibus egypti. Inuẽta est ab alexandro rege papyrus auctore. Var. que fiebat ex frutice cum alexandriã edificasset a qua papyro frutice dicta est charta papyrus: q.s. ex papyro fieret. Nam primo scribebant in folijs palmarũ: postea in arborũ libris: deinde in ceris. Postea pro id habens charte inuentũ est quo nunc passim mortales vtunt. Fitq̃ lintheolis cõtritis et nihilominus pristinũ nomen remansit. Charta vero ab vrbe Tyri cui charta nomẽ fuit appellata est: ex quo Dido dicta est. Ideo q̃ vrbẽ a se postea edificatã ab illius noĩe carthaginẽ nũcupauit: greci ab eadem vrbẽ χαρτην nominãt. Hec etiã membrana vocatur a tectu membrorũ. A papyro cognomen papiri deductũ est: a quo papyriana tribus. Hinc etiã papyraceus a. um. qd est materiatũ ex papyro.

Par cũ suis compositis compar/dispar/impar/separ sunt ge. omis. Et licet par pdu. apud poetas ponat in obliquis tñ prima correpta. Et tam dtõ q̃ gtõ iungi potest. Ouid. lib. iij. meta. Sũt q̃q par alys etas in ouilibus agne. Luc. Quẽ metuis par huius erit. Et in ablatiuo pare vel pari. Significat autẽ par numerũ duorũ quasi inter se pariũ. Vnũ par et duo paris dicimus. Interdũ pares p duobus accipiunt: vt paribus equis vtebant romani in prelio: vt sudante altero taransirent in siccũ. Interdũ par accipit pro decenti equo et cõuenienti qd inter omnes equabilẽ est. Quinti. Si propter matrimonia violata vrbes euerse sũt q̃d fieri adulterio par est? Parẽ esse significat sufficere alicui rei: siue resistẽdo: siue exequẽdo. Cic. ad Atticũ. Sed adhuc pares nõ sumus. Quin. Aspicio par laborib9 corpus. Paria facere est quod alibi amissum est vel quod aliunde acceptũ: alibi vel aliunde cõpensare. Quinti. Paria faciemus: tu illic eris vicarius meus ego hic tuus. Paria cõponeret gladiatorũ duo paria ordinariũ et postulariũ. Cice. in epi. et Suetonius.

Par impar genus ludi. Suc. de Aug. scripsit ad filiã. Misi tibi denarios ducẽtos quinquaginta q̃s singulis cõuiuijs dederã si vellent inter se post cenã vel talis: vel par impar ludere.

Pariter aduerbiũ significat ex equo. Neuius. Vt pariter disparciant bona patris. Aliquãdo cõuenienter. Titi. Me tu istam edepol media extulisti pariter vt dignũ fuit. Aliquãdo similiter. Plau. Is ex se hunc reliquit: qui hic habes filiũ pariter moratũ vt pater atq̃ auus ei9 fuit. Aliquãdo significat qd vernacula lingua dicimus apar: siue aperada mẽte. Hiero. in lib. Re. Reliqui dispersi sunt ita vt nõ relinquerent ex eis duo pariter.

Parilis et hoc parile penul. cor. significat equale a quo parilitas.

Para p̃positio greca: significat ad/apud/penes/absq̃/dis/re/ preter: tam in appositione q̃ in compositiõe. Est et parra genus auis inauspicate. Hora. Impios parre recinentis omen. Plini. in. xviij. Auem parrã oriente syrio ipso die nõ apparere donec occidat.

Parabasis latine trãsgressio. Parabates trãsgressor.

Parabola significat iuxta sententiã: ex παρα iuxta βουλη sententia: quasi rerũ dissimiliũ cõparatio. Vt Quinti. Parabole quã Cic. collationẽ vocat longi9 res q̃ comparãt repetere solet: vt tam fortiter apud Hipponem fecit Scipio q̃ vtiq̃ apud vticã Cato. Hiero. Parabole grece latine dicũt similitudines. Quod libro salomonis vocabulũ ob id impositũ ẽ: vt sciremus altius et non iuxta litterã tantũ intelligi debere que dicũt. In quo dominũ significat per parabolas fuisse locuturũ. Aliud enĩ in supficie sonat et aliud in intellectu innuit.

Parabos insula parua contra phenicem: vt inq̃t Pomponius.

Paracletus per e. productã scribitur et profert a παρακαλω: qd est rogo et hortor significat. Apud iuniores vero grecos etiã pro consolor inuenit. Hinc

paracletor et paracletus descendit. Et qui in foro ac iudiciis nostris deprecatores vocant: hi apud grecos paracletores dicunt. Itaque pollicet dominus discipulis suis missurum sese paracletum spiritum qui eos sit edocturus: siue illum adhortatorem siue deprecatorem: hoc est aduocatum: siue consolatorem velimus intelligere. Paraclytus autem per y. tenue infamem aut preter famam significat. Nam para in huiusmodi compositione preter: vel diminutionem denotat: κλυτος vero famam declarat insignem: id quod inclytus probat. Itaque paraclytus a para et clytos nomine compositum est: Quod significatum ponere Christo absurdum et impium esset.

Paracenthesis significat punctionem: vt est apud Plinium lib. xxv.

Paradiastole dici potest per dilatationem: quod fit cum rem nostram dilatamus interpretatione.

Paradromis idis. ambulatio siue xystum. Vitru. Latini xysta ambulationes appellant: quas greci paradromitas.

Paradigma παραδιγμα exemplum facti vel dicti alicuius. Virg. Antenor potuit mediis elapsus achiuis Illyricos penetrare sinus. Fit autem tribus modis A pari: a maiori ad minus: a minori ad maius.

Paradisus pomarium: id est hortus consitus: generis tam masc. quam fe. Est et nomen oppidi: vt apud Pli. et Stra. Est locus in oriente longo tractu maris distans a continente. De quo Aug. ad orosium scribit sic Paradisus in oriente situs est iniecto oceano: et a nostro orbe longe remotus in altissimo loco constitutus pertingens vsque ad lunarem circulum. Unde illuc aqua diluuii minime peruenisse dicit. Hic locus a primi hominis reatu interclusus est: nec vlli animantium datur in eum aditus.

Paradoxa iuxta sententiam vel inopinabilia seu admirabilia. Nam para preter vel contra et iuxta significat. Unde paradoxa Ciceronis. i. electa sententia: vel que sunt preter opinionem.

Paragogon cum accentu in antepe. dici potest deriuatiuum: vt ab albeo albico.

Paragoge deductio figura qua littera vel syllaba fini iungitur: vt dicier pro dici. Hanc alii paralepsim: alii prolepsim.

Paragraphus et paragraphum vtrunque dicit. Paragraphe: latine subscriptio exceptio.

Paralus: vt Plini. lib. vii. scribit nomen fuit eius qui primus longam nauem inuenit. Sunt et parali in Attica qui paraliam incolunt. Plutarchus parolos factionum vnam e tribus que athenis erant Solonis tempore intelligit.

Paralipomenon derelictum ab παρα et λειπομενον relictum pretermissum.

Paralyticus latine dissolutus dicit. Paralysis dissolutio neruorum. Et alio noie a grecis hemiplexia hoc est semiapoplexia cum in alteram tantum corporis partem malum id incubuit. Nam cum totum afficitur apoplexia nominat. Nunc vtrunque inquit Celsus paralysin appellari video. Unde paraliticis qui tremuli sunt remedium est in quo sit abstringendi efficatia. Ideoque. Tertu. in apologia de Christo dixit. Cum ille verbo demonia excuteret: leprosos mundaret: paralyticos restringeret: mortuos denique verbo redderet vite. Restrictus ergo resoluto contrarius est. Nominatur id et paresis fere defectus virium.

Paralleli pe. pro. quam per λλ a grecis scribit dicuntur circuli sphere qui ad eundem polum constituti finiuntur. Parallelus enim quasi alternus mutuus inuicem comparatus a quo linee eque distantes parallele dicuntur. Ideoque segmenta mundi que nos circulos dicimus parallelos greci vocant.

Paranymphus a Hiero. dicit pronubus: ab antiquis auspex. Antiqui enim pro nuptiis celebrandis auspicium capere solebant. Qui herat huic rei pro parte viri a grecis paranymphus: a nostris auspex dicebat. Et vt auspex pro parte viri: sic et pronuba pro parte mulieris adhibebat. Itaque cum apud christianos auspicia minime capientur: adhibent sacerdotes qui et pronubi a nobis dicunt. August. lib. xiiii. de ci. dei. Non omnes famulos atque ipsos etiam paranymphos et quoscunque ingredi quelibet necessitudo permiserat antemittit foras quam vel blandiri coniunx coniugi incipiat.

Paraphrastes dicit interpres qui non litteram ex littera sed sensum e sensu transfert: quasi iuxta loquens. Et pro peruerso et deprauatore ponit. Hiero. in prologo lib. Re. Et cum intellexeris quod antea nesciebas vel interpretem me estimato: si gratus es vel paraphrasten si ingratus. Idem ad Alga. Conabimur itaque παραφραστικως sensus eius euoluere. Paraphrasis peruersa dictionum interpretatio.

Parapherna non paraphrena dicunt ea que preter dotem dant feminis a para preter et φερνη dos quasi preter dotem. Hec paraphernalia dicunt.

Parapetasma atis. latine velum cortina.

Parasceue es. dici potest preparatio: nam a παρασκευαζω: quod est preparo deducit. Unde et dies quo dominus noster iesus Christus pro humani generis salute cruci affixus fuit parasceue dicit quoniam eo iudei necessaria sic preparabant: vt pasce dies absque operatione aliqua transigeret.

Parasitus penul. cor. qui aliorum mensas et cibaria sequitur ex para: ad σιτος cibus σιτεια saginamquod non solum frumentum: sed cibaria quoque designat quod vt consequi possit omnia ad voluptatem: cuius est tractus nidore culine primo loquit omnia: deinde assentat omnia illius facta ac dicta laudat: nihil repugnat: omnia suffert: nihil ventris causa facere recusat. in quo summum bonum constituit. Accipitur nonnunquam pro eo qui simplicibus verbis risum ab audientibus captat. Primo tamen parasitus in honore fuit: vtpote qui sacro ministerio addictus esset. Pro eo quod post ea dictus est: qui ad mensas diuitum oblectationis causa admittebantur.

Parasitaster qui parasitorum imitator est. Nam que in aster: finiunt imitationem potius quam diminutionem significant. Cic. pro Vareno. Euricius hic noster antoniaster. Duo tamen potissimum diminutionem denotant surdaster et recaluaster.

Parasange apud persas viarum mensure sunt quinquaginta stadia continentes.

Parastate vt apud Vitru. et Plini. lapides sunt pilarum fere modo appositi columnis: de qua similitudine alterum cruris os. (duo enim sunt) parastata nominat in iumentis a Vegetio quod et paracmenion. Iul. Polluci apud quem et meatus illi per quos genitura e testibus per vrine vias defert: parastate nuncupant. Sunt et in prelio inquit dicti parastate nomen officii: quoniam adiuncti sunt prostatis: hoc est iis qui presunt cornibus sicut epistate: qui tertium in regendis his locum tenent. Sed et tabule quedam certis instrumentis a Vitruuio paraste vocantur.

Parasiopesis schema est apud rhetores a latinis preoccupatio dicit cum aliquid nos reticere dicimus et tamen tacitum intelligit. Quod fit vel cum rem notam esse putamus auditoribus: vel cum suspitionem maiorem excitare reticendo volumus.

Paropanisades regio asie que sicut refert Ptol. ab oriente parte Indie ab occasu Arabia terminat a meridie Arachosia.

Parastades lapides qui vtrinque ostii latus muniunt. Vict. quoque parastadas in mentione templorum vocat antas.

Parastasis latine assistentia: affirmatio: per testes approbatio.

Parasynthetes decompositus.

Paratimma latine intertrigo cum femina aduruntur.

Parazonium genus gladij qui ad zonā accingi solitus ἀπο τοῦ παρα και τησ ζωνησ: quasi ad zonā pendens.

Pareneticus a.um. idem quod preceptiuus siue admonitiuus a verbo greco παραινεω qđ significat precipio τ admoneo παραίνεσισ preceptio siue admonitio. Hinc acron horatianus interpres: hec ode parenetice scripta est: pro eo quod est preceptiue siue monitorie: sicut ab eodē dicit. Hec Erotice dicta ē: pro amatorie.

Parmenides eleata philosophꝰ Xenophanis auditor atq; amicus: censuit sempiternum: atq; immobilem esse vniuersum quod est ens ꝑm veritatem rerum: solum em̄ esse simplex τ intrepidū atq; ingenitū: generationē vero eorū esse qua falsa existimatione videntur: esse cum non sint. Nam sensus semouēdos a veritate putat: affirmat em̄ si quid est preter ens: id esse nō ens. Non ens autē non esse in rebus τ sic ens viuentū sibi relinquit: terra vero desiorie aere defluxu factam arbitratur.

Paronomasia latine agnominatio cū aliquod nomen ex alio in significatione distante cōficit. Terē. Nam inceptio est nō amantiū sed amentiū.

Parochus pe. cor. auspex: siue paronymphus φ ante vehicula eat: ğ grece ὀχηματα dicunt. Quidam parochū interpretat ꝑbitorē παρεχω ꝑbeo. Huiꝰ officiū erat magistratibus ꝑbenda cōducere: vel parochi magistratus erant quibus cura erat vt ligna τ sal legatis publice missis ꝑberent. Hora. Proxima campano ponti ğ villula tectū Prebuit et parochi que debent ligna salemq;.

Parochie ecclesie dicunt φ suis parochianis victū celestem exhibent. Hier. cōtra Vigil. Qui parochias suas vicinia istius scribunt esse maculatas. Et alibi. Miror sanctū episcopū: in cuiꝰ parochia esse presbyter dicit: acquiescere furori eius.

Paroecia cū ę. diph. dici potest incolatus. Nam para iuxta οικοσ domus: vbi. s. sunt domus contigue. Augu. lib. xiiij. de ci. dei. Presbyter fuit quidā noīe restitutus in paroecia calamēsis ecclesie.

Parergon dicit quod alicui rei ꝑter propositū addit: vt si pictor alicuius sancti imaginē pingens ornāde tabelle gratia arbusculas et auiculas et huiusmodi addiderit. Plini. Prothogenes cū athenis celeberrimo loco minerue delubro ꝓpyleū pingeret adiecit paruulas naues longas in his que pictores parerga appellant.

Parectatus qui de pueritia venit ad pubertatē. Lucil. lib. x. Tuā ephebū quē vocant parectatū.

Pareas idē quod pariās a defectu viriū dicta.

Parenthesis interpositio ex παρα et εν: que duo significant inter θεσισ positio. Figura quotiens remota de medio sententia integer sermo perdurat.

Paronychia abscessus circa radices vnguium. Plini. lib. xxiij. Singularū inflationibus paronychijs: sordidisq; vlceribꝰ τ putrescētibus deriuatio est manifesta. Dicta paronychia: a παρα ad ονυξ vnguis quasi ad vnguem.

Paronymon nomen ab alio deriuatū.

Parce quia nemini parcant: ac ideo tres esse parcas arbitrant: qm̄ tria sunt tēpora in quibꝰ om̄ia inuoluūtur lachesin dictam esse qz λαγχανω grece sortior designat. Atropō qz reuerti nō possint Clothon: qm̄ contorta τ coordinata om̄ia tentat. Hec em̄ nomina ipsa lingua greca ostendūt.

Paropsis idis. per o. generis femi. ex παρα et ὄψον id est ad cibū proprie genus iuris: ꝑm Iul. Pollucē ǭǭ et pro repositorio obsonioꝝ: qđ cautiuū dicunt apud idoneos legat. Mar. Qui portat gaudēs ancilla paropside rubra Halecem. Sue. in Gal. Ordinario quidē dispensatori breuiariū rationū offerenti paropsidem leguminis pro sedulitate ac diligentia porrexisse.

Parotides apostemata secus aures. Nam collectiões fiunt in glandulis. Dicunt et parotides: vt inqt Celsus arterię due in dextra sinistraq; iuxta guttur ğ sursum ꝓcedētes vltra aures ferunt. Quin τ ipsi aurium cincinni apud Iuliū Pol. vocant parotides. Item ğ partes his subiecte ğ a faucibꝰ ad malas pertinēt. Para em̄ ad: ωτα aures dicunt. Solent etiā iuxta dentes in gingiuis oriri dolentia quas greci parotidas appellant: quarū remedia scribit Cel.

Paradontides siue parulides tubercula iuxta gingiuas cū caro in gingiua excreuit.

Paroxysmus stimulatio: concitatio παροξυνειν em̄ est incitare.

Paratragedio as. i. exaggero: ac verborū magnitudine aliquid augeo. Plaut. Illic homo est vt paratragediat carnifex.

Parrhasia regio in peloponneso: dicta arcadia licbaonis patria. Vn̄ parasius a. um. ꝓ arcadico. Virg. Parrhasio dictum panos de monte lycei In ea est mōs lyceus: in quo bicornis fauni templum fuerat: a quo lycea ludicra illi sacrata a nob lupcalia dicta. Vnde Ouid. lib. ij. fas. Quis vetat arcadico dictos a monte lupercos. Faunus in archadia templa lyceus habet.

Parrhasius: nomen pictoris ephesij: qui cum zeuside in certamē picture descēdit. Hic primus symmetriā picture dedit: primus argutias vultus: elegantiā capilli: venustatē oris expressit. Et cum zeusis detulisset vuas pictas tanto successu: vt in cenā aues aduolarent ipse detulit linteū auibus pictum.

Parco is. peperci vel parsi parsum. Vnde parsurus proprie significat abstineo: quasi parū tango. Hinc parcere pro veniā dare. i. ab vltione abstinere. Liui. lib. xxv. Necdum eos capue parsuros. Virg. Parcere subiectis: et debellare superbos. Aliquādo pro prohibere: vt Parcite oues nimium procedere. Aliquādo deponere: quia ab his que deponimus abstinemus. Virg. Parce metu cytherea: manēt immota tuorū: Fata tibi. Aliquādo pro seruare: quia similiter ab eis abstinemus. Idē lib. x. Argenti atq; auri memoras que multa talenta. Natis parce tuis. Aliquādo pro desinere: Nā et desinere abstinere est: vt Parce pias scelerare manus. Sic parcere errori dicimus abstinere a castigatiōe erroris: siue parum castigare errorē. Parcere pecunię: abstinere ab expendenda pecunia: siue parū expendere pecuniā. Var. Parsurus pecunijs bene partis. Parcere fame: abstinere a fama non laudare. Augu. lib. ij. de ciui. dei. Nimis superbum sit fame parcere principum ciuitatis vbi sue fame parci numina noluerunt. Parcere labori: abstinere a labore: siue parum laborare τ eodem modo de similibus. Huius verbi cōposita sunt comparco eiusdē cū simplici significationis. Teren. Suum defraudans geniū comparsit miser. Reparco iterum parco. Plau. in Truc. Etiā rei iterū parsissem mee: vt non reparcis.

Parcus qui frugi est et sumptibus parcit. Gel. lib. iij. Nec ab arca: neq; ab arcendo sed ab eo φ paruum et parū denominat. Hinc parcitas pro frugalitate. Huiꝰ compositū est preparcus valde parcus. Pli. libro. xj. Aliqñ τ ipse contrahunt mortis sibi causas cū sensere eximi mella auide vorantes: cetero preparce: et que alioquin prodigas atq; edaces nō secus ac

pigras: et ignauas perturbent. Similiter deparcus nimiũ parcus ac tenax: cui opponit̃ ꝓfusus: ac magnificus. Apul. At nõ contra accusasti vnũ seruum: vt deparci tris libertos vt profusi.

Parce dicte sunt a parco: per contrarium: ꝙ nemini parcãt. Var. a partu vnius littere mutatione deduci putat: quoniam vt scribit Hesiodus he nascentibus hominibus bonum malumq̃ conferre consentiant. Iuue. Hec exempla para fęlicib⁹ at mea clotho: Et lachesis gaudent si pascit inguine venter. Tres aũt fuisse parcas. Clotho. s. Lachesin: et Antropon finxerunt antiqui: quas Cic. Herebi ꝛ noctis filias fuisse scribit: et easdem fata esse existimant. Unde est illud Cleantis. Ducũt volẽtẽ fata: nolentẽ trahũt. Fingũt vitę hominũ ꝑtexere et nendo eã ducere. Quapropter lanificas sorores appellat. Mar. Si mihi lanifice ducunt non pulla sorores Stamina: nec surdos nox habet ista deos. Apul. Tres parce tria fata sunt nũero cũ ratione temporis facientia: Si potestatẽ earũ ad eiusdẽ similitudinẽ tẽporis referas. Nam qđ in fuso ꝑfectũ est ꝑteriti tẽporis habet speciẽ. Et quod torquetur in digitis momenti ꝑsentis indicat spatia. Et quod nondũ ex colo tractum est: subactumq̃ cure digitorum: futuri ꝛ consequẽtis seculi posteriora videtur ostendere.

Parsimonia moderatio sumptuũ et parcitas. Hoc est conseruatio rerum quę sic diffinit̃ a phis: Parsimonia est qua cauemus: ne quod dispendiũ vltra modũ fiat ꝛ res familiar. quoad fieri potest sine cuiusq̃ iniuria conseruet̃. Fit autẽ a ꝑterito parsi qđ ꝯseruaui siue abstinui significat. Nam alterum pręteritũ peperci potius accipitur ꝓ veniã dedi: Quis aliquãdo confundantur.

Pardus animal est: cui⁹ fęmina pardalis dicit̃. Unde et leopardus.

Pario is. peperi partũ et paritũ penulti. pro. a quarta cõiugatione. A tertia vero penul. cor. Stra. Hosti veniat paritura marito. Enn. Oua parire solet genus pennis cõdecoratũ. Est autẽ parere fętum emittere: quod proprie ad fęminas ꝑtinet: licet etiã quandoq̃ de viris dicatur. Cecili. Hic vicinus nostri peperisse se filium memorat: id est genuisse. Per trãslationem de his dicitur: interdum qui non concipiunt pro acquirere seu comparare. Et sic cõstruitur sicut emo. Col. lib. x. Sequitur vt ex anime desideremus ea porro vel ęre parta vel gratuita contingunt. Virgili⁹. Ite ait egregias animas quę sanguine nobis Hanc patriã peperere suo. Huius composita sunt aperio: a quo adaperio/comperio/operio: a quo cooperio et reperio.

Parturio is. penulti. cor. a pario vel a partu fieri videt̃ quod ẽ in pariẽdo laboro: seu laboro vt pariã. Pli. Utiq̃ constat parturiẽtes folijs subtractis celerius parere. Var. In cubilibus cum parturient substernendum cum pepererint tollere substramen. Cice. Utinam aliquãdo dolor populi Romani pariat qđ iam diu parturiũt. Amb. de Cain. Hos part⁹ anima nostra parturiat: nec solũ parturiatur: sed etiã pariat Ponitur tamẽ quãdoq̃ pro primitiuo. Hiero. contra Ruf. Putasne eiusdẽ meriti eos qui parturiunt̃ et qui parturit.

Partus a. um. participiũ a pario. Apul. Partamq̃ a patre multo tempore et multo labore pecuniã vno die consumpsit. Partus us. nomen pro ipso pariendi actu. Plinius. Ex si a pregnantibus commanducatum partum faciliorem facit. Aliquãdo accipitur ꝓ prole. Mar. Nec iacuit partus sed matre cadente circurrit.

Paritura idẽ qđ genitura. Var. li. ij. ð re ru. Quare de mes si vis duas res de mulis admissurã ꝛ pariturã.

Partio onis. idẽ qđ partus. Plaut. in Tru. Horresco misera mentio quotiens fit partionis.

Parens a pario fit: quo nomine non modo pater ꝛ mater: sed auus ꝛ proauus: auia ꝛ ꝓauia: et omes superiores vsq̃ ad tritauos significant̃: vltra hos qui non habent speciale nomẽ: maiores appellantur. Caius scribit appellatione parentũ omnes in infinitũ maiores vtriusq̃ sexus significari. Auctor est Hiero. in secũda contra Ruff. apologia parẽtes etiã significare affines ꝛ cognatos iuxta vernaculũ sermonẽ. Lãpr. de Alexandro seuero sic scribit. Amicos ꝛ parẽtes Alexander si malos reperit aut puniuit: aut si vetus vel amicitia vel necessitudo non sinit puniri dimisit a se dicens. His clarior est mihi resp. Iul. Capitoli. de. M. Antonio refert: ꝙ adoptatus in aulicam domũ omnibus parentib⁹ suis tantã reuerentiã quãtã priuatus exhibuit hinc

Parentela ab eodẽ vsurpat̃ cum dicit. Causa eloquẽtię dignũ parentela sua putauit.

Parento as. significat parentibus iusta celebro. Licet etiã ad alios transferat̃. Pli. lib. xviij. Quoniã mortuorũ animę sunt in ea. s. faba: qua de causa parẽtando vtiq̃ assumitur. Sumit̃ etiã interdũ parentare ꝓ similem esse.

Parentalia conuiuia quę in parentũ aut propinquorũ mortibus fieri consueuerũt. Hoꝝ Aeneas inuentor fuit Hiero. in Hiere. ꝓphetã lib. iij. Mos est in gẽtibus ferre cibos ꝛ pręparare cõuiuiũ: quod a grecis ꝛ a nostris vulgo appellat̃ parentalia: eo ꝙ parentibus iam defunctis ista celebrabant̃. Uel dicta sunt parentalia ꝙ ita parerent mortuis qui ita viuentes iusserant facere vel ꝙ filij parentibus hoc ꝑstarent.

Pareo es. parui paritum. Unde pariturus significat videor et appareo: vt aliqui putant deductũ: qm̃ partus postq̃ extra vterũ est videt̃. Virg. Cui pecudũ fibrę celi sydera parent. i. a quo fibrę ꝛ sidera cernũtur. Unde ꝛ composita a pareo: vt Apparẽt rari nantes in gurgite vasto. Compareo corã aliquo pareo: vt puer non cõparet ꝛ ego quo ibo? Dispareo a conspectu recedo. Transpareo per aliquod corpus lucidum videor. Interdum parere est obedire. Virg. Paret amor dictis care genitricis. Iusti. lib. j. Uix patienter vni viro nedum fęmine pariturus. Et habet penultimã productã.

Paro as. acquiro. Et sicut emo capi põt licet in eo precium expressum non inueniat̃ ita apertum vt in eius cõposito cõparo: sed q̃si preciũ. Teren. in eu. Cupio aliquot parere amicos beneficio meo. Cur. Quid tibi diuitijs opus est quę te esurire cogunt: ꝑmus oim satietate parasti famẽ: vt quo plura haberes acrius q̃ si nõ haberes cuperes. Huius cõposita sunt apparo/cõparo/reparo/separo/disparo: qđ ẽ separo: ęquiparo/propero/et supero: q̃ habent pe. cor.

Parabilis et hoc parabile: quod in promptu est ꝛ cito haberi põt. Sene. Ad manũ est ꝛ parabile qđ sat ẽ: qui ad naturã viuit: nunq̃ est pauꝑ. Cice. lib. v. Tus. Diuitias (inquit) naturę parabiles esse.

Paro nauis genus: ad cui⁹ similitudinem Myoparo dicitur.

Paries etis penultima producta: de priuatis dicit̃: vt paries domorũ. Murus tam de publicis q̃ de priuatis dicitur.

Parietine penul. pro. muri veteres ac semiconsumpti. Plini. Astericũ herba est nascens in tegulis parietinisq̃ folio similis ocimo. Aug. Parietine dicunt̃ q̃s vulgo dicimus ruinas: vbi parietes stant sine tecto sine habitantibus.

Parietaria: herba a parietibus: in quibus nascitur dicta vulgo vitriolum. Dicitur et perdicion quoniam perdices ea vescantur:

Paros insula est: quę a delo. xxv. millib⁹ distat ex qua parius lapis marmoreus. Hanc ꝑmo plateam: postea minoida vocitarunt. In ea est oppidum etiam paros vocitatum. Pharos vero cum h. est alia insula: de qua infra.

Parius lapis candidus: e quo multa signa fiūt. Et ē in paro insula vna ex cycladib⁹. Virg. Niueaq̃ parō.

Parium ciuitas asię in regiōe mysię. Ex qua fuit Neoptolemus cognomento Glossographus vir memoratu dignus.

Parma breue scutū: quo pedites vtebātur: ꝙ e medio in omnes partes esset par: vt inquit Var. Virg. lib. xi. Ense leui nudo parmaq̃ inglorius alba. Hoc scutum greci auctore Pli. vocāt peltam. Huius diminutiuum est parmula. Hora. Sensi relicta non bene parmula. Parma etiā nomē fluuij: a quo vrbs inter placentiam et Cremonā sita parma appellata est. Hęc patria fuit Cassij poetę et Macrobij viri ingenio ⁊ doctrina prestantis.

Parmularius gladiator: qui parmula vtebatur. Itēq̃ fautor ⁊ locator eius generis: porro parmulariū etiā thraces siue threces appellabantur. Fest. Threces inquit gladiatores a similitudine parmularū thraciarum vocati.

Parnasus pe. pro. mōs in phocydę vt scribit Plinius ⁊ Stra. lib. ix. Et Herodo. Mellaq̃ confirmāt: qui mons duos vertices habet: quorū vnum Thitorea: alterū Hyampeū. Herodot⁹ in Vrania tradit. Nō autē Cytheronē ⁊ heliconē: vt Ser. putauit: seu vt alij volūt cyrrhā aut Cyrphim: seu nysam cū cytherō: ꝙ Cytherō aut helicon in Boetia mōtes disiūcti sint: ita vt helicon ꝓcul sit a parnaso circiter quindecim passuum milia. Cytheron vero. xxx. Est autē sicut docet Stra. Helicon parnaso emulus et altitudine ⁊ circuitu. Et musis natale in nemore Helicone scriptores assignāt. Cyrrha vero ⁊ Nysa sunt nomina ciuitatū. Cyrrha sub Cyrphin rupē parnasi in radicib⁹ mōtis in planicie mare versus locata est. Nysa vero nō in parnaso: sed in fęlici arabia sita est: in qua cū bacchus nutrit⁹ esset in eius memoriā ipse postea aliā in India condidit. Est igit̄ parnasus phocydis sacer baccho ⁊ appollini. Ouidi⁹. Separat aonios acteis phocys ab aruis t̄ra ferax. Mox addit. Mōs ibi verticib⁹ petit arduus astra duob⁹ Nomine parnasus: superatq̃ cacumine nubes. Luca. Carmine parnasus gemino petit ethera colle. In hoc monte rupes vel maiestate numinis vel situ ipso horrorem visentibus facit: vndiq̃ fere preceps in formā theatri: hic est apollinis delphici tēplū: hic fons castali⁹ musis sacer. Hic habitauere pieres natio thracia: vnde pierius mons ⁊ pierides musę. Sub parnaso habitauerūt hiantes populi. Unde aquę parnasi fontis hiantida dicunt̄. Hic fontes atticam versus Hippocrene ⁊ Aganippe. A parnasus fit parnasi⁹ a. um. Virg. Nec tm̄ phebo gaudet parnasia rupes

Parricida penulti. producta a pari vel a patre deduci potest. Si a pari r. euphonię causa additur. Si a patre t. in r. conuertitur. Ideo per duplex rr. scribitur Quibusdam tamen a parente compositum videtur ex pro parenticida per sincopam cōmutatione t. in r. Nam paricide dicunt̄ parentū interfectores et patrie proditores: quia patria parens vniuscuiusq̃ est. Lege pompeia de parricidis cauet̄: vt is parricidij teneatur: non solum qui patrem et matrem interfecerit: sed qui fratrem/ sororē/ patruelem/ matruelem/ filium/ filiā/ nepotē/ nurū: aliosq̃ ꝓpinquos occiderit. Ponit̄ et ꝓ alio quocunq̃ qui qualemcunq̃ hominem occiderit. Vn̄ extat lex Nume pompilij. Si qs liberū hominē morti sciēs duit: parricida esto. Et sic a pari sit compositū. Hinc parici appellabātur questores qui causa capitaliū rerū querendarum creari solebāt. Sunt tn̄ qui inter parricidiū et patricidium distinguāt: ꝙ patricidiū sit patris interfectio. Unde et matricidiū quo mater interficitur: sic patricida et matricida. Parricidium vero cognati: vel ciuis: vel alicuius alij occisio: vel contra patriā machinatio. Cic. lib. iij. offi. Potest tn̄ dij immortales cuiq̃ esse vtile fędissimū: et teterrimū parricidiū patrię: Quis is qui se eo obstrinxerit ab oppressis ciuibus parens nominet̄. Plau. tamē parēticidā appellat qui patrē interfecerit. Greci patroctonū απο των πατερων quę illic venari cōsueuerant.

Parthenius virgineus dicit̄. Quo nomine dictus est mons archadię: a virginibus quę in eo veneri frequēter sacra facere solebant. Est et parthenius fluuius paphlagonum.

Parthenope vna fuit syrenum quę pręꝰ dolore ꝙ pretereuntem Vlyssem cum socijs cantu non decepetint in mare se ꝑcipitarūt: vna hęc in eū delata est locum vbi postea condita fuit neapolis pręclara vrbs campanię. Parthenos em̄ virgo latine dr̄. Ab hac igit̄ sirene neapolis ē appellata a ꝟgine parthenope. Et licet quidam dicāt neapolim dictā ꝙ augustus eam instaurauerit: tamen legit̄ a Lycophrone neapolim ante Augusti tempora qui tēpore Ptolemei philadelphi claruit: et neapolitanos singulis annis ad tumulū parthenopes faces tulisse. Hanc cumani a parentibus digressi condidisse produnt̄: qui in eo loco parthenopes corpus in veteri monumento conditū reperissent nomen eius vrbis indidere. Sed postq̄ loci vbertate atq̃ amęnitate maiorem in modū frequentari ciuitas cepit veriti ne cumę desererent̄ diruendi parthenopem consilium iniuere. Quo facto mox immani pestilentia vexati oraculo moniti sunt vt vrbem restituerent. Itaq̃ subito instauratā neapolim hoc est nouā vrbem vocauere. Hinc parthenopeius a. um.

Parthia regio assyrię: a qua parthi. Hi lingua scythica exules dicuntur: sicut refert Iusti. lib. xlj. docens ab exulibus scytharū parthorū imperiū fuisse deductū quorū regna duodeuiginti fuisse testis ē Pli. lib. vj. hęc regio ab ortu habet arios: a meridie carmaniam: ab occasu medos: a septētrione hyrcanos.

Pars a pari: ꝙ partes simul iuncte pares: id ē ęquales sint toti. Vel dicit̄ a pario ꝙ pars a toto deducta: et quasi parta sit. Potest etiā dici a parum ꝙ pars sit quid parū respectu toti⁹. Dicunt̄ vero partes: in q̄s diuidit̄ totū. Nōnūq̃ tn̄ partes ꝓ officio poni ꝯsuetū est. Et dicimus meę partes sunt: et mearū partiū est: hoc est meū officium est. Hinc fit compositū expers quod est sine parte.

Particula diminutiuū: parua pars: a quo particularet quod ad partē spectat.

Particulariter ⁊ particulatim aduerbia signifi. mēbratim ⁊ per partes. Cice. lib. ij. ad here. Si summatim nō particulatim narrabimus.

Particulones dicuntur coheredes ⁊ qui partem patrimonij sumunt.

Partim aduerbiū significat quādoq̃ ex parte: vt partim subticuit crimen: partim cōfessus est. Aliquādo idem est qđ pars: vt partim hominū venerunt: id est pars hominū venit.

Particeps qui partē capit. Dicimusq̃ particeps sum laborū tuorꝫ: et particeps sum tibi in laborib⁹. Curtius. Or fuisset illi in periculis particeps.

Participo as. partem tribuo. Hiero. Tunc erit eius fructus cum ei Christus dominus cęlorū regna participauerit.

Participiū pars orationis dicitur ꝙ partē capiat noīs partēq̃ verbi. Participia iuncta cū verbis infinitis

seruant vim participiorū. hinc participialia nomina dicta sunt gerūdiua: ꝗ licet non sint participia: similia tamē participijs sunt. Nā ꝫ casus ꝫ genera ꝫ tpa ꝫ significatiões habent more participiorū: et post se casus regunt non ante: ɋ̃uis legatur In cõuertendo dñs captiuitatē syon. i. dum cõuerteret dñs: vel conuertente dño captiuitatē: sed nõ est vsurpanda talis locutio. Differūt autē gerūdiua a participijs: ꝙ ipsa rei administrationē significāt sine tēpore: vt tenet me occupatio iurisdicēdi gerundiuū est: nec tēpus significat futurū: sed rei administrationē in iure dicendo. Illa vero tempus sine rei administratione: vt tenet me cura dotis numerāde: participiū est futuri significatū sine rei administratione. Preterea gerundiua duplicē significationē habēt: participia vnam tantū. Sed sciendū ꝙ gerūdiua ꝗ sociata sunt substantiuis passiue accipiunt: dissūcta vero modo actiue modo passiue: sed passiue cū siue ꝓpositione et sine genere in ablatiuo ꝫ quasi absolute ponunt. Quintili. Sed memoria excolendo: sicut oīa alia auget. i. dū excolit. Virg. Alitur vitiū crescitꝗ tegendo. Idē. Aegrescitꝗ medēdo. Et vritꝗ videndo femina: hoc est cū tegitur vitiū: cū curatur eger: cum videt femina. Sal. cū actō mediante ad. Pauca supra repetā quo ad cognoscendum omnia illustria magis magisꝗ in aperto sint. i. vt cognoscant: iungunt ꝫ gerūdiua cū plurali numero singulari voce. Plini. Cum illorum videndi gratia me in forum cõtulissem: aliqñ participiū sumit pro participatiōe. Hier. in expo. can. Considera ne forte possit ꝫ illud corpus quod assumpsit Iesus cõmune ei cum sponsa cubile noiari: quoniā quidē videt per ipsum ecclesia Christo esse sociata: ꝫ participiū sibi dei capere potuisse: ſm ꝙ mediator dei ꝫ hominū dicitur. Sic etiā solet dici cauēda esse femine participia: quo significatur fugiendum esse femine consortium.

Partior partiris ꝫ partio partis: partiui partitū: futuro partiā ꝫ partibo: partiar ꝫ partibor. Plau. in asi. Hanc quam nactus sum predam cum illis partiam. Hiero. in ps. Letabor et partibor sicimā. Est autem partiri partes facere ꝫ quasi distribuere. Virg. Socios partit in omnes. Sal. Prouincias inter se partiuerant. Ab his fiunt cõposita: Impertio actiuum: Impertior tam passiuum ꝙ̃ deponēs a. in e. mutata sicut fit in expers. Et significat impendere vel partem dare ꝫ participem facere. Cice. Huic rei aliquid tēporis impertias. Ambrosi. Posteaꝙ̃ apostoli ad euangelizandū regnum dei sunt destinati gratie celestis impertitur alimentum. Idem. Vtinā dñe Iesu velis mecū istos nõ ieiunos dimittere: sed impertitē abs te epulis reficias eos: vt possint tuis alimonijs fortiores infirmitatē ieiunij nõ timere. Ci. Atꝗ etiā viro forti college meo laus impertitur. Dicimus autē impertio nemini laudē mei laboris. Et impertio neminē laude mei laboris: sicut fit in dono. Terē. Plurima salute parmenonē suū impertit gnato. Dispertio vel dispertior varie partio. Plau. in aul. Hercle iniuria dispertiuisti. Pinguiorē isti agnū hñt. Noni. Vt pariter dispertiant bona patris. Bipertior/tripertior/quadripertior/quinꝗpertior: a quib⁹ bipertita/tripertita: et hmōi.

Partiarius colonus: siue alius quis cuꝫ quo aliqͩ cõe habem⁹ et partimur. Cato. Vineā curandā partiarius bene curet: fundū arbustū agrū frumētariū partiario: fenū pabulū qd̄ bobus satis siet: que illic sciat cetera oīa ꝓ indiuiso. Idē. Calcē partiario coquēdam qui dant calcarius ꝑficit ꝫ coquit.

Parulis idis. tuberculū iuxta dētes in gingiuis nascēs.

Parū aduerbiū significat modicū: a quo paulum paululum: paupillū: et paupillulū diminutiua.

Parumper paruo tempore quasi perparū. hoc est valde parum: sed preposotere. Plaut. Expecta hic parūper. Interdum ſcat paulatim. Virg. Pulsusꝗ parumper corde dolor.

Paruus a. um. quod non est magnū. Cui⁹ diminutiuū est paruulus. Hinc etiam paucus; a quo diminutiua pauculus et paupillus.

Pasceolus vt inquit Var. sacculus est ex aluta factus. Plau. in ru. Preterea centum denaria philippea in pasceolo seorsum.

Pascha e. et pascha atis. Auso. Nos etenim primis sanctū post pascha dieb⁹. Quod plane nomē hebreū esse: ac transitū signare docet. Hier. sic inquiēs. Pascha ꝫ hebraice dicit phase non a passione: vt plerīꝗ arbitrant: sed a transitu noiatur eo ꝙ exterminator videns sanguinē in foribus Israelitarū pertrāsierit nec percusserit eos. Aug. A diligētiorib⁹ et a doctoribus inuentū est: qr pascha hebreū verbū est ꝫ non interpretat passionē: sed transitū. Per passionē enī christus trāsiuit a morte ad vitā: et fecit nobis viam credentibus in resurrectione eius: vt transeamus et nos de morte ad vitā. Sic enī ipse domin⁹ ait. Qui credit in me transit a morte ad vitā.

Paschalis ꝫ hoc paschale quod ad pascha pertinet: vt paschalis dies: et paschale sacramentū. Paschales vero oues: quasi pascuales dicunt.

Pasco is. paui pastum. i. comedo: et quādoꝗ absolute ponitur. Virg. Pascētes seruabit Tityrus hedos. Qñꝗ construit cū actō. vt Florē depasta salicti. In hac significatione etiā sumit pascor: deponēs. Virg. Pascunt vero syluas: et summa lycei: Horrentesꝗ rubos ꝫ amātes ardua dumos. Dicimus etiam pascor equū ꝓ herbā vt Cetera pascuntur virides armēta ꝓ herbas: equus pascitur herba: vt Sylua pastus arundinea. Equus pascitur in viridi pabulo: vt Pascit in magna sylua formosa iuuenca. Equus pascitur diē ꝫ noctē: vt Sepe diē noctēꝗ ꝫ totū ex ordine mensem pascitur. Interdū pascere est cibū alteri prebere: et quasi cibo saginare. Et sic dicimus Herba pascit equum: et pasco equum herba. Virg. Veloces sparte catulos acrēꝗ molossū Pasce sero pingui. Vnde per translationē pascere ponitur pro delectare. Idem. Atꝗ animū pictura pascit inani. Et pascere oculos est visu alicuius rei grate eos oblectare. Interdū pro fouere/alere. Idē. Qualē infelix amisit mātua campum. Pascentem niueos herboso flumine cygnos. Interdū pro augeri et crescere: vt Et sacrum tibi pascere crinem. Hui⁹ cõposita sunt cõpasco/depasco/pascendo absumo. Et depastus dicitur agrū bos: qui cibum ex agro sumpsit. Hiero. in exo. Si dimiserit iumētum suū vt depascatur aliena restituet. Itē depastus ager passiue: hoc est pascendo cõsumptus. Dispasco diuido et proprie pecus a pastiōe deduco. Expasco/depasco/ perpasco in totū pasco: satio Impascor deponēs intus pasco. Col. li. ij. Neꝗ suem velimus impasci pratū: quoniā rostro suffodiat ꝫ cespites excidet.

Pascito as. penul. corre. frequentatiuū a pasco. Var. Nunc feras que in syluestribus locis pascitant cicures que cultis.

Pascuū a quo plurale pascua: in quib⁹ pecudes pascūtur: siue ager pascuus sit: siue pratum: siue mōs aut collis. Col. li. viij. In eo rure ꝙ pascuo caret ꝯtineri potest exiguo ꝫ qualicūꝗ pabulo cõtentus. Pascua censorijs tabulis dicebant omnia ex quib⁹ populus redditus haberet: quia diu hoc vectigal fuerat.

Pascua e. idem qd̄ pascuum. Hiero. in Esaia. Et erit in pascuā bouis: et in conculcationē pecoris. Et in ps. Oues pascue eius.

Pascuus a. um. Vnde Paul. syluam pascuā appellaꝫ

que pascuis pecudū destinata est.

Pascales oues et gallinę dicunt̄ quę passim pascūtur a pasco siue a pascuis q̄si pascuales. Luci. Pascali pecore ac mōtano hirco atq̧ soloce. Hie.li.j. Re. Mulier illa habebat vitulū pascalē in domo: et occidit eū

Pastus a. um. participiū qui cibū sumpsit: pastus us. cibū siue cibationem significat. Gel. Alia luce orta suis in pastū pfecta est.

Pastio idem quod pastus: Quis hoc magis ad brutorū alimenta ptinere videat. Col. lib. j. Porculatoris vero et subulci diuersa professio: diuerse pastiones. Unde etiā Uarronis index de villaticis pastiōibus ad bruta pertinentibus.

Pastor qui curā h3 pascēdi: vt est apud Euā. Pastores erāt in eadē regione custodientes vigilias gregis.

Pastoralis et hoc pastorale quod est pastoris: vel quod ad pastorē pertinet: vt pastoralis cura: pastorale officium. Uar. Tertio gradu a vita pastorali ad agriculturam descenderunt.

Pastorius a. um. qd ad pastorē ptinet. Uar. lib. ij. de re ruſ. An ea q̄ tria bere dixisti mihi de pastoria re.

Pastoritius a. um. idem quod pastorius. Idē lib. j. Cū homines pastoritiā vitam agerent: neq̧ scirent etiā arare terram.

Pastillus diminutiuū videt̄ a pasta: Quis fiat mutatio generis. Quidā a pastu deriuāt: vbi et genus seruat. Festus a pane. Est aūt forma panis parui. Hora. in ser. Pastillos rufillus olet gorgonius hircū. Et pastilli sunt qui illinunt̄: Uide in dictione emplastrum.

Pastillū neutri generis: sicut docet Festus fuit genus libi rotundi quo vtebant̄ in sacris.

Pastinaca genus radicis virtut̄ calidę. Macer. Et pastinace virtus in semine tantū. Itē pastinaca genus piscis: de quo Pli i.

Pastinū penul. cor. est: vt Colu. lib. iiij. refert ferramētū bifurcū quo semina pagunt̄. Palladius aliter accipit cū ait: Pastinū fieri nūc tempus est. Mensura pastini hec est in tabula quadrata iugerali: vt cēteni octogeni pedes per singula latera dirigant̄.

Pastinare est agrū fodere. Col. lib. iij. Tum in terram bene pastinatā et stercoratā rectū sarmentū defigito. Huius compositū est Repastino as. repastinari dicebant veteres vineas: quę refodiebant̄. Hec eīn ppria appellatio restibilis vineti erat nūc antiquitatē imprudens ɔsuetudo quicq̄d emoti soli vineis pparatur repastinatū vocat. Unde quidā repastinari agrū dicunt: cuius natura fodiēdo mutat̄. Pli. li. xix. Precipuus fit caulis sapore ac magnitudine pmū omniū si in repastinato seras. Hinc repastinatio p reuocatione quādoq̧ capitur. Unde per translationē dicūtur libri repastinationū.

Pastinatus us. ipsa pastinatio. Colu. lib. iiij. Neq̧ eīn parū refert suspensissimū esse pastinatum. Et si fieri possit vestigio quoq̧ inuiolatū.

Pastomis idis. instrumentū ferreū siue ligneum quod ad cohibendā equorū tenaciam naribus vel morsui imponitur. Lucil. Pastomides huic de naribus ingentes pendent.

Passer auis a patiendo: eo q̧ morbū caducū patiantur passeres. Quo etiā noie significant̄ omes aues. Unde Cice. dixit omibus passerib⁹ insitā a natura voluptatem: de omibus auib⁹ intellexit. Hodieq̧ aues ipsas in cōe passeres vocant hispaniarū vernaculi. Et passer nomē piscis: et nomē loci. Uar. Nō mollis sinuessa feruidiq̧ fluctus passeris aut superbus anxur. A passer fit diminutiuū passerculus.

Passer solitarius auis aliquanto grandior passere: ac subnigrior solus per domorū culmina incedēs cātu suauis. Passer marinus altera auis.

Passio: pturbatio: affectus et affectio: grece pathos dr. A neotericis ꝟo auctorib⁹ ecclesiasticis passio vsurpat̄ pro animi vel corporis morbo. Sunt autē quatuor pcipue passiōes: duę a bonis: gaudere. s. et cupere: seu sperare. Leticia de p̄senti ē. Spes de futuro bono. Duę a malis dolere et timere. Dolor de p̄senti. Timor de futuro malo.

Passiuus a. um. quod passionē denotat: vnde passiue qualitates dictę sunt nō q̧ patiant̄ aliqd: sed q̧ faciāt passionē. Mel nāq̧ vt dulce sit: non a dulcedine aliquid passum est: sed dulcē gustantib⁹ efficit passionē. Passiue autē qualitates rectius dicunt̄ albedo et nigredo: et eorū media. i. rubor et pallor. Hec eīn non nisi vel animę: vel corporis passione nascunt̄: vt eīn nigrescat aliquis corpis passione vt rubescat vel pallescat animę efficit̄: quę cū turpitudinis verecundiā ferre nequierit: q̄si ad obtentū sui sanguinis copiam in exteriores partes corporis fundit eoq̧ fit: vt pudore nimio rubescam⁹. Pallor q̧ similī aīe passiōe cōsistit cū pculsa metu nimio ad cordis visceriora cōfugit eaq̧ sanguis insequit̄: adeo vt desertū sanguine: qd est in ɔspectu corp⁹ albescat. He igit̄ qualitates si in corpore pseuerent: q̄ p̄m eas q̄les dicimur: ipse q̧ qualitates passiue censent̄. Si vero ad breue tēpus extiterint ita vt cito discedant: passiones eas potius noiamus. Eritq̧ inter passiuas q̄litates: et passiones ista discretio: q̧ passiōes ad tēpus exorte: facile cōmutant̄: passiue vero qualitates p̄m quas quales dicimur perpetuo pseuerant.

Passus a. um. a patior idē quod perpessus. Uirg. O passi grauiora. Unde vua passa q̄ in siccando passa est solē. Pli. Quin et a patiētia nomē acinis dat̄ passis: hinc et vino nomē datū qd passum vocat̄.

Passus a. um. a pateo idem est quod patiens extensus. Plaut. In portū vento secūdo velo passo puenit: id ē ocyssimo cursu. Passa vela dicimus expassa distenta explicata vento tumentia ac plena.

Passus a. um. a pando idem est quod deductus: porrectus: dispersus. Terē. in phor. Capillus passus nudus pes: qd et expassum aliq̄ dicimus: et mutatione a in e. dispessum. Plau. in mi. Dispessis manib⁹. Ueteres eīn passum dixisse nō pansum et expassum non expāsum Gellius Seruiusq̧ testant̄. Dicit eīn Ser. Ideo autē pandor non facit pansum: quia plerumq̧ quod in prima verbi positione inuenitur in preteriti participio nō est: vt tundo tusus. Et licet alia euphonie causa varientur vel in generibus vel in numeris: nactus tū et passus n penitus nunq̄ patiunt̄. Passis manibus dicimus: quod est diductis atq̧ distentis. Tertul. Tamē oppansum velum dixit: pro oppasso et extento. Idem. Expansos inquit vngulę fodiant: cruces suspendant.

Passus sus. spaciū qd patet in spatio pedū: quia pates apertūq̧ est: vel q̄ sic pedes patescunt. A pateo eīn passum supinū est cū vero nō est passum clausum dr. Et ob hoc claudere ē de illo spatio intercepto diminuere: et minorē passum facere.

Passum genus liquorē: quod ex vua passa cogitur. Fit ex vua quā greci stichā: nostri apianā vocāt: vuis in vite diuti⁹ sole adustis: aut feruente oleo: donec paulo amplius dimidiū pōdus supsit fusasq̧ lenit̄ vuas exprimūt: et colligūt. Qui autē volūt secūdariū passum facere adiiciūt vinaceis tū aquę puteolanę: quātū ex prima pressura passi fluxit. Defrutū vero vinū est musto vsq̧ ad dimidiā partē decocto.

Passim aduerbiū a passu significat passu distante sparsim vt nō vbiq̧. cū vbiq̧ sit sine interuallo: vt herba ē in prato vbiq̧: grex ꝟo passim pascit̄: q̄ aliquid interualli est: inter pecudē. S3 ɔfundunt̄ q̄nq̧. Ponit̄ interdū p vndiq̧. Lact. Cōstituit asylū: eo passim oēs fugerūt ex finitimis locis. Interdū p q̄libet. Uirg.

Passimq̄ in littore sicco corpa curamus.i.vt quisq̄ vult siue indifferēter. Hiero. Sola scripturarū ars est quā sibi passim oēs vendicant. Aliqñ p vbiq̄. Lact. Credit ei passim tanq̄ cognite veritati.

Pastophoriū pastophororū domus. Pastophori autē sacerdotes dicti sunt a posto pallio vt quidam aiunt ferendo: quidā accipiūt pro thalamo nuptiali. Unde et venus appellata est pastophoros: q̄ thalamū nuptialem curet & administret. Nam παστασ thalamus nuptialis dr: qui alio noie νυμφιδιον: cū qb' fere sentit. Hier. q̄ in Esaiā ait: Pastophoriū est thalamus in quo habitat prepositus tēpli.

Pasiphae dictio tetrasyllaba: hec fuit filia solis: & vxor minois regis crete: quā in fabulis ferunt ex tauro genuisse minotaurum qui partim hominis effigiem habebat: partim tauri. Proper. Uobiscū europe nec proba pasiphae.

Pasithea vna ex tribus gratijs: quā alij Euphrosynen vocant.

Pattagia fluuius sicilie απο του παταγου: id est a sonitu. Nam per saxa fluens clamare videtur. Clau. Et saxa rotantē pattagiā.

Patagiū aurea chlamys que pciosis tunicis supindui solet: et qui ita induti sunt: patagiati dicunt. Et patagiarij q̄ huiusmodi vestes pficiūt. Apul. Uberes.n. crines leuiter emissos & ceruice dependulos: ac deinde p colla dispositos: sensimq̄ sinuato patagio residentes paulisp ad finē cōglobatos in summā verticem nodus astrinxerat. Patagius morbi genus.

Patara pe.cor. vrbs lycie vbi apollo dabat responsa. Dicta a pataro apollinis filio: vel ab alio pataro lapeonis filio. Hinc patareus a.um. Sta. lib. j. th. Phebe parēs seu te lycie patarea niuosis. Exercēt dumeta iugis. Ouid. Patareaq̄ regia seruit.

Patauium: vrbs quā Antenor condidit: que et padua. Uide in dictione padua.

Pateo es. passus. Patere ē apertū esse. Plau. Ingredere tu: fores iamdiu patent. Hinc patens & patulū q̄ interse differūt: q̄ patēs sit qd ad tps patet. Uirg. Et portas iubet esse patētes. Patulū qd semp patet vt arbor. Idē. Tityre tu patule recubans sub tegmine fagi. Hinc Plau. Bouem patulū appellat: cuius cornua diuersa sunt: ac late patent.

Bos patulus,

Patulus a.um. pe.cor. de quo modo in pateo.

Patesco is. aperior/patens fio. Qñq̄ tamē pro pmitiuo ponitur. Sal. Hinc late patescētibus campis exercitum tuto emittit.

Patefacio is. patentē facio. Hiero. Sic arridens patefecit ingressum. Hinc patefio. Teren. in phor. Ego nullo remedio possum me euoluere his turbis: quin si hoc celet in metu: sin patefit in probro siem.

Patulico as. pe.cor. aperior: patulus fio. Pli. Patulicantib' quinquagenisquinis barbulis coronat.

Patibulū modo seram ligneā qua ostia claudunt significat a pateo: q̄ hac remota value pateant. Cin. Si quisq̄ hodie pter hanc posticū nostrū pepulerit patibulo hoc ei caput defringā. Modo crucē & sic a patior fieri manifestū est.

Pathe a Cice. dicunt perturbatiōes: siue animi egritudines. A Gellio affectus vel affectiones. A Lactā. modo vitia: mō affectus. Augu. expressus ea passiones vocari tradit: qualia sūt egritudo/dolor/gaudiū metus/tristicia/cupiditas/ira. Quos animi motus platonici et aristotelici: dicūt etiā insapientē cadere: sed moderatas rōniq̄ subiectas. Stoici vero negāt in sapientem cadere: qui dicunt sapientem apathen: id ē impassibilē: et apathiā impassibilitatē probant. Nam talem dicunt esse sapientis animum qualis est mundus supra lunā.s. imperturbatū: quē nulla perturbatio obnubilet. nulla tristitia obturbet aduersus quos reclamat ipsa natura.

Pathetica oratio dicta est: quā ex rhetorica arte pcipiūt dirigi oportere: aut ad indignationē: aut ad miam.

Pater qui aliquem genuit: quo etiā nomine aui/abaui/proaui/ataui/tritaui: continent. Hinc patrū nostrorū memoria dicim'.i. maiorū nostrorū q̄ maiores intelligi possunt quicūq̄ erāt ante tritauos: sicut minores qui etiā post trinepotes futuri sunt: patr etiam nomē religiōis est. Uñ dij oēs patres vocabātur. Similiter pater nomen est reuerentie. Propter qd Romulus centū senatores q̄s ad reipu. curā elegit: siue quia is nūerus satis erat: siue q2 soli centū erant qui ad id idonei essent patres ab honore vocauit: siue ab etatis vel cure similitudine.

Paterfamilias dr qui prim' est & imperiū hz in familiā siue qui potestatis sue est: siue puber siue impuber.

Pater patratus: vide in dictione patro as.

Patres conscripti qui in senatu patribus erāt scriptis annotati.

Patricij senatorū progenies. Liui. lib. j. Romulus centū creat senatores q̄ patres ab honore: patricij quoq̄ progenies eorū appellati. Idē li.x. En vnq̄ fando audistis patricios pmo esse factos nō de celo demissos: sed qui patrē ciere auumq̄ possent. Cintius ait patricios appellari ingenuos. Uñ plebei patricijs opponunt. Non eñ senatores oēs erant patricij. Tacitus. Hisdē diebus in nūerū patriciorū asciuit Cesar vetustissimū queq̄ ex senatu: aut quibus clari parentes fuerant. Hinc patriciatus us. pro ipsa dignitate. Sue. in Aug. A Tarquinio prisco rege inter ro. gentes allecta in senatū: mox a S. Tulli. in patricias traducta pcedente tēpore ad plebē se cōtulit ac rursus magna vi p diuū Iuliū in patriciatū redijt.

Patricius vicus rome dict' est: q̄ ibi patricij habitauerūt. Iubente. Ser. Tullio vt si quid aduersus ipsum molirent ex locis supiorib' opprimi possent.

Patritus a.um. pe.pro. quod est patris: sicut auitus a.um. quod est aui. Sunt eñ tanq̄ possessiua. Cic. lib. j. tus. Patritiā & auitā vt ait Teophrastus phiam.

Patrimus pe.pro. qui patrē adhuc viuentē hz. Pater patrim' qui cū ipse pater sit adhuc viuentē hz patrē in pōtificio tamē iure pater patrimus accipit pro eo qui vulgo compater dicit.

Patrimus a.um. quod est patris: sicut matrimus a.um. quod est matris.

Paternus a.um. quod est patris. Teren. in adel. Pol haud paternū istuc dedisti.

Patro as. proprie significat liberis operā do. Quint. tamē dicit patrare apud antiquos sancte & honeste dicebat. Deinde psuetudine in vitiū lapsum ē vbū. Uñ irrideri solitū esse Salustiū q̄uis immerito: q̄ patrare bellū dixerit: tanq̄ patro rem turpē dūtaxat significet. Ex quibus verbis colligit priscos patrare posuisse p perficere: non solū cū opera liberis darēt sed etiā cū aliud quippiā iam inceptū ad finē pducerent. Unde & patres patrati dicebant: q̄ ad patrādū hoc est peragendū iuramentū: vbi de federibus conuenerat mitterentur. Plutar. in proble. Fecialibus sacerdotibus qui federibus faciendis presunt: pater patratus pest. Inde dictus q̄ ipse pater patrē haberet: sicq̄ filius pulderet: et patrē cōsuleret. Hui' vbi cōposita sunt Impetro quod est obtineo et quasi id qd cupio facio. Perpetro qd est perficio. Propetro mādo aliquid perfici. Accius. Age vo propetra qd cepisti fieri. Et habent penul. cor.

Patrizo as. vel patrisso as. paternos mores imitor. Terent. in adel. Laudo o ctesipho patrizas abi te virum iudico.

Patria vrbs siue oppidū vnde orti sumus: q̄ patria cōmunis omniū parēs sit. Aliqñ et pūincia ipsa ex qua

orti sumus patria vocat᷑. Sed improprie. Vn̄ Sal. hispaniā sibi antiquam patriam dixit. Aristophanes που δε αγαθον εκει πατρισ εστι id ē vbi bonū ibi patria est. ꝫenobius aūt πασα γη πατρισ εστι του το μεροσ εστι χρησ μονον αγειδεν ο θεοσ μελεωτω πελασγω περι νικησεωσ μαντευωμενω.

Patrius a.um. qđ est patrię: vt mos patri⁹. Cice. in Ca to. Vigebat in ea domo mos patrius: ꝛ vigebat in eo anim⁹ patris ꝛ disciplina. Aliqñ đr qđ est patris. Virg. lib. xij. Patrio mucrone relicto.

Patrianus a.um. quod est patrię. Cice. thermo. Vt ob tineat id iuris in agris: quod est patriana ciuitas de creuit ꝛ dedit.

Patricida peñ. pro. qui patrē interficit. At paricida đr q̄ vel cognatū vel ciuē aliquē/vel aliū interficit: vł ad uersus patriā machinatus est: de quo supra.

Patruus/frater patris: ꝙ q̄si patris loco sit patru⁹ ma gnus/frater aui. Patruus maximus frater proaui et abaui: qui ꝛ ꝓpatruus ꝛ abpatruus dicitur.

Patruelis a patruo. Sunt eñi patrueles patruorū filij qm̄ q̄ pater alteri est/alteri est patruus: sicut sorores patrueles nuncupant᷑ ex duobus ꝛ ipse fratribus ge nitę: auctor/iuriscōsultus. Nā sororū duarū aut plu rium filij inter se sobrini dicunt᷑/quasi sororini.

Patriarcha patrū princeps: hoc est pontificū primus. Hi quattuor principio fuere. Romanus/Antioche nus/Alexandrinus/Hierosolymitan⁹. Postea trās lata byꝫantium imperij sede additus est ꝛ Cōstanti nopolitanus.

Patrimoniuꝫ/bona paterna: hoc est hereditas a patre relicta. Patrimoniū ꝟo sancti petri ē regio thuscię. Vbi soana oppidū/sancta flora/aqua pendēs gripte sanct⁹ laurētius/balsena/martha castrū ciuitas tuscu lanella. Mons flasconus/balneū regiū/vrbs vetus. Orthe ciuitas castellana olim veientana vrbs: castꝝ nouū: nepe/viterbiū/sutriū/roncilionū ꝛ alia multa.

Patronymicū/qđ sub patris noīe significat filiū: vt pri amides. i. Hector priami filius. Cōpositū nomen ex patre ꝛ onoma: sed o in y vertitur.

Patronus/qui aliquē in periculo defendit. Pedianus: Si orator ē/aut aduocat⁹ si ius suggerit/aut p̄sentiā suā cōmodat amico/aut ꝓcurator si negociū suscipit aut cognitor/si p̄sens causā nouit: ꝛ sic tuet᷑ vt suam.

Patrocinor pe. cor. significat tam verbo q̄ȝ facto imbe cilliorē ꝓtego: Lactā. li. v. Qui licet sapiēs fuerit pa trocinari tn̄ vere iusticię nullo mō poterat qui caput ip̄m fontēq̄ȝ iusticię nō tenebat. Hinc patrociniū ip̄a ꝓtectio. Sal. Cui⁹ patrocinio ciuitas plurimū vteba tur. Fest⁹: Patrocinia appellari cępta sunt cū plebs est distributa inter patres vt eorū opibus tuta esset.

Patera pe. cor. poculi gen⁹ latū ac patēs. Virgi. Spu mantem pateram ac pleno se proluit auro.

Patrę arū. ciuitas in attica regione: quā pausanias aro en dici prius solitā affirmat mox a patreo męnibus ampliatis nomen accepisse qđ nunc habet. Hui⁹ me minit Pli. lib. iiij. Ouid. lib. vj. Messeneq̄ȝ ferax pa treq̄ȝ humilesq̄ȝ cleone.

Patina pe. cor. vasis genus quo dapes elixe ꝛ iurulen te in mensam ferunt᷑. Teren. Iamdudū anim⁹ est in patinis. Hinc patinarius a.um. qđ est in patina con ditū. Plau. Vel patinariū vel assum verses quo pa cto lubet. Dicta patina ab eo ꝙ pateat.

Patella a patulo: vel πλασσω fingo: vł ab πλατεια quę est latitudo vas latū est cōdendis obsoniis aptū. Lanx seu parapsis. Hora. in episto. Nec modica cę nare times olus omne patella. potest tamē esse dimi nutiuū a patina: quā nonnulli volūt esse sartaginem. Sed Iuue. diuersa ostendit/cū inquit: Vrceoli pel ues sartago patelle.

Patior eris. passum verbū cōmune/significat sustineo/ tolero/ęquo animo fero. Dicimus enim Patior te/ tolero te ꝛ patior abs te/toleror abs te ꝛ patior abs te multa incōmoda. Cōposita huius verbi sunt Cō patior/qđ est misereor: ꝛ cōstruitur cum datiuo. Per petior/vehementer patior. Hiero. ad Alga. Intra se bella perpetitur.

Patiētia est honestatis aut vtilitatis causa rerū arduarum ac difficiliū volūtaria ac diuturna perpessio.

Pathicus pe. cor. a gręco πασχω asp iratione detra cta significat eū qui se iniri turpi libidine patit᷑. Vn de pathici pueri. i. passiui/patice puellę. Iuue. Ille tenet speculū pathici gestamen othonis. Drauc⁹ ꝟo q̄ nō ꝓpria libidine/sed alteri⁹ alterū init a faciēdo di ctus/quēadmodū a patiēdo pathic⁹ δραω q̄ppe fa cio significat. Qui aūt a draucis subigi delectantur: seq̄ȝ eis sponte prostituunt cynedi dicunt᷑.

Pathmos/insula in mari ęgeo q̄ sicut Pli. scribit libro iiij. patet circuitu. xxx. milibus passuū: in qua Iohan nes apostolus exul apocalypsim scripsit.

Paucus a.um. cōtrariū est multo: ab eo fit dimi. Pau culus. Augu. lib. j. acad. Pauculis dieb⁹ transactis posteaq̄ȝ in agro viuere cępimus/cum eo volui ten tare pro ętate quid possent: A paucus fit paucitas.

Paup generis cōis: vel ſm aliquos ōis/a paruo lare: vel vt inquit Varr. a parua pecunia: apud veteres etiā paupera. Plau. Paupera hęc res est. Hinc fiūt diminutiua pauperculus ꝛ paupercula.

Paupertas. Var. li. j. de lin. la. Pecunia quę erat par ua ab ea paupertas dicta est. Paupertatē quidā ab egestate ita distinguūt: vt egestas sit qñ ad victū ne cessaria desunt. Paupertas qñ licet nō sint opes: ta men necessaria suppetunt.

Pauperies/ipsa paupertas. Hor. Impiger extremos currit mercator ad Indos. Per mare pauperiē fugi ens per saxa per ignes.

Pauptinus pe. ꝓdu. idem qđ paup. Var. Qđ si paup tina sint elegātia ac cū castimōia. Sidoni⁹. Quin po ti⁹ pauptin⁹ flagitatę cātilenę culm⁹ imurmuret.

Paupero as. pauperē facio. Augu. super psal. Veros pauperes ditat: falsos pauperat diuites. Plaut⁹ in mil. Quę improba est mētis pro vitio dn̄m p̄tio pau perat. Hinc depaupo. Var. Priusq̄ȝ domū depau peraret sumptu suo.

Paueo es. paui. timeo. Hiero. ad Helio. Tūc ad vo cem tubę pauebit terra cū populis. Hinc pauesco ti imidus fio: a quib⁹ expaueo ꝛ expauesco. Aug. Sed ne repentinū ouis expauesceret ꝛ lupū.

Pauito as. pe. cor. frequētatiuū/significat valde timeo siue valde frigeo. Teren. in hecy. Vxorē philomelā pauitare nescio quid dixerūt. i. laborare ex frigorib⁹: vt exponit Ser. Nā est reciproca translatio: ꝛ timor ꝓ frigore: ꝛ frigus ꝓ timore ponit᷑. Virg. Extemplo ęneę solluuntur frigore membra.

Pauor vt ait Cice. lib. iiij. tus. est loco mouens menteꝫ. Ex quo illud Ennij. Tūc pauor sapientiā omnē mi bi expelleret ex animo.

Pauidus qui semper timet: pauens qui ad tēpus vł ex causa timet.

Pauo onis ꝛ pau⁹ paui/auis multiplicis coloris. Gel. Pauus e samo p̄stātior est. Tradūt hāc auē nō glo riosam solū/sed maliuolā. Laudata expādit colores aduerso maxie sole. Fimū suū resorbet inuidēs hoim vtilitati: cui⁹ caro diutissime incorrupta seruat᷑.

Paueo is. pauiui. verbū antiquū. i. ferio/ꝯcutio/tūdo. Sūptū est a gręcis: qui παι(ειν) dicunt ꝑcutere. Ci. de diui. Sꝫ cū qꝫ pascūt necesse est aliq̄d ex ore cade re ꝛ terrā pauire terripudiū p̄mo postea tripudiū di ctū est. Hinc pauor qñ timor cor pulsat ꝛ pausia oli ue species. Col. Omne porro breuissimū in rotūdo

Pertento as. vehementer tento: valde experior. Virg. Latone tacitū ptentāt gaudia pectus. Teren. in an. Sed ea gratia simulaui vt vos pertētarē. Alibi leuitē tēto: vt blanda vicissim gaudia pertētant. Sunt eī multa q̄ p locis intelliguntur: vt impotēs et satis et minus et nihil potēs. Aliquādo pertētare est sepe tentare. Virgi. lib. iij. georg. Nōne vides vt tota tremor ptentet equorū corpora.

Pertinax pe. cor. qui nimis tenax est a pertineo. Plau. in capt. Quid tu ais tenax/me pater eius est. Et ille immo edepol/pertinax. Pertinaces igitur sunt qui id vehementius tenent qd tenere non debent. Aliquādo ponitur pro perseuerante in bonā partē/cū plerūq; in malam legatur. Et sic a pertendo fit. Nam vt inquit Var. In quo nō debet pertēdi et pertēdit pertinacia est. In quo pro oporteat manere si in eo perstet perseuerantia vocatur. In bonā partē. Vale. maxi. lib. j. Nō mirū igitur si pro eo imperio augēdo/ custodiēdoq; pertinax eorū indulgētia deorū semp excubuit: q tam scrupulosa cura paruula quoq; religionis examinari videntur. Sene. lib. xij. de benefi. Vincit malos pertinax bonitas. Liui. Vincit tamen omnia pertinax virtus. Hinc pertinacia que vt inquit Cice. perseuerātie finitima est/et tam in bonū q̄ in malū sumitur. Sue. in Cesa. Ne patientia et pertinacia hostis animi suorum frangerentur. Actius: Pertinaciā indocti possident.

Pertexo is. pergo/perficio. Translatio a textoribus q̄ pmo telā ordiuntur et orsam deinde texūt. Cice. li. ij. de ora. Et pertexe modo Antonij qd exorsus es. Proprie tū ptexere est valde vel ad finē vsq; texere.

Perturbo/valde turbo. a quo perturbatio que est auersa ratione contra naturā animi cōmotio. Auctor. Cice. libro. iiij. tuscu.

Peruagor et peruago penul. corre. per aliquem locum vagor. Cice. lib. iij. ad herē. Sed illud facere oportebit vt identidem primos quosq; locos imaginū renouandarū causa celeriter animo peruagemus. Liuius lib. j. Nunc errabundi domos suas vltimū illud visuri peruagarentur.

Peruello as. vellico et punctiūculis torqueo. Cice. lib. iij. tuscu. Quid meres: cur succūbis/cedisq; fortune que peruellere te forsitan potuerit et pungere nō potuit certe vires frangere.

Peruenire significat ad finem venire.

Peruentores auctore Aug. sunt qui ad potentū quorūlibet tanq̄ inaccessibiles amicos cōuenientiū psonarum interpositiōe/ambitione ac arte ptingūt.

Peruerto/modo conuerto/modo depräuo significat. Peruersi inquit Hiero. Qui de recto declināt ad peruersitatē: vt diabolus/iudas et heretici et superbi oēs.

Peruestigo pe. p. nō solū quero/sed querendo inuenio vel acquiro. Vestigo autem quero tractū a vestigijs tanq̄ a signis indicijsq; quibus ad rei noticiā perueniens. Cice. lib. ij. de ora. Nosse regiōes intra quas venias et peruestiges qd queras.

Peruicax pe. cor. durus/contentiosus/nulli cedens pseuerans cum quadā vi. Terē. in ecy. Adeon peruicaci esse animo vt puerū poptares perire: Hinc peruicacia/ duricies/obstinatio.

Peruigilo/vsq; ad finē vigilo: vel totā noctē insomnem duco. Mar. Nā vigilare leue est peruigilare graue.

Peruigiliū multa vigilatio et custodia. Pli. lib. x). Peruigilio qdē vincuntur cibi. Et peruigiliū/sacrū nocturnum quo vigilie indicuntur: vt per totā noctem vigiletur. Liui. li. xxiij. Castra campana: vt peruigilio neglecta simul omnibus portis inuadit. Sue. de Cali. Nec alia d causa videtur eo die quo petūt puigiliū idixisse q̄ vt initiū i scenā pdeūdi lumia tpis auspicaretur.

Peruius a um: per qđ iri potest. Sic dicimus virgines esse cęli peruiā. Aliquādo dicitur penetrabile. Oui. lib. ij. me. Domus est imis in vallibus huius Abdita sole carens nō vlli peruia vento.

Peruolo as: pe. cor. vsq̃ ad finem volo.

Peruolo: peruis peruult: penul. correpta valde cupio. Liui. Perueliin scire vtrum qui discedūt: an qui reti nent̄ de me querant̄.

Perusia etrurię ciuitas: a qua perusinus a um. Prop. Si perusina tibi patrię sunt nota sepulchra.

Peruinca herba vulgo nota quę in longū crescit: obuia queq̃ vinciens ac puinciēs: folia habet lauro similia Ideoq̃ Chamedaphne hoc est parua laurus appel lat̄: florē facit viole similē: ⁊ coronamētis adhibet̄.

Pes dis: ima pars corporis: de q̃ supͣ in dictiōe pedes. Hinc deducunt̄ per cōpositionē multa: vt vnipes: bipes: tripes: semipes: sonipes: cornipes: flexipes: planipes: loripes: solidipes: alipes: curuipes.

Pessulus pe. cor. quasi paruus pes. Instrumentū quo ostium claudit̄. Cadenacius vulgo dicit̄: clauēq̃ mox subdita reseramus. Apul. Tā myrmex tandē claue pessulis subiecta pandit fores. Item. Subdita claui pessulos reduco. Hiero. in Cañ. Pessulum ostij mei aperui dilecto meo. Unde oppessulata ianua. i. pessulis firmata. Festus. Obices sunt pessuli fere. Dictus pessulus φ ne pessum detur ostium affigi solet ⁊ annecti. Huius diminutiuū est pessellus.

Pessum aduerbiū significat modo retrorsum mō deorsum quasi ad pedes vel sub pedib⁹. Pli. lib. iiij. Pessum iere vitę pręcia: omnesq̃ a maximo bono liberales dictę artes in contrarium cecidere.

Pessundo as conculco reprimo arceo ⁊ pessum eo: hoc est cedo vel retrocedo.

Pestis: pestilens pestilentia ⁊ pestilitas in vna significatione accipiunt̄. Lucre. lib. vj. Hęc igitur subito clades noua pestilitasq̃. Ci. lib. j. de fato. Inter locorū naturas quātū intersit videamus: alios esse salubres alios pestilentes. A pestilētia fit pestilentiosus a um qđ pestilentiā affert. Aug. lib. ij. confes. Iāq̃ pestilētiosum ⁊ imposterum piculosum sentiebat coherere termio ꝯiugalis affect⁹ si resecari ad viuū nō poterat

Pessi feminarū medicamēta q̄ in molli lana naturalib⁹ coram conduntur.

Pessimon is emporiū phrygię habēs templū maximū (vt inquit Stra.) magne venerationis matris deum quā Andigistan vocāt. Hic locus magnifice ab Atalicis regibus structus est ⁊ templo ⁊ porticibus ex albo lapide. Romani celebre reddiderunt educta inde deę statua ⁊ pessimuntia appellata.

Petala a gręcis dicunt̄ arbor̄ frondes πεταλον latine folium. Unde petalion foliatuz. Uide in dictione Foliatum. Et Bracteas antiqui petalia a tenuitate noiabant. Cariotarum quoq̃ petalia vocantur kalēdis ianuarijs missitari solita. De quo Ouid. ⁊ Mar.

Petasus pen. cor. capitis tegmen. Galero psimile siue ipse Galerus. Fitq̃ a gręco πεταννυμι qđ est extendo cuius aristos esse petasa. Uñ petasus qđ alio nomie schiadion dicūt: hoc est vmbellā. Unde apud Plau. legitur φ pseudulus ipe a Carino querit. Sic etiā opus est chlamyde de machera ⁊ petaso φ hęc tria essent militaris hoīs ornamenta. Hinc petasati qui galero ⁊ capitis ornamento vtuntur. Sueto. de Aug. Aestate apertis cubiculi foribus ac sępe in peristylo saliente aqua atq̃ etiam ventilante aliquo cubabat. Solis ṽo ne hiberni q̄dē patiēs: domi quoq̃ non nisi petasatus sub dio spaciabatur. Per translationem vero petasus dicit̄ quiddā in galeri formam edificijs suppositum: extensum ⁊ explicatum in mete formam se contrahēs. Pli. lib. xv. Supra in quadratum pyramidis stant quinq̃: quattuor in angulis et in medio vna in vno latere pedū quinū septuagenum altere centenū quinquagenū ita fastigiate vt in sūmo orbis ęneus ⁊ petasus vnus omnibus sit impositus ex quo pendeant excepta catenis tintinabula q̄ vento agitata longe sonitus referant. Sunt q̄ petasum accipiant ꝓ pinna quā gladiatores in galeis habebant. Sed non congruere videtur. Alij accipiūt petasum pro quodam calciamenti genere allegantq̃ Plautū in Amphi. dicentem. Ego has habeo vsq̃ in petaso pinnulas. Et apud Lactan. accipitur petasus ꝓ alato mercurij calciamento. Idē quoq̃ Plau. in Am. Itidem habet petasuz cum serui pileum habere non possent nisi cum facti fuissent liberi.

Petaso: penul. cor. caro porcina: quam alij coxam: alij eam partem suis dicunt quę ab alis incipit ⁊ costas cōprehendit: quibusdam veluti virgulis pinguibus distincta. Frustum de perna presciditur: ⁊ sale obrutum: deinde in fumo suspensum asseruat̄. Mar. Musteus est propera caros ne differ amicos: Nam mihi cū vetulo sit petasone nihil. Hui⁹ diminutiuū est petasuncul⁹. Iuue. Sicc⁹ petasuncul⁹ ⁊ vas pelamydū

Petaurū genus ludi ⁊ machina quedam lignea. Quo quidem ludi genere hoīes p aera rotarū pulsu iactabantur. Mar. Quā rota transmisso totiens impacta petauro. Dici etiā pōt petaurum supra qđ hoīes agilitate corporū insignes ludunt: vt haste circa quas se voluant. Funes supra quos etiā reciproci ambulāt. Circuli per quos se more pisciū trāsmittūt. Tabulę e quibus in aera pendēt Uno brachio se sustinentes. Gręci dicunt petaurū esse laqueū ⁊ asseres quib⁹ domos tegūt. Iul. pollux existimat caudā esse in quā se cortis alites cubitū iture conferunt.

Petauriste: qui ita ludunt: ⁊ leuioribus saltibus mouētur. Uar. lib. ij. de vi. pa. Nec minus aliquo in genere sunt ludi velitis: galli germani petauriste. Qui et petauri dicunt̄ a πεταυραι volare.

Peto is: petiui vel petij petitum: significat oro siue obsecro vel volo. Petere vt inquit Uar. ꝓprie est aliquid suppliciter ⁊ precario postulare. Et sic vnū tm̄ exigit actm̄. Te autem pro vetere nostra necessitudine etiā atq̃ etiā peto vt eius filios qui in tua potestate sunt mihi potissimū condones. In malum. Sal. in Iug. Ipse acer bellicosus: at is quē petebat: quietus imbellis erat. Sic in bonū dicimus: pater salutē filij petijt seru⁹ beniuolentiā dñi. In malū: vt hic petit caput alterius aut famā: hęc em̄ in hoīs perniciem petūtur. Aliquando petere est instanter poscere. Unde petulcus ⁊ petulans. Liui. lib. j. Iam Horatius cęso hoste victor secundā pugnā petebat. Aliqñ insidias tendere. Plancus. In quo casu hāc capio voluptatē φ certe quo magis me petiuerunt tāto maiorem his frrustratio dolorē attulit. Aliqñ violēter aggredi. Cice. ꝓ liga. Quid em̄ tubero tuus ille districr⁹ in acie pharsalica gladius agebat: cuius latus ille mucro petebat. Aliquādo manere expectare. Uirg. li. ix. Troianos hęc monstra petunt. Aliquādo cupe: vt apud eundem libro. iiij. Georg. Pulchrāq̃ petit p vulnera mortē. Aliqñ pcutere. Liui. lib. xxij. Hispano pūctim magis q̄ cesim assueto petere hostē. Aliqñ inquirere Uirgi. Euandrum petimus. Aliquando eligere: vt idem. Principio sedes apib⁹ statioq̃ petēda. Aliqñ ꝓficisci. Sueto. in Uespa. Et cutilas ac reatina rura vbi ęstiuare quotannis solebat petijt. Aliqñ influere vt Campū petit amnis. Quādo ṽo construit̄ cū ablatiuo instrumentū significāte ꝓ instrumēti diuersitate diuersa significat: siue in rē: siue in psonā referatur. Nā petere manu est ducere. Uirg. Tartareū ille manu custodē in vincla petiuit. Petere pedibus est ire. Apul. Dū pedibus iter faciēs ꝓpinquū rus peteres. Petere gladio aut veneno: aut lapide: aut cornu et

hu iuſmodi eſt inuadere ferire ⁊ ſaluti inſidiari. Idē. Iam cornu petat ⁊ pedibꝰ qui ſpergat arenā. ⁊ Ma lo me Galathea petit laſciua puella. Suet. in Tibe. M..ſu n in arenā aprū iaculis deſuꝑ petijt. Petere curſu adipiſci obtinere. Virgi. Que littora proxima curſu contendūt petere. Petere blādicijs: eſt blādiri Quintil. Nouercā blandicijs petit. Petere muneri bus oſculis ꝑcibꝰ eſt cōciliare. Apul. Cū me lachry mis ꝗbuſq; petiſſet. Petere oculis eſt cōtemplari. Petere auribꝰ: audire: petere naribus olfacere: petere tactu: palpare. Iungit interdū huic verbo ablaūs Ci. Audes quicq̄ ab iſtis petere? Nunq̄ ꝓo vel raro duos actōs habet. Huius cōpoſita ſunt Appeto Cōpeto: Expeto/impeto/oppeto/ꝑpeto/ꝓpeto/repeto/⁊ ſuppeto/que habent penultimā correptā.

Petitio poſtulatio aliqñ etiā gladiatorū impetus. Cic. Os ergo tuas petitiones ita cōiectas vt vitari nullo modo poſſent parua quadā delinatione concutiunt.

Petiſſo is: antiquū verbū: idē qđ peto: ſicut impetraſſo/reconciliaſſo/cōmonſtraſſo qualia apud plautum plurima. Ci. lib. ij. Tuſcu. Qui hāc gloriā petiſſunt: nullum fugiūt dolorem. Plau. in Tri. Vtrā potius harum mihi artem expetiſſam.

Petigo: pe. pro. morbi genus qui ⁊ impetigo dicitur ꝙ vicina petat ſeſe late ſumma cute diffundēs: occupat plerūq; totū vultū oculis exceptis.

Petimia vlcera in humeris iumentorum: ꝙ ima id eſt profunda petant.

Petulans: pe. cor. improbus: a quo petulantia improbitas cū alios per contumeliā petimus. Cice. Deſine bonos petulātiſſima inſectari lingua. Qñq; ponitur ꝓ ſuꝑbo. Idē. Petulāter diues. Quādoq; ꝓ laſciuo Oui. Quin etiā vt poſſem verbis petulātius vti: Nō ſemel ebrietas ē ſimulata mihi. Et generaliter petulātia eſt laſciuamentū ſiue effrenatio imodica ad quod libet vitium a petendo dicta.

Petulcus: laſciuus. Virg. Hędiq; petulci. Vñ meretrices quoq; petulcas veteres dixerunt a petēdo.

Petilus: penultima cor. tenuis exilis. Lucil. Inſignis varijs cruribus ⁊ petilis.

Petilia vrbs brutioꝝ a Philoctete condita ἀπό τοῦ πέτασθαι id eſt volare: qꝛ ex augurato locū delegit

Petilanſura ſignificat vngulā equi albam.

Petoritum penul. correpta genus vehiculi. Hora. li. j. Ser. Atq; caballi Paſcendi ducenda petorita nunc mihi curto Ire licet mulo.

Petra lapis tenerior mitiorq; ac minor. Vnde gēme lapides nō ſaxa dicunt. Hinc petroſus a um: qđ eſt petris abundans. Eſt ⁊ petra Arabię oppidū qđ nabathei incolūt. Vnde pars ea arabię vocat petrea.

Petrea: pars Arabię. Et petrea mulier quę pompam in colonijs aut municipijs imitabatur anus: ꝙ pedes in petras frequēter impingeret.

Petroleon oleū qđ ex petris naturę ſponte fluit.

Petronius nomen viri proprium. Quo nomine vocatus fuit auctor nō ignobilis.

Petronia nomen vxoris Vitellij de qua apud Sueto. Et Petronia nomen fluuij in Tyberim defluētis dicti ꝙ per petras fluat.

Petrones ruſtici dicti ſunt a veteribus a petrarū aſperitate ⁊ duritia. Hinc Plautus petronem veruecem duriorem eleganter dixit vbi ait in cap. Qui petroni nomen induunt veruecci ſectario: ego ſi in via petronem publica conſpexero ⁊ petronem ⁊ dominū reddam mortales miſerrimos.

Petroſelinon: quaſi petrarum apium: nam inter lapides melior naſcitur. Eſt herba nota ꝗ inter apij genera numerat cōponiturq; ex petra et σέλινον apiū.

Pexo as: a pecto is. Vnde pexe veſtes quę pectine cōtexte. Et pexati qui pexis veſtibus ſunt induti. Mar. Pexatus pulchre rides mea zoile ſemper. Sunt qui dicunt pexas veſtes eſſe piloſas contrarias taſis quę pilis carent. In quem ſenſum accepiſſe videtur Hieronymus contra Ioui. cum ait. Ante nudo eras pede, modo non ſolum calciato ſed ⁊ ornato. Tunc pexata tunica et nigra ſubucula veſtiebaris ſordidatus ⁊ pallidus ⁊ calloſam opere geſtitans manum: nunc lineis ⁊ ſericis veſtibus ⁊ atrebatū ac laodiceę indumentis ornatus incedis. Ibi eñ pexā tunicā puto intelligi raſam ⁊ quaſi lacerā. Nam vbi Perſius dixit. Pexūq; togaq; recēti. Probus barba inq̄t tonſure genꝰ eſt: ꝗ iuuenes ſic tonſi pexi barbi appellautur. Nos ꝓpoſitionē addimus depexa. Terē. Depexum dabo.

Pexite: fungi qui ſine radice aut pediculo naſcunt quaſi pedeſtres dicti ꝙ nō tollāt ſe altius a terra πεζοσ pedes: etiā in ludo ſcacchoꝝ πεζοσ

P Ante H

Phaeacū: ciuitas in planitię eſt quę ab vtraq; parte habet duos editiſſimos vertices in qbꝰ adhuc ſūt arces Phęaces ꝓo populi fuerūt Corcyre. Vñ ⁊ Corcyra phęacia dicta eſt ꝗ in littore maris Ionij eſt. Scribitur in prima cū ę diph. Hinc phęacius a um: ⁊ phęacꝰ a um: vna ſyllaba minꝰ. Prop. lib. iij. Nec mea phęacas equant pomaria ſyluas.

Phaeton dictio triſyllaba. Nā ac diuiſas ſyllabas habet ⁊ aſpiratur. Dictus ἀπὸ τοῦ φαίνειν ſol dicit vt inquit Ser. in libro. v. Enei. Idem libro. vj. a luce ardoris ſui.

Phętuſa fuit vna ex filiabus ſolis.

Phęcaſius calceus. Vnde phęcaſios ſeu phęcaſitos ſacerdotes ⁊ deos vocamus. Seneca ad Luciliū. Si quem palliatū aut phęcaſiatū conſpexeris.

Phędrus nomē viri ꝓpriū quo ſignificat clarꝰ alacer.

Phęſtus mons ſeu ꝓmontorium crete. Feminino ꝓo genere ciuitas in eo.

Phagedęna cum diph. in penul. Nam grece φαγέδαινα ſcribitur ἀπὸ τοῦ φαγεῖν hoc eſt ab ędendo ⁊ eſt exulceratio vſq; ad oſſa celeriter depaſcens cū inflāmatione ſaniem male olentem emittens ⁊ ad mortem perducēs. Auctor Iul. pollux. Pli. lib. xx. Vlcera quę phagedęnas vocant folia ⁊ radix recens cum melle ſanant. Et apud Col. putatur eſſe morbus quē in iumētis vermē appellant. Idem apibus tribuit libro. x. Sepe etiam inquit vitio quod gręci φαγέδαιναν vocant intereunt.

Phagus us: ⁊ phagi arbor glandifera ἀπὸ τοῦ φαγεῖν comedere. Virg. in Culi. Ambroſeq; manent phagus hedereq; ligātis brachia. Hinc phagineus a um: ⁊ phaginus a um: pe. correpta pro materiato ex ea arbore. Oui. lib. viij. me. Illic phagineus durā clauo ſuſpenſus ab anſa. Virgi. Poſt valido nitens ſub pondere phaginus axis.

Phaliſci populi hetrurię quorū oppidū phaleri vocabatur. Sunt qui arbitrentur phaliſcos vocari quos nunc corrupte montem falconē appellant.

Phalacron gręci caluū dicūt. Vnde corui aquatici phalacrocoraces dicunt inquit Pli. Hinc loca ſatis frutibuſq; nuda phalacras appellant quaſi calueta: vt ꝗ nihil ferunt. Apud Col. Glabreta dicuntur.

Phalara ciuitas a phalaro amne Ithome Minerue proximo.

Phalarica a phalis. i. turribus dicta eſt: quia turres defendat vel a phalari ſiculo tyranno vt Amianus inquit. Hęc vt Vege. ſcribit ad modū haſtę valido prefigitur ferro qđ in lōgitudine habet pedes tres vt cū armis corpus transfigat: inter cuius tubam ⁊ haſtile ſulphur/reſina/bitumen/ſtupa conuoluuntur infuſa oleo qđ incendiarium vocant baliſtę impetu deſtinata perrupto munimine ardens: figitur ligno turri/

tamꝫ machinā incendit. Est autem magna et parua phalarica. Unde Lucanus dixit phalaricam neruis mitti tortilibus. Uirgilius vero ait. Turnum manu iaculari potuisse. Unde lib. ix. Sed magnū contorta phalarica venit fulminis acta modo.

Phalaris idis: nomen ꝓpriū agrigentinoꝝ regis crudelissimi: cuius extant epistole.

Phalere equoꝝ ornamenta απο του φαλου dicunt̄ seu a verbo greco qđ illustrare significat. Uirgilius libro. v. Primus equum phaleris insignē victor habeto. Inde phaleratus a um: id est ornatus. Sueto. in Clau. Crassus fungi equo phalerato ⁊ in veste palmata. Et non tam equorum sunt ornamenta phalere q̄ equitum ⁊ nobiliū. Liuius lib. xii. tradit Comitia Flauii edilitia tantū habuisse indignitatis: vt pleriqꝫ nobiliū aureos anulos ⁊ phaleras deponerēt. Pli. libro. xxxiii. refert olim ab ordine equestri phaleras fuisse positas ex indignatione. Apud Teren. phalerata dicta leguntur ꝓ ornatis.

Phalera: portus athenienſis celeber.

Phalecium carmen dictū a phaleco inuētore. Constat spondeo dactylo ⁊ tribus throcheis: hoc ⁊ hendecasyllabū a syllabarū vndena mensura vocatur.

Phalene quidā pisces in mari. Ambro. Quid gladios loquar: aut serras: aut canes mariticos: aut phalenas aut zigenas? balenam dicunt esse.

Phalange sunt quibus baiuli ferendis oneribus vtunt̄ quas σκευαφορα plato appellat. Pli. lib. vii. Phalange fustes sunt nodis carētes quibus aphri preliū contra egyptios primi fecerunt. Jul. pollux phalanges inquit phalangia dicunt̄ ligna quib⁹ subiecti naues trahi solent. Sic Nonius scribit phalāgas significare fustes teretes q̄ nauib⁹ subiiciūt̄. Scribit Pero. ethiopas, vicenos dentes elephātoꝝ grādes ⁊ e materia ebeni centenas phalangas: tertio quoqꝫ anno tributi vice regibus pendere solitos. Latine palange dicunt̄: a quo fit palāgo as: qđ est onus aliqđ huiusmodi fustibus transueho. Affra. Et caprcā vnā semilacerā quaterni simul palangabāt.

Phalangarii: qui aliquid oneris phalāgis transuebāt: qui modo tetraphori: modo hexaphori dicunt̄. Itē phalangarii appellati sunt milites qui erant in phalange quales habuit ad imitationem Alexandri magni. Alexander syrius Romanorū imperator vt auctor est Lampridius.

Phalangium genus aranei ꝙ omnibus internodiis terba sint in cruribus. Sunt qui phalangii noie omnes araneos intelligāt. Dicitur ⁊ phalanx.

Phalanx langis: dictio macedonica quo nō proprie legio sed quadrata acies et cunctus militaris intelligit̄ quando. s. pes pedi: clypeus clypeo: vir viro in acie conserebatur. Et hoc peculiare fuit macedonum institutū vt auctor est Liuius ⁊ meminit Curtius: cuius hec sunt verba. Macedones phalangem vocant peditum stabile agmen: vir viro: armis arma conserta sunt. Cesar. Milites nostri e loco superiore pilis missis facile hostium phalangē perfregerunt. Unde proculdubio accipitur phalanx pro armorum connexione atqꝫ testudine. Hinc per translationem a satyrico poeta dictū est. Iuncteqꝫ vmbone phalanges. Item Phalanx est regula continens lances. i. librā. Et phalanx ab Aristotele genus aranei quod ⁊ phalangium dicitur tarantula. Item phalanges digitorum internodia dicuntur.

Phaneus mōs in ꝓmōtorio Chii a phaneo rege dict⁹.

Phanesii populi in insulis oceani septētrionalibus: qui vt Solinus ait habēt aures adeo effusas: vt reliqua viscera contegant illis.

Phantasie imagines rerum insidentes animo.

Phantasma atis: visum que species vna ⁊ nomē est eorum que dormiētes videre sibi videntur. Phantasticus imaginatiuus.

Phanaticus: dicitur qui diuino spiritu afflatus est ⁊ cui multe vane apparitiōes sunt quales insanientē aiacē ꝑcitū fuisse poete ferunt. Hunc morbum errorem vocauit. Hora. Aut phaneticus error ⁊ iracūda diana.

Phanio nihil aliud significat q̄ boni pedis hominē: id est cuius aduētus afferat aliquid felicitatis sicut solemus dicere scđo pede introisse cuius introitū ꝓsperitas aliqua sit consecuta. vel melius: quoniā φανιζω est appareo. i. apparitorē vulgariter dicerent: qui ex voto ⁊ desideratus tandē appareat.

Pharmacū pe. cor. Greci φαρμακον mediū verbuꝫ qđ ꝓ veneno ⁊ ꝓ medicamento accipi potest. Unde Caius iurisconsul. Qui pharmacum dicit debet addere bonum vel malum.

Pharmacopola: penul. ꝓ. dici potest vnguētarius qui pharmaca. i. venena vel medicinas venditat: quales sunt qui vulgo herbarii vocantur. Cōponit̄ enim ex pharmacon et πωλεω vendo. Hora. in Ser. Ambubaiarū collegia pharmacopole.

Pharmacodes: odor medicamenti.

Pharmacuse sunt due insule exiles iuxta Atticā regionem in mari salaminaco: in quarum altera vt inquit. Stra. lib. ix. sepulchrum cyrces visitur.

Pharaones appellantur egypti reges qđ cognomen fuit dignitatis: vt scribit Euse. Et vt docet Joseph⁹ libro. viii. antiqui. Pharaonis nomen ſm egyptios significat regē. Et reges cū primū ꝑueniebāt ad imperium hoc nomen accipiebant.

Pharmaceutice: Grece φαρμακευτικη medicina ꝓ medicamentis curat. Nam veteres tria medicine genera fecerunt. Empiricem que solum experimentis constat εμπειριεν eīn greci experientiā vocant. Lacraleptricen que vnguentis ⁊ Clinicen que victu ⁊ venenis corporib⁹ medetur. Sunt tamē qui clinicen in duas partes diuidant. Unam Dietiticen qua victu medetur. Altera pharmaceuticen.

Phare numero plurali: vrbs in creta a Misenijs condita. Habent̄ alie in Missenia ⁊ alibi.

Pharia a Ptolomeo Plinioqꝫ a Strabone ꝓo pharus insula contra dalmaciā ⁊ Jaderā que nūc vulgo Lisna illyrico sermone dicitur. Est ⁊ vrbs in ea a qua pharienses populi.

Pharos olim insula egypti oblonga paruaqꝫ cōtra nili ostia: nunc continenti cōiuncta que portuꝫ alexandrie efficiebat: sic appellata a nauclero Menelai ibi sepulto: cum fuisset ibi ab aspide interemptus. Luc. Pharos insula quondam: In medio stetit illa mari. In ea turris ingens in petra posita que mari circūluitur: albo lapide octingentis talentis a philadelpho Ptolomeo rege Sostrati Gnidi architecti Alexandrinorum amici opera posita fuit ob salutem nauigantiū: que nomen ab insula accepit. Scribit Solin⁹ ab hac pharos turri pharo vocari machinas in portubus ad prelucendi ministeriū fabricata quoniā ex hac pharo Alexandrina dirigebantur nocturnis facibus accensis. Papi. Lumina noctiuage tollit pharus emula lune. Scribit Egesippus lib. iiii. a grecis latinisqꝫ pharon appellari ex ipsius rei vsu: eo ꝙ longe videat̄ a nauigantibus tanq̄ phanos qđ significat lucidum imutata littera pharos dicatur. In hoc Alexāder nouam vrbem condere statuit: sed cum magne sedis capax non esset ex illius aduerso cōdidit Alexandriam. Hinc Pharius a um.

Phariseus nomen secte Judeorum religiose: erant eīn apud iudeos tres secte: Phariseorum: saduceorum ⁊ essenoruꝫ. A phariseus fit pharisaicus a um. Hieronymus contra Uigilium. Quasi sepulchra pharisaica foris dealbata.

Pharsalici: campi thessaliç in quibus ciuiliũ bellorum detonuerũt ꝓcelle: a pharsallo oppido appellati: qđ sitũ est in ripa fluminis Enipei a quo pharsali dicti Sunt qui pharsaliã ꝓuinciã dicãt a pharsalo duce q̃ primo emathia ab emathio. postea Thessalia a thessalo: deinde a Macedone macedonia. Postremo a Philippo rege campi philippici.

Pharnax acis: penul. cor. nomẽ ꝓprium Mithridatis filij. Luc. Ne pharnacis arma relinquas Tigranẽq; meũ. Hic a Cęsare: vt L. Florus scribit vno ꝛ nõ toto prelio more fluminis obtritus est.

Pharetra penul. cor. vbi sagitte reponunt̃ a φερωκᾶι ϑοαι μα. Et qui eã ferũt pharetrati dicunt̃.

Pharusij: populi in africa versus oceanũ occidentalẽ.

Phase hebraice: latine trãsitus dicit̃: q: tunc ex egypto in patriã remigrauere iudei.

Phaise: g duplex is. a grecis palumbi dicunt̃.

Phasceolus phasilus siue phaselus seu etiam phasceolus vel phasilus genus leguminis. Col. li. ij. Ab hoc recte phaselus terrę mãdabit̃ vel in veterano vel melius pingui ꝛ restibili agro. Idem Phasceoli modij quattuor obruũtur totidẽ operis.

Phasellus. Uide in dictione Fasellus.

Phasma atis: latine apparitio monstrũ visio dicit̃.

Phasis is vel idis. Colchorum pregrandis fluuius de quo Luc. Colchoꝝ rura facit ditissima phasis. Hic vt Ambro. lib. Hexa. scribit de septentrionali parte caucaseis mõtibus fusus cũ plurib⁹ alijs in euxinũ se ꝓcipitat mare. Pli. lib. vj. Nauigat̃ phasis ꝗlibet magnis nauigijs. xxxviij. M. d. p. Inde minoribus longo spacio pontibus centũ viginti peruius. Grece etiã phasis: latine fama dicitur.

Phasiani: aues notę a phasi fluuio ad nos traducti ab argonautis. Nãq; ex ea regione in gręciã transporta te sunt. Mar. Argos primũ sum transportata carina. Ante mihi notũ nil nisi phasis erat. In hãc autem Itim Terei filiũ mutatũ Mythici fabulantur.

Phasianarius qui phasianos pascit. Paul. Iurecon. Phasianarij aũt ꝛ pastores anserũ nõ ꝯtinent̃.

Phedon atheniensis in cõuiuio a triginta atheniensiũ tyrannus necatus fuit. Huius filię virgines erãt quę vt virginitatẽ seruarẽt morte inuicem se complexe in puteũ se pręcipitauerũt. Fuit ꝛ alius hoc noie philosophus Eliensis Socratis auditor ingenio liberali Qui vt quidã scripserũt seruiuit lenoni perinde quasi meritorius puer: questuariũq; mancipiũ eũ Cebes socraticus emisse dicitur: habuisseq; in philosophorũ disciplinis atq; in postea philosophus illustris fuit. Cuius nomini Plato librũ de imortalitate aie dedit ꝛ alio noie phedon inscribitur.

Phegor lingua hebrea Priapus appellatur: vt inquit Hiero. contra Iouianum.

Pheneum: oppidum in arcadia. Pheneus vero amnis in alpheum defluens.

Phere vt ait Stra. Pelasgicorũ camporum terminus ad Magnesiam qui vsq; ad peliũ montẽ porrigunt̃ Emporium phere habent pagasas: quo ex loco Pelios Iasonem ac nauem argo emisit. Unde Pagaseus ꝛ phereus appellatus fuit. Fuit tamen alius Iason phereus tyrãnus. Sed de thessalo Iasone intellexit. Cice. lib. j. offi. cum dixit Phereum Iasonem ceteris anteponunt.

Pherecides penul. cor. philosophus ꝛ poeta tragicus ex Syro insula. Floruit regnãte Seruio Tullo apđ romanos: vt Cice. lib. j. Tusc. refert. Hic primus dixit animos hominũ esse sempiternos. Primus scripsit soluta oratione: vt Apul. in floridis auctor est: repudiato versuũ nexu: quẽ Pythagoras magistrum coluit. Periit pthiriasi: hoc ẽ pediculari morbo. De quo Sere. Sed quis nõ paueat pherecydis fata tragedi Qui nimio sudore fluẽs alalia tetra ẽduxit Turpi miserum quę morte tulerunt.

Pheretrum. Uide in dictione Feretrum.

Phiala penul. correp. vas vini vel aquę plerũq; ex auro cõflatum. Omnia eñ vini vel aquę vasa phiale dici possunt. Unde Iuue. Aurea vocat phialas dicẽs. Uirro tenet phialas: tibi non cõmittitur aurũ: hoc est vasa aurea quę Uirroni commendata sunt. Greci απο του πινειν πειοφ id est a bibendo.

Phidias statuarius clarissimus qui Mineruę statuam egregie fabricauit amplitudine cubitoꝝ. xxvj. q̃ ebore ꝛ auro constabat. In cuius scuto Amaçonum prelium celauit ꝛ deorum gigantiũq; dimicationem In soleis lapitharum ꝛ centaurorum. A Plinio dictus est artifex nunq̃ satis laudatus. De quo Quintil. li. xij. phidias dijs q̃ hominibus efficiẽdis melior. In ebore vero longe citra emulum vel si nihil nisi mineruam Athenis: aut olympiũ in helide Iouem fecisset Hinc phidiacus a um: penul. cor. Prop. Phidiac⁹ signo se Iupiter ornat eburno.

Phidicia cenationes lacedemonij seu cõuiuia nominabant siue ꝙ philias. i. amicitie causa instituta sint: siue potius a parsimonia φειδωμαι enim significat parco ꝛ abstineco φειδω parcitas ꝛ parsimonia. φειδωλοσ parcus. Unde ꝛ phidicia conuiuia de parca ꝛ frugi. Cicero libro Tus. Quid victuꝫ lacedemoniorum in phidicijs nõne videamus? Conueniebant enim ad phidicia conferentes singuli farinę modium vini choros octo casei quinq; minas: ficum quinq; semis minas.

Philos latine amor siue amicus. Philetus amabilis.

Philanthropos penul. pro. latine humanus. i. amans homines. Quo nomie dictũ est lapꝫ genus qđ vestibus hominũ adherens eos amare videtur. Philantropia humanitas. i. amor erga homines.

Philandros: amans virum.

Philadelphus: amator fratris. Philadelphia fraternitas amor fratris. Et philadelphia nomen ciuitatis in mysia regione asię terremotibus concussa cuius incole in agris magna ex parte degebant. In hac fuit vna ex septem ecclesijs. Supra philadelphiam orientem versus exusta regio patet stadijs longa quingentis: quadringẽtis lata: vbi nulle arbores preter vitẽ inueniũtur quę exustum vinum fert ita elegãs vt nulli cedat. Summa camporum facies cinerulenta est: montana petrosa et nigra. Quidam ex crebro fulminum ictu id contigisse arbitrantur: nec dubitant quę de Typhone dicuntur hoc in loco fabulari. Sed credibilius est subterraneum ignem qui postea defecerit regionem exussisse.

Philaretus: propriũ nomen viri: ꝛ latine amator virtutis dicit̃. Grece eñ αρετη virtus dicitur.

Philargyria ex argyrion quod apud nos argentum significat componitur ꝛ auiditas argenti siue auaritia transfertur.

Philalethes veri amator latine dicitur.

Philocalus dici põt amor boni vel mũdus politus elegãs Philocalia amor pulchritudinis.

Philomella nomen mulieris pandionis filię atheniensis regis ꝛ sororis prognes quę cũ a Tereo compressa fuisset tandẽ vt est in fabulis deoruꝫ miseratione in auem sui nois conuersa fuit: quę ꝛ Luscinia dicitur. Nec cessat deflere cantu dulcissimo iniuriam quã passa est: ꝛ interpretatur amabilis.

Philorcium femine propriuꝫ per amatoriam adulationem dictum.

Philo philosophus hebreus qui de sapientia librũ scripsisse dicitur: fuit ꝛ alius philobiblius: vt Eusebius li. euange. preparationis testatur hos Porphirius lib. iiij. magnis laudibus decorauit.

Philosophia amor et affectatio sapientię: sophia sapientia dicitur. Hęc sciētia diuiditur in tres partes: in moralem: in naturalem ⁊ rationalē. Prima cōposuit animū. Secunda rerum naturam scrutatur. Tertia proprietates verborū exigit ⁊ structuram. Moralis grece ethica dicit. De qua Seneca Philosophia animū format ⁊ fabricat: vitam disponit: actiones regit: agēda ⁊ omittenda demonstrat. Sine hac nemo securus est. Hęc amplissima artium dicitur. Apul. disciplinā regalem appellat: tam ad benedicendum ꝙ ad bene viuendum repertā. A philosophia fit philosophus amator sapientię. Philosophicus a um. Philosophaster: philosophorū imitator. Philosophor aris Cice. lib. j. de natura deoꝝ. Et cum minimi videbamur: tū maxime philosophabamur.

Philesius: cognomē Apolinis. Greci φιλησιον amabilem dicunt: quia lumen eius exoriens amabili veneratione oculorū consalutamus.

Philippus: nomen viri proprium ⁊ latine equorū amator bellicosus dicitur. Quo nomine dictus est Alexādri magni pater: ⁊ romanorum imperator qui prim⁹ ex romanis imperatoribus christianus fuisse phibet.

Philippi ciuitas Thracię quam philippus macedonū rex ędificauit: ⁊ a nomine suo philippos nominauit. Virg. Romanas acies iterū videre philippi. Hinc Philippicus a um: vt Campi philippici. In campis philippicis primo Cesar et Pompeius: Postea Augustus et Brutus cum Cassio dimicauerunt. Hinc etiam Philippensis ⁊ hoc philippense: vt Philippenses ciues et philippense bellum: quod apud philippos gestum est.

Philippei siue philippi sunt aurei numi preciosi quorum apud Plautum frequēs mentio est: vt in penu. Hic sunt numerati aurei trecenti numi qui vocantur philippei.

Philosarca: amator carnium. Hiero. Nos simplices ⁊ philosarcas. i. amatores carnium.

Phologus: amator verborum vel studij.

Philolaus: nomen viri proprium: et latine amor populi dicitur.

Philopon⁹: amator laborꝭ. Philoponia amor laboris

Philosomatos: amator corporis σωμα greci dicunt corpus quasi σημα id est anime sepulchrum: tanꝙ ibi sepulta sit.

Philopsychia: cupiditas vitę: philopsych⁹ cupid⁹ vitę.

Philotimos: honorum cupidus.

Philetęrus: amans amicos.

Philoleutheros: amator libertatis.

Philéremus: amicus solitudinis penul. pducta

Philocharis: carus amicus.

Philogathus: nomen viri proprium: quo significatur benignitas.

Philocompus: amator iactantię.

Philoctetes tis vel te nomen peantis filij et Herculis comitis: quasi amoris possessor. Proper. Tarda philoctete sanauit crura machaon.

Philomathes: discendi cupidus. Philomathia amor discendi.

Philopolites: amor patrię.

Philostorgus: amic⁹ beniuolus necessari⁹. Philostorgia indulgentia amor parentum.

Philonicus. iurgiosus contentiosus: victorię amator.

Philtra: latine amatoria genus veneni amorē ⁊ vt plurimū insaniam ingerentis φιλτρον enim apud nos amatorium dicitur. Ouidius lib. ij. de arte. Philtra nocēt animis: vimꝗ furoris habēt. Iuue. Hic thessala vendit philtra quibus valeat mentē vexare mariti

Philo nomen philosophi academie principis cui se totū tradidit Cicero vt ipse in Bruto testatur admirabili quodam philosophiam studio concitatus: cū ille in bello mithridatico domo fugisset romāꝗ venisset.

Philohistoricus: amator historiarum. Hiero. ad pauli. Quātus inter quattuor pphetas temporum consci⁹ totius mūdi philohistoricus lapidē precisuꝫ de monte sine manibus claro sermone pnūciat.

Philoxous grece φιλοξουσ nimis cupidus vitę.

Philenus vinosus amator vini potator.

Philoxenus hospitalis. Philoxenia hospitalitas.

Philodulus pe. pro. amator seruorum.

Philopes puerarius: pedico: amator pueroꝝ.

Phimosis dicit cum glans mēbri virilis ita tegitur preputio vt nudari non possit.

Phison nomen fluuij: qđ (teste Iosepho lib. j.) significat inūdationem: qui eductus in Indiā in pelago late diffunditur: qđ Geta nuncupatur a grecis. Hic circuit omnē terram Euilath: vbi est auruꝫ terrę ibi carbunculus ⁊ lapis preciosus.

Phillon per duplex ll. latine folium dicitur vna littera detracta. Hinc pentaphillon: melāphillon platiphillon ⁊ huiusmodi multa.

Philon per simplex l. significat gentē: genus: nationē.

Philarchus latine princeps gentis.

Philira pe. cor. proprie arbor quā latini Tiliam vocāt. Quis alij dicant esse mēbranaꝫ tenuissimam inter corticem ⁊ lignum tilię. Ex hac arbore fiebant corone: ꝙ in magno honore apud antiquos fuerunt. Horatius libro. j. car. Displicent nexe phylira corone. Ouidi⁹ libro fas. Ebrius incinctis phylira conuiua capillis. Pli. vero lib. xxiiij. accipit phyliras pro capillamentis filisꝗ tenuissimis: phylira inquit croci nimium salem cibis eximunt. Et lib. xiij. Preparantur ex papyro charte diuise acu in p̄tenues: sed ꝗlatissimas phyliras. Mar. lib. de nup. philologie accipit phyliram p mēbrana tenuissima. Cuius hęc verba sunt. Libri in phylire cortice subnotati.

Phylura idem qđ phylira. s. membrana ⁊ tenuissimuꝫ capillamentum.

Phylaca penultima. cor. locus custodię: hoc est carcer. Plau. Illuc est abductus recta in phylacā: vt dignus est. Philacista carceris custos.

Phyllis nomen lygurgi thracum regis filię: quę demophoonta thesei filium ex troiano bello redeuntē amauit: ⁊ in coniugium suum rogauit. Ille ait ante se ordinaturum rem suam: ⁊ sic ad eius nuptias reuersurum. Profectus itaꝗ cū tardaret phyllis et amoris impatientia ⁊ doloris impulsu ꝙ se spretam esse credebat: laqueo vitam finiuit: ⁊ conuersa est in arboreꝫ Amigdalū sine folijs. Postea reuers⁹ demophoon cognita re eius amplexus est truncum qui velut sponsi sentiret aduentum folia emisit. Unde etiam phylla sunt dicta a phyllide quę ante petalia dicebantur. Est ⁊ phyllis amnis bithynię: a quo phylli phyllienses ꝗ dicuntur: vt inquit Strabo.

Phima atis: genus tuberculi mollis: furunculo rotundioris planiorisꝗ: qđ in pus cito conuertitur.

Physis latine natura dicit: a quo phisicus naturalis: Phisica oꝝ naturalia vt phisica Aristotelis. Unde et metaphisica supnaturalis.

Physiologus de naturis disserens. Hiero cōtra Ioui. Legamus physiologos ⁊ reperiemus turturis hāc esse naturā: vt si parē pdiderit: alteri nō iungat.

Physionomia naturę regula. Nam id verbū significat mores naturasꝗ hominū cōiectione quadam de oris ⁊ vultus ingenio sciscitari.

Physeter eris: pe. produ. genus piscis marini admirabili magnitudie φυσαω spiro vł sufflo. Uñ Ruffus in arato. Delphinos virides ⁊ physeteras anhelosi.

Phygethlon vt inquit Cor. Cel. tumor est non altus: latus: durus: rubicundus cum vehementi inflāmatione punctioneꝗ ac mēbrorum distentione: neꝗ mature

ris magnopere in pus conuertitur.

Phyton sine h in secunda p̄ꝛcið qð capitur ꝓ re locata vulgus fictum appellat. Inde emphytiosis phiton etiam latine planta Phython cuz th. in vltima signi ficat serpentem.

Phlanates populi sunt: a quibus nomen sinui est indi tum quē modo naute quernariū appellant: Alij car nariū propter naufragia procelloso ferme semꝑ trāsi tu. In recessu eius Senia vrbs: cuius a tergo specus sunt: vnde vehementes nulla fere nō hora venti pflāt eaqꝫ res infamē sinum eum reddidit. Dicti phlanates ab oppido phlano: vnde sinus omnis hic phlanonicus vocatur qui a Pola colonia Jaderam vsqꝫ diffunditur.

Phlebotomia: incisio vene quē fit ad sanguinē minuendum sedandi feruoris gratia φλεψ em latine vena. phlebotomū ferrū quo vena secatur

Phlegmon latine inflāmatio quotiens sanguis vtilis ꝛ mediocriter crassus fertur subitus in aliquam corporis partem: sed flegma pituita.

Phlegethon fluuius infernalis flāmis ęstuantibus rapidus φλεγω ardeo. Virg. Que rapidus flāmis am bit torrētib⁹ amnis Tartareus phlegethō torquetqꝫ sonantia saxa. Hinc phlegetontheus a um.

Phlegma atis: pituita. Inde plegmaticus qui ex phlegmate laborat. Phlegma vt inquit Aug. lib. xj. de ciuita. dei. In capite domicilium habet

Phlema dicitur cum ex labore vix sanguis defluit circa talos.

Phlegonitis lapillus ꝙ in eo flāma quedam intus ardere videatur.

Phlegyas Martis filius rex laphitarū in thessalia pater Ixionis ꝛ Coronidis: a quo phlegię populi thessalię sunt cognominati.

Phlegrei cāpi duo fuere alter in grecia a phlegra thessalię valle: vbi gygantes cum celestibus pugnauere. Vel απο του φλεγειν quod ē vrere atqꝫ inflāmare qm̄ terra preliorum concitatrix est: dum ibi gygantū bellum exarsit. Alter in campania prope Cumas: in quo Hercules cum his ꝓeliū cōmisit. De quo Strabo libro. v. scribit. Fortunatus erat ꝛ campus nomine phlegreus: in quo non a gigantibus gesta fabulę deuulgāt: Ita dictus a colle qui olim plurimū ignis euomebat: quem Vesuuium scriptores appellāt. Ex hoc Hercules existimatur sicut Diod. meminit gygantes fugasse.

Phlegmones inflāmationes siue colletiones: quas et impetus nostri vocant.

Phleos herba palustris ad nexus vtilis: ex qua phloine vestes ab herodoto etiam dicuntur.

Phlyctena latine pustula: quarū tria sunt genera. Exantemata quę Ply. eruptiones pituite et papulas appellat. Psidracion paulo durius est ac subalbidum ꝛ acutum. Epinctis que tertium discrimen est.

Phlius untis: est vrbs in medio sycionij argiuiqꝫ agri vbi religiosissime colebatur hebe. Castellum phlium nominat Plinius.

Phoca piscis bos marinus a sono mugitus. Virg. lib. iiij. Et turpes pascit sub gurgite phocas. Hic corio ꝛ pilis tectus parit in terra pecudū more: canuz modo coit. In somno mugit: a quo pręcipue vituli nomen accepit. Fuit et nomen impatoris Romanorū.

Phoce es: oppidum boetię.

Phocea vrbs minoris phrygię vt inquit Ptolemeus: athenienssum colonia: vnde profecti sunt qui massiliam apud Gallos non procul a rhodano condidere. Dicta phocea ꝙ vituli marini magno numero comparuissent vrbem condentibus. Est et in charia phocea mōti mycale apposita. Ab hac phocēses: vt a grecorum phocide phocenses. Ab vtraqꝫ phocaicus. Unde muricem phocaicum. Ouidius posuit a phocea non procul a sardibus.

Phocees populi Ionum: qui primi longis nauibus ꝑm Herodotum vsi sunt.

Phocis parua grecorum regio: vbi oraculum delphicum. Luca. lib. v. Massaliqꝫ sue donat libera phocis. In ea em̄ est oppidum Delphi ex helicone monte. Fons Castalius ꝛ Cephisus amnis ꝛ mōs parnasus: in quo Apollinis templum. Hinc phocides et phocei dicti sunt qui massiliam condiderunt. Hos Varro scribit trilingues esse: ꝙ grece et latine ꝛ Gallice loquantur.

Phocion atheniensis vir clarus: cognomento bonus pauper. Fuit enim semper pauper cum ditissimus esse potuisset propter frequentes ei delatos honores. Hic neqꝫ ridere neqꝫ lachrymare ab vllo nunq̄ est visus. Et in concione cum quis dixisset. Cogitabundus videris o phocion. Recte coniectas. Cogito enim si qua valeo in his breuitate vti quę apud Athenienses dicturus sum. Huic cum legati philippi Macedonum regis ingentia munera offerrent hortarenturqꝫ vt ea acciperet: Quis enim ipse facile his careret: liberis tamen eius essent necessaria: quibus difficile foret in summa paupertate ad paternā gloriam peruenire. Si mei inquit similes erūt: idem hic agellus alet illos qui me ad hanc dignitatem perduxit. Si dissimiles nolo meis impensis illorum ali: augeriqꝫ luxuriam.

Phebus Apollo qui Iouis ꝛ Latone filius fuit eodez partu cum Diana genitus: quę et ipsa phebe vocitata est: diuinatiōis et sapientie deus a poetis existimatus et medicinę repertor. Dictus phebus quasi φωσβιοσ ab φωσ ꝛ βιοσ id est lux vitę.

Phebas adis: fatiloqua ꝙ phebei numinis concepto afflatu fureret ꝛ agitaret in baccāthis imaginē. Sidonius. Nec sit intortū violate phebados vltrix in danaos fulmen iecit.

Phenix agenoris filius Cadmi frater qui phenicibus imperauit: a quo phenicia: ꝛ phenix arbor palma: et color ruber: a quo phenicceus a um: vt color phenice⁹ quod et phenicium dicitur id est purpureum. Similiter phenix auis a purpureo pennarum colore dicta: toto orbe celeberrima in arabia nascens: aquile magnitudine quę annis sexcentis ꝛ sexaginta viuere dicitur generis tam masculini q̄ fęminini. Hiero. in expositione symboli. Quid mirū videt̄ si virgo conceperit cū orientis auē quē phenicē vocāt in tantū sine cōiuge nasci vel renasci ꝯstet: vt semꝑ vna sit: ꝛ semꝑ sibi ipsa nascēdo vel renascendo succedat. Idē ad ꝑsidiū. Phenix auis est in India ꝛ per quingentos annos de lybano implet se aromatibus: et sic nidificat ꝛ indicat sacerdoti Helyopolitano mensę famenoth aut famurth. Implet aram sacerdos sarmentis ꝛ ibi confert phenix aromata et electrum are imponit. Et primo solis ortu phenix quidem mouet pennas. Solis vero calore accenditur electrum: ꝛ sic exuruntur aromata ꝛ ipsa phenix incenditur. Crastina die de cinere gignitur vermis: secūdo pennas affert: tertio ad antiquam redit naturam ꝛ sic ad sua loca reuertitur. Ambro. lib. Hexa. Phenix auis in locis Arabię phibetur degere: atqꝫ ea vsqꝫ ad annos quingentos longeua ętate procedere: q̄ cuz sibi finem vitę adesse aduerterit: facit sibi thecā de thure ꝛ myrrha: ꝛ ceteris odoribus: in quā impleto vitę sue tēpore intrat et moritur: de cuius carnis humore vermis exurgit: paulatimqꝫ adolescit: ꝛ processu statuti tēporis induit alarum remigia atqꝫ in superioris auis speciem formam reparatur. Est et phenix nomen fluuij in thessalia in asopum fluentis. Et phenix qui ex phenicia est populus quem Josephus scribit inuenisse grecas litteras.

Unde Lucil. Phenices primi (fame si creditur) ausi Mansurā rudibus vocem signare figuris.

Phenicia regio i syria a phenice rege sic vocata Iudee cōtermina. In ea sunt Tyros ⁊ Sydon vrbes. Carmelus ⁊ Libanus montes in quo thura legunt.

Phenicium color rubens. Hiero. in expositione psal. Si fuerint peccata vestra sicut pheniciū velut niuem dealbabo. Nam greci φοινικον phenicium vocāt.

Phenissa mulier ex phenicia.

Phenicis idis: purpura pānus rubeus. Phenice⁹: puniceus ruber.

Phenicopterus penul. cor. auis rubentes pennas habens grece vocāt phenix rubrū ⁊ πτερον alam Iuuena. Et scytice volucres ⁊ phenicopterus ingens.

Pholus fuit vnus ex cētauris Ixionis ex nube filius.

Pholoe mons arcadię syluosus: De quo Luc. lib. vij. Scilicet ipse petet pholoen petet ignibus ethon.

Phonascus vocis pnūciationisq; magister ⁊ moderator dictio greca. Quintil. lib. x). Sed cura nō eadem oratoribus que phonascis. Sue. de Aug. Pronūciabat dulci ⁊ proprio quodam oris sono: habebat et assidue phonasco operā. Is enim vocem intorquere remittere/lenire/exasperare docebat. Fracto nomine a verbo φωνεω: quod significat loquor.

Phorcys huius phorcys et phorcyn phornicynis nomen neptuni filij.

Phosphorus penul. cor. latine lucifer stella.

Phragmon nomen statuarij et pictoris egregij sicut et polycletes.

Phrasis eloquentie corpus: ⁊ dicendi modus Dicta a φραζειν qđ est fari et disserere. Hiero. in prolo. lib. Regū. Secūdus grecus est qđ ex ipsa phrasi probari pōt. Quintil. Macer ⁊ Lucretius legendi quidē: sed nō vt faciāt phrasin. A phrasis fit theophrastus.

Phrenitis morbus ledens mentē ⁊ ad insaniā furoremq; deducēs απο του φρενοσ id est deturbatio mentis. Inde phreneticus q̄ eo vitio laborat. Apud Iuuena. phrenesis penul. pro. legitur. Cum furor haud dubius cuꝫ sit manifesta phrenesis. Aliter Serenus protulit. Ex vitio cerebri phrenesis furiosa mouetur. Amissasq; refert frendens amentia vires.

Phronimos latine prudens: phronisis prudentia. Cicero libro. j. offi. Princepsq; omniū virtutum est illa sapientia quam greci sophiam vocant. Prudentiam enim quā greci phronisin dicunt aliam quandam intelligimus: que est rerum expetendarum fugiendarumq; scientia.

Phrygia regio minoris Asię a phrygio amne: qui eā a Caria diuidit. Vel a phrygia cecropis filia vbi Dardania a Dardano Iouis filio. Inde a Troe Erychthonū filij Dardani filio Troia in qua Ilion. Due tamen feruntur phrygie. maior scꝫ ⁊ minor que Epictetus dicta fuit. Phryges christianam fidem tenuerūt diu. Sed emersit apud eos montanus qđdā qui se paraclytum nominauit gentemq; illam infecit: cum quo mulieres Prisca ⁊ Maximilla relictę viris suis incedebant: ⁊ illius inspiratione prophetisse dicebātur: multisq; erroribus ⁊ phrygiam ⁊ vicinas regiones impleuerūt. Phrygia ab aquilonis parte est Galacie collimitata A meridie Licaonię pisidie mygdonieq; contermina. In ea est Ida mons et tmolus et pactolus fluuius. Ex ea fuit sibylla nona quę sic vaticinata est. Tuba de cęlo vocem luctuosam emittet: tartareum chaos ostendet dehiscens terra. Venient ad tribunal dei reges omnes. Deus ipse iudicabit pios simul et impios: tunc demum impios in ignem ⁊ tenebras mittet. Qui autem pietatem tenent iterum viuent.

Phryx gis: generis masculini pro eo qui est ex phrygia Hiero. Compelle phrygē ⁊ ponticū: vt locustā comedat. Dicit ⁊ phrygius a um. Virg. lib. ix. de mulieribus loquēs inquit. O vere phrygię.

Phrygiones qui acu pingūt: vel qui vestes acu auro interunt. Phryges enim primi inuenere talem texturā Pli. lib. x. Pictas vestes iam apud Homerū fuisse video. Vnde naute triumphales acu facte: id phryges iuuenerunt. Ideoq; phrygiones appellati sunt. Idem appellat dardanū aurum.

Phthia ciuitas thessalię a qua phthi⁹ ⁊ phthiota. Vn̄ achilles phthius dictus est. Ouidius. Quā sine me phthiūs canescant equora remis. Et videam puppes ire relicta tuas.

Phthiotis idis dicta est vna ex quattuor thessalię partibus: vt inquit Strabo.

Phthiriasis morbus pedicularis ἀπὸ του φθειρων qđ est pedes ⁊ pediculos vocamus. Vnde phthirophagi dicti sunt populi solis piscibus viuentes a tenuitate victus quasi pediculis vescantur. Hij sunt iuxta pontum euxinum. Hoc morbo extinctus est Silla dictator ⁊ Pherecydes poeta

Phthisis tabes morbus quo pulmonis exulceratio fit ex pituita a capite distillante απο του φθιειν qđ est tabescere. Vnde phthisici vocant. Sunt q̄ phthisin phthonem quoq; appellent: sed illud genus maxime quo sanguis reijcit: quali morbo laborasse theopompum ⁊ ab Asclepio curatum tradunt.

Phthongus sonus vnde diphthongus quā ob causas phthongus ⁊ harmonia in cęlo dicūtur. Vide Ptolemeum libro. iij. harmonice institutionis οτι φθεγ γομαιεστι τοαυ λαω ευθεν οπθογγοσ παραγεσαι φ autem pythagoram dicunt aliqui primū inuenisse cęlum harmonia volui an alij Suidas noster explicat.

Phucus animal volatile paruū: a phago comedo. Vide in dictione fucus.

Phut inde phuteci: vt Iosephꝰ scribit mauritanię populi. Fuit autē phut Chame filius: cuius pater Noeus Ita enim a grecis vocari dicitur: quem hebrei Noe dicunt: vel potius chanoch.

P Ante I

Piaculum sacrificium cultus ⁊ quicquid agitur seu pręhetur pro sacrificatione peccati. Virg. Ea prima piacula sunto. Hora. lib. car. Teq; piacula nulla resoluent. Hoc est nullis hostijs te expiabis. Aliquando dicit crimen flagitium. Hiero in libro Iudi. Nunq; tantū nefas ⁊ tam grande piaculum factū est in israel Virgilius libro. vj. Distulit in seram commissa piacula mortem.

Piare significat colere. Plau. Vbi piem pietateꝫ si isto more morata tibi postulem placere. Quandoq; contaminare: polluere: qđ ⁊ impiare dicitur: quemadmodum sacrum ponitur pro execrabili. Quandoq; pie amare. Neuius. Nemo est qui magis suos piet liberos. Aliqñ purgare Virg. Et culpam miserorū morte piabūt. Huius verbi composita sunt expio: qđ est purgo. Impio: contamino. Hiero. in prolo. Aggei. Sed cum memoratus populus multis temporibus idolis seruiēdo etiā effusionē sanguinis innocentiū se grauiter impiasset. lxx. annorum captiuitatē eundem populū statuit sustinere.

Piatrix sacerdos: quę expiare solita erat.

Piamen seu piamentum erat id quo in expiando vtebātur. Est tamen dictio magis poetica q̄ oratoria: nam grandis est differētia de vsu dictionū/que varijs scribendi generibus conueniant. alijs vtitur satyricus: alijs orator: alijs historicus.

Piaculare qđ ad satisfactionem peccati pertinet. Liuiꝰ lib. j. Itaq; vt cedes manifesta aliquo tū piaculo lueretur imperatū patri vt filiū expiaret pecunia publi

ea. Ie quibusdam piacularibus sacrificiis factis que deinde genti horatie tradita sunt. Piacularia tristis per que malũ fieri opinabantur. Nam a superis felicitatẽ. ab inferis diis infelicia dari censebant. Piacularia auspicia dicebãtur: que sacrificãtibus tristia portendebant: cuz aut hostia ab ara ꝓfugisset aut percussa mugitum edidisset: aut in aliam partez corporis q̃ oporteret cecidisset.

Piabile qđ purgari potest: cuius contrariũ est inexpiabile. Aug. sup Joannẽ. Uiderunt se ingenti crimine impietatis astrictos: quando illum occiderunt: quez venerari et adorare debuerunt: et hoc putabant esse inexpiabile.

Piens a pio as: cum significat pie amo. A quo pientior pientissimus. Piens tñ in vsu nõ est.

Pietas (inquit Cice. lib. artis veteris) est per quam sanguine coniunctis patrieq̃ beniuolis officium ⁊ diligens tribuitur cultus. Aug. vero sic. Pietas ꝓprie dei cultus intelligi solet quã greci Eusebian vocant. Hec tñ ⁊ erga parentes officiose haberi dicit. More autem vulgi hoc nomen etiam in operibus misericordie frequẽtatur. Qđ ideo arbitror euenisse: qr hec fieri precipue deus mandat: eaq̃ sibi vel pro sacrificiis: vel pre sacrificiis placere testatur. Ex qua loquẽdi consuetudine factum est: vt deus ipse dicatur pius quem tamen greci nullo suo sermonis vsu eusebian vocant: q̃uis eusebian pro misericordia illorum etiã vulgus vsurpet. Huius contrariũ est impietas: q̃ ab iniusticia sic distingui solet: ꝙ illa in deum: hec dici in homines potest. Per illam contemplatione delinquitur: hac opere ⁊ factis peccatur. Pietas etiam a Romanis dea putata est.

Pius a um: quãdoq̃ religiosum significat. Uirg. Diis meliora piis. Quandoq̃ misericordem: benignum. Cice. Non secus in me pius q̃ pater in filios. Quãdoq̃ castum. Quintil. Et pios amores ac pudicos. Huius contrarium est impius. Existimo autem ꝙ deductũ sit a greco pius imutatiũcula q̃daz πραοσ ρατισι λεγεσθαι pius.

Picea genus arboris: quam Pli. li. naturalis historie: quintũ speciem cedri scribit esse.

Piceus a um a pix fit.

Pico as significat pice quicq̃ linio. Pli. lib. xxxvi. Sed vasa tuentur picando parietes: quoniam et tectoria calx proditur. Sciteq̃ dictuz est ad tecta eos pice ad vinum calce vti: quoniam sic musta condiunt. Huius composita sunt compico/et impico. Unde Col. libro. vii. Si dolore neruorum claudicat: oleo et sale genua poplites ⁊ crura cõpicãda sunt: donec sanent.

Picatus a um: qđ pice linitum est: seu conditũ vt vinuz picatum. Antiqui enim vinum pice condiebant: qđ picatum vocabant. Pli. Pice ⁊ resina condire musta vulgare Italie est. Erat ⁊ picatum aliud qđ sponte nature sue picis saporẽ recipiebat: et hoc in agro Ueiensi peculiariter nascebatur. Plinius. Iam inuenta vitis per se in vino picem habens respiciensq̃ veiensem agrum.

Picus auis parua vncorũ vngium: cauat arbores in q̃bus pullos educat: ⁊ scandit in subrectũ feliũ modo Dicta a pico Saturni filio: qui ei nomẽ dedit: vt docet Pli. libro. x. Et quoniam hec auis Marti sacra est: quandoq̃ picus martius dicitur. Picos romani veteres vocabant: quos greci gryphes vocant: belue quadrupedes auritiq̃: visu ⁊ forma terribiles corpore leonino: rostro/alis/pedib⁹ aquilis similes: habitare in hiperboreis mõtibus: in asiatica scythia feruntur: vbi aurũ ⁊ gemme nasci perhibentur: ibiq̃ tanta rabie in hoies desuiũt vt terrã ipsam inhabitabilẽ faciãt. Et quasi geniti esse videantur ad plectẽdam auaricie temeritatem. Plau. Pici diuites qui aureos montes colunt eos solus supero. Sed hoc vt multa alia fabulosum est. Fuit ⁊ picus rex latinorũ: fauni pater: ⁊ latini regis auus auguriorum peritissimus: ⁊ prim⁹ hac aue vsus est in auspiciis. Ouidius. Picus in ausoniis ꝓles saturnia terris.

Pica q̃uis femi. videatur a picus: longe tamen diuerse significatiõis est. Nã auis est magnitudine palũbe: alis vario colore ⁊ presertim ceruleo depictis humana verba ꝓferẽs. Mar. Pica loquax certa domină te voce saluto. Si me nõ videas esse negabis auẽ. Est ⁊ alis pica sub ventre alba: superius nigra: que varia appellatur.

Picenũ regio Italie in qua est asculũ a pico martio aue dicta: cuius ductu ⁊ auspicio sabini cum asculum ꝓficiscerentur in vexillo eoruz picus consederat. Nam sicut Strabo libro. v. scribit. Conditores picentium e sabinorum terra profecti sunt: a quibus orti sunt. Picenum quondam vberrime multitudinis. Nãq̃ trecenta ⁊ sexaginta millia picentium in fidem Romani populi venere. Ea nũc marchia anconitana dicitur. Incipit a Troento amne vsq̃ ad Isaurum fluuium: qui nunc folia dicitur. Et hinc apennino hinc mari supero terminat. Habet ciuitates pisaurũ: fanum fortune: senam gallicam: vrbinum anconam: camerinum: firmum ⁊ asculum.

Picenus a um nomen possessiuum: vt picenus ager.

Picens tis nomen gentile: vt homo picens ex piceno. Hinc picentinus a um.

Picra amara dicitur. Hiero. ad alga. Uidi ego nauseã ⁊ capitis vertiginez antidoto qđ appellatur πικρα id est amara sepe sanari.

Picturatus varia pictura exornatus ⁊ acu pictus. Uñ picturate vestes dicuntur nõ a picturo qđ non inuenitur: sed simplex participiũ vel participiũ tñ vox est Uirg. Fert picturatas auri subtegmine vestes.

Pierus penul. cor. nomen patris nouẽ picarũ. Ouid⁹ lib. v. met. Pierus has genuit pelleis diues in aruis

Pieria mons ⁊ ciuitas boetie: quã primus pierus illarũ pater edificauit musis sacer. Hinc pierides muse: ꝙ in pieria ex Ioue et mnemosyne nate sint vt inquit Strabo. Uel a pieria regione macedonie Emathis ante dicte a nemore ita appellata. Cui nomẽ est pieris. Et pieres populi sunt dicti: quibus extinctis macedones ea loca incoluere. A pieria fit pierius a um Unde pierium carmen. Muse autẽ suauissimũ viaticum ad labores vite. Unde Theocritus ουδεν ποτ τον ερωτα πεφυκει φαρμακον αλλο νικια ουτ εγχριστον εμοι δοκει ουδ επιπαστον η ται πιεριδες.

Piget piguit ⁊ pigitũ est. Stra. li. vii. Nec pigitũ paruosq̃ lares humilesq̃ subire. Dicit ⁊ pigeo ges: pigui ⁊ cõstruit cum accusatiuo: significatq̃ dolere seu molestũ esse: vt inquit Aug. quasi pigriciã significat: Nam cũ dicimus piget me fecisse: hoc est dicere non surgit meus animus ꝓbare qđ feci. Plau. in pseu. Id qđ pudet facilius fertur q̃ id qđ piget. Teren. in phormi. Quere obsecro ne plus minusve fuat: quod nos postea pigeat. Quãdo ṽo impersonale est construit a parte ante cum accusatiuo vel datiuo. Plautus. Non dedisse te pudet me: quia nõ accepi piget. Ouidius lib. ii. meta. Pigetq̃ actorũ sine fine mihi sine honore laborũ. Inuenit etiã pigẽdus: qđ est a pigeor verbo deponẽti. Differentiam inter pigere et pudere: Uide infra in dictione pudeo.

Piger tardus cuius contrariũ est impiger pro diligente: hinc pigricia pigricies: pigredo pigritudo: ⁊ pigritas ꝓ tarditate ⁊ ignauia. Cice. lib. iii. de rep. Numquid viri fortissimi fortitudo impigritas patientia? Et li. iiii. Tus. Que aũt subiecta sunt sub metu ea sic definiũt pigriciã metũ cõsequẽtis laboris.

Pigreo es. piger sum a quo pigresco et pigresio idem significantia.

Pigro as. detineo ac retardo. Acci⁹. Melius pigrasse q̃ properasse nefas.

Pigmenta sunt vnguenta quibus vtũtur puelle ad venustandã faciẽ, vt fucus. Per trãslationẽ ꝓo dicunt mẽdacia et fraudes: q2 nõ est naturalis color/sed artificialis. Cice. lib. ij. de ora. Tã integre sentẽtię: tam vere: tam noue: tã sine pigmentis fucoq̃ puerilũ vt mihi nõ solũ tu incẽdere iudicẽ: sed ipse ardere videaris. Accipit etiã qñq̃ ꝓ cõfectiõe ex diuersis speciebus suaui ⁊ odorifera. Hiero. Deniq̃ ⁊ hi quibus intellectus herbarũ est pigmentorũq̃ peritia ferunt quedã esse pigmẽta: quorũ si odorẽ ceperint nõnulla animalia continuo intereũt: alia vero eodem odore recreantur: vitamq̃ recipiũt.

Pigmentatus ta. tum. quod est pigmentis ornatum: Hiero. ad Paulinum. Totum flaccidum molle nitidum: atq̃ formosum: quesitis hincinde odoribus pigmentatum.

Pigmentarius qui facit vel vendit pigmenta. Hiero. in exo. Composuit et oleũ ad sanctificationis vnguẽtum ⁊ thymiamata de aromatibus mũdissimis opere pigmentarij.

Pigmentarius a. um. quod ad pigmenta pertinet.

Pignus oris. ⁊ eris. a pugno vt Caius de ꝟbo. signifi. inquit. Quia res que pignori dãtur manu tradũtur. Est ⁊ proprie quod creditori datur vt sit securus. Et hoc modo sepe dicitur cum aut munus nostrum: aut aliquid simile pignus esse amoris: et beniuolẽtie volumus. Virg. Ipse pater dextrã anchises haud multa moratus. Dat iuueni atq̃ animũ pręsenti pignore firmat. i. securum facit vt qui dat pignus. Vlp. inter pignus et hypothecã hoc differre scribit: ꝙ pignus dicitur cum ad creditorem trãsit: hypothetica cum non transit. Quoniã vero filij videntur tanq̃ pignora inter virũ et vxorem esse: tum vinculi ne alioquin forte diuortium fiat: tum charitatis: factum est vt pignora pro filijs capiantur. Nam vt inquit Amb. Cũ premium nuptiarum sit partus feminarum: merito mentes coniugales per filios veluti per quedã quasi pignora inter se arctius copulãtur. Ouid. Dulcia sollicite gestabãt pignora matres. Aliquãdo pign⁹ sumitur pro eo quod deponitur ab his qui simul decertant apud sequestrum. Virg. Tu dic mecum quo pignore certes.

Pignoro siue pignero pigneras: significat rem pignori do. Sue. de vitel. Atq̃ ex aure matris detractum vnionem pignerauit ad itineris impensas. Huius composita sunt oppignero: et repignero: de quibus alibi. Inuenitur etiam pigneror deponẽs in eadem significatione.

Pigneratitius a. um. ex supino verbi pignero nomen deductũ significat qđ pignori datũ est: vt res pignoratitia. Et pignoratitius vir: cui pignus capere licet. Vlp. Querit in pignoratitio creditore an pignoris persecutio denegetur.

Pilus ꝑma correpta: capillus. Nam ambo cõuertunt. Gel. Si ouiũ lacte hedi, aut caprarũ agni alerentur constat ferme in his lanam duriorem in illis capillũ gigni teneriorem: a quo pilo as. Est et pilus nomen generale. Nam pilum ꝓ capillo. Idem Pli. posuit: In capite inquit cunctorum animaliũ homini plurimus pilus. Pili lõgiores ac ꝓni in colla atq̃ armos vestientes iubę dicuntur. Pili vero crassiores rigidi: quales habent sues vocant sete. Pilus vero prima producta quod et pilũ dicit: telũ romanũ a perimẽdo dictũ quasi perilũ: vt inquit Var. Huius hastile erat pedum quinq̃ ⁊ semis: et ferrum trigonali figurę nouem vnciarum: a quo pilati dicuntur: pilę armati. Mar. Et pilata reddit iãq̃ subitq̃ cohors. Generaliter tamen pila. Var. auctore tela romana sunt: sicut gessa gallorũ: et sarisse macedonum. Hinc et primipilus dicitur cẽturio. Et prępilate haste: quę ferreas habent cuspides: quasi pręferrate. Propilatum dicitur vbi non est ferrum: si modo in mucronẽ exacutũ sit ad formã pili factum vt cornua locustarũ quibus natant. Preferratum vero pilũ in molendo propterea vocatur apud Pli. vt a pilo rudido distinguat ad molas videlicet: q̃s aqua versant vtili. Nec tam ꝙ sine ferro est: id nomen habet: q̃ꝫ ꝙ asperum impolitũq̃. Nam et ruidus panis appellat qui parũ coctus rugosusq̃ sit: q̃ꝫ rubidus fere scribit. Pręterea pilus siue pilũ a pinsendo: seu a pilumno: vt inquit Seruius instrumẽtum: quo quippiã in mortario teritur. Pli. lib. xviij. Quippe ⁊ ethruria spicã farris tosti pinsente pilo pręferrato: fistula ferrata: et stela intus denticulata: vt nisi intenti pinsant concidantur grana: ferroq̃ frangantur.

Pila pilę a pinso vas concauum: ꝙ antiqui siccata frumenta in pilas immissa pinsebant. Idem in eodem. Tundatur granũ eius in pila lignea. Similiter vasa illa concaua medicorũ vsui apta in quibus Typsane fieri solent pilę dicuntur. Item pila est colũna stans: quam gręci στηλην vocant a stando proprie stelas gręci appellant stantes in monumentis columnas. Apulei. lib. iij. me. Pila media quę stabilis trabes sustinebat. Festus. Pila quę parietem sustentat ab opponendo dicitur. Plinius libro xj. Ruẽtes ceras fulciunt pilarum instar interius a solo fornicatus vt sit aditus ad sarciendum. Item pila est qua luditur ab πιλεω ęquo: ꝙ forma spherica sit: quę omni ex parte ęqua est: vel a pilo qđ pilis impleri solet. Itẽ pila capitur ꝓ quacũq̃ re rotunda instar pilę lusorię.

Pilatim aduerbiũ a pila ꝓ colũna: significat per pilas. Vitr. Pilatim struunt edificia.

Pilula quasi parua pila. Plin. Nascuntur in eo pilulę nucibus nõ absimiles: intus habẽtes flosculos molles lucernarũ luminibus aptos. Idẽ Scarabeus qui pilulas voluit. Et ea venena quę hac forma sumim⁹ vulgo pilulas noiam⁹. Idẽ vetus axungia phthisin in pilulis sumpta sanat. Hę gręco vocabulo catapotia dicuntur.

Pilũ nouacula/culter rasorius/⁊ hastile quinq̃ pedum et semis: de quo in dictione pilus.

Pilani dicti sunt milites qui pilis pugnabãt qui antea primipilares vocabant: mutata n. in re.

Pilo as penultima correpta: a pilus qui in carne est: significat pilos emitto. Accius. Tunc primũ pilabãt gene. Affra. Meũ pręterea corpus nunc pilare primũ cepit. Interdum etiã pilare est pilos detrahere. Mar. Et pectus ꝙ crura pilas. Hinc componitur depilo. Pilo as. penul. produ. gręcũ est: et significat complano. A quo fiũt composita Compilo: expilo: oppilo: et suppilo.

Pilates genus lapidis candidissimi. Cato. Lapis candidior q̃ꝫ pilates.

Pilentum: vehiculi genus: quo matronę ferebantur. Idẽ videt quod petoritũ qđ q̃tuor rotarũ: ab hispanis introductum. Var. de lin. la. in consuetudinẽ sua ętate primũ venisse scribit. Estq̃ eius forme q̃ nostri temporis principum italię mulieres vectantur: ita libratum vt considentes in puluinis in aere suspendi agitate videantur.

Pileus tegmen capitis: quod ⁊ pileũ dicit. Plau. Vt ego hodie raso capite caluus accipiã pileũ. Pers⁹. Hanc nobis pilea donãt. Ponitur quãdoq̃ pileus pro libertate. Vnde legimus apud historicos ad pileum seruos fuisse vocatos: quod significat ad libertatem: cuius insigne est pileus. Liui. lib. xxiiij. poste,

ro die serui ad pileum vocati: et carcere vincti emissi. Suet. in Tybe. Seruisque ad pileum frustra vocatis in siciliam profugit. Accipiebant enim serui pileum raso capite: qui manumittebantur.

Pileolus et pileolum cum accentu in antepe. Horatius epistolo. Et cum pileolo soleas conuiua tribulis. Hiero. ad fabiolam. Pileolus rotundus est: quasi sphera media sit diuisa et pars vna ponatur in capite: hoc greci et nostri tiaram nonnulli galerum vocant. Idem ad paulinum neutro genere dixit: Pileolum textura breue: charitate latissimum senili capiti confouendo libenter accepi et munere: et muneris auctore letatus.

Pileatus qui pileo indutus est. Unde serui pileati qui pileo imposito vendebantur.

Pilumnus qui stercorandorum agrorum: et pinsendi frumenti vsum inuenit. Jouis vt putant filius: et Dauni pater. Ser. lib. ix. en. Pilumnus et pitumnus fratres fuerunt dii: horum pitumnus stercorandorum inuenit vsum agrorum: vnde et sterquilinius dictus est: pilumnus vero pinsendi frumenti: vnde a pistoribus colitur. Et ab ipso pilum dictum est.

Pina per simplex n. genus piscis: siue conche. Cic. lib. ii. de natura deorum. Pina vero sic enim grece dicitur duabus grandibus obsita conchis: cum qua pisciculus squilla dictus societatem coit: in aliquibus cancer cibi affectator.

Pinna per duplex nn. proprie penna est que pluma. i. mollior et exigua penna non est. Nam penna nomen generale est ad plumas et pinnas. Var. lib. iii. de re ru. de colubis. Qui iam pinnas habere incipiunt: in nido relinquunt illisis cruribus. Idem de gallinis. Eligat fecundas plerunque rubicunda pluma nigris pinnis. Col. li. ix. Siccus etiam puluis et cinis vbicunque cohortem porticum vel tectum protegit, iuxta parietes reponendus est: vt si quo aues se perfundant. Nam bis rebus plumam pinnasque emundant. Pinna etiam acutum significat: vnde et pinne murorum. i. summitates. Pinnas etiam gestare gladiatores solebant: vnde pinnirapi retiarii dicuntur: quod pinnas e galeis mirmilonum iactorete exciperent.

Pinnirapus penul. cor. gladiator. Compositum nomen ex duobus corruptis. s. pinna et rapio. Juue. Hic plaudat nitidum preconis filius inter Pinnirapi cultos iuuenesque laniste.

Pinnula diminu. a pinna. Et est summa pars auris ab acuitate dicta. Aliquando parua pinna. i. penna. Col. lib. ix. Inhibeturque cupiditas incubandi pinnula per nares traiecta.

Pinnaculum fastigium et summitas edificii in acumen tendentis: siue quod veteres pinnam acutum dicebant. Unde bipennis securis que vtrinque aciem habet: siue quod pinnaculis addi pinna consueuit: que facili motu ventorum indicet flatum: quod genus nunc penniculum dicitur.

Pinnaces et per diminutionem pinnacidia dicuntur tabelle in quibus capita omnium rerum continentur: et latine indices dicimus.

Pinnacothece locus erat prope atrium in quo picte tabule reponebantur. In tablino rerum in magistratu gestarum monumenta continebantur. Uarro scribit multos spectatum venisse luculli villas: vt viderent innacothecas.

Pinus arbor tam masculini quam feminini generis et tam quarte quam secunde declinationis est: que et pinea dicitur. Ambrosius. Quis pineam videns non stupeat? Pineus a. um. quod est natum ex pinu apud Isthmum victores coronabantur. Pinetum lucus pinis consitus.

Pinaster pinus siluestris mire altitudinis. Plini. lib. xvi. Pinaster nihil aliud est quam siluester.

Pindus: lapphitarum sedes mons thessalie apollini musisque sacer Acarnaniam ab etholia diuidit. Sunt tamen qui hoc nomen cum ypsilo scribant. Est et nomen vrbis thessalice a pindo monte appellata iuxta quam est fluuius eiusdem nominis.

Pinguis non macer: aliquando ponitur pro infecundo. Uirg. Et pingues hortos. Aliquando pro impedito et inepto. Cice. Quod ipsi antiocho pingue videtur et sibi ipsi contrarium. Hinc componitur prepinguis quod est valde pinguis. Colu. libro. iii. Ideoque non est vineis apta vix etiam arbustis nisi prepingui. Pingue vero substantiuum neutri generis dicitur quod inter carnem et cutem est succo liquidum. Uirg. Et omnes Impendunt curas denso distendere pingui. A pinguis fit impinguo as. Hier. Impinguatus incrassatus recalcitrauit.

Pinguesco is. a pingueo es. fit. Col. lib. ii. Omne enim ciatum armentum medica pinguescit. i. pingue fit.

Pinguefacio significationis actiue est: pinguefio passiue.

Pingo gis. xi. ctum. Pingere est formam alicuius rei ductis lineis representare. Hinc pictor qui pinxit: et pictura ars pingendi: in qua superioribus temporibus floruere greci: Parasius. Apelles viri cantatissimi. Hac vero tempestate Andreas mantinea patauinus mantuani principis aulicus vir in omni virtutum genere prestantissimus dignus certe: qui a poetis et ceteris scriptoribus celebretur: cum nulli vel integritate: vel pingendi arte sit secundus: huic accedunt Joannes bellius Uenetus: Leonardus: florentinus: et Uincentius Brixianus excellentissimo ingenio homines: vt qui cum omni antiquitate de pictura possint contendere. Per translationem pingere ponitur pro imaginari. Hiero. ad Damasum. Quod eram voce promptus animi mihi cogitatione pingebam. Huius ibi composita sunt Depingo quod est pingendo describo/denuncio/demonstro. Lactan. lib. iiii. Cum enim quidam ministrorum nostrorum sacrificantibus demoniis assisterent imposito frontibus signo deos illorum fugauerunt ne possent in visceribus hostiarum futura depingere. i. denunciare. Idem lib. v. Quid vobis inanem iustitiam depingitis et optatis cadere de celo tanquam in aliquo simulachro figuratam. i. fabricatam. Hier. ad pau. Tito precipit vt inter alias virtutes episcopi quem breui sermone depinxit. i. descripsit. Ter. in phor. Probe horum facta imprudens depinxit. i. elocutus est. Expingo sicut pingo. Pli. Jam ho et onerariis nauibus qui et pericula expingimus ne quis miretur et rogos pingi. Compingo et impingo: vide alibi.

Pinso is. sui. pistum vel pinsitum pila tundo: vel molis frango. Col. li. ii. Panicum pinsitum et euolutum furfure sed milium quoque pultem quis in copia maxime cum lacte non fastidiendam prebet. Pomp. Cum neque molis molui neque palmis pinsui: vnde pistor: nam ante molarum vsum frumenta in pilis pinsebant. Uar. Nec pinsorem vllum non noscent nisi eum qui in pistrino pinseret farinam: Persi. O Jane a tergo quem nulla ciconia pinsit.

Pinso as. in eodem sensu. Uar. lib. i. rerum ru. Promendo diem vt in pistrino pinsetur ac torreatur. i. tundatur vel frangatur.

Pinsito as. frequentatiuum a pinso is. Plau. in asi. Qui polentam pinsitant. i. contundunt.

Pindo is. pindi pinsum. Idem quod pinso. Unde pinsor qui nunc pistor dicitur: nam erat vtriusque rei artifex/hoc est qui frumenta pinsebat: et qui panes coquebat.

Pistor a pinso is. qui frumenta in pilis pinsit. Nunc autem dicitur qui panem coquit seu facit. Plini. lib. xviii. Pistores rome non fuerunt ad persicum vsque bellum annis ab vrbe condita super quingentos octaginta. Suet. in Ces. Domesticam disciplinam in paruis ac maioribus rebus diligenter adeo seuereque rexit: vt pistorem alium quam sibi panem conuiuis subiicientem compedibus vinxerit. Uar. in saty. de eduliis. Si quantum

opere sumpsisti: vt tuus pistor bonũ faceret panem. Atteius capito. Pistores tñ eos qui far pinsebant nominatos esse tradit. eosq; coquere solitos panem tostũ lautioribus. Pistorẽ et coquũ apud antiquos eosdem fuisse accepimus. Pistorem etiã habebant in numero seruorũ. Unde ait Jurecon. Si quis seruos habuerit ꝓprios: sed quorũ operas locabat: vel pistoricas vel histrionicas seruorũ appellatione hos legasse videtur.

Pistrix mulier quę panẽ coquit. Et pistrix belua.

Pistris is. nauis. Virg. lib. v. Velocem Mnestheus agit acri remige pistrin. Pistis ꝓo latine fides.

Pistura ars pinsendi. Pli. lib. xviii. Pistura non oĩm facilis quippe et ethruria spicam farris tosti pinsente pilo pręferrato.

Pistorius a. um. quod ad pistorem pertinet: vt ars pistoria. Idem in eodẽ. Ad operis pistorii genera transeunte cura. Hiero. in Gñ. Omnes cibos qui fiunt arte pistoria.

Pistoricus a. um. idem qđ pistorius. Unde Jurisconsultus operas pistoricas dixit.

Pistrinũ et pistrina ę. pe. pro. locus in quo pinsitur et panis fit. Quandoq; etiam capitur ꝓ laborioso seruitio. Tractum a seruis: qui ob noxam a dominis in pistrinũ trudunẽ. Proprie Sue. in Augu. Et modo vnguentariam tabernam: modo pistrinum anicie exercuisse obiicit. Pli. lib. xviii. pistrina fęminino genere vtiẽ. E siligine inquit laudatissimus panis: pistrinarumq; opera laudatissima.

Pistrilla ę. dimi. a pistrino ꝫm Prisci. Nã diminutiua quãdoq; diuersa sunt a genere nominũ primę positionis: sicut a scuto scutella. At Dona. a pristina deducit: et sumiẽ pro molẽdino a manibus. Terẽ. Apud ipsum lacum est pistrilla.

Pistrinensis ⁊ hoc pistrinense quod ad pistrinũ ꝑtinet Apu. in asinũ reformatus molas pistrinẽses ꝑ circuitus multiuios circũegisse se festiuiter scribit perscribens q̃les essent ministri in pistrinensi contubernio.

Pistillũ sine r. instrumentũ quo in mortario lapideo: ⁊ maxime Thebaico plũbeo pistillo terere moliunẽ.

Piones populi in mysia asię ꝗ supra caicum amnẽ sita est ab vrbe dicti quã pionis ꝯditor pionias vocauit.

Pipiones columborũ pulli: vt apud Lampridium in alexandri vita.

Pipare dicunẽ gallinę cũ vocem emittunt. s. cũ faciunt pipi. Var. in aboriginibus. Mugit bos: ouis balat: equi hinniunt: gallina pipat.

Pipio is. ꝓpriũ est vocis pullorũ. Colu. lib. ix. Die vndeuicesimo aiaduertat an pulli rostellis oua percusserint et auscultet si pipiant. Sũt etiã qui hoc verbũ passeribus tribuant: vt in carmine qđ Ouidio ascribitur. Pessimus at passer tristia flendo pipit.

Piper nomen arboris quod est barbarũ. Per. Rugosumq; piper. Diciẽ et piperi inuariabile: sicut gũmi: nauci: mancipi.

Piperatũ vinũ diciẽ qđ pipere ⁊ melle conditũ est.

Piperites pe. pro. herba q̃ et siliquastrũ dr caule rubro ⁊ longo densis geniculis foliis lauri gustu piperis.

Pipulum cõuiciũ. Plaut. Ita me bene amet lauerna, te iam nisi reddi mihi vasa iubes pipulo hic differã ante edes.

Pirata nomen latronis: qui primus mare infestauit: a quo oĩes spoliatores ⁊ predones pirate dicti sunt: alii piratã a περαω trãseo deducũt: quia. s. ex trãsuerso simul ac pirate viderent insulã in eã trãseũdo mare impetũ faciẽtes illã depredabanẽ: vł ꝙ pirate semꝑ maria ꝑmeant: pirata gręce latine predo: et piraticã facere dicunẽ predones.

Piraterium habitaculũ piratarũ est: vt scribit Amb. de bestibus carnalibus nõ metuendis: qui etiã subdit. Tam diu in piraterio sumus: q̃ diu in hac carne positi predonũ spiritualiũ tentationibus subiacemus.

Pisa ciuitas in summo montĩ vertice ꝯdita inter ossam ⁊ olympũ: iuxta quã Joui sacra dicta olympia celebrabanẽ. Est ⁊ hoc noĩe oppidũ archadię ꝓpe alpheũ amnẽ: a qua hii q̃ pisas in italia cõdiderũt venere: dictũ a ciuitate pristina. vñ Vir. lib. x. Alphę ab origine pisę Urbs ethrusca solo. Hinc piseus a. um.

Pissa grece latine pix. Vñ pisseleon oleũ qđ ex pice fit.

Pisę arum. ciuitas thuscię a qua pisani dicunẽ qui ex ea originẽ ducunt: de hac Luca. Hinc tyrrhena vado frangentes equora pise.

Pisum genus leguminis: cuiꝰ caules sparguntẽ in terrã nisi habeant adminicula. Col. lib. ii. Similis quoq; ratio est pisi quod tum facilem ⁊ solutã terrã desiderat. Hinc pisones.

Pisones appellati sunt quidã Romani nobiles ꝙ optime pisa sererent: sicut a lente lentuli.

Pisaurus fluuiꝰ piceni: a quo pisaurũ ciuitas ei superposita noiata est. Seruius ꝓo scribit pisaurũ dictũ: ꝙ illic aurũ pensatũ sit. Nã cũ camillus gallos interemisset: aurumq; qđ galli a romanis acceperãt pro capitolio nõ euerso recepisset: et signa ciuitati appendisset ciuitati nomẽ dedit.

Piside fuerũt populi in asia minori quondã solimi appellati: vt Pli. lib. v. refert.

Pisistratus nomẽ ꝓpriũ viri. Quo nomine dictus fuit Hippocratis filius athenarũ tyranni cui ob summã eloquẽtiã athenienses se ⁊ libertatẽ summisere: quo tẽpore Romę. Ser. Tul. regnabat: Quis solon ipse quoq; summus orator ꝓ libertate staret. Idẽ ꝑmus apud athenas bibliothecã instituit.

Piscis: qui in aquis degit: pisces ꝓ signo cęlesti tantũ pluraliter declinaẽ. Col. lib. xi. Quintodecimo calẽdas martii sol in pisces transitũ facit. A piscis fit diminutiuũ pisciculus.

Piscari ẽ pisces venari: ex quo fit compositũ expiscor: de quo alibi.

Piscatus us. ipsa piscatio ⁊ actus piscãdi. Pli. Quos venatus aucupia piscatusq; alebãt. Plau. in ru. Piscatũ hamatilẽ saxatilẽq; aggredimur.

Piscatorius a. um. quod ad piscatorem pertinet: vt nauis piscatoria: et ludi piscatorii qui fiebant pro questu piscantium.

Piscarius a. um. idem quod piscatorius: vt hamus piscarius. Plautus. in sti. Arundinẽ fert sportulãq; et hamũ piscarium.

Piscarius qui pisces vendit. Var. Inter piscarios nemo vendebat. Idez dr cetarius: Quis cetarii potius sint qui magnos ⁊ salsos pisces vendũt.

Piscaria ę. locus vbi pisces venduntur. Var. Nullus in piscaria piscis erat.

Piscosus a. um. locus in quo piscari facile est. Ouid. lib. iii. met. Est ꝓpe piscosos lapidosi orathidis amnes. Aliqñ piscosus dr piscibus plenus.

Pisculentus locus vbi multi pisces moranẽ: et in quo est facile piscari. Ca. Fluuiũ magnũ pulchrũ pisculẽtũ. Plau. in ru. Qui salsis locis incolit pisculentis.

Piscinalis et hoc le. qđ est piscis: vel qđ ad pisces pertinet. Vñ apud Palladiũ piscinales cellę legiẽ.

Piscina locus et stagna ab initio dicta sunt: in quibus viui pisces coercentur. Var. lib. iii. de re rust. Piscinas voco eas quę in aqua dulci aut salsa inclusos habent pisces ad villã. Mar. Piscina rhombũ pascit ⁊ lupos vernas. Hę viuaria quoq; vocanẽ. Sz ꝗs in piscinis natare etiã solebãt inualuit cõsuetudo: vt omnes in hunc vsum collecte aquę: siue frigide: siue calide piscinę dicanẽ. Videturq; a piscibꝰ dici: Quis in his nihil piscium sit: sed forte piscinę dictę sunt in balneis ꝙ hoies piscibꝰ similes natando fiant. Cice.

Latiorẽ inquit piscinã voluissem vbi iactata brachia nõ offenderent. Pli. Si natare latius aut tepidius velis in area piscina est proximo puteus: ex q̃ possis rursus astringi. Quinctiã vasa lignea ampliora ad tenẽdũ aquã piscinę vocant. Pli. Decoquit in aqua ꝛ in piscinas ligneas funditur. Eadẽ generali vocabulo ꝛ natationes appellantur.

Piscinarius qui piscinas piscib⁹ refertas habet. vnde Cice. Lucullũ et hortensium piscinarios appellat.

Pistoria ciuitas quã Ptol. ponit inter mediterraneas thusciç ciuitates. Est enĩ inter florentiam et lucam a qua pistorienses.

Pistis grece latine: fides Pistoo fidem accipio ꝛ do.

Pitaciũ particula coriũ: qua aliquid reparatur. Hiero. in Josue. Calciamẽta perantiqua: q̃ ad indiciũ vetustatis pitaciis ↄsuta erant. Quãq̃ accipitur pro breui epistola. Quãq̃ pro schedula de mẽbrana excisa.

Pitacus pe. cor. ph̃us mitylenęus: hic ex lesbo tyrannum melancrũ depulit et certãtibus atheniensibus atq̃ mitylenęis dux in bello factus phrynonẽ atheniensium ducem singulari certamine interfecit vnus ex sapientibus fuit.

Pitane siue pitana vrbs eolica q̃ portus duos habuit. Ab hac pitanei et pitanitę nominantur: et vbi archesilaus academicus natus est: qui cũ çenone apud polemonem didicit. Fama est apud pitanã lateres inuentos esse qui super aquas innatarent: quod ꝛ de aliis locis traditũ est.

Pitheci sunt simii πιθηκοσ: pithecos enĩ simia dicitur: a quibus insulę vbi eorũ est maxima copia pithacinę siue pithacusę dictę sunt.

Pithacusę insulę in mari tusco cõtra campaniã a pithecis simiis: vt auctor est Stra. dictę sunt. Plini. vero a figlinis doliariorũ quę ibi ex creta fiebãt. Dolia enĩ greci πιθον simias pithecon vocant. In harũ summitate oppidũ fuit: qđ plurali nũero pithecusę dicebatur. Ouid. Steriles q̃ locatas colle pithecusas habitantũ noie dictas.

Pitisso as. parum vini paulatim: ꝛ q̃si tentandi gratia gusto. Terẽ. Pitissando modo mihi q̃d vini absumpsit dicens hoc asperũ pater: hoc est alterũ lenius.

Pityocampę: vermes e pinu arbore nascentes morsu venenato nec dissimili a buprestis morsu. Pli. Usus sepe contra cantharidas buprestim pinorũ: q̃s pityocampas vocant grece πιτυοκαμπαι.

Pituita penul. pro. morb⁹ ex catarrho ꝓueniens grece phlegma dicitur. Hora. in ser. Lenta feret pituita vides vt palladus omnis. Macer. Cũ mulsa bibitum pituitę noxia soluit: habet pituita domiciliũ in capite vt inq̃t Au. Plato in Timeo pituitã ait esse oim languorũ originẽ: qui ex distillatione sunt: ex eaq̃ gigni malas valitudines plurimas: qm̃ in plurima loca illabitur. Quecũq̃ autẽ partes corporis tumescere dicuntur ab illius incendio ꝛ cõbustione vexantur. Que cũ expirat extrinsecus varios exitu suo tumores producit. Intrinsecus xo cohibita vrẽtes edacesq̃ morbos procreat. Tunc autẽ pessima q̃n puro sanguini mixta ligamiũũ fila suo ex ordine dimouet ꝛ interdũ penetrat in medullas: adustisq̃ radicib⁹: inde animę vincula quasi nauis funes resoluit ꝛ amputat. Pituita etiã catarrhus dicitur: pituita etiã in gallinis dicitur. Col. lib. ix. Sepe etiã iam validioribus remediis factis: atq̃ ipsis matrib⁹ etiã vitãda pituitę pernicies erit. Hinc pituitosus qui vulgo dicitur phlegmaticus Cic. lib. j. de fato. Inter locorũ naturas q̃ntum intersit videamus: alios esse salubres: alios pestilentes in aliis esse pituitosos et quasi redundãtes: in aliis exsiccatos atq̃ aridos.

Pix: est que ex arborũ resinis ad ignem decoctis. Resina vero est liquor ex ꝛsius ex arborib⁹ fluens: et sepe sua sponte siccatus ad solẽ. Pix liquida coquitur ad nauiũ et ad multos alios vsus. Pli. lib. xiiij. Pix in Italia ad vasa vino condendo maxime ꝓbatur brutia e picea resina. Hinc pico as. de quo supra.

P Ante L

Placeo es. cui. citum. placere est gratũ esse. Cuius contrariũ est displicere. Hiero. in prolo. paralip. vtrũq̃ cõplexus est. Orationũ itaq̃ vrarũ adiutus auxilio misi librũ beniuolis placiturũ: tamẽ inuidis displiciturum esse nõ ambigo. Aliquãdo placere est efferri: gloriari: et confidere: vt ego placeo mihi: tu places tibi: ille placet sibi. Quinti. Placeas licet tibi opum tuarum fiducia diues si mihi idem inuidere nõ expedit pares sumus. Hinc etiã complaceo: quod significat etiam placeo. Teren. in and. Postq̃ me amare dixi: complacita ẽ tibi. Displiceo. Idẽ in heau. Heu heu q̃ ego nunc tot⁹ displiceo mihi. Perplaceo valde placeo. Idẽ ibi. Perplacet. Habetq̃ impsonale passiue vocis. Cypri. Si hominibus placetur: domi nus offenditur.

Placidus a. um. mitis sedatus: ꝙ illa que quieta sunt omib⁹ placent. Terẽ. in adel. Ille suam semp egit vitam in ocio: in cõuiuiis clemẽs placidus nulli ledere os: arridere omnibus. Do. Clemens est circa recte agentes: placidus etiam circa delinquentes demẽs animo: placidus vultu. Hinc placiditas: quã Uar. in ouibus esse asserit cum ait. In quis primũ nõ sine causa putant oues assumptas et propter vtilitatẽ: et ꝓpter placiditatẽ. Maxime enĩ quiete et aptissime ad vitam hominũ.

Placido as. placidum seu placatũ facio. Amb. lib. de abel. Graues motus nr̃ę adolescentię fida senectutę statione placidantur.

Placitus a. um. participium. Terẽ. in prol. hecy. Ubi cognite sunt placite sunt.

Placitum nomen significat consensum ꝛ veluti pactionem firmatã. Plin. Eadem ętas neronis principatu ad thessalum transiliuit delẽtem cũctorũ maiorum placita et rabie quadã in omes eui medicos perorãtem. Hiero. in gñ. Nõ possumus extra placitũ eius quicq̃ aliud loqui tecum.

Placo as. mitẽ ac placidũ facio: propitio. Placabilis propiciabilis. Cuius cõpositũ est complaco pe. pro. Gel. Conciliare sibi atq̃ cõplacare iudices debent: sensusq̃ eorũ expectatiõe causę suspensos rigentesq̃ honorificis ferendisq̃ sententiis cõmulcere nõ iniuriis atq̃ imperiosis minitationibus cõfutare.

Placenta: libũ farinaceũ qđ fit ex farina siliginea caseo ꝛ melle: dicta ꝙ nobis placeat: vel ꝙ ea solerẽt deos placare: vel dicitur a greco πλακουσ.

Plerusq̃ raq̃. rumq̃. vnde in nominatiuo tã singulari q̃ plurali. Pleraq̃ penul. cor. in ablatiuo producitur. Hora. in eplis. Si quedam nimis antique: si pleraq̃ dure. Idẽ. Pleraq̃ differat et p̃sens in tp̃s omittat. Plerisq̃ mõ capitur ꝓ maxima parte. Sal. Plerosq̃ senectus dissoluit nisi qui ferro aut bestiis interiere. Modo pro eo qđ est nonnulli. Quinti. Uideas plerosq̃ ira parcitos. i. nõnullos. Solet etiã esse syllabica adiectio: et ꝓ vna orõnis parte poni: vt cũ dicimus plerisq̃ oẽs hoc factitant. Significat enĩ omes. Terẽ. in an. Quod plerisq̃ omes faciũt adolescẽtuli. Diphthongatur autẽ qm̃ απο του πληρεσ fit qđ plenũ frequens significat. Conuersa enĩ e longa in e diphthõ. vt in cęna: rheda: lethe aliisq̃ permultis dictionibus seruatur. Similiter plerumq̃ quod a plerusq̃ deducitur dupliciter sumi potest. Uno modo pro eo quod ẽ fere semp. Alio modo (sed rarissime) pro eo quod est nonnunq̃. Quintil. Excussa sunt plerumq̃ vitia verberibus. i. nõnũq̃. Et ab aliquibus

putat nomen: ab aliquibus aduerbiũ. Inuenit etiã plerus sine adiectiõe. Pacu. Periere Danai plera pars pessundata est.

Plaga percussio vulnus verber. Virg. Plagisq; percinptũ Tonsa per integrã soluunt viscera pellẽ. Aliquãdo plagę retia dicunt̃ rariora ad capiẽdas feras q̃ plagis.i.foraminibus plena sint. Cice.lib.iij.offi. Sũt ne igit̃ insidię tendere plagas etiã si exercitaturus non sis. Virg. Retia rara plagę lato venabula ferro. Ubi Ser.scribit plagas ꝓprie illos funes dici quibus retia tenduntur circa imam et summã partẽ. Rursus cęli vel terrę spatium amplissimũ: quod etiã tractus ⁊ clima a gręcis dicit̃ plaga appellat̃. Virg. li.vij. In medio dirimit plaga solis iniqui. Itẽ grande linteũ tegmen candidũ quod sindonẽ vocãt lecticariã quale est quo nũc vtuntur mulieres Romanę: olim passim in vsu erat. Var.de vi.pa. Chlamydes: plage vela: vasa aurea. Idẽ. Eburneis lectis ⁊ plagis sigillat̃: et h̃ ꝑmã cor.nisi cũ significat vulnus: quod grece dicit̃ πληγη. Ouid.de tris. Nõ habet in nobis iam noua plaga locũ. Huiꝰ diminutiuũ est plagula.i.parua plaga.

Plagiarius q̃ a plagas.i.vulnera infert: et plagiarius qui hominẽ quẽ scit liberũ esse emit vendit ve aut ꝓ seruo tenet. Itẽ qui libertũ emit vel vendit. Itẽ qui seruo aut serue persuadet vt a dño dña ve fugiat: vt eũ eã ve inuito vel insciente dño celat: vincrũ habet e.nit vel vendit. Dictus plagiarius q̃ lege fania plagis damnatus esset. Lex ipsa plagiaria: crimẽ plagiariũ vocatur. Mar. Imponens plagiario pudorem. Plagiarium vocat furẽ librorũ suorũ.

Plagiator: idem quod plagiarius. Hier.ad Florẽtiũ. Magistrũ aũt pueri tui: de quo dignatꝰ es scribere quẽ plagiatorẽ eius esse nõ dubiũ est sepe Euagrius presbyter me ꝑsente corripuit: cui ille respõdit. Ego nihil timeo: dicit se a dño suo sui se dimissum.

Plagiosus dicit̃ grãmaticus ludimagister: q̃ plagas infert. Unde domitij marsi versus est. Si quos orbilius ferula scuticaq; cecidit. Et plagiosus est qui suauitate verborũ retrahit a ꝓposita virtute.

Plago as.plaga n infero. Aug.lib.xxj.de ciui.dei. Cũ iustissime annosas pęnas seruus in cõpedibus pendat qui verbo aut ictu celerrime trãseũte vel lacessiuit dominũ vel plagauit.

Planus a.um. dicit̃ cuius figura equalis est. Quoniã vero plana nullum impedimentũ habẽt quin vndecunq; videri possint planũ q̃nq; pro aperto ⁊ manifesto ponit̃. Et sic habet pe.pro. Planus ꝟo pe.cor. sumit̃ pro scurra non quidẽ simpliciter: sed certi atq; sui generis impostore deceptoreq; a fallendo dict̃. Hora. Nec semel irrisus triuijs attollere curat. Fracto crure planũ. Inter planos maxime celebres fuere Cephisodorus ⁊ pamtaleon: qui decessurus vtrũq; filium deceperit seorsum bis prodendo qua parte domus infodisset aurũ qd̃ nusq̃ erat.

Plane aduerbiũ.i.certe/manifeste. Quãdoq; omnino Cice. Trebat. Quare si plane a nobis deficis: moleste fero. Augu. lib.ij.con. Quid erat ille affectus animi? Certe eñ plane turpis erat.

Planities equalitas. Sal. Nã vbi planicies erat inter sinistros montes ⁊ dexterã rupem asperam octo cohortes in fronte constituit.

Planitudo idẽ qd̃ planities. Col. lib.v. Pertice cacuminũ modice planitudinis: que tñ dipondiarie orbiculi crassitudinẽ nõ excedant optime pangunt̃.

Planidus idẽ qd̃ planus. Col.li.iij. Curaq; adhibeto: vt a superiore ⁊ sicciore et exiliore in planidiorẽ humidiorẽ/pinguiorẽ/agrũ transferas.

Plano as. planũ facio. Cuius cõposita magis sunt in vsu: videlicet complano: quod est totũ planũ facio. Gel.li.ij. M. Cato.in lib.quẽ de agricultura cõscripsit. Semen cupressi serito crebro ita vt linũ seri solet eo crebro terrã insternito dimidiatũ digitũ id bene tabula aut pedibus: aut manibꝰ complanato. Deplano ⁊ explano alibi.

Planula a cõplanando dicta est: pro instrumẽto fabrili quo assamenta leuigant̃ et poliunt̃. Nã dolabra idẽ videt̃ esse qd̃ ascia vt inquit Do. qui inquit. Dolare est ascia cedere. Et planule sunt quas nos lamas vocamus. Fores eñ cum planulis ferreis parietibꝰ cardinibus cõiungunt̃ et sup illos deuoluunt̃.

Planipes: qui pedes planos habet. Unde comedie siue fabulę genus dicit̃ planipedia: vbi nullo procedebatur cultu: q̃ actores pedibꝰ planis.i.nudis ꝓscenia introirent. Diom.scribit planipedẽ grece mimum significare: q̃ auctores planis pedibus.i.nudis intrarent proscenũ: non vt tragici actores cũ cothurnis: neq; vt comici cũ soccis: siue q̃ olim non in suggestu scene: sed in plano orchestre positis instrumentis mimicis actitarent.

Plance tabulę plane a planitie ita appellate. Plini.lib. viij. Nec põtẽs asini transeãt per raritatẽ plancarũ transflucentibꝰ fluuijs.

Planci qui supra modũ pedibus palni sũt.i.qui pedes imos graciles habẽt planosq; equaliter q̃si tabellas q̃ plance vocantur. Quo noie dictus est Romanus quidã cuius extant epistolę luculenter scripte. Qui teste Eusebio cũ galliam comatã regeret Lugdunũ condidit: queq; ciuitas Senece tẽporibus deflagrauit incendio. Hic etiã ploti dicunt̃. Unde poeta dictus est ꝑmo plotus: propter huiusmodi pedes. Deinde Plautus.

Planta cũ de pedibus dicit̃ significat totã partẽ inferiorem digitosq; et vngues. Virg. in moreto. Cruribꝰ exilis spatiosa prodiga planta. Si ꝟo de arboribus ea est q̃ transferendi gratia: vel de arborib̃ rapta: vt et seminibus est orta: et de herbis quoq; dicit̃. Virg. Hic plantas tenero abscindẽs de corpore matrum: Deposuit sulcis.

Plantaria ipse plante in terra nate: queq; cum radicibus transferunt̃ de vno loco in aliũ. Virg. Siluarumq; alie pressos propaginis arcus Expectant: ⁊ viua sua plantaria terra. Plantaria etiã dicunt̃ plãtarũ loca. Plini. lib. xvij. Quedã in plantario insita eodẽ die transferuntur.

Plantarius a.um. quod plantari debet: seu qd̃ est aptũ vt plantetur. Colu.lib.v. Ipse autẽ arbuscule hoc modo possunt transferri anteq̃ plantarias arbusculas effodias solo: rubrica notato partẽ eius que meridiem spectet.

Plantario et hoc plantare: quod est plãte pedis. Sta. lib.j.the. Sũma pedũ ꝓpere plantaribꝰ alligat alis.

Plantiger plãtas gerens. Unde plantigere arbores: que ex sese pullulãdo plantas emittũt. Pli. Siliqua plantigera est in imis partibus.

Planto as.note significationis: vt homo quidã plantauit vineã. Huius composita sunt deplãto: quod est contrariũ suo simplici. Nã deplantare significat qd̃ plantatũ erat euellere. Plini. Sed vtraq; infirmissima: et que cortice nituntur tantũ vel leui aura ocyssime deplantantur. Colu.lib.ij. Ne aut cornu bos ad stipitẽ vehementius offendat: aut extremo iugo trũcum delibet: ramũq; deplantet. Explanto significat sicut deplanto. Idem. Ut sit que teneri adhuc pampini capulis suis illigent ne ventis explantentur. Et lib.v. Anteq̃ explantes arbusculã. Supplanto subtus planto: de quo alibi.

Plantago herba: cuiꝰ duo sũt genera.s.maior ⁊ minor.

Planete ab errore dicti sunt απο της πλανησ πλανητησ.i.erraticus et vagus vel a verbo greco

πλανᾶσθαι erro. Latini ab incessu vocãt errãtia et erraticas stellas. Nigidius errones appellat. Nã vt ait Ser. interdum in hanstrũ: interdũ in septentrionem: plerũq contra mundũ: nõnunq̃ cũ mundo feruntur. Vñ virgilius de Mercurio. Quos ignes celi Cyllenius erret in orbes. Sunt autẽ septẽ planete Saturnus: Iuppiter: Mars: Sol: Venus: Mercurius: Luna. Sed quinq cõtra mũdũ ferunt: et cũ mundo qñq retrogradi sunt. Sol vero ꝛ luna semp contra mundũ.

Plango is. xi. ctum. fleo: vnde plãctus ꝛ plãgor. Aliqñ plangere est pcutere. Lucil. Plangũt littora fluctus. Ouı. Plangebãt corpe terrã. Hinc plãctus ꝛ plangor pro percussione. Luc. Erigit ad seuos famularũ brachia planctus. Syl. Liuentia planctu Brachia. Catul. Procedũt leuiterq sonãt plãgore cachinni.

Plasis grece latine formatio dicitur: hinc plastes plasma et plasmo.

Plastes fictor qui figlinã artẽ exercet: qui ꝛ figulus dr. Hieron. Mollis cera ꝛ ad formandũ facilis: etiã si artificis et plaste cessent manus tamẽ virtute totum est quicquid esse potest.

Plastice fictoria vel figlaria: ars figlina qua finguntur imagines ex argylla παρὰ τοῦ πλάττειν quod est fingere: vnde et proplastice dicit̃ ars faciendi typos id ẽ formas quib⁹ formãdis figlinis operibus vtuntur. Dicit̃ etiam proplastice pro ipsa forma quã ad formanda alia opera adhibent. Pli. Arcesilai proplasticen pluris venire solitam cõstat ab artificibus ipsis q̃ aliorũ opera.

Plasma atis. et plasmatũ figmẽtum quod et figlinum opus dicit̃: quod formatũ est. Item plasma emplastrum a πλάττω fingo/cõponoq. Persi. Liquido cum plasmate guttur mobile colluerit. Antiqui eñ nonnulli emplastrum ex pluribus liquoribus rebus commixtis vocem adiuuantibus faciebant. Cato de plasmatis bibendis.

Plasmo as. figmentũ aliquod efficio.

Platos grece latine dicit̃ latitudo. Vñ Plato platea platanus: et multa alia.

Platyophthalmus quasi dilatans oculos πλάτυς eñ latus: ὀφθαλμός oculus. Quo noĩe dictus ẽ lapis spume candide nitentisq qđ stimi appellant: alij stibani: alij alabastrum: alij turbasin. Nã dilatat oculos ꝛ eoꝝ fluxiones/exulcerationesq inhibet.

Platea via latior: fereq militaris pretoria cõsularisq dicit̃. Quãdoq etiã capit̃ pro area in quã cõuenire populus solet: cuius pe. cor. apud Catul. Lãpridius in heliogabalo. Plateas in palatio strauit lacedemonijs et porphyreticis saxis. Est ꝛ nomẽ auis que ad ea volat que in mari mergunt̃: et capita coꝝ morsu corripit: donec capturã extorqueat. Dicta platea a latitudine corporis.

Platea cũ diphth. vrbs boetie. Pli. Platee nũero plurali: hinc plateenses populi dicti.

Platanus penul. cor. arbor late spargẽtibus se ramis a πλατύς latũ. Petronius arbiter. Nobilis estiuas platanus diffuderat vmbras. Est autẽ tam masc. q̃ fe. ge. et tam q̃rte q̃ scđe decli. Virg. in cul. Nam primũ prona surgebãt valle patẽtes Aerie platan⁹. Idẽ in ge. Et steriles platani malos gessere valẽtes. Hinc plataneũ ꝛ platanon ꝓ loco platanis cõsito.

Plato phus, ab humerorũ latitudine dict⁹. Hic antea ex aui paterni noĩe Aristocles vocabat̃. Fuit egregio corpis habitu: ꝛ in palestra se exercuit apud aristonem palestriten: a quo primũ cognominatus est plato. Natus est Athenis eo die: quo apud Delon apollo studuit picture: et tragedias: poemataq edidit. Adeo autẽ in omi disciplinarũ genere: ꝛ p̃sertim in phia excelluit: vt diuinus plato ꝛ phoꝝ homerus vocatus sit. Cic. lib. tus. q. Platonice maiestatis maximus est buccinator: adeo vt ipsum deum appellet: quẽ labeo inter semideos cõmemorandum putauit. Cui defuncto Magi vti deo immolauerunt.

Platicerotes belue lata cornua habentes.

Plati a planis pedibus qui ꝛ ploti noiant̃: soleas quoq dimidiatas quib⁹ vtebant̃ in venando quo plani⁹ pedẽ ponerent semiplotia appellabant.

Plaudo is. si sum. Est aũt plaudere quotiẽs alicui pro re bene gesta congratulamur: letitiãq ostendimus. Amb. lib. ij. de virgi. Que pompa illa? quãta angelorũ letitia: plaudentiũ q̄ habitare mereatur in celo: que celestẽ vitam vixit in seculo? Seneca. Vnã rem adijciã et fauere: ac plaudere te iuuabit. Fit etiã quãdoq in derisum: vt est apud Ezechielẽ: ꝓ eo q̄ plausisti manu ꝛ pcussisti pede ꝛ gauisa es ex toto affectu super terrã Israel. Hui⁹ composita sunt applaudo: quod ẽ alicui plaudo. Hiero. Cũ q̃ labia torqueatis: trahatis capillũ: applaudatis pede: fidẽ ecclesie apertissime confitebor. Supplaudo: de quo alibi. Est et plaudeo es. Hiero. in eccle. Caput suum mouebit ꝛ plaudebit manu.

Plausus us. Cice. in Cato. Quibus cũ a cũcto cõsessu plausus esset multiplex datus.

Plausibile fauorabile iucũdum populare: quod plausu populi excipi potest. Cic. Quoniã plausibilia hec non sunt, vt in sinu gaudeant: gloriose loqui desinãt. Sic oratio plausibilis dicta ẽ, que placet ꝛ plausum populi meretur.

Plaustrum currus: qđ ex omi parte sit palam qđ in eo vehitur: vt inquit Var.

Plecto is. xi. ctum. ꝫm Pris. vel xui. ꝫm aliquos xum. signi. punio ferio ἀπὸ τοῦ πλήττω ferio. Hiero. in lib. iudi. Si septẽ crines capitꝭ mei licio plexueris ꝛ clauũ hunc circũligatũ terre fixeris infirmus ero. Aug. lib. de ci. dei. Nã si omne nunc peccatũ manifesta plecteret pena: nihil vltimo iudicio reseruare putaret̃. Huius passiuũ est plector. Terẽ. in phor. Tu iam lites audies: ego plectar pendens. i. feriar. vt inquit Do. Hinc plectrũ et plage.

Plector deponens non est in vsu: sed habet composita amplector/complector/circũplector/ implector: vñ implexus qđ est implicat⁹. Grego. Sed cũ ex lectiõe alia redemptoris nostri sententia ad mentẽ reducat̃ ex huius nobis lectionis verbis questio valde implexa generat̃. Perplector perfecte ligo. Hierony. ad paulinum. Tenent se mutuo: sibiq perplexa sunt: et quasi rota in rotam voluit̃. Teren. in eunu. Perge scelesta mecum pplexe loqui. Dona. Ideo perplexe quia statuerat vitium celare virginis. Hinc perplexor: quod est valde ligo: seu in dubio pono. Plau. in Aul. At scio quo vos soleatis pacto perplexarier. Pactũ non pactũ est: non pactũ pactũ est: qđ vobis iubet. Idẽ in asi. Neq vllũ verbũ faciat pplexibile: id est ambiguũ multũ.

Plectilis penul. cor. que plexa est. Plaut. in bacch. pro gabea scaphiũ: pro insigni sit corolla plectilis.

Plectrum instrumentũ citharedi quo fides plectũtur: id est percutiunt̃. a πλήττω percutio. Mar. Feruida ne trito tibi pollice pustula surgat. Exornẽt docilem garrula plectra lyram. A nostris dicit̃ quãdoq pecten. Virg. Iam pectine pulsat eburno. Plectrũ etiã qñq calcar eneũ qđ olim gallis gallinaceis addebat̃ dum inter se pugnarent.

Plebs bis. vel plebes bei. idem quod vulgus. Hoc ẽ vilior pars populi. Gel. Plebs in qua gentes ciuiũ patricie nõ insunt. Pli. Tanta plebei cõsternatione vt primo pulsus ex ea regiõe: mox te interempt⁹ sit. Huius diminutiuũ est plebecula.

Plebescitũ plebis statutum. Sciscere eñ statuere est.

Scita vero plebis appellant ea que plebs suo suffragio sine partibus iussit plebeio magistratu rogante vtpote Tribuno. In populo enim omnis pars ciuitatis et omnes ordines continentur: in plebe neq; equites sunt neq; patricij.

Plebeius a.um. quod est plebis: vt plebei ędiles.

Plegma atis. rete crines intorti: hoc est trice et omne textum.

Plemmyriũ fluuius sicilię qui per agrũ syracusanũ labitur: a πλημμυρω quod est exundo.

Plenus a.um. quod est vacuo contrariũ: hoc est in quo nihil est vacui sed integrũ atq; perfectũ est: hinc plenitudo perfectio.

Pleniluniũ: vide in dictione luna.

Pleonasmos latine cumulatio: siue adiectio. Figura quotiẽs superflua adduntur: vt Sic est ore locuta πλειος enim plenus dicitur.

Pleo es. Quis non sit in vsu habet tñ composita. Compleo: expleo: impleo: a quo adimpleo/oppleo/repleo et suppleo. Lact. lib. vij. Et replebunt montes cadaueribus ossibusq;.

Populatꝰ a. um. ꝑticipiū: quod significat deꝑdatus: vt Quisq̄ suū populatꝰ iter. Populatꝰ ꝓ nomē signi/ficat pplosū: vt Urbs populata. i. pplo plena.

Populonia: vrbs etrurię: a pploꝝ multitudine q̄ in eius agro est. Uel a populādo: qđ frequētibꝰ pyrataꝝ po/pulationibus pateret.

Populus antepe. pđ. genꝰ arboris/ a frondiū multitudi/ne sic appellata. Uirg. Hic cādida ppls antro Immi/net. Pli. xxiiij. Uirgā ppli ī manu tenētibꝰ intertrigo nō metuat. Col. lib. vj. Cui rei maxime videt idonea populus. Ea est arbor Cerro similis.

Populeus a. um. qđ est materiatū ex ea arbore. Uirg. in Ge. Qualis populea merēs philomella sub vm/(bra.

Populnus a. um. idem qđ populeus. Plautus i Cas. Nū isthęc aut populna sors aut abiegna ē tua? Dicit ⁊ Populneus a. um. in eadem significatione. Col. lib. vii. Probat maxime vlmea: post fraxinea ⁊ ab hac populnea frons.

Populetū: locꝰ populis consitus.

Porculena. Plautꝰ in Mil. Nisi huic veri affert mer/ces nō hic suo feminco quāq̄ porculenā ꝑtiturꝰ est.

Porca: animal quę alio nomine dicit Sus: in agro ꝓ porca est terra elata inter duos sulcos: a porrigēdo: vt inq̄t Uarro: q̄ ea seges porrigat frumentū. Uel a porricēdo/ q̄ vltra se iaci semina ꝓhibeat: vel q̄ aq̄s porceat: hoc est porro arceat. Nā crebriores sulci li/mi solēt vocari. Col. lib. ij. Liras rustici vocāt easdē porcas/ cū sic aratū est: vt inter duos latiꝰ distātes sul/cos: mediꝰ cumulꝰ siccā sedē frumētis ꝑbeat. Sed et xxx. pedū latitudinē. cxxv. longitudinē porcā vocabāt eodē auctore cāpani hodie porcas vocāt puluinos si/ue hortulos: in q̄bꝰ veluti sulcatim sua cuiusq̄ generis olera serunt. Id genꝰ ⁊ Areę dicunt apud Columel.

Porcꝰ domesticus/ aper ferus: sus vtriq̄ commune est Marci. Iste tibi faciat bona saturnalia porcꝰ. Inter spumātes ilice pastꝰ apros. Dictus porcus: qr porre/cto rictu pascat: ⁊ terrā dū herbaꝝ radices rimat la/tiꝰ porrigat. Hinc fiūt diminutiua Porculꝰ ⁊ porcel/lus. Ambro. Sicut gluto amat porcellū. Sue. i Ne/rone. Iterū ac sępiꝰ recoctū porcello abiecit. Scribit Uarro porcū gręcū nomen esse antiquū/ sed obscura/tū: q̄ eū nūc vocāt χοιρον.

Porcarius: porcoꝝ custos.

Porcinꝰ a. um. qđ ex porco est: vt caro porcina.

Porculationē antiq̄ porcoꝝ nutricatū vocauerūt. Uar/ro. In nutricatu quā porculationē appellabāt bimis mēsibꝰ porcos sinūt cū matribus.

Porcius: cognomen fuit Catonis Censorini: tractus a porco. Cognomina eñ (vt inq̄t Uar.) habent a ma/iori ⁊ a minori pecore. A maiori/ vt Equitiꝰ/ Taurꝰ. A minori/ vt porcꝰ/ caprillus.

Porcia: nomen mulieris romanę. Fuerūt aūt duę/ ma/ior ⁊ minor. Porcia minor/ cū laudaret apud eā q̄dā bñ morata q̄ secūdum habebat viꝝ: respōdit: Fęlix ⁊ pudica matrona nūq̄ ꝑter semel nupsit.

Porcetra: porca q̄ semel tm̄ pepit: scropha q̄ sępiꝰ. Si miscet se porca domestica cū fero/ fetꝰ hibrida dicet.

Porceo es. ꝓhibeo. Lucil. li. vj. Nō te porro ꝓcedere porcent. Cōponitq̄ ex porro ⁊ arceo/ q̄si ꝓcul arceo: sincopatū videt ⁊ absoletū est.

Poria grece/ latine facultas: abūdantia dicit. A quo fit verbū Aporior aris.

Porricio is. pe. cor. q̄si porro iacio. i. valde porrigo: qđ ꝟbū solēne sacrificātibꝰ erat. Nā exta porrici dicūtur q̄ñ porrigunt dijs. Uñ apđ Macro. hostia porrecta q̄si sacrificata. Plau. Nā si sacrificē sūmo Ioui: atq̄ in manibꝰ exta teneā: vt porriciā interea loci: si thurē qđ det: potiꝰ rem diuinā deserā.

Porrigo is. pe. cor. xi. ctū. ex porro/ vel por ꝑticula ⁊ re/go: nō ago/ vt quidā volūt. Et est porrigere: extende/re. Pli. Facilius quippe radices porrigūt solo subie/cto. Quādoq̄ offerre. Unde Augustꝰ cū ei quidā li/bellū trepidꝰ offerret: et modo ꝓferret manū/ modo retraheret: Putas te inquit stipē elephāto porrige/re. Et hoc quādo offerēdo aliquid ꝓtendimꝰ manuꝝ. Rursus quia quę interficiunt in terra extenduntur: fa/ctū est vt porrigere sit ꝓsternere/ interficere. Marc. Et volucrem longo porrexit vulnere pardū. Huius compositū est Exporrigo seu exporgo ꝑ syncopā: qđ

est extra porrigo. Ter. in Adel. Da te hodie mihi: Ex porge frontẽ: id est exhilara.

Porrigo inis. ri syllaba pd. genus morbi: a porrigẽdo: id est extendendo. Crescendo em̃ porrigit. Nascitur vt Celsus libro. vi. scribit: in capillo/barba et superci/lio: vbi acute inter pilos quedã quasi squammule sur/gunt. Lucil. lib. xxx. Tristem & corruptũ scabie & por rigine plenũ. Hinc Porriginosus: q̃ porrigine infe/stat. Est et porrigo minut⁹ furfur. Horat. lib. ij. Ser. Vngere si caules oleo meliore caputq̃ Ceperis: impe ra fedũ porrigine quare.

Porrũ in plurali porri. Greci prason dicũt: genus ole/ris. Mar. Mittit precipuos nemoralis aricia porros. In medio virides stipite cerne comas. Porro & aliũ sunt Tarentinũ: q̃ et sectiui dicunt. Alij aricini/qui et capitati. A porrũ fit porrace⁹ a. um. Pli. Heliotro/piũ nascit in Ethiopia/Aphrica/Cypro: porracei co/loris/sanguineis venis distincta.

Pori pen. p. g simplex r. appellant tophi. Pli. Minus põderosus ẽ: q̃ por⁹ vocat marmori pario simils. Po/ri pro pe. cor. significãt meat⁹. Pli. lib. xx. de malua & altea. Succ⁹ decocte pori meat⁹ suaues facit. Est etiã por⁹ iter p qd genitura in vtrinq̃ vias defert.

Porocela: a poro topho nomen habet: q̃si ramicem to/phaceũ appelles: de quo in dictione Enterocela.

Porro aduerbiũ significat certe. Cice. p Plancio. Ni hil porro tã inhumanũ/tã immane/tã ferũ/q̃ cõmit/tere vt bñficio nõ dicã indign⁹/sed vict⁹ esse videare. Quãdoq̃ significat longe ante. Virgil. Hinc maxi/ma porro Accepit Roma & patriã seruauit honorẽ. Sic dicim⁹. Licurg⁹ nõ porro ab Homeri tpibus fu it. Quandoq̃ significat a longe: vt sit aduerbiũ loci. Liui⁹ lib. viij. Et haud eadem qua te insinuaueris re/tro via repetenda: aut si ire porro pgas p alium saltũ artiorem/impeditioremq̃ euadendũ. Quandoq̃ si/gnificat postea/deinde in futurũ. Cicero Marcello. Nõ est porro tuũ vno sensu oculoꝝ moueri. Teren/ti⁹. Dehinc vt desiñat porro moneo: id ẽ in futuꝝ. Aũ q̃ vltra. Liui⁹ lib. j. Ex loco infesto agere porro armẽ/tũ occepit. Quãdoq̃ cõiunctio est. Et paucẽ ponit: locatq̃ in pncipio oratiõis. Quintil. Porro q̃ cõfes/sum defendit: nõ absolutionẽ sceleris petit/sed licen/tiã. Aliq̃ ponit p cõiũctione expletiua. Terẽ. i An. Adeon me ignauũ putas: adeon porro ingratuꝫ aut Ihumanũ/aut ferũ: vt neq̃ me cõsuetudo neq̃ amor/neq̃ pudor &c. πορρω tñ grecũ est.

Porphyrius nomẽ viri pprũ. Quo noie dict⁹ est phus christianis inimicissimus.

Porphyria latine purpura. Vnde Porphyriac⁹ a. um. pe. cor. p purpureo. Ouidi⁹. Et porphyriacis figere labra genis. Porphyris idis. vestis purpurea.

Porphyris pe. cor. insula i laconico mari sita: qũq̃ mi/lib⁹ passuũ a Malee pmontorio distãs. Eadẽ postea Cythera dicta ẽ: ob memorabile tẽplũ Veneri sacꝝ.

Porphyretes: lapis in egypto rubens/cãdidis interue nientib⁹ pũctis: ppterea leucosticos appellatus/q leu cos albũ dicimus: στιζειν pũgere. Hinc porphyreti cus a. um. qd factũ est ex porphyrete.

Porphyrio: auis q̃ sola morsu bibit: cui⁹ crura plonga rubent et rostrũ. Hec a nõnullis Pelican⁹ dicit. Fu/it et nomen gygantis. Marc. Nomen habet magni volucris tã parua gygãtis. Et nomen prasini Por/phyrionis habẽt. Hoc etiã noie vocatus fuit qui in Horatiũ cõmentatus est.

Porsena penult. correp. pprium nomen regis. Marc. Hãc spectare manũ porsena nõ potuit. Virgili⁹ pro pduxit positione duplicis nn. Necnõ Tarquiniũ eic ctũ porsenna iubebat.

Porto tas. nõ tñ corpe/sed etiã animo/et tam bona q̃ mala. Terent. in And. Dij boni quid boni porto. Et portare dicimur cũ jumentis aliquid nobiscum duci/mus. Hinc Verrem legimus amicam e pũincia por tasse: & Pompeiũ deportasse triumphũ. Hui⁹ cõpo sita sunt Apporto/Asporto: quę cõtraria sunt. Com porto: simul porto. Hiero. lib. ij. Reg. Et comporta uerunt sup eũ aceruũ lapidũ magnũ nimis. Exporto extra seu ex loco porto aufero &c. Importo: itro por/to. Reporto: retro porto. Virgili⁹. Hec tristia dicta reportat. Deporto/supporto & trãsporto.

Porta a portãdo: dicit omnis exitus: & quo potest im/portari vel exportari aliquid/vel ab aratri portatiõe: vt inquit Dona. qr in designatione vrbiũ subiunctis vacca & tauro qui vrbem designabat: aratrum manu suspendebat: ne sulcũ quẽ pmogeniũ dicunt faceret: vbi aditus ciuitatis erãt relinquẽdi. Hinc fiũt dimi/nutiua portula/portella et porticula: porta decuma/na & porta ptoria de castris dicit.

Portus dicit loc⁹ cõclusus quo importãt merces/& in de exportant: et vbi naues hyemãt. Nã antiqui do/mos partim portus/partim insulas vocabãt/a por/tãdo: vnde etiã porticus dictę sunt.

Porticul⁹: puus port⁹. Sumit aliq̃ p malleo.

Portiscul⁹: hortator remigũ: q̃ eã pgulã q̃ portisculus dicit: in manu tenẽs hortat remiges: vrget & cũcta p libito moderat. Plau. in Asi. Tute habes portiscu/lũ. Enn. i annalib⁹. Portiscul⁹ cũ signũ dare cepisset.

Portoriũ: naulũ & merces q̃ dat portitorib⁹. Itẽ vecti gal: qd portitori soluit: id est telonario/scptuario/et scpturę magistro/ex portu vel fluminũ/vel lacuũ/vel stagnoꝝ. Lucil. facit idẽ qd illi q̃ inscriptũ e portu ex/portãt clãculũ ne portoriũ dent. Plau. i Asi. Iã ego hunc portitorẽ prohabo portorio.

Portitor pen. cor. qui vectigal portus siue portę id est portoriũ datium cõducit. Plau. in Tri. vtrũq̃ cõple rus. Solutũ est portitori iã portoriũ. Quos greci te lonarios. Cice. magistros scripturę & portitores ap/pellat: Nã ad Atticum sic scribit. Illa causa publica noꝝ quantã acerbitatem afferat socijs: intelleximus ex ciuibus qui nup in portorijs Italię tollẽdis nõ tã de portorio q̃ d̃ nõnullis iniurijs portitoꝝ querebãtur. Et portitor dicit qui aliqd portat. Sta. lib. j. Theb. Languet hyperboreę glacialis portitor vrsę. Amb. sup Luc. Audito dei verbo steterũt acerbi illi⁹ fune/ris portitores. Põt etiã dici: qui traducit homies ac vehit/ vel ad nauim de littore/ vel ad littus de nauis vel ad vlteriorẽ fluminis ripã: quę greca voce porth mea dicim⁹: abusiue portitor qui portat: sic Vector.

Porthmeus penul. corre. latine dicit trãsfretator q̃ na/uigio vehit/& q̃ exigit portoriũ: πορθμοσ em̃ fretũ di cit. Iuue. Iã sedet in ripa fretumq̃ nouitius horret Porthmea: id est portus freti portitorẽ. Porthmis idis. nauis ad traijciendũ.

Portunus: deus a portu dictus: qui portub⁹ pẽst. Grę/ce Palemõ dicit. A quo oportunus & iportun⁹. Hic etiã Melicerta est Inoos filius.

Portic⁹: q̃ pter repẽtinos imbres & vmbraꝝ ac deam/bulationis grã ędificant. Ouid. de porticu pompeia na. Tu mõ põpeia lętus spaciare sub vmbra. Cũ sol herculei terga leonis adit.

Portio: quasi partio: significat partẽ. Hui⁹ diminutiuũ est portiuncula. Apul. Qui cum a me portiunculam posceret. Hinc fit pportio: quę est duaꝝ rerũ inuicem facta comparatio.

Portendo dis. porro hoc est ante tendo/pędico/signi/fico. Virgilius. Hunc illum fatis externa ab sede p/fectũ Portendi generũ. Plau. in Cur. Eccastor no/bis periculũ magnũ et familię portendit dementi/si expectemus mortem.

Portentum: a portẽdẽdo: id est pęostendendo q por tendat aliquid futurum: q̃uis aliquando dicant por/

tenta inania quedā ꝛ irridenda. Cice. lib. j. Tus. Aut
quid negocij est hec poetarū ꝛ dictoꝝ portenta con/
uincere. Hiero. de dijs ait. Portenta magis q̄ꝫ nu/
mina. Portentū tamen ex augurijs et auspicijs anti/
qui significationē accipiebant. Unde apes ille ex ore
Ambrosij ꝓdeuntes/quasi portentū fuerunt: ꝙ de lō/
ge viri sapientiam portēderūt: id est significauerūt.
Et Virgili⁹ lib. viij ꝓ bono omine posuit cuꝫ ait: Ne
quere ꝓfecto quem casum portēta ferant. Ubi Ser.
Nō bona omina que victoriā portendunt. Et dicta
ꝓphetaꝝ sunt quasi portenta: q: porro/hoc est de lō/
ge tendebant: id est futura diuinabant. Unū Sal. Ex
libris sibyllinis regnū Rome tribus corneliis portē
di. Portenta quoqꝫ fieri dicunt: cū insolita corpa ra/
ro se ostendūt: vt comete/turbines/barathra/et sere/
no celo facta tonitrua. Unde Var. In celo inqt me/
morabile extitit portentū. Nā stellā Veneris nobi/
lissimā Plaut⁹ vesperuginē: Homerus hesperon ap
pellat pulcherrimā/dicens: Castor scribit tantū por/
tentū extitisse/vt mutaret colorē. Hec aūt portēta di
cūt esse cōtra naturā: sed nō sunt/cū dei volūtate fiāt.
Que quidē volūtas cuiusqꝫ rei cōdite natura est: inqt
Aug⁹ lib. xxj. de ci. dei. Portentum ergo fit nō cōtra
naturā/ sed cōtra quā est nota natura.

Portentuosus a. um. qd portentū facit. Pli. Porten/
tosum est qd de ea traditur.

Portulaca (quā greci Pepliō dicūt) herba ē frigida et
humida: vt inqt Auicēna: q̄ dentiū tollit stuporē.

Posca: vinū in torculari aquatū: quod apud Pli. Var
ronemqꝫ ꝛ alios Lora dicit. Quidā Poscā dicūt esse
potionis genus: quā greci Oxicraton vocāt: q̄ ex aq̄
aceti qꝫ mixtura cōficit. Plin. lib. xx. Tormina sanat
palumbus fer⁹ ex posca decoctus.

Posculentū/nō poculentū dici debere scͥpsit Hermola
us vir nunq̄ꝫ satis laudatus: q̄ꝫ q̄ꝫ a posca etiā poscu
lentū dici possit.

Posco poscis: poposci: significat rem debitam et hone
stam peto. Var. Poscere: est quotiens aliquid ꝓ me/
rito nostro deposcimus. Cui Dona. cōcordare vide/
tur cuꝫ inquit: Poscere: est imperiose rogare. Aliqñ
ꝓuocare. Virgili⁹. Haud acrē dubites in prelia po/
scere turnū. Cice. Poscunt maioribus poculis. Ali
quādo petere seu vendere. Plau. in Merca. Tanti
quanti poscit. In qua significatione etiā sumit voca/
re. Iuue. Bis quingenta dedit: tāti vocat ille pudicā
Hui⁹ composita sunt Apposco: quod est iuxta debitū
ꝛ ius posco seu volo. Teren. in Heau. Minas qui/
dem iā decem habet a me filia: quas ꝓ alimentis esse
nūc dico datas: hasce ornamentis cōsequent alterē.
Porro hec talenta dotis apposcēt duo. Deposco. Ex
posco: multū seu cū instātia aut publice posco. Liui⁹
lib. j. Pacem precibus exposcūt. Virgl. lib. iij. Sed
votis p̄cibusqꝫ iubēt exposcere pacem. Reposco qd
mihi debet reddi peto. Ambr. Susceperat in sene/
ctute filiuꝫ ꝑ repromissionē/reposcēti dño negādū ad
sacrificiū: q̄ꝫuis vnicū nō putauit. Virg. Parthosqꝫ
reposcere signa. Et reposcere est vehementer posce/
re. Plau. in Cur. Quā tu virginē me reposcis.

Postulo as. significat quodā mō requiro/volo: vt Res
locus/persona/tempus/causa postulat. In qua signi/
ficatione quandoqꝫ ablatiuo iungitur mediante com
positione. Cice. in Let. Necqꝫ quicq̄ꝫ vnq̄ꝫ nisi hone/
stum et rectum alter ab altero postulabit. Aliquan/
do accusatiuo solum. Idem ꝓ Liga. Lōgiorē orati/
onem causa forsitan postulat: tua certe natura breui/
orem. Nōnunq̄ꝫ duobus accusatiuis: sed tunc sumi/
tur ꝓ oro. Hiero. in Gen. Oraui: ꝛ dedit mihi domi/
nus petitionē quā postulaui dñm: qd tamen raro re/
perit. Nā cū ꝓprie vti postulo voluit/ablatiuo iūxit:
vt i li. Re. Vocauit nomē ei⁹ samuel: eo ꝙ a dño po
stulasset eum. Quādoqꝫ significat rem debitam et iu/
stam peto. Aliqñ significat accuso seu querelam dico
de altero apud alteꝝ. Sue. in Cesa. Ceterum Corne
lium dolobellam cōsularem et triumphalem virum
repetundaꝝ postulauit. Idem de Aug. Affuit et cli/
entibus sicut scutario cuidam euocato quondaꝫ/qui
postulabatur iniuriarū. Interdū postulare est cupe/
re velle expectare. Teren. in Adel. Per oppressionē
vt hanc mihi eripere postulet. i. velit aut speret. Itē
postulare: sicuti docet Ulpia. est desiderium suū vel
amici in iure apud eum qui iurisditioni ꝑest expone/
re: vel alterius desiderio contradicere. Solet distin/
gui inter postulare/poscere/petere/obsecrare et flagi
tare: quia poscimus imperiose: petimus precario: po
stulamus iure. Obsecramus. i. ꝑ sacra rogam⁹. Fla/
gitamus: nō sine strepitu verboꝝ addendo cōuiciuꝫ
Cice. Quāq̄ causa postulat/nō tū flagitat. Curtius.
Postulabat aūt magl q̄ petebat. Expostulare est cū
querimur iniuriā apud illū a quo accepim⁹: ꝛ habet in
se rep̄hensionē. Sed de Expostulo alibi.

Possum potes: potui: ex pos ꝛ sum cōponitur: quasi po
tens suꝫ. Unde etiā quādoqꝫ cū ablatiuo cōstruitur.
Liui⁹ lib. x. Pecunia deinde qua multū poterant fre
ti socios ex hostibus facere gallos conant. Sūt etiā
qui hoc verbum cōponāt ex porro/valde ꝛ sū/ꝙ val/
de esse videant qui potētes sunt. Habet qñqꝫ appositi/
tum: vt cū dicimus: Deus oīa pōt: vnde fit omnipo/
tens. Qñqꝫ est sine appositiōe. Plau. Nō hic vt pos/
sit edit: sed posse cupit vt edat.

Possibile dicit qd fieri pōt. Cui⁹ ꝯtrariū ē impossibile.

Possideo: ex pos ꝛ sedeo. Pos aūt qd in vsu nō est: idē
est qd potēs: vt sit possideo/quasi potēs sedeo. Hic
possessio/possessor: ꝛ possessiuus a. um.

Possessio/ꝓprietas ꝛ vsus siue act⁹ possidendi agri aut
edificij: nō ip̄e fundus aut ager. Ci. in parad. Etenī si
isti callidi estimatores prata aut areas magni estima/
rent: ꝙ ei generi possessionū nemini nocere pōt. Ali/
qñ tñ sumit ꝓ ipsis bonis immobilibus.

Possessor: qui possidet: cui⁹ femi. est possestrix.

Possessiu⁹ a. um. qd possidet: vt Euādri⁹ ensis/edes re/
gie: q̄ regis possessio est.

Possidonius: ph̄s Apamiensis ex Syria: vt Stra. lib.
xiiij. auctor est: sed rhodius existimatus: q: rhodi vi/
xit/ac ꝓbatus est. Sicut ꝛ Apolloni⁹ mō dict⁹ ē rho/
di⁹ cū esset alabadēsis. Utrūqꝫ audiuit. Cice. Hic cū
aliqñ morbo articulari laborasset grauissime: fert se/
pe dixisse (Erat eīn stoic⁹.) Nihil agl dolor/q̄uis sis
molestus: nunq̄ te esse cōfitebor malū.

Post ꝑpositio cōposita et sepata inuenitur. Separata
significat meta grecam ꝑpositionē: quādo ordinē de/
monstrat siue loci/siue temporis/siue alicui⁹ alterius
rei: seruit accusatiuo. Virg. Post montem oppositū.
Idē. Post aliq̄t mea regna videns mirabor aristas.
Hora. O ciues ciues querenda pecunia primū: Vir
tus post nūmos. Cōposita ꝟbo reperit cū multis di/
ctiōib⁹: vt posthac/postmodū. Qñqꝫ tñ ponitur loco
aduerbij postea: ꝛ hoc qñ nulli casui seruit: vt qñ iun/
git ablatiuo. Virgili⁹. Post mihi non simili pena cō/
missa luetis. Sal. Ubi periculū aduenit: inuidia atqꝫ
sup̄bia post fuere. Cū ablīō. Virgl. lib. v). Ille admi/
rās venerabile donū: Fatalis virge lōgo post tpe vi/
sum. Qz si ꝑ se ꝓferat/vel ꝑpostere: habet accētū acu
tū/in versu ꝟo grauem.

Postq̄ aduerbiū tpis. Sal. Postq̄ꝫ cōsulueris mature
op⁹ facto. Interdū ponit ꝓ qm̄. Ter. in Adel. Post/
q̄ꝫ poeta sensit scͥpturā suā ab iniqs obseruari. Virg.
Postq̄ꝫ nos amaryll' habet galathea reliquit. Nec
mirꝫ: q: vt Dona. ait: eius reciprocū est q̄ꝫ ꝓ postq̄ꝫ.
Plau. in Aul. Is qm̄ morit ita auido ingenio fuit.

Postea componitur ex post et ea: vnde ꝛ ꝓducitur a ī

cut alia cõposita. Interea/ꝑterea/ꝓpterea. Salusti. Postea piso in citeriorem Hispaniã questor ꝓpretor missus est similiter. Posteaꝙ vna dictio est/ sicut et postꝙ: q̃ cõnexiue ꝑticule sunt. Cic. Plãco. Et absui ꝓficiscens in Greciã: ⁊ posteaꝙ de meo cursu reipu. sum voce reuocat⁹ nunꝙ per. M. Anto. quiet⁹ fui. Sic eñ dictis sequentia copulanť. Aliqñ inť postea et ꝙ interponiť ꝟo: ⁊ significat: sed posteaꝙ. Idem Appio. Postea ꝟo ꝙ ita cepi.

Posterus a.um. quod aliquid sequiť: vt Postera dies: id est sequens: Virgili⁹ li.iiij. Postera phebea lustrabat lumine terras. Aliqñ Poster⁹ diciť qui post nos futur⁹ est. Unde posteri et posteritas. Seneca. Posteroꝝ negociũ sic dicit. Hui⁹ cõparatiuũ est posterior/ ⁊ sup̱latiuũ postrem⁹: id est vltimus. Posteri pedes: qui post primos sunt. Hinc cõponiť Preposterus: quasi ꝑuersus ⁊ inuersus. Cice. Cassio. Preposteros habes tabellarios: etsi me quidẽ nõ offendũt: sed tamen cum a me discedũt/ flagitãt lr̃as: hoc est: q̃ post alios venire debẽt: priores aliis q̃ ꝑmissi fuerãt veniunt. Quintil. Prepostera res occidere: deinde erubescere. Prepostera libido diciť vitiũ sodomiticũ. Et ꝑposteros hoies libidinosa cupiditate vocat Iul. Firmic⁹: qui ⁊ pedicatores vocanť.

Posteri⁹: tardi⁹ vel secũdo. Q̃nq; etiã minus. Plaut⁹ in Asi. Posteri⁹ ista dicis ꝙ credo tibi.

Posteriora dicunť q̃ a vultu auersa sũt. Unde est illud. Posteriora mea videbis.

Posteritas significat posteꝝ seculũ: siue homies q̃ post nasceť. Ci. in Lel. Quo genere spare videor Scipionis ⁊ Lelii amicitiã notã posteritatis fore.

Postremo aduerbium: significat finaliter/ vltimo loco/ tandem. Sal. Postremo omnib⁹ modis pecuniã trahunt. Diciť et ad postremũ. Imposteꝝ ꝟo significat in futuꝝ tempus. Quintil. lib. j. Multa lingue vitia nisi p̱mis eximanť annis inemẽdabili imposteꝝ prauitate durantur.

Postfero pe.cor. postpono. Pli. lib. ij. Gebẽna et vrbibus ⁊ agroꝝ cultu/ viroꝝ moꝝq; dignatiõe amplitudine opũ nulli ꝓuinciaꝝ postferenda.

Posthac: dictio cõposita sicut Antehac: ⁊ significat deinceps/ in futuꝝ/ siue post hoc tẽpus. Teren. in An. Posthac quas faciet de integro comedias.

Posthabeo: postpono. Ter. in Phor. Nã omes post habui mihi res ita vt par fuit.

Posthum⁹ pe.cor. ex post ⁊ humus componiť: qui post mortem parentis natus est: quasi post humatũ et sepultũ. Plau. in Aul. Post mediã etatem qui mediam duxit vxorem domũ: si eam senex anũ pregnantẽ fortuito fecerit: qui dubitas q̃n sit paratũ nomen puero posthum⁹? Diciť ⁊ posthum⁹ a.um. ꝓ futuro ⁊ sequenti ⁊ postero. Unde Apul. Posthumã spem dixit. Virgil. lib. vj. Tua posthuma ꝓles. Fuit ⁊ Posthum⁹ nomen viri. Hora. lib. Car. Heuheu fugaces posthume posthume labunť anni.

Posticum et posticus penul. ꝓdu. a poststando ꝓ ostio in posteriore ꝑte ediuꝫ. Plaut⁹ in Tri. Aliud autem posticũ ediũ nostraꝝ. Veteres tamen etiam vicinum habitantem ad posteriorẽ partẽ ediũ sic appellarunt. Horat. Atria seruantẽ postico falle clientẽ. Et ostiũ ip̃m postica femi. genere diciť: cuius diminutiuũ est posticula. Apul. Per quandã breuem posticulã intro vocat me. Ammianus. Per posticã ingressus refertam inueni cõfluente ex finitimis virili et muliebri sexu. Postica etiam Auguꝝ est. Nam vt inq̃t Ser. Augures designãt spacia lituo: et eis dant nomina: vt prima pars dicať Antica/ posterior Postica. Dexterã quoq; sicut scribit Festus Anticã sinistram posticam dicimus. Sic etiã ea celi ps que sole illustrať ad meridiem Antica nominať: q̃ ad septentrionẽ postica. Rursus q̃ diuidunť in duas ꝑtes/ orientem atq; occidentẽ/ Antica ⁊ postica dicunť. Itẽ postica: linea in agris diuidẽdis: q̃ ab oriente in occidentẽ spectat. Omnia deniq; q̃ post nos sũt postica dicunť: et q̃ añ nos/ antica. Inueniť etiã posticus a.um. Pers. Postice occurrite sanne: hoc est: irrisiõi facte a ꝑte posteriore. Auso. Postico vulnere fossor.

Postero as. Palladius. Oliua cũ varia cepit esse/ colligiť. Nã cũ tota nigrescet: qđ speciei merito posterauit/ fundẽdi vbertate cõpensat.

Posticulũ dimi. Plaut⁹ in Tri. Posticulũ hoc recepit cum edes vendidit. Posticula diminutiuũ a postica: de quo in dictione posticã.

Postis generis mascu. a post deduciť: et significat valuã ostii/ siue latus porte: dict⁹ ꝙ post fores stet. Virgili⁹. Herent parietibus scale: postesq; sub ipsos nituť gradibus

Postilena: a post ⁊ stando: ꝙ stet a parte posteriori. Est eñ incuruũ lignum siue crassius loꝝ qđ sub iumenti cauda poniť. Plau. Ita te a gerũda aqua curuũ faciam/ vt postilena possit ex te fieri. Hinc ꝑ cõtrariũ antilena: qua pectus cingiť.

Postliminiũ: ex post et limina componiť. Quecũq; eñ a nobis alienata ad hostem ꝑueniũt: cũ a nostro limine exierint: si post ad idem limen reuertanť/ postliminio redeunt. Fest⁹. Postliminio recept⁹ est si q̃ extra limina: hoc est terminos ꝓuincie capt⁹ fuerat: rursus ad ꝓpria reuertiť. Paul. Iurecõ. Postliminiũ est ius amisse rei recipiẽde ab extraneo/ ⁊ in statũ pristinũ restituẽde inť nos et liberos ꝓplos regesq; morib⁹ ac legib⁹ ꝯstitutũ: Nã qđ bello amisim⁹/ aut etiã circa bellũ: hoc si rursus recipiam⁹/ dicim⁹ postliminio recipere id qđ naturali eq̃tate introductũ est: vt qui ꝑ iniuriaꝫ ab extraneis detinebať: is vbi in fines suos rediisset/ pristinũ ius suũ reciperet.

Postmitto. Cice. ꝓ Celio. Qđ in alicui⁹ agrestis ꝑiculo nõ postmitteret: id hõ erudit⁹ i insidiis doctissimi hois dissimulandũ putaret.

Postmodũ pe.cor. ex post et modũ: significat postea siue postremo: quasi post modũ rei datũ. Li. lib. j. Sepe ex iniuria postmodũ exortã grãꝫ. Diciť ⁊ postmodo. Idẽ li. iiij. Si ardeates sua tp̃a expectare velint: arbitriũq; senatui leuãde iniurie sue ꝑmittant fore: vt postmõ gaudeãt se ire moderatos.

Postomis idis. instrumentũ ligneũ seu ferreũ qđ ad cohibendã equorũ tenaciã narib⁹ vel morsui imponiť. Lucil. Postomides huic de narib⁹ ingẽtes pendẽt.

Postridie et pridie composita sunt et diuersa. De Pridie Gel. lib. x. Die pristini eodem mõ dicebať: quod significabat die pristino: id est priore: quod vulgo ꝑdie diciť/ cõuerso cõpositionis ordine: quasi pristino die. Festus ꝟo (cui magis accedendũ puto) compositionem pridie antiquam esse innuit/ cum ait. Priuignus dictus est: ꝙ anteꝙ mať scdo nuberet/ est ꝓgenit⁹. Pri eñ antiqui ꝓ pre dixerunt. Pridie igiť ex ꝑ et die compositũ: priori siue ꝑcedenti die/ siue ꝟo ante significat: postridie ꝟo postero die: sincopatuꝫ eñ est. Lactan. lib. v. de vtroq; exemplũ posuit: ⁊ loquiť de Carneade. Is cũ legatus ab Atheniensibus Romã missus esset: disputauit de iusticia copiose audiẽte Galba ⁊ Catone censoribus/ maximis tũc oratoribus. Sed disputationem suã postridie cõtrarie subuertit: ⁊ iusticiã quã ꝑdie laudauerat sustulit. Plau. i Sti. Qui potest mulieres vitare/ vitet: vt quotidie ꝑdie caueat ne faciat quod pigeat postridie. Pridie igiť ꝑori die siue ꝑcedenti die significat: vt etiã apud Catonem li. de re rust. Si quem purgare voles/ pridie ne cenet. Postridie ꝟo postero die: nec post tres dies vllo mõ significat: vt Catonis exemplum apertissime demonstrat: qui eodẽ lib. sic ait. Oleũ viride

fic facto: Oleũ ꝗ primũ ex terra tollito: si inquinata erit tollito a folijs: et stercore purgato postridie/ aut post tertiũ diem ꝗ lecta erit facito. Nõ enĩ adiecisset diem tertiũ/ si postridie post tres dies significaret/ nisi ꝗ postridie secundus seu sequens dies esset ei⁹ diei qui ꝓcessit: qđ ostendit etiã ex hoc ꝙ eius diei appositũ tã ꝑdie ꝗ postridie inuenit. Cice. lentulo. Ad duodecimũ kalendas Februarij cum in senatu pulcherrime staremus: ꝙ iam illã sententiã bibuli de trib⁹ legatis pridie eius diei fregeram⁹: id est ꝓcedenti die ei⁹ diei/ hoc est duodecimi. Cesar lib. ij. Postridie ei⁹ diei cesar ꝓsidio vtrisq; castris: qđ satis esse visũ est/ reliquit: id est sequente siue postero die eius diei qui ꝓcessit. Aliqñ cũ gtõs iungitur: vt Pridie siue postridie kalendis Nonarũ iduũ: ⁊ possessiue iũgitur. Nõ nũꝗ actũs exponit. Cice. Appio. Pridie nonas Junias cũ essem⁹ brũdusij. Et resoluitur die ꝓcedẽti nonas/ siue die ante nonas. Liu. Etiã postridie Id⁹ diu inis supsederi iussũ: quo itẽ mõ postridie kal. dicit: id ẽ die post kalen. Etiã aliter actõ iungunt. Ci. ad Atticũ. Pridie cõpitalia memẽto. Interdũ ꝑdie ⁊ postridie sequit. ꝗ vt ꝑdie ꝗ in tres patriã sacrificiũ facito. Li. lib. ij. Nã cũ ꝑdie ꝗ legati ad tarquinos ꝓficiscerẽtur: ⁊ cenatũ forte apud Vitellios esset: coniuratiq; ibi remotis arbitris multa inter se de nouo vt fit cõsilio egissent sermonẽ eoꝝ: ex seruis vn⁹ excepit q̃ iã antea i dsenserat agi. Qđ sic exponit. Die ꝓcedẽti anteꝗ legati ad Tarquinos ꝓficiscerent. Silr illud Sue. i Cesa. Et ꝑdie ꝗ occideret i sermone nato sup cenã apd M. lepidũ/ quisnã esset finis vite cõmodissim⁹/ repẽtinũ inopinatũq; ꝓtulerit. Quo etiã mõ intelligit illud in Canone misse. Qui ꝑdie ꝗ pateret: id est q̃ ꝓcedenti die anteꝗ pateret: nõ aũt q̃: sicut Valla interpretat: eo ꝙ sentẽtie repugnare videret. Silr postridie ꝗ pater morte obijt/ epulũ feci: id est postꝗ pat morte obijt/ postridie epulũ feci: vt dies mortis luctui seruiat/ postera ꝟo epul. Nõ aũt postridie q̃ pat morte obijt epulũ feci: qđ neq; orõni neq; sensui cõuenit. Nã postridie aliũ diẽ exigit ꝓcedentẽ. In isto ꝟo exemplo nullus ali⁹ dies ꝓcessit. Ergo ꝗ ꝓ postꝗ exponendũ est: vt Postridie sequat ipm̃ q̃ pater morte obijt. Silr Postridie ꝗ vxorẽ duxero/ nauigãdũ est mihi. Si ꝗ ꝓ quo sumat/ nõ recte fiet interptatio. Igit necessario ꝗ ꝓ postꝗ/ non ꝓ quo sumendũ est: nisi ꝗ ꝓ quo hoc mõ sumamus: nõ tñ vt capiam⁹ eo postridie epulũ factũ quo pat morte obijt: neq; eo postridie q̃ vxorẽ duxero nauigandũ est mihi. Sed sic postridie: id est postero die ab eo quo pater morte obijt epulũ feci: ⁊ postridie ab eo quo vxorẽ duxero nauigandũ est mihi. Et Valla ita intellexit. Hoc mõ sumẽda sũt pleraq; Liuij exem: vt libro. iij. Anno trecentesimo altero ꝗ cõdita Roma erat: iterũ mutat forma ciuitatis a consulib⁹ ad decem viros. Et lib. iiij. Dictator exercitu victore domũ reducto die octauo ꝗ creat⁹ erat. Hic ꝗ ꝓ quo exponit: id ẽ ab octauo die ab eo q̃ creat⁹ erat. Et illud: ꝗ cõdita Roma erat: id est ab eo quo cõdita Roma erat. Qđ etiam ꝓ postꝗ sumi potest. Pãt tñ Valle exempla breuius exponi: vt ꝗ ꝓ cũ sumat. Hoc mõ ꝗ ꝓ cum pater mortem obijt/ epulum feci postridie. Et ꝗ pro cum vxorem duxero nauigandum est mihi postridie. Illud autem Ciceronis ad Tironem. Menandrius postridie ad me venit ꝗ expectarem: ꝓ cũ omnino sumitur/ nõ ꝓ postꝗ/ neq; ꝓ anteꝗ/ neq; ab eo quo. Hoc mõ Menandrius ꝗ: id est cũ die ꝓcedenti eũ expectarem: venit ad me postridie. Vnde recte sequit: Itaq; habui noctem plenã timoris: id est noctẽ q̃ ipm diem ꝓcedentem insecuta est: ⁊ intercessit inter postridie: hoc est sequentẽ diem/ ⁊ ipm diẽ ꝓcedentẽ. A Pridie fit Pridianus a. um. quod est ꝑdie alicui⁹ diei. Sue. i Caio. Marcente adhuc stomacho pridiani cibi. A Postridie postridianus: qui post postridie alicui⁹ diei: sicut postridianus: qui post id⁹ est. Sed abutit ꝓ postridianus crastin⁹/ ꝓ pridian⁹ hesternus.

Potestas multa significat: vt Paul. inquit: Nam in persona magistratuũ imperiũ: et a possum fit: In persona liberorum patriam auctoritatem: In persona seruorum dominiũ. At cum agimus de noxe deditione cum eo qui seruũ nõ defendit: presentis corporis copiam et facultatem. Potestates igitur principes potentes dicuntur: quos greci Dynastas vocant: ⁊ hi qui magistratus gerunt: et habent merũ imperium: hoc est gladij potestatem ad animaduertendũ/ et facinorosos homines: et in iudicijs presunt. Vnde non inepte pretores vrbis vulgo nunc potestates dicuntur. Sue. in Clau. Jurisditionem de fideicõmissis quotannis/ et tñ in vrbe delegari magistratibus solitam in perpetuũ: atq; etiam p ꝓuincias potestatibus demandauit. Apul. Sed iussit potestas officialem suũ magna seueritudie coerceri. Pli. Pingue draconis in pelle dorcadum neruis ceruinis/ ad alligatũ in lacerto victoriã iudicioꝝ cõferre existimant ꝑmũ; sponðylũ aditus potestatũ mulcere. Et Potestas ponitur ꝓ cõsilio ⁊ ratiõe. Vnde exire aliquẽ de potestate dicim⁹ mentis impotẽ fieri: vt apud Cice. lib. iiij. Tus. Iratos ꝓprie dicim⁹ exisse de potestate: id est de mente. Potestas a veterib⁹ dicebat ꝓ ptãte. Plau. Neq; desidie in ocio operã dedisse: neq; potestaꝫ sibi fuisse adeo arcte cohibitã esse a patre.

Potentatus us. potestas.

Potẽs tã participiũ ꝗ nomen inuenit a possum. Sed quãdo participiũ est: tempus significat: ⁊ accusatiuo iungit nominũ vel infinito: nec compationẽ accipit: vt Potẽs pugnare/ vel potens bella facere. Qñ ꝟo nomen caret tpe/ ⁊ genitiuo iungit: vt Potens maris: ⁊ cõpationẽ accipit/ vt potẽtior: hui⁹ cõtrariũ impotẽs qui nõ potest. A quib⁹ potẽtia et impotentia/ potẽter ⁊ impotenter. Differũt autẽ ꝭm Prisci. potẽtia ⁊ potestas: ꝙ potestas magna ꝓ vi accipit/ potentia ⁊ dñatione. Hinc omnipotẽs. Armipotẽs/ bellipotẽs: q̃ armis et bello potẽs est. Viripotẽs mulier: q̃ coire cũ viro p etatẽ potest.

Potis et pote: vide in dictiõe Cõpos. Pote volo/ possum velle: potis sum/ possum.

Potior ⁊ poti⁹ compatiua/ ꝓ melior ⁊ meli⁹: quasi potentior ⁊ potentius: ⁊ potissimũ suplatiuũ/ et potissime aduerbiũ: q̃ significãt magis ⁊ maxime. Differũt aũt potius ⁊ potissimũ seu potissime: ꝙ poti⁹ ad duo tñ/ potissimũ ad plura refert: vt Quẽ poti⁹ instituaꝫ heredẽ/ Fabiũ an Luciũ? Aut quã natarũ potissimũ erudiã? si multe sint. Inuenit tñ qñq; potissimũ referri ad duo. Ci. Quãꝗ ꝓstat honestas icolumitati: tñ vtri potissimũ cõsulendũ sit deliberetur.

Potior iris ⁊ poteris: a potis deducit: tã tertie ꝗ quarte cõiugatiõis est. In infinitiuo tamẽ ⁊ pticipio quartã sequit. Virg. Ui potit quid nõ mortalia pectora cogis? Ouid. Tuq; tuis armis nos te potiremur achille. Est autẽ potiri tenere/ ⁊ q̃si in ptãte habere. Et sic fere semp cũ gtõ cõstruit. Salu. Cui fatũ foret vrbis potiri. Aliquãdo est obtinere/ et in potestatem vendicare: et tũc abltõ iũgit: vt Cesar tandẽ potitus est gallia. Aliquãdo frui. Sic etiã cũ ablatiuo: ⁊ nonnũꝗ cũ accusatiuo cõstruit/ sed raro. Cice. Et si his voluptatib⁹ bona etas fruitur: libentius primũ paruulis fruit rebus/ vt diximus: deinde his quib⁹ senectus: etiã si nõ abũde potit/ nõ oĩno caret. Terẽ. in Adel. Patria potit cõmoda.

Poto as. aui. ⁊ potus sum: potatum et potũ: significat bibo. Hiero. Nõ ambigo multos fore/ qui de turbulento magis riuo ꝗ ꝺ purissimo fõte potare malint.

Terẽ. in Ecy. Quid ais? cũ virgine vna adolescẽs cubuerit plus potus? Eius cõposita sunt appoto: qđ est multũ poto. Plau. in Cur. Postq̃ cenati atq̃ appoti talos poscit sibi i manũ: ꝓuocat me in aleã vt ego ludã. Cõpoto: simul poto. Vñ cõpotatio: quã greci symposiũ dicũt. Epoto: potãdo exhaurio: ꝑpoto: valde poto. Prepoto: añ poto. Et habẽt pe. ꝓ.

Potus a. um. in vtraq̃ significatione sumit: ꝓ eo q̃ potauit. Ouid. lib. iij. Fast. Pompa senẽ potũ pota trahebat anus. Idẽ in eodem. Clauiger ꝛ tãto est albula pota deo. Iuue. Epotaq̃ flumina medo prandente. Ibi accipit actiue. Passiue aũt ab Ouid. li. xv. Metam. Nocte nocẽt pote sine nota luce bibunt.

Potus us. idem quod potio: Quis sint qui distinguant dicentes potũ esse vini/aque ꝛ huiusmodi: potionem a medicis egrotãtibus dari. Sed Cice. potionem ꝓ potu accipit lib. Tusc. cũ ait: Quid q̃ ne mente quidem recte vti possum⁹ multo cibo ꝛ potione repleti? Et in Cato. Tãtũ cibi ꝛ potionis adhibendũ: vt reficiant vires/nõ opprimant.

Potoriũ: vas qđ ad potũ est deputatũ. Pli. Mille cõuiuas totidẽ aureis potorijs. Idẽ lib. xxxiij. Fecit idẽ ꝛ cocos magiresia appellatos ꝑuulis potorijs.

Potorius a. um. qđ ad potandũ ꝑtinet. Vñ dicim⁹ vasa potoria/sicut vasa escaria.

Potito as. pe. cor. cõsuetudinẽ potãdi habeo. Est enim frequẽtatiuũ. Plau. i Am. Nũc tibi hãc paterã q̃ dono mihi illic ob ꝟtutẽ data est Pterela rex q̃ potitauit: quẽ ego mea occidi manu.

Potiono as. potionem ꝑbeo: cui⁹ passiuũ est potionor. Suc. ꝺ Cali. Credit potionat⁹ a Cesonia vxore amatorio quidẽ medicamẽto: sed qđ i furorẽ ꝟterit. Hiero. ad Dama. Accipe calicẽ meri hui⁹ de manu mea ꝛ potionabis oẽs gẽtes ad q̃s ego mittã te.

Potitius: a potãdo cognominat⁹ est: qui Herculi sacra faciebat. A quo potitia familia. Erat et altera familia pinarioꝝ: q̃ Herculi semꝑ sacrificaret.

P Ante R

Pre prepositio: que tã separata q̃ composita vbiq̃ diphthongat. Separata quidẽ ablatõ deseruit: et quãdoq̃ significat ꝓ siue ꝓpter. Apul. Pre luxuria cũcta ꝓfuderat. Quãdoq̃ significat ante: siue de loco dicat/siue de electione. Et modo absolute ponit. Teren. I ꝑ sequar. Modo cũ accusatiuo. Liui⁹ lib. j. Prope Tyberim fluuiũ qua ꝑ se armentum agens nãdo traiecerat. Modo cũ ablatiuo: vt Pre ocul: id est ante oculos. Aug⁹ lib. ij. Confess. Ambitio quid nisi honores querit et gloriã: cũ tu sis ꝑ cunctis honorãdus vnus et gl'iosus ineternũ ꝑ cunctis: id est ante cunctos/vel q̃ cuncti. Interdum ponitur ꝓ respectu/siue ad comparationẽ. Terẽ. in Eu. Hic ego illũ cõtempsi ꝑ me: id est ad cõparationẽ mei. Liui⁹. Paruã albã ꝑ ea vrbe q̃ conderet fore. Nõnunq̃ ꝓ ab: Terent. in And. Pre studio dũ efficias qđ cupis: id est ab studio. Idẽ in Eu. Vt sit misera ꝑ amore. Item ꝓ extra/siue excepto vel excepta. Gel. lib. j. Preq̃ se vno ceteros omnes lingue attice ꝓncipes gentẽq̃ omnẽ togatã: qđcũq̃ nomen latinum rudes esse atq̃ agrestes ꝑdicabat. Terent. Extra vnã ancillã dixit. Item ꝓ respectu eius. Plau. in Persa. Immo res omnes relictas habeo ꝑ quod tu velis. Cõposita significat añ vel ꝓus: vt ꝑpono/ꝑfero. Aliquãdo sup: vt perfectus ꝑsidio. Aliquando valde vel mirũ in modum/siue ꝑter modum: vt ꝑclarus/ꝑcelsus: ꝛ magis auget q̃ per. Iungiturq̃ cũ aliquib⁹ dictionibus/cũ quibus nõ iungitur per: vt ꝑpotens/ꝑcelsus/ꝑlatus/ꝑclarus: presulgens/ꝑdiues/ꝑdulcis/ꝑdurus/ꝑcultus/ꝑlargus/ꝑlongus. Nã ꝑlongus hõ ꝛ ꝑlõga oratio ea dicit que enormi lõgitudine est. Prepotẽs/ꝑcelsus/ꝛ silia: magis immodũ potẽs: celsusq̃ ꝛ quasi ꝑter modũ moremq̃ alioꝝ potẽs ac celsus. Significat q̃nq̃ etiã ante tempus/siue ꝑter morem alioꝝ: vt ꝑcox vua/ꝑcox ingenium. Item significat nõ siue nondũ: vt in ꝑmaturus. Aliqñ supuacue ponit: vt ꝑmorior/ꝑcingo: q̃ significãt sicut eoꝝ simplicia. A ꝑ fit ꝑter quõ a sub subter/in inter/ꝓ. ꝓpter.

Preacuo: ꝓus acuo. Cato de re rus. Vitã tenerã ꝑacuito: obliq̃ inter se medullã cũ medulla cõponito.

Preaccipio: añ accipio: a quo Preacceptio: figura q̃ ꝑsumptio a nostris/a grecis ꝟo ꝓlepsis dicit: cũ poeta aliq̃d ꝑaccipit/ad cãq̃ subsequit q̃litatẽ.

Prebeo: a ꝑ ꝛ habeo/abiectis a et h. significat do/exhibeo. Nã q̃ aliq̃d ꝑbet/id ꝑhabere ratiõe dicit. Aliqñ significat ostẽdo. Terẽ. in Adel. Seruũ haud illiberalẽ ꝑbes te: id est in re ostẽdis factis ꝓbãs.

Prebia veteres remedia dixerũt/q̃ egrotãtib⁹ ꝑbeant.

Precalu⁹: caluus in anteriore ꝑte capitis. Suc. de galba. Statura fuit iusta/capite ꝑcaluo.

Prechar⁹: nimis siue multũ char⁹. Teren. in Phormi. Quãtũ opus est tibi argenti? eloquere: Sole triginta mine. Triginta: haud ꝑchara est Phedria. Isthec ꝟo vilis est.

Preceps: locus alt⁹ vnde quis potest ꝑceps dari. Vir. Turrim in ꝑcipiti stantẽ summisq̃ sub astra Eductã tectis. Et ꝑceps hõ dr: q̃ sine cõsideratiõe siue mõ q̃d agit et q̃si rẽ ꝑoccupat: vñ ꝓ nimis festino poni solet. Virgil. Precipites atra seu tẽpestate colũbe. Precipites palmites apud Col. sunt q̃ de hornotinis virgis enati induro alligãtur. Hi (vt lib. v). idẽ scribit) plurimũ fruct⁹ ferũt: sed plurimũ inrl nocẽt. Itaq̃ nisi extremis ramis/aut si vite arboris cacumẽ supauit ꝑcipitari palmitẽ nõ oportet. Sũt q̃ ꝑceps a caput ꝑ compositionẽ deriuẽt: qđ q̃uis nõ abnuã: tñ etiã a capio dici videt: q̃ anceps cũ am ꝑpositiõe cõpositũ a capio Festus dici velit. Sed tñ ꝓprie ꝑceps a caput. Vñ ꝛ biceps/triceps. Caput ꝟo a capio fit.

Precipitiũ: loc⁹ ꝑrupt⁹ vñ ꝑcipitari facile põt.

Precipito: in ꝑceps deijcio/incõsiderate ago. A cui⁹ participio fit ꝑcipitãter: qđ significat incõsiderate.

Precedo: añcedo: vt Nox ꝑcessit. dies appropinquit.

Precido pe. ꝓ. ex ꝑ et cedo: qđ est ferio/ꝑcutio/incido: significat ante cedo.

Precidane⁹ a. um. vt Precidanea agna: que ante alias cedebatur: ꝑcidanea porca: quã immolare erãt soliti anteq̃ nouã frugem precidere nt siue gustarent. Aliquando precidere est excidere/seu simpliciter cedere. Hiero. in Exo. Precide tibi duas tabulas lapideas instar prioꝝ. Postea sequit. Excidit ergo duas tabulas lapideas q̃les antea fuerãt. Idẽ lib. Reg. Et ꝑcidit vestes eoꝝ medias vsq̃ ad nates. Et ꝑcidere dicitur de re obscena: hoc est marẽ intra podicem coeundo labefactare: quemadmodũ pedicare: est puerum inter femora fedare. Marc. Precidi gaudes: precisus neuole ploras.

Precisus dicit ꝑs carnis viscerũ: hoc est: circa quod viscera inuoluta sunt/q̃ oras circũcisas habeat. Lucil. Illi ꝑciso atq̃ epulis capiunt opimis. Nã omasum dicit intestinũ pingue.

Precipuus a. um. a ꝑcipio: ꝓ ante capio: quod ante capitur: quasi ante om̃ia/siue ꝑuentus omnibus. Hinc aduerbiũ ꝑcipue: quod est ante alia. Nõ autẽ specialiter vt multi indocte interpretant sicut in ꝑsertim. Cice. Curioni. Non mihi tã mea salus chara fuit: in qua ꝑcipue sum ab illo adiutus: q̃ pietas erit in referenda gratia iucũda: id est ante alios.

Precello is. vide in dictione Cello.

Precino nis. penul. corre. precinui precentũ: ante cãto: ꝑdico/ꝑdiuino.

Precẽtio: modulatio illa vocũ que ante initium cantus

fieri solet: quasi p̄ludiū. Gel. Tibicines inter exercitū positi canere inceptabāt: ea p̄centione trāquilla ad q̄si militaris musice disciplinā vis et impetus militū ne sparsi dispalatiq; p̄ruerēt/cohibebat: quapropter et exordiū siue initiū/siue p̄ncipiū/siue p̄loquiū/siue antiloquiū quidā p̄ludiū/alii p̄centionē vocauere: ad similitudinem grecoꝝ/qui id p̄emiū nominant: p̄terea φοιμη cantus est.

Precentor: qui canēdo p̄cedit: sicut p̄sultor/ qui saltantiū choream ducit.

Precipio: a p̄ et capio: significat ante capio/ p̄uenio/ p̄occupo Virgilius. Cogite oues pueri si lac p̄ceperit estus: Vt nup frustra p̄ssabimus vbera palmis. Cicero lib. ii. offi. Precipiāt oratione benigna: multitudinis animos ad beniuolentiam alliciāt: milites blādo sermone deliniāt. Item Precipe est ante videre. Virgilius. Omnia p̄cepi atq; animo mecū ante peregi. Item Precipere: iubere. Et p̄tinet ad eos qui curam alioꝝ gerunt: et qui aliis p̄sunt. Hinc p̄cepta p̄ iussis. Sal. in Jug. Micypsa pater meus mihi p̄cepit. Item p̄cipere: monere/instruere. Unde p̄ceptores: artium magistri. quoꝝ placita p̄cepta et p̄ceptiones dicuntur.

Precepto as. frequētatiuū: significat sepe p̄cipio.

Preceptum et nomen et participiū esse potest. Nomen ponitur p̄ iussione: vnde decem legis p̄cepta. Et aliquando p̄ disciplina siue documento/et quasi regula quadā bene viuendi: vt cū p̄cipit quid vir vxori/quid vxor viro debeat. Aut p̄ documento tradito ad aliquam artem percipiendā. Participiū mō significat antecaptū. Liu. lib. i. Tpe illi p̄cepto. Cice. libro. iii. Tusc. Hec cogitantē fore beatū: p̄sertim si et ante p̄ceptis bonis cōtent⁹ esset/nec mortē/nec deos expauesceret: id est p̄gustatis et āncaptis: mō iussū vt Preceptū est tibi ne discedas.

Precones a p̄cinēdo dicti sunt/quasi p̄canes: q̄ ante canāt et annūcient quod est faciendū. Vel (vt inq̄t Priscianus) a p̄: id est valde canēdo. Sūt em̄ q̄ iussu magistrat⁹ publice aliq̄d ore denūciant: qui auctionē faciebāt: et qui audientiam in theatris indicebāt. Virgili⁹ lib. v. Victorem eneas p̄conis voce cloanthum Declarat. Et p̄cones laudū nostrarū: qui res a nobis gestas laudādo diuulgant. Hos quoq; Curiōes vocatos legimus.

Preconium: ipsa p̄conis vox. Sueto. de Nerone. Et p̄conio vbiq; cōtendit. Sed quoniā a p̄cone res geste etiam p̄nūciari solent: ideo quādoq; p̄ laude/fama et gloria sumit: a genealogia/virtutib⁹ corpis et fortune. Unde Isocrates ō laudib⁹ Busiridis: περι μεγ ουν τησ βουσιριδοσ ευγενειασ τισ ουκαν δυνηθειη ραδιωσ ειπειν.

Preconius a. um. antepe. p̄d. quod est p̄conis: vt Sub voce preconia.

Precognit⁹: anī cognitus: Quis raro p̄cognosco repiat. Planc⁹. Ut si latro p̄cognito nostro aduentu rursus in Italiā se recipe ceperit.

Precordia: membrane q̄ exta sepant ab inferiore viscerū p̄te: dicta q2 cordi p̄tendunt: vt Plini⁹ lib. xi. scribit. Et a grecis Phrenes dicunt. Itē q̄ a grecis hypocondria dicuntur: a poetis et medicis latinis p̄cordia appellant. Celsus. Periculosū est etiā post arquatuz morbū febres oriri vtiq; si p̄cordia i dextra p̄te dura māserint. Et p̄cordia vno nomine exta in homine vocant.

Precox cis. pe. corre. generis om̄is: quod et p̄coquus a. um. Mart. Ilia maternis fueramus p̄coqua ramis. Nūc in adoptiuis persica cara sum⁹. Dicit aūt p̄cox fructus qui p̄ter morem ceteroꝝ coct⁹ et maturus factus est: vt p̄coqua vua/precox ficus/ p̄cocia poma: q̄ ante solitū tempus maturescūt. Plini⁹. Persica estate p̄cocia intra triginta annos repta: et p̄mo denariis singula vendidata. Ita dicimus Serotinas vuas: q̄ post cōsuetū tp̄s tarde maturescūt. Per trāslationem quoq; p̄cox ingeniū dicit: qd̄ nimis cito maturitatem cōsecutū/nimisq; cito videt adoleuisse. Quintil. Illud ingenioꝝ velut p̄cox gen⁹ nō temere vnq; ad frugē p̄uenit.

Precoquo is. pe. cor. ante coquo seu maturo. Col. lib. vi. Que cōmodi⁹ insolate p̄coquunt: hoc ē: ante tp̄s alioꝝ fructuū maturant.

Precie vue: q̄si p̄cocie dicte sūt: q̄ cito maturescūt.

Preda a pariēdo (vt inq̄t Var.) quasi parida: q̄ manu parta sit. Et est (vt Gel. lib. xiii. inq̄t) p̄prie corpa ip̄a reꝝ q̄ capta sunt. Manubie p̄o pecunia ex venditione p̄de redacta.

Predaceus a. um. qd̄ ex p̄da est. Gel. lib. iiii. Egre passus q̄ cui salus imperii ac reip. accepta ferri deberet: rationē pecunie p̄dacee posceret.

Predatiu⁹ a. um. idē quod p̄daceus. Gel. Ex manubiis id est ex pecunia p̄datiua.

Predor aris. a p̄da fieri Var. docet. Et habet vtrāq; significationē. Hiero. in Esaia. Ve qui p̄daris: nonne ipse p̄daberis. Grego. Dep̄dari desiderant qui thesauꝝ publice in via portant. Legit et p̄do as. Hiero. in li. Judith. Predauit quoq; oēs filios Tharsis: id est depopulatus est.

Predator: populator. Joui p̄o predatori templū fuisse legimus: nō q̄ p̄de p̄esset/ sed q̄ ei aliquid ex preda in partem prede debebatur. Nam mos Romanoꝝ fuit: vt bella gesturi/de parte prede aliquid numinibus pollicerentur.

Predo onis. qui p̄dat. Cui⁹ diminutiuū p̄donulus a Catone vsurpat. Predones sunt qui populandā alienā inuadunt p̄uinciam.

Predium a p̄da: eo q̄ capti ab hostibus agri militibus distribuebant. Vel dicit a p̄stando/ vt inquit Varro sicut p̄des. Alii a p̄us seu valde dando. Est aūt p̄diū rusticū et vrbanū. Unde anteurbana p̄dia vocabant que vrbi erāt p̄pinqua. Ager: locus in rure quem colimus. Aruū: ea ps agri q̄ sementi dat. Fund⁹ etiā ps agri est. Singula em̄ prata singule vinee/singuli horti/ singula oliueta/pomaria/pascua/ salicta/ nemora/ venatoria/piscatoria loca/siue villā atq; edificiū/siue piscinam/siue vinaria habeāt siue nō habeāt: singuli fundi sunt: et hoc in agro dūtaxat: nā in vrbe/ oppido/ vico/castello: quicq̄d tale cū p̄diū vocat. Est itaq; fundus rustica possessio/p̄diū/ et vrbana et rustica. Possessio generale nomen est: Nā et taberne/et hospitia/et horrea in vrbe et possessiones dicunt. Et simplr om̄ia bona immobilia. Dicit possessio etiā nō ip̄a p̄prietas sed vsus et actio possidendi.

Prediolū: paruū prediū. Cicero. M. Celio. Sed mea p̄diola tibi nota sunt: l his mihi necesse est esse/ne amicis molestus sim.

Prediatorius a. um. qd̄ ad prediū p̄tinet: vt lex p̄diatoria. Cicero p̄ Cor. balbo. Etenī si Qu. sceuola ille augur cū de iure p̄diatorio consuleret: homo iuris peritissim⁹ cōsultores suos nōnūq; ad turiū et caseliū p̄diatores reiiciebat.

Prediatores dicunt periti iuris ad p̄dia p̄tinētis.

Predestino as. penul. corre. ex pre et destino. Vide i dictione Destino.

Predensus: valde densus. Pli. lib. viii. Culter vocat p̄densam p̄usq; p̄scindat terrā secans.

Predisco: anī intelligo. Virgil. lib. Ge. p̄discere ventos.

Predico as. penul. corre. ap̄te seu publice dico/ celebro diuulgo/laudo. Cicero Luceio. Ignosces mihi ō me ip̄o aliquid p̄dicanti. Salust. Ip̄m Crassum ego postea predicantem audiui: tantam illam contumeliam sibi a Cicerone impositam. Inde Predicatio dictio celebrata. Et apud Logicos decem predicamenta

que de omib⁹ ꝑdicant. Et ꝑdicatū qd grāmatici appositū vocant/qd ꝑdicat: id est dicit de subiecto. Et ꝑdicator: id est laudator/ ⁊ cuiuscūq; rei diuulgator.

Prędico is. pe. p. añ siue pˀus dico. Ter. i An. Sed dico tibi ne temere facias: neq; tu hoc dicas tibi nō ꝑdictū. Inde ꝑdictio: qd ꝑdicit siue ꝑnūciat vel ꝑdiuinatur. Cice. lib. j. de diui. Ex quo sępe genere hariolorū etiā ⁊ vatū furibūdas ꝑdictiōes: vt octauiano bello Cornelij Culeoli audiēdas putauerūt.

Pręditus ta. tum. pe. corre. nō dicit ornatus/sed q̄si affectus: ꝑticipiū sine verbo puto: quasi a ꝑdo is. ex ꝑ et do. Et accipitur tam in malam q̄ in bonam ꝑtē: vt Pręditus sum honore/et ꝑditus sum damno. Cicero ꝓ Rabi. Senectute affectus/morbo ꝑditus. Et ꝓ Mar. Idē. Squalore sordidus/cōfect⁹ morbo/lachrymis ac męrore ꝑditus.

Pręduro as. pe. ꝓd. ꝑter morem duro. Col. lib. iiij. de re rustica. Uerum est in opere difficilior/ꝙ neq; humentē fodere possis: ꝙ sit glutinosissima/nec nimiū sicca: q: nimiū ꝑdurat.

Pręeo is. ante eo. Ambro. huic verbo datiuum iunxit libro de offic. Alterū inq̄t cum in clero regissem iubere me/ne vnq̄ pręiret mihi: q: velut quodā insolētis incessus verbere oculos feriret meos.

Pręfacio cis. ex pre et facio sumitur/sicut ꝑfero: vt si dicam: ꝑ me facio/sicut ꝑ me fero. Quint. lib. viij. Sit igitur cura elocutionis q̄maxima: dū sciamus tamē nihil verborū causa esse faciendū: cū verba ipa rerum gratia sint reꝑta: quorū ea sint maxime ꝓbabilia q̄ sensum animi nostri optime ꝓmunt: atq; in animis iudicum quod volumus efficiunt: ea debent ꝑfacere sine dubio ⁊ admirabilem: nō sic quo modo ꝓdigia miramur: ⁊ iucundā orationē nō deformi volūtate/ sed cū laude ad dignitatem cōiūcta. Qd mirū videt/ vt sub vna ꝑpositiōe duo verba dissimili voce dissimiliq; significatione essent ꝓlata.

Pręfacio onis. a ꝑfat⁹ deducit: et significat id qd ꝑloq̄mur anteq̄ ad rē veniamus. Hiero. in ꝑfa. Pē. Ut consueta ꝑfatione cōmoneo tam vos quib⁹ labor iste forte desudat/q̄ eos q̄ ista habere voluerūt: vt q̄ diligēter emēdaui: cū cura et diligētia trāscribant. Hui⁹ dimi. est ꝑfatiuncula. Hiero. Ideo gręco et hebręo ꝑfatiūcula vtraq; ꝑmissa est.

Pręfari: añ fari. Col. Quas ordine suo tunc demū ꝑsequar: cū ꝑfat⁹ fuero/ q̄ reor ad vniuersam disciplinā maxime ꝑtinere posse. Hinc ꝑfatus a. um.

Pręfero penul. corre. ante fero/ꝑpono. Plini⁹. Ut hominem rudem atq; ignarum sibi ꝑferret. Item pręnuncio siue ostendo. Liui⁹. Uultus tu⁹ nescio qd ingens malum ꝑfert.

Pręfericulū a ꝑfero: vas ęneum sine ansa patēs veluti peluis: qd ꝑferre in sacrificijs solebāt.

Pręficio cis. penul. corre. ex pre et facio: significat ꝑpono. Unde ꝑfecti dicūtur: qui alicui rei agendę ꝑpositi sunt. Et ꝑfecti vrbiū gręci latiniq; lingua ꝑsica Satrapas vocant: magistratusq; eorum ꝑfectura dicit. Plaut⁹ in Am. Qui ꝑfect⁹ est thebanis legionibus. Idē in Cas. Quin ruri es in ꝑfectura tua. Est em̄ ꝑfectura vrb/ꝑfectura militaris/ ⁊ ꝑfectura rei ꝑficiēde. Aegyptus diuidit in ꝑfecturas oppidorū q̄s nomos vocant. Thracia diuisa est in strategeas quinq̄ginta: ita em̄ vocant ꝑfecturas. Militaris pręfectura/qua quis legioni vel exercitui ꝑficit. Sic etiam dicuntur pręfecti fabrorū.

Pręfectus ꝑtorio talis apud Cęsares erat/qualis olim apud reges tribunus celerū: ⁊ apud dictatores magister equitū. Gerebat em̄ secundas ꝑtes post Cęsarē: ꝑteratq; disciplinę publicę emendāde.

Pręfica penul. corre. mulier in funere cōducta ad lamentabilem cantū: q̄ dat cęteris modū plāgendi: quasi in hoc ipsum ꝑfecta. Neuius. Hęc quidē me hercle ꝑfica si mortuū laudat.

Pręfestino: añ tp̄s festino. Col. lib. xxj. Satis erit ꝑ dimidios menses exequi qdq; negociū: q: neq; ꝑfestinatū op⁹ nimiū īmature videri possit añ. xv. dies factū: nec rursus post totidē nimiū tarde.

Pręfigo gis. penul. ꝓ. ꝑcludo. Uirgi. lib. iij. Ge. Multi iā excretos ꝓhibent a matrib⁹ hędos. Primaq; ferratis ꝑfigūt ora capistris.

Pratum est in quo ad fructū percipiendū falce dūtaxat opus est: ex eo dictum q̄ sine ope paratū sit ad fructū faciendum. Colu. libro. ij. Prato veteres romani primas in agriculatiōe tribuerūt partes. Nomē quoq; indiderunt ab eo q̄ protinus esset paratum nec magnum laborem desideraret. Prata etiam dicuntur quę nunc viridia vt plurimū buxo ⁊ lauro frequentata. Hinc pratēsis ⁊ hoc pratēse qđ est ex prato. Col. lib. vij. Eosq; nemo dubitat quin optimi sint vitis in falcem ligata et cicercula. Itēq; pratēse fęnū.

Prauus a um: qđ non est rectum: vt Erunt praua in directa: ⁊ aspera in vias planas. Transfertur etiam ad animū vt cum dicimus praui mores.

Praxaspes nobilis persa qui Smerdin Cambyse fratrem iussu regis occidit: vt ait Hiero.

Praxiteles penultima correpta nomē statuarij qui marmorum nobilis sculptor fuit. Sculpsit inter cetera Uenerem Gnidi quę in toto orbe pręcipua habita est. Multiq; vt eam viderunt Gnidum sunt profecti. De hoc Propertius. Praxitelem parius vindicat arte lapis.

Precor aris: cum accusatiuo significat oro. Hierony. lib. iij. Regū. Nunc vnā petitionē precor a te. Junctum vero cum datiuo: idem est quod opto alicui bonam vel malam fortunam. Quintil. Et omnia soluētibus bene precemur. Huius cōposita sunt Deprecor de quo supra. Imprecor penultima correpta qđ in bonam ⁊ in malam partem accipitur. Quintil. Nō imprecamur debilitates naufragia morbos. Hiero. in Gen. Dimiserunt igitur eam ⁊ nutricem illius seruūq; Abraam et comites eius imprecantes prospera sorori sue. Idem ad Pāma. Cui multos imprecamur annos vt hereseos rediuiua plantaria per illius studium arefacta moriantur. Idem contra Heluid. pro oro tantum posuit cum inquit. Deus pater est imprecandus.

Precarium est qđ precibus petendi vtendum conceditur tā diu q̄ is qui concessit patitur. In hanc sententiam dictum est a Seneca hominem esse precarij spiritus. Et apud Curtium ait Alexander. Non prestat q̄ precario imperator esse. Idem. Sed precariū spernebatur imperium vbi precarium imperium dicitur id quod tam diu obtinetur q̄ diu qui concessere permittunt. Precario nomine ipsa terminatione datiui pro aduerbio accipitur. Terentius in Eunucho. Seu vi/seu clam/seu precario. Paul. Precario ha/

bere videtur qui possessionem corporis vel iuris ade prius ex hac solũmodo causa ꝙ adhibuit preces ⁊ impetrauit ꝙ sibi possidere aut vti liceat: veluti si me ꝑcario rogaueris per fundum meum ire vel agere tibi liceat: vel vt in tectum meum stillicidium vel tignũ in parietem immissum habeas.

Precium quod datur pro re empta. Hinc preciosus sa sum: qđ est multi precij. Cice. lib. iij. offi. Querit si in mari iactura facienda sit: equi ne preciosi potius iacturam faciat an serui vilis.

Preciosior: maioris precij. Plau. Et alij preciosiores: alij viliores habeant edes.

Premo is pressum: ꝓprie calco: ⁊ innitor alicui rei cũ pondere. Virgilius. Et spirantia cogere pressis Mella fauis. Idem Enei. ij. Veluti qui sentibus anguem Pressit humi nitens. Quãdoqꝫ premere est stringere. Hieronymus in prologo Job Ut si velis anguillam aut murenulam strictis tenere manibus: quanto fortius presseris: tanto citius elabitur. Quãdoqꝫ firmare. Idem in paulo. Quo cognito gradum pressit Antonius. Quandoqꝫ vexare. Virgi. Flumina nulla premunt: mortali vrgemur ab hoste. Quandoqꝫ effodere. Idem. Sulcumqꝫ sibi premat ipsa carina. Quandoqꝫ insequi insistere: vt Hac fugerent graij premeret troiana iuuentus. Quandoqꝫ vrgere: vt Ingentem clamore premes ad retia ceruum. Quandoqꝫ occultare: vt Spem vultu simulans premit altũ corde dolorem. Quandoqꝫ expellere. Varro. Inuitamqꝫ pressit ab edibus. Quandoqꝫ cohibere Virg. Imperio premit: ac vinclis ⁊ carcere frenat. Quandoqꝫ claudere. Idem. Pressitqꝫ oculos ac vulnera lani. Quandoqꝫ vitiare. Varro. Qui toties villici tui vxorem absente pressisti viro. Quandoqꝫ remouere: excitare. Virgilius. Et rurᵉ opaci falce premes vmbram. Quandoqꝫ vastare: vt Pelago premit arua sonãti. Quandoqꝫ occidere. Idem. Armigerũqꝫ dormi premit. Quandoqꝫ demergere infodere. Idem. Quod superest quecũqꝫ premes virgulta per agros Sparge fimo pingui. Huius composita sunt comprimo: deprimo: exprimo: opprimo: imprimo: reprimo: et supprimo: que habent penul. correptã.

Presso as: frequentatiuum. Virgilius. Pressabimus vbera palmis.

Pressus a um: ꝙ est subtile. Cicero in Hortẽ. Quis te autem est aut fuit vnꝙ̃ in pertiundis rebus: in diffiniendis ⁊ explicandis sententijs pressior. Aliquãdo dicitur honestum grauatum. Virgi. lib. j. Geor. Ceu presse cum iam portum tetigere carine. Preter hec ea significat que premo.

Pressus us: ipsa pressio. Cice. lib. iij. de orato. Valeriũ soranum lenitate faucis: atqꝫ in ipso vocis pressu et sono facile vincat.

Pressura idem qđ pressus. Aug. Stipantur parietes pressuris se vrgent prope: se suffocant multitudine: Per translationẽ capit̃ pro vexatione: vt in euange. Et in terris pressura gentium.

Prepon πρεποι: latine persona vel decorum dicitur. Ambro. Decorum autẽ in nostris scripturis primo constitui loco: qđ grece prepon dicitur.

Presbyter grece latine senior dicit̃.

Pretides preti filie carminibus poetarũ celebrate. He cum furore agitarentur: sanate helleboro a Melanpode phibentur: a cuius nomine vnũ hellebori genᵘ appellatur melãpodion.

Priamus penultima correpta Laomedõtis traianoꝝ regis filius απο του πριαμαι qđ est emere. Nam cum Hercules Laomedontẽ occidisset priamũ redẽptum a vicinis hostibus in paterno regno locauit.

Priapus penultima ꝓducta deus hortorũ creditus: et liberi patris ac nymphe seu veneris filius quia vinũ venerẽ cõmouet. Hic ⁊ lampsacenus dictus est a lapsaco hellesponti oppido.

Priapismus morbus est cum genitales partes in solã longitudinẽ ꝓtenduntur: ⁊ in circulum tumescunt sine veneris appetitu. Aiunt quidam priapismuꝫ esse vulue sicut mẽbri virilis tentiginẽ.

Priene vrbs maritima vt inquit Strabo. que inuectu Meandri fluminis inter ipsam miletũqꝫ labẽtis mediterranea facta est.

Pridem aduerbiũ temporis quasi prius die: significat paruo tempore prius. Pli. lib. xvij. Ipsi vero pridem vidimus ea omnia preter pubertatem in filio Cornelij Taciti equitis romani. Aliquando longo tempore prius Apule. Quod pridem Plato affirmauerat Eiusdem significationis sunt iampridem: dudũ: iamdudum: nuper: iamdiu. Que si cum pridem aut dudum addamus: non vel ꝙ̃ vel ita: significant semper multo tempore ante. Pli. libro. v. Medica non pridem venit in Italiam: id est non multo tempore ante Cicero pro roscio. Ex pridem Fauni nomẽ detulistis hoc est ꝙ̃ multo tẽpore ante. Terentius in Eunucho Huc euasit ꝙ̃pridem pater mihi ⁊ mater mortui essent id est ꝙ̃tum tẽporis preiuit. Cice. in bruto. Nostra autem ciuitate non ita pridem dominatu regio liberata. i. nõ multo tẽpore ante.

Pridie ⁊ pridianus: Vide in dictione Postridie.

Prior nomen comparatiuum qđ non solum ad duos: sed etiam ad plures referri potest. Gel. lib. xiiij. Quotiensqꝫ vsu venisset: vt omnes isti magistratus codeꝫ tempore Rome essent qui eorum prior alijs esset: et potissimus senatusconsulendi ius fuisse. Apul. lib. ij. flo. Ut hippias e numero sophistarum est artiũ multitudine prior: omnibus eloquẽtia nulli secũdus

Primus quandoqꝫ ad numerum seu ordinem refertur: vt primus/secundus/tertius. Quãdoqꝫ dicitur princeps: sicut ⁊ princeps ponitur pro primo. Virgilius Prima quod ad troiam: pro charis gesserat argis. Quandoqꝫ capitur pro optimo: sicut ⁊ prior pro meliore. Idem. Primos iuuenũ tot miserit orco. Quandoqꝫ pro precipuo. Idem. Quantos primus patiare labores. Quandoqꝫ pro eo: ante quem nullus est. Idẽ. Hic mihi responsum primus dedit ille petenti. Fit autem primus a pridem: abiecta dem: ⁊ accepta mus: sicut prior accepta or. Hinc fiunt aduerbia primo: prime: apprime: primũ: primitus: primiter ⁊ imprimis: ⁊ principio.

Primũ aduerbium: a quo fiunt composita ꝙ̃primum ⁊ vt primum.

Primulus penultima correpta diminutiuũ ẽ a primus.

Primarius a um qđ aliunde non habet originem. Primarius lapis: qui primus etiã in aliquo edificij fundamento ponitur. Primarij ciues qui primi sunt in ciuitate qui etiã primates dicunt̃.

Primates dicti sunt qui ⁊ sũmates siue optimates: qui sunt primi in ciuitate.

Primores summe queqꝫ res. Lucil. Cum gallus gallinaceus digitos primores: ⁊ erigit vngues. Hinc primores ꝓ optimatibus. Sueto. Scripta famosa vulgoqꝫ edita quibus primores viri ac femine notabant̃ aboleuit. Et primores dentes qui primi parent.

Primeuus a um: qđ est prime etatis: sicut grandeuus grandioris etatis.

Primitiuus a um: qđ aliunde non habet originem: siue qđ ꝑ se inuentũ est. Unde ⁊ primitiua verba q̃ per se inuẽta sunt: nec aliunde deriuant̃.

Primigenius a um: idem qđ primitiuus. Et ꝓprie primigenia dicũtur semina que dedit natura: que Cice. prima nature. Et greci τα πρωταφυστοσ appellãt In his numerant incolumitatem: conseruationemqꝫ omniũ partiũ valitudinem: sensus integros: doloris

vacuitatẽ: vires: pulchritudinẽ: ceteraq; huiusmodi. Et verba vocãtur primigenia: vt lego/scribo/que nõ sunt ab alio verbo: sed suas habẽt radices. Item primigenius sulcus dicit: qui in cõdenda noua vrbe tauro & vacca designationis causa imprimẽtur.

Primigeni fetus ipsi primogeniti. Unde apud Lucre. Coortus & dies mundi primigenus.

Primogenitus (inquit Hierony. contra Heluid.) est qui aperit vuluam: & ante quẽ nullus est genitus: non is quẽ frater post genitus subsequitur. Et omnis vnigenitus est primogenitus. Alioquin si non primogenitus esset nisi is tñ quẽ sequũtur fratres: tam diu sacerdotibus primogenita nõ deberent: quãdiu & alia fuerunt ꝓcreata: ne forte partu non sequente vnigenitus sit & nõ primogenitus. Est igitur primogenitus non post quẽ alij: sed ante quẽ nullus est genitus.

Primanus tribunus erat qui prime legioni tributum scribebat: sicut secũdanus qui secũde: tertianus q̃ tertie.

Primipare penultima correpta dicuntur parentes que primo pepererunt.

Primitium qd̃ in aliqua re primũ & principale est. Ouidius. Ecce rapit medijs flagrantem Rhetus ab aris Primitiũ torrem.

Primitie arum: primi fructus ex agro suscepti qui deo offeruntur. Plinius romanorũ abstinentiã cõmendans inquit: non degustasse eos vina aut nouas fruges priusq̃ sacerdotes primitias libassent.

Primordia que primo ordimur: hoc est initia.

Primipilus centurio prime cohortis: vt Liuius li. vij. scribit. Nam ordo partes tres habebat: quarũ vnam quãq; primũpilũ vocabant. Sueto. Primos pilos centurionibus ademit. Primipilus: vt ait Vege. li. ij. cccc. milites ducebat in prima acie: eratq; caput legionis. Hinc primipilaris dici videtur nõ tam milites q̃ fuerunt sub centurione primipili q̃ ipse centurio qui olim preditus fuerat hac dignitate. Et ea forma dicit primipilaris qua consularis.

Primicerius a cereo sit. vt auctor est Hiero. in chronicis & Cassiodorus in epistolis: quã & grece πρωτοκηριοσ dicat. Ammianus q̃ refert inter tribunos fuisse qui dicerent primicerij. Vexati sunt inquit multi & nocentes inter quos Valentius ex primicerio protectorum tribunus. De secundicerijs quoq; mentio est apud veteres.

Princeps generis cõmunis: qui vel que principatũ tenet: q̃ si primũ caput. Et princeps dicitur dñs: q̃ q̃ dominatur primus sit. Item dicitur primus vel prima Virg. Princeps ardentẽ cõiecit lãpada turnus.

Principiũ initium: & modo ad numerũ: modo ad tempus: modo ad fundamentum refertur: quomodo in edificanda domo initium fundamentũ est: principiũ quoq; & cõuersionis & deprauationis dici posse scripturarum cognoscimus auctoritate. Est & principiũ artis ars ipsa ex qua artificum diuersorum deinceps cepit operatio. Et principium est bonorum operum finis optimus: vt misericordie principiũ est deo placere quod facias.

Principia locus in castris a principibus militibus sic appellatus: vt est apud Col. lib. iij. post principia.

Principale qd̃ primũ & precipuũ est.

Principior aris: incohoo: auspicor: principo q̃ dominor: a quo principatus.

Prinnesius palus ad quẽ funis nauticus religatur quẽ alij tosilla dicunt.

Priscus a um: qd̃ superiori etate fuit: vt prisci latini: qui fuere anteq̃ Roma conderetur.

Pristinus a um: penul. cor. qd̃ superioribus annis mensibus: diebus: & nostra memoria fuit: vt Pristina nostra beniuolentia. Pristinũ etiã dicitur de rebus que nõ senescunt: non autẽ priscum: vt Pharos & tyrus nunq̃ in statũ pristinũ redibunt. Et dicit pristinũ: q̃si primistinũ: a primus: vt inquit Prisc. Aliqñ pristinus dicit prior. Curtius. Dies pristino procellosior.

Priuignus filius mariti vxorisve: cuius prior cõiunx decessit: et vulgo filiastrus: dictus priuignus q̃ prius q̃ mater secũdo nubere est genitus. Pri enim antiqui pro pre dixerunt.

Priuos et priuas antiqui pro singulis dicebant. Inde priuas verbenas & priuos silices pro singulis accipit. Liuius Nonius. Priuum est propriũ vniuscuiusq;. Unde et priuata dicũtur que vniuscuiusq; propria sunt.

Priuilegiũ lex priuatis facta. Cice. Pro domo sua Leges priuatis in hoibus irrogare: id est enim priuilegiũ Interdũ priuilegia dicunt leges. Vñ priuilegiũ de Pompei reditu Salu. legẽ appellauit.

Priuereſ mulieres priuate.

Priuo as: significat adimo. Plau. in asi. Ego pol istum portitorem priuabo portorio. Hinc priuatus a um: quod non est cõmune cũ alijs. Cice. libro. j. offi. Priuatum autem oportet equo & pari ciuibus iure viuere. Priuate etiam vocabantur ferie sacrorum propriorum velut dies natales: fulgurum procuratiões & huiusmodi priuate que fiebant pro familijs singulis & hominibus. Hinc priuatim aduerbium qd̃ non est publice factum. Salu. Existimans publice priuatimq; alieno ere oppressos.

Priuati proprie dicuntur qui non sunt constituti in aliqua dignitate. Aliquãdo dicunt exempti a iure communi: vt in decret. dist. iij. Priuilegia sunt leges priuatorũ. Et priuatũ cui aliquid ademptũ.

Pristis genus piscis marini longissimi atq; angusti corporis. Pli. scribit pristes in mari indico ducenũ cubitorum esse balenas quaternum iugerum. Hec etiã etiam scylla maris monstrũ dicitur. De quo Virgi. Prima hominis facies: et pulchro pectore virgo. Pube tenus: postrema immani corpore pristis. Ab huius similitudine nauis oblonga dicta est pristis. Virgi. Velocẽ mnestheus agit acri remige pristin. Dicta pristis a sectione vndarum. Scindunt enim mirum in modum fluctus propter tenuitatẽ. Greci autẽ πριστιν sectionem πριστην sectorem dicunt. Vulgo pistris scribitur.

Pro prepositio est: que tam separata q̃ composita localem vim habet: & significat ante: vt pro curia: pro menibus. Sal. Qui ni maturasset pro curia sociis signũ dare. Procuro antecuro. Prostratus antestratus. Separata etiam significat quandoq; ad. vt ꝓ meis viribus. i. ad vires meas. Virgi. Pro se quisq; viri. Interdum ponitur loco in: vt pro rostris: pro censu: pro tribunali. Interdũ pro iuxta: siue ẽm: vt pro Platonis sententia: pẽ hominũ iudicio. Interdũ pro causa perhibendi testimonium. Ut cum dicimus pro mutuo animo: pro reconciliata gratia id est causa mutui animi: & causa reconciliate gratie. Interdum pro loco: vt pecuniã ei dedi pro predio. Et sum pro pretore: id est loco predij: loco pretoris. Item ponitur pro auctoritate: vt tribuniplebis pro potestate intercesserunt: hoc est auctoritate potestatis sue. Item pro propter: vt pro iniuria: quã accepi id est propter iniuriam. Item pro defensione. Terentius. Nam nisi hec ita essent ꝓ illo haud stares. Virgi. libro. ix. Pro turribus astant: id est pro defensione turriũ. Et est aduerbium admirantis. Terentius in adel. Pro dij immortales facinus indignum qd̃ narras. Item interiectio dolentis: seu indignantis: vt Proh deum atq; hominũ fidem. Plau. Pro sancte Jupiter quid video? Sed his duobus modis circũflectitur. Cõposita q̃ temporalẽ vim habent: vt ꝓuideo: ꝓspicio. Aliq̃ priuatiua est: vt ꝓfanus. i. nõ sacer: prohibeo:

ꝓpudiū. Negatur eiꝰ cū his sanctitas potestas ac pudor. Quandoq; accipitur loco e. vel super: vt prominet. i. eminet: vel supereminet. Nōnunq̄ significat porro siue in longum: vt promissa barba. Nōnunq̄ diu: vt protollo: ꝓpendo. Interdum procul: vt ꝓuincia. Aliquādo procul de futuro tempore: vt propheta. Quandoq; procul spacio loci: vt procella q̄ ꝓcul veniens percellit. Sed etiā vltra ad locū: vel ad aliquē tendere: vt progredior: ꝓueho. Interdum palā ꝛ more solēni: vt pronuncio/ ꝓmulgo. Qñq; coram: vt propono. Qñq; valde: vt ꝓcuruus. Qñq; ꝓcul: vehementer: vt ꝓfugus.

Proagogia latine ꝓductio. Nam προάγειν pro ducere est: hoc est ꝓstituere. Plau. Audientē inquit dicto mater ꝓduxisti filiam.

Proauus penul. cor. aui paterni vel materni pater. Cuius relatiuum est pronepos: a quo femi. ꝓneptis. A ꝓauo femininū ꝓauia.

Probatica latine ouilis dicit̄: πρόβατον enim ouis dicitur. Piscina vbi oues lauabantur cū sacerdotes eas litare vellent. Et ꝓbaticus ouinus.

Probi boni dicunt̄: quasi ꝓhibi: q̄ se a delinquēdo ꝓhibeant. His contrariū sunt improbi ꝛ reprobi. Improbi: vt inquit Asco. cōtra leges sunt: sicut inofficiosus contra merita: inhumanus contra pietatē. A reprobus fit aliud compositum contrarium. s. irreprobus: qui non est reprobus. Ambro. Cunq; manū suam ad me contingendam aptaret: dedit ei angelus domini irreprobam: quā conspicis mortem. A probus fit ꝓbitas bonitas: ab improbus improbitas. Diminutiuū probulus. Unde ꝛ improbulus. Iuue. Finge tamen te improbulum.

Probo as: laudo: Quis maiorem vim habeat ꝓbo q̄ laudo. Nam apud idoneos sepe legimus ꝛ laudo et probo. Quandoq; probare est argumentis demonstrare: vt homo sacrilegus ꝓbauit se pro innocente. Quādoq; experimentū facere. Plau. in Tri. Quippe ex eorum ingenio/ ingeniū horum probant. Et in euange. Iuga boum emi: ꝛ eo probare illa. Quandoq; permittere. Hora. li. i. car. Uagus ꝛ sinistra labitur ripa Ioue nō ꝓbante. Huius cōposita sunt approbo: comprobo eiusdem fere significationis: ꝛ cōtraria horum improbo ꝛ reprobo: pro damno: que habent penultimā correptā.

Probabile dicitur qḋ licet nō sit verum: videtur tamen rationibus probari posse.

Problema atis: ꝛ ꝓblematū ꝓpositio est interrogationem annexam habens.

Proboscis idis: est porrectio corporis inherens naribus: que excepto homine in aliis fere animātibus inuenitur. Uar. Inuenisse se ericiū cum ꝓboscide. In elephanto dicitur: q̄ ea tanq̄ manu vtatur. Pli. Resoluunt elephanti manu draconum nodos. Dicta ꝓboscis: q̄ ante depascat. Greci enī προβόσκειν dicunt ante pascere.

Probrum stuprum adulterium: flagitiū. Sue. in Cesa. Qui digressam a marito post biduū statim duxerat: Quis sine probri suspitione peregrinarū merciū portoria instituit. Unde lex fuit apud Romanos: vt ꝓbrum virginis vestalis capite puniretur. Alis significat maledictum: cōtumeliam: siue infamiam: dedecus que ex scelere sequi solēt: vt datū est ꝓbro: id est ignominie adscriptū. Liui. lib. ii. His freti occursant portis: ingerunt probra: egre abstinēt quin castra oppugnent. Similiter Cicero epistolas plenas ꝓbrorum appellat. i. cōtumeliarū.

Probrosum igminiosum. Gel. lib. i. Manusq; eius inter agendum forent argute ad modū ꝛ gestuose maledictis cōpellationibꝰ ꝓbrosis iactatus est.

Probro as: ꝓbro afficio. Ex quo fiunt composita. Exprobro. opprobro: de quibus supra. Improbro: quo vsus est. Plau. in Tru. Nus tu improbras: vt nacta es hominē: quē pudeat probri.

Proci dicunt̄ qui in eandē libidinem nimia appetentia conspirant a ꝓcando dicti. Est enim ꝓcare nimium lasciue petere. Unde ꝓcaces: mollium rerum petitores: ꝛ in petēdo nimium petulci: ꝛ a nimia lasciuia appetentia ꝛ petulantia. Uirgi. Procos irrisa priores Inde procacitas. Cice. libro. iiii. de repub. A procādo: id est poscendo procacitas nominata est. Et procax petax: quod ꝛ de inanimātibus dici potest. Uirg. Penitusq; ꝓcacibus haustris: qḋ est seuientibus ꝓcellis: vel vt Dona. exponit impudentibus. Nam q̄ multum petit impudens est. Et qui adeo impudentes sunt: vt nimis petant procaces appellant̄. Unde procax meretrix petulans dicit̄ impudens: inuerecūda mordax. Terē. Maligna multo ꝛ magis procax ilico facta est. Unde procaces legimus qui mordaciter ꝛ iniuriose loquūtur. Cicero in Sal. Ne in idem incidam vitium procacitatis: qḋ huic obiicio. Et iterum. Non enim procacitate lingue vite sordes eluūtur. Sciendū tria hec ꝓcaces: petulantes: ꝛ proteruos: multum similitudinis habere: ꝛ libidinē quandam atq; iniuriam declarare: tam in factis q̄ in dictis. Unde apud Cice. ꝓteruam petulantēq; eodem loco de inhonesta femina legimus. Si vidua libere ꝓterua petulāter diues: effuse libidinosa meretricio more viueret. Hinc si quis ambulans per importuniam mentis obuiū cubito feriat: aut cū cōtumelia sibi cedere cogat: ꝓteruū hunc dicimꝰ. Hinc a Uirgilio hedi petulci a petendo dicunt̄: q̄ in alia loca penetrando iniuriam faciant.

Proco as: et ꝓcor aris: vt quidam putant a ꝓcio fiunt qḋ peto significat. Et est ꝓcare lasciue petere: seu oculos in aliquā fixius intendere: qḋ vernacula lingua dicimus vaghezare. Qñq; etiam inhonestis verbis et absq; respectu aliquem aggredi. Hinc cōponit̄ reciproco: ꝓ repeto: de quo alibi.

Procio is iui itū. penul. cor. significat peto. Liuiꝰ. Matrē ꝓcitū plurimi venerūt. i. petitū: vt Festus exponit. Procitū vo pe. ꝓdu. significat ruptū atq; irritū. Hinc iurisconsulti irritū testamentū ꝓcitū dicūt a ꝓcio qḋ ex pro ꝛ cio cōponitur.

Procito as: sepe dico ꝓuoco.

Procapis penultima correpta ꝓgenies que ab vno capite procedit.

Procedo is: penul. ꝓdu. vltra cedo: ꝓgredior. Salu. in Iug. Sed vbi plerūq; noctis ꝓcessit: qḋ est quasi preteriit. Aliqñ ꝓcedere est prospere cedere. Terē. in An. Nisi id putas quia ꝓcessit parum: nō posse hoc iam ad salutem cōuerti malū.

Processus us: ꝓgressum ꝛ successum significat.

Procido is pe. cor. procidi procasum significat me prosterno: seu vehemēter inclino: ꝓnus cado. Gel. Nā cum multis annis postea scena que ꝓciderat refecta esset. Et illud in Euāge. Et ꝓcidēs adorauit eum.

Proceleumaticus pes ex quattuor syllabis breuibꝰ cōstans: dictus quasi premitus iussus: eo q̄ in sacris minerue prius eiꝰ pedis versus pronūciari iubebantur πρὸ enim ante κελεύω iubeo.

Procello is: ꝑcutio euerto. Unde ꝓcella.

Procella est vis venti cum pluuia nec durans: ꝛ in mari potius q̄ in terra: dicti ab eo q̄ omnia procellat: id est moueat vel ꝑcutiat: aut a procul: quia a longe videtur Uirg. Creberq; ꝓcellis Aphrycus. Hinc procellosus sa sum: ꝓcellis plenum.

Proceres penultima correpta capita trabium: hoc est mutili quidam extantes. Hinc principes ciuitatis ꝓceres appellati sunt: q̄ hii ita in ciuitate eminent: sicut illi in edificiis. Huius nominis singularē ꝓtulit

Iuue. Agnosco ꝓcerem: qui est a ꝓcer cris.

Procerus a um: penultima producta: prolixuz ⁊ in longitudinem productum. Qḋ nomẽ quidam a cera deriuant quasi ad similitudinẽ cere ꝓtensum propter facilitatẽ. Alij a crescẽdo: hoc est excretũ. Hora. in ser. Quo pertinet ergo proceros odisse lupos. Hui⁹ cõpositum est improcerus. Gel. lib. iiij. Aduertimusq̄ hinc elici tarditatẽ corporaq̄ eorum improcera fieri minusq̄ adolescere. Dicitur etiam hic ⁊ hec proceris ⁊ hoc procere.

Procestriũ putatur locus apertus ac patulus: quo ꝓceditur in cubiculũ cenaculis ⁊ reliquis partibus superioribus. Plini⁹ ad Gallum. Post hanc cubiculum cuz procestrio altitudine estiuum munimento hibernium. Nam procestria vt Festus exponit edificia sũt ante castra: vel quibus proceditur in muro. Sunt tamen qui velint cum procitono legi: loco ante cubiculum ab excubando nomen greco sibi vendicante. Fit autem procestriuz equalibus columnarũ interuallis patulum: supra quarum epistyliam arcus curuantur. Quidam etiam procestria aditum ⁊ veluti portam castrorum appellauerunt.

Prochyta te: penultima correpta: ⁊ prochyte tes. insula in puteolano sinu: dicta quasi profusa. Emersit eñ prouolutis in mare montibus cum prius non foret. Nam procheo significat effundo. Nam Inarimes mons terremotum passus hanc insulã fudit. At Dionysius libro. j. scribit prochytam dictam esse a nutrice Aenee eiusdem nominis. De hac Virgilius lib. ix. Tum sonitu prochyta alta tremit. Prochyte etiam vasis genus est.

Procinctus us dicitur quicquid paratũ est: ⁊ ipsa ꝓuisio facta anteq̄ aliquid fiat.

Procincta classis dici mos fuit quãdo exercitus ad pugnam paratus erat: ꝙ pugnaturi ritu prius cingerentur gabino. Et ꝙ classem vetustius fuerit hominum dici q̄ nauiũ multitudinẽ scriptũ est.

Proconessus insula in ꝓpontide: quã solam inter alias habitari pleriq̄ dixerunt.

Proclamo as: palam ⁊ valde clamo: vociferor. Liuius libro. j. Mori homines sunt in eo iudicio maxime Pub. Horatiũ patre proclamante se filiã iure cesam iudicare: ni ita esset patrio iure in filiam animaduersurum fuisse.

Procliue penul. ꝓducta qḋ est porro inclinatũ. Et proprie ꝑ in Cice. lib. iij. Tusc. dicitur in malis: cũ procliuitas dicatur in his qui ad aliqḋ vitiũ proni inclinatiq̄ sunt. Et facilitas in bonis qui proni sunt ad humanitatem liberalitatẽ ⁊ ad ingenuas disciplinas.

Procyon latine anticanis stella que ⁊ Sirius dicitur. Vide in dictione canis.

Proconsul: vide in dictione consul.

Procul aduerbiũ videtur cõponi ex porro longe: quasi longe ab oculis: vel pre oculis: id est ante oculos. Unde potest ⁊ satis longe: et non longe significare. Terentius in Hecy. Quẽ cum istoc sermonẽ habueris ꝓcul hinc stãs accepi. Virg. li. v. Est ꝓcul in pelago saxum. Quod satis longe fuisse intelligi non põt: ne voluptas pereat sp[ec]taculi. Deseruit quandoq̄ accusatiuo: quandoq̄ ablatiuo. Curtius. Procul vrbem dixit. Hora. in ser. Que procul extructis inerãt hesterna canistris.

Proculus penul. cor. cognomen eius qui natus sit patre peregrinante a patria procul. Alij proculos ideo dictos putant ꝙ a patribus senibus: quasi procul ꝓgressi ⁊ attenuati sint. Plau. in Mene. Iubeas poculum afferri tibi. Sunt qui proculũ legant.

Proculeius nomen viri: similiter a ꝓcul deductũ.

Procudo is penul. ꝓducta significat ꝓlato cudẽdo extenuo: seu probe cudo: exacuo ve. Virgi. lib. j. Geor. Durũ ꝓcudit arator Vomeris obtusi dentem.

Proculco as: progrediẽdo vel aliud agendo conculco. Col. lib. ij. Nam dũ a pecudib⁹ legumina ꝓculcantur herbe etiã atterunt vngulis atq̄ glabrescit.

Procũbo is: prosternor. Liuius libro. j. Ipsum fessum via procubuisse. Col. lib. j. Lata bubilia esse oportebit pedes. x. vel vt minimũ nouẽ. Que mensura ⁊ ad ꝓcũbẽdũ pecori: et iugario ad circũeundũ laxa ministeria prebeat. Procubo iaceo.

Procubitor qui noctu custodie causa excubat: cũ castra hostiũ in proximo sunt.

Procuruus valde curuus. Virgi. lib. ij. Geor. Contra nõnulla ẽ oleis cultura nec ille ꝓcuruã expectat falcẽ.

Procurro is ꝓcucurri procursuz vltra siue a longe curro. Hiero. ad dam. Et ꝓcurrens occubuit sup collũ ipsius. Col. lib. vij. Ex domitis bubus valẽtissimum eundẽq̄ placidissimũ cũ indomito iũgimus: qui ⁊ ꝓcurrentẽ retrahat: ⁊ cunctantẽ ꝓducat.

Procuro as: penul. pro. significat administrationẽ rerũ alienarũ gero. Cice. Cornifi. Is procurat rationes Dionisij. Hinc procurator negocioꝝ gestor: quẽ vulgo factorem dicunt: cui precipue agri colẽdi cura olim incumbit. Vlpi. de procuratoribus. Procurator est qui aliena negocia mandato dñi administrat. Actores vero causarũ causidici dicũtur. Procuratio ipsa administratio. Cice. lib. j. de natura deo. Sunt enim philosophi ⁊ fuerunt qui omnino nullam habere censerent rerum humanarum procurationẽ deos. Aliquando procurare est studiose curare seu inuestigare. Hiero. ad Dam. Et sathanas cum aliquem sua arte deceperit ⁊: proprium ei iugum imposuerit: vltra ad vitiorum abundantiam non procurat: sciens euz esse iam mortuum. Aliquãdo simpliciter curare. Apul. Hunc enim equulum suum curiose nimis procurantem inueni. Aliquando sustentare: medicare: adiuuare. Cato de re rustica. Eodem modo ceteras arbores procurato. Plautus in cur. Tibi opus est hoc quo te procures.

Procuratorius a um: qḋ ad procuratorẽ ꝑtinet: vt ꝓcuratorie littere: ꝓcuratoriũ munus.

Procas nomen regis albanorum: qui Amulium ⁊ Numitorem filios habuit.

Prodeo dis: prodiui vel prodij proditum: ex pro ⁊ eo: d interposita significat vltra eo siue foras exeo: quasi porro eo. Cicero. An ego tibi obuiam non prodirem primũ Appio pulchro: deinde imperatori. Idẽ lib. j. offi. Scenicorum quidem mos tantam habet discipline veteris verecundiam: vt in scena sine subligaculo prodeat nemo. i. exeat.

Prodico cis: pe. ꝓducta vltra dico. Cicero pro Celio. Quãobrem excutiemus omnes istorũ delicias: oẽs ineptias si prodixerint.

Prodo dis: prodidi. porro. i. longe proĳcio: desero excludo: propello. Virgi. Nauibus infandum amissis vnius ob iram Prodimur: atq̄ italis longe disiungimur oris. Et prodere/ deferre/ ostendere/ patefacere. Idem. Prodere voce sua quẽq̄ aut opponere morti. Hiero. Sororis maritus cepit prodere velle: quẽ celare debuerat. Itẽ differre ꝓtrahere. Terẽtius in And. Credo impetrabo vt aliquot saltẽ nuptijs prodat dies. Item ꝓpagare. Virgi. lib. iiij. Italiam regeret genus alto a sanguine Teucri Proderet. Itẽ tradere. Sal. Anteq̄ arcem ꝓderẽt hostibus. Hinc ꝓditor: proditio: ⁊ prodimentum: quod vulgo dicitur tradimẽtum. Vel a ꝓdendo consilia hostibus: vel a tradendis vrbibus arcibus exercitu. Cice. In eũ penam qui prodere hostibus patriam cogitaret. Item mandare. Idem Apio. Cũ tuũ studium consumes in viroꝝ fortium factis memorie ꝓdendis. Itẽ scribere vt libro. iij. officio. Utile videbatur vlyssi vt quidam

tragici prodiderunt. Item ex interiore in publicū locū procedere. Apul. Tum tremebūdus prodit in forū: Alis pro loco et ſm diuersos actus. Pli. li. ij. Diuus Augustus leuū sibi prodidit calceū ꝑpostere inductū quo die seditione militari prope afflictus est. i. proicit siue induit.

Prodigiū quasi porro dictū: ꝙ porro dicat: porro significet et aliquid futurū esse portendat.

Prodigiator qui ex prodigio futura ꝓnunciat.

Prodigiosus a. um. quod prodigiū facit.

Prodigialis et hoc le. quod prodigiū procurat. Plau. in am. Sed mulier postꝗ experrecta es prodigiali Joui: aut mola salsa hodie aut thure comprecatam (oportuit.

Prodige hostie dicunt: que ꝯsumūt. Inde homines luxuriosi prodigi dicti sunt.

Prodigo is. penul. cor. prodegi supinū nō legi: ex pro et ago: d euphonie causa interposita significat cōsumo vltra modū erogo. Plaut. in aul. Festo die si ꝗd ꝓdegeris: profesto egere liceat nisi peperceris. Amb. Merito ergo prodegit patrimoniū qui ab ecclesia recessit. Lactan. libro. vj. Quotienscūqꝫ leuissimorū patrimonia in res superuacuas prodegunt. Aliquādo significat portendo ⁊ premonstro. Unde ꝓdigia et prodigiatores.

Prodigus qui bona sua consumit. Cic. lib. ij. offi. Omnino duo sunt genera largorū: quorū alteri prodigi: alteri liberales. Prodigi qui epulis et visceratiōib⁹ ⁊ gladiatorū muneribus ludorū venationumqꝫ apparatu pecunias profundūt in eas res quarū memoriā aut breuem aut omnino nullā sunt relicturi. Liberales qui suis facultatibus: aut captos a predonib⁹ redimunt: aut es alienū suscipiūt causa amicorum: aut in filiarū collocatione adiuuant: aut opitulantur: vel in re querenda: vel augenda. Ponitur tamē interdū prodigus ꝓ liberali. Hora. lib. car. Animeqꝫ magne prodigum paulum superantem ꝑeno gratus insigni referam camena. Antiqui hostias prodigas dicebāt que consumebantur. Hinc fiunt aduerbia prodige ⁊ prodigaliter/profuse abundāter. Colu. lib. iij. Non illa videntur prodigaliter in nostris Ceretanis accidisse: vt aliqua vitis apud te excederet vuarū numerum duorum millium.

Prodromus precursor. Unā prodromi dicunt a grecis fici ꝑcoces: ꝗsi precursores. Et prodromi aquilones: qui octo ferme diebus exortū canicule antecedunt.

Produco is. in longum duco: quod ⁊ de tempore: ⁊ de corporeis rebus dicitur. Virg. Abnegat excisa vitā ꝓducere troia. Cice. in Cato. Cōuiuiū vicinorꝫ quotidie cōpleo qd ad multaꝫ noctē ꝗmaxime possum⁹ vario sermōe ꝓducimus. i. protrahimus. Hiero. in nūeris. Producat ea in laminas. Ter. in an. per trāslationē dixit. Nonne tibi esse satis hoc solitū visum est gaudium: nisi me lactasses amantem: et falsa spe produceres? Hinc ꝓducta syllaba dicit longa. Col. flagellum vocat productissimū: quod longissimū est in vitibus. Et ꝓducere est ante: seu vltra: forasve ducere. Terē. Produxi ac vendidi Galba Cicerōi. Repente Antonius in aciē suas copias de vico ꝓduxit ⁊ sine mora cōcurrit. Col. lib. vij. Post eiusmodi experimēta vacuo plostro subiūgendi ⁊ paulatim longius cū oneribus producendi sunt. Idem paulopost Ex domitis bubus valentissimū eūdemqꝫ placidissimū cum indomito iūgimus qui ꝓcurrentē retrahat et cunctantem producat. Hinc productores dicūtur qui virgines abducunt: easqꝫ ad questum exponunt. Terē. in eu. Pretiū sperans illico producit ⁊ vendit vbi Do. proprie venales produci dicunt. Plau. pro prostituere posuit. Audientem dicto mater ꝓduxisti filiam. Interdū gignere. Idem in cap. Quid hoc est scelus quasi in orbitatē filios ꝓduxerim. Interdum interponere. Terē. in an. Dicā aliquid iam me inuenturū: vt huic malo aliquā producā morā. Interdum ꝓsequi. Virg. Nec te tua funera mater produxi. Interdū consummare. Terē. in adel. Et cyathos sorbillans paulatim hunc producā diem.

Productile pe. cor. qd tunsionibus malleorꝫ productū est. Hieron. in exo. Duos quoqꝫ cherubin aureos et productiles facies.

Profanus a. um. penul. pro. dicit irreligiosum non sanctū ꝙ sit porro a fano: sed impiū scelestū ⁊ aduersum omni religioni. Sta. Fraternas acies alternaqꝫ bella profanis decertata odijs. Plau. Sacrū an ꝓfanū habeas paruipenditur. Is enī profanus est qui fani religioni non tenet. Profanū etiā dr qd ex religioso vel sacro in hominū vsum cōuersum est. Virg. Faune precor miserere inquit tuqꝫ optima ferrū. Terra tene colui vestros si semꝑ honores. Quos cōtra enee de bello fecere ꝓfanos. Et profani dicebant sacris non initiati qui fanum intrare non poterant. Idem. Procul o procul este profani conclamat vates. Et ꝑ allegoriam profanos dicimus imperitos qui merito sunt doctis exosi. Hora. lib. car. Odi ꝓfanū vulgus. Varro profanū interpretat: qd est ante fanū cōiunctū fano. Scribit etiā per ph. ꝓphanus: vide supra in dictione fanum.

Profano as. i. ex sacro hūanis vsibus ꝓmiscuū facio. Unde profanatū tēplū dicit cū in eo vel dimicatum est: vel aliquid turpe cōmissum.

Profari ante vel late fari ꝓnūciare. Hinc profatus us. Gel. Neqꝫ dictu ꝓfatoipso tetre aut insuaues esse.

Profecto aduerbiū confirmātis est: dictū quasi ꝓfacto et significat nimirū. Teren. in add. Profecto sic est. Plerumqꝫ autē ad responsionē adhibet. Cic. Quis hec renūciat? Is profecto qui interfuit: qd etiā per certe facimus. Idem. In quo meminimus? Certe in nullo. Sic fit per nimirū: et ꝑ nempe.

Profero penul. cor. palā facio/prodo/ꝓnuncio. Terē. in hecy. Ita me dij bene amēt: haud ꝓpterea te rogo vt hoc ꝓferam. Seneca. Anteꝗ sententiā proferā. Aliqn significat ꝓtendo/prolato. Pli. Cū lineā ꝓtulisset longissimā atqꝫ rectissimā. Iusti. lib. j. Arbitria principū ꝓ legibus erāt: fines imperij tueri magisꝗ proferre mos erat. Teren. in an. Saltē aliquot dies ꝓfer dū proficiscor aliquo ne videā.

Profestus a. um. vide in dictione festus.

Proficio is. procedo: et perficio significat a quo profectus. Idem est enim proficere et profectum facere. Seneca. Sic enī et audiendo: et legendo indies magis proficimus. Pli. Nec minorem sub eo ꝑceptore profectum fecit.

Proficiscor eris. profectus eundi ⁊ veniendi significationem habet. Virg. Hunc letum tyrijsqꝫ diem troiaqꝫ profectis.

Profiteor late seu palam polliceor. Cice. lib. aca. Qui phiam iam ꝓfectus sum populo nostro exhibiturū. Liui. Palā professi nusꝗ inde nisi in patrium vestigium esse moturos: id est volūtarie: siue libere: vnde professio/confessio facta palam. Et professor qui publice fatetur. Inde qui liberales artes docent professores dicuntur: quia artes illas se scire: ⁊ posse publice tradere fatentur. Nam profiteri vsurpamus pro publice legere: profiteri vero apud pretorem: vti de archia est apud Cice. est noia siue censum ꝓfiteri: vñ illud euāgeliū ꝙ profitebant oēs in Iudea sub augusto ex hoc fonte venit.

Profligo as. penulti. pro. deijcio/prodigo/depello/deperdo/et ad pernitiē deduco: vnde profligatū exercitum dicimus. i. prostratum/deiectū/afflictum/perditum. Et profligatas res: hoc est perditas ⁊ ad perniciem redactas: hinc profligatissimos homines voca

mus perditissimos & in quibus nihil est salubre nihil integrum. Sue. in Tibe. Ex iuuentute vtriusq; ordinis profligatissimus quisq;. Quandoq; profligatum accipit: quasi pro absolutio & effecto. Corne. Tacitus Profligauerat bellũ cum iudeis Vespasianus: id est confecerat: et pene ad exitum deduxerat. Hinc profligata dicunt que prope absoluta sũt sic dicimus profligata & in profligato esse edificia que prope absoluta sunt. Cice. lib. v. tus. Atq; si ita est profligata iam hec & pene ad exitum deducta questio est. Affectum quoq; dixerunt qui latine locuti sunt: id qđ profligatũ appellat in hac significatione. Cice. in oratiõe de prouincijs cõsularibus: Bellũ affectũ videmus: et vere vt dicã pene confectũ. Idẽ in economico. Cũ vero iã affecta estate vuas a sole mitescere fas est.

Profligo is. penul. pro. xi. ctum. late siue multũ certo. Col. lib. j. Quia flagitiosum quos hostis profligendo desolasset agros nouo more emere romanum supra vires patrimonij possidendo.

Proflubeo es. bui. siue proflubesco: si tñ inueniat. significat emano. Col. lib. vij. Si armos leserit: aut sanguinẽ dimiserit medio fere in vtroq; crure vene soluantur: et thuris puluere cũ dimiserit cum eo qui proflubuit sanguine armi liniantur.

Profluo is. deorsum siue a longe fluo. Lact. lib. ij. Fontes quidẽ ex quibus aqua profluit. Hiero. per translationẽ profluere quasi fluendo peruenire dixit. Inde misericordia omnibus profluxit: et gratia vt laudent.

Profluens modo participiũ est. Liui. lib. j. Pueros in profluentẽ aquã mitti iubet. Modo substantiuũ et ge. mas. ponitur pro flumine. Cice. lib. j. ad herẽ. Qui parentẽ necasse iudicatus erit: is obuolutus & ligat[9] corio deuehat in profluentẽ fluminis percursum.

Profluus a. um. quod profluit. Ambro. libro hexa. De aquarũ proflua qualitate.

Profluuiũ fluxio. Unde profluuiũ sanguinis dicimus. Plini. lib. xxvj. Sanguinis profluuiũ sistit herbe peonie semen rubrum.

Profugio procul fugio: aut q̃tum possum inde fugio. Plau. in cas. Quid nũc agã nescio: nisi vt improbos famulos imiter ac domo profugiã. Cic. in Lel. Hac itaq; amẽtia perterritus in asiã profugit: hinc profugiũ.

Profugiũ dicit cũ lõge aliquo fugitur vbi se quis tutũ putat. Cic. lib. j. tus. Portũ nobis paratũ et profugiũ putemus quo velis passis prouehi liceat.

Profugus qui longe aliquo fugit procul a finib[9] suis vagans quasi porro fugatus. Salu. Troiani qui enea duce profugi sedibus incertis vagabantur.

Profundo is. large fũdo: supramodũ expono. Tractũ ab aqua q̃ profundit ex vasis. Terẽ. Profundat pereat nihil ad me attinet. Et profundere extra fundere. Unde dicimus preces & vota profundunt.

Profusus supramodũ sumptuosus. Sal. Alieni appetens: sui profusus: quasi profusor. Ponit aliqñ pro abiecto et iacente. Plau. Profusus squallens sordidus ab omnibus derelictus.

Profundũ dictum est: q porro. i. longe habeat fundũ. Unde proprie significat imũ: vt profundũ mare. Qñq; sumitur pro alto. Virg. Ni faciant maria ac terras celumq; profundũ. Hinc profunditas.

Progenies a progignẽdo esse videt q̃si porro genita.

Progenerũ dicit auus neptis sue virũ. Huic correspõdet prosocer: qui et socer magnus dicit.

Progredior deris. progressus: vide in dictiõe gradior.

Progymnasmata: preexercitamẽta latine dicunt. Idem significant proagonastica.

Prognosis penul. pro. Nam πρöγνοσισ grece presciencia prouidentia dicitur.

Prognosticon rei future signũ: et per g. scribit.

Prohibeo ex pro & habeo: significat vero procul teneo auerto. Virg. Prohibe infandos a nauibus ignes. Plaut. Placide egredere et sonitũ prohibe foriũ et crepitũ cardinũ ne quid hic agitemus. Inhibeo pro retineo cõprimo. Hoc em̃ differt a prohibeo: q prohibere generale sit etiã ante rẽ inceptã. Inhibere re iã incepta. Illud vetat ne quid facere incipias: hoc ne pergas: sed potius desistas. Virg. Quod gen[9] hoc hominũ que ve hũc tã barbara morẽ permittit patria? hospitio prohibemur arene. Idẽ. Parcite iã rutuli et tela inhibete latini. Hinc naute inhibere remis dicũtur cũ nauẽ retro vertere volẽtes et currẽtes impetũ remorũ impressione retardãt. Iusti. Ita cessum inhibete remis & a bello discedite.

Prohemiũ latine initium vel exordiũ: siue prefatio dr. Dictũ procmiũ: q οιμοσ cãtus dicit. Nam sicut citharedi pauca illa que anteq̃ legittimũ carmen inchoent emerendi fauoris gratia canũt: prohemium cognominauere: sicut oratores ea que prius q̃ causam exordiant ad conciliandos iudicũ animos preloquunt eadẽ appellatione signarunt. Sunt tamen qui prohemiũ appellatũ velint: quod greci οιμον viã noiant: q prohemiũ ante rei ingressum ponat. Ideoq; cũ h. scribendũ putãt. A prohemiũ fit prohemiorarius. quod est exordior.

Proijcio is. penul. cor. q̃si porro iacio: extẽdo porrigo. Virg. Proiectaq; saxa pachyni. Idẽ. Proiecto dũ pede leuo aptat se pugne. Silen. Vetus atq; ingẽs erat arbor ilex: que circũ proiectis ramis maiorẽ partẽ loci summi tegebat. Hinc proiectus us. pro extensiõe. Lucre. Qualibet immani proiectu corporis extet. Interdũ proijcere est abijcere. Cice. Quid si eũ ex vrbe proieceris. Interdũ dimittere/derelinquere. Virg. Non ego vos posthac viridi proiectus in antro: Dumosa pendere procul de rupe videbo.

Proinde cum accentu in penul. cõponitur ex pro et inde: significatq; ideo. Ideoq;: itaq;: propterea: propter hoc: quapropter. Semper em̃ depẽdet ex superiore sentẽtia. Hiero. in prolo. sap. Hũc iudei philonis esse affirmãt qui proinde sapientie noiat: qr in eo christi aduẽtus euidẽter exprimit. Liui. lib. j. Satis scire origini romane & deos affuisse & nõ defuturã virtutẽ proinde ne grauarent. Ponit qñq; pro aduerbio similitudinis. Terẽ. in phormi. Proinde expiscare q̃si nõ nosces. Sal. At hi cõtra ignauissimi hoies per summũ scelus omnia eis socijs adimere que fortissimi viri victores reliquerant proinde quasi victoria iniuriam facere demum id esset imperio vti. Quãdoq; pro inde vt apud Plau. proin dicitur proinde. Terẽ. in eun. Proin tu dum tẽpus etiã atq; etiã cogita.

Prolectibile titillatio incentiuũ ve atq; illectamẽtum. Sido. ad vectionem. Nemo ita nature ferme est qui prolectibilibus careat occultis.

Proles progenies. Colu. libro. viij. de caprino pecore. Parit autẽ si est generosa proles frequenter duos: nõnunq̃ trigeminos.

Proletarij a prole dicti sunt qui in plebe romana pauperrimi erant: neq; amplius q̃ millequingentũ eris in censum deferebãt. Qui vero nullo: aut perq̃ paruo ere censebant capite censi vocabant. Aug. lib. iij. de ciui. dei. Tum vero tã multa bella vbiq; crebruerunt vt inopia militũ proletarij illi qui eo q proli gignende vacabant ob egestatẽ militare nõ valentes: hoc nomẽ acceperãt militie cõscriberent.

Prolepsis dici potest preceptio: ex προ ante et ληψισ sumptio: siue acceptio.

Prolixo as. vide in dictione lixo.

Prolixum quasi porro laxum: quod longũ latumq; est: Terẽ. in eu. Accipit nemo melius neq; prolixius: id est largius. Aliquãdo dicitur superfluũ. Unde prolixam orationem dicimus.

Prologus ꝓloquiũ siue ꝑfacio: proponit eñ narrãda.

Prologium ꝑncipiũ: quasi ꝓloquiũ: a greco λογὸσ. Plau. Exanimauit me ꝓlogio suo.

Proloquor pe. cor. prologo vtor: vel multũ: siue vltra loquor in longũ. Plau. in epi. Nã quid ego apud te parẽ proloqui? Ego illam hodie volo facere libertã meã. Quãq; proloqui est ante siue simpliciter loqui. Aug. lib. j. con. Nõne tibi ꝓlocutus sum aduersum me delicta mea. Quãq; est summã rei breuiter eloqui Varro autẽ sic habet: Proloqui ẽ cũ quod in animo habemus loquẽdo efferimus. Terẽ. Censen me vllũ potuisse verbũ ꝓloqui. i. proferre. Aliqñ proloqui ẽ sentẽtiã ferre: a quo proloquiũ sententia in qua nihil desideratᷓ: quod etiã ꝓ exordio ponitur.

Prolugeo solito diutius lugeo. Fest. Prolugere dicũtur qui solito diutius lugent.

Proluo is. ex pro ꝛ lauo: quod e prima in tertiã transit cõiugationẽ/ sicut abluo significat multũ siue multo tẽpore lauo. Persi. Nec fonte labra ꝓlui caballino. Nõ eñ omnino negat: sed negat multũ labra lauisse et hoc humilitatis causa. Aug. lib. iiij. de ci. dei. Abruptas etiã imbribus prolutas esse regiones. Aliqñ proluere ẽ sugfluere. Col. lib. ij. Quũ impetus aquarum proluit terrã: nudatisq; radicibus germina non patitur coalescere.

Proluuio onis. vide in dictione scaturigo.

Proluuies immũdicia cuiuscũq; rei sordide. Virg. Fędissima ventris proluuies.

Proluuiũ idem quod ꝓluuies ꝑ translationẽ dr̃ ꝓfusio et ꝓdigalitas cũ qs more aquę opes ꝓfundit. Terẽ. in adel. Quę res tam repente mores mutauit tuos: quod ꝓluuiũ? quę ista subita est largitas?

Promereor bene ago: beneficium ꝑsto. Virg. lib. iiij. Nunq; regina negabo promeritã. Terẽ. Ita me velim ames ꝓmerentẽ pater. i. bene agentẽ. Inde socũ ꝓmerentᷓ: qñ beneficus alliciũtᷓ: et beniuole artificio cõciliantᷓ. Plaut. tamẽ in am. in malã partẽ sumpsit: Quid mali sum here tanta ex re ꝓmeritus.

Promercalia mercimonia sũt vẽditioni exposita. Col. lib. xij. Pecuniã dñi neq; in aliis rebus ꝓmercalib⁹ occupet. Quidã aiũt promercalia ꝓprie dici merces que primo minoris emuntur: vt postea pluris distrahãtur: quarum rerum negociatores greco vocabulo propole nũcupantur.

Prometheus penulti. pro. nomen viri ꝓpriũ ἀπὸ τῆσ προμηθείασ. i. a ꝓuidẽtia. Fuit eñ prudentissim⁹ hic primus astrologiã assyriis indicauit quã residẽs in mõte caucaso nimia cura deprehenderat: hic propter nimiam ingeniĳ excellentiã homines finxisse existimatur: quia vt inquit Lact. Simulachrũ hominũ primus de molli luto formauit/ ab eoq; nata plastice est. Hic fuit pater deucalionis ꝛ fili⁹ Iapeti: qui fuit vnus ex titanibus. A prometheus fit patronymicũ promethides penul. ꝓdu.

Promineo es. penul. cor. ex ꝓ et maneo: quasi ante vel extra in longũ maneo. Vñ ꝓmontoriũ. Pli. Simie dentes vt homini: elephanto intus ad mandendum quattuor ꝑterq; eos qui prominent.

Promico as. pe. cor. vide in dictione mico.

Promitto is. polliceor. Cic. Iam eñ totum quod tibi ꝓmiserã prestiti. Quãdoq; ꝓmittere est ꝓducere et quasi in magnitudinẽ mittere: siue porro: id ẽ longe mittere. Plau. in ru. Capillũ ꝓmittam optimum est incipiãq; hariolari. Virg. Promissaq; barba. Quãdoq; minari. Idem. Promisi vltorẽ et verbis odia aspera moui. Huius cõposita sunt Appromitto: qd̃ est ꝓ altero promitto. Cõpromitto: qd̃ significat litẽ ad boni viri arbitriũ mitto. A quo cõpromissum ipsa facultas arbitro data. Tractũ ab eo ꝙ vterq; litigãs simul ꝓmittit se arbitri sententię pariturum. Repromitto firmiter seu etiã promitto. Hieron. ad dama. Hos versus esse assumptos: ꝙ ille q̃ repromittebatᷓ de genere dicendũ venerit saluaturus Israel.

Promo is. psi. ptum. profero/ eloquor/ expono. Pla. in cis. Accipias claues si quid tibi opus erit in promptu ꝓmitto: id ẽ extra capito. Virg. Letiq; cauo se robore promũt Tessandrus stelenusq; duces. i. educunt. Lactan. lib. v. Longum est vniuersas virtutis species promere: vt de singulis doceã. Huius composita sunt Depromo: qd̃ est extraho extra do: declaro. Virg. li. xj. Et vltrice pharetra deprome sagittã. Plau. in amp. Quid faciã nunc si tres viri me in carcerem cõpegerint: inde cras e promptaria cella depromar ad flagrũ. Lact. lib. iij. Idem in opere valde serio in quo ꝑcepta vitę deprompta ex philosophia Cicerõi filio dabat. i. excerpta. Hiero. Propter simpliciores quasq; id me depromere cõpellitis. i. describere. Expromo ꝑfecte promo. Terẽ. in heau. Nemo est meorũ amicorũ hodie apud quẽ expromere oĩa mea occulta audeam.

Promptus dr̃ qui iam paratus est ad agendũ: ꝛ in quo nulla mora est: q̃si iam ꝓductus. Sal. Natura ferox vehemẽs: manu prõptus erat: maximũ bonũ in celeritate putabat. Sic dicimus prõptus ingenio q̃ ingeniũ ad omnia paratũ hꝫ. Per trãslationẽ promptus ponitᷓ ꝓ manifesto et aperto cũ res a secretiore loco educitᷓ: vt parata nobis ꝛ ad manus sit: vñ dicimus: res est in promptu q̃si manifesta. Cic. lib. j. offi. Que q̃q̃ ita sint in promptu vt res disputatiõe nõ egeat. Salu. Aliud clausũ in pectore: aliud in lingua promptum habere.

Promptulus diminutiuũ. Hiero. in ꝓlo. dani. Quidã e nostris satis ad loquendũ promptulus ezechielem adduxit in medium.

Promptarius a. um. ex quo aliud depromitur. Plau. in am. Inde cras e ꝓmptaria cella depromar ad flagrum. Nam ibi ꝓmptaria cella ꝓ carcere posuit: qr e carcere ad suppliciũ promuntᷓ noxij.

Promptarium locus in quo res ad vsum necessarie ita reposite sũt: vt statim ꝓmi ac ꝓferri possint. Am. li. hexa. Quid ẽ igitᷓ os hõi nisi quoddã sermõis haustũ/ fons disputatiõis: aula ṽborũ: prõptariũ vocisᷓ.

Promus et condus apud veteres ꝓ cellario sumebãtᷓ: ꝙ inde ꝓmant: et ibi condant. Plau. in asi. Ego sum promus/ condus/ procurator ꝑni. Promus q̃ ꝑest cibariis ꝓmẽdis: qui victũ familie promit. Condus qui recondit in cellã penuariã ipsa penora. Nam in potentiorũ domib⁹ alius est promus: alius condus: alius aliĳ ministerio assignatus. Apul. in apolo. promũ librorũ appellat illũ qui libris promendis pręest.

Promulsis idis. potio ex mulso cõdita. Cice. papi. Habuisses nõ hospitẽ sed cõtubernalẽ. At quem virũ nõ eũ quẽ tu es solitus ꝓmulside cõficere. Hinc ꝓmulsidaria vasa dicuntᷓ quib⁹ mulsum continetᷓ. Scribit pompo Iuriscõ. Legatis vasis scutellas ꝛ promulsidaria contineri.

Promontoriũ q̃si ꝑeminens mõs: significat eñ montẽ in mari prominentem. Pli. lib. xxxvj. Promontoria aperiuntᷓ mari ꝛ rerum natura agitᷓ in planũ.

Promulco nauis agi dr̃ cũ scapha ducitᷓ fune a promulcendo. Nam non necessitatis tantum causa fit: sed vt nauis quietius agatur.

Promulgo as. publico: palã ꝓnuncio: quasi prouulgo. Festus. Leges ꝓmulgari dicuntᷓ cũ primũ in vulgus eduntᷓ. Col. lib. j. C. Licinius damnatus est qui agri modũ quẽ in magistratu rogatione tribunitia ꝓmulgauerat immodica possidendi libidine trãscendisset.

Promurale dicitur cum extra muros qui ambiunt ciuitatẽ alius ducitur murus: et est murus ante murum qui et antemurale vocatur. Dicitᷓ etiã locus promu

ralis qui est ante murũ. Hiero. Cum autẽ venerit ad promuralẽ locũ.i.ad futuri seculi statum: ibi ad eam dicit ostende mihi faciem tuam.

Pronomen ideo dicit quia vice nois fungit. Nã sicut dicẽdo nomẽ explicamus ꝑsonã: sic ꝓnomẽ vt tacito noie cũ dicimus hic legit: ille scribit.

Pronurus pe. pro. nepotis vxor dicitur.

Publico as. publicū facio manifesto. Iusti. Non cōtētus voluptatū suaꝝ tacita conscientia: nisi etiā matrimonij reticenda publicaret. Et publicare est rem aliquam publicā seu in reipublicę potestate facere. Cice. li. ij. artis veteris: Lex est apud rhodios: vt si qua rostrata in portu nauis deprehensa sit/publicetᷣ. Cū magna in alto tēpestas esset vis ventorū inuitis nautis rhodiorū in portū nauim coegit. Questor nauim ppli vocat: nauis dn̄s negat oportere publicari.

Publicanos appellarūt maiores eos qui vectigalia et alios populi Romani redditus exigendos certo cōstituto precio redimebant: qui datiarij vulgo dicuntᷣ. Horum ordinem ꝛ numero amplissimū ꝛ personaꝝ dignitate potentissimū fuisse cōstat. Cice. pro Plan. Flos equitū romanorū ornamentū ciuitatis/firmamentum reipublicę publicanorū ordine cōtinetᷣ. Vlpia. Publicani sunt qui publico fruūtur. Nam inde nomen habent. Et omnes q̄ aliquid a fisco conducūt recte vocantur publicani.

Publicola/cognomen publij Valerij: qui primus cum Bruto post exactos reges consul effectus est ꝙ coleretur a populo: siue ꝙ populū coleret.

Publius/ꝑnomē eius qui populo gratus fuit.

Publipor/publij puer. i. seruus. Sic Marcipor/Marci puer. Veteres enim a pręnominibus puerorū seruos in familia nominabāt. Unde a Lucio lucipores a Quinto quintipores. Et hoc est qđ Pli. ait: Id genus seruos dominorū fuisse gentiles: id est eodē noie appellatos quo domini appellabantᷣ.

Pudorem philosophi diffiniunt esse modestiā quę animum reprimit/ne procaciter/aut inordinate/aut turpiter peragat. Cur autē erubescant quos puduit dicitur a philosophis: quoniam pudefactis sanguis de corde in omes corporis partes diffunditur: ita vt superficiem occupet. Pudor a verecūdia sic separatur a quibusdā: vt pudor sit rei turpiter actę: verecundia etiam recte facti atq̄ honesti.

Pudeo des. dui. itum cum accusatiuo. Luca. Semper metuit quē seua pudebāt. Impersonale Pudet puduit ꝛ puditū est/ꝟm Priscia. Et a parte ante cōstruitur cum accusatiuo ꝛ aliquādo cū datiuo. Syri. lib. vij. Resides ad bella vocantur. Quis pudeat certare senes: quis ꝓ quib⁹. Plau. in Bac. Neq̄ me neq̄ te tuis intus puditū est factis quę facis. Ubi patet ꝙ non solū cum genitiuo/sed etiā cum ablatiuo a parte post construi potest. Differt autē pudere a pigere/ꝙ pudere verecundię sit: pigere penitētię. Salu. in Iugur. Nam postea quę fecerit incertū habeo/pudeat an pigeat magᷣ. Nona. Pudere est in his quę turpiter fiunt. Pigere in his quę cum damno ac malo: pudere ad dedecus: pigere ad decorē refertur. Terē. in adel. Fratris me qdē pudet/pigetq̄. Cōposita sunt: Depudet ꝛ dispudet penul. corre. qđ est his seu valde pudet. Idē in eun. Dispudet mihi sic data esse verba. Suppudet/parum pudet.

Pudefio is. a pudefacio fit/qđ significat pudorē inijcio Gel. Tibiam pudefactus oris deformitate abiecit: id est verecundatus.

Pudens/verecundus. Cuius cōtrariū est impudens/a quibus pudenter ꝛ impudenter.

Pudibūdus/q̄ pudore deducitᷣ. Pudibūde/cū pudore

Pudenda virilia/quę ꝛ verēda dicuntᷣ/ꝙ vt Aug. libro xiiij. de ciui. dei. ait libidinis nos maxime pudet.

Pudicus/castus a quo fit pudicitia/castitas: quorū cōtraria sunt Impudicus ꝛ impudicicia. A pudic⁹ etiā fit depudico depudicas.

Pudicicia/modo pro castitate/modo pro religiosa mūdicia ac puritate. Virgilᷣ. Casta pudiciciā seruat domus. Quādoq̄ pro dea quę Romę colebatᷣ.

Puer tribus modis dicitur. Primo cum seruū significamus. Teren. in an. Et puerū inde abiens conueni chremis. Secūdo cum puerū contrario nomine puellę dicimus marem denotantes. Tertio cum ętateꝫ puerilem intelligimus. Ponitur interdū etiā ꝓ filio. Virgi. Ascaniusq̄ puer. Interdū pro cinedo. Et est generis cōmunis ꝟm Priscia. Liui. in odys. Sancta puer Saturni filia. Declinatᷣ et hic puerus: hęc puera: sicut puell⁹ ꝛ puella. Plau. in mer. Tu puere abi hinc intro ocyus. Var. Properate viuere puere: q̄s sinit ętatula ludere et amare ꝛ venerē tenere leges.

Puerpera/mulier quę recens peperit siue pueruꝫ siue puellā vulgo petola dicitᷣ. Oui. De latona: Magna gemelliperę venerantur numina diuę.

Puerperiũ/tẽpus quo puerpera ex dolore partus cubat. Aliquando etiã proles ipsa. Gel. diuo Augusto imperante ancilla eius in agro laurẽte peperit q̃nq̧ pueros qui pauculos dies vixerunt. Mater quoq̧ non multo post mortua monumentũq̧ ei factũ iussu Augusti in via laurentina in quo scriptũ fuisse cõstat numer̃ puerperij. Sue. de Cali. Cum agrippina bis in ea regione filias enixa sit ⁊ qualiscũq̧ partus sine vllo sexus discrimine puerperiũ vocitet̃/ꝙ antiq̃ etiã puellas pueras sicut pueros ⁊ puellos dictitarãt.

Puerilis ⁊ hoc puerile qđ est pueri: vt ętas puerilis: facta puerilia.

Pueritia/ętas puerilis. Quãdoq̧ etiã sumitur pro puritate. Var. Ea erat matronę simplicitas: ⁊ pueritia ⁊ honestas.

Puerilitas/significat actũ aliquẽ puerilẽ. Sene. Qui pueritiã eius siue potiꝰ puerilitatẽ ludibrio habuit.

Puerascere dicunt̃ qui exacta infantia pueritiam incohant. A quo repuerascere qđ est in puerilẽ ętatem reuerti. Qđ de senibus fere dicit̃ cũ desipere vitio ętatis incipiunt. Cice. in Catone. Ex hac ętate repuerescam ⁊ in cunis vagiã. Plau. in Mer. Senex cum ex templo est iam nec sentit/nec sapit: aiũt solere eũ rursum repuerascere.

Puellus diminutiuũ a puer/significat paruũ puerũ siue paruũ filiũ. Lucil. Cũq̧ hic tam formosus tibi ac te dignꝰ puellus. Sic puella a puera ꝑ diminutionẽ.

Puellaris ⁊ hoc puellare/idẽ qđ puerilis. Quintil. de filia defuncta. Tum ętate tam puellari ꝓsertim meę comparata.

Puellascere est effęminari. Pacu. Puellascũt lasciuia adolescentes. Aliq̃n reflorere ⁊ quasi ad pueritiã redire. Var. Qui non solũ in nube fiunt cõmunes verũ etiam veteres puellascunt.

Pugnus a punctione. i. percussione: vel a pugna. Ho. in adel. An pugnus a pugna sit dictus/an ab illo pugna. Quidã a gręco deducũt πυγμη.

Pugna/lucta vel ꝓliũ: licet q̃nq̧ apud poetas pro stupro ponat̃. Terẽ. Dabit hic aliquã pugnã. Huiꝰ diminutiuũ est pugnicula.

Pugno as. dimico refertur q̧ ad animata: vt pugno cũ hoste. Lactã. li. iij. Mutorũ aialium quę ob hoc vel acerrime pugnãt. Quãdoq̧ pugnare est cõmittere. Gel. lib. ij. Dum pyrrhus rex in italia esset ⁊ vnã atq̧ alterã pugnã prospere pugnasset. Huiꝰ composita sunt: Depugno/qđ idẽ est qđ pugno. Plau. in Sti. Ita ingeniũ meũ est qui cũ viris depugno multo facilius q̃ cum fame. Cõpugno/simul pugno. Hiero. in pręfa. lib. paral. Totiusq̧ orbis inter se trifaria varietate cõpugnat. Expugno/pugnãdo vel oppugnãdo vinco. Et de personis/oppidis/ castris /nauibus/ cęterisq̧ hmõi dicitur. Interdũ expugnare nõ est pugnando vincere/sed solũ oppugnare. Hieroñ. lib. ij. Machabeorũ. Simon applicuit ad bethsurã ⁊ expugnabat eam multis diebus. Et in Ps̃. Sępe expugnauerunt me a iuuentute mea/ etenim non potuerunt mihi. Expugnat̃ autẽ nauis/ꝭm Calistratũ iurecõsul. cum spoliat̃/aut mergit̃/aut dissoluit̃/aut perfunditur/aut funes eius excidunt̃. Iusti. Occupata arce tarẽtinorũ expugnatis veteribus incolis. Liui. Vna duas naues expugnauit. Oppugno/pugnãdo vincere contendo. Impugno/valde aduersor/confuto. Lactã. lib. vij. Redeũt protinus vitia: quę virtutem semꝑ impugnant. Propugno/aduersus pugnãtes pugno seu ꝓcul me defendo. Vñ ⁊ ꝓpugnacula. Repugno/pugnãdo resisto/cõtradico/refragor.

Pugnax/bellicosus: a quo pugnacior/pugnacissimus ⁊ pugnacitas. Augu. lib. viij. Sed tamen consuetudo aduersus me pugnacior ex me facta erat. Et libro. v. Nulla pugnacitas calumniosarũ questionum extorquere mihi potuit.

Pugillus diminutiuũ/significat paruũ pugnũ.

Pugillaris masculini generis ⁊ hoc pugillare siue pugillar. Auso. Bipatens pugillar expedi. Et pugillarem in euangelio legimus. In plurali pugillares et pugillaria. Apul. Dolebã me hercle ꝙ pugillares ⁊ stilum non habebã: qui tam bellã fabellã pernotarẽ. Catul. ad Egnatiũ. En negat mihi vestra reddituraꝫ pugillaria si pati potestis. Sunt autẽ pugillares tabellę cereę: vel ligneę siue alterius materię in quibꝰ stilo scribimus dictę/ ꝙ pugno comprehendant̃: vel a pungendo ꝙ stilo in his pungendo scribatur. Varijs autẽ nominibus dicebant̃ pugillares apud veteres. Alij duplices/alij triplices/alij quintuplices nominabantur. Erant ⁊ citrei eborei membranei dicti: q̃ ex citro ebore membranis erant confecti.

Pugil a pugna vel a pugno. Est aũt q̃ pugnare consueuit: a quo Pugillatus tus. pugilũ vsus.

Pugillice aduerbiũ/significat firmiter/valẽter. Plau. in Epi. Quid herilis noster filiꝰ? valet pugillice atq̧ athletice.

Pugillari inquit Aug. est encraticũ facere.

Pugio/genus teli: dictus a pugno quo facile apprehẽditur: vł ꝙ eo pręsentius pugnetur: vt inquit Festus Fronti. lib. ij. strategematon. Q. sertorius cum acie decertaret barbarũ qui ei nũciauerit hirtuleũ perculse pugione traiecit.

Pugiunculus/paruus pugio. Cice. Hispaniensem pugiunculũ. Gñ. pisonem appellat.

Pulcher a. um. qđ antiqui pulcrũ dixere/qđ non est deforme: a pollendo/qđ polleat forma. Ex quo intelligi datur hoc nomen aspirationẽ non habere: licet vsus vicerit cui vix repugnari potest: vt pulcher in primo ⁊ quinto casu cum aspiratione pronuncietur. Neq̧ra autem non inesse aspirationẽ docere hoc satis potest ꝙ eius diminutiuũ Pulcellus a. um. aspiret̃ minime. Est autem pulchritudo vt Cice. lib. iiij. tusc. inquit. quędã apta figura membrorũ cum coloris quadam suauitate. Interdũ pulcher sumitur pro bono: sicut bonũ pro pulchro. Teren. Forma bona fortasse: ⁊ econtrario malũ pro deformi. Interdũ ꝓ forti. Virgi. Satus hercle pulchro pulcher auẽtinus.

Pulchresco pulchrescis/pulcher fio. Augu. Quicquid pulchrescit visu: quicquid lenocinatur odoratu: quicquid mollescit attactu.

Pullus qđ quidã per sincopaꝫ a puellus dici volunt significat nouellũ: id est paruũ puerũ ⁊ paruuꝫ filium. Vnde paruos fętus quorũcũq̧ animaliũ: quinetiam arborũ atq̧ plãtarũ pullos dicimꝰ: vt pullus hirũdinis/pullus asini/pulli ranarũ. Hora. in Ser. Absentes ranę pullis vituli pede pressis. Quinetiam pullos dicebãt suos cathamitos. Vnde. Q. Fabius cui Eburno cognomen fuit propter candorem ꝙ eius natis icta esset fulmine/pullꝰ iouis appellatꝰ est.

Pulluli/plantariorũ sunt. Pullulus enim a pullus deducitur per diminutionẽ.

Pullulo as. penul. corre. quasi fętifico. Nam pullulare dicimus arbores cum a radice nouę plantę surgunt. Pli. Natura ⁊ plantaria demonstrauit multarũ radicibus pullulante sobole dẽsa ⁊ parẽte matre quos enecet. Eius quippe vmbra turba indigesta premit ⁊ in lauris punicis/platanis/cerasis/prunis/paucorũ hoc in gñere rami parcunt soboli: vt vlmorũ palmarumq̧. Nullis ꝓo tales pulluli proueniunt nisi quarum radices more solis atq̧ imbris in summa tellurę spaciãtur. Huius est compositũ: Expullulo/quod significat extra pullulo: vł extra fructũ produco. Col. libro. iiij. Nec dubiũ quin gemmę quę cacumini proximę sunt infecundę in eo relinquantur: ex quibus pampinus expullulat.

Pullulasco is. pullulanus sio. Ité lib. v. Ex nouello pal mite vitis pullulascat.

Pullasco is. idem qd pullulasco. Col. lib. v. Quicquid est supra vetusta brachia amputetur: & ita ex nouello palmite vitis pullescit. Hinc fit compositũ. Repullesco. Idem ibi. Cum vere plurimarũ stirpium natura sic se cõmodet: vt iuxta cicatricem nouellis frondibus repullescant.

Pullaster & pullastra / significant gallũ siue gallinã adolescentes: sicut etiã a nobis dicuntur lingua vernacula. Nõ enim diminutiua sunt. Sic a. M. Varrone pullastrę dicuntur iuuencę gallinę. Ait enim: Et ea q̃ subijcias potiꝰ vetulis q̃ pullastris & quę rostra vngues non habeant acutos.

Pullicenus diminutiuũ a pullus / & est qui ex gallinarũ ouis nascitur. Helius Spartianus siue Lampri. de Alexandro seuero. Et ne carũ pastus grauaret annonam seruos habuit vectigales qui eos ex ouis & pullicenis & pipionibus alerent.

Pullinus a. um. qd est pulli. Unde pullini dẽtes quos primũ equi iaciunt.

Pullariũ / qui pullorũ curã habet. Liui. lib. x. Nam cũ pulli nõ pascerenſ pullariꝰ auspiciũ mẽtiri ausus tripudiũ solistimũ nunciauit consuli.

Pullatio apud Col. accipitur pro fętura pullorũ quę & pullicium dicitur.

Pullicies ipsa pullatio. Col. lib. ix. de turture. Huius auis ętas ad saginã non tam vetus est idonea q̃ nouella. Ita circa mensam cũ iam confirmata est pullicies eligiſ. Idem de apibus. Cum primo vere in eo vase nata est pullicies nouꝰ rex elidiſ.

Pullus a. um. qd est natiui coloris. i. non plene obscurũ atrũ leucopo contrarius / q pulli ouiũ fere eo colore nascunſ. Virgi. Ne maculis infuscẽt vellera pullis. Tibul. Concidit ad magicos hostia pulla deos. Unde vestis pulla dicitur fusca atra qua quis in luctu induitur. Cice. in Vati. Atq3 etiã & a te scire cupio quo consilio: aut qua mente feceris vti in epulo. Q. Arrhij familiaris mei cum toga pulla accũberes? Sunt tamen qui dicant hũc colorẽ hispanũ siue bethicũ dici: a quo pullati etiã bethycati dicunſ. Mar. Et bethicatus simul atq3 leucopatus. Cuius esse rationẽ dicunt q natiuꝰ color in Hispania subnigrior est. Idq3 minus vilis. Hic enim color ad nigredinẽ tendit alicubi plenior / alicubi dilutior. Huic proximus color est niger qui & fuscus dicitur & ater. Similiter pullꝰ color dicitur impluuiatus quasi fumo ex stillicidio implutus. Plau. Impluuiatus facit vestimẽtis nomina. Item Suasus: vt apud eundẽ. Sordida & Suasa amictus togula. Ponitur tamẽ pullus pro nigro. Col. Atq3 oleris pulli radix: hoc est oleris atri.

Pullatus / pulla veste indutus. Hoc est lugubrẽ habitũ ferens ex parentũ morte qui & atratus diciſ: q̃ mos a Lydis ceptus fuit. Cice. in Vati. Quis vnq̃ cenauit atratus cum ipse epuli dominus. Q. Arrhius albatus esset. Quãdoq3 pullatus accipitur pro viliori persona siue rudi & imperita. Suet. de Aug. Militez secreuit a populo: multis ex plebe proprios ordines assignauit: pręter[x]tatis cuneũ suũ & proximũ pedagogis: sanxitq3 ne quis pullatorũ media cauea sederet. Quintil. Feriri pectus / frontem cedere mire ad pullatũ circulũ facit. Hoc est ad cumulũ rudiũ atq3 imperitorum hominum.

Pulligo / idem qd pullus color. Pli. Fuluas oues tarentũ habet & alias suę pulliginis.

Pullegiũ / genꝰ herbę seu fruticis medicinalis. Est enim calida & sicca in tertio gradu. Ambro. ad Felicẽ: Nõ mediocrem sumpsi ad conualescendũ gratiam quasi quodã tui alloquij pullegio refotus. Hierony. Pulegium apud indos pipere p̃ciosius est. Colu. libro ix. Pullegij circulis fumigentur.

Puluis generis masculini & fœminini. Propertiꝰ: Sit mihi perpetuę puluis ethrusca dolor. Diciſ aũt puluis: vt q̃dã putãt a pellẽdo / q pellaſ vi venti. Apud antiquos etiã puluer dicebaſ. Sed ab eo qd est puluis: gtũs erit puluis. a puluer pro pulueris. Uerum in vsu tm̃ est puluis in recto: puluearis in obliquis.

Puluisculus & puluisculũ diminutiua sunt a puluis. Et generaliter de omni puluere dici potest. Apul. Misi vt pesti mãditias dentiũ nitellas oris ex arabicis frugibus tenuẽ candificũ / nobilẽ puluisculũ complanatorẽ gingiuę. Hiero. Nescio qd puluisculũ. Proprie aũt significat puluerẽ illum quo vtũtur puellę qui & cinis diciſ: ad cuius differentiã alius cinis immũdus appellatur. Virgi. Et cinerem immundũ latos iactare per agros. Hinc puluereus puluerea puluereum & Puluerulentus a. um.

Puluero as. in puluerem redigo. Col. lib. xij. Priusq̃ vineę puluerenſ. Hinc pulueratio quę est genus culturę. vt inq̃t Ser. Quo iminutę glebę vitibꝰ applicanſ.

Pulueresco / in puluerẽ redigor: qd a puluereo fit. Unde & dispuluereo pro dissoluor.

Pulex / animal notũ dictũ q ex puluere generetur. Quo nomine etiã dictus est vermiculus herbis & pręcipue brassicis infestus. A pulex fit pullicinꝰ: sicut a musca muscinus: a formica formicinus.

Pulicosus / pulicibus plenus. Colum. li. viij. Pulicose cani remedia sunt sume ciminũ tritum pari pondere cum veratro aquaq3 mixtũ & illitũ: seu cucumeris anguinei succus. Uel si hęc non sunt / vetus amurca per totũ corpus infusa.

Pulmo / est vnũ ex visceribus de natura sui spõgiosus: & ideo spiritus capax qui diuiditur in similitudinem vngulę bouis: & duę illę partes fibrę vocantur: sicuti in omnibus visceribus. Respiramus autem pulmone. Unde Persius: Qui pulmo animę pręlargꝰ anhelet. Attollitur enim spiritus attrahẽdo et emittendo deprimitur. Ex pulmone nasciſ tabes quam gręci ptisim vocant. Tũc enim pulmo tabescit. Oui. Cernis vt e molli sanguis pulmõe remissus: Ad stygias certo limite ducat aquas. Apud veteres pluraliter tm̃ pulmones dicebanſ sicut & ceruices. Plau. in Cur. Pulmones distrahũtur / cruciaſ cor. Cice. lib. ij. tusc. Quę lateri inherens morsu lacerat / viscera vrgensq3 grauiter pulmonũ haurit spiritus.

Pulmonarius a. um. qd laborat pulmonis morbo: vt ouis pulmonaria apud Col. quã li. viij. ait: curari similiter vt suem inserta per auriculã quaz veterinarij consiliginẽ vocant. Diciſ etiã pulmonarius de morbo: quẽ gręco vocabulo pneumonicũ & peripneumaticũ appellant. Et herba pulmonaria vocaſ a medicis quę est folijs mollibus albo maculatis.

Puluinar penul. pro. quasi pluminar: est qd capiti dormituri supponimus ad puluinorũ similitudinẽ. Iuue. Feda lupanaris tulit ad puluinar odorez. Quo etiã nomine diciſ lectulus qui in templis sterni cõsueuit numini dicatus. Unde lectisterniũ nũcupatur: sicut docet Aug. lib. iij. de ciui. dei. Liui. Curatũ lectisternium: & per triduũ habitũ decemuiris sacrorũ curantibus & puluinaria in conspectu fuere Ioui & Iunoni alterũ Neptuno & Mineruę. Tertiũ Marti & Veneri. Quartũ apollini & Dianę. Quintum Vulcano ac Vestę. Sextũ Mercurio & Cereri. Uidetur autẽ dici puluinar a pluma qua fulciſ. Abusiue tamẽ puluinaria pro templis dicunſ. Inde apud Liuiũ legiſ: ad omnia puluinaria sacrificatum fuisse. Uidenſ etiã accipi pro illis puluinis in quibus simulachra deorũ recumbentia collocanſ. Acron. Puluinaria dicebãtur aut lectice diuorũ aut tabulata in quibus stabant numina vt eminentiora viderenſ.

Puluinus seu puluillus a pluma quasi plumin⁹ ꝙ plu/
mis pulloꝝ fiat Ceruical seu plumatius. Hiero.in
terra pro puluillo capiti supponebāt. Quādoq₃ acci
pitur ꝓ lecto. Cicer.in Uer.actio.vij. Nam vt mos
fuit bithyniȩ regibus lectica aperta foro ferebat/in
qua puluinus erat perlucidus melitēsi rosa farctus.
Apul. Quattuor eunuchi confestim puluinis, cōplu
ribus vento tumentibus pluma delicata terrestrem
nobis cubitū perstruūt. Item pluuini vocantur qui
scabellis subimponuntur quo mollior sit sessio. Hoc
est lectuli quidā exigui lana/vel ramento/vel pluma/
vel alio genere plenū: vulgo cusini. Cice. Afferri ius/
sit puluinos ꝛ omnes in suis sedibus sederūt. Iuue.
De puluino surgat equester. Et puluini areolȩ terra
elata inter duos sulcos in hortis: quȩ porca a porri/
gēdo in agris appellatur. Habet eīm veluti puluino
rum/in quibus sedemus similitudinē: propter quod
ꝛ torus a ꝗbusdā dicitur. Pli. Areis distingui: easq₃
resupinis puluinoꝝ toris ambiri singulis tramitum
sulcis qua dat accessus homini scatebrisq₃ decursus.
Col.li.xi. Ulpicū habet velut alliū plures coheren/
tes spicas. Neq₃ cum sint diuisȩ liratim seri debebāt
vt in puluinis positȩ minus infestētur hyemis aquis
Idem lib.iij. Omniū autē generū ramos circa kalen
das martias in hortis per puluinos areaꝝ dispone/
re conuenit. Item puluinus arena durior quȩ in mo/
dum saxi lapidescit. Uictru.lib.v. Puluinus firmis/
sime struatur. Item puluin⁹/machina qua naues in
portum subducūtur. Ouidius: Collaq₃ pꝛgloꝝ no/
stra ferenda dedi.

Puluinatus a.um. qꝺ est ad similitudinē puluini molle ac
ꝓuexū. Pli. Lanuginoso ac puluinato calice.

Puls victus antiquissimus ex farina aqua melle seu ca/
seo ouo decocto factus: quo pro pane veteres vtebā
tur. Dicta ꝙ ita sonet cū aqua feruēter aspergit.

Pultarius a pulte accipit ꝓ vase pultis. Cor. Cel. Si
cetera defecerint caliculus aut pultarius oris cōpres
sioris ei rei cōmode aptatur.

Pulmētū ipsa puls vel aliud cibariū ad modum pultis
factum. Apul. Ius porcoꝝ pulloꝝ pisciū ꝛ ius pul
mentoꝝ largissimas epulas.

Pulmentariū etiā dicit qꝺ inter cibos sumitur in simi/
litudinem pultis factū. Hoc est qꝺ pulmentis vicem
pꝛbet. Iuue. Ueniet qui pulmētaria cōd.t. Plini⁹:
Primū in latio cibū pultem fuisse/nō panem scribit:
argumētoq₃ ad id esse ꝙ pulmētaria ꝓ cibis sua etiā
etate dicerent. In euangelio quoq₃ legimus: Nūqd
pulmentariū habetis? Posset etiā dici pulmentariū
pulmenti repositoriū.

Pulmentariū testuaceū dr torta ꝗ coquit sub testa.

Pulticula dimi. a pulte/quo vsus est. Pli.lib.xxvj.

Pulpa quādoq₃ dicitur neruus ille qui ab aliquib⁹ dici
tur ινιον. Inter pulpas inquit Pli. et venas discri/
men facile: venȩ latiores/cādidioresq₃ sunt: pulpȩ fis
silibus insunt.

Pulpamentū a pulpa dictū est: ꝛ accipit pro cibo lauti
ore. Terē. Lepus tu te es ꝛ pulpamentū queris.

Pulpitū/locus ante scenā editior in quo omnis come/
dia recitabatur. Grȩce λογειον. Ponitur etiā pro
suggesto: id est pro quocunq₃ loco edito vnde sermo
habetur ad populum.

Pulso as. frequentatiuū a pello /significat sȩpe percu/
tio/verbero. Cice. de suppli. Lictores consistūt valē
tissimi ad pulsandos verberandosq₃ homines exerci
tatissimi. Teren. in adel. Sed qs hoc ostiū pulsauit?
Transfert ꝛ ad animū. Ambro. Dehinc terroribus
pulsat. Plau. in epi. Id ego experior cui in vnū mul
ta confluūt: quȩ meū pectus pulsant. Interdū pulsa/
re est violare/lȩdere. Uirgi.lib.xij. Pulsatos referēs
infecto federe diuos. Interdū sonare: vt pulso lyrā.
Pertinetq₃ pulsare ad homines: sonare ad instrumē
ta: vt sonat campana. Unde dicimus: Pulsatum est
ad tertiā: nō autē sonatū. Cum autem dicimus: pul/
so cythara: idem est qꝺ cano vel ludo. Uirgil. Iā pe/
ctine pulsat eburno. Huius cōposita sunt: Cōpulso/
qꝺ est valde pulso. Aug. Mortuus est qui ꝗtumli/
bet expulses/ꝗtumlibet lanies/ꝗtumlibet vellices/
nō expergiscit. Propulso de quo supra.

Pulto as. idem qꝺ pulso: sitq₃ a supino pultū quo anti/
qui vtebantur. Plau. Pultando cōfregi fores. Te/
ren. Cesso iam pultare ostium.

Pulsus est ille vbi cōiungitur manus lacerto. Pli. Ar/
teriaꝝ pulsus in cacumine membroꝝ euidens maxi
me index morboꝝ in modulos legesq₃ metricas per
etates stabilis: aut citati⁹ aut tardi⁹. Idem alibi pul/
sum percussum appellat. Nam vitȩ gubernacula te/
net ꝛ ictu crebro/aut languido valitudinem indicat.
Nam lib. vij. sic ait. Uenaꝝ inequali /aut formicāte
percussu: sed hoc ex arterijs est.

Pumex/lapis cauernosus qui ad corpora leuigāda lau
datissimus est. Uirgi.li.xij. Ut cum latebroso pumi
ce pastor. Catul. femi. genere ꝓtulit. Pumices pre/
cipui sunt in eolijs insulis. Probatio eoꝝ est in can/
dore ac minimo pondere: ꝛ vt maxime spōgiosi atq₃
aridi sint ac teri faciles. Nec in fricando arenosi.

Pumicosus a.um. qꝺ pumicis vl naturā vel similitudinē
habet. Et pumicosus dr locus pumicibus plenus.

Pumico as. penulti. cor. pumice polio/leuigo. Tibul.
Pumicet ꝛ canas tōdeat ante comas. Unde pumi/
catum pumice politū.

Pumilis pe. corre. paruus nanus. Col.lib.ix. pumiles
aues nisi quē humilitas earū delectat/nec ꝓpter fecū
ditatē/nec ꝓpter aliū redditū nimiū probo.

Punctus qꝺ nisi deprauate barbareq₃ dicit in neutro.
Sene. Punctū est ꝛ adhuc puncto minus qꝺ incolī
mus. Pli.lib.ij. Non aliud est terra vniuersa ꝗ mū/
di punctus. Tradunt Geometre punctū esse corpus
indiuiduū: in quo neq₃ longitudo/neq₃ latitudo/neq₃
altitudo deprehendit: ꝛ ob incōprehensibilē breuita
tem sui in partes diuidi nō posse: qꝺ protractū lineā
efficit: id est corpus vnius dimensionis. Longū eīm
est sine lato ꝛ duobus punctis ex vtraq₃ parte solam
longitudinē terminantibus continetur. Hanc lineaꝫ
si geminamus alterū corpus efficitur qꝺ duabus di/
mensionibus extruitur lōgo latoq₃/sed alto caret: pū
ctis autem quattuor continet per singulas scꝫ lineas
binis. Et hoc greci επιπεδον. nostri planū siue sup
ficiem vocant. Quādoq₃ tamen punctū sumit pro tē
poris vel horȩ momēto. Cice. Cecinne: Itaq₃ ne pū/
ctum quidē tēporis in ipsa fortuna fuisse. Quandoq₃
pro minima cuiusq₃ rei particula. Idem pro Plācio
Nam ꝙ questus es plures testes te habere de voli/
tiua ꝗ quot in ea tribu pūcta tuleris. Quādoq₃ pro
suffragijs ꝛ fauore: quoniā veteres suffragia non scri
bebant: sed puncto notabant. Unde expuncti dice/
bantur viles eiecti: siue fauore priuati. Hora. Omne
tulit pūctū qui miscuit vtile dulci: hoc est solus suffra
gia iudicū tulit qui ꝛ vtile, ꝛ dulce scripsit: quoniā ꝓ/
desset ꝛ delectaret.

Punctim aduerbiū/significat per punctiones inflictio/
nesq₃ gladij siue pungendo.

Pungo is. pupugi vel punxi punctū non solū de ferro/
sed de quacūq₃ alia re dicit Uar. Admota aspis: cuꝫ
pupugerit si non occidat: sciat ex psilloꝝ esse stirpe.
Hiero. ad Marcellā: Audiustertius de beatȩ me/
morię lea aliqua dixeramus: illico pupugit animum.
Huius cōposita sunt Cōpungo/ qꝺ est totū pungo.
ferio seu signo. Cice.lib.ij.offi. Ad eū ex epulis in cu/
biculū veniens barbarū: ꝛ eū quidē vt scriptū est cō/
punctū notis thraicijs districto gladio iubebat ant

teire.i.ſignatũ vel percuſſum. Vñ ſequit: O miſeꝝ qui ⁊ barbarũ ⁊ ſtigmaticũ fideliorẽ putaret ꝙ̃ cõiu/gem. Expungo/foras mitto. Perſi. Quẽ ꝓxim⁹ he/res impello expungam Cornu. Proprie expungã.i. foras mittã. Tractũ a militibus q̃ expuncti dicuntur dum e militia mittunt. Repungo.de quo alibi.

Punio is.iui.itũ. Qđ ⁊ penio dicit quaſi pena afficio. Hinc impunitus/nõ punitus. Sal. Impunitos eos dimiſere. Impunitas.

Punicus a.um.penulti.cor.quaſi penicus a penus qui a penicia detracta aſpiratione. Virg. Punica regna vides. Et punicus color ſiue punice⁹ qui eſt coloris rubẽtis qui grece phenicos dicit. Hora. Puniceis inuecta roſis. Nam exuperantiã ruboriſq; ſplendo/rem teſte Gel. ſignificat. Punica mala granata que hoc cognomen ſibi circa carthaginẽ vendicarũt/vbi ⁊ multa ⁊ inſignia naſci perhibẽtur. Granata dicun/tur a granis quibus ſunt referta.

Pupus/puer paruulus tenerior/pupa puellula. Var. Mammã lactãtis ſugẽtẽ paſcere pupũ. Auſo. Bar/bara que latias vincis alumna pupas. Mar. Pupã ſe dicit Gelia cũ ſit anus. Et a ſimilitudine pupa q̃q; paruula puellaris imago dicit. Var.i Origo. Itaq; breui tẽpore magna pars in deſideriũ pupaꝝ ⁊ ſigil lorum veniebat. Mos autem fuit veterũ puellarũ paruula quedã puellaria ſimulacra ex linteo inſuere: deinde tomento infarcire: tũ veſtibus amicire. Has virgines puericiã egreſſe Veneri tanq̃ virginitatis ſue inſignia cõdonabãt: vt fauſtũ futuꝝ matrimoniũ cederet. Vñ Perſi. Dicite põtifices in ſacro qđ facit auꝝ: Nẽpe hoc qđ Veneri donate a virgine pupe.

Pupulus ⁊ pupula diminutiua a pup⁹ ⁊ pupu. Catul. Deprehendi modo pupulã puelle.

Pupillus ſiliter a pupus deriuat ꝓ impube: qui deſiũt eſſe in patris poteſtate/vel morte vl' emancipatione. Hiero. Pupillus dicit qui nõ habet patrẽ. Orpha/nus qui nec patrẽ habet nec matrẽ.

Pupilla a pupa diminutiuũ ſicut ⁊ pupillus pro ma/re. Et pupilla pars oculi parua in media cornea ſita: in qua vis ſpeculi redditur. Et ſic eſt diminutiuum a pupula. Oui. Suſpicor ⁊ fama eſt oculis quoq; pu/pula duplex. Et Pli. libro.xj. ſcribit abſolutam vim ſpeculi in oculis: vt tam parua illa pupula totã ima/ginem reddat hominis.

Pupula. Vide in dictione pupilla.

Pupulũ/vrbs eſt a latere meridionalis ſardinie.

Puppes ⁊ puppis/vtroq; modo dicit pro naui. Oui. de pon. Dũ mea puppis erat valida fundata carina.

Purpuriſſum/color factiti⁹ quo genas oblinũt mulie/res porphyra a grecis a noſtris purpura. Hinc por/phiriacus/purpureus. Ouidi⁹: Et porphyriacis fi/gere labra genis.

Purgo as.mũdo: quaſi puru; ago: hoc eſt educo. Col. lib.iiij. Itaq; cauatũ foramen cum purgauerim⁹ vn/diq; adraſos ſurculos inſerimus. Terẽ. in adel. Pi/ſces ceteros purga dromo: congꝛ iſtũ maximũ in aq̃ ſinito ludere pauliſper. Per tranſlationẽ purgare ſi/gnificat excuſare. Idem in Eu. Sed heus tu purgen ego me de iſtac thaidi/ꝙ eã me amare ſuſpicata eſt: Purgari rationes dicũtur quãdo decidũtur ſupflua aut obſtãtia/collatione facta accepti ⁊ expenſi. Hui⁹ verbi cõpoſita ſunt: Depurgo/expurgo/ꝑfecte mun/do ſeu palã excuſo. Colu. lib.ij. Cum rurſus amplior meſſis prouenerit quicquid exteret capiſterio expur gandũ erit. Idem lib.v. De laballa cõuenit expurga ri quicquid emortuũ eſt: deinde falce radi viuotenus. Teren. in ecy. Qđ me accuſat nũc vir ſum extra no/xam: ſed non facile expurgari ita animũ induxerũt ſo crus omnes eſſe iniquas. Perpurgo/valde purgo. Cato de re ru. Aluũ mouebit ⁊ poſtridie perpurga/bit ſine periculo. Repurgo/rurſus purgo. Lactã li.iiij. Pollutos ⁊ aſperſos maculis repurgabit.

Purgamen ſeu purgamẽtũ ſordes que ex re aliqua im/munda ⁊ lurida tergit ⁊ repurgat. Grece peripſima dicit Col. li.j. Sterquilinia quoq; duo ſint. Unum qđ noua purgamenta recipiat ⁊ in annũ conſeruet ⁊ alterũ: ex quo vetera vehant.

Purus a.um.mundũ ſine ſorde. Hinc pura veſtimẽta a veteribus dicebãtur que ſacerdotes ad ſacrificia ſu mebant: id eſt non obſita/non fucata/nõ maculã ha/bẽtia. Et pure lautũ/qđ aqua pura lotum erat. Et pu rum aurũ qđ expurgatũ/coctumq; eſſet. Vlpia. Pu rum locũ eſſe diffinit/qui nec ſanct⁹/nec ſacer/nec re/ligioſus eſt. Huius contrariũ eſt impurus qđ modo ſordidũ contaminatũq; ſignificat. Cice. Cum multis il lum ingenuis/ꝙ multis matribus familias in illa ter ra atq; impura legatione vim attuliſſe exiſtimatis: Modo improbum. Ter. Mei loci atq; ordinis ho minem haud impurũ.

Puritas/⁊ mũdiciam ⁊ ſimplicitatem ſignificat. Cui⁹ contrariũ eſt impuritas/turpitudo ſeu improbitas.

Puro as.purũ facio quaſi puꝝ extraho.a quo depuro penul.pro. Vnde depuratum dicimus mundatum. Suppuro de quo loco ſuo.

Purulentus a.um.qđ ſanie plenũ.

Purpura/piſcis ex concharũ genere/annis ſeptẽ viuẽs. Congregat verno tẽpore/mutuoq; attrito lentorem quendã veluti cere emittit. Sed nobilẽ illũ ſuccũ ad tingẽdas veſtes in medijs faucibus habet. Reliquo tẽpore fere ſterilis cum vita ſuccũ emittit. Et ideo vi uas capere oportet. Hinc purpureus color dicitur q̃ nigricantis roſe ſplendore ſublucet: ceterorũ omniũ colorũ gratiſſimus ⁊ tingendis veſtibus maxime ex/petitus. Hinc purpuree veſtes dicte ſunt tyrie: a lo/co vbi purpura fit. Purpureus tamẽ niger color eſt precipue de mari qđ ex altitudine nigrũ accipimus. Virgil. lib.iiij. Geor. In mare purpureũ violentior influit amnis. Inde purpuraſcit: id eſt purpureũ fit. Cice. lib.ij. aca. Quid mare nonne ceruleũ/aut eius vnda cum eſt pulſa remis purpuraſcit: Amb. Quid igitur deſcribã purpuraſcentes violas candida lilia/rutilantes roſas. Sciendũ autem eſt vt Victr. inq̃t: Purpura pro ſolis propinquitate colores habet. Et puniceũ quidẽ ꝓcreat aphrica: id eſt quaſi violaceũ colorẽ. Tyros autẽ rubeũ. Purpura in viole colorẽ tendens/violacea dicit. Cor. nepoſ. Me iuuene vio/lacea purpura vigebat. Accipit q̃n̄q; purpure⁹ pro pulchro. Virgi. Et ꝓ purpureo penas dat ſcylla ca/pillo. Purpura a pelago pelagia appellat.

Purpureus a.um.qđ eſt totũ ex purpura. Purpura tus a.um.qđ eſt purpura ornatũ. Vnde purpurati le guntur hi qui apud principes dignitate anteirẽt. Ci/ce. lib.j. tuſcu. Iſtis queſo inquit iſta horribilia mini/tare purpuratis tuis. Hieronĩ. ad Saluinã. Deinde purpuratorũ propinquus ſocius conſobrinus hũſdẽ cum ambobus ſtudijs eruditus non eſt inflatus in ſu perbiam/nec ceteros homines adducta fronte con/tempſit. Inuenitur tamen quãdoq; purpureus pro purpurato. Hor. li.j. ca. Et purpurei metuũt tyrãni.

Purpurarius a.um.qđ ad purpurã ꝑtinet: vt officina purpuraria in qua purpura fit. Pli. Alterũ gen⁹ ei⁹ eſt in purpurarijs officinis.

Purpuriſſum/genus coloris facticiũ quo vtunt picto/res: ⁊ cum purpuris pariter tingitur. Pliñ. lib.xxxv. Et reliquis coloribus quos a dñis dari diximus pro pter magnitudinẽ ꝑciũ ante oẽs eſt purpuriſſu; e cre/ta argentaria cũ purpuris pariter tingit.

Purpuriſſa/color qui bombyci mixtus mulierũ genas tingit.

Purpuriſſo as.purpuriſſa inficio. Plau. in Tru. Iſtas

buccas tam belle purpurissatas habens.

Pus puris generis masculini sanies est ⁊ quicunq̄ humor in putredinē versus. Hinc purulētus purulēta purulētū / quod est sanie plenū. Hiero. ad Oceanū: Quotiens lauit purulentā vulnerū saniē quā aliꝰ aspicere non audebat.

Pusio / paruus puer. Veteres enim pusum ⁊ pusam ꝓ puero ⁊ puella vsurpabant. Cice. pro Celio. Et propter nocturnos quosdā manes metu tecum semꝑ pusio cum maiore sorore cubitauit. Capitur tamē fere semper pro masculo scorto.

Pustula est species occultę vomicę / siue tuberculum in sūmitate cutis nascens. Mar. Feruida ne trito tibi pollice pustula surgat. Exornet docilem garrula plectra lyrā. Grēce postulas vocāt phlyctenas quarum tria sunt genera. Exanthemata q̄ Pli. eruptiones pituite aliq̄ papulas vocat. Psydracion paulo duriꝰ est ac subalbidū ⁊ acutū. Epynyctis pustula sublliuida modice humescens ⁊ plana sanguinis in tybiīs ⁊ pedibus fere noctu maxime infestans a quo nomen.

Pustulatū / argentū a pustulis dicit̄ quę in argento celato in asp̄redinē quandā excisę visunt̄ sicut pustulę in corpore oriūtur similes illis pustulis q̄ ex veruca vel sudore nascuntur.

Pusula est tumefactio illa leuis quę in coquendo pane solet assurgere: quā Festus betan quoq̄ vocari scribit ꝙ ꝓ re nullius p̄cij ponit̄. Pusula etiā morbi genus: q̄ alio noīe dicit̄ sacer ignis. Col. li. viij. Est etiā insanabilis sacer ignis quā pusulam vocāt pastores. Hinc pusulosus / q̄ eo morbo laborat. Idē ibi: Viuā pecudē quę fuerit pusulosa resupinā obruamus.

Pusillus diminutiuū est a pusio .i. paruulꝰ: a quo fit aliud diminutiuū pusillulus.

Pusillanimis / qui est pusilli animi: quē greci micropsychon dicunt: a quo pusillanimitas.

Puteal / pretoris tribunal vel subsellīū dicit̄. Hora. Forum putealq̄ libonis mandabo siccis. Persi. Si puteal multa cautus vibice flagellas. Et puteal / quo cooperitur puteus.

Puteus / qui perpetuas habet aquas: vt docet Aug. et de viuo fonte manantes. Dictus ꝙ puteat dum cauatur. Cisterna est q̄ refrigerat aquas suas externas et aductitias possidet. Huius diminutiuū est puteolꝰ.

Puteolus / ciuitas campanię: ab aquę calidę putore dicta: vt inquit Festus: licet alij putēt a multitudine puteorū earundē aquarū gratia factorū. Hęc etiā vocata est Dicearchia a iustitia administrationis ⁊ gubernationis a samijs condita: vt voluit Euse. eo tempore quo Tarquinij a bruto sunt expulsi. Hinc fit puteolanꝰ a. um. Cice. Thermo. Cluuius puteolanus valde me obseruat.

Puteanus a. um. qd̄ ex puteo est. Vnde aquā puteanā dicimus. Pli. lib. xiiij. Deinde ꝯtum expressere adijciūt vinaceis aq̄ puteanę: vt ⁊ secūdariū passio faciat

Putealis ⁊ hoc puteale / eiusdē significatiōis. Ouidiꝰ: Vt quo dux penus mersit putealibus vndis.

Putearius qui puteos fodit. Pli. depressis puteis sulphuratis vl̄ aluminosa occurrētia putearios necāt.

Putor / fetor.

Puteo tes. putui. feteo ⁊ mali odoris sum / producitq̄ primā syllabā. Hora. Putet aper rhombusq̄ recēs. Persi. Nec inuideas ꝙ multa fidelia putet in locuplete penu. Hinc putesco / mali odoris fio.

Pudidus a. um. pe. cor. ⁊ putulentus a. um. qd̄ est mali odoris. Cice. Putidas ac pecuniosas aures. Noniꝰ Putidū non solū ab ore fetido ⁊ graui qd̄ naribꝰ ꝓbatur / sed etiā qd̄ auribꝰ triste / insuaue / austerū / rancidū / putidū dici posse auctoritas vetustatis admisit. Hinc putidiusculꝰ dimi. Cice. Cęsari: Sumus enim putidiusculi q̄ ꝑ te vix licet: verū vt video licebit.

Putris ⁊ hoc putre / qd̄ est corruptū ac resolutū. Virg. lib. xj. Quadrupedū putrē cursu quatit vngula campum. Idem li. j. geor. Et zephyro putris se gleba resoluit. Sup quo Ser. Putris gleba solubilis. Col. li. j. Idē pinguis ac putris. q: cū plurimū reddat / minimū poscat. Et qd̄ postulat / exiguo labore atq̄ impēsa conficit. Hinc putridus a. um. ⁊ putredo inis.

Putreo es: marceo ⁊ in pus soluor. Pacu. Ex̄ annis ⁊ ętate hoc corpus putret.

Putresco is. putridus fio. Col. lib. ij. Vt herbarū culmis cęterisq̄ rebꝰ immixta putrescāt: qd̄ vernaculo lingua dicimus masrare. Idem in eodē. Totū sterquilinium rastris ꝑmisceri oportet: quo faciliꝰ putrescat: ⁊ sit aruis idoneū. Huiꝰ cōposita sunt Cōputresco. Hiero. in exo. Et cōputruscēt aquę. Imputresco / intus resoluor. Colu. lib. vij. Nam animal ipsum oleo mersum necat̄: ⁊ cum imputruit / conterit̄.

Putrefacio / resoluo. Col. lib. iiij. Per apertā vitis medullā nimius humor trahit̄: idemq̄ truncū cauat: vñ formicis alijsq̄ animalibus quę putrefaciūt crura vitium latebre p̄ꝑbentur.

Putisco putidus vel mali odoris fio. Cice. lib. v. de fini. Non inscite illud dictū videat̄ insuauē animā illi pecudi datū pro sale ne putisceret.

Puticuli sūt appellati a puteis / ꝙ ibi cadauera in puteis obruerent̄: vel ab eo ꝙ in his corpora putescerēt Romę vltra exquilias fuit locus publicus dictus puticuli: q̄m illic erat cōe sepulchrū miserę plebi.

Puto as. ꝓprie significat falsa supflua ⁊ infructifera ex quacūq̄ re a veris ⁊ fertilibus reseco ⁊ purgo ⁊ deputo. Hinc putari arbores dicunt̄. Col. lib. ij. Neq̄ arent / neq̄ vitē aut arborē putēt. Vnde arborū purgatores putatores dicunt̄. Et putari ratio dicit̄ in q̄ sentētia pura fit. Hinc factū est: vt putare ꝓ cogitare ⁊ ꝯsiderare capiat̄. Cogitādo eñ resecamus mente q̄ falsa aut inutilia sunt. Et qd̄ verū ac bonū est: huic cogitando hęremus. Vnde putare rem dicit̄: quod est disputare de re: ⁊ declarare q̄d res ipsa velit. Teren. Mitto maledicta oīa / rem ipsam putemus. Interdum sumit̄ putare pro colligere / cōferre. Plau. in aul. Putat̄ ratio cum argentario. Interdū2 optare Titi. Da pensam lanā q̄ nō reddet tpi putatā rete faciet vt mulctet̄ malo. Interdū ęstimare / iudicare. Teren. in an. Recte putas. Ambro. Subrepunt etiā fabulę frequēter de sęculo ac voluptatibꝰ: claudere aures non potes ꝓhibere putat̄ superbię .i. attribuit̄ si casus datiui est: vl̄ ęstimat̄ si genitiui. Cōposita sunt amputo: a quo peramputo / computo / deputo / disputo: exputo. Imputo qd̄ est quasi intus annumero / cōpenso. Hiero. in leui. Si plures fuerint anni q̄ remanent vsq̄ ad iubileū: ſm hos reddet ⁊ p̄cium si pauci ponent rationē cum eo iuxta annorū numeꝝ ⁊ reddet emptori qd̄ reliquū est annorū quibus videlicet seruiuit mercedibus imputatis. Et imputare est adscribere / attribuere ⁊ culpā dare. Idem in ꝓlo. Thob. Arguunt enim nos hebreorū studia ⁊ imputant nobis cōtra suū canonē latinis auribus ista transferre. Aug. Qd̄ pręstat ventri / imputat pietati. Imputatꝰ tꝰ a. um. pro nō amputato sumit̄. Interputo in mediū puto. Col. lib. iij. Rosam fruticibus ac surculis disponi ꝑ plusculos pedales ꝯuenit per idem tēpus quo ⁊ viola: sed omnibus annis fodiante. Col. Martias ⁊ interputari oportet. Hoc modo annis multis perennat. Opputo / circūputo. Pli. lib. xvij. Opputatur autē quicquid ꝓprimo tulit fructū. Perputo / ꝑfecte puto / declaro: ⁊ vti dici debet ꝓfero. Plau. in cas. Nunc operā date vt ego argumētū hoc vobis plane ꝑputē. Reputo rursus seu sępe puto / retracto: qd̄ dicimꝰ cogito seu multū cōsidero ac mecū voluo. Lactā. Cogitanti mihi: ⁊ animo meo sępe reputanti

priorē illū generis humani statū & mirū pariter & indignū videri solet. Val. Cū sententias nōnullorū ipse mecū reputo. Liui. lib. i. Qui sis: nō vñ natus sis reputa. i. bñ cōsidera. Et reputare est cōputare. Vlpi. Itē sumptus litis tutor reputabit: & viatica si ex officio necessario habuit aliq̄ exire vel ꝓficisci. Supputo/calculo nūero. Hiero. in ꝓlo. lib. Reg. Quō igit̄ vigintiduo elementa sunt: per q̄ scribimus hebraice omne q̄d loq̄mur & eoꝝ initiis vox humana cōphēditur: ita vigintiduo volumina supputant̄ q̄bus litteris & exordiis i dei doctrina tenera adhuc & lactēs viri iusti erudit̄ infantia. i. numerant̄. Idem: Salomonis q̄z in fine ꝓuerbia eisdē alphabetis vel incisionibus supputant̄. i. conscribunt̄ vel exprimunt̄. Aliq̄n: Supputare/examinare. Idē ad Helio. Edificatur⁹ turrim futuri operis sumptus supputa. Et omnia habent penultimā correptā.

Putamen/rex purgamentū. Nam quicquid ex aliqua re proiicit̄/putamen appellat̄. Plau. in cap. Nucleū amisi reliqui pignori putamina. Cypria. Imperitus est medicus qui tumētes vulnerū sinus manu parcē te contrectat: & in altis recessibus viscerū virus inclusum dum seruat exaggerat. Aperiendū vulnus est et secandū & putaminibus amputatis medela fortiore curandū. Vociferet & clamet licet & conqueraī eger impatiens per dolorem: gratias agit postmodū cum senserit sanitatem.

Putus a. um. idem q̄d purus. Unde putum argentū. i. purgatū. Iuue. Pauca lz portes argēti vascula puti.

Putinus/pro stulto a Plau. ponit̄.

P Ante Y

Pyctas/greci vocant pugiles. Cāpitō. in helioga. Gladiatores ante cōuiuiū pugnantes sibi & pyctas frequēter exhibent. Hinc pictale pro certamine. Ser. Pyctale certamē appellat pugnā cestuū. Hic Col. lib. ix. Gallinaceū in certaminibus gallorū pugnacē pyctē vocat. Nō rixosarū auiū lanistę cui⁹ plerūq̄ totū patrimoniū pign⁹ aleę victor gallinaceus pyctes abstulit.

Pyga dictio greca/significat extremā partē tam anteriorem q̄ posteriorē. Hinc est ꝙ & mēbꝝ & nates significat. Trunci eñ extremuz vtrūq̄ est. A quo fit v̄bū πουζω. Unde apud Mar. vetus legit̄ epigrāmatis inscriptio philopygista: q̄ voces plurib⁹ v̄bis apiendę nō sunt ab eo q̄ se religioni dicauerit.

Pygargus/caprea q̄dā syluestris nō dissimilis damis. Pli. lib. x. pro quodā aquilarū genere accipit. Secūdi generis inq̄t pygarg⁹ in oppidis & in cāpis albicāte cauda: ex πυγη nates & αργοσ albū. Sunt q̄ putent esse herodiorū gen⁹ q̄ ales adeo coitu infesta est: vt cuz vir cum mulier coire velit acri dolore oculoꝝ vtrinq̄ soluant̄ ac morientiū pęnę similes abeant.

Pygmachia/cestuū pugna πυγμη enim cestus d̄r.

Pygmachus/pugil.

Pygmei vt lib. vii. scribit. Pli. Populi in extrema parte montiū indię habitātes salubri cęlo semper vernāte qui ternos dodrātes nō excedūt πυγμη enim cubitus dicit̄. Aug. li. xvi. de ciui. dei. Alios statura cubitales q̄s pygmeos a cubito greci vocant/pugnāt cū gruib⁹: sed vincunt̄. Horū mulieres quinto anno piunt & senescūt octauo. de pygmeis. Iuue. loquitur saty. xiii. Ad subitas thracū volucres nubēq̄ sonorā. Pygme⁹ paruis currit bellator in armis. Mox impar hosti raptusq̄ p aera curuis Unguibus: a sceua fert̄ grue si videas hoc gentibus in nostris risu q̄tiere: sed illic q̄q̄ eadē assidue spectent̄ ꝑlia ridet. Nemo vbi tota cohors pede non est altior vno.

Pylemenes dux paphlagonū q̄ ad auxiliū troianorū ꝓfectus est. Et pylemeneus a poetis dicit̄.

Pylene/etolię oppidū. Papi. Sensit/scopulosa pylene. Fletaq̄ cognatis auibus meleagrea pleuron.

Pylos oppidū iuxta thessaliā a Neleo ꝯditū. Uñ Nestor dictus est pylius. Ouid. Illius attactu pyli⁹ iuuenescere posset. Sūt & alię duę ciuitates hoc noīe.

Pyr/latine ignis: a quo m̄lta p cōpositionē fiūt. Et pyr oliue nucleus ꝙ facile ignē cōcipiat.

Pyra/lignoꝝ cōgeries. Virg. Innumeras struxere pyras. In his cremare corpora antiq̄ cōsueuerūt.

Pyrrha/deucalionis vxor. de qua Iuue. Et marib⁹ nudas ostēdit pyrrha puellas. Est & hoc noīe carię ciuitas iuxta Myrtoū pelagus.

Pyrrhus/latine flauus siue rufus. Quo noīe dicti fuēre Achillis fili⁹: & Epirotarū rex qui bellū cū romanis gessit/eo ꝙ rufi essent.

Pyrus/arbor pyrū fructus dictū ꝙ ad silitudinē pyramidis e lato tendat in acutū flāmę silitudinē reddēs. Cui⁹ diminutiuū pyrulū ꝓtulit. Aug. lib. i. cō. Nam hec ipsa sunt q̄ a pedagogis & magistris a nucibus et pyrulis & passerib⁹ ad ꝑfectos & reges aurū ꝑdia mācipia. Pyros etiā latine frumentū dicit̄.

Pyratiū/genus potionis q̄d ex pyris factū credit̄ & loco vini sumebat̄. Hiero. cōtra Ioui. Timotheo dolenti stomachū vinū suadet bibere/nō pyratiū.

Pyrrhica ę. siue pyrrhice es. saltatio grecanica quam pyrrh⁹ in creta prim⁹ instituit: vt li. vii. scribit Stra. lib. x. docet pyrrhicā repertā fuisse a pyrrhico pro iuuenibus ad disciplinā militarē exercēdis. Plato. lib. vii. de legibus. Motus pyrrhicos imitat̄ flex⁹ corporū q̄b⁹ tela plagasq̄ vitant̄. Sue. de Cęsa. Pyrrhicem saltauerūt asię bithynięq̄ principū ludis.

Pyrrichius/genus pedis qui cōstat ex duab⁹ syllabis breuibus dictus a pyrrho q̄ prim⁹ victoria potitus frequētibus pyrrechiis laudatus sit.

Pyrausta apud Aristo. vermiculus est quē & cleron vocat aranei specie nocentē fauis.

Pyralis/pēnata bestiola magnitudine muscę ex igne ꝓueniens. Uñ & nomē a quibusdā pyrausta appellat̄: q̄diu est in igne viuit: cum euasit longiore paulū volatu tunc emoritur.

Pyramis idis. moles maxima quadrata ita constructa vt e lato in acutū tendat in formā flammę q̄ latior surgens in acutū desinit: quales romę adhuc extant duę iam vetustate fatiscentes: dicta pyramis ꝙ flāmę similitudinē habeat: vł a lapide pyropecilo q̄ & thebaicus ex quo ędificabat̄ ab ignea q̄dam varietate. πυρ eñ ignis dicit̄ ποικιλοσ vari⁹. Pyramidem nostri metā vocāt/ꝙ termini corū qui a metiēdo. i. mēsurādo metę dicunt̄ forma pyramidū ędificari solēt: atq̄ ea figura pyramidal̄ vocat̄. Erāt pyramides in ęgypto structę ex quadratis lapidibus admirādę fastigiate vltra omnē excelsitatē quę manu fieri posset: vt scribit Solin⁹. Et sub eis sepulti reges. Excogitate primū a regibus ęgypti/ne plebs esset ociosa: vel ne pecuniā successoribus relinquerent.

Pyramus pe. cor. ꝓpriū adolescētis mēphitici nomen qui thesbes amore ardens seipm̄ interemit. Hoc nomine etiā dict⁹ est fluui⁹ instar nili limū deferens: qui magnā cilicię partē adiecit. De quo extat illud oraculum. Tūc erit vndisonus late cū pyramus olim Littora perfundens cyprū labet̄ in almā.

Pyrrho/nomē ꝓpriū phi: a quo phi pyrrhonii dicti: q̄s greco cognomento σκεπτικουσ: id est ꝯsideratores appellāt. Nihil eñ decernūt: sed in querēdo semper cōsiderādoq̄ sunt. Ac ne videre q̄dē plane q̄cq̄ neq̄ audire se putāt. Aliūtq̄ v̄itatē incōprehēsibilē videri. Idē απορρετικοι id est ambigētes dicunt̄: quoniā nihil affirmant & de omnibus ambigunt. Hic patria Elidensis fuit Primo pictor: deinde Anaxarchi discipulus: Vixit annis ferme nonaginta.

Pyropecilus /genus lapidis: de quo in dictione pyramis dictum est.

Pyreus/atheniensiũ portus cui vrbs coniũgebat muro protracto ex oppido in modũ duorũ crurũ: ob aduentantium multitudinẽ semper feruẽs: vel a pyreo promontorio qđ radijs solis exurit. Pireus vero cum i latino/nomen est viri propriũ.

Pyrous/nomen vnius ex equis solis: quasi ardẽs. Nã quattuor esse perhibentur. Pyrous scʒ Aethon Phlegon Eous: Sunt qui declinent. Pyrois entis. sicut simois entis.

Pyragmõ ἀπὸ τοῦ πυρὸς καὶ ἄκμονος. Nã pyr ignis ἄκμων incus: q̃ nunq̃ a calenti incude discedit.

Pyrolabes/ꝙ ea quę ignita sunt/capiat.

Pyrodes/Cilicis filius q̃ primus e silice excussisse ignem dr: quẽadmodũ asseruasse in ferula prometheus.

Pyrobolla/malleus ꝙ ignita percutiat.

Pyrene/nomẽ puellę bebricis filię in pyreneo mõte ab hercule compressę atq; a feris laniatę ⁊ ibi sepultę. Qui mons quoq; a poetis pyrene nũcupatur Sili. Pyrene celsa nimbosis verticis arce diuisos Celtis late prospectat iberos. Tibul. Non sine me est tibi partus honos tua bella pyrene. Testis ⁊ Oceani littora santonici. Hic mõs hispanię galliã ab hispania diuidit. Ab exortu ęquinoctiali in occasum brumalẽ porrectus a crebris fulminuʒ ignibus. vel ἀπὸ τοῦ πυρὸς. id est igne. Nã vt scribit Diod. lib. vi. Syluę in pyreneo freq̃ntes iniecto a pastoribus igne prisci tẽporis flagrauerunt. Hinc pyreneus Sylius a pyrene puella pyreneũ saltũ dici autumat. Dicit aũt mons ipse pyrene ⁊ pyreneus mons. Pyrene etiaʒ fontis nomen fuit: vt inquit Pliñ. lib. iiij. in Acrocorintho musis dicatus. Cuius meminit Persi. ⁊ Plau. in aul. Interbibere sola si vino scateat corinthiensem fontẽ pyrenea põt. Stra. li. j. syl. Nec cõscia detur pyrene largos potius mihi gurges inhaustus.

Pyrenes penul. produ. sunt cerasorũ ossa seu baccę: vt apud Aristot. lib. ij. meteororũ in fine: vbi sic legitur. γίνεσθαι τὴν ἔκθλιψιν οἷον οἱ πυρῆνες οἱ ἐκ τῶν δακτύλων πηδῶντες.

Pyria/vrbs insulę Lesbi. Pyriasis latine fomentũ dr.

Pyrgus latine turris dicit ꝙ fulgureis ignibus feriri turres ↄsueuerũt. A cuius similitudine pyrgus etiã vasis genus dicit a cauitate sessili quo coniecti tali agitatiq; mittunt anteq̃ in alueolũ emittant. Hora. Mitteret in pyrgũ talos: cuius effigies instar turriculę est: vnde nomen mutuatur. Mar. Turricula latino vocabulo vsus est. Persius orcã dixit. Scire erat in voto dãnosa canicula q̃tũ raderet angustę collo nõ fallier orcę. Hęc est illa turricula siue pyrgus q̃ alio noie fritillus dicit a poetis. Unde Porphyrio dicit pyrgum significare qđ nos fritillũ dicimus in quo coniectę tesserę agitatęq; mittunt. Iuue. Paruoq; eadẽq; mouet arma fritillo. Quibus verbis clarũ fit de turricula dictũ esse non de tabula lusoria: quę lata ⁊ spaciosa esse consueuit: ⁊ q̃ alueus siue alueolus siue latrũcularia tabula dicit. Pyrgus etiã militaris ordo dicit ⁊ turmã equestris. Sunt qui pyrgũ dicãt ἀπὸ τοῦ πυρὸς: quia tendat in acutũ.

Pyrga/testiculorũ bursa. Pyrgũ tuscię oppidũ: quod ⁊ pyrgi numero plurali dicit. Uirgil. Et pyrgi veteres intempestęq; grauiscę.

Pyrgobaris/turris vel domus in modũ turris ędificata.

Pyrgoteles penul. cor. propriũ nomẽ gẽmarũ sculptoris nobilissimi adeo vt Alexander macedo edictũ fecerit ne imagies suę ab alio q̃ a pyrgotele sculperẽt.

Pyretra/herba medicinalis quã vulgo nunc dracoñeʒ vocant linguã adurẽs ⁊ mordicans. Eius folia in acetarijs pbant radice vtũtur pigmentarij. Pyretrum macer vsurpat. Est pyretrũ calidũ siccũq; ⁊ quartus in illo Est gradus: excutiat dentes si frigidus humor Masticet hęc patiens: teneatq; diutius ore.

Pyretus/febris ab incendio appellata: quemadmodũ apud nos febris a feruore.

Pyrites lapis/qđ plurimus illi ignis sit: hunc nos ignariũ dicimus: quidã etiã viuũ vocant qui a clauo vł altero percussus lapide scintillas edit. Aug. lib. xxi. de ciui. dei. Pyritẽ lapidẽ persicũ tenentis manũ si vehementius premat adurere: propter qđ ab igne nomen accepit. Pręterea lapis molaris pyrites vocatur: ꝙ in eo quoq; ignis conspiciat. Est ⁊ alius pyrites ęris similitudine in cipro reperiri solitus: ⁊ circa Acarnaniã/cuius vsus in medicina non paruus est.

Pyricauta/latine ambusta dicuntur: hoc est adustiões ⁊ adusta.

Pythagoras/nomẽ philosophi: de quo dictũ est: Mẽte deos adijt ⁊ quę natura negauit. Uisibus humanis: oculis ea corporis hausit. Hic in italia in ea parte quę magna grecia dicta est maximã iuuenũ multitudinem philosophiã docuit: vbi vice numinis cultus est. Ex quibus Archita Tarẽtinus Alcmeon crotoniata Hypposis metapontinus Philolaus crotoniata maxime floruerũt qui dicti sunt pythagorei et italica philosophia quę a pythagora defluit. Dictus pythagoras ꝙ vera pythio non minus loqueretur. Uenit autem in italiã Tarquinio superbo regnum obtinente: Ferunt pythagoraʒ ab egyptijs sacerdotibus cerimonias potentiasq; numerorũ admirandas vices geometrię/solertissimas formulas a chaldeis sideralẽ sciẽtiã planetarũ ⁊ stellarũ status ambitus effectus in genituris hominũ didicisse. Cui bragmanes Indorum philosophi plęraq; philosophię documenta contulerunt. Hic leges dedit italis apud crotoniatas ⁊ metapontinos/cuius non minus sexcenti discipuli erãt qui noctu ad eũ audiendũ cõfluebãt.

Pythagorei dicti sunt qui sectam pythagorę tenẽt.

Pythagoristę/qui vitã pythagorę sequũtur.

Python/serpens ἀπὸ πύθω: qđ putredo: quoniã ex putredine terrę post diluuiũ deucalionis natus sit. Et est tam mascu. q̃ fęmi. generis. Claud. Ceruicus tali prostratus apolline python. Tibul. Ubi delphica python. Hinc apollo pythius.

Pythius/cognomẽ Apollinis a pythone dracone quẽ ipse in prima infantia sagittis interfecit: iunonis nutu immissum fm poetarũ fabulas. Alij ἀπὸ τοῦ πυνθάνομαι qđ interrogare ⁊ consultare. Inde vaticinantes phębades pythię cognominantur: vt scribit Stra lib. ix. Alij ab πύθειν putrescere: ꝙ nunq̃ sine vi caloris efficitur.

Pythia orũ. ludi apollinares qui in apollinis honorẽ sunt instituti.

Pytiocãpe sunt erucę venenatę in pino nascẽtes. Unde ⁊ nomen mutuantur. Gręce enim πίτυς vocatur pinus. Unde ⁊ pytuisę insulę a grecis dictę a frutice pineo monumentis scriptorũ inclitę. Campe vero significat brucũ: siue erucã a flexura que dicitur Cãpe. Pli. lib. xxiij. Usus cõtra pinorũ erucas quas pytiocãpas vocãt. Col. lib. xij. Bestiolę quę a nobis appellantur erucę campe nominant.

Pytisma pytismatis/leuis sputi irroratio ab πυτίζω: qđ est sputo leui ⁊ crebro irrorare. Sunt qui scribãt pitysma cum y in secũda ab πιτύζειν spuere. Iuue. Qui lacedemoniũ pytismate lubricat orbeʒ: id est q̃ lubricat anulum sputo.

Pyxis pyxidis grecũ nomen est a buxo qđ gręce pyxos latine buxolũ/vasculuʒ e buxo: q̃q̃ ⁊ ex alia materia dici possit: quoniã ex eo ligno fieri cępit. Nam vt docet Quintil. lib. viij. Pixides cuiuscũq; materię sunt quarũ vsus varijs rebus est accõmodatus. Pli. lib. xviij. Primori inest pyxis ferrea. Apul. de asi. lib. iiij. Arcula

quedã reclusa pyrides plusculas inde depromit. Hu ius diminutiuũ est pyridicula in qua aromata continentur. Cor. Celsus lib. vj. Liquidũ collyriũ pyridicula seruatur. A pyride etiã pyridatus dicitur/significatq; ad effigiẽ piridis in cõmissura formatũ. Plin. lib. xxxj. Cõmissuris pyridatis.



Q Littera muta est: superuacua dicit: sicut k: quoniam c potest implere earũ vocabulũ: & propter nihil aliud scribenda videt nisi vt ostendatur sequẽs u ante alteram vocalẽ in eadẽ syllaba positã perdere vim litterę in metro. Et vt pingui or per eã sonus habeat q̃ p c haberi possit. Qd sane terminatio ipsi q & necessaria consequentia alterius u post illud: & ante alterã vocalem indicare potest. Nunq̃ enim in eadem syllaba vocalem post q ponere possumus quin inter q & vocalem interponam u: vt qualis: queror sequit: loquor quũ: vt Uictorino placet: Quis hoc nõnulli per vnũ u scribi velint. Trãsfert aũt q in c: vt loquor locut sequor secutus. In s. vt torqueo torsi. In x: vt coquo coxi.

Q Ante V

Qua aduerbiũ modo significat per quẽ locũ. Uir. Dic mihi qua sit iter. Modo inquantũ. Sene. Hominem quippe qua animal est moueri sensu oportet. Modo partim. Pli. Mediũ tẽpus distentũ /impeditumq; qua officiis maximis amicitia principũ egisse.

Quadãtenus penul. corre. vsq; ad quandã partẽ.

Quadra quadrę/mensariũ instrumentũ ex stãno vel argento super qđ dapes scindũtur siue apponũtur scissę: q quadrata forma fieri soleat: veluti rotũda repositoria orbes dicimus: qui vulgo incisoria dicuntur. Fitq; aliquãdo etiã ex pane. Uirgil. lib. ij. Eñ. patulis nec parcere quadris. Iuueñ. Ut bona summa putes aliena viuere quadra. Sunt qui dicant quadram panis fragmentũ siue frustũ esse: q olim apud romanos quadrati panes dicerent. Mar. Cõmittis turdumq; mihi quadrãq; placente.

Quadrus quadra quadrũ/quod est quadratũ. Quadratum pro figura ẽ rectas atq; ęquales lineas quattuor & quattuor rectos angulos habens.

Quadratura/ipsa quadratio. Unde archimedes scripsit de quadrtura circuli.

Quadro quadras/in quadrũ redigo. Hora. in epistol. Et q̃ pars quadret aceruũ. Per trãslationẽ quadrare ponit pro cõsentire & ex omni parte puenire. Tractũ a lapidibus quadris qui inter se optime conueniunt. Uirgi. Arboribus positis secta via limite quadret. Apul. Ut omnia ad calamitatẽ quadrarent.

Quadrãs/genus nũmi: q sit quarta pars assis hoc est vncię tres. Iuue. Nam si pieria quadrans tibi nullus in archa ostendatur.

Quadrantal. figura est quę omni ex parte quadrata sit quales sunt cubi & tesserę quib in alueolo ludit. In quãcũq; enim partem incubuerint /imotã habẽt stabilitatẽ. Est & genus vasis pedẽ quadratũ habens & cõtinet. xlviij. sextarios. Plau. Anus hęc sitit. Quãtillũ sitit? Modica est/capit quadrantal.

Quadragesima absolute dicitur pro quarta parte. Sue. de Calig. Pro litis atq; iudiciis vbicũq; conceptis quadragesima summę de qua litigaretur exigebatur. Sic dicimus decimam/ vigesimam /quinquagesimã centesimam.

Quadrifidus da. dum. penul. corre. qđ in quattuor partes findi potest. Uirgi. lib. ij. geor. Quadrifidasq; sudes & acuto robore vallos.

Quadrifariã aduerbiũ/quadripertito. Uar. Et ea quę ad mortales pertineãt quadrifariã dispertiuerim.

Quadriforme/qđ habet quattuor formas.

Quadrangulũ/qđ habet quattuor angulos.

Quadriga penul. pro. quasi quadriiuga a quattuor equis quib iungebant appellata est. Gel. Quadrigas Cęsar etiã si currus vnus equorum quattuor iunctorum agmen vnũ sit pluratiuo semper numero dicendas putat. Aliquãdo quadrigarũ noie intelligunt equi q̃ quadrigas agunt. Col. li. iiij. Unde sacrorũ certaminum studio pernicissimam quadrigarũ semina diligẽti obseruatiõe custodiũt & spem futurã victoriarũ cõcipiunt propagata sobole generosi armenti.

Quadrigarius/qui quadrigã agit. Est & nomen pprũ auctoris.

Quadriiugi siue quadriiuges pe. cor. quaterni ad vnũ iugum alligati: sic biiugi/triiugi & seiugi cum duo vel tres vel sex equi ad vnũ currũ adhibent.

Quadripertior/in quattuor partes diuido. Unde quadripertitũ in quattuor partes diuisum. Quadripertito aduerbiũ significat in quattuor partes.

Quadrupes/qđ quattuor pedes habet. Hinc quadrupedus a. um. Am. li. Hexa. Demersa magis q̃drupedo corpis gressu: & velut affixa terrę videas eẽ q̃ libera.

Quadrupedo as. peñ. cor. quattuor pedibus gradior. Unde quadrupedantia animalia quadrupedia dicũtur. Uirgi. de equis. Perfractaq; quadrupedantum pectora pectoribus rumpunt. Pli. lib. viij. Thessalorũ gentis inuentũ est equo iuxta quadrupedante cornu intorta ceruice tauros necare.

Quadruplus a. um. qđ est quattuor: a quo quadrupliciter & quadruplico as.

Quadruplatores a quadruplo las. vel a quadruplor. Plau. in persa. Quadruplatores appellat delatores/q dãni quartã partem bonorũ indipiscebantur. Asco. Quadruplatores delatores erãt criminũ publicorũ: in qua re quartã partẽ de pscriptorũ bonis quos detulerant consequebantur.

Quadruplor aris. delator fio & dãnati quartã partẽ accipio. Plau. in persa. Necq; quadruplari me volo.

Quadrilaterũ/qđ habet quattuor latera.

Quadrimus a. um. qđ habet quattuor annos: a quo fit diminutiuũ Quadrimulus a. um.

Quadrinoctium/quattuor noctes: sicut binoctiũ duas noctes significat.

Quadriremis penul. pro. nauis quę quattuor remorũ ordinem habet.

Quadrisyllabũ/qđ ex quattuor syllabis cõstat.

Quadriuiũ dr vbi quattuor vię conueniũt.

Quadi/populi sunt. Hiero. Sarmatę/quadi/vandali & innumerabiles alię gentes equorũ & vulpium carnibus delectantur.

Quę nomẽ relatiuũ cũ ę diph. scribit vt differat a q̃ cõiunctiõe cũ oibus cõpositis: vt quęq;/quędã/quęuis quęcũq; quęlibet & cetera hmõi.

Quęcũq; vim relati in se ptinẽs: vt feci quęcũq; iussisti. Aliqñ simpliciter & significat oia. Cice. Quãobrẽ q̃cũq; a me ornamẽta vitę pficiscent elaborabo vt oẽs intelligãt a me habitã esse rõnẽ tuę dignitatis.

Quęro ris. quęsiui. itũ. & quęstũ per sincopã ex q̃ & res cõponi videt. Nam proprie quęrere est q̃ sit res aliq̃ inuestigare. Et dicimus: Quęro te hãc rem. Quęro te de hac re. & Quęro hanc rem abs te. Quęro rem inuestigo veritatẽ. Teren. in adel. Quęre rem immo extorque. Item quęrere est lucrari. Unde Aug. lib. xvij. de ciui. dei. In latina lingua hoc verbũ quęrit accipit prępositionẽ & acquirit dicitur q̃q̃ & sine additamento prępositionis quęrere intelligatur acquirere: ex quo lucra vocant & quęstus. Huius verbi composita mutant e in i productam: que sunt: Acquiro/ anquiro/circũquiro/cõquiro: qđ est vnde quaq; quę

ro. Lactā. lib. ii. Fecit hominē de paradiso: vt victū sibi labore conqreret. Disquiro /querendo discerno. Aug. li. ii. de ciui. dei. Unde postea nobis erit in dei veri domini voluntate disquirēdi ac disserendi locꝰ. Exquiro. inquiro/inuestigo: quasi bene intus quero. Lactan. lib. iii. Nam si quis mores eorū diligēter inquirat/inueniet iracundos cupidos. Perqro/inuestigo. Requiro de quo infra.

Querito as. frequētatiuū/significat instanter quero. Et proprie de his dicit̄ qui quotidie inquirendo vix victum inueniunt: vt inquit Dona. Teren. in adel. Lana ac tela victū queritans. Plau. Qui inops ⁊ sordidus queritādo alit familiā. i. ostiatim querēdo: victū qḋ mendici faciunt qui ⁊ rogatores dicunt̄. Plautꝰ: Ut rogator ostiatim petā panem.

Questio a questū supino fit: ⁊ quādoq; significat dubitationē siue interrogationē: vt questio est an mūdus eternus sit. Eius dimi. est Questiūcula. Hiero. Que stiunculā proposuisti qd sit villicus iniquitatis. Greꝗ qstiōes ȝetemata ⁊ ꝓbleumata appellant̄. Qñq; significat cōtrouersiā: vt apud rhetores. Qñq; Torturā ⁊ corporis dolorē qui dat̄ alicui facinoroso ad ad eruendā veritatē sicut in iudiciis.

Questionor questionaris/perquiro/examino: a q̄ Questionarius.

Questionarii sunt inqsitores/examinatoresq;. Unde de diuo Anastasio legit̄ maximū pondus argenti questionariis clanculū filii Jesdim obtulerūt.

Questor/prepositus pecunie publice q̄ curā erarii habet. Cice. lib. ii. artis vete. Rhodu quosdā legarunt athenas legatis questores sumptū quem oportebat dari non dederunt. Hic vrbanus dicebatur qui etiā vectigalia exigebat a prouinciis. Uñ Lentulus questor senatui scribit. Et ꝙ primū ad meū officiū reuertendū mihi existimaui: ⁊ vt reliqua vectigalia exigerem ⁊ quā posui pecuniā colligerē qcqd ex ea correptū eēt: aut quoꝝ id culpa accidisset cognoscerē.

Questor quoq; qui imperatoris vice fingitur in exercitu. Cicero in Cato. Sed tamen hoc queo dicere non me quidē his esse viribus/quibus aut miles punico bello/aut questor in eodem bello/aut consul in hispania fuerim. Et hic erat primꝰ honoris gradus apud romanos. Et pretorē questori suo parentis loco esse oportebat. Item questor qui preest iudiciis exercendis ⁊ maleficiis puniendis/quem maleficiorum iudicem appellare solemus. qui ⁊ quesitor vocat̄. Uirgilius. Quesitor minos vrnam mouet. Claud. Quesitor in alto conspicuus solio pertentat crimina minos. Dictus questor a querendo qui conquireret publicas pecunias ⁊ maleficia que triumuiri capitales nūc conquirunt. Ab his postea qui questionem ⁊ iudicia exercent/questores dicti.

Questura/questoris dignitas: sicut a pretore pretura. Cice. Cuius cum patre magna mihi fuit amicicia inde a questura mea siciliensi.

Questorius a. um. quod ad questorē pertinet. Cicero: Caninio: Qḋ ego officio questorio.

Questorius questorii/qui questor fuit: vt vir qstoriꝰ.

Questus questꝰ ⁊ questi. Plau. in aulu. Nā hic apud nos nihil est questi. Datiuū ⁊ ablatiuū plurales facit questibus/significatq; lucrū nūmariū. Est enim lucꝝ etiā amicorū ⁊ glorie ⁊ scientie. Interdū ponit̄ pro actione ipsa atq; artificio lucrande pecunie. Cicero: Nam de artificiis ⁊ questibus que liberales habendi sunt qui sordidi. Quintilia. Nam vt lingua primū esse cepit in questu.

Questuosus sa. sum. idem qḋ lucrosus: vt questuosus homo q̄ lucri causa auidior vndiq; lucella queritat. Col. lib. vii. In rusticatione vel antiquissima est ratio pascendi pecoris/eademq; questuosissima.

Questiculus diminutiuū/significat paruū lucrum. Cicero libro. ii. de ora. Aut quid fiscū rhetoris cum lucello meo: aut meus questiculus cum celo/terra reruma; natura.

Questuarius/qui questus gratia artem aliquā exercet ⁊ questuarie artes que lucri gratia exercent̄.

Queso primā personā indicatiui tm̄ habet: q̄uis querere apud Salu. ⁊ Ciceronē legatur. Modo queso ac quesumus dicimus/pro rogo. Sunt tamen qui declinent. Queso quesis quesi quesum: vel secūdū ꝓbū qsiui quesitū. Luc. lib. i. p̄sēnti vsus est. Hi diuum pacem votis adit ⁊ prece quesit. Sal. li. i. histo. Curionem quesiuit vti adolescentior ⁊ a populo suffragiis integer etati cōcederet mamerti. Huius frequētatiuū est. Quesito as. Priscia. Quero querito differentie causa facit: quia a queso quesito fit.

Quercus dicit̄ ꝙ id genus arboris graue sit ac durū: tamen etiā ꝙ ingentem euadat amplitudinē. Et tam secūde ꝙ quarte declinationis est. Cice. Ibi quercorum rami ad terrā iacent.

Quernus a. um. qḋ est ex quercu. Uirg. li. i. geor. Sed tamen ⁊ quernas glandes.

Quercus querca quercum/idem quod quernus a. um. Ser. Querceā coronā accipiebant qui in bello ciues seruassent.

Querneus a. um. similiter possessiuū. Col. li. vii. Probatur maxime vlmea post fraxinea ⁊ ob hac populnea: vltima sunt iligne a ⁊ quernea ⁊ laurea.

Quercicus ca. cum. idem. Sueto. in Cali. Primo die phalerato equo insigniq; quercica corona ⁊ cetra et gladio: dureaq; chlamyde.

Querquetum siue quercetum/locus vbi consite sunt quercus. Uar. Si ad limitē quercetū habet nō possis recte ꝑm eā syluā serere oleā. A querquero autē dicunt̄ Querculane nymphe querqto ꝓsidētes.

Quercerus quercera quercerū penult. corre. quod est frigidum cum tremore. Lucil. Jactans me vt febris quercera. Gel. libro vltimo. An tu forte morbus appellari hic putas egrotationem cum febri rabida et quercera? Et Festus ait antiquos querceram dixisse grauem ⁊ magnam.

Qualis relatiuū qualitatis est: vt qualis pater/talis filius. Ponit̄ ⁊ interrogatiue: vt Quale ei respōsum dedisti? Interdū infinite: vt noui qualis sis. Respondet quādoq; sequēti substantiuo ⁊ quādoq; antecedēti. Hora. in Epo. Sed incitat me pectus ⁊ mamme putres equina quales vbera.

Qualitas est ꝑm quā quales dicimur: vt albedo/nigredo/aduocatio/procuratio/legatio/paternitas/filiatio. Qualitates sunt/ꝙ ꝑm eas albos/nigros aduocatos/ꝓcuratores/patres/filios dicimus.

Quallus/genus vasis viminei ꝑ qḋ vinū guttatim defluit cum calcat̄ vua: a colando: reliqua ꝓ materia exire prohibet̄. Uirg. Tu spisso vimine quallos colaq; prelorꝫ fumosis deripe tectis. Ponit̄ etiā pro cistula in qua mulieres ponebant pensa lane. Hora. libro. ii. carmi. Tibi quallū cytheree puer alee.

Quasillus ⁊ quasillū diminutiuū a quallꝰ. Festus: Calatos greci: nos dicimus quasillos. Cice. in phil. An non inter quasilla pendet aurū? Et corripit primam syllabā. Quis quallus illā producat. Tibul. Sit tibi cura toge potior pressum atq; quasillū. Romani veteres quasillū/tallasionem appellarunt: vt auctor est Uarro. Unde tallasii nomen in nuptiis frequētabilē ad lanificiū nuptas inuitantes.

Quā coniunctio discretiua vel flectiua: vt diues opto esse ꝙ pauper: sed videtur ista particula ꝙ proprie significare/ꝙ quis videatur vi quadā verboꝝ ad alia trahi: vt quando pro sequentibus ita significabit: vt ꝙ venies? ꝙ ero illic. Aliquando ponitur pro postq̄

sive ex quo. Livi.li.vi. Juppiter atq dii omnes hec dederūt: vt. T. Quintius dictator oppida nouem caperet die vigesimo ꝗ creatus erat. Aliquando pro anteꝗ. Sueto. in Cesa. Et pridie ꝗ occideref in sermone nato super cenam quisnam esset finis vite commodissimus/repentinū inopinatūq pretulerit. Aliquādo pro cum. Cice. Tironi. Menandrius postridie ad me venit ꝗ expectarē. De his etiā in postridie dictum est latius. Aliquādo sumitur pro ꝗtū: ⁊ tam positiuo ꝗ cōparatiuo ⁊ superlatiuo iungitur: vt ꝗ bene marmorei directa est semita pontis: id est ꝗtū bene. Cice. Q̄ morosi sunt qui amant: ex hoc potes intelligere. Quintil. li. j. Q̄ in his quoq liberia erūt omnia cōpositoria ⁊ ꝗ nos potērimus elaborata: id est ꝗto. Var. lib. ij. de canib⁹ loquens ait: Quā paucissimo/tam optimi in alendo fient. Cato. Quā acerbissima olea erit ⁊ oleū facies: tam oleū optimū erit. Ubi etiam ipsum ꝗtum frequentissime ponitur. Cice. Nisi ꝙ tāta est inter eos/ꝗta maxima potest morum studiorūq distātia. Aliquādo pro valde. Sicq tam positiuū ꝗ superlatiuū requirit. Cice. Cuz quo semper familiarissime vixerat. Curtius: Collēq trajecto ꝗcelerrime flumine occupat. Cesar. li. iiij. Ut ꝗcelerem. atq instabilē motuz haberet: id est valde celerē. Cice. in Lel. Quā multa eñi que nostra causa nunꝗ faceremus: facimus causa amicorū. Jungitur etiā cōparatiuo. Jdem lib. v. tus. Abacosq ꝗplures ornauit argento auroq celato. Sene. episto. lxxviij. Conuocauit ꝗplures amicos. Jungitur etiā in hac significatione his dictionibus. per Pli. Perꝗ scire velim. Teren. Perpol ꝗ paucos reperies meretricibus fideles euenire amatores: qḋ sic resoluit. Pol perꝗ paucos. Saneꝗ. Gel. Saneꝗ vtile est. Cice. Nam qḋ pōpeio Caninius ait: Saneꝗ refrixit. Admodumꝗ. Gel. Uoce admodumꝗ suaui oppidoꝗ Jdem: Oppidoꝗ libens audiui.

Quādudū interrogantis. Jādudū/respōdētis. Plau. Quādudū e foro aduenisti domū? Nō ita dudū.

Quādiu/quāto tēpore. Cuius relatiuum est tādiu/ꝗlibet/ꝗtūuis/ꝗtūlibet/idem significant. Pli. Impudica mulier ꝗlibet facinus audet.

Quāobrē cum ponitur causatiue tam plurali respōdet ꝗ singulari. Singulari sic. Unum est quāobrem te amandū putent: id est propter qḋ vnuz. Plurali sic. Quattuor sunt quāobrem imperator maxime laudetur: id est propterq̄ quattuor. Cice. Apio. Multaq mihi veniebant in mentē/quāobrem istuz laborē tibi etiam honori putarē fore.

Quāpridē/significat multo tēpore ante. Cice. Quāpridem nomen fanniū detulisti.

Quāprimum tota vna dictio/significat valde cito. Cū primū ꝑo due partes sunt/necesseq est eis iungi duo verba. Et significat statim. Virgil. Cum primū pasti repetent presepia tauri. Si qua tui coridonis habet te cura venito.

Quāuis ⁊ ꝗꝗ coniūctiones aduersatiue. Vir. Quāꝗ animus meminisse horret. Interdū tamē ꝗuis ponitur pro ꝗtūuis: id est valde. Plau. in Mene. Quāuis ridicul⁹ est/vbi vxor nō adest. Terē. in adel. Ne tam quidē ꝗuis maneo hic ociosus.

Quāmox/significat ꝗ cito/valde cito.

Quādo aduerbiū temporis/significat quo tēpore/acuiturq in ꝑma. Poniēq modo interrogatiue: vt Qñ venies. Modo relatiue: vt Quādo eram iuuenis litteris operā dabā. Et correlatiuū est tunc. Sicut eñi tot quot/talis qualis/tantus quantus/ita tunc: quādo dicimus: Infinite: vt Quādo veniā/te alloquar. Ponitur interdū pro aliquādo presertim cum precedit: num vt Num quādo me audisti? Que interrogatio facit hoc significare. Num aliquando. In quem modū Aliqui accipiūt illud Luce. Nuz quādo vos misi sine sacculo ⁊ pera ⁊ calciamētis quid vobis defuit? Interdū pro siquidē vel quoniā. Et sic est cōiūctio causalis/habetq accentū acutū in vltima. Virg. Hic tibi fabor enim qñ hec te cura remordet. Ter. in adel. Postremo quādo conscia sum a me culpā hanc esse procul.

Quādoq significat aliquo tpe: sic aliqñ ⁊ siqñ.

Quādoquidē cōiūctio causalis/pro siqdē seu quoniā. Virgil. Quādoquidem ausonios nō fas contingere portus. Col. libro. viij. Nam nisi procedat stare debet quādoquidē pastoris officiū sublime celsissimaz oculorū veluti speculā desiderat.

Quātus referē ad numerū/ad pondus ⁊ ad mensurā. Et modo interrogatiuū est/modo relatiuū/modo infinitum. Cui⁹ cōposita sunt: Aliquāt⁹/quātisper/quātuscūq/quātusquātus ⁊ quātuslibet. Quantitatū vero alia continua/alia discreta. Cōtinua est vt linea superficies corpus. Discreta: vt oratio/numerus.

Quantulus ⁊ quātillus/diminutiua sunt: sicut a tātus tantulus ⁊ tantillus. Et significant ꝗexiguus. Hinc fit quantuluscūq. Aug. li. xiij. de ciui. dei. Nam ideo dicitur immortalis: quia modo quodā quātulocūq desinit viuere atq sentire.

Quātuscūq. i. ꝗmagnus: vel etiā quot. Nam quātus interdū pro quot legimus.

Quātuslibet/idem qḋ quātuscūq: vel significat vnum quantum tibi capere licet: non omne: vt Quātūlibet spatiū non omnē quantitatē spatij: sed vnā quaz tibi capere libet. Aug. lib. xij. de ciui. dei. Quātuslibet finitus numerus fuisset animaz infinitis retro seculis sufficere non valeret. i. quātuscūq.

Quātusquātus/quātuscūq. Teren. in adel. Tu quantusquātus nihil nisi sapientia es.

Quapropter aduerbiū/significat propter qḋ.

Quantisper/significat quāto tempore: sicut Tātisper/tanto tempore.

Quaquauersus siue quaquauersum/significat in omnes partem. Aug. lib. viij. de ciui. dei. ꝗlonge lateq potuit peregrinatus est quaquauersum eū alicui⁹ nobilitate scientie percipiēde fama rapiebat.

Quarto ⁊ quartū aduerbia inter se differunt. Nā quarto consul/significat locū consulū vel ordinē hoc modo. Marcus fuit quarto consul: id est ꝙ tres consules ab origine ⁊ institutione ⁊ ordine consulatus ante fuerunt ꝗ marcus fuisset cōsul: qui tenet nūc quarto consulatū: quartū autē consul significat personam ꝙ quater fuerit consul.

Quartarius/mulio mercenarius/ꝙ quartā partē questus capiat.

Quartanarius/ qui quartanā febrē patiē.

Quatenus peñ. corre. proprie significat quantū: sicut Eatenus tñ. Cice. in Lel. Uidendū est quaten⁹ amicicie tribuendū sit. Jdem lib. j. tus. Magna culpa pelopis q̄ nō erudierit nec docuerit quatenus esset qdꝗ curandū. Aug. lib. ij. solilo. Profecto cernis quante inquisitionis indigeat: quatenus ista progredi debeāt ne in quasdā inexcusabiles turpitudines decidatur. Aliqñ significat quo fine: vt Uerberaui filiū quaten⁹ sit bon⁹. i. ad hoc vl ad hūc finē vt esset bonus. Aliqñ significat qm̄. Pliñ. Et quatenus negatur nobis diu viuere relinquam⁹ aliqd q̄ nos vixisse testemur. Docet etiā acron esse aduerbiū loci.

Quatinus cū i corri. cōiūctio est ⁊ significat qr. Juueñ. Quatinus hic non sunt nec venales elephāti.

Quattuor nomen numerale binariū numerū in se cōtinens: a quo quater aduerbiū quartus/quatern⁹/quaternarius/quaternario. Quadruplus/quadruplum quadriennū. Quadrimus/quadratū/quadrum/quadrātal. quadrans ⁊ multa hmōi.

Quaternꝰ: quattuoꝛ. Pli. Quaterni renes coꝛuis sunt in bꝛileto.

Quaternio/quattuoꝛ chartarũ siue alterius cuiuscũqꝫ rei cõpositio: vt in actibꝰ apostolicis Tradensqꝫ q̃tuoꝛ quaternionibus militũ custodiendũ.

Quatriduũ spatiũ quattuoꝛ dierum: a quo Quatriduanus a.um.

Quasi aduerbiũ similitudinis/significat ita vt: Imaginem enim inuit: vt irasceris quasi canis. Que oratio resoluit per verbũ repetitũ: hoc est: irascens sicut canis irascit. Et non solũ imaginẽ: sed ipsam plane veritatẽ significat: vt tu pater non amas me quasi filium Habet etiã quiddã propꝛiũ quale est. Tu obiicis ꝙ vxoꝛem repudiauerim: quasi tu idem non feceris.

Quatio is. quassi/quassum/significat moueo/concutio. Lactã. lib. ii. Mẽtes furoꝛibus quatiũt. Hierony. ad Dama. Qui a deo recedit: statim fluctibus seculi q̃titur. Liui. Carthaginis mẽnia nũc quatit ariete. Aliq̃ ponit quatere pꝛo molestare. Virgi. li. ix. Aut rastris terrã domat: aut quatit oppida bello. Aliq̃ ꝓiicere. Terẽ. in eu. Mirũ homo quatieẽ certe cum dono foras. Cõposita eius mutant q in c: ⁊ abiiciũt a: vt Abscutio/qd̾ est ãmoueo. Cõcutio/totum cõmoueo. Lactã. li. vii. Ac primũ cõcutiet terrã ꝙ̃ validissime: ⁊ a motu eius scindent montes syrie. Decutio/discutio/excutio/incutio/percutio/recutio/iterũ quatio. Succutio/subtus quatio. Aug. li. viii. con. Tria horũ v̾ba cõplexꝰ. Quãto ꝓpiꝰ admonebat/tãto amplioꝛẽ incutiebat hoꝛroꝛẽ/sz nõ recutiebat retro/nec auertebat/sed suspendebat/retinebãt nuge/nugarũ ⁊ vanitates vanitatũ ⁊ succutiebant vestẽ meã.

Quasso as. frequentatiuũ. Plau. in tri. Quid quassas caput? Aliquãdo quassare/rumpere. Virgi. Quassatam ventis liceat subducere classem. Hinc conquasso. Cice. lib. iiii. tus. Ita illa duo moꝛbus ⁊ egrotatio ex totius valitudinis coꝛpoꝛis conquassatione ⁊ perturbatione gignuntur.

Quassus a.um. idem est quod quassatus/fractus. Pli. lib. xviii. Antelucanis ferramenta acuere/manubꝛia aptare/quassa sarcire.

Quoaxo as. pꝛoꝛiũ ranarũ est. Festus: Quoaxare rane dicuntur cum vocem emittunt.

Que absqꝫ diph. coniunctio: modo copulatiua: vt Arma viruꝫqꝫ cano. Modo causatiua/ ꝓ quoniã. Cice. Nõ solũ nobis nati sumus/oꝛtusqꝫ nostri partem patria vendicat/ partẽ amici. Modo expletiua: quãdo scz oꝛnatus tm̃ causa ponit. Proper. Deiphobũqꝫ helenũqꝫ ⁊ polydamantas in armis. Quãdoqꝫ ponitur pꝛo idem. Plau. Rudis est: nescitqꝫ quid expediat. Quãdoqꝫ pꝛo etiã. Apul. Id et serioqꝫ loquẽti nõ crederẽt: id est etiã serio loquẽti. In cõpositione autẽ semper postponit/ac cõiunctiõis vim amittit: sz vim syllabice obtinere vt namqꝫ/quoqꝫ/atqꝫ/itaqꝫ vndiqꝫ vterqꝫ/plerı̃qꝫ. Cõponitur etiã cum quis/qui/que/qd̾ vel quid: vt quisqꝫ/quiqꝫ/queqꝫ/quodqꝫ/q̃dqꝫ. Et adiecta cum: vt quicũqꝫ/quecũqꝫ/q̃dcũqꝫ ⁊ pꝛepositiõe abs: vt absqꝫ Cũ aduerbio: vt neqꝫ Cum coniunctio ne: vt atqꝫ. Differunt aũt inter se qꝫ/ac/⁊/atqꝫ. Quia qꝫ postpositiua est ⁊ encletiua. Ac semper pꝛepositiua. Atqꝫ tam pꝛepositiua ꝙ̃ postpositiua.

Quemadmodũ/dictio composita/ex quem ⁊ ad: ⁊ modum ponitur pꝛo aduerbio similitudinis: vt fiat misericoꝛdia tua super nos/ quemadmodũ sperauimꝰ in te. Ponitur nõnunꝙ̃ interrogatiue/pꝛo quo modo: siue ad quem modũ. Ambꝛo. li. i. offi. Nam licet interdũ honesta ioca ac suauia sint: tamen ab ecclesiastica abhoꝛrent regula. Quoniã que in scripturis nõ reperimus/ea quemadmodũ vsurpare possumꝰ? Et lib. de paradiso. Si igit̾ viro culpe auctoꝛ est/mulier quemadmodũ pꝛo bono videtur adiecta.

Queo is. quiui vel qui/quitũ/significat possum. Salu. Sed neqꝫ pꝛecio/neqꝫ gratia impelli quiuit. Dictum queo: vt quidã putant quasi/qui eo. Vnde antiq̃ nequeũt quãdoqꝫ pꝛo non eũt dicebant: cũ tamen neq̃o significet/nõ possum. Ter. aũt quitus a.um. a queoꝛ dixit in ecy. Nã cũ cõpisse est gnata: foꝛma in tenebꝛis nosci nõ q̃ta est. Sed antique: vt ait Do. dixit.

Queroꝛ ris. questus/lamentoꝛ. Sal. Sepe de luxuria atqꝫ auaricia nostroꝛũ ciuiũ questꝰ sum. habetqꝫ pe. coꝛre. vt differat a queroꝛ passiuo verbi quero. Dicimus autẽ queroꝛ illud. Et queroꝛ de te cũ illo vel illi. Cice. Quoꝛ plerı̃qꝫ: aut q̃rũtur semp aliq̃d/ aut etiã exp̄bꝛãt. Idem Lentulo. Multa de mea sentẽtia questus est Cesari. Aliquãdo absolute: vt apud eundem: Quid multa? conquestus est grauiter. Cuiꝰ cõpositũ est Conqueroꝛ penul. coꝛre.

Questus quarti oꝛdinis: sed tãtũmodo plurali numero pꝛo lamentatione. Cuius datiuus ⁊ ablatiuus est questubus per u sicut poꝛtubus.

Querela/ querimonia et questio eiusdem significationis sunt. Col. Quosdaz etiã pꝛedictas querimonias velut ratione certa mitigantes. Cice. Sepe interfui querelis meoꝛum equaliũ.

Querulus a.um. quod cõqueritur siue qd̾ querelis plenum est licet quãdoqꝫ a poetis pꝛo canoꝛo ponatur. Virgi. lib. iii. geoꝛ. Et cantu querule rumpent arbusta cicade. Ser. Querule cicade canoꝛe. Hoꝛ. Sub cãtu querule despicit tibie.

Querimoniarius/qui querimoniã exponit.

Queribundus/lamentabilis. Cice. Humiliter ac queribunda voce.

Querquedula/auis semper in aq̃s natans/sicut Anas anqualiã dicimus a voce.

Quis/qui/que/quod vel quid quandoqꝫ interrogatiue ponuntur. Mar. Nam tantos rogo quis ferat labores. Apul. Quinam hic nouꝰ est hospes. Gel. Quenam malũ est ista intemperies. Plau. Qd̾ facinꝰ admisi tãtũ. Idem: Quid ad illas artes optes si optio adueniat tibi. Aliquãdo infinite. Pli. Tum mihi nescio quis in aurem insusurrauit. Idem: Moꝛbus nescio qui ante eã etatem incognitus nostris: Cice. Cũ pꝛecepta nescio que discipulis suis palaz tradidisset. Plau. Nec mihi quod facinus conscirẽ inueni. Seneca: Paulũ nescio quid visus est balbutire. Qui/q̃/quod relatiue sepe ponuntur. Referunt enim antecedens. Quis v̾o ⁊ quid nunꝙ̃. Vnde notandũ ꝙ qui que/quod relatiue posita quãdoqꝫ dissentiũt a suo antecedẽte. Cice. Omnes tenues atqꝫ humiles q̃ maxima in populo multitudo est sibi pꝛesidiũ paratũ putant. Salu. Est locus in carcere qd̾ tullianũ appellatur. Nonnunꝙ̃ quis ponitur pꝛo aliquis. Plau. Si quem seruoꝛũ domi habes. Nam qui pꝛo aliquis in nominatiuo casu raro ꝙ̃ ceterꝙ̃ apud vetustissimos inuenitur. Cice. Si que sunt in hac re difficultates. Et enim non qui/sed qua pꝛo aliqua dicimus. Mar. Si qua fides veri pꝛefari maxime Cesar. Plau. Siquod posthac verbũ fecero. Virgi. Spero equidẽ mediis siq̃d pia numina possunt/ Supplicia hausurũ scopulis. Ponit̾ itẽ quis admirantis pꝛo qualis: vt Quis globus o ciues. Et tam masculino ꝙ̃ feminino genere pꝛoferri potest. Plau. in aul. Dic mihi si audes quis ea est quã vis ducere vxoꝛem? Virgi. Qui cum partiri curas. De socia camille loquit̾: id est cũ qua: quia vt Augu. inquit. Antiqui hic ⁊ hec quis ablatiuo ab hoc ⁊ ab hac qui: sicut facilis facili. Inuenitur etiã q̃s in datiuo ⁊ ablatiuo pluralibꝰ: sed vltima pꝛoducitur/cũ in nominatiuo singulari coꝛripiat̾. Luca. li. ii. Pꝛofata q̃s ille q̃s fuit ille dies. Hoꝛa. in Ser. Quis humana sibi doluit natura negatis. Qd̾ autẽ adiectiuũ est ideo semper substantiuo iũgitur. Quid

pro substantiuũ. Preterea qui/que qđ frequẽter accipiuntur pro tantus.a.um. Et hoc tribus modis. Nã ꝛ cuius humanitatis es dicere possumus. Et qua humanitate es. Et q̃ tua est humanitas? Pro tante humanitatis es. Tanta humanitate es. Tanta tua est humanitas. Quintil. Hoc si scisses pater affirmo/ permitto cui⁹ pietat᷑ es/nemo te antecessisset. Idẽ: Que tua pietas est. In eundem sensum accipiunt᷑ Io/caid: vt Ei⁹ pietatis es. Ea pietate es ꝛ Ea tua est pietas. Composita a quis sunt: Siquis/aliquis/nequis/quisquis/q̃sq;: a quo vnusquisq;/quisnam/quisputas/quispiam/quisquam.

Quisquis/quicũq;/quisq;/idem significant scʒ omnes. Quisq̃ pro ꝛ quispiam idem qđ aliquis.

Quisnam interrogatiuũ est: id est namquis? Quisputas? id est quis credis?

Qui cum sit relatiuũ substantię: ponitur tamẽ aliquando aduerbialiter pro quō. Cice. Qui fieri poterat vt eius dolore non angerer qui mecũ semper familiarissime vixisset. Aliquãdo pro quemadmodũ/quis in idem fere recidat. Teren. in an. Nunc si quid potes aut tu aut hic birria facite/fingite/inuenite/efficite/q̃ detur tibi. Aliquãdo sumitur pro vt. Idem in eadẽ: Non qui argumẽtũ narrat: sed q̃ veteris poetę maledictis respondeat. Aliquando pro vtinã. Idem in phor. Qui illũ dii omnes perdant. Aliquãdo pro vnde. Idem in Ecy. Nec qui hoc mihi eueniat scio. Et in an. Nam qui isthęc tibi incidit/suspicio? Aliquando pro cur/quã ob rem. Cice. li. v. tus. Qui enim beatior epicurus ꝙ in patria viuebat q̃ Metrodorus ꝙ athenis? Teren. in an. Nã potest qui? Do. Qui: id est quã ob rẽ. Composita a qui sunt: Quidã/q̃cunq;/quiuis/quilibet: a quo vnusquilibet.

Quia coniunctio causalis/quę interdũ bis repetitur sequente subiunctiuo vel indicatiuo. Quintil. Nō q̃a prodesse nõ q̃ satis sit: sed quia hoc prospicere debet ne quid peius q̃ fecerit faciat.

Quianam aduerbiũ interrogãdi/significat quare. Virgi. lib. v. Heu q̄ nam tanti cinxerũt ethera nimbi?

Quiane vna particula est: ꝛ significat reuera. Virgi. li. iiii. Quiane auxilio iuuat ante leuatos.

Quibus in extremis elegãter dicit᷑: pro quorũ in extremo. Cice. Litterę dantur mihi a te/quibus in extremis scriptum est.

Quid nomen substantiuũ: vt Quid negocii tibi est? Interduʒ ponit᷑ pro aliquid: vt si quid habes noui mihi scribe. Aliquãdo est aduerbiũ interrogandi pro cur vel quare. Teren. in an. Sed quidnã pãphilũ exanimatũ video? vt sit quidnam hoc Ouidi. Quid facis gnone: quid mandas semina arenę? Aliquãdo ponit᷑ pro in quo. Cice. in Lel. Quid enim indigens aphricanus mei? Quintil. Quid tibi tãtũ malũ feci/ quid offendi? Similiter apud Lucã. Et si quid aliquẽ defraudaui/reddo quadruplũ. Cõposita sunt: Quicq̃d quidq̃/quidq;/quidpiã/nequicq̃/quidnã/nunquid/quidne/quidni/quilibet/quicũq;/vnũquidquid/vnũquidq;/vnũquidlibet. Ascen. Vsus habet vt d sequẽte q mutetur in c: vt Quicquid/quicq;/quicq̃ ꝛ seq̃nte p in p: vt quippiã. Quidcũq; autẽ ꝛ vnũquidquid aut vnũquidq; aut vnũquidlibet nequaq̃ dixero: sed qđcũq; vnũ/qđq; quodlibet vnũ ꝛc.

Quid agimus? consiliũ querentis est.

Quid isthic? aduerbiũ affirmandi: sicut quidni? cur/nõ profecto. Et sic est tanq̃ si dixeres/quid? ꝛ abundat istic. Vel potius: quid istic significat hominẽ de loco ꝛ de sentẽtia decedere. Teren. in an. Quid istic si ita istuc animũ induxisti esse vtile: nolo tibi vllũ cõmodũ in me claudier.

Quidita? significat cur. Quidni? significat certe: vel certum est. Videlicet cur non. Et duę partes sunt ſm Priscia. sicut cur nõ. Teren. in eu. Habesne hominẽ amabo. Quidni habeam? Veteres eñ ni pro ne ponebãt: ꝛ ne pro nõ. Plau. Ni stulta sis: ꝛ ne vult pro ñ vult.

Quidnam ꝛ namquid ꝛ quid ne. Interrogatiua vel nomina vel aduerbia. Quid tum deniq;? quid ergo? q̃d itaq;? quid postea/q̃d interea significant/ quo ptinet istuc đ quo loqueris: siue quid attinet hęc dicere/aut quid sibi vult hic sermo.

Quid hominis habes? cũ ɔtemptu dicit᷑. Terẽ. in ecy. Sed quid mulieris vxorem habes.

Quid queris/significat quid plura vel q̃d opus est verbis. Modus dicendi cũ paucis volumus ostendere aliq̃d. Hora. Quid q̄ris? viuo ꝛ regno simul ista reliq̃.

Quidquid vt quidã aiunt mutat d in c/ne bis interrogare videamur. Sic q̃cq̃ me si d. scriberetur: modo consimili quid sit q̃ interrogare videamur: Sed nõ est ratio satis ponderosa: vt putem non reprehendẽdum qui scripserit quidquid ꝛ quidq̃. Est autẽ quidquid substantiuũ: sicut ꝛ quid. Ideo genitiuũ substãtiui vel adiectiuũ exigit: vt quidquid pecuniariũ q̃dquid molle/quodcũq; adiectiuũ. Inde substantiuũ in eodeʒ casu patitur: sicut ꝛ quid: vt quodcũq; exlumt adiectiuũ pro respuit.

Quidam. Vide in dictione aliquis.

Quidẽ aduerbiũ affirmandi: quo significat᷑ certe. Et tribus modis in oratiõe accipi solet. Vno ad distinguẽdas res: vt ego quidẽ scribo: tu pro legis: ille autẽ dormit. In quo modo duobus tm̃ comitibus vti potest scʒ vero ꝛ autem. Altero quasi per exceptionem eius qđ affirmes. Quintil. Torquebis quidẽ filiũ: sed fatebit᷑ mater Cice. li. iii. offi. Ab optimis illis quidẽ viris/sed non satis eruditis. Pluresq; in hoc modo comites habere hoc aduerbiũ potest/verũ/verumtamen/sed sed tamẽ/at attamen/cęterũ. Tertio cũ nulla sequitur ex prędictis cõiunctionibus: vt apud eundem. Aut enim nemo qđ quidem magis credo: aut si quisq̃ est ille sapiens fuit. Eius cõposita sunt Equidem ꝛ siquidẽ: de quibus alibi.

Quilibet vnus quem tibi capere libet. Recentiores tamen philosophi pro vniuersali termino accipiũt. Ponitur etiã aliquando pro vili ꝛ obscuro. P li. lib. vii. Bis ab Annibale captus: neq; cum quolibet hoste res fuit. Huic simile est horatianũ illud: Non cuiusuis esse hominis corinthũ ire.

Quipote pe. cor. significat quomodo possibile est: componitur autẽ ex qui ꝛ pote.

Quippe significat q̄ certe. Vir. Sʒ lęta ꝛ fortia surgũt quippe solo natura subest. Interdũ significat quidẽ: hoc est certũ est. Idem: Atq; hominuʒ querit᷑ curare triũphos. Quippe vbi fas versum atq; nefas tot bella per orbẽ. Tam multę scelerũ facies.

Quies substãtiuũ fęminini gener᷑: q̃uis etiã adiectiuũ triũ generũ inueniat᷑. Salu. lib. ii. histo. Et inq̃ete nomine histriõis vix sane burbuleiũ appellabat. A quo similiter Inquies generis omnis ſm Priscianũ. põt facere genitiuũ quietis ꝛ quiei quintę declinationis. Vnde requies/requiem ꝛ requietem accusatiuũ facit. Cice. in. Cato. Vt meę senectutis requietem delectamentaq; noscatis. Differũt vt quidam aiunt quies ꝛ tranquillitas/ꝙ quies corporis sit: tranquillitas animi. Cice. in prolo. li. de ora. Nam qui locus quietis ꝛ trãquillitatis plenissimus fore videbatur: in eo maxime moles molestiarũ et turbulentissimę tempestates extiterũt. Est autem proprie quies somnus dicta quasi qui tibi es: ꝛ nullo alio negocio destineris. Tunc enim cęteris negociis vacamus cũ dormim⁹. Salu. Namq; animus impurus diis/ hominibusq; infest⁹/neq; vigiliis/neq; quietibus sedari potuit: ita conscientia mentem excitaʒ vexabat: Propter quod etiam quies pro tranquillitate accipitur. Cuius com

trarium est inquies: hoc est cura ⁊ sollicitudo ⁊ molestia. Hinc quietus / tranquillus / inquietus / turbatꝰ / sollicitus. Quietudo ⁊ inquietudo.

Quiesco is. quieui quietū / modo dormio significat: modo sto / non moueor: vt cum dicimus: Quiesco. Modo curis siue labore vaco. Modo quiescere facio / hẽ / sertum si accusatiuo iungat. Unde Uir. in buc. Requierunt flumina cursus. i. q̃etos esse fecerūt. Sic Sal. Paululū requietis militibꝰ. Quiesco eñ ego aliter dicimꝰ ⁊ aliter quiesco seruū. i. q̃escere facio. Plau. Quiesce tumultū qui est ante hostiū. Hinc cōponũtur Requiesco / aliquantum quiesco. Cice. Ser. sulp. His ꝟo tēporibus habemus aliud nihil in quo acq̃escamus. Quãdoq̃ significat consentio / condescẽdo. Hiero. in prolo. Judith. Sed q̃ hunc librū synodꝰ nicena in numero sanctarū scripturarū legit cōputasse acquieui postulationi vestrę. Conquiesco / bene q̃esco. Cice. lentulo: Tu nisi perspecta re de me nō conquiesti. Requiesco / sicut quiesco. Uirgi. Hic tamen hac mecū poteris requiescere nocte frõde super viridi. i. dormire. Idē: Et mutata suos req̃erunt flumina cursus. i. q̃etos esse fecerūt. Hiero. in Gñ. Et requieuit die septimo ab vniuerso ope qđ patrarat.

Quin / varijs modis dicit. Nam aliquãdo ponit ꝓ cur non? Cum scꝫ increpãtes vel interrogãtes vel exhortantes dicimus. Quin venis? quin fugis. Uirgiliꝰ: Quin tu aliquid saltē potius / quorū indiget vsus: viminibus mollicq̃ paras detexere iunco? Cicero pro Rabi. Quin cōpescitis istā vocem indicem stulticię. Aliquãdo pro ꝙ seu vt. Idem: Non dubito quin eo sis animo quo ego essem / si quid tu me rogares. Teren. Non dubiū est quin vxorē nolit filius. Aliquando pro quinetiā: id est insuper / pręter id siue atq̃ etiã. Tunc eñ per hanc particulā magis cōfirmamꝰ. Uirgi. Quin aspera iuno. Quę mare nunc terrasq̃ metu cęlūq̃ fatigat: Consilia in melius referet: qđ ⁊ quinimmo quãdoq̃ dicit. Aliquãdo ita ponit quasi videatur esse ꝯtrariū priori significato: ꝙ non / vel: vt nō. Cice. Non idcirco causas isocrates non defendit q̃n id vtile esse ⁊ honestū existimaret. Similiter cum dicimus: Non possum me continere quin gestiã: id est vt non: vel quominus gestiã. Uirgi. Hic tibi nequa morę fuerint dispendia tanti: Quin vatē insanã aspicias. i. vt non. Aliquãdo ponit pro qui nō. Cice. Nemo est nostrorū quin vota victorię suę fecerit.

Quinimmo / quinpotius: vt Quinimo beati qui audiunt verbū dei ⁊ custodiunt illud.

Quintilis. Julius mensis dictꝰ / ꝙ sit quintus a Martio qui apud antiquos primus anni mensis erat.

Quinq̃ / nomē numerale ⁊ inuariabile: a quo Quintꝰ a. um. Quinus a. um. Quinarius a. um. Quindecies / q̃necūs. Quinq̃mestris. Quincuplexꝰ. Quincuplex. Quindecim q̃nq̃ginta. Quingētiq̃nq̃gesimꝰ ⁊ hmōi.

Quinquertium ⁊ Quinquertiones. Uide in dictione pentathli.

Quinquatria orum. ab eo ꝙ quinquatre in singulari: sicut bacchanale ⁊ vulcanale Festa erant quę quinq̃ diebus palladi fiebant: vt Ouid. lib. iij. fast. innuit ita appellata quoniã q̃nq̃ diebus post idus celebrabãtur. Nam dies post idus ater erat. Inde quinquatria q̃si quinq̃ ab atro die. Primo die fiebant sacrificia: tribus sequentibus gladiatores in theatro certabant. Quinto die erat lustratio. Unde ait: Una dies media est: post fiunt sacra mineruę. Nomina quę a iunctis quinq̃ diebus habent. Sanguine prima vacat / nec fas ꝯcurrere ferro. Causa ꝙ est illo nata minerua die. Altera tresq̃ supra strata celebrant arena. Ensibus exertis bellica lęta dea est. Sunt qui dicant hãc diem munusculorū quoq̃ esse / quo tēpore matronę inter se inuicē munera missitabant ⁊ cęnas seruis apponebant: vt viri Saturnalibus. Dicitur ⁊ quinquatrus sicut triatrus / sexatrus / septimatrus / decimatrꝰ Junguntur q̃ hęc particula atrus q̃ nihil significat supplementi causa. Uar. lib. ij. de lin. la. quinquatrū diē vnum festū esse dicit sic appellatū / ꝙ erat post diem quintum idus Martij / sicut sexatrus ab Tusculanis vocatur dies post diem festū ⁊ septimatrus post diē septimū. Declinatur autem substantiue in plurali tã tertię q̃ secūdę declinationis sicut cętera festorū nomina. Iuuen. Incipit optare ⁊ totis quinquatribus optat. Cice. Ita tumultuosę contentiōes ita molestę quinquatribus afferebãtur. Diomedes ꝟo quinquatrę a prima declinatione protulit.

Quincunces / vncię quinq̃. Hinc quincuncialis ordinum ratio d̃ q̃ apđ Uar. Pli. ⁊ Col. fit mētio. Quincuncialis ꝟo herba dicit: vt trientalis a mensura. i. q̃ folio quincuncē aut trientē ęquet amplitudine. Quincunces etiã vsurę sunt quotiēs ex centū nūmis: vt exēpli gr̃a sit quinq̃ nūmos vsurę nomine percipimus. Sic semisses vsurę / trientes / besses ⁊ hmōi.

Quirites penul. pro. romani dicti sunt a quirino: id est a Romulo vrbis romę cōditore: qui a quiri hasta quirinus appellatus est / ꝙ hasta assidue vteret / quę sabinorum lingua quiris dicit: vnde quidã securim dictã putant / quasi semiquirim: q̃ꝗ a secãdo etiã dici potest. Siue ꝙ cures vicerit. Siue ꝙ greci regē κύριον dicunt. Constat autē romanos eo tēpore gręcos fuisse. Ouidi. in fast. Siue ꝙ hasta quiris priscis est dicta latinis. Bellicus a telo venit in astra deus. Siue suo regi nomen posuere quirites. Seu q̃ romanus vicerat ille cures. Alij quirinū dici existimant ob generis nobilitatē a patre suo quirino: hoc est marte. Romani enim martē dum seuiret gradiuū: dum trãquillus esset quirinū nominabant. Et q̃ꝗ hoc nomen quirites quidã tñ pluraliter declinari velint: apud poetas tamen reperimus quiritē a quiris quiritis vel quirites itis. vel hic ⁊ hęc q̃ritis. In genitiuo plurali q̃ritium ⁊ quiritū per sincopam. Persius. Heu steriles veri / quibus vna quiritem vertigo facit. Ouid. An si pulsassem minimū de plebe quiritē.

Quirinus pe. cor. Uide in dictione quirites.

Quirinalis / collis dictus est / ꝙ in eo quirini tēplū erat: siue ꝙ in eū cōmigrauere sabini a curibus venientes. Et quirinalis porta romę dicta / ꝙ ea in collē quirinalem itur: vel ꝙ proxime eã esset quirini sacellū.

Quirinalia vocabant diē quo sacra quirino fiebant.

Quirito as. pe. pro. qđ ⁊ quiritor dicit / significat clamo romanos cōmoueo ⁊ quiritū auxiliū inuoco. Uarro Quiritare quirites ciere. Nonius: Quiritare ē clamare. Lucil. li. vij. saty. Cōcursans veluti ancharius clareq̃ q̃ritãs. Ab Apul. ponit ꝓ suppetias petere.

Quisquilię / purgamenta terrarū ⁊ q̃cquid ex arboribꝰ minutis surculorū foliorūq̃ ⁊ florū decidit vñ nomē venit q̃cquid cadit: velut quis querat illas ob id. Cecil. Quisquis volãtis dixit. Et Neuius deturbate saxo homo non quisquilia est.

Quisquiliū vocant exiguū fruticem ilicis producentem coccū / quod granū est ad tingēdas vestes gratissimū. Hinc natum esse putatur: vt vestis coccina litteris ꝑ imperitiã interceptis squallata vulgo hodie dicatur pro quisquiliata.

Quo accipit pro quanto: vt cum dicimus: Eo magis / quo magis. Aliquãdo est aduerbiū loci. Uirg. Quo ve tenetis iter? id est ad quem locum tenditis. Aliq̃n est cōiunctio ⁊ significat vt. Pli. Nec enim id feci q̃ tibi molestus essem. Aliquãdo ponitur pro quare vt inquit Dona. Teren. in an. Quo ęquior sum pãphilo. Et quo pro ad quid: vel in quem vsum. Horatius Quo mihi fortuna si non conceditur vti? id est ad quid vultis mihi esse bona fortunę. Sic vetuste interdum

desunt verba in oratione. Et apud Esaiam. Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum? Hinc fiunt composita Adquo quoad quocirca quousque/quomodo quoquomodo quoquo versus: quoque quoque Aliquo aliquotiens.

Quoad componi videtur ex quo et ad sed preposterè sicut hactenus quatenus. Et significat donec siue quādiu vel quousque: vt Quoad viuam ero tibi amicus. Cice. lib. offi. Tam diu autē velle debebis quoad te quantum proficias non penitebit. Nihil differt ita loqui. Quoad viuam et quoad moriar. Nec enim quāuis cōtraria esse videantur: idem tamen significāt quoniam duo tempora cum inter se opposita sunt: atque ita coherentia vt alterius finis cum alterius initio misceatur non refert vtrum per extremitatem prioris an per initium sequentis locus ipse confinis demonstretur Potest autem esse interrogatiuum. Teren. in phor. Quid senē quoad expectatis vestrum? Relatiuū: vt Quoad iussisti parui. Infinitū vt quoadlibet studeo Cicero. Treba. Itaque quoad opinatus sum me in prouinciam exiturū que tibi vltro obtulerim meminisse te credo. Aliquando rei et ingenii facultatem siue tēporis cōmoditatem significat: vt apud eundē in Lel. At quoad possem et liceret ab eius latere nunquā discederem. i. quantū. Aliquādo quantitatē rerū tantum denotat. Idem pro lege agraria. Audite vos qui amplissimi populi senatusque iudicio exercitus habuistis et bella gessistis quoad quēque peruenit aut peruenerit ex preda ex manubiis: ex auro coronario. Et sic semper exponitur pro quantum.

Quoadeius tota vna dictio significat vsque vel inquantum vel quantum ad eius vires: vel quantum ab eo. Cice. lib. i. de oratore. Officiū est de his rebus posse dicere que ad vsum ciuilē moribus et legibus constitute sunt cū assensione auditorū quoad eius fieri poterit. Idem. Elaboro quoadeius facere possum vt consilia hostium intelligam.

Quoadusque eiusdem significationis est scilicet quantū vel quousque. Accius. Nihil te impedio quoadusque rem peragas.

Quocirca significat quamobrem.

Quousque: quādiu vel vsque ad quod tempus. Et ponitur interrogatiue. Cice. Quousque tandē abutere Catilina patientia nostra? Relatiue: vt quousque volui comedi: id est tam diu comedi: quādiu volui. Infinite vt quousque esses didici. Aliquādo significat vsque ad quē locū: vt Quousque agri tui fines protraxisti.

Quomodo tota vna dictio: significat quēadmodum. Cice. Quomodo potuissem te cōuenissem. Tale est ac si diceretur. Si quattuor pedibus ad te venire necesse fuisset. Quoquomodo. i. qualicūque ratione: vt cunque qualitercūque.

Quoquo versus vel quoquouersum significat versus oēs partes: quod vernacula lingua dicimus. En quelque partie que on se treuue: vt Quoquouersum se verterit aīa hominis ad dolores figitur alibi preterquā in te.

Quoque significat aliquo id est ad aliquā partē locū ve.

Quoque ponitur pro etiā. Seneca. Tu quoque simili modo exercere te debes. Aliquando pro similiter. Virgilius Vocabere tu quoque votis.

Quo minus significat: vt nō. Aug. sup Joānē. Si quo minus dixissem vobis. Interdū statim. Virg. Et quo minus arua insequitur. Quandoque sunt due partes. Ambro. sup Lucā. Fide titus putet sibi quo minus ea requirat magis posse suppetere.

Quo iure: quaque iniuria: prouerbiale est: quasi per fas nefas velis nolis. Teren. in And. Quo iure: quaque iniuria me precipitē in pistrinū dabit.

Quoniā coniunctio causalis vt quoniam prodest lege. Potest etiam esse subcōtinuatiua: vt quoniā ambulat mouetur. Interdū auctore Festo significat postquā.

Quod nomen relatiuū est: et cōiunctio causalis cū ponitur pro quia: vt quod scribas letor. Et non castigo te quod odio habeā: sed quo meliorem efficiā. vbi enim potest esse ibi etiam quia. Et vbi potest esse vt ibi potest esse quo: et ecōtrario. vt Non te castigo: quia odio habeam: sed vt meliorem efficiā. Quandoque ponitur pro sed: et in pricipio clausule locari solet. Cice. Quod si quis a me huius consilii mei causam querat: ita respōdeo. A quod fit quoddā quodpiā quodque: quodcūque quodlibet: vnūquodque.

Quondā aduerbiū tēporis: et mō preteritū tēpus denotat: pro olim: vel aliquando. Cicero. Fuit ista quondam in hac rep. virtus. Modo presens. Virgi. Quondā etiam victis redit in precordia virtus. Ponitur quandoque pro semper. Idem vt Quondam in stipulis magnus sine viribus ignis.

Quorsum: versus quē locū quasi quo versum: vt quorsum vadis? Quorsum seruus tuus iuerat tu iuisti: quorsum sit res euasura dubito.

Quot nomen numerale: vt Quot numi tibi sunt. Scio quot nūmos habes habeo tot quot tu.

Quotquot: id est omnes qui.

Quotidie. Vide in dictione Cotidie

Quotiens: significat quot annorum: habet enim antecedentia nomina numeralia vel composita ex numeralibus et anno: vt anniculus biēnis triennis: vt tu es biennis quotennis ille: Quidā etiam vsurpant quotenniū sicut septennium.

Quotenus: relatiuum diuisiuū significat vsque ad quem numerū. Cicero ad Atticum. In ripa nescio quotenorum iugerum.

Quotus relatiuum ordinale quo significatur cuius numeri: siue in quo numero aut ordine: vt sum primus in ciuitate: quotus es in tua. Quandoque ponitur pro quot. Mar. Dic quotus es: quāti cupias cenare: nec vllum Addideris verbū mensa parata tibi est. i. quot estis: et quot tecū habes: Quādoque significat cōtinuā quantitatem et ponitur pro quantus. Iuue. Quota portio fecis achee.

Quotusquisque in singulari: idem significat quod nomē numerale quot: vt quotusquisque est qui aliter sentiat Aug. lib. xx. de ciuita. dei. Quotusquisque hominū est cui profunditas veritatis huius appareat. Et est vetus elegansque locutio per interrogationē et ad paucitatem referri: vt quotusquisque studet? hoc est quā pauci sunt qui studeāt. Cice. Pro plancio: Quotusquisque iuris peritus est: quotusquisque disertus est?

Quotuplus: ad mensuram vel ad pondus refertur: vt Meus ager reddit decuplum quotuplum non reddit tuus.

Quotuplex quot generum.



R Littera semiuocalis est: et liquida que post mutam in eadem syllaba posita precedentem syllabā modo longam modo breuē facit: vt Ouidius in dictione patrē exemplum posuit. Iam patrem famulosque patris: lucemque timebant: vbi pa. syllaba et producitur et corripitur. Et apud grecos in initio dictionum r littera recipit aspirationem: vt Rhadamanthus: rhea et huiusmodi. Conuerturque nōnunquā in l vt intelligo pro interlego. Pelluceo pro perluceo: in simplicibus vt niger nigellus: vmbra vmbella. In s vt arbos pro arbor: odos pro odor. Transit in duo ss vt vro vssi: gero gessi. In u consonantē: vt sero seui. Tero triui. In n: vt Aeneus pro ereus.

R Ante A

Rabies ei: ⁊ rabia ę. a rapio: morbus canū: cum veluti furore quodā acti: hucatqꝫ illuc rapiuntur nec vllum quietis locum inueniunt. Alij rabiem quasi rauiem dici putant a raucitate vocis: quā rabiosi habent similem canis latratui. hinc

Rabiosus quia rabiem habet. Plinius lib. xxix. Datur morsis a rabioso ne rabidi fiant. Ponitur quandoqꝫ rabiosus pro iracundia pleno qui veluti rabie agitatus videatur.

Rabiosulus diminutiuū. Cice. Trebra Primas illas rabiosulas sat fatuas dedisti.

Rabidus qui rabiem habet.

Rabio is: nimia ira ⁊ quasi rabie agitor. Varro. Quid est quod latras? quid rabis? quid vis? Cecil. Rabia rabere se ait.

Rabula a rabie vt quidā volunt ⁊ a raui .i. raucitate: vt is sit Rabula qui in negocijs agēdis acer est ⁊ rabiosus. Unde ⁊ pro aduocato ⁊ causarum patrono accipi solet. Uel dicitur a radendis auribus. Nam vt a fando fabula: a nando nabula: a stādo stabula a pascēdo pabula: ita a radendo rabula. Nec alia ratione rabulas in foro dictos puto ꝙ ꝙ radant .i. offendāt aures ⁊ vt ait. Quintil. Nimia verbositate feriāt quasi ab instrumento illo nuncupati quod rabula cōmodius ꝙ radula vocari possit: hodie qꝫ vulgus ipsos garrulos ⁊ linguaces: ab alio instrumēto Tudiculas ⁊ pistilla cognominat. Quintil. Super omnia perit illa que Cice. in ora. Non enim declamatorez aliquē deludo: aut rabulam de foro sed doctissimū aut perfectissimū querimus. Idem quasi rabule qui sibi diserti non videntur nisi omnia tumultu ⁊ vociferatione concusserint.

Racemus penul. pro. pars botryonis siue potius ipse botryon qui ⁊ botrys more greco ⁊ botryus hoc est integer vuę racemus. Est enim illa testa vuarum plurima grana continens.

Racemosus a um. qđ est racemis plenum. Pli. Hedere modo racemosa est. Racemat⁹ a um: qđ racemos habet. Idem libro. xviij. de panico. Paruis racemato paniculis.

Racemarius malleolus: ex quo pāpini pullulāt vel steriles: vel certe minus feraces: vt inquit Col. lib. iiij.

Racha: nomen hebreum est inquit Hiero. qđ idem est qđ κενόσ id est inanis aut vacuus: quem nos possumus vulgata iniuria absqꝫ cerebro nuncupare. Quidam ethymologiā huius nominis de greco trahere voluerūt putantes dici pannosum Grece enim πακνοσ rachos dicitur. Sed nos huius verbi proprietatem subtilius ꝓspiciētes nihil intelligimus aliud esse racha nisi vocem incognitā irati animi cōmotionem significantis quales sunt interiectiones apud grāmaticos: sicut a dolente heu. Ab irascente hem. ⁊ huiusmodi. Aug. super Mattheū. Racha vox indignantis animi motum significans.

Rado is si sum: complano incido extirpo mundo. Col. libro. ix. Sic tamen ne quid radatur. Hiero. in Leui. Die septima radet capillos capitis barbamqꝫ ⁊ supercilia ac totius corporis pilos. Iuuena. Nam sergiolus iam radere guttur ceperat. Per translationē ponitur ꝓ ledo laceroqꝫ. Quintil. li. iiij. Ne ieiuna atqꝫ arida traditio auerteret animos: ⁊ aures ꝓsertim delicatas raderet: hoc est offenderet fatigaretqꝫ. Hui⁹ composita sunt Abrado: adrado: iuxtarado. Col. lib. iij. Reliquam partem quę continēs matri est adradito ne superuacua sarmenta procreet. Circūrado. Idē libro. iiij. Erecentissimū eligatur sarmentū ⁊ leniter circūrasum vt cortex tantū detrahatur. Corrado: derado: de aliquo rado. Plinius. Quod derasum est teritē ⁊ cribrat. Erado extra rado. Col. li. iij. Postea surculos quos inserere voles eradito tam alte ꝙ cuneum dimisisti: sed ita ne medullā: neue alterius partis corticem ledas. Interrado in medio rado. Idem in eodem. Nam si spisse posueris neqꝫ in terra quid ferre poteris: nec ipse fructuose erunt nisi interraseris. Obrado circūrado. Et oia habent pe. ꝓductam.

Rasito as: penulti. correpta significat sepe rado. Gel. libro. ij. Comperimus autem ceteros quoqꝫ in his temporibus nobiles viros barbam in eiusmodi ętate rasitauisse.

Rasores qui radunt. Et ꝑ translationē fidicinas qui videntur chordas ictu radere.

Rasura ipse radendi actus. Col. lib. v. Eaqꝫ rasura ita deducitur.

Rasamentum. Idem. Terebra gallica non scobem sed rasamenta facit.

Rasilis ⁊ hoc rasile penul. correpta quasi rasum nihil extantis ac redundantis plenitudinis. Virgi. cū Et torno rasile buxum: quasi rasibile dixit.

Rasorius a um: quod ad radendū pertinet. Unde dicimus cultros rasorios.

Radix dicta est ꝙ sepe effossa parum per terra raditur: vt arbor melius fructicescat. Plinius. Cum pali defixi radices cępisset. Huius diminutiuū est radicula.

Radicula parua radix. Colu. libro. iiij. Idem penus auctor ꝓbat vinacea promixta stercore depositis seminibus in scrobem mouere ꝙ illa prouocent ⁊ alliciāt nouas radiculas. Et radicula vocatur herba succum habens lauādis lanis cōmodissimū: hanc greci Struthion: ⁊ lanaria ob id a nostris vocatur.

Radico as: penul. pro. radicem facio: ⁊ radicem capio dicitur Pli. li. xviij. Frumēta multis radicant fibris Hinc componitur Eradico: quod est vsqꝫ ad radices euello. Hiero. in pręfa. psal. Cogitis ergo vt veluti quoddā nouale scissum iam aruum exerceam ⁊ obliquis sulcis renascētes spinas eradicem.

Radifico as: similiter significat radices facio.

Radicitus penul. cor. aduerbiū significat a radice: vnde ⁊ pro omnino quandoqꝫ ponit.

Radius splendor a sole micans. Varro. O summe sol qui totam hanc mundi cōpagem tuis radijs illustras Transfertur ⁊ ad fulgorem oculoruz. Pli. Cuius ex oculis radij nocte micātes cernunt. Gel. Stoici causas esse videndi dicunt radiorū ex oculis in ea quę videri queunt emissionez. Item radius dicit virga qua Geometre lineas iudicant. Virgi. Descripsit radio totū qui gentibus orbē Inuenta autē est hęc ars tempore quo nilus plus ęquo crescēs confudit terminos possessionum: ad quos innouādos adhibiti sunt philosophi: qui lineis diuiserunt agros. Inde Geometria dicitur cum non tantū terrę sed etiam maris ⁊ cęli ⁊ aeris spacia metiri consueuerūt. Item Textoris instrumentū qđ vulgo druellam nominant: quo tele annectuntur radius dicitur. Idem. Excussi manibus radij reuolutaqꝫ pensa. Radij quoqꝫ rotarū dicunt: vt apud eundem. Hinc radios triuere rotis. Instrumentū etiam quo raduntur mensurę radius vocatur qđ alio nomine hostoriū nomināt. Plau. Dij deęqꝫ omnes tantā nobis leticiā: tot gaudia sine radio cumuletis. Et radij dicūtur oliue oblonge. Virg. Nec pingues vnam in faciem nascuntur oliue. Orchades ⁊ radij ⁊ armara pausia bacca.

Radio radios emitto: fulgeo. Hiero. in prolo. Paral. Ubicūqꝫ asteriscos id est stellas radiare in hoc volumine videritis: ibi sciatis de hebreo additum quod in latinis codicibus nō habetur. Ouidius lib. ij. me. Argenti bifores radiabant limina value. Hinc componitur Irradio qđ est illustro ⁊ quasi intus radio. Plautus. Faciunt qđ consueuerunt: irradiant solibus

mensam: omnis ad risum ꝓuocant.

Radula penultima correpta. Instrumentū ferreū a radendo dictum. Unde pix radulana est dicta que radula eraditur. Plinius libro. xiiij. Radulana pice ac resina condire musta.

Ragades & ragadia fissurę sunt & rimę inter sedis vitia annumerate quorū crebra mentio est apud Pliniū. Auicenna non solum in ano sed in mentula nasci ragadas ꝓdidit. De quo & in dictione Condilomata.

Ralla genus vestis a raritate. Nam rarū facit diminutiuū rallū. Plau. Toga ralla: tunica spissa.

Rallum a radendo ferrum illud quo vomeres idētidez purgantur in arando.

Ramex genus Hernię. Uide in dictione hernia. Hinc ramicosus qui patitur illum morbū. Col. lib. x. aliter accipit ramices cum inquit de Uinario constituendo Deinde per transuersa laterum caua transmittuntur ramices qui exitus ferarū obserent.

Ramētū tenuis cuiusq; rei particulata: a radēdo quasi rasura. Unde ramenta auri: ramenta argenti: lignoꝝ & ceterarū rerū dicimus: cum foratur aliquid animalis ex tritu siue excursu: aut ex arena fluuiorū. Unde Plinius lib. xxxiij. Apud nos tribus modis fluminū ramentis. s. aurum inuenitur: nec vllū absolutius aurum est cursu ipso trituq; perpolitum.

Ramus arboris pars est cuius diminutiuū est ramusculus. Dicit & ramulus. Col. Et cū primū germina tumebunt de ramulis anniculis eos ligato.

Ramale idem qd ramus. Ouidius li. viij. meta. Multifidasq; faces ramaliaq; arida tecto. Persius. Ut ramale vetus.

Rameus a um: quod ex ramo est. Uirgilius libro. iiij. Georg. Et ramea costis subijciunt fragmēta thymū casiasq; recentes.

Ramnus genus sentium asperrimū aculeis & flore gracissimū: ait Hiero. super illud psal. Priusq; intelligerent spinę vestrę ramnū. At rhamnus cum h genitiuum facit rhamnuntis sicut Amathus untis. Trapezus untis. Et est attice regionis pagus ex quo formatur Rhamnusius a um: qd est ex rhamno. Tereñ. in And. Hoc certe scio rhamnusium se aiebat. Inde rhamnusia indignatiōis dea quā gręci νεμεσιν vocant. Nam cum narcisus formę bonitate abuteretur superbius: recte fingitur eiusmodi dea aduersus eū qui bonis pręsentib[us] sit indignus. Nemesis inq; indignationem significat: cuius simulachrū pulcherrimū eo in loco colebatur. Quod quidem marmoreū tradunt a phidia vlnarum in altitudine decem factū. De hac Ouidi[us] libro. v. de trist. Exiget ad dignus vltrix rhamnusia pęnas.

Rana genus animalis palustris: ranarum alie sunt terrestres licet in aquis dulcibus degant: alie marine. Ex terrestribus quedam in vepribus tantū viuūt et rubete appellantur. Alie inter harūdines fruticesq; versantur. Est & rana arborem scandens: & ex ea voci ferans ob id a calamis calamita. Rane etiā morbus est qui bobus accidere solet. Colu. libro. vij. Solent etiā fastidiosa cibo afferre vitiosa incrementa lingue quas ranas vocant veterinarij.

Ranunculus diminutiuū est a rana. Ambro. lib. Hexa. Culices & ranūculi circa genitales strepūt paludes.

Ranceo ces cui: rancorem habeo siue puteo.

Rancor putor quidam: a ranceo nomen verbale: sicut Acor ab aceo: albor ab albeo. Palladius in reb[us] rusticis: Receptacula olei semp sint munda ne nouos sapores veteri rancore infecta corrūpant.

Rancidus a um: qd est rancore putidū. Hora. Rancidum aprū antiqui laudabāt nō q: nasus Illis nullus erat sed credo hac mente q hospes tardius aduenieus vitiatū cōmodius q̄ integrū edax dn̄s cōsumeret. Huius diminutiuū rancidulus. Iuue. Nō tamē his illa vnq; opsonia fiunt rancidula.

Rantū dixerūt veteres quadrantē: q in eo & triente ratis fuerit effigies: quēadmodū nauis in asse.

Rapio pis pui ptum: significat pēr vim aut cum festinantia siue cum furore rapio: traho / euello / aufero. Terē. in and. Sublime hūc intro rape quātū potes. Lactā. li. v. Alios etiā in consortio mali sui rapiūt: q̄si habituri solatiū de pditione multorū. i. trahunt Uirgilius. Qui faceret quo se rapta bis coniuge ferret: id est ablata. Et li. j. Geor. Atq; illū in pręceps ꝓno rapit alueus amni. i. subito rapit. Aliqū rape est vim afferre vitiare. Et ꝓprie de virginibus atq; impuberibus pueris etiā si loco non dimoueant. Uirgi. Et rapti ganymedis honores. Sene. Rapta raptoris aut mortē: aut indotatas nuptias optet. Composita Abripio / arripio / corripio / deripio / diripio / eripio / irripio: prerripio / ꝓripio / & surripio.

Rapto as: frequenter rapio traho. Uirgi. Ter circum iliacos raptauerat hectora muros. Et lib. iij. georg. Sed me parnasi deserta p auia dulcis raptat amor.

Raptito as penultima correpta aliud frequentatiuum a rapto raptas.

Rapax auidus & rapinis semper intentus. Sueto. Inopia rapax metu seuus: Hinc rapacitas. Columella libro. j. Nisi maxima vel negligentia serui vel rapacitas interuenit.

Raptor qui rapit. Ambrosius. Raptores non nisi aliena diripiunt.

Rapo onis: idem qd raptor. Pompo. Ne vos conturbent auri argentiq; rapones.

Rapidus velox ab eorum qui rapiunt celeritate dictus Unde amnis rapidus qui cū celeritate & furore labit.

Raptio: rapina & raptus distinguuntur ab inuicem: q raptio ad personā: rapina ad rem: raptus ad stuprū referat. Tereñ. in adel. Disperij thesiphonē audiui filiū vna in raptione fuisse cum echino. Cice. Quas res luxuries in flagitijs: crudelitas in supplicijs: auaricia in rapinis: supbia in contumelijs efficere potuisset. Idem. Matronarū cedes: virginū raptus: Col. etiā rapinas vocat culturas raporū.

Rapinator a rapina raptor dicit. Lucil. Homo impudicus impune est rapinator.

Raptim aduerbiū significat cū festinatione.

Rapa ę. dicitur q passim rapiatur. Palladius. Rapa mutat in napos in alio solo per biennium sata. Alio ꝓo napus trāsit in rapam. Dicit & rapū neu. genere. Mar. Hęc tibi brumali gaudētia frigore rapa. Uarro. Ex semine brassice vetere sato nasci aiunt rapa. & cōtra ex raporū brassicā. Col. lib. ij. Ab his leguminibus ratio est habenda napoꝝ raporūq; magis vtilia rapa sunt. Hiero. ꝓo ad Eusto. Uix raris fabis & rapibus cū rudi hordeaceo pane saturant.

Rapulū diminutiuū a rapum. Hora. in ser. Captus vt aiebat cene acria circū rapula. Et iterum. Cū rapula plenus atq; acidas mauult inulas.

Rapunculas a rapo radicis exigue qui comedit in acetarijs: rapunciū vernaculi nostri dictitant.

Rapacia orū: raporū frondes quas homines decoctas in cibum sumunt. Plinius. Et homini nō minor rapaciorū gratiā q̄ cimarum.

Raphanus penultima correpta: genus radicis notę comestibilisq;. Plinius. Fertur in templo Appolinis delphici adeo ceteris herbis prelatus raphanus: vt ex auro diceretur: beta ex argento: rapū ex plumbo. Refert Alexander aphrodiseus esse calidum humores exsiccare et attenuare. Mouere ex humoribus spūs: ac eos exhaurire & exinanire dum p os eructat. Est & aliud raphani genus Armoracia a nostris dicitur. Quidā hoc nomen aspirant in prima.

Rarus a um: proprie dicitur qđ non est densum. Interdum ponitur ꝓ pręstāti: qm̄ omnia pręclara rara sunt. Virgi. Hic rarū tamen in dumis holus. Hiero. Rara est virtus nec a pluribus appetitur.

Rarenter aduerbiū idem qđ raro. Gel. lib. i. A rarus nō dicit rare: sed alij raro dicūt: alij rarenter.

Raro as: rarū facio. Cuius composita sunt Disraro ⁊ Interraro: qđ est in medio rarū facio. Col. lib. v. vtit. Rarefacio. Idē lib. vij. Hoc autē facile contingit si pri⁹ rarefeceris etiā eas partis supra quas ramū secaturus es feno aut stramentis texeris.

Raripilus a um: penul. cor. qđ hab3 raros pilos. Col. in pręfa. Et id ipsum aliter curatur mutilū ⁊ raripilū aliter cornutum ⁊ setosum.

Rarescere significat rarum fieri siue deficere. Col. li. iiij. Negligētia cultorū magna pars deperit: ⁊ interius seminū ceteraq; virentia rarescunt. Lactan. lib. vij. Ita enim iusticia rarescet: ⁊ impietas ⁊ auaricia ⁊ cupiditas ⁊ libido crebrescet.

Rastrum ⁊ raster mas. generis. Terē. At istos rastros interea depone. Virg. Rastraq; incurues ęuum tribuere ligones. Dicūt aūt rastra seu rastri qui ⁊ rutabri vocant ꝓprie quibus ꝑ fęnisecia festucas abradimus a quo abrasu rastelli sunt noiati: vt inquit Var. li. i. de re rus. Tū de pratis inquit stipulam rastellis eradi atq; addere fęnesecio cumulū quo facto sicilienda prata. i. falcibus cōsectāda. Verū ⁊ stabulariorū3 vsibus deputant: hisdē quoq; terrā effodiūt. Sue. in Nero. Tubaq; signo dato primus rastello humum effodit ⁊ chorbulę cōgestā humeris extulit.

Rastelli. Vide in dictione Rastrum.

Ratus a um: participiū a reor reris qđ significat puto. imaginor. Pris. Reor quoq; ratus facit participiū vt puto differētię causa: quia ritus aliud significat: et retus pro reatus dicebant: quō saucius pro sauciat⁹: lassus pro lassatus. Plau. in amph. Victis hostibus quos nemo superari posse ratus est. Aliquando ratus dicitur firmus: certus. Terēti. in Hecy. Ne qđ ego egissem esset ratum.

Ratifico as approbo: ⁊ quod actum est confirmo. Veteres ratare pro ratificare dicebant. Unde est irritare contrarium.

Ratio a ratum supino fit. Et est vis illa animi qua a ceteris aīalibus homo distinguit. Quę sic diffinitur ab Augusti. lib. ij. de ordine ꝙ sit mentis motio: ad ea ꝗ discutiuntur distinguendi ⁊ cōnectendi potens. Vn̄ ab Horatio ponitur ꝓ ratiocinatione ⁊ discursu animi ad inuestigandū verum. Cice. lib. ij. ad Herē. Rō est causa ꝗ demōstrat verū esse id qđ intendimus breui subiectiōe. Seneca. Quid est rō nisi naturę imitatio? Sequit ratio naturā ⁊ bonū sine rōne nullū est: ⁊ virtus non aliud ꝙ̄ recta rō. Aliqn̄ tn̄ rō ponit pro respectu ⁊ cura. Cice. Plāco. Peto a te vt me rōnes habere velis: ⁊ salutis ⁊ dignitatis meę. Sic dicim⁹ habēda est ratio honoris: rō rei familiaris. Idē lib. ij. offi. Habēda rō est rei familiaris: quā ꝗdē delabi sine re flagiosum est. Si ꝟo iūgat cū ꝓpositiōe cū: significat negociū. Idē in Cato. Rōnē hab3 cū terra ꝗ nūq; recusat imperiū. Et ad Atticū. Cū oībus musis rōnē habere cogito. Aliqn̄ ponit ꝓ causa: vt apud eundē M. Catoni. Cū aūt ad Cibistra ꝓpter rōnē belli ꝗnq; dies essem morat⁹. Aliqn̄ pro modo via ⁊ forma. Salu. At ego vobis inqt si modo vultis esse viri ratiōnē ostendā qua tāta ista fugiatis. Et rō qn̄q; dicit supputatio vel calculus siue expensa. Plaut⁹ in aul. Supputat rō cū argētario. Idē in amp. Et vt res rōnesq; viroꝝ oīm bene expedire vultis. Vn̄ rōnari⁹ codex in quo accepti ⁊ expensi rōnes describunt. Sue. in Cesa. Seruitia recentiora immēso pręcio ⁊ cuius etiā ipsum puderet sic vt vetaret rationib⁹ inferri: id est nolebat in rōnario ꝯscribi eā sūmā quā impenderat in emptione seruoꝝ. Ratio etiā ꝓportio dicit: vt si quādo numerus ad numerū habet ꝓportionē quā3 nos rectū dicim⁹ rōnē vel duplā vel triplā vt ꝗttuor ad duo: ⁊ sex ad duo. Rōnē purgare. Vide in dictione Purgo. Rōnē cōstare est ęquā legitimāq; rationē ostendi aut apparere ostendi posse. Pli. iunior. Mirū est ꝙ̄ singulis diebus in vrbe rō aut cōstet aut constare videat: cū pluribus cunctisq; nō cōstet.

Ratiuncula diminutiuū. Terēti. in Phor. Erat ei de ratiūcula iāpridē apud me reliquū pauxillulū nūmoꝝ.

Rationale: philosophi dixerunt esse qđ ratione vteret vel vti posset. Unde dicimus hominem esse animal rationale et mortale. Hic genere posito qđ animal est dictum: videmus additas duas differentias quibus admonendus erat homo ⁊ quo sibi redeūdum esset: ⁊ vnde fugiendum. Nam vt progressus anime vsq; ad mortalia lapsus est: ita regressus esse in rationem debet. Uno verbo a bestijs qđ rationale: alio a diuinis sepatur qđ mortale dicitur. Illud nisi tenuerit: bestia erit. Hinc nisi se auerterit diuina non erit. Rationale substantiuum genus vestis sacerdotalis est. Hiero. ad Fabiolam. Rationale etia3 dicitur genus vestis apud hebreos osuin: grece logion: nos rationale possumus appellare: pannus est breuis ex auro habens magnitudinē palmi per quadrū ⁊ duplex ne facile rumpatur.

Rationabile dicitur qđ cum ratione factum dictum ve est. Cuius cōtrarium est Irrationabile. Itaq; doinū aliquam rationabilem possumus dicere: nostrūq; sermonem. Rationalea autem vel illum qui hanc fecit: vel nos qui loquimur. Ergo procedit ratio ab anima rationali in ea quę vel fiunt rationabilia vel dicūtur. Duo ergo sunt in quibus potentia vel vis rationis possit etiam ipsis sensibus admoueri opera hominum que vidētur ⁊ verba que audiunt. In vtroq; autem vtitur mens gemino nuncio pro corporis necessitate. Uno qui oculorum est: altero qui aurium. Ita cum aliquid videmus congruentibus sibi partibus figuratum non absurde dicimus rationabiliter apparere. Item cum aliquid bene concinnere audiuimus: non dubitamus dicere ꝙ rationabiliter sonat. Irrationabile vero qđ his caret. Quintilia. libro. ij. Sed qr carēt sermone quę id faciūt muta atq; irrationabilia vocantur.

Rationarius: liber in quo rationes rerū gestaꝝ cōtinentur. Sueto. in Aug. Rursus tedio diuturne valitudinis cum etiam a magistratibus ac senatu domum accitis: rationariū imperij tradidit. Et rationarius liber accepti ⁊ expensi: vt supra in dictione ratio. Ite3 rationarius qui rationariū conficit vel qui rationib⁹ preest. Marcellinus. Quidam ex mercatore opulēto rationarius apparitor.

Ratiocinor penultima correpta significat ꝑ rationem ꝗrandā deprehendo/ colligo/ cōputo. Gel. li. i. Plutarchus in lib. quē conscripsit scite subtiliterq; ratiocinatū Pythagorā dicit in reperienda modulādaq; status lōgitudinisq; pręstātia. Cice. libro. i. Tus. Ac nos metuendi ratiocinādiq; vtilitate inspecta huius artis terminauimus modu3. Hinc ratiocinatores dicti sunt: qui calculatores vulgo nominantur. Mar. Nec calculator nec notarius velox maiorexquisitū circulo coronet. Ratiocinatio inquit Aug. lib. de immortalitate anime: est a certis ad incertorū indagationē nitens cogitatio.

Ratis et rates ꝭm Probum efferri potest. Et proprie rates dicūtur connexe ⁊ recte compacte inuicem trabes quę per aquā trahuntur. Abusiue a poetis vsurpant pro nauibus. Virg. Disiecitq; rates.

Raudum dicebat ęs. Vide in dictione Rudus.

Rauēna vrbs in octaua regione Italię. Sabinorū oppidū in ora littoris Adriatici olim tota ligneis compacta ędificijs: aquis diffusa: pontibusq ac lembis pagrata a thessalis cōdita ꝓhibet. Et cū a mari fiunt inundationes nō mediocre accipit partē cęni palustris. De hac Syrius lib. viij. Lenta paludoso ꝓscindunt stagna Rauēne. Hinc ortus est Cassiodorus senator qui multa eruditissime scripsit.

Rauis raucedo vocat̄ quę fit aut nimia siccitate ꝓpter clamorē: aut nimio humore ad vocis loca fluente: ex quibus vox homini plerūq negat̄. Plu. in au. Huccine deduxisti me ad senem parcissimū: vbi si quid poscamus ad rauim poscam⁹ priusq̄ q̄cq̄ det̄. Hinc rauio is: ꝛ rauus a um.

Rauum veteres dixerunt obtusuz. Unde raua vox obtusa ꝛ parū liquida. Rauus color obtusus. i. mixtus niger cum fuluo: color inter flauū ꝛ cesium. Cice. lib. iiij. acad. Quia nobismetipsis tū ceruleū tum rauum videtur qđ ꝯ nunc sole collucet.

Rauiscellus diminutiuū a rauo. Plau. Quis inq̄t hęc mulier ꝛ ille rauiscellus qui venit.

Raucus qui nimio clamore vel alia causa vocem obtusam habet. Aliquādo tū refertur ad optimā vocem. Virgi. Dant sonitū rauci ꝑ saxa liquētia cygni. Hinc raucitas ꝛ raucedo pro vocis obtusitate.

Rauces vermes terreni: radices arborū ledētes. Pli. Olea vbi quercus effossa sit male ponit̄: q̄ꝛ vermes qui rauce vocant̄ in radice quercus nascūt ꝛ trāseūt.

Raucio is. rauci rausum raucus sum. A quo Irraucio. Est ꝛ rauceo es: a quo raucesco ꝛ irrauceo.

R Ante E

Re prępositio ꝑ Apocopē a retro facta videt̄. Un̄ respicio retro aspicio reuertor retrouerto: reposco rez datam retro posco. Et non nisi composita reperitur: quę etiā alias significationes habet. Nam quādoq perfectionē denotat vt recognosco. Quandoq reciprocationem: vt redamo: Q̄nq cōtra siue aduersus vt reluctor repugno resisto: Q̄nq iterum atq iteruz seu sepe: vt reputo: Q̄nq de nouo: vt renouo: qđ est rursus nouum facio: Q̄nq inde: vt remoueo: Q̄nq valde vt redundo: Quādoq longe. Virgi. li. iij. Italiā petere ꝛ terras tentare repostas. Ser. i. lōge posita: Q̄nq denotat cōtrarietatē suoꝝ simpliciū: vt retego qđ tectum erat denudo. Resigno qđ signatum erat aperio. Recludo clausuz patefacio: Q̄nq habet diuersam licet nō contrariā a suis simplicibus significationem: vt scisco. Nam cum scire sit cognoscere rescire tū siue rescisceere nō est rursus cognoscere: sed factū aliqđ occulti⁹ ꝛ inopinatū insperatūq cognoscere: aduertere. De hoc loco suo. Sic respondeo qđ nō solū redico aut repromitto: sed re atq affectu satisfacio. Habet aliquando re eandem significationē quā habet simplex: vt represento. Componit̄ autē cū dictione ab a incipiente: vt redamo redarguo. b vt rebello. c vt recurro. d vt reddo. e vt redeo. f vt refero. g vt regredior. h vt redhibeo. i vt reijcio. l vt relego. m vt remigro. n vt renitor. p vt repugno. q vt requiro. s vt resarcio. t vt retineo. u vt reuertor. Sed cuz a. e. ꝛ h. interponit̄ d. causa euphonię.

Reapse significat re ipsa. Pacu. Si non est ingratum reapse quod feci.

Reate ciuitas in Umbria: ex qua Uespasianus originem duxit.

Reatus us: culpa crimen.

Rebello as: ex re et bello proprie significat repugno. Unde rebelles dicunt̄ qui in fide nō ꝑmanēt: ꝛ iussis potestatū repugnāt. Et rebellio repugnātia. Rebellare vulnera seu vitia dicūtur q̄n semel curata repullulant. Pli. Strumea herba est: qua rursus sata rebellare credunt herbarū q̄ curauerūt vitia.

Rebla regio babyloniorum: vel vrbs que nunc Antiochia dicitur.

Reboo as: ex re ꝛ boo mugio. Grecū est (vt inq̄t Ser. in cō. Ge. Nam apud latinos nullum verbum est qđ ante o finalē habeat o: excepto inchoo: qđ tamen maiores aliter scribebant: aspirationem interponentes duobus vocalibus ꝛ dicebant inchoo ꝑ translationē tamen roboare significat resonare. Virgi. li. iij. geor. Reboant syluęq ꝛ magnus olympus.

Recalesco rursus calesco. Cice. lib. ij. de natura deoꝝ. Quod nostris quoq corporibus contingit: cū motu atq agitatione recalescunt.

Recaluaster diminutiuuz est: significat eum qui fronte calua est: nō toto capite quasi recaluatul⁹ Legi quendā alioquin eruditū exponentē recaluastrū esse retro caluū: qđ falsum esse constat ex auctoritate Hiero. in Leui. scribētis. Si a frōte ceciderint pili recaluaster ꝛ mūdus. Dicitur ꝛ recaluus. Plau. in ru. Ecquem recaluum ac silonē senem. Hiero. contra Ioui. Recalua fronte de socrate. Hinc recaluo as.

Recanetū ciuitas in Italia q̄ a priscis recinata dicebat̄

Recedo is: abeo discedo. Unde recessus pro discessu: Aliq̄n protraho extendo: a quo recessus pro spacio. Curtius. In eo nemore longo recessu domus erat. Et recedere est retro cedere: a quo fit aduerbium recessim: quod est retro cedendo. Plautus. Recessim cedam ad parietem.

Recello is: reduco: reclino: sicut excello in altum extollo. Apul. lib. x. de asi. Illa eni quotiens ei parcēs nares recellebā accedens: totiēs nisu rabido et spinam prehendēs ad eā applicatiore nexu inherebat.

Recelliclunie dictę sunt meritorie meretrices quę desultura quadā ꝛ assultura mouēt clunes: vti venus concinnior incensori prestetur. Plautus. An vis inter ista versarier procedas pistorum amicas recelliclunias alicarias.

Recens nomē significat nouū: hoc est qđ nuper accidit Unde recentior recentissimus aduerbium recenter. Cice. Horū recentioꝝ nunq̄ dictum ab vllo qđ sciā. Idē Au. Cicinne. Cōmemorarē non solū veterū sed horū etiā recentiū vel ducum vel comitū tuorū grauissimos casus. Inuenit̄ etiā recēs aduerbiū. Plau. Qui recens ex agro venerat. Uirgilius. Sole recēs orto: id est recenti tempore.

Recentari: renouari: ꝛ denuo recens fieri. Actius. Iaz iam albicascit phebus ꝛ recētatur cōmune lumen hominibus et voluptas.

Recenseo es: recognosco ꝛ summā totius populi per numeros colligo. Un̄ recēsus ꝓ recensione ꝛ recognitione dicitur. Et recensiti qui ꝑ recensum numerati sunt. Sue. in Cęsa. Recēsuz populi vicatim ꝑ dn̄os insularū egit. Et in lib. Numeri scriptū est ꝙ recēsiti sunt a viginti annis oēs q̄ poterāt ad bella ꝓcedere.

Recido is: penul. cor. recidi recasum significat retro siue iterū cado: ꝛ semꝑ ꝓducit re. Prop. Recidit inq suos mensa supina pedes. Ambro. de obitu Satyri: ꝓ simplici posuit. Semꝑ optaui vt si quę ꝑturbationes vel ecclesiā vel me manerēt: in me poti⁹ ac meā reciderent domum.

Recidiuus a um: pe. ꝓducta significat qđ recidit. Uirgilius lib. iiij. Et recidiua manu posuissem pergama victis. i. quę reciderunt quasi didoni se purgās dicat eneas. Si mihi licuisset ruinas troie protinus instaurassem: nō tot tantisq laboribus ac periculis cōdere nouā vrbē quesissem. Similiter capit̄ illud ex lib. vij. Quin idē veneri part⁹ suus ꝛ paris alter Funestęq iterū recidiua in ꝑgama tede. licet Ser. interpretet̄ recidiua post casum restituta. Quod minime veꝝ est cū nunq̄ restituta fuerint. Nam ꝛ si febres a Pli. re

cidiue dicunt̃: nõ ꝓprie: neq̃ ex vocabuli significatione fit sed ex appellatione tñ: quasi recidiuorum febres ꝓpter eos qui in eas incidũt: ⁊ post eaꝫ depulsionem restituunt̃ rediuiue ꝓprie non recidiue dicũt̃ q2 tũc non recidũt siue nõ depellunt̃ sed reuiuiscũt ⁊ integrant̃. Recidiuus igit̃ qui recidit.i.qui retro vel rursus cadit: ⁊ nõ possit ꝑmanere. Vñ etiã eius simplex Caduus q̃ cadit. Pli.lib.xv. Colligi mala post equinoctiũ autũnale neq̃ ante sextãdecimã lunã neq̃ ante primã horã cadiua separari stramentis: storeis paleisve substerni: rara cõponi vt limites peruij spiritum equalem accipiant. Similem significationẽ habent reliqua nomina in uus terminata: vt natiuus: votiuus: rediuiuus.

Recido is cidi sum: penul. ꝓdu. ex re ⁊ cedo: qđ incido significat quasi retro seco. Unde recisos ramos dicimus: id est resecatos.

Recisamentũ a recido paruũ frustũ ⁊ quasi ramentũ ex aliquo recisum. Pli. Ocyssime ꝓ eruginẽ cõtrahit es coronarium recisamẽtis in acetũ additis.

Recipio is: penul. cor. ex re ⁊ capio. proprie recipere dicimus quãdo quis aliquid qđ tradidit recipit: quasi retro vel rursus capio. Liuius.lib.ix. Recipiant arma que ꝑ pactionẽ tradiderũt. Quãq̃ pro admittere: accipere. Cice.lib.ij.offi. Cyrillũ quendã suadentem vt in vrbe manerent: tectẽq̃ reciperent lapidib⁹ obruerũt. Quãq̃ ꝓ reuocare. Virg. Sic ore effata recepit ad sese. Quãq̃ in tutuꝫ reducere: liberare. Idem. Medioq̃ ex hoste recepi. Hinc receptus us ꝓ reductione. Et recipe seruũ. Vlp. dicit refugiũ esse abscondendi causa seruo ꝓstare: vel in suo agro vel in alieno loco edificio ve: qđ receptuꝫ dare vulgo dicit̃. Quãq̃ simpliciter reducere. Plau. in cap. Inde me cõtinuo recipiã rursuꝫ domũ. Quãq̃ recuperare. Cice. in Cato. Tarẽtũ ꝓo qua vigilãtia quo ↄsilio recepit: cũ quidem me audiẽte salinatori q̃ amisso oppido fugerat in arcẽ gloriãti atq̃ dicenti. Mea opera Quinte Fabi Tarẽtum recepisti. Et certe inquit ridens nisi tu amisisses nunq̃ recepissem. Quãq̃ excipere ad vsum suũ ⁊ reseruare qđ fit cũ venditis ceteris sibi quippiã reseruat. Plau. Vbi nunc adolescens habet: posticulũ hoc recepit cũ edes venderet. Hinc receptitius seruus appellatus est nupte mulieris ꝓprius: quẽ.s. cũ dotem marito daret: sibi reseruauit: quotiens eñi mulier in dãda viro dote aliqua ex suis bonis retinet: hec ea ad virũ transmittit: recipe ea dicit̃. Quãq̃ prosternere. Virg. li. viij. Totũ cui comminus ensem cõdidit assurgẽs ⁊ mlta morte recepit/ qđ ⁊ ꝓ accepit exponi põt. Sicut cũ dicimus. Accepit eum crudeliter vel malis modis. Significat etiam facienda suscipere ⁊ cũ obligatione ꝓmittere. Cice. Crasso. Que tibi ꝓmitto ac recipio sanctissime esse obseruaturũ. Quãq̃ simpliciter ꝓmittere. Cicinna ad Ci. Sed tñ ego filio dixerã librũ legeret: ⁊ ea cõditione daret si recipes te correcturũ. Ci. Bruto. ꝓ polliceor posuit cũ inquit. In ipsa causa exponẽda satis etiã de probitate dixi: sed tñ separatim ex me recipio fore eũ tibi ⁊ voluptati ⁊ vsui. Nã ⁊ modestũ hoiem cognosco ⁊ prudentẽ ⁊ a cupiditate omni remotissimũ: ꝑterea magni laboris: sũmeq̃ industrie: neq̃ hec polliceri debeo q̃ tibi ipsi si bñ cognoris iudicãda sunt. Seruat Cice. morẽ suũ vt difficile verbũ recipio ꝑ facile polliceor postea dotes (ceat.

Recepti in ciuitatẽ dicunt̃ qui cũ suffragio ciues sunt effecti: vt apud Liuiũ sepe legit̃. Et recept⁹ mos est quẽ sponte ciuitas alienũ asciuit.

Receptus us: reductio.i. quo se tutus recipit exercitus Vñ receptui canere dicim⁹ cũ tuba exercit⁹ e ꝓlio reuocatur. Virgilius libro.xj. Planicies inculta iacet tutiq̃ receptus.

Receptitius a um: quod reseruatur. Unde receptitius seruus appellatus est nupte mulieris ꝓprius quem reseruauit cum dotem marito daret. Qui ⁊ sugdotalis dicit̃ dñe futurus iugis comes.

Recepto as: frequẽtatiuũ a recipio. Terẽ. Meum receptas filium.

Receptaculũ locus in quem se tuto recipiunt. Cicero. Omniũ bonarũ artiũ receptaculum.

Reciparatio a veteribus dicebatur cũ inter ciuitates peregrinas lex conuenit: vt res priuate reddantur singulis recuperenturq̃.

Recidipna vestes quas vocant cenatorias. Iuuenalis. Rusticus ille tuus sumit recidipna quirine. Cõpositum nomen ex latino ⁊ greco.s. ex recinio. Δειπνον ꝓo cenã significat. Eadẽ etiã Tricliniaria dicunt̃.

Reciniũ vestis antiquissima quadrata vt inquit Var. cuius mediam parteꝫ retrorsum iaciebant. Vñ reciniati mimi. Ser. in cõ. lib. j. eñ. recinus dicit̃ ab eo qđ post tergũ reijcit̃: qđ vulgo mauorte dicit̃.

Reciprocus a um: pe. cor. qđ est repetitum. Unde pronomen reciprocum dicit̃: quia in seipsum reflectitur. Var. A recipiendo deriuat reciprocũ: ⁊ id esse asserit qđ aliquũde ꝓfectũ redit eo vnde ꝓfectũ est.

Reciproco as: repeto/ reflecto/ remitto/ retrogradior. Liuius lib. ij. de bello punico. Cũ iã spiritũ includeret ventus nec reciprocare animã sineret auersi a vẽto parumꝑ consedere. Gel. In eam phystulã ꝑ quã spiritus reciprocatur. Ci. lib. j. de diui. Si quidẽ ista sic reciprocantur: vt si diuinatio sit: dij sint: si dij sint: diuinatio sit.

Recito as: ex re ⁊ cito significat scripturã clare voce vt alij audiant intelliganťq̃ lego. Vñ poete et alij scriptores recitabant publice opa sua ⁊ nõnulli aliena. Aliqñ nõ legẽdo sed memoriter referẽdo fit recitatio Quintil. At ista legẽ recitat: loquẽs de muliere que ceca erat.

Reclamo as: pe. ꝓdu. clamore aduersor: nõ acquiesco. Cice. ꝓ Põpeio. Propterea q̃ istis reclamãtibus vos vnũ illũ elegistis quẽ bello ꝑdonum ꝑponeretis. Idẽ Lẽtulo. Eius orationi vehementer reclamatum est. Hiero. ad Dama. Sacerdotalẽ ordinẽ nõ tam pie q̃ audacter inuasit: ⁊ reclamantibus leuitis: nõne tu es Ozias rex ⁊ nõ sacerdos.

Recludo is: pe. ꝓdu. modo significat ꝓbe claudo. Hiero. Ostiũ qđ patebat recludẽs sera offirmauit. Modo habet significationẽ contrariã suo simplici. Plau. in cap. Cellas refregit oẽs intus: reclusitq̃ armariũ.

Recluniũ morbus cũ circa vngues cutis se soluit. Cluere enim soluere est.

Recognosco rursus cognosco. Amb. Fraudis sue vasculum diabolus recognouit. Interdũ ꝑfecte cognosco. Lactã. lib. ij. Que facta cuꝫ pater recognouisset abdicauit atq̃ expulit filiũ. Interdũ est (vt se aliquid habet) reuideo. Col. lib. j. Panis potionisq̃ bonitatẽ gustu suo exploret: vestẽ/ manicas/ pedũq̃ tegmina recognoscat. Inde etiã cũ opus cõpositũ emẽdandi causa reuidemus recognoscere dicimus.

Recolo is: pe. cor. significat reputo: repeto: meditor et mente tracto. Diom. Superest vt singula recolẽdo memoria tenus mãdent̃: ne frustra cuꝫ tpe euanescant. Cice. ꝓ Archia. Quantũ alij tribuũt tẽpestiuis conuiuijs: quãtũ denique alee: quãtũ pile: tñ ego mihimet ad hec studia recolẽda sumpsero. Interduꝫ recolere est rursus colere/ celebrare/ reuidere/ seu requirere. Hiero. in ꝓlo. Paral. Si qs in hac interꝑtatiõe voluerit aliqđ repꝛehendere: interroget hebreos: suã consciẽtiã recolat: videat ordinẽ textũq̃ sermonis: ⁊ tũc nro labori si poterit detrahat. Idẽ ꝓ recitare posuit scribẽs ad Principiã. Sepe ⁊ multũ flagitas virgo christi pricipia: vt memoriã sancte femine Marcelle litteris recolã: ⁊ bonũ quo diu fruiti sumus etiam ceteris noscendũ imitandũq̃ describã. Interdũ significat

cat ad mentē seu memoriā trahere. Aug.lib.ix.con. Ad hec ei quid responderim nō satis recolo.
Recondo is:repono & contego.
Recordor:rursus in cor reuoco:vel iterū rem cordi do. Et dicimus recordor huius rei & hanc rem. Cice.in Cato. Ut pedestres naualesve pugnas:vt bella a se gesta triūphosq̧ recordent. Inuenit & cōmune. Hie ro.in Ezech. Oēs iusticie q̄s fecerat nō recordabunt
Recresco:rursus cresco. Pli. Cartilago rupta non soli desicit:nec p̄cisa ossa recrescūt.
Recrudesco:renouo tractū a vulneribus que agitatiōe nimia iuterdū recrudescunt.i.cruda & noua fiunt.
Recupero as:pe.cor. redimo & rē amissam rursus acq̄ro Liuius li.v. Ferro nō auro recupare patriam iubet.
Rectus a um:a rego fit:& id est qđ regitur:sicut rector qui regit. Aliq̄n rect⁹ dicit qui stat et erect⁹ est. Uñ dicimus. Ille vadit rectus:hoc est non flexus. Aliq̄n dicit qui nullā in partē flectit:cuius cōtrariū est obli quus. Unde per translationē recti homines vocant iusti:& rectū iustū. Item rectū dicit p̄fectum officium qđ greci catorthoma vocant.
Rectus apud grāmaticos dicit primus casus:q̄ tamen improprie dicit casus:cū ntūs a nullo flectat:& ceteri casus ab eo flectant & cadāt:ideoq̧ dicunt casus.
Recta absolute a veteribus dicebat cena quā clietibus & cōuictoribus & recto ordine discūbētibus laute p̄n cipes dabāt. Sue.de Aug. Cōuiuabat & assidue:nec vnq̄ nisi recta nō sine magno ordinū hominūq̧ dele ctu. Mar. Promissa ē nobis sportula recta data est Sportula vo specimē erat pusilli parciq̧ hoīs. Idē in Nero. Adhibit⁹ sumptib⁹ mod⁹ publice cene ad sportulas redacte. Recta tunica dicebat q̄ ita p̄texta erat:vt veluti rigēs staret. Uel q̄ a stantib⁹ ab imo in altū texebat:hac Tirones & noue nupte induebant. Inuenit etiā recta aduerbiū. Pli. Cū domū recta p̄ ficisceret. Uirg. Non alis faciunt cuncta recta.
Rectum dicit intestinum: quia in imo vnde excernitur dirigitur.
Recte aduerbiū significat bene iuste. Et differt recte di cere & vere dicere:q̧ recte dicere ad v̄ba: vere ad sen tētiā referat. Nā possum⁹ recte & falsū dicere:dū mō nullo vitio verbor̄ dicat. Terē. Et recte & vere dicis
Rectangulus est cum linee ita cōiungunt:vt nulla pars magis declinet.
Recubo as penul.cor. & recūbo is:quiesco:iaceo. Uirgi. Tityre tu patule recubans sub tegmine fagi. Et iterū. In te omnis domus inclinata recūbit.
Recula e.pe.cor.diminutiuū est a res.
Recuso as:penul.p̄du.ex re & cuso qđ a cudo is fit. Et significat refuto. Ambro. Que a beata Agne veluti quedam sunt stercora recusata.
Recuticus pe.pro.curtatus:& cui a glāde reiecta est cu tis. Quo noīe dicti sunt iudei. Sidon. Fert recutico rū primordia iudeor̄. Causa cur hoc fiat refert a Lactantio. Deus cupiēs (vt Socrati pariter placebat) corpora humana esse fenestrata:nihil tecti & obuoluti in finib⁹ cordis iussit nudādā glandē:hoc est cor disco periendū:qđ figurata similitudine glandi cōuenit:vt significaret cor ip̄m rete gendū & pura nuditate nudā dum. Recutici ergo a recisa verendorū cute vocati sunt iudei. Mar. Nec recuticor̄ fugis inguina Iudeor̄. Etiā q: sanior est glans a sanie.
Redamo as:pe.cor.significat cōtra vel simił: siue me amātē amo. Aug.lib.iiii.cō. Hīs atq̧ hmōi signis a corde amātiū & redamātiū p̄cedētib⁹ p os:p linguā: p oculos:& mille mot⁹ gratissimos q̄si fomitib⁹ cōflare aios & ex plurib⁹ vnū facere:hoc ē qđ diligit i ami cis:& sic diligit:vt rea sibi sit hūana cōscia si nō ama uerit redamantē:aut si iam amantē nō redamauerit. nihil querēs ex eius corpe p̄ter indicia beniuolentie.
Redandruo as:de priscis dictionib⁹ est ex re & andruo significat redeo.
Redeo is:rediui & redii itu:retro eo siue reuertor. Terentius. Redeo inde iratus atq̧ egre ferens. Interdū reuocor. Uirg. Redit agricolis labor act⁹ i orbē.
Redito as:pe.cor.frequētatiuum significat statim siue continue redeo. Plau.in cap. Nunc ita conuenit inter me atq̧ hunc Tindare:vt te estimatum in aulidē mittā ad patrē si non reditas.
Reditus us: pe. cor. duo significat.s.reuersionē. Ouid. Uela queror reditu v̄ba carere fide. Et p̄uētū:eo q̧ singulis annis reditus redeat. Idem lib.ii.de ponto. At reditus iā quisq̧ suos amat:& sibi q̄d sit Utile sol licitis supputat articulis.
Reddo is:reddidi itū p duplex dd.differentie causa vel euphonie:quasi retro do. Nam p̄prie reddere est ac ceptū vel ablatū restituere. Terētius in phor. Si q̄s quid reddit:magna est habēda gratia. Ponitur etiā pro dare. Celsus iureconsul. Reddēdi verbum q̄q̄ significationē habet retro dādi:accipit tñ & p se dādi significationem vt reddo tibi litteras quas mihi Cicero ad te dedit. Item pro facere:vt reddo te certiorem & tu me reddidisti probū virum. Uirg. Tu das epulis accumbere diuum. Itē & reponere. Plautus. Tēpestas venit cōstringit tegulas imbricesq̧:ibi dñs indiligēs reddere alias ne vult. Itē p̄ducere. Idē in Tri. Id frumēti q̄ alibi messis maxia est tribus tantis illis minus reddit q̄ obseueris. Itē p̄ Exponere. Idē in aul. Tibi ego rōnē reddā stimulor̄ seges.
Redhibeo es:pe.cor. ex re & habeo:d interposita cā melior̄ soni & abiecta aspiratiōe. Et ē redhibere. vt Ulp. inde facere vt rursus hēat venditor qđ habuerat. Festus Redhiberi id ē qđ redditū ē improbatūq̧. Et q̄ dedit rursus coact⁹ est habere id qđ ante habuit. Hinc redhibitio actus ipse restitutiōis. Uerius h.seruat.
Redigo is:pe.cor. ex re & ago:a in i cōuersa & d interpo sita significat quadā vi aut industria reduco & semp̄ actiū cū p̄positiōe postulat:multisq̧ accōmodat acti bus. Plau.i amp. Deniq̧ Alcmenā rediget antiquā in cōcordiā coniugis. Idē in asi. Redigāq̧ te vñ orta es ad egestatis terminos. Cice.li.iiii.phil. Potētissi mos reges bellicosissimas gētes in deditionē huius imperii redegerūt. Et li.v. Quib⁹ reb⁹ tāta pecunia vna in domo coaceruata est:vt si hoc gen⁹ in vnū redigatur nō sit pecunia reip. defutura. Lactā.lib.iii. Quid ille q̄ patrimoniū in nūmos redactū effudit in mare. Et iterū. Sed si id fecisset ipse se in populū redegisset. Terē.in adel. Tu hō rediges me ad insaniā Et in phor. Ego me nego tu q̄ ais redige i mēoriā. Et iter̄. In id redact⁹ sū loci vt q̄d agā ex illo nesciā p̄sus
Redimo is:pe.cor. ex re & emo:d interposita euphonie cā:significat emo. Cice. Qui merces redimūt vt statim vendāt. Et in iure ciuili redēptores vectigalium emptores appellant. Cice.in ver.act.ii. Ut primū ex p̄uincia redut redēptio huius iudicii est facta grandi pecunia. Et redimere ē recupare qđ vernaclā lingua dicimus rescodere. Ci. Re vilissima & parua maximā redemit. Uñ q̄ ab hostib⁹ capti sunt vel q̄ alicui pene sunt obnoxii soluto p̄cio redimunt. Itē q̄ iniuste verā tur si p solutionē pecunie liberati fuerit redemisse vexationē dicunt. Plau.i asi. Redime isthoc bñficio te ab hoc & tibi eme hūc isto argēto. Curti⁹. Sed medi ci quoq̧ grauiores morbos asper̄ remediis curāt:& gubernator vbi naufragiū timet iactura q̄cq̄d seruari pōt redimit. Terē.in eu. Quid agas nisi vt te redimas captū q̄ q̄as minimo si neq̄as paululo at quāti q̄as. Hiero.in Exo. Omne p̄mogenitū hoīs de filiis tuis p̄cio redimes. Rursus redimere emēdare:quod tamē fere in idē recidit. Cice. Nō eñ p̄teritā culpam videri nolo redemisse. Ille eñ preteritā culpam redi

mere dicit̃ qui aliquo egregio facto eã cõpensat.

Redempto as: frequẽtatiuũ est a quo redemptito as. Plau. Redẽptitauere ad vnum captos.

Redimio is: redimiui itũ: pe. pro. ex re ⁊ emio d. interposita: ⁊ e in i mutata: significat orno corono acupingo. Clau. li. ij. de raptu. Nec sic innũeros arcu mutãte colores. Incipiẽs redimit̃ hyems cũ tramite flexo Semita discretis interuiret humida nimbis. Et li. iij. Medijs inuenim⁹ aruis exanimẽ: cyane ceruis redimita iacebat. Nã et⁹ simplex Emio orno seu decoro significat. Oui. li. j. Hero. Qđ tibi donaui ꝑfide lit/

Redimicula ornamẽta capitis mulierum ⁊ (tus emi. vittarũ tenię pẽdẽtes a posteriori parte mitrę. Iuue. Accipiẽt te paulatim qui longa domi redimicula sumãt Frontibus ⁊ toto posuere monilia collo.

Rediuiua q̃ post interitũ redeunt: vel qđ mortuũ est ad vitã redire põt. Cypri. Ad hãc denuo lucẽ rediuiuũ corpus aiat̃. Vel rediuiua sunt q̃ ex vetusto renouãt̃ Qđ ⁊ Seneca sentire videt̃ li. iiij. decla. Rediuiuum me senẽ meretrix vocat. Iuue. Prodiga nõ sentit ꝑeuntẽ femina cẽsum. Ac velut exhausta rediuiu⁹ pullulet arca Nũmus: ⁊ e pleno semꝑ tollat̃ aceruo.

Rediuius vermiculus seu bestiola quedã q̃ infixo semꝑ sanguini capite viuit cui vni ex oĩbus aĩalib⁹ cibi exitus nõ est: sed vsq; adeo intumescit satietate: vt ipso alimento moriat̃: hoc greci κροτωνα vocant: latini rediuim a rediuiendo .i. soluendo ꝙ carnes animaliũ succu resoluat. Vernaculi nr̃i tecas appellãt. Col. lib. vij. Uteri quoq; ⁊ sub femina manũ subijcere conuenit ne ad hmõi tactum postmodũ pauescãt: ⁊ vt rediuij q̃ plerũq; feminibus inherẽt eximant̃.

Rediuia morbus est cũ cutis extra vngues se soluit qr rediuire est soluere. Grece παρωνυχια dicit̃. Pli. lib. xxix. Lana succida rediuias sanat ex aqua frigida Placidus grãmaticus accipit rediuias pro serpentium genere exuuijs.

Redoleo es: pe. cor. Vide in dictione Oleo.

Reduco is: pe. ꝓdu. retroduco retraho. Iust. lib. ij. Reliquas copias rex ip̃e reducere in regnũ parat. Sue. de Cali. Equitẽ romanũ obiectũ feris: cũ se innocẽtẽ proclamasset reduxit abscisaq; lingua rursus induxit. Item reducere est liberare et sine periculo recipere. Apul. Meq; oppido in arcẽ reduco. Hinc reduces Itẽ replicare: a quo reductũ replicabilẽ dicim⁹. Virgi. Inq; sinus scindit sese vnda reductos. Itẽ reconciliare: vt illud eiusdẽ. Numẽq; reducant. Hui⁹ verbi qñq; prima ꝓducit̃: qñq; corripit̃. Hora. lib. Ser. Dij tibi dent capta classem reducere troia. Virg. lib. iiij. Eiectam classem socios a morte reduxi.

Reducẽ ⁊ reduces pe. cor. illos dicimus qui a periculis in tutũ ab exilio siue captiuitate reducuntur in patriã. Cice. ꝓ Mi. Quid me reducẽ esse voluistis: an vt spectãte me expellerẽt̃ hij ꝑ q̃s essem restitut⁹. Virgi. Nãq; tibi reduces socios classemq; relatã Nũcio

Redũdo as: ex re ⁊ vndo d. interposita significat supabũdo. Hiero. in ꝓlo. ꝓuerb. Ut pleni⁹ cognoscatis quid in libris nostris minus sit: quid ve redundet. Et redundare refluere seu recipe. Plau. Hoc facinus in tuum redundabit caput.

Refello is: ex re ⁊ fallo significat qđ dictum est arguendo falsum ostẽdo. Cice. li. ij. tus. Et refellere sine pertinacia: ⁊ refelli sine iracũdia parati sumus. Et differt a purgo: ꝙ refellere dicat̃ de eo q̃ factũ negat. Purgare de eo qui fatet̃ quidẽ factũ: sed defendit.

Refero pe. cor. reporto quasi retro fero. Quintil. Ad patrẽ arma nõ retulit. Aliqñ in ꝯsultationẽ pono. Et sic construit̃ cum acũ mediãte ad. Salu. Refer inde ad senatũ .i. fer in consultationem: vbi solet iungi de. vt De oĩbus retulit ad senatũ. Hinc relatiões fieri dicunt̃ in senatu. Seneca. Ex relatiõib⁹ manãt senatuscõsulta. Qđ etiã i facto solet: vt Cice. Si ad vnũ oĩa referẽda sunt: dignissimũ esse Põpeiũ. Hoc est si vni oĩa adscribẽda sũt. Aliqñ reuoco redeo. Virgi. Ille pedẽ referẽs. Cice. Referebã me ad illud icredibile. Aliqñ recẽsco. Virgi. Cogere donec oues stabulis numerũq; referre iussit. Aliqñ ascribo Sue. Et i deorũ numerũ retulit. Aliqñ cõuerto. Virg. li. xj. Multa dies variusq; labor mutabilis eui retulit in meli⁹. Aliqñ renouo ⁊ quasi rursus fero. Idẽ lib. v. Hunc morẽ hos cursus atq; hec certamina prim⁹ Ascani⁹ Longã muris cũ cingeret albã retulit. Aliqñ ꝓduco Pli. lib. xxj. Diximus ⁊ terrã referre multum. Aliqñ narro: indico. Virg. Referes ergo ⁊ hec nũcius ibis Pelide genitori. Aliqñ ostẽdo. Lucil. li. j. Quis posset odiri: q̃s neq̃at referat vnde. Aliqñ dico: vt rettulit mihi. Aliqñ exprimo imitor. Iuue. Et multũ referens de mecenate supino. Aliquando reddo. Virgi. lib. viij. O mihi ꝑteritos referat si iupiter annos qualis erã. Etiã cũ de bñficio reddẽdo loquimur grã in singulari ꝓ beneficio sumi debet vt referam gratiam Quin ⁊ ad maleficiũ reddendũ eo auctores vtuntur Plau. in Cur. Ni argẽtũ referas. Sed quõ differat ab ago et habeo: vide in dictione ago. Aliqñ porto Cor. Tacit⁹. Cũ ex agris segetes domũ referrẽt. In tertia ꝓo ꝑsona ponit̃ ꝓ estimandũ est: siue valet aut interest siue vtile aut cõmodũ est: ⁊ contra naturã re syllaba ꝓducit̃. Cice. Pu. Seruilio. Sperare tñ videor Cesari college nos fore cure ⁊ esse vt habeam⁹ aliquã rẽp. cuius consilij magni referebat te interesse id est estimãdũ erat. Pli. Infinitũ refert lunaris rõ .i. valet. in infinito. Idẽ. Quippe victimas cedi sine precatione non videt̃ referre: nec deos rite consuli .i. interesse. Qñq; ponit̃ ꝓ obest. Terẽ. i phor. Quid tua malum id refert magni demipho. Colu. lib. viij. de canibus loquens. Non multũ refert an villatici corporibus graues ⁊ parũ veloces sint .i. ꝑiudicat: siue incõmodũ est: siue estimandũ est. Plau. in rud. Quõ habeas id refert iure an iniuria. Pli. li. xvj. Nec terre tñ natura circa has refert .i. vtile est. Liui. ꝓo li. ij. Aliter adeo ne est fundata leuiter fides vt vbi sim q̃ qui sim magis referat .i. estimet siue existimetur curtur ve. Aliqñ sumit̃ ꝓ necesse est. Salu. Quare vanũ quidẽ hoc consiliũ est si periculum ex illis timuit: si in tãto omniũ metu solus nõ timet eo magis refert me mihi atq; nob̃ timere. Virg. li. ij. ge. Neq; eñ nũero cõprendere refert. Hz h̃ ṽbũ ꝑteritũ retuli et supinũ relatũ: quoꝝ vnũ ꝑ duplex tt. alterũ ꝑ duplex ll. qñq; apud poetas scribit̃. Hora. Rettulit acceptos regale numisma philippos. Lucr. Id rursũ celi rellatũ tẽpla receptãt. Catul. alr. Si reditũ retulisset is aut i tẽpe lõgo. Oui. li. xv. met. Esse fidẽ digit⁊ ad frõtẽ sepe relat⁊

Refero acceptũ fateor me accepisse ab aliq̃. Cice. Vitã acceptã refert clemẽtię tuę. In malũ. Idẽ. Omnia deniq; q̃ postea vidim⁹: q̃d aũt mali nõ vidim⁹ si recte rõcinabimur vni accepta referemus Antonio.

Refero ipensum: est rõnẽ de expẽsis vel facio vel reddo.

Refertio is si tũ. ex re ⁊ farcio significat repleo: qđ quidẽ alij cũ abltõ: alij cũ gtõ cõstruũt. Cice. ꝓ. Cor. Ex eis rebus vrbẽ Italiãq; referserunt. Gel. Is librũ multe varieq; hystorie refertũ cõposuit.

Reficio is: pe. cor. recreo restauro. Pli. Cũ reficiẽdi animi grã id fecissz. Vñ refectũ istauratũ renouatũ ⁊ qđ corruptũ erat i statũ pristinũ reductũ dicit̃ q̃si rursus factũ. Ulp. Verbo reficiẽdi tegere substruere: sarcire edificare: itẽ aduehere apportareq; ea q̃ ad eandẽ rẽ opus erit cõtinent̃. Aug. li. j. con. Ruinosa est dom⁹ refice eã. Et in euãgelio. Erant reficiẽtes retia.

Refigo is: pe. produ. qđ fixum erat educo.

Refluo is: retro seu rursus fluo. Unde flux⁹ ⁊ refluxus maris dicitur.

Refragor penul. pro. verbū deponens: licet ⁊ refrago legat: significat modo resisto: nō suffragor. Sisen. lib. xxij. Multi populi plurime concionis dictaturā oīnibus animis ⁊ studijs refragauere. i. dictature nō suffragati sunt.

Refrango is. rumpendo aperio. Plaut. in cap. Cellas refregit omnes intus: reclusitq; armarium. Et refringere est fortiter vel iterū frangere. Aug. lib. iij. con. Et hoc solū me in tanta refragantia refrangebat q nomen christi non erat ibi.

Refractarius dr qui contumax est et nimis sue sententie tenax. Seneca. Existimant philosophie fideliter deditos cōtumaces esse ac refractarios. Dictus refractarius a refringēdo tanq̄ liberrimus sit ⁊ cūcta obstātia refringēs: vt nullo seruitutis claustro coerceat.

Refrico as. pe. cor. renouo. Tractū a vulneribus que plerumq; fricando renouant. Cice. Sextio. Sin aūt oīa que sentio perscripserim ne refricem meis litteris desideriū ac dolorem tuum.

Refrigero as. pe. cor. frigus induco vel rē calidā frigidā facio. Cic. in Cato. Vbi eīn pōt illa etas aut calescere: aut apricatiōe melius vel igni: aut vicissim vmbris aquisve refrigerari salubrius. Colu. lib. ij. Atq; ita rursus in sole siccata ⁊ mox refrigerata recondit. Aliqn̄ refrigerare est subleuare recreare. Vn̄ refrigeriū subleuatio ⁊ quasi recreatio mētis: tractum ab estuantibus qui flabellis et frigida aura recreantur. Aliqn̄ diminuere siue dimittere: sicut ecōtrario Feruere p crescere ⁊ frequentari.

Refrigeratorius a. um. quod refrigerat. Plin. lib. xxij. Refrigeratoriā tn̄ vim esse conuenit.

Sicania / dicta est sicilia a sicanis populis qui primi eam insulam incoluisse feruntur: qui tamen non sunt indigene / sed hyspani. Sicilia vero a ducis nomine: vt inquit Seruius.

Sicaris penult. cor. nomen est fluuii in hyspania: a quo sicani populi dicti sunt.

Sicionia / insula est in mari ęgeo ex opposito ad epidaurum. Alta quidē ⁊ eminens: vt refert Pli. Est ⁊ Sycionia seu sycion vrbs in achaia nō procul a corintho in qua primus regnasse ferf Aegialeus: quę nō c Clarentia dicitur Syciōnē fuisse officinā ꝑ omniū metallorū patriā. Pli. scribit: In ea etiā Cicerōe teste molles ⁊ muliebres calcei confici solebant. Unde Sicyonia calceamenta dicta sunt. Lucil. Et pedibus leus sicyonia demit honesta.

Sichem / filius chanaā q̄ ciuitatem sui nois ędificauit in phenice quę Sidon a grecis appellata est.

Sicilia / italię insula a Siculo Neptuni filio dicta. Uel sicilia quasi sicelita: hoc est execta. Nam olim agro Brutio ānexa: mox interfuso mari siculo auulsa. Ob hoc greci rhegyo nomē dedere quasi auulso. Unde Virgi. lib. iii. Hęc loca vi quōdā ⁊ vasta cōuulsa ruina (Tm̄ eui longinqua valet mutare vetustas) Dissiluisse ferunt cum protinus vtraq̄ tellus Una foret. Eam greci siceliā dixerūt. Olim trinacria appellata est ꝙ tria acra: hoc est tria cacumina habeat. Nā tribus promōtoriis in diuersa procurrit. Uel Triquetra / ꝙ triāguli figurā habeat hmōi Δ. Triquetrā eni figuram triangularē dixerūt. Quorū vnus angulus qui in meridiē vergit / pachynus dicit. Alter Pelor⁹ qui ad septentrionē spectat ⁊ ab italia mille quingentis passibus distat. Tertius lilybeus qui carthaginē maxime spectare videt ⁊ ab aphrice littoribus. cxx. milibus pas. distare prodiderūt. Hęc ab oriente ⁊ occidēte septentriōeq̄ tyrrheno mari a meridie aphrico alluit. Patet in longitudine a peloro vsq̄ ad pachinū milia pas. clxxxvii. In latitudine. clxxxix. Sicania preterea dicta est a sicanis hispanię populis q̄ duce sicano primū in italiā venisse ferūtur. Hęc a principio: vt Iusti. scribit Cyclopū patria fuit: quibus extinctis ęolus regnū insulę occupauit. Unde Virgi. lib. iii. Ignariq̄ vię cyclopū allabimur oris. Et illud Exulat ethneos vidit cyclopas vlysses. De hac Dio. sic scribit: Sicilia optima insularū omniū antiquitate rerum cęteras antecellit. In ea sunt panorm⁹: Cathana / Syracuse. xi. olympiade conditę. Preterea Messana / Eryx ⁊ Leōtinū / Gorgie philosophi patria. Ibi Arethusa fons. Eryx ⁊ etna montes. Est et Sicilia herba a siciliendo dicta: quā alio nomine Fenogrecū vocāt / ꝙ nulli⁹ fere cultus sit / sed tm̄ sicilit: hoc est secat. In ea primuz seminatū est: ⁊ Comedia primū inuenta est. Hic archimedes natus q̄ siderum disciplinā machinatus est. In ea specus lestrigonuz vbi habitabant ⁊ Achates lapis inuenit.

Siciliēses dicunt qui alibi orti in sicilia versant.

Siculi / qui e sicilia sunt / vl incolę / vel indigene. Siculū mare angustū atq̄ anceps alterno cursu modo i thuscum / modo in Ionium pelagus influit verticosum ⁊ scyllę ac charybdis seuitia inclytū.

Sicelis idis forma greca a Sicila fit. Virgi. Sicelides musę paulo maiora canamus.

Sicelisso as. sicula lingua loquor. Plau. Nō atticissat sed sicilissat.

Sicileo es. siciliui: vl sicilio is. iui. itū. Sicilire est q̄ male secta sunt secare: vt fit cum fęnisecęs pretereunt in pratis: Pli. lib. xviii. Prata quotiens secta sunt / sicilire oꝑtet: hoc est qd fęnisecęs ꝑterierūt secare Var. lib. i. de re rus. Quo facto siciliēda prata .i. falcib⁹ cōsectanda quę fęnisece ꝑterierūt / ac quasi herba tuberosum reliquerunt campū: a qua sectione arbitror dictum sicilire pratum.

Siclicus scrupulos sex cõtinet: dicit⁹ ꝙ semiũciã secet.

Siclices/hastarũ spicula lata.

Siclus apud hebreos dr vncia. Apud grecos latinosq; quarta pars vncie ⁊ stateris medietas drachmas duas appendens.

Sicimina quidã ita edisserunt inquit Hiero. vt ea gen⁹ arborũ appellare velint que palestine nascunt in cãpestribus q̃ si nõ vellicent amarissimas caryculas faciunt: ⁊ a culicibus corrũpunt nobis aũt qꝛ solitudo in qua morabat Amos nullã hmõi gignit arborem magis videt rubos dicere qui afferũt moras ⁊ pastorum famẽ ac penuriã consolantur.

Sicimniũ/genus veteris saltationis quasi siticiniũ: hoc est cantũ apud sitos. Unde Siticen q̃ apud sitos canere solitus est: hoc est vita functos ⁊ sepultos.

Sidon vrbs phenicis insignis cananeorũ ad aquilonez respiciens: ⁊ postea regionis iudee: hãc phenices: vt quidã aiunt cõdidere qui terremotu relicto patrio solo assyriũ stagnũ primo mox mari proximũ littus incoluere: condita vbi vrbe quã a pisciũ vbertate sidona vocauere: eo ꝙ tali noĩe piscem vocent. Sed deinde post multos annos expugnati ciues sunt qui nauibus appulsi Tyron vrbem anno troiane cladis cõdiderũt. Hanc Eusta. a Sida Beli filia dictã putat Iosephus a Sichẽ filio chanaan q̃ apud hebreos etiã sichẽ vocat. Hinc Sidoni⁹ a. um. vt vestis sidonia: id ẽ purpura: quoniã Sydon in tyro est. Et licet do. syllabã correptã habeat. Uirg. Sidoniasq; ostentat opes. Et Sidonio est inuectus equo. Inuenit tamẽ quãdoq; producta: vt apud eũdẽ: Obstupuit primo aspectu sidonia dido. Sicut in primitiuo: Teucrum memini sidona venire.

Sidonij populi sidonis vrbis. Sidones vo ppli thracũ prope hebrũ quos Pli. Sidonos appellat. Sũt ⁊ alij sydones in scythia.

Sido is. sedi sessum. Mutuat enim p̃teritũ a sedeo. Est autẽ sidere deorsum descẽdere seu ad sedendũ/ firmãdum/manendũ ve ponere. Uirgi. Sedibus optatis gemina sup arbore sidũt. Hui⁹ cõposita sunt Assido cõsido/circũsido/desido/insido/obsido/psido/qð est valde seu perfecte sido/persisto. Uirgi. lib. iij. Geor. Turpis oues tentat scabies vbi frigidus imber Altius in viuum persidit ⁊ horrida cano Bruma gelu. Subsido/subdus cado/descendo/decurro. Uirg. li. v. Subsidunt vnde tumidũq; sub axe tonanti Sternitur equor aquis. i. sublabunt. Ouid. li. j. me. Iam mare littus habet plenos capit alue⁹ amnes. Flumina subsidũt colles exire vident. Iussit ⁊ extẽdi cãpos subsidere valles. i. descendere.

Sideritis/lapis quẽ alio nomine heracleon alio Magnetem vocamus απο του σιδηρου: hoc est a ferro. Nam a magnete trahit ferrũ.

Sidus licet quidã grecũ esse velint ⁊ απο του σὺν: qð est simul ⁊ ειδειν videre ꝙ plures stelle simul cõspiciantur. Alij ab συνολ..ω: qð est cõmeo ⁊ ꝯuenio: vt sit plurimũ stellarũ conuẽtus: latinũ tamẽ esse putatur: ⁊ a sido deduci quod est fixus maneo: ꝙ sidera insidant. i. fixa stent. Est enim sidus qð aliqð signum cõpluriũ stellarũ cõpositũ est: vt aries/taurus/andromeda/perseus/corona ⁊ quecũq; variarũ genera formarũ cõposita ferunt in celũ recepta. Stella vo singularis est que non admixta alijs sola fert. Sic apud grecos aster ⁊ astron diuersa sunt. Et aster/stella vna Astron signũ stellis coactũ: qð nos sidus vocamus. Quãdoq; tamẽ sidus p stella ponit. Cice. Itaq; nesciũt hos siderũ errores. Quinti. Quid hec fulgẽtiũ siderũ venerãda facies: q̃ quadã velut infixa ac coherentia perpetua semel capta sede collucẽt. Alia toto sparsa celo vagos cursus certis emetiunt erroribus.

Sidere⁹/siderea sidereũ: qð ex sidere est: vt splendor sidereus. Aliquãdo ponit pro alto. Mar. Hic vbi sidereus propius videt astra colossus. Aliqñ p fulgẽti. Uirgi. Et splendidus ethra siderea polus.

Siderari est sidere afflari. Hinc Sideratio morbi gen⁹ partem aliquã corporis sepe pene totũ corpus pcutientis subito atq; exiccãtis ⁊ plerũq; hominẽ enecãtis/ꝙ cum repentino quodã eueniat impetu ⁊ e celo vi quadã sideris prouenire putat. Unde Pli. Sideratio tota e celo ẽ. Idcirco a sidere nomẽ assumpsit. Sideratio etiã dicit ꝙ corpus stupore quodã attonitum subito cõficiat. Nec in humanis tñ corporibus sed in arboribus ac plãtis sideratio est quãdo vaporum siccitate arbores moriunt: vt inquit Pliñ. lib. x. Hũc morbũ greci αστροβολιαν noiant a sideris pcussiõe maxio saturni ⁊ marti coitu in sede virginis aut geminorũ lune solisq; defectu. Sic desiderati dicuntur q̃ sidere vexant ⁊ ledunt. i. q̃ vim ⁊ malignitatem alicuius sideris statutis tẽporibus sentiũt. Pli. fluuiatiliũ silurus canicule exortu siderat ⁊ als fulgore sopit. Plau. Sideratus est moueri nõ põt. Hinc psiderari dicit cum maturius hyberna tẽpestas mouetur quasi sideris tempus.

Siderites peñ. pro. herba que ⁊ asteriscũ: folio similis ocymo nigrior tñ nascens in tegulis parietinisq;.

Sifilatores a veteribus dicebant sibilatores ⁊ Sifilare: qð nos sibilare dicimus.

Signũ proprie est parua quedã significatio/indicãs totius rei qualitatẽ inquit Do. Terẽ. Num eius color pudoris signũ vsq; indicat? Hinc litterarũ note signa dicunt. Item note genitiue ⁊ q̃ pecudibus inurũtur. Hinc duodecim signa celestia signa dicũt q̃ in zodiaco sunt: qꝛ note quorundã animaliũ sunt q̃ ad naturã solis iure referũtur: scz Aries/taurus gemini cancer leo/virgo/libra/scorpius/sagittarius/capricorn⁹/aq̃rius pisces. Itez signũ vexillũ dicit ab effigie animalium que in vexillis fieri cõsueuerũt. Luc. Signa pares aquilas ac pila minantia pilis. Hinc antesignanus signorũ propugnator qui ante signũ constituitur in acie. Signa quoq; dicũt sculptilia siue fusilia ad effigiẽ animaliũ fabricata quemadmodũ tabule opa pictorũ. Unde signa ⁊ tabulas dicimus pro celatis opibus atq; depictis. Siquidẽ in tabulis antiq̃ pingebant non in parietibus. Tabule igit picture sunt signa vo statue. Unde apud Sal. Signa ⁊ tabulas pictas vasa celata mirari ea priuatim ⁊ publice rape delubra spoliare. Hinc fit insignis. In figuris autez vt Aug. li. de quãtitate anime scribit signũ dicitur si principiũ linee est/aut etiã finis/vl cum oino aliquid notat qð sine partibus intelligẽdũ sit/nec tñ obtineat figure mediũ Pũctũ cum mediũ tenet figure. Est igit signũ nota sine partibus: punctũ nota mediũ figure tenens. Ita fit vt omne punctũ etiã signũ sit: nõ autẽ omne signũ punctũ videatur.

Sigillũ diminutiuũ. i. paruũ signũ pro vt signuz statua significat.

Sigillatim aduerbiũ/significat per singulos.

Sigillo as. signũ imprimo. Hinc sigillate dicũtur littere. i. clause ⁊ a nullo impresse ,ppter qð veteres sigillare pro claudere vsurpabant. Uar. Cõtra lex nimis impia est/ne filij patribus luce sigillent oculos.

Sigillaria opa sunt parue imagines fictilib⁹ descripte dicta a sigillis. i. paruis signis.

Sigillaria/vicus erat vbi sigilla vendebant. Gel. li. v. Sigillaria forte in libraria ego ⁊. L. Paulus apud poetam consederamus.

Signifer/q̃ signa fert: hoc est vexillifer. Et signifer dicitur circulus in quo. xij. signa sunt q̃ grece zodiac⁹ appellatur ab effigie animaliũ que in eo sunt.

Signo as. signũ imprimo. Uirg. Et fũmo vestigia puluere signent. Unde signare epistolã dicimus anulo

signū imprimere. Cuius contrariū est: Resigno/ qđ est deleto signo aperio. Sic signatā pecuniā dicim⁹. Hiero. Habitacula in quibus fabre etiā incudes ⁊ mallei quibus pecunia signat̃ visebant̃. Sic signata pecora quę signis notata sunt: ⁊ quę notā inustā habent. Interdū signare significat ostēdere/indicare signo. Plau. in Cis. Cui hęc excidit cistella? recte eccū locus signat vbi ea excidit. Idem hic meretricē deperit signat tamē se eā non amare. Interdum scribere. Col. lib. j. Huc pertinet pręclara nostri poetę sententia. Laudato ingētia rura/exiguū colito. Qđ vir eruditissim⁹: vt mea fert opinio traditū vetus pręceptū numeris signauit. Unde ⁊ subsignare subscribere dicim⁹. Et signare designare. Virgi. lib. ij. geor. Quin etiam cęli regionem in cortice signant. Huius cōposita sunt: Assigno/qđ est attribuo. Dona. Cice. lib. j. ad heren. Sed si quo tardius hęc q̃ studes absoluet̃ tum rerū magnitudini/tum occupationibus assignare debebis. Lactā. lib. iij. Existimauit oportere etiā mulieres militare ⁊ cōsilijs publicis interesse: ⁊ magistratus ingerere ⁊ imperia suscipere: ita his arma ⁊ equos assignauit. i. dedit. Cōnsigno sigillo. Plau. in cur. Eamus intro nunc vt tabellas consignemus. Lactā. lib. de ira dei pro mando vsurpauit. Cū hęc etiam scriptis ad ęternā memoriā cōsignaret. Circūsigno. Col. li. iij. In his deinde obseruato gēmā quę bene apparebit certamq; speciem germinis habebit eam vndecim digitis quadratis circūsignato. Designo/exigno/perfecte signo/noto vel. Liui. lib. j. Eiq; sacra omnia exscripta/exignataq; attribuit quib⁹ hostijs/quibus diebus/ad quę templa sacra fierēt. Obsigno/resigno ⁊ subsigno.

Significo as/signū facio siue per signa notū facio/demonstro. Cice. Heu quę significatio doloris. Hinc consignifico. Apul. Ea furoris consignificatione perterriti omnes.

Signatores dicebātur: qui aut testamēt̃/aut causis se subsignabant. Sal. Multis modis mala facinora docebat ex illis testes signatoresq; falsos cōmodare fidem fortunas pericula vilia habere.

Signatorius a. um. qđ signat: seu quo ad signandū vtimur: vt signatorius anulus. Valeri⁹ maxi. Et anulo quo signatorio vtebat̃. Paul. iuriscōsultus. Annulus signatorius ornamenti appellatione nō cōtinet̃.

Signaculū/proprie est signū alicui rei impressum/vt lateat quousq; referetur.

Signio is. ui. tum. signo aliquo noto: a quo fit compositum Insigino. Inde insignitus.

Signinū op⁹ qđ fractis testis addita calce conficiebat̃. Col. li. j. Cuius solū terrenū prius q̃ consternat̃ perfossum ⁊ amurca recenti madefactū: velut signinum opus pilis condensatur.

Signia/vrbs campanię in lepino monte posita. Colu. Quę marrucini/quę signia monte lepino.

Sigeū/Troię promōtoriū appellatū est propter herculis taciturnitatē. Hic enim quia ꝓhibitus hospitio fuerat/simulauit abscessum: moxq; per silentium aduersus troiam veniens eā cępit. σιγην enī silētiū facere greci dicunt: tū cōtra Suidas aliter dicit: inqt enī σιγειον πολις του τρωαδος ο απο ταυτης σιγιευσ και σιγειον ακροτηριον.

Sigma atis. mensula exculta quę sex caget conuiuas in similitudinē elemēti gręcanici. Unde forte ⁊ nomen accepit quemadmodū ςeta siue ςetecula a ς litterę figura Lāpridius de heliog. Primus inuenit sigma in terras sternere. Idē: Ut de croco sigma strauerit cū sūmos viros vocaret ad prandiū.

Sileo es. lui. significat taceo: Quis inter se differāt q̃ silere dicat̃ qui nondū cępit loqui. Tacere qui iam cępit. Si hęc differentia vera est quā ponit Ser. falsi sunt qui dicunt Silere factitiū verbū esse ab s littera q̃ silētij nota est: qm̄ in ludis litterarijs/publicisq; conuenientibus dū volunt silentiū indicere s litterā q̃si sibilādo ꝓnūciāt. Hinc fit cōpositū Cōsileo.

Silesco/tacitus fio. Teren. in adel. Quid ego nūc agā nisi dum hę silescunt turbę. Interea in angulum aliquo abeam.

Silentiū/taciturnitas. Unde silentiū noctis pro intempesta nocte ponit̃ quā alij cōcubium: alij conticiniū vocant.

Silentia dicunt̃ loca in quibus siletur.

Silenus/bacchi nutricius fuit.

Silanius/mōs hibernię insulę altissimus: a Silanio rege in vertice eius sepulto dictus.

Siler generis neutri/arbor quā vulgo felicē vocāt. Virgi. lib. ij. geor. Namq; alię nullis hominū cogentib⁹ ipse Sponte sua veniūt cāposq; ⁊ flumina late Curua tenent: vt molle siler/lenteq; genestę. Siler generis mascu. fluui⁹ picētinorū iuxta Salernū decurrēs qui ⁊ silerus dr̃. Luc. libro. ij. Radensq; salerni tecta siler. Hic Lucaniā diuidit a picentinis campanorū cuius aqua virgulta indurescunt: vt inquit Syrius.

Silerus peū. cor. fluuius de quo modo syrius lib. viij. Nunc silerus quo nutrit aquis.

Sile/herba quā alio noie Siseleos vocāt cuius vel radice vel semine vinū condiebāt: qđ ante meridiē sumere mos erat: ꝓpterea silatū antiqui dixere.

Sil silis/idem qđ ceruleū: vt est apud Pli. lib. xxxv. Auso: Sit ne peregrini vox nois an latij sil.

Silus/nasus sursum versum aduncus. Unde galee q̃q; a similitudine silę appellatę sunt: quemadmodū Simus vocatur qui pressis est naribus.

Silis/amnis Venetię primus in stagnū cadēs: vbi nūc habent̃ suburbanę Venetiarum insulę/Murianum Torcellumq;.

Silli per duplex ll. Nam apud grecos σιλλοι scribitur pro dicacitatib⁹ ⁊ salibus. Unde Gel. refert Timonem quendā scripsisse librū maledicentissimū qui sillos inscribitur.

Sillo/qui prominentia habet supercilia a Sileno quē hirsutis supcilijs fuisse tradunt.

Silicia siue silicula/herba quę alio noie dicit̃ fenū gręcum ⁊ telis a diascoride vocatur.

Silex mas. generis/lapis durus: ex quo ignis excuti solet: dictus q̃ de eo ignis saliat: vel q̃ silentem intra se ignē habeat: qui attritu aut ꝑcussu excitet̃. Virgi. li. vij. tamē fę. genere vsus ē. Stabat acuta silex ꝑcisis vndiq; saxis. Oui. li. vij. me. Aut vbi terrena silices fornace soluti. Hunc lapidē iuraturi ꝑ iouē tenebant dicentes: Si sciēs fallo qui me despicit salua vrbe/arceq; is me eijciat vti hunc ego lapidē.

Sileceus. a. um. qđ est ex silice.

Silicatus a. um. qđ est ex silice factū: vnde stratę vię dicuntur silicatę.

Siliceniū varie exponi solet. scribit Nonius esse funebre cōuiuiū/qđ senibus exhibet̃. Festus docet eē farciminis genus quo familia in luctu a fletu purgat̃: qr cuius noie instituebat̃ ea res is iam silētiū cerneret. Cicil. Credidi me siliceniū eius esse esuz. Dona. inquit esse cęnam quę infert̃ dijs manibus: vel q̃ eā silentes cernāt vmbrę: vel q̃ q̃ hęc inferūt cernant neq; degustent. Nam de his quę libant̃ inferis q̃sq̃s ederit aut biberit funestat̃. Hinc Teren. in adel. appellat senē siliceniū q̃ iamiā silētibus cernēdus sit. Alij Siliceniū nomē fictū a Terētio existimarūt ꝓ sene q̃ incuruitate silices spectet. Qui recte sentiūt/affirmant siliceniū funebre conuiuiū esse qđ apud veteres senibus exhiberi solebat: dictū q̃ cum silētio edēres cernerent̃: vel q̃ cogitarēt se mox illū secuturos. Quapropter abeūtes a cōuiuio: veluti se amplius nō

visuri mutuo se salutabant. Var. Funus executi laude ad sepulchrū antiquo more silicerniū cōfecim⁹: id est conuiuiū in quo pransi discedentes dicimus alius alii vale. Siliceriniū ergo. Teren. senem vocat atq; decrepitū. s. dignū: vel cui silicerniū fiat: vel qui ad silicerniū vocetur.

Siligo pe. corre. a Priscia. sumit̄ pro maguderi: qui li. vii. inducit. Plau. in ru. Seu tibi confidis fore multam magudarim id ē frugis genus: hoc est caulis qui nascit̄ ex ea parte cuius radix stirpis auellit̄: vel pott⁹ vt alii dicunt siligine. Pli. v̄o siligo nūq̄ maturescit pariter: nec vlla segetū minus dilationē patit̄: ꝓpter teneritatē bis q̄ maturuere granū demittētibus/ sed minus q̄ cetera frumēta in stipula periclitat̄: quoniā semꝑ habet tectā spicā: nec rorē cōtinet: qui rubiginē faciat. Idem lib. xvi. Siligine lautissimus panis pistrinarūq; opera laudatissima precellit in italia. Col. lib. ii. Omne triticū solo vliginoso post tertiā arationem cōuertit̄ in siliginē. Ex quo hic patet siliginē eē tritici genus. Hinc Siligineus a. um. qđ est materiatum ex siligine: vt panis siligineus quē Seneca commendat his v̄bis: Malū panē inq̄s: expecta bonus fiet: etiā illū tenerū tibi ⁊ siligineū fames reddet.

Siliqua pe. cor. folliculū/ seu integumentū vbi grana leguminū includunt̄: ⁊ si qđ leguminibus est sile. Virgi. lib. i. geor. Grandior vt fetus siliquis fallacibus esset. Pli. lib. xviii. de fabis loquēs ait. Nam siliquae mulesq; gratissimi sūt pabulo pecori. Nescio an Ambro. de hac intelligat/ cū sup Lucā inquit: Qui autē aptior hmōi cibus q̄ is qui siliquae modo int⁹ inanis foris mollis est quo corpus nō reficit̄/ sed implet̄: vt sit magis oneri q̄ vsui. Siliqua itē grani genus est: vt est apud Col. Siliquae modii sex vl̄ septē totidem operis obruunt̄/ metunt̄ vna. Itē siliqua fructus arboris. Hora. Viuit siliq̄s ⁊ pane secūdo. Arbor ipa similiter Siliqua appellat̄: ꝑdulcis est ⁊ cortex ipse: vt Pli. scribit: mandit̄: digitorū hoīs lōgitudinē habet: latitudinē v̄o policarē/ ⁊ nōnunq̄ falcata est. Quidā ex recentioribus nō indoctus scribit siliquā esse granum thece inclusum quo abundat apulia varioq; vocabulo apud italicos thecaq; oblōga ⁊ plana saporis dulcedinē habet. Genuēses carubā vocant: ⁊ alii fabā grecā. Unde ⁊ primū omniū ⁊ minimū pōdus erat apud romanos. Post siliquā erat scrupul⁹ grece latine obolus q̄ sex siliquis cōficiebat̄: quem nos pēsum denariū iam dicimus. Est v̄o vigesimaquarta pars vncie. Supra scrupulū drachma erat: q̄ ex scrupulis tribus cōstabat. xviii. siliquas cōprehendens. Sextula aūt ex quattuor scrupulis: hoc est drachmā ⁊ tertiā cōtinebat: dicta ꝙ sexta sit pars vncie. Hanc quodā tēpore vetustiores denariū appellarūt denarius tunc argenteus minimus erat ponderis siliquarum. xxiiii. Q̄q̄ denarius ꝓprie de decem assiū pondo cōstat atq; erat apud antiquos minima eris signati pars. Supra sextulā semunciā legimus dimidium vncie continentē. Uncia ab vno denoīatur/ ꝙ ex. xii. ea vnica est pars assis: ⁊ ea ex octo drachmas cōficiebatur/ siue sex denariis. Uncie due sextans/ q̄si sexta pars assis nuncupat̄. Quadrans/ quarta pars. Triens/ tertia pars. Vide in dictione as. Inde as ex. xii. vnciis constans q̄ ⁊ libra dicit̄ ex. xcvi. drachmis siue denariis. lxxii. confecta. Supra assem erat dupondi⁹ due libre a duobus ponderibus. Pondus em̄ ⁊ pondo assis pondere dicebat̄. Unde ⁊ vnum pondus est assipondiū appellatum. Ultra dupondiū est Sesterti⁹ libre due ⁊ semis: quasi semistertius: hoc est post sequens tertio loco semis. Qđ enim fiebat ex duob⁹ assibus ⁊ tertio semisse sestertiū veteres vocauerunt. Supra sestertiū Tressis a tribus assibus. Octussis quoq; ac nonussis/ decussisq; reperitur octo/ nouē ac decem asses. Decussem v̄o denariū: ⁊ a decem assib⁹ noīauerunt. A duobus deinde decussibus vicessis. i. viginti asses. A tribus tricessis: triginta asses a cētū centussis centū asses q̄ erāt breues ex ere nūmi: supra centussem maius eris vocabulū non habemus.

Siliquor aris. siliquas facio: hoc est integumēta. Pli. lib. xvii. Inter oēs aūt cōstat nihil esse vtili⁹ lupini segete priusq̄ siliquet̄ aratro vel bidentibus versa.

Siliquastrū. Vide in dictione Seliquastra.

Silurus pe. ꝑ. peculiaris nili piscis tradit̄. Q̄q̄ ⁊ in denubio reperiat̄ quē nō absimilē ei putāt quidam doctissimi quē sturionē appellamus. Ambro. lib. hexa. Captus est silurus ⁊ inutilis preda detecta est. Et rursus: Et silurū qui minorū piscium visceribus aluū replet. At Scylurus per c ⁊ y nomen viri propriū qui vt Plutar. auctor est cū relictis maribus filiis octoginta diē esset obitur⁹ hastiliū fascem cuiq; obtēdēs vt illū confringerent iubebat. Id aūt singulis se posse negantibus ipe singillatim educta hastilia omnia facile cōfregit. Ita docens illos vbi vna esse perseuerarent firmos ac potentes fore: imbecillos autē si separarent̄ ac dissiderēt. Sillura/ insula in oceano brytannico: vt Solinus inquit: cuius hoīes numos refutan. Dant res ⁊ accipiūt mutuatiōibus.

Sylua generale nomē est: nō solū arbor̄/ sed etiā herbarum. Virgi. li. i. geor. Subit aspera sylua lapeque tribulisq;: proprie tamē arborū ⁊ que cedua est: hoc est que habetur in eū vsum: vt ex ea materia cedat̄/ ꝙ si succisa sit/ nihilominus dr̄ sylua: quoniā rursus ex stirpibus aut radicibus renascit̄. Dicta sylua quasi soliua: vel ab eo ꝙ grece υλη. i. materia dicit̄. Et vt illi hylē pro materia: sic nostri syluā posuerūt. Et est aut glandifera: cuius arbores non cedunt̄/ sed ad escam q̄drupedibus prebēdā seruant̄: aut cedua ꝙ in ea arbores cum ad iustā ꝓceritatē creuerūt cedunt̄: vt vel edificationibus vel aliis vsibus materiā ꝑbeant. Luc⁹ nō est ceduus/ sed manu cōsitus religiosusq; deo vl̄ hominis alicuius cineri dedicatus circa delubrū dei vel sepulchri. Saltus est sylua inuia vbi pasci atq; estiuare vel hyemare pecudes solēt. Nemora voluptatis causa cōparata ⁊ plena amenitatis. Quādoq; sylua dicit̄ qđ ex tēpore scribit̄ velocissime. Estq; velut prima materia quales sunt papinii sylue. de quibus ipe sic scribit: An hos libellos qui mihi subito calore ⁊ q̄dam festinandi voluptate fluxerūt/ cum singuli de sinu meo prodissent cōgregatos ipse dimitterē. Quintil. Diuersum est huic corū vitiū qui primo decurrere per materiē stilo q̄ velocissimo volunt ⁊ sequētes calorē atq; impetū ex tēpore scribūt. Hanc syluā vocant. Syluā ⁊ poete nominat elementorū congeriē: vnde cuncta procreatur. Hinc Syluula ⁊ syluecula diminutiua: ⁊ cōpositū syluicula.

Syluaticus a. um. qđ est sylue seu qđ ad syluā pertinet. Aug. in Ps̄. interpretatione. Pone paganos ligna esse syluatica extra ecclesiā adhuc pōt inde fieri aliqđ quō de lignis fabrilibus est lignū fabro aptū. Var. li. i. d̄ re ru. Ut falces dicūt̄ ab eodē scriptore vineatice op⁹ esse sex sirpicule quinq; syluatice quinq; arborarie tres/ rusticarie decē. Per translationē syluaticū dici potest incultū moribus.

Syluester stris. stre. vel hic ⁊ hec syluestris ⁊ hoc syluestre/ qđ est sylue. Virgi. Syluestrē tenui musam meditaris auena. Aliquādo dr̄ quod est in sylua. Cice. in Lel. Cum locis ipis delectemur montuosis syluestribus in quibus diutius cōmorati sumus: hoc est locis qui in montibus sunt ⁊ syluis.

Syluescere est in syluā redigi: seu syluestrē aut infructuosas arbores sarmēta ve fieri. Cice. in Cato. Quē serpentē multiplici lapsu ⁊ erratico ferro amputās coercet ars agricolarū ne syluescat sarmentis ⁊ in omnes

partes nimia fundat. Col.lib.v. Nec pati vitẽ supua cuius frondibus luxuriantẽ sylvescere.

Syluanus/syluarũ deus: quẽ greci pana vocãt.

Syluius/nomen est eius qui in sylua natus sit.

Simois/fluuius qui ex ida monte troiano defluens iuxta troiã labit̃ & mari appropinquans cõmiscet̃ xantho ac in paludem cogit̃: deinde exit in mare iuxta sigeum promontorium.

Simbella/libelle dimidiũ: hoc est signũ semis assis. Itẽ instrumentũ paruũ quo sin guli nũmi ponderant̃.

Similis quasi simul: cũ ad morũ vel doctrine vel hmõi imitationẽ refert̃ iungit̃ gtõ: vt versus lucani nõ sunt siles versuũ Virgilij. Hora.in Ser. Silesq; meorũ Mille die versus describi posse trebati. Cice. Vt ali quorũ siles in dicẽdo valeam' esse. Qñ do vel in forma vel in etate vel in fortunis aut alijs hmõi reb' similitudo est datiuo iũgit̃. Virg. Os humerosq; deo silis. Pli. Effigie ac lineamẽtis corporis patri silis. Sz cõfundit̃/qñq; apud auctores hec differẽtia. Cõposita sunt: Absimilis/dissimilis/assimilis qui est ali cui similis. Plau.in merca. Quasi tu nunq; qcq; assimile eius facti feceris. Cõsimilis & verisimilis.

Similo as. similis sum: cõstruit̃q; cũ accusatiuo. Mar. Cum sint crura tibi similent q̃ cornua lune. Hinc cõponit̃ assimilo/qd̃ est cõparo.

Similitudo q̃ & similitas dicit̃ apud veteres. Cecil. Vide quid ferat morũ similitas. Eius cõtrariũ est dissimilitudo. Cice.in Lel. Dispares mores dispaia studia sequunt̃: quorũ dissimilitudo dissociat amicitias.

Simulo as. a similis & significat imitor & refero: quidã a simul deriuãt. Nihil eñ aliud est simulare q̃ ea que absunt simul esse ostendere. Hora.in eplis: Ducent era fortis alexandri vultũ simulantia. Huic quoniã proxima est significatio simulare ponitur pro fingere. Cice. Simulabat se romã reditur ũ cum in africã nauigaturus esset. Huius cõposita sunt. Assimulo/valde simulo/seu ostendo vnã rem pro alia. Plaut' in am. Sed ita assimilauit se quasi amphitrio siet. Dissimulo & Insimulo. De quibus alibi. Hinc Simulatio: que grece ironia dicit̃.

Simulter aduerbiũ dixerũt antiq̃ pro similiter. Plaut' Exossabo ego eũ simulter vt murenã coquus.

Simitu p simul. Plau.in mer. Ita tres simitu res agẽde sunt. Idem in am. Non ego cum vino simitu ebibi imperiũ tuũ.

Simultas dicta est a cõtrario sensu: quia nõ sunt simul. Potest etiã dici a simulatiõe q q̃ simultates exercẽt inter se simulata loquũtur. Est autẽ simultas odium que plerũq; intelligi concẽta est cum inimicitia opere se ostendat. Cice.pro Man. Ut multas simultates partim occultas/partim apertas intelligã mihi esse subeũdas: neq; politici est neq; tyrãnus tam felici q̃ hãc euadere potuerit: vnde merito demosthenes in philippicis μηγαρωσ θεωνο μιζετε εκειρω ταπαρου ταπεπηγεναι πραγ ματα αθανα τααλλα και μισει τισ εκειρου και δε δοιεψω αυδρεσ αθηναιοι.

Simulto as. simultates exerceo.

Simulachrũ. pe. pro. a simulo as. Et ppꝛie dicit̃ alicuius ficta imago. Simulachra eñ principio ex desiderio mortuorũ orta sunt: vt que iam defecerãt/ viuere viderentur.

Simones q̃ sine narib' nati sunt: vt inquit Pliñ.lib.xi.

Simonides/nomẽ viri ppꝛiũ e Cea insula qui Melic' dictus est. Hic lõgas & duplices litteras inuenit longas.i.η.ω. Eusta. inq̃t duplices cuiusmodi sunt ζ ξ ψ. palamedes do.θ.ξ.φ.χ. & υ. Preterea memorie artẽ & lyre tertiũ sonũ cõperit. At Pliñ. octauã inq̃t chordã addidit Symonides. Fuit & alius Simonides poeta. Iambicus ex Amorgo insula.

Simila e. pe. cor. farina alba & flos seu delicie farine tritice. Mar. Nec poterẽ simile dotes numerare nec vsus. Hieroñ. in Gñ. Accelera tria sata simile cõmisce & fac subcinericios panes.

Similago. pe. pro. Idem qd̃ simila. Pli. Similago ex tritico fit laudatissima.

Similax. Vide infra in dictione Smilax.

Simul aduerbiũ cõgregandi: vt omnes simul currunt. Aliqñ ponit̃ pro deinde vel etiã. Vatinius Cice. Ciues romanos occidit abripuit/disperdidit/regiones vastauit simul do semissis homo cõtra me arma tulit. Sal. His amicis sociisq; cõfisus catelina simul q eo alienũ p oẽs terras ingens erat.i. etiã. Inuenitur qñq; geminata: & habet quasi eandẽ vim quã cũ & tũ siue partim. Quinti. Simul vt pleniori obsequio demererer amantissimos mei: simul ne vulgarẽ viã ingressus alienis vestigijs insisterẽ. Hinc fiãt insimul qd̃ est vna. Simulac & simulatq;.

Simulac & simulatq;/significãt q̃primũ vel statim cuz siue postq̃. Salu. Iam primũ iuuẽtus simul ac belli patiens erat. Col.li.vi. Semper cõueniet simul atq; folia agere ceperint sic' rubricã amurca diluere. Cice. Appio. Gratissimũ mihi feceris/ si ad me simul atq; adeptus eris miseris.

Simus a. um. qd̃ est pressum. Hiero.de Socrate: Que cum crebro inter se iurgarẽtur: & ille eas irridere esset solitus/q propter se fedissimũ hominẽ simis narib' recalua fronte pilosis humeris & repandis cruribus disceptarent. Virg. Dum tenera attondent sime virgulta capelle. Huius dimiñ. est Simulus. Cõposita Desimus qui est cõtrarius simo: vt Depes/decaeres depiles/deplumes: et mille alia. Subsimus/parum simus. Var.lib.ij. de re rus. Vt sint bene cõposite: vt integris membris pilosis oblõge ample subsimi nec gibberi Resimus. de quo alibi.

Simie & simij hominũ figuris ꝓxima anĩalia que cauda carẽt: & in libya nascunt̃/dicte q sime sint.i. narib' depressis vl̃ quasi mime: hoc est imitatrices. Mar. Callidus emissas eludere simius hastas.

Simplex nomen numerale: vt simplex/duplex/triplex. Aliqñ ponit̃ ꝓ do & sincero: sicut e contrario duplex ꝓ fallaci. Ci. Tuũ erga me animũ simplicẽ atq; amicũ agnouit. Hora. Aut cursus duplicis p mare vlyssei.

Simplus nomẽ numerale & significat semel tm̃: sic duplus bis tm̃/triplus ter tm̃ & hmõi.

Simpulũ/calix fictilis quo vinũ in sacrificijs libabatur a sumendo: q eo vinũ sumebant minuratim. Pli.li. xxxv. Sed fictilibus ꝓlibabat̃ simpulis innocẽtius. Apul. Catinũ & simpulum sacrificijs adhiberi solita ostendit his verbis. Paupertas populo romano imperiũ a primordio fundauit: proq; eo in hodiernum dijs imortalibus simpulo & catino fictili sacrificat.

Sin ex si & ne cõponit̃ abiecta e/significatq; si do: quod nunq; in prima parte collocat̃: & nisi p̃cesserit si: sed in secũda vbi fere duorũ est oppositio. Teren. Si illuz relinquo/eius vite timeo: sin opitulor huius minas. Habet enim quandã vim negationis: perinde ac si diceret̃: Si autẽ non relinquo sed opitulor. Aliquãdo sin solũ regit̃: sed q secũdi loci vim obtinet. Sal. Imperat vt p̃cio sicuti multa cõfecerat insidiatores maxime paret/ac maxime occulte. Sin id parũ ꝓcedat: quouis modo Numidã interficiat.i. si potest occulte/si non potest vtcunq;.

Sina/vrbs Mesopotamie: quo noĩe etiã dicit' est mõs petree & arabie. Apl's: Sina mons est in arabia q̃ cõiunctus est ei que nunc est hierusalẽ.

Sinapodes populi fuerũt in desertis africe qui vt Põpo. refert inflexa lentis cruribus serpere magis q̃ ingredi treduntur.

Sinarum regio auctore Ptol.lib.vij. terminat̃ a septẽ

trione parte ſecum: ab ortu ſolis terra incognita: ab occaſu india extra gangen.

Sinapis is. penul. pro. ſemi. generis: ⁊ hoc ſinapi indeclinabile / herba ſeu ſemen qḋ proſilit cum tanta acrimonia vt lachrymas ciat comedenti. Id aūt tritū admixto muſto ac melle ac vuapaſſa: necnō defruti paululū cōfectionē guſtu ſuauē efficit: nec decreſcit ſi adijcias cynnama ⁊ cariophyles. Col. Hoc ſinape declinat. Ait eīn: Sinape atq; coriandrum vti ſata ſunt ſua ſede immota permanent. Plau. in pſeu. genere femineo vſus eſt. Terit ſcelerata ſinapis cū illis. Macer. Inter eas quas Pythagoras laudauerat herbas: aſſeritur primā laudē tribuiſſe ſinapi.

Sinapiū a ſinapi: ſicut ab allio alliatū. Quidā tamen ꝑ y ſcribunt / ſed male.

Sindon / velū ſubtiliſſimū: vt in euangelio. Et inuoluit eum in ſindone munda.

Sine prepoſitio ſemꝑ ſeparatiua ⁊ ſignificat abſq;: vt Sine cerere ⁊ baccho friget venus. Eſt ⁊ imperatiuum verbi ſino is. vt Sine videamus an veniat helias ad deponendū eum.

Sino is. ſiui ſitū / permitto. Var. Sine is ad pubertatis annos perueniat. Huius compoſitū eſt Deſino / qḋ eſt ceſſo / termino.

Sinope es. pe. pro. vrbs ponti. Val. Flac. li. v. Aſſyrios cōplexa ſinus ſtat opima ſinope. Hāc Mileſij cōdiderūt: cuius potentia magna fuit: q̃ claſſe cōparata mari qḋ intra Cyaneas eſt imperauit: edificia in vrbe magnifice extructa gymnaſiū ⁊ forū ⁊ porticus ⁊ tēpla ſplēdida. Hic Diogenes cynicus ⁊ Timotheus ⁊ patrion ⁊ Diphilus Comicus orti ſunt. Eſt ⁊ ſinope nomen regis numidarū.

Sinopis idis. color quidā natiuus ſeu rubrica dicit̄: q̃ primo apud Sinopē inuenta eſt. Victru. lib. vij. eā rubricā ſin opicā appellauit. de qua Stra. lib. xij. ſic ſcribit: In capadocia naſcit̄ ea q̃ ſinopica rubrica dicit omniū optima q̃ cū Iberica decertat. Idcirco ſinopica appellat̄ ꝙ eā mercatores eo deferebāt priuſq̃ epheſiorū emporiū tam celebre eſſet.

Sinus us. pe. cor. dicit̄ illa pars que eſt intra pectoris brachiorūq; complexū. hinc ſinus veſtiū appellati ſunt: quales erāt tunice romanoꝝ ⁊ laxitas illa ſupra cincturā. Virg. Sinus collecta fluētes. Per tranſlationē Sinus vocant̄ littora curua ad ſimilitudinē ſinus ⁊ quaſi brachijs mare amplectentia. Greci κόλπον vocant: a quo curuitas ipſa ſinuatio dicit̄. ⁊ Sinuatim ꝑ ſinꝰ. Aliqñ ſinꝰ dr̄ cōcauitas oculorū. ſ. palpebre vbi lachrymarū cōceptacula ſunt ꝓpter quandam ſimilitudinē. Virgi. lib. iiij. Sic effata ſinum lachrymis impleuit obortis. Aliqñ ponit̄ ꝓ quacunq; re fluēte ob laxitatē atq; capacitatem. Iuue. Fata regunt homies fatū eſt in partibꝰ illis. Quas ſinꝰ abſcōdit. Vnde ⁊ retia ſinꝰ vocant̄. Idem: Impleuitq; ſinus. Aliqñ ponit̄ pro velo quod ventis flātibus curuatur: ⁊ ſinū facit. Idem. Totos pāde ſinus. Et ſinꝰ in ſacra ſcriptura locus eſt in quo abraā cum ſanctis patribus vſq; ad chriſti aduentū perſtitit.

Sinuoſus a. um. qḋ habet multos ſinus vt mare ſinuoſum: vela ſinuoſa q̃ ſinꝰ. i. curuationes faciūt. Claud. li. j. de rap. Sinuoſa draconū mēbra regēs. i. nodoſa

Sinuo as. curuo / in ſinus flecto Virgi. lib. ij. Sinuatq; immenſa volumine terga. i. in ſinus flectit. Oui. li. ij. meta. Tremule ſinuant̄ flumine veſtes. i. formantur rugant̄: vel in ſinus colligūtur. Clau. lib. j. Ceperat ⁊ vitreis ſūmo iam margine texi Oceanū ſinuare vadis. i. nodoſum facere. Hinc componit̄ Inſinuo / qḋ proprie ſignificat coniungo ⁊ quaſi in ſinū pono / immitto / influo. Iuſti. Cui ſe celeriter officij comitate ⁊ obſequēdi gratia inſinuauit. Lactan. lib. iiij. Deſcendens itaq; de celo ſanctus ille ſpiritus dei ſanctā virginem cuius vtero ſe inſinuare elegit. i. immittere. Idē in eodem. Item ſurdorū patefactis auribus inſinuabat auditū. Plaut. in ciſ. Obſecro quo is homo inſinuauit pacto ſe ad te: id eſt introduxit. Et inſinuare eſt oſtendere. Hiero. ad Ruſticū: Totū qḋ inſinuare tibi cupio. Et in prologo Heſter. Volētes ſeptuaginta interpretū ordinē per hoc inſinuare ſtudioſo lectori. Similiter inſinuare dicimus non aperte ⁊ ſimpliciter rem exponere / ſed latenter vel caute in animum audientis veluti in ſinū qḋ volumus mittere ⁊ ingredi facere. Cice. Pu. Figulo. Nam ⁊ cōplector eius familiariſſimos qui me admodū diligunt / multumq; mecum ſunt: ⁊ in ipſius conſuetudinem quam adhuc meus pudor mihi clauſit inſinuabo. Hinc inſinuatio occulta ingreſſio: que ē exordij pars qua artificioſe diſſimulanter ſurrepimus animis iudicū in cauſa non ſatis fauorabili. Idem ad heren. Ergo ſi fidem factam putabimus / inſinuabimus ad cauſam. i. per ſinū locū dicēdi quem ſumpſimus occulte ingrediemur. Sic inſinuatus ſumitur ꝓ conciliato in amicitiam non rectā / ſed per quoſdā ſinus ⁊ quaſi diuerticula intrat in amicitiā latenter.

Sinus us. ⁊ ſinū penul. pro. genus vaſis: ſicut galeola. Plau. in cur. Hic cum vino ſinus fertur. Var. Vbi erat vinū poſitū in menſa / aut galeola / aut ſinu. Virgi. Sinū lactis ⁊c̄. Quidā accipiūt ꝓ flaſco.

Sinueſſa / ciuitas mediterranea Cāpanie vino ſatis abūdans quod ſinueſſanū dicit̄. De hac Liui. lib. x. In ſaltu veſtino Falernū cōtingente agrū. Sinope dicitur greca vrbs fuiſſe. Sinueſſa deinde a romanis colonis appellata. Stra. li. v. Sinueſſa in ſetino ſita eſt ſinu: a quo nomē vēdicat: ei ꝓxime calide ſunt balnee ad egritudines quaſdā accōmodatiſſime.

Singulus a. um. quaſi ſine angulo: ꝙ ea que vnica ſunt nequeant conſtituere angulum. Dicunt̄ autē ſingulū vnuſquiſq; per ſe: hoc eſt ſeparatim ab alijs. Plau. Et ad ſingulū video veſtigiū. Aug. lib. iiij. de ci. dei. dixit: Singulus quiſq; homo: vt in ſermone vna littera: ita quaſi elementū eſt ciuitatis ⁊ regni quātalibꝰ terrarū occupatione latiſſimi.

Singulare / qḋ eſt vnicum excellens: ⁊ tam in malum q̃ in bonū ſumitur. Cice. pro Silla. De ſingulari immanitate ⁊ crudelitate ꝓditū.

Singulatim / multi ſeparatim ⁊ vnuſqḋq; per ſe. Cecil. Primū malo publicos ſingulatim gratias agere.

Singillatim a ſingulo / idem qḋ ſingulatim. Lucil. Singillatim vnuſquiſq; noſtrū mouetur. Sue. in Augu. Atq; etiā ſingillatim e certo genere hominū liberes ac pro facultate quiſq; pecunias contulerunt. Hora. lib. Ser. per ſincopē / dixit: Vt veni corā ſingillatum pauca locutus. Verius legit̄ ſingulatim.

Singulariter / vnice / excellenter.

Siniſtra / manꝰ leua: a ſino is / ꝙ gerere nos dextra manu que aptior eſt / ſinat. Siniſtrū aūt quādū ad auguria pertinet / ſignificat proſperū / ꝙ nos agere aliquid ſinat. Aliqñ dicit̄ aduerſum / noxiū. Virgi. li. j. geor. Arboribuſq; ſatiſq; notus pecoriq; ſiniſter.

Siniſtrorſum aduerbium / ſignificat verſus ſiniſtrā partē

Siphones penul. produ. cānales tibie fiſtule: per quas vrgente ſpiritu aqua vel alius liquor emittit̄: a ſono vocis dicti ſi ſi ſi. Vnde illud Iuue. Effigieſq; dee longis ſiphonibꝰ implēt. Pli. lib. ij. De aqua in ſūma iuga erūpēte quo ſpiritu acta ⁊ pondere terre preſſa ſiphonū mō emittat. Tales ſunt ī fontibꝰ manu fabrefactis in quibus ſunt hmōi lingule plures ꝓminētes ⁊ aquas plurifariā euomētes. Pli. ad apollinarē. In hoc fonte crater circa ſiphonculi plures miſcēt iucūdiſſimū murmur. Eſt aūt ſiphonculus diminutiuū a ſiphone: ⁊ accipit̄ ꝓ exigua fiſtula ex ere vel marmore alia ve materia ex qua aqua exilit e fonte.

Siphnos/ insula in mari egeo in qua auri ⁊ argenti fodine erant. vt Herodo. ait.

Sipo as. spargo. Hinc fiūt cōposita Dissipo/ qđ est destruo. Cice. Marcel. Habem⁹ etiā rationē rei familiaris tue quā dissipari volumus. Aliquādo dissipare est dispergere/diuulgare. Col. li. ij. Grumosq; quos ad versurā plerūq; tracte faciūt/crates dissipabim⁹. Insipo/inijcio/intus iacio. Cato. de re rusti. Pultes panicā sic coquito/librā alice in aquā indito vti bene madeat id infundito in alueū paruz eo casei recentis p. iiij. mellis p. v. ouū vnū omnia vna permisceto: bene ita insipito in aulā nouā. Obsipo: de quo alibi.

Sipontum/ vrbs Apulie iuxta garganū montē a Diomede edificata: que ⁊ sipus ⁊ a grecis ob multitudinem sepiarū q̄ ibi capiunt Sepius sepiūtis dr. Hinc Sipontinus a siponto ⁊ sepiūtinus a sepiūte.

Siquidē habet accētū in antepenul. Componiturq; ex si ⁊ qdē: Quis si per se producatur/ibiq; correpta sit: nec significationē partiū habeat ex quibus componitur. Significat enim nā seu: quoniā. Cice. Dolobelle. Gratulor baijs nr̄is: siqdē vt scribis salubres repēte facte sunt. Ponitur ⁊ pro si certe dubitatiua coniūctione. Asinius. Cice. Nam ⁊ robur ⁊ soboles militum interijt: siquidē que nunciātur vera sunt. Col. in prefatione. Accedit huc ꝙ ille quem nos perfectum esse volumus agricolā: si quidez artis consūmate sit id est si vere. Quidem duplā esse putant: sed vnā dictionē ostendit Ouidi. Qui in eodem significato vtitur prima breui: qđ non accideret nisi esset composita. Que mihi ventura est si quidem ventura senect⁹. Cum desit numeris ipsa iuuenta suis. ¶ Valla quoq; sic legit: sed duas particulas censet: vera autem lectio est si qua est.

Siquis alius/elocutio ornata: vt cum dicimus: Varro doctus est siq̄s alius: hoc est prout quispiā alius doctus reperiri potest. Sue. in Claudio. Siquem aliū ⁊ se liberum esse.

Siren ⁊ sirena monstrū maris ab εἴρειν qđ connectere vel retinere significat: vel a σειρα catena: eo ꝙ libidinis vinculū sirenes fuerint. Sunt ⁊ qui hoc nomē ab συρω traho deducant. Vñ fit vt quidā per i latinum quidā per ypsilon scribant. Hiero. in prologo Iosue. Et nos ad patriā festinantes mortiferos sirenarum cantus surda debemus aure transire. Fuerūt autem Sirenes/ Acheloi ⁊ Calliopes filie ore ⁊ pubetenus virgines: reliqua parte corporis pisces siculum littus incolentes: quarū nomina fuerunt parthenope lygia ⁊ leucosia.

Sirius/stella in ore leonis perniciosa. Continet eñ canis decemocto stellas. Luc. lib. x. Rapidus qua sirius ignes exerit. Sta. lib. j. syl. Nec calido latrauit sirius astro: ductū nomē απο του σειρειν hio ꝙ per estū precipue canes faciunt: quo tēpore plerūq; in rabiem cōuertūtur. Vel απο του σειραειν: qđ est are facio: q2 tunc maxima siccitas est amnibus ac fontib⁹ deficientibus. Vel dicit̄ sirius a lōgo tractu quoniā magnitudine sua triū signorū spatiū occupare videtur. Hec annis omnibus: vt inquit Ser. oritur circa viij. kal. Iulij noster Suidas σειριον εκαλουν λεπτον ι μαλιον απαθτον. Et subdit solē siriū dici: ⁊ omnia astra nominari siria σειριον τον κυρα ο τε δε και τον ηλιον ιβυκοσ δε παντα τα αστρα σειρια λεγει etiam ex auctoritate eliani dicit ꝙ sol dici potest sirsiros ⁊ siri⁹ sirij και σιρσειροσ ο ηλιοσ οι δε και σειροσ.

Siri defossiones terre in modū puteorū vbi transmarine prouincie loco horreorū frumēta defossa seruant: vt Col. lib. j. ⁊ Varro de re rusti. scribunt.

Sirpi iunci fragiles palustresq; sunt: nec in fruticū vepriū ve aut cauliū siue herbarū genere numerantur. Ex his tegunt̄ domus ⁊ tegetes fiunt his velificāt in pado nautici: ⁊ dicunt̄ storee. Dona. Sirpus sine nodo ⁊ lenis iunci species palustris res. Hinc factū est prouerbiū. Nodū in sirpo queris: de his qui in reb⁹ claris atq; apertis difficultatē faciūt. Hiero. ad Pāma. Qui inimicus est etiā in sirpo nodū querit. Sirpi etiā dicunt̄ nodosa poemata ⁊ implicata instar viminū capolatim sirpata vt enodari nō possint. Gel. lib. xij. Que greci enigmata/latini sirpos appellauerunt. Tales etiā a grecis indē Griphi vocarant̄.

Sirpo as. vincio/ligo/inecto/implico a sirpis dictum.

Sirpea/qui virgis sirpat̄: hoc est colligādo implicatur in qua stercus/aliud ve simile vehit̄ iumētis. Ouid. In plaustro sirpea lata fuit. Cato. Crates stercorarias vimine cōtextas appellat sirpeas. Sirpea sima lachra vocat. Ouid. li. v. fast. Pro vimineis argas sirpea dolia quassa.

Sirpicula/falces quibus in sirpandis: hoc est ligandis vineis vtimur ad amputanda superflua ligamentorū Var. Falces dicunt̄ vineatice opus esse sex: sirpicule quinq;. He etiā dicunt̄ sirparie falces.

Sirpiculū/canistrū vel qđ de spinis confectū est vel qđ verius videtur a sirpando.

Sisamus teste Homero/fuit vrbs Paphlagonie.

Siser/herba cuius radicē olim nobilitauit Tiberi⁹ flagitans eā omnibus annis a germania.

Sisapo penul. cor. locus in hispania vbi miniū celeberrimū nascebatur. Unde ⁊ sisaponensis regio. Plini. lib. xxxij. Celeberrimū miniū ex sisaponensi regione bethica minario metallo.

Sisyphus penul. corre. fuit eoli filius qui ob latrocinia a Theseo fertur occisus: ⁊ hac pena apud iferos affici: vt grande saxum supra montez portare coactus: cum ad apicem deduxerit/cōtinuo ad ima relaxetur. Unde Ouid. lib. xiij. meta. Aut petis aut vrges rediturū sisyphe saxum.

Sisto is. sisti supinū non habet/significat stare facio seu retineo: vt siste gradum/siste lachrymas. Pli. Sanguis profluuiū sistit herbe peonie semē rubrū. Quādoq; sistere significat presentare: ⁊ quasi p̄sentiā corporis exhibere/cōparere. Dicit̄ ab eo ꝙ eo nō tm̄ cōparere quis debet/sed etiā manere. Cice. ad attic: Des operā id quod mihi affirmasti: vt te ante Kal. Ianuarias vbicūq; erimus sistas. Idem: Vas fact⁹ est alter sistendi: vt si ille non reuertisset moriendū esset sibi. Quandoq; est confirmare/corroborare: vt p̄ romā magno turbante tumultu sistet eques. Sto tamen steti statū facit. Unde stator non autē a sisto: vt quidā putarunt: cum teste Priscia. nullū habeat supinū: nec vllū vocabulū a sisto profectū legam⁹. Nā si supinū haberet non statū/sed stitum esset: quoniam eius preteritū non steti est: vt Priscia. quosdam velle dicit: neq; statui vt ipse sentit: quoniā tunc statutū supinū faceret/sed stiti est: si Gellio credimus ita dicenti. In libro vetere. M. Catonis qui inscribit̄ cōtra Tiberiū exulem scriptū quidem sic erat. Quid si vadimoniū capite obuoluto stitisses? Recte ille stitisset scrip sit sed falsi ⁊ audaces emendatores excriptos per libros stetisses fecerūt tanq̄ stitisses vanuz ⁊ nihili verbū esset q̄n poti⁹ ipsi neq̄ ⁊ nihili sunt qui ignorant stitisses dictū a Catone: quoniā sisteretur vadimoniū/non staretur. Igitur cum supinū huius verbi si habet conueniat esse stitum non statum iā cōstat stator a statū/nō a stitū esse formatū: preterea cū nullū vocabulū a sisti descendat: multa vo a sto nemini dubiū esse debet/quin sisto supino careat. Hinc eñ stabilis/stabilio/stelle/staturus ⁊ multa alia. Nec quia Romulus orauerit Iouem vt suorū fugā sisteret: ⁊ statori Ioui templū vouerit: idcirco a sisto stator est. Non enim dicit Liuius ꝓpterea ꝙ Romul⁹

precatus est Iouẽ vt suos sisteret: inde iouẽ sistorem appellatũ: nec Romulus iouem statorem appellatu rum si suos sisteret: sed ait: Hic ego tibi templũ statori Ioui. i. qui es stator propria virtute stans: et rex stabilitor tanq̃ stabilitori nostro futuro tẽplũ qd mo numentũ sit posteris tua p̃sentia p̃seruatã esse vrbez voueo. Nam q Romulus dixit fugã fœdã siste: non sic accipiendum est q precatus sit iouem: vt suos solum sisteret (hoc enĩ ridiculũ foret) sed vt sic sisteret: vt in sabinos ipugnãtes ac insectãtes starent: illisq̃ resisterẽt. Qd Liuius eodẽ loco tãgit/cum ait. Hec precatus velut si sensisset auditas preces hic inqt romanis Iuppiter optimus maxim᷒ resistere ret atq̃ iterare pugnã iubet. Resistere romani tanq̃ cœlesti voce iussi. Hoc etiã Cice. lib. j. inuec. ꝓprie posuit: Tu iuppiter qui iisdẽ rebus quibus hec vrbs condita auspiciis a Romulo es cõstitutus: quẽ statorẽ huius vrbis atq̃ imperii vere noiamus: hunc et huius socios a tuis aris/ceterisq̃ tẽplis ac tectis vrbis a mœnibus a vita fortunisq̃ ciuiũ omniũ arcebis. Et lib. iii. de fini. Ad seruandũ genus humanũ natura incitanẽ atq̃ etiã iouez tũ optimũ maximũ dicimus: cũq̃ eũ salutarẽ hospitalẽ statorẽ hoc intelligi volumus salutem hominũ in eius esse tutela. Ex his cõstat Iouẽ cognominatũ statorẽ fuisse nõ a sistẽdo: vt Valla dixit: sed a stando: quia cum stare solus putaret aduersus tẽplo sibi dicato tanq̃ vrbis Romę romaniq̃ populi stabilitor: vt ibi pro tutela romanorũ veneratus staret hospitalis/eo q romanos aduersus sabinos stare fecisse crederet. Quod et pater meus Aug. lib. iii. de ciuitate dei. paucis verbis complexus est dicẽs: Hic tamẽ Romulus de suorũ virtute desperans/iouem orauit vt starent: atq̃ ille hac occasione nomen statoris inuenit. Nec mirũ si a sto stator sit: quoniaz stare est virorũ fortiter pugnantiũ: vt apud Plau. in am. Si in fugã se tũ nemo cõuertit: nec recedit loco quin statim rem gerat animã emittunt prius q̃ loco demigrent: quisq̃ vt steterat iacet obtinetq̃ ordinẽ. A sisto fiũt cõposita Absisto assisto/ qd est p̃sentem me exhibeo siue corã me firmo. Teren. in adel. Accede huc parmeno nimiũ isthoc abisti. Hic ꝓpter hũc assiste. Virgil. Ac libię citus astitit ori. i. p̃sentauit. Cõsisto/circũsisto/desisto/existo/insisto/obsisto/persisto/duro p̃seuero. Apul. Cum me rogassent an in ꝓposito persisterẽ. Pręsisto/ antesisto/resisto.

Sistrũ/musicũ instrumentũ: hoc est cornu recuruũ peculiare ęgyptiorũ quo vtũtur in isidis sacris argutũ et sonorũ dum percuteretur. Ouid. Per tua sistra precor per anubidis ora verendi. Apul. Ereis et argenteis et aureis sistris argutum tinnitũ constrepentes. Mar. Si qs plorator collo tibi vernula pẽdet: Hec quatiat tenera garrula sistra manu. Hoc tamẽ instrumentum apud ęgyptios vicem tubę exhibebat. Virgilius: Patrio vocat agmina sistro. Inde a martiale dicitur Sistrata tuba.

Sitaces/auis quę alio noĩe psittacus et papagallus dicitur. Pli. India auẽ hãc mittit sitacen/vocant viridẽ toto corpore: torque tñ miniato in ceruice distinctã.

Sitarchia/vas repositoriũ siue sacc᷒ vel pera in qua poni consueuit cibus. σῖτον enim cibus. Hiero. libro. j. Regũ. Panis defecit in sitarchiis nostris et sportulam non habemus.

Sitometra/mensura frumenti ad largiendũ.

Sitonia regio littoralis macedonię versus Thermopontũ: in quã mõs est sithon niuosus. Virgi. Sithoniasq̃ niues hyemis subeam᷒ aquosę. Hoc etiã nomine dicta fuit Thracia: vt inqt Gel. lib. x. Unde spirat aquilo: quoniã ad septentrionẽ exposita. Ouidi. Et sithonio aquiloni.

Sitis/proprie bibendi appetitus. Per translationẽ ponitur pro nimia auiditate cuiusq̃ rei. Plancus. Cupio te amplecti: neq̃ aliter sitim iamdiu conceptã sedare possum. Hinc sitio is. Iusti. Satiare inquit sanguine quẽ sitisti. Huius diminutiuũ est Siticula.

Siticulosus/qui semper sitit. Inde Hora. Siticulosaz vocat Apuliam.

Sitibundus/abunde sitiens.

Situla/cista qua populi suffragia in creandis magistratibus/legibusq̃ ferendis colligebãtur. Plau. in cas. Sortitia/illa in situla. Situla etiã vas ad hauriendã aquã acõmodũ q aquã sitiat. Idem: Si hanc situlã accepero/omnẽ illi puteo animã intertraxero. Hui᷒ diminutiuũ est Sitella. Cice. pro Corne. Neq̃ mature est legere codicẽ cum intercedat q̃ sitellaz ipsam cum ipso intercessore deferre.

Situs a. um. positus. Et sitũ est quicquid loco suo positum non euertiẽ. Teren. in adel. In quo nostrę spes opesq̃ omnes sitę erant.

Situs us. lanugo ex humore creata que fit in locis sole carentibus. Dona. exponẽs illud Virgi. li. vii. Sed te victa situ/sic scribit: Situs est corruptio ex humore et diuturnitate ꝯtracta qua deteriores fiũt species vno loco et prolixo tẽpore cõstitutę. Victr. situ quasi quę senio esset/et nihil agẽdo corrupta. Solet autẽ in locis situlentis odor quidã teter et aspernabilis olfactantiũ nares offendere/qui et ipse situs dicit. Pliñ. li. xxi. Pessimũ esse crocũ qd sitũ redolet. Sedet etiã situs in vultu/capite/totoq̃ corpore et habitu: pręsertim inopũ qualem Luc. describit: Fœda situ macies. Hunc etiã pedorẽ dicimus. Col. lib. v. Vitibus sitũ dedit. Iã ꝓo muscus qui more cõpedis crura vitiũ et vineta cõprimit situq̃ et veterno macerat: ferro distringendus et eradendus est. Pręterea situs dicit locus qualitas: vt de situ syracusarũ. Virgil. lib. j. geor. Et segnẽ patiere situ durescere campũ. i. sicut stat.

S Ante M

Smaragdus/gẽma qua oculorũ acies recreatẽ quo nihil viridius. Hinc smaragdinus a. um. pe. cor. Suidas. σμάραγδος θηλυκῶς λέγεται ἐστὶ δὲ εἶδος λίθου πολυτιμοῦ ἐλέγχος δὲ βεβαιότητος τῆς θεότητος κάι λοιπά.

Smigma tis. dicit omne illud qd purgat: ab σμήχω purgo/abstergo. Et est generale nomẽ quo medicamentũ omne significat: qd valet ad emaculãdã faciẽ et abstergenda corporum dehonestamẽta. Hiero. in Dan. Afferte mihi oleũ et smigmata.

Smigtic᷒ a. um: Vt ius Smigtica efficatia smigmatẽ.

Smilax/arbor quã latini taxum vocant. Est et gen᷒ herbę hedere similis densis geniculatę caulibus spinosę fruticosę ramis folio herbaceo flore candido olente liliũ. Oui. li. iiii. me. Et crocon in paruos versum cũ smilace flores. Sunt qui smilacem antophorum vocant quasi seipsum ferentẽ. Hinc Smilaceus a. um. quod est factũ ex smilace.

Smyrna/vrbs in minori asia: quã fluuius Meles circũfluit. Hanc Theseus Thessalus in memoriã vxoris suę quę smyrna vocabat/extruxit. Ex hac Homerum ortum habuisse quidã existimant.

S Ante O

Soanes populi Asię caucasi extrema obtinentes: sicut Strabo refert. lib. xi. Qui ducẽta hominũ milia cogunt exercitum.

Soboles/successio: ab olescendo. i. crescendo dicta.

Sobrius/dicit homo sane mentis: quasi separatus ab ebrio. Teren. in an. Tu pol homo non es sobrius.

Sobrini/duarum plurium ve sororum filii quasi sororini Patrueles patruorum filii: id est duorũ aut pluriũ fratrum filii.

Socer vxoris mee pat. Socrus vxoris mee mater. Socer magnus/ vxoris mee auus/ qui ⁊ prosocer dicitur ⁊ ego sum illius progener. Et auus meus socer magnus est vxoris mee: illa illi pronurus. Socer autē ⁊ socrus dicunt̄: q2 sibi generū associent. A socer fiunt cōsocer/ prosocer ⁊ adsocer. Cōsoceros vocāt quorū filij inter se matrimonio copulati sunt. Verbi gratia Ego illi cōsocer sum: ⁊ ille mihi cōsocer est: cui9 filio filia mea nupsit. Prosocer ⁊ absocer eodē modo dicuntur quo proauus ⁊ abauus.

Socus per simplex c fuit vir Troianus animo ⁊ corporis dignitate generosus.

Soccus per duplex cc. genus calceamenti a sacco deductum nomē: ad cuius similitudinē erat factū/ ita ꝙ ligatū super pedē plicas multas per totū effundebat: qđ non tm̄ comedorū erat: vt apud Hora. Nunc socci cepe pedē/ sed etiam mulierū. Hiero. ad Saluinā: Que pullā tunicā/ nigrosq3 calceolos candide vestis ⁊ aurati socci depositione sumpsisti. Sueto. de Cal. Sepe gēmatas depictasq3 penulas manuleat9 ⁊ armillatus in publicū processit: aliquādo sericat9 ⁊ cycladatus ac modo in crepidis ⁊ cothurnis: mō in speculatoria caliga: nonnunq3 socco muliebri.

Socculus/ paru9 soccus. Sue. in Vitel. Pro maximo munere a Messalina petijt vt sibi pedes preberet excalciandos detractumq3 socculū dextrū inter togam tunicasq3 gestauit.

Socius dicit̄ ꝙ sit eiusdē sortis: vel ꝙ secet. i. diuidat laborem alterius: vel ꝙ eū in re laboriosa sequat̄: vl' a socco qui calceus est vtriq3 pedi aptus: quoniā socius se amico cūmodū in vtraq3 fortuna prebeat. Sunt autē socij qui pari cōsilio ⁊ auctoritate rem simul aggrediūtur. Et qui in re seria ⁊ laboriosa aliquorū pares sunt. Unde socij populi romani dicebant̄: ita cū his federe cōiūcti: vt paucis ac belli participes eēnt: Quis plus sit socius q̄ particeps. Comites qui consulēdo operā ve p̄stando subsequūtur: ⁊ ꝓprie in itinere qui non sua causa iter capiūt: sed vt aliū prosequātur. Cesar cum se victorie pompei comitē esse mallet q̄ sociū cesaris. Et generaliter quicūq3 aliquē sequit̄: comes appellat̄. Cice. Est gloria comes virtut9. Gloria eīn sequit̄ honestatē: sicut vmbra corpus. Sodales in rebus leuioribus ⁊ fere in cōuiuijs dicunt̄: quasi simul edales: vel ꝙ vna sederēt ⁊ essent simul in mēsa: vel ꝙ ex suo datis vesci solerēt: vl' ꝙ inter se suaderent qđ vtile esset. Quintil. Et tēpestiua cōuiuia ⁊ peruigiles iocos aduocata sodaliū turba solut9 atq3 affluens agerē. Caius: Sodales sunt q̄ eiusdē collegij sunt. Cum eo sentire videt̄ apud Cice. Antonius: q̄ Norbanū questorē suū appellat sodalē.

Socialis ⁊ hoc sociale/ qđ est sociorū. Uñ Sociale bellum qđ cum socijs gestū est: hoc dictū est Marsicū: quoniā a Marsis rebellandi suscitatū fuerat initiū. Sociale autem: quia omne latiu3 picenum ⁊ etruria omnis atq3 Campania: postremo italia cōtra romā consurrexerunt.

Societas q̄si participatio. Liui. Infida regni societas.

Socienus dicebat̄ socius. Plau. Ibo intro atq3 illi socieno tuo iam interstringā gulā.

Socio as. iungo quasi sociū socio appono. Col. lib. iiij. At si quis cum sciētia sociauerit diligentiā. Eius cōposita sunt Associo/ consocio eiusdē significatiōis cū primitiuo. Lactā. lib. vij. Licet anima ⁊ corpus consociata sint. Dissocio/ deiūgo: sicut disuadeor/ dehortor. Nam dis interdū non diuersitatē/ sed diuisionē facit: sicut dissimilitudo/ dispar ⁊ hmōi. Cice. Quorū dissimilitudo dissociat amicitiā.

Socordia. vide in dictione socors.

Socrates penul. corre. philosophus atheniensis vnus omniū sapientissimus iudicatus; qui philosophiā naturalem in moralem transtulit. Suidas. σοκρατησ σωφρονισκου λιθοξοου και μητροσ φαιναρετισ μαιασ προτερον γενομενοσ λιθοξοοσ ωσ τε και φασιν αυτου εργον ειναι τασ αθηνησιν ενδεδυμενασ χαριτασ ειτα φιλοσοφησασ δια το ακουσαι αναξαγορου του κλαζομενιου. Hic eq̄bilitatē in omni vita seruauit: vt idem semper vultus/ eademq3 frons/ siue prosperis/ siue aduersis rebus extiterit vsq3 ad extremū. Plini. lib. vij. Ferunt Socratē clarū sapientia eodem semp visum vultu/ nec aut hilari magis aut turbato. Habuit duas vxores Xātippē ⁊ Mironē vno tpe. Que cum crebro inter se iurgarent: ⁊ ille eas esset solit9 deridere/ ꝙ propter fedissimū hominē simis narib9 recalua fronte/ pilosis humeris/ repandis cruribus disceptarent nouissime verterunt in eū impetū: ⁊ male mulctatū fugientēq3 diu persecute sunt. Quondā cū infinita conuicia ex superiori loco ingerenti xantippe restitisset aqua perfusus immunda nihil amplius respondit q̄ capite terso. Sciebā inquit futur3/ vt post ista tonitrua imber subsequeret̄: interrogauit Alcibiades cur mulierē tā acerbā domo nō exigeret? Quoniam inquit Socrates cum illā domi talem perpetior/ insuesco ⁊ exerceor/ quo foris petulantē iniuriam facilius ferā. Itē3 dicenti Alcibiade intolerandam esse Xantippes maledicentiā. Tu inquit nonne toleras anseres clamore p̄strepantes? Illo annuēte quoniam mihi oua ⁊ pullos pariūt. Et mihi ait xantippe filios gignit. Pater Socratis fuit Sophronisc9 lapidarius: mater phenareta obstetrix. Qui in paupertate beatissimus amicis olim audientibus Emissem palliū si nūmos haberē neminē poposcit: omnes admonuit: a quo acciperet ambiguus fuit. Hic auditor fuit Anaxagore ⁊ Damonis: postea ad Archelaū physicum se cotulit. Qui animaduertens naturalis speculationis fructū nullū esse: inuenit primus ethicen. i. moralem philosophiā ad quem transiens fert dixisse: que supra nos nihil ad nos. Auctor est Xenophon Socratē n unq3 de natura rerum neq3 de sublimioribus rebus disputasse: cum ea sint supra captū hominū. Ex socratis varijs in omnē partem diffusis disputationibus plures fluxere discipuli. Et cum ali9 aliud apprehēderet: proseminate sunt/ quasi familie dissentiētes inter se: cum tamē omnes se philosophi socraticos ⁊ dici vellent ⁊ esse arbitrarent̄. Primu3 ab ipso Socrate Plato: a Platone Aristoteles ⁊ xenocrates. Deinde ab antisthene qui patientiā ⁊ duriciam in socratico sermone maxime/ adamarat. Cynica. Cum ab aristipppo quem maxime voluptarie disputationes delectarunt Cyrenaica philosophia manauerunt: fuerunt etiā alia genera philosophorū: vt Eretricorū/ Megaricorum/ Pyrrhonior3: qui se socraticos esse dicerent. Unde philosophor3 fons Socrates appellatus est.

Sodalis. Uide in dictione socius. Hinc sodalitas ⁊ sodalitiū que significant collegiū multorū seu cōuiuiū. Cice. Sodalitates me questore sunt institute. Idem in arte veteri. Uenit in edes quasdā in quibus sodalitiū erat futurū eodē die.

Sodes quidā aduerbiū ꝓcationē vel exhortationem denotans arbitrantur. Priscia. putat verbū. Ait enim quedā verba que in vsu deficiunt personis: vt cedo/ sodes/ salue/ aue/ furis/ infit/ inquā/ foret/ fio. Dictum sodes/ pro si audes: vt sis ꝓ si vis: illico/ pro loco.

Sodoma e. Sodomū ⁊ Sodoma or3. plurali tm̄/ oppidum fuit iudee. de quo legit̄ in Gen̄. Anteq3 subuerteret dn̄s sodomā ⁊ gomorrā. Et ite3: Habitauit in sodomis. Solin9 de situ iudee. Ibi duo oppida: vnā Sodomū: alterū gomorre. Hinc sodomite dicti sunt sodomorū incole.

Sodomito as.pe.pro.verbũ obscenũ. Ci.lib.j.of. Latrocinari/fraudare/adulterare/sodomitare turpe est sed dicit nõ obscene.

Sogdiana/ puincia asię quę vt li.vj.scribit Ptolemeus a septẽtriõe parte Scythię terminat. ab oriẽte secis: a meridie occasu bactriana. In ea sũt vrbes Oxiana/ Maruca ⁊ alexãdria: quã vt Solinus ait: Alexãder tertiã cõdidit ad cõtestandos itineris sui terminos.

Solus a solon/ qd oscoꝝ lingua totũ significat. Nã qui vnus est/ totus est. Hinc solitudo quę ⁊ solitas a veteribus dicebat. Sciendũ ꝙ solus ⁊ vnus pro solus more superlatiuoꝝ genitiuũ regũt vt solus vel vnus omniũ accipenser squãmis ad os versis cõtra aquas natando meat: inquit Pliñ. Item dicimus solus vel vnus ex omnibus vel inter omnes. Et cũ singularitatem significet/ inuenit tamẽ pluraliter. Ter. in adel. Sole sumus. Quãdoq; solus dicitur desertus. Virgi.lib.iiij.geor. Heu male tum libyę solis erras in aruis. Teren. Venit meditatus alicunde ex solo loco. Idẽ: Nonne hunc abijci oportet in solas terras? Facitq; genitiuũ solius: ⁊ soli sole soli. Terẽ. in eu. Mihi sole ridiculo fuit.

Solitarius a.um. vt solitarius qui solus viuit. Hinc solitarius piscis ⁊ solitaria vita.

Soliloquus pe.cor. qui solus loquit. Et soliloquiũ qd per nos cõtemplando loqui solemus.

Soliuagus peñ.cor. qui solus vagat. Aug.lib.xij. de ci ui.dei. Nam cum animãtes aĩs solitarias ⁊ quodam modo soliuagas.i. quę solitudinẽ magis appetãt: sicuti sunt aquilę/miluí/leones/lupi.

Solennis ⁊ hoc solenne per duplex nn. qd omnibus annis prę̃stare debet: compositũ nomen ex solo ⁊ anno Vale.maxi. Maiores statas/ solẽnesq; cerimonias põtificũ sciẽtia bene gerendarũ rerũ auctoritate ⁊c. Hinc solẽnitas.

Solenniũ solennij ⁊ solennia solennioꝝ/ festa quę singulis annis certo tẽpore fiunt.

Soliferreũ/ genus teli apppellatũ/ quasi totum ferreũ. Nam solũ significat totũ ⁊ solidũ.

Solitaurilia/ imolatio triũ hostiarũ erat diuersi generis/ tauri/ arietis ⁊ verris: quia omẽs solidi integriq; corporis sint. Pli.li.viij. Si potiatur marti solitaurilibus piaculũ fieri. Hoc sacrificiũ censores: vt scribit Asco. vrbem completo quinquennio lustrantes de sue/oue/tauro/faciebant.

Solũ dicitur omne qd sustinet: ⁊ vnicuiq; rei subiacet: vbi aliquid fundari potest. Unde aquę superficies dicitur solũ: quia nauiũ fundamentũ est. Virgi.lib.v. Subtrahiturq; solũ. Cęleste stellarũ solũ est. Ouid. Astra tenent cęleste solũ. Ennius pro sola terraꝝ plurali numero dixit: Aer etiã solũ dicit: quia auiũ sustẽtaculum. Hinc solũ pro loco seu sedili ponit. Itẽ pro terra/ ꝙ hominũ ⁊ animaliũ fundamentũ sit. Col. li. ij. Nã qd sicco solo ingestũ ⁊ iam inoccatũ: perinde ac si repositũ in horreo non corrumpit. Unde natale solum dicimus patriã: hoc est terrã in qua nati sumus. Unde exul qui extra solũ: hoc est patriaꝫ eiect⁹ est. Virgi.lib.vij. etiã mensam appellauit solum. Et cereale solum pomis agrestibus augent. Rursus solum inferior pedis pars: quã vulgo soleã vocãt: quę callosa fit ⁊ dura etiaꝫ discalciatis. Cice.lib.v.tuscu. Mihi amictui est scythicũ tegmen calciamentũ solorum callum: cubile terra. Ambro. Nota facta solo atrita est plurimorũ. Et solũ dictũ est pro solea calciamenti ⁊ corio. Mar. Sordidus antiquas solit⁹ producere pelles. Et mordere luto putre vetusq; solum. Proprie tamẽ solũ terra dicit.

Sol/ a solus fit/ ꝙ solus cũ est exortus obscuratis omnibus alijs apparet. Vel vt scribit Diodo. ad Hyperionis filiũ qui liber a romanis appellatus est/ ꝙ liber ⁊ vagus sit. Soles plurali numero/ pro die legim⁹. Virg.lib.iij. Tris adeo incertos ceca caligine soles Erramus pelago. Et soles solis splendores vel radij dicunt. Mar. Hibernis obiecta locis specularia puros Admittũt soles ⁊ sine fece dies. Itẽ soles ęstus vel ardores solis. Hora. Corporis exigui precanum solibus aptum. Hinc Insolo insolas. de quo supra. Sol autẽ grece dicit ηλιοσ.

Solis/ insula est in mari indico semper rubẽs: ⁊ vt Solinus refert: omni animantiũ generi inaccessa: qm̃ eo ingressos vis circũfusi aeris cõfestim exanimat.

Solaris ⁊ hoc solare: qd est solis: vt radij solares ann⁹ solaris: cum sol expleto per omnia signa circuitu ad id vnde digressus fuerat redit: qd fit fere. ccclxv. diebus. Et solaris herba quę grece heliotropiũ dicitur: ꝙ se cum sole circumagat etiam nubilo die. Tantus est eius sideris amor.

Solanus a.um.pe.p. idem qd solaris. Hinc Subsolanus/ ventus q̃ sub sole oriẽte nasci videt.

Solariũ/ locus in quo horę ad solẽ cõspiciũtur. Prim⁹ romanis hoc statuisse dicit. L. Papyrius cursor ad ędem Quirini ante duodecim annis q̃ cuꝫ Pyrrho bellatũ est. Nã prius ortus tm̃ ⁊ occasus solis nominabantur: post aliquot annos adiecto meridie. Dicit ⁊ solariũ locus in domo superior stratus. Hiero.li.ij. Reg. Vidit mulierẽ se lauantẽ ex aduerso super solarium. Nam latini solaria vocant plana tecta q̃ greci domata: vt ideꝫ Hiero. est auctor. Preterea solariũ appellant iuriscõsulti vectigal qd pro solo penditur titulo: Ne quid in publico fiat.

Solario as.pe.pro. in altũ ędifico.

Solstitiũ/ solis statio: cum sol vltra non pgredit/ sed retrocedere incipit. Singulis quippe annis duo solstitia sunt. Unũ ęstiuũ: alterũ hyemale. Sunt em̃ duo tropici: hybernus ⁊ ęstiuus. Hybernus quidem est per quẽ sol trãsmittẽs octauã capricorni partẽ solstitium hybernũ facit. viij. Kal. ianuarias die quo tẽpore sol altiores incipit circulos petere. Aestiuus vero per quẽ sol octauã partẽ cancri transmittẽs solstitiũ ęstiuũ facit. viij. kal. Iulij quo tẽpore remeare sol ad inferiores incipit circulos. Sane veteres solstitiũ fere vocant ęstiuũ: licet nihil adijciat. Virgi.lib.j. Ge. Humida solstitia atq; hyemes optate serenas Agricolę. Nã inuenias vbi adijcit brumale vbi de hyberno fit mentio. Col.lib.xvj. Cal. Ianuarij. Sol in capricornũ transitũ facit brumale solstitiũ.

Solati dicunt q̃ sole correpti sunt/ quẽadmodũ siderati q̃ sidere. Pli. Sic ⁊ solatis prosunt.

Solipugna seu solifuga genus bestiole malefice q̃ acri⁹ cõcitatiusq; fert calore solis vnde nomẽ traxit.

Solea/ q̃ solo pedis subijcit: qñq; etiã id genus calceoꝝ est: quo plantarũ calces tm̃ obtegunt cęteris ppe relictis nudis pedibus partibus teretibus superne pedem vinciens ansis quas ligulas vocant. alio nomie suberes dicunt. Et a grecis crepidę: licet hęc differre putẽt aliqui. Dictę solę ꝙ sola pedibus subijciant. Plau. in tru. Date iam soleas atq; intro me actutuꝫ ducite. Fiunt autẽ quãdoq; solę dum solea capit p ea quę solo pedis subijcit ex ferro vel argento corio vel alia materia. Nã equis ⁊ bobus solę ferreę applicãtur. Catul. Et supinã amniũ graui delinquere ceno ferreã. Ut soleã tenaci ivoragine mula. Ponitur interdũ p calceo. Prop. Prosilit in laxa nixa pedem solea. Item Solea genus piscis plani a similitudine solę. de quo Col. Pli.lib.ix. Rumbi sole passeres habent formã planã. Et solea dicitur materia roborea super qua paries craticius extruit. Iuue. Et solea pulsare nates.

Solearij/ solearũ sutores. Plau. in aul. Solearij astãt astant molochinarij.

Soleatus dicit̃ qui soleis indutus est. Gel. Cur soleatos dixisset qui gallicas non haberẽt soleas.

Soliũ/armariũ ex vno ligno factũ: in quo reges ob corporis sui tutelã sedebãt: dictũ quasi solidũ: quoniam ex prędura materia roboris fiebat: vel dicit̃ quasi solũ q̄ in his soli sederẽt. Syr. Cõsedit solio rerũq̄ iniualit habenas. Vel ſm aspiruz per antistichon quasi sediũ a sedẽdo. Nã ⁊ sella quasi seda dicta est. Abusiue tamẽ quãdoq̄ ponit̃ ꝓ sella regali. Virgi. Prę fatus diuos solio rex infit ab alto. Quãdoq̄ pro vase saligno vel abiete ad vnũ plurimosq̄ liquores trãsferendos ⁊ ad pannos lineos cum lixiuio calido ⁊ cinere emaculandos accõmodato: ⁊ quo in balneis sedẽtes lauamur. Celsus: Interpositis duabus horis in solium: is aquę calidę resupinus dimittendus est si cut a genibus ad vmbilicũ aqua teneat. Mar. Nõ vis in solio prius lauari. Sue. de Aug. At quotiens neruorũ causa marinis albulisq̄ calidis vtendũ esset contentus: hoc erat vt incidens ligneo solio qd̓ ipse hispanico verbo duretã vocabat manus ac pedes alternis iactaret. Nonnunq̄ huic simile vas dicit̃ seu loculamentũ sepulchrale in quo condũtur defuncti. Pli. lib. xxxv. Quoniã defuncto sese multi fictilibus soliis cõdi maluere. Curtius: Septimus dies erat ex quo corpus regis iacebat in solio.

Solidus a. um. penul. cor. modo iuge ac continuũ significat. Plau. Decẽ annos solidos errauit puer. Modo plenũ integrũ nihil cõcaui aut vacui habens. Vñ solidũ corpus dicimus: qd̓ constat longitudine/latitudine ⁊ altitudine. Virgi. Solidoq̄ adamãte colũnę. Hinc fit insolidũ aduerbialiter qd̓ significat in integrũ: vt oẽs ꝓmiserũt in solidũ se satisfacturos. i. integer vnusquisq̄ pro se/ ⁊ non omnes simul. Solidũ quidã a solo terra deducũt: alii a solon oscorum vocabulo: qd̓ totũ significat. Est ⁊ solidus substantiuũ genus nũmi/ quo in ꝑsentia vtimur: cum dicimus viginti solidos librã constituere.

Solido as. pe. cor. roboro/firmo: qd̓ vernacula lingua dicimus saldare. Virgi. lib. j. geor. Area tum primũ ingenti est equanda cylindro. Et vertenda manu et creta solidanda tenaci.

Solidesco/solidus fio. Pli. Vesica membrana constat vulnerata cicatrice non solidescit.

Solistimũ pe. cor. qd̓ est soli: ita eñ a solo solistimũ fit: sicut a medio mediastimũ. De solistimo tripudio vide in dictione tripudiũ.

Soldurius/lingua gallica dicit̃ deuotus. Cęsar: Cũ sexcentis deuotis: quos galli soldurios appellant: quorum est conditio. vt omnibus vitę cõmodis vna cum his fruantur: quorũ se amicitię dediderũt si quicq̄ ꝑ vim accidat: aut eundẽ casum vna ferãt: aut sibi mortem consciscant.

Soli/ciuitas insignis Cilicię ab achiuis ⁊ rhodiis ędificata: postea Pompeiopolis appellata a Pompeio qui piratas in eam transtulit: quos dignos existimauit/ vt seruarent̃. Hinc fuit Chrysippus philosophꝰ stoicus ⁊ philemon comicus poeta: ⁊ Eratus qui de astris versu conscripsit: cuius plurima carmina Cicero in latinum vertit.

Soloecismus/est impar ⁊ inconueniẽs cõpositura partium orationis: a nostris imparilitas: a vetustioribꝰ latinis Scribligo dicebat̃ inuersura ⁊ prauitate tortuosa orationis tanq̄ streblixo quędã: siquidẽ στρεβλόω torqueo ac depravo significat. Per translationẽ dicitur a poetis error. Iuue. Soloecismũ liceat fecisse marito. Mar. Sępe soloecismũ mẽtula nostra facit. Dicitur etiã solecon: sicut barbarismus ⁊ barbaron. Soloeci autem nomen a Solone deductũ Laertius testatur: qui cum in Cilicia vrbem a suo nomine Soloe condidisset: pauci ex atheniensibus quos in ea reliq̃t: nõ multo interiecto tẽpore corrupto patrio ſmõe incõuenientẽ partiũ structura loq̃ ceperũt. Quapropter qui eo vitio aliquãdo vterentur/ dici sunt σολοικίζειν: hoc est soloecissare. Suidas. σόλοι Κιλικίας πόλις καὶ Κύπρου ἀφ' ὧν ὁ σολοικισμὸς βαρβαριζόντων καὶ τὴν διάλεκτον σόλων. Δε ταύτην ἐκτίζει.

Soleo es. solitus: quasi solus: id est totus eo. Sal. li. ij. hist. solui pręteritũ vsurpauit. Neq̄ inquit subsidia vti soluerat cõpositis. Eius significatio nota est. Accipitur enim per solere essere vsato. Virg. Unde ois troia videri. Et danaũ solute naues. ⁊ achaica castra. Huius cõposita sunt Assoleo/ absoleo/ obsoleo/ insolens/ insolitus/ pro insueto.

Solet impersonale passiuę significatiõis. Cice. in Lel. Cum in hortos D. Bruti cõmentandi causa (vt assolet) venimus: tu nõ affuisti.

Solito as. frequẽter soleo. Gel. Scipionẽ affricanũ solitauisse noctis extremo prius q̄ dilucularet in capitoliũ ventitare. Hieronỹ. in Esaia. Et habitabunt ibi struthiones: ⁊ pilosi solitabunt ibi.

Solers/cõtrarius maxime est inerti: hoc est totus ingeniosus ⁊ artificiosus: quasi totus ex arte: vel quasi solus in arte sit: quiq̄ in omnibus rebus prudens est. Hiero. in prolo. Danielis. Quę magis prudẽtia solertis viri/ q̄ prophetali spiritu cẽt propheta. Hinc solertia quę est ingeniũ totũ acutũ ⁊ artificiosũ: qua quidẽ bene vtuntur: quidã male. Bene. Cice. in Catone. Tum eũ dixisse mirari se non modo diligentiã sed etiã solertiã eius: a quo essent illa dimensa atq̄ descripta. Male. Idem lib. j. offi. Itaq̄ eorum fines sicut ipsi dixerant/ terminauit: ⁊ in medio relictũ quod erat populo romano adiudicauit. Unde hoc improbans. Cice. sequitur: ⁊ ait: Decipere hoc quidem est/ non iudicare. Quo circa in omni re/ fugiẽda est talis solertia. Ex quo apparet etiã/ q̄ solers quis bonꝰ vel malus erit pro qualitate solertię qua vtit̃. De cuius ꝓprietate Claud. li. iij. de raptu sic inquit: Rerumq̄ remotas ingeniosa vias paulatim exploret ęgestas. Atq̄ artes pariat solertia nutriat vsus.

Solicitudo/cura ⁊ mẽtis inquietudo q̄ mẽtibꝰ inhęret. Terẽ. in an. Quãtas hic cõficit solicitudines? Solicitus/ inquietus ⁊ curis affectus/ nõ autẽ diligẽs. Cice. Celio: Desunt autẽ ꝓpter hanc causam q̄ mirifice sum solicitus quidnã de ꝓuinciis decernat̃.

Solicito as. penul. cor. spem metũq̄ ostendo: vt Solicito plebẽ. Aliquãdo inquieto ⁊ curã iniicio seu perturbo. Teren. in an. Cur meã senectutem solicito huius amentia? Hinc solicitatio quę fit ab alio. Aliquando insto: vt Solicito te ꝓmissis. Curt. li. ij. Verũ eum/ uero: cum modo milites meos litteris ad ꝓditionẽ: modo amicos ad perniciẽ pecunia solicitet: ad internecionẽ mihi persequẽdus est: non vt iniustus hostis sed vt percussor veneficus. Dictũ solicitare quasi solo citare. i. suo loco mouere.

Solox/lana crassa quasi solida. Item pecus lana tectũ. Titi. Lana soloci ad purpurã data. Lucil. Montano hirco atq̄ soloce.

Solor aris. a solũ pro terra solida fieri quidã existimãt quasi solidũ reintegro. Virgi. Interea longum cantu solata laborem. Arguto cõiunx percurrit pectine telas. Hinc fiunt cõposita Consolor. Cice. Ser. Sul. Quid me ista res consolatur in tantis tenebris ⁊ quasi perpetuis reipu. Est enim vix cõsolabilis dolor: ita est omniũ rerum amissio ⁊ desperatio recuperãdi. Desolor contrariũ est. Hiero. ad Tira. Sola desperatione dormientis ęstuans desolatus solatio pii pignoris iactor. Et habent penul. corre.

Solo solas in eadem significatione. Unde ⁊ desolo. de quo loco suo.

Solatiū/ipsa cōsolatio: ꝛ ꝓprie rebus fit. Hiero. Dit titis solatia sumptuū. Quintil. Cecitatis miserę sola tium/est habere rem videntiū.

Solamen/idē qđ solatiū. Cice. i Lel. Et si illis plane or batus essem magnū tñ ferret mihi etas ipsa solamē. Virgi. Solamenq; mali de collo fistula pendet.

Soluo is.ui.utū. qđ ligatū erat nō ligatū facio/enodo. Virgil. lib. vij. Soluite crinales vittas capite orgia mecū. Plau. in am. Nam noctu hac soluta est nauis nostra e portu persico. Sed quoniā q̄ debent quodā modo obligati sunt creditori: soluere etiā pro debitū reddere ponit. Cice. in Ver. Pro quo frumēto pecu nia soluta nō est. Hinc per translationē solutiōis vo cabulū ad omnē liberationē quoquo mō factū trans/ fertur: magisq; ad subiectū obligatiōis q̄ ad nūmo/ rum solutionē. Unde soluere pro satisfacere. Teren. in adel. Nec tu verbis vnq̄ solues/qđ mihi re male feceris. Quādoq; pro dimittere. Virgi. lib. ij. geor. Solue mares mitte in venerē pecuaria prim᷑. Quā doq; ꝓ liberare. Idem: Soluite corda metu teucri. Unde solutus risus dicitur magn᷑a curis liber. Idē Risusq; soluto. Quandoq; pro mollē facere. Hora. li. car. Soluitur acris hyems grata vice veris. Sol uere fidem est rumpere vel nō seruare fidem. Teren. in an. Soluisti fidem. Et soluere est aperire. Col. lib. vij. Ea porro vena que in auro videt̄ esse amplissima sarmento prius verberat̄: deinde cum ad ictum intu muit/cultello soluit̄. Cōposita huius verbi sunt: Ab soluo/dissoluo/exoluo/persoluo ꝛ resoluo.

Soluendo non sum/significat non satisfacio: pro eo qđ obligatus sum siue pecunia/siue remuneratione. Ci ce. in phili. Tu nec soluēdo eras: id est soluere debita non poteras.

Solutus a.um. p̄ter significationes quas cōmunes ha bet cum soluo: ponitur pro raro/quod est contrarius spisso. Colu. lib. j. Soli pinguis vel macri/soluti vel spissi/humidi vel sicci.

Solutilis penult. cor. quasi solubilis/q̄ facile solui pōt: vel q̄ solutus ꝛ non fideliter ꝯsutus est: vt nauis quā Nero p insidias matri Agrippinę fecit naufragiū.

Solimi fuerūt populi iuxta Lyciā quos Homer᷑ pu gnacissimos fuisse scribit: ꝛ a Bellerophōte deuictos Corne. tacitus de origine iudęorū. Alij clara iudęo/ rum initia solymos carminibus celebrataꝫ. Homeri gentē conditā vrbē hierosolymā nomine suo fecisse. Unde Iuue. Interpres legū solymarū. Et declinat̄ solymę arū. ꝛ hierosolymę aꝝ. ꝛ hierosolyma ę. Un de Hierosolymitanus.

Solon fuit vnus ex septē sapientibus grecię patria Sa laminus: qui teste gellio lib. xvij. Athenis claruit/re/ gnante Tarquinio prisco Romę: hic athenienfibus leges dedit cū tanto tēperamēto cōpositas/ꝙ pareꝫ gratiā a senatu ꝛ plebe cōtraheret: q̄q̄ plebs ꝛ sena tus in summa prius essent dissensione.

Somatophylaces/custodes corporis regis: quos lati/ ni prisco vocabulo latrones dixerūt/quasi laterones.

Sonchos/herba quā scariolā punici vocant: ꝛ quā pim pinellam vulgus nominat.

Somatopeia/latine corporis factura. Et est figura cuꝫ incorporeū modo corporeo loqui introducit̄.

Sonus dicitur omnis vox ꝛ quicquid auribus percipi potest. Hiero. tamen in interpretatiōe Ps. docet so num proprie dici cū additur tātūmodo sonus: ꝛ vox nō intelligitur. Soni tria sunt genera: aut enim voce constat per fauces: aut flatu per tubā/ aut pulsu p ly/ ram ꝛ omnia crepitantia. A sonus fiunt Absonus si ne sono/inconueniēs/altisonus/armisonus/ bombi/ sonus: bombū sonans. Consonus/cōueniēs ꝛ simul sonans. Dissonus/diuerse sonans/inconueniēs. Dul cissonus. Et omnia habent penul. cor.

Sonor/vehementior sonus. Virgi. Magno veluti cū flāma sonore Virgea suggerit̄ costis vndātis aheni:

Sonit᷑us. pe. cor. idē qđ sonor. Virg. li. iij. Dum flam/ mas iouis ꝛ sonitus imitatus olimpi.

Sono as. aui. atū. Unde sonatus ꝛ sonatur᷑. Hora. li. j. Ser. Magna sonaturū des nostris hui᷑ honorem Dicit̄ ꝛ sono is. ui. itū. Acti᷑: Clamore ꝛ gemitu tē/ pliū resonauit. Est aūt sonare musico aliquo istrumē/ to canere: ꝛ ꝯstruit̄ cū ablto. Var. Nō arguta sonāt tenui psalteria chorda. Et resonant arbusta cicadis: Aliqñ significat effigere: ꝛ sic ꝯstruit̄ cū actō. Idem Nec vox hoieꝫ sonat. Manil. li. v. Aura p extremas resonauit flebile rupes. Aliqñ ꝓferre/ pronunciare. Hiero. in ꝓlo. Dan. Et vt verū fatear: vsq; ad p̄sentē diē magis possum sermonē chaldaicū legere ꝛ intel ligere q̄ sonare. Aliqñ laudare. Ideꝫ in ꝓlo. Paral. Unde ꝛ nobis curę fuit vt circuirem᷑ ꝓuinciā quam vniuersę christi ecclesię sonāt. Aliqñ significare. Idē ibi: Sed ꝛ ipsę appellationes nō hoies vt plerīq; exi stimant: sed vrbes ꝛ regiōes ꝛ saltus ꝛ ꝓuincias so/ nant. Qñq; indicare/exprimere. Idem: Quid aliud sonant euangelia nisi nascētē dñm ex maria virgine: Illud autē eiusdē habet nescio quid latentis energię viua vox: vt in aures discipuli auctoris voce trāsfusa fortius sonet: hoc est imprimit vel ingredit̄. Huius cōposita sunt: Assono/respōdeo seu iuxta sono. Per si. Reparabilis assonat echo. Interdum male sono: Cōsono/simul sono/cōcordo: a quo Cōsonantia/con cordia vocuꝫ quę ꝛ vocalitas latine: grece euphonia dicit̄. Circūsono. Cice. lib. iij. offi. Tamē conducerē arbitror talibus aures tuas vocibus vndiq; circūso/ nare. Dissono/diuerse sono/discordo. Hinc dissonā/ tia/vocū discordātia. Insono/valde sono: vt insonuit̄ nem᷑. Intersono/in medio sono. Persono/valde so/ no siue pfecte sono: vel sonando sono. Lactan. lib. j: Qui cū frequēter cytharę cantu personaret: cithero/ appellat᷑ est. Hiero. de Pauli. Cuiusq; doctrinę acā demię gymnasia personabant. i. diuulgabant. Reso no/ꝓprie cōtra sonantē sono. Virgi. Formosam re/ sonare doces amaryllida syluas. Et resonare/sonum reddere. Apul. Et cicadarū cātu agri resonarēt. Itē sonādo repr̄sentare/explicare. Hiero. i Iob. Hec aūt trāslatio nullū de veteribus sequit̄ interpretē: sed ex ipso hebraico/arabicoq; sermone: ꝛ interdū nūc vbā nūc sensum/nunc simul vtrumq; resonabit. Et illud: Quid si ipsam audisses bestiā sua verba resonantē id est ꝓferentē. Et omnia habēt pe. cor.

Sonito as. pe. cor. frequentatiuū est a sono.

Sonipes pe. cor. significat celerē equū: a sonito pedis/ ꝙ pedibus sonet.

Sonorus a. um. pe. pro. qđ graue sonat: ꝛ ꝓprie epithe thon tēpestatis est. Virgi. Luctātes vētos tēpesta/ tesq; sonoras. Hinc sonoritas ꝛ sonorositas.

Sons/ ꝓprie dicit̄ cuius culpa iam sonat: hoc est erro/ ris cōuictus est. Unde insontē dicimus eū qui inno/ cens repertus est. Item sons est q̄ cuiq̄ rei nocet.

Sontic᷑ a. um. pe. cor. qđ nocet. Unde sontic᷑ morb᷑ q̄ totū inuadit corp᷑. Venaleus. quotiēs morb᷑ son/ ticus noiat̄ eū significari Cassi᷑ ait: qui noceat. No/ cere aūt intelligit̄ q̄ perpetuus/nō q̄ tpe finit̄. Plini. Gagates lapis nomen habet loci ꝛ amnis Gagatis Licię niger est planus pumicosus: nō multū a ligno differens/leuis/fragilis/odore si terat̄ grauis: fictilia ex eo inscripta/nō delent̄: cū vrit̄ odorē sulphureum reddit/fugat serpētes/deprehēdit sonticū morbū ꝛ vir ginitateꝫ suffitus deprehendit inquit: hoc est vtrum perpetuū sit/an interualla habeat. Om̄ autē sontic᷑ morbus est iusta causa absentię: interdū sonticū poni tur pro iusto. Neuius: Sonticā esse oportet causam quāobrem perdas mulierem.

Sophocles/nomen poetę tragici: qui inter grecos principatum obtinet. Hunc Cicero diuinū poetā li. j. de diuinatione vocauit. Hinc Sophocleus a.um. Unde Carmina sophoclea.

Sophaci appellati sunt afri: a Sophano/qui in africa regnauit.

Sophia/latine sapiētia dicit: ꝛ q̄ eam ꝓfitent/sophi appellant σοφοσ em̄ sapiens doctus. Mar. Cuz tibi sit sophię par cura ꝛ cura deorū.

Sophista ꝛ sophistes/dicitur qui sophię cauillator est. Unde ea pars dialectices nomen sumpsit sophistice q̄d sic Suidas ait sic: σοφιστησ πασ τεχνιτησ και ο το λεκτον ησ κηκασ και ο επηρεαζων εκ ων εν τοισ λογισμοισ και απατεων και πολλα ζητει δε εν τω δυναμισ συνιδου. Capit nōnunq̄ pro apparente ꝛ non existente sopho. Itē pro sapiente necnō ꝛ pro eo qui in arte rhetorica ꝓponit quę imitari debeam᷒. Plato docet sophistas et rhetores qui veluti venatores parati sunt ad capiēdos iuuenū animos sophistica disciplina quā venalē per vrbes circūferunt/verbo demonstrātes se oratore ꝛ ciuilis disciplinę esse professores: cum reuera sint corruptores. Aristo. lib. x. ethicorū. inquit sciētiā gubernandarū rerū pu. sophistę profitent: quorū nullus rē pu. gerit. Hinc antisophistę a Suetonio dicuntur inter se cōpugnantes sophistę.

Sophisma atis. dicit cōmentū ꝛ oratio ita cōposita: vt vera esse videatur. Quo nomine etiā dicitur fraus/deceptio/cautela.

Sophronio/nomen est femine per diminutionē adulationis amatorię prolatū: ꝛ ab σωφροσυνη que est prudentia deductū velut totula prudens.

Sophron/latine tēperantia qua carnales frenātur libidines/ne in quecq̄ vitia mētē cōsentiētē trahār.

Sophrosynę/similiter temperantia/modestia/castitas. Hiero. contra Joui. Non enim vt male habetur in latinis codicibus sobrietas est legēda: sed castitas/id est σωφροσυνε.

Sopor/idem qđ somnus: a quo soporifer.

Soporo as. pe. pro. soporē inducere. Unde soporatus cui veluti irrigatus est somnus.

Sopio is. iui. itū. significat soporo. Quinti. Illa statim nocte iam totā domū ac familiā quies prima sopiuerat. Undę sopitum dicimus qui iam cępit dormire. Virgi. tamē sopitū somno dixit quasi irrigatum. Et sopitus dicit qui sensus amisit: vulgo stramortit᷒ dicitur. Liui. lib. j. Jubet bono animo esse: sopitū fuisse regem subito ictu: ferrū haud alte in corpus descēdisse: iam ad se rediisse inspectū vulnus absterso cruore omnia salubria esse cōfidere prope diē ip̄m eos visuros. Huius cōpositū est consopio/qđ est totus sopore obruor. Cice. lib. j. tus. Num igit eū curare censes cum luna laborat aqua consopitus putatur: vt eū dormientē osculetur?

Somnus Grece υπνοσ: latine apud antiquissimos sypnus: postea sopnus/mutata aspiratiōe in s ꝛ υ in o: sicut fit in herpillon serpillū. Sunt tamen qui magis somnus vsurpent sine p. Et dicit somnus cū dormimus. Virg. lib. j. geor. Nec somnos abrumpit aura quietos. Somniū ꝓ illusio quā patimur cū dormimus. Hiero. ad Eusto. Nec ꝓ sopor ille fuerat: nec vana somnia quibus sępe deludimur. Ponit quandoq̄ somnus pro deo. Mar. Et q2 nulla venit: tu mihi somne veni. Ser. tamē cōmē. lib. v. en. ait: Somn᷒ ipse deus somnium qđ dormimus. Insomniū quod in somnis videm᷒: vt Falsa ad celū mittūt insomnia manes. Sciendū tamē vt Macro. docet ꝙ eorū quę dormiētes videre nobis videmur: quinq̄ sunt genera sōniū. s. visio/insomniū/oraculū/visus qui a grecis phantasma dicit. Ex his insomniū ꝛ phantasma cuz falsa sint interpretatione non indigent: tria reliq̄ vates interpretant. Et oraculū quidē est cū quis insomnūs aliquid nobis denunciat. Visio cū id quis videt qđ eodē modo quo apparuerat euenit. Somniū autem proprie vocat qđ tegit figuris ꝛ velat ambagibus nō nisi interpretatione intelligēdis. A somn᷒ fit insomnis: qđ est peruigil. Unde insomnes noctes dicuntur peruigiles.

Somnio as. per quietez aliquid quasi vigilans video. Uñ somniator apud genesim. Plau. in cur. Quos tu mihi luscos libertos/q̄s sumanos somnias ad est somniādo loqueris. Aug. li. de ciui. dei. absolute posuit. Et dormiuit in loco illo ꝛ somniauit.

Somnifer a.um. qđ affert somniū. Pli. lib. xviij. Visq̄ somnifera etiā satiuo papaueri.

Somnificus a.um. qđ somnū inducit: vt vis somnifica.

Somniculosus a somniculo magis fit q̄ a somno: ꝛ is dicit qui ad somnos vacat. i. somno plen᷒ ꝛ ignauię. Interdū dicit non qui somno indulget: sed qui somnum inducit/habetq̄ vim somnificā. Unde Cinna: aspidem vocat somniculosam: nō ꝙ ip̄a dormiat/sed ꝙ vi somnifica homines percussos enecet.

Somnorinū/apud antiquos dicebat id qđ insomnis videtur. Var. Hinc somnorinas imagines affat.

Sora fuit oppidū volscoz. de q̄ Liui. li. ix. Et Juue. eᵘ meminit cū ait: Optima sore aūt phabraterię dom᷒.

Soracte/mons in phaliscis apollini sacer: quo spelūca cooperta latebrā sibi elegit diu᷒ Siluester. Et generis neu: qđ ꝛ hęc soras ꝛ hoc soracte is. dr. Syr. lib. viij. Et sacrū phebo soracte frequētāt. Virgil. lib. xj. Sūmę deū sancti custos soractis apollo. Itē dicitur soractis is. sicut preneste ꝛ prenestis.

Sorbeo es. bui. itum. Unde sorbitio. Dicit ꝛ sorbo is. psi. ptum. Est autē sorbere deglutire quicq̄ molle: factitiū verbum: a sono vocis quem faciūt qui sorbent. Transfert ꝛ ad alia. Hiero. in paulo. Fontē lucidissimū ostēdēs rārūmodo foris eundē quē genuerat terra sorbebat. Huius cōposita sunt Absorbeo vel absorbo. Luc. lib. iiij. Absorpsit penitus rupes ꝛ tecta ferarū. Aug. lib. vj. con. Burges eū morū carthaginensiū quibus nugatoria feruēt spectacula absorbuerat eū insania circensiū. Exorbeo vl' exorbo/extra sorbere. Cice. lib. ij. Phil. In sanguinē ciuilem exhausit vel potius exorbuit. Plau. in epi. Jam ego me conuertā i hirudinē atq̄ eoz exorbebo sanguinē. Obsorbeo vel absorbo/totū sorbeo. Idē in cur. Vin aquā? Si frusculēta est: da obsecro hercle obsorbeā.

Sorbitio/ip̄e sorbēdi actus. Persi. Barbatū hęc crede magistrū Dicere sorbitio tollit quē dira cicute. Hui᷒ dimi. est sorbitiūcula ꝓ cibo q̄ de facili sorbet.

Sorbities/idem quod sorbitio: a quo fit diminutiuū sorbitiuncula.

Sorbillo as. diminutiuū a sorbeo. Et proprie est paruz sed frequēter sorbeo. Ter. in adel. Et cyathos sorbillans paulatim hunc producā diē.

Sorbū/genus fructus similis pyri/qđ siccū aluū sistit. Mar. Sorba sumus mollēs nimiū durātia vētres. Apti᷒ hęc pucro q̄ tibi poma dabis Col. Sorba manu lecta in vrceolos picatos adiicito.

Sordes imundicia: a quo sordidus.

Sordidus a.um. qđ est sordibus infectū. Liui. Teren. Var. loco nō humili solū/sed etiā sordido ortus.

Sordeo es. dui. sordidus sum. Pli. lib. xxv. Vitā iuuare non fortassis credet aliquis/cum hęc quoq̄ nostra friuola existimētur adeo delitiis sordent: ꝛ quę ad salutem pertinent.

Sordesco/sordidus fio: vt qui sordet/sordescat adhuc. Hinc exordesco/qđ ē valde sordesco. Gel. Cur ergo non patimur nomen philosophię illustrissimū in hominibus deterrimis exordescere.

Sordido as: sordidū facio: fędo. Aug. lib. j. confes. Dilata est itaqꝫ mundatio mea: quasi necesse esset vt adhuc sordidarer si viuerem.

Sorex animal paruum a sono vocis quē rodendo facit. Vide in dictione Mus. Hinc soriceus a um: ⁊ Soricinus a um. Unde Soricinos dētes dixit Plaut⁹.

Soror dicta est ꝙ q̄si seorsum a sua stirpe nascit̄: sepatqꝫ ab ea domo in qua oritur ⁊ in aliā familiā transgreditur: vel soror quasi diuersa sorte orta.

Sororius dictus est cui soror mea nupsit. Similiter frater ⁊ sororis filius sororius dicitur.

Sororie: puellarū māme vocant̄ cū intumescunt.

Soros grece: apud nos aceruus siue cumulus dicitur. Unde Serapis quasi soros apis.

Sors a serie dicit̄ ſm Var. ponit̄ ꝓ fortuito alicui⁹ rei euentu. Uñ Sortior verbū. Aliquādo pro fatali necessitate. Virgi. Hic exitus illuz sorte tulit. Quid sit sors Aug. in psal. interpretatione ostēdit his verbis Sors est res in dubitatione humana diuinā indicās voluntatem. Nam ⁊ sortes miserunt apostoli: electi sunt duo iudicio humano: ⁊ electus de duobus iudicio diuino. Unde scribitur. Cecidit sors super Mathiam. Ponitur ergo sors pro gratia qua saluamur: quia in sortem non est electio: sed voluntas dei. Nā vbi dicit̄. Iste faciet: ille non facit: merita considerātur: ⁊ vbi merita considerantur electio est: non sors. Quoniā autē deus nulla merita nostra inuenit: sorte volūtatis sue nos saluos fecit: quia voluit: non quia digni fuimus. Hec est sors. Unde in actibus apostolicis. Quia existimasti donum dei pecunia comparari: non est tibi pars neqꝫ sors in fide hac: id est grā nō ptines ad istaz gratiā quā gratis oēs accepimus. Et sortes ex ꝓmissione dei ptes hereditatis vocant̄: que populo sunt distribute. Unde tribu leui p̄ceptum est nō habere sortē inter fratres suos: ꝙ ex eorum decimis sustentaret̄. Hinc sors dicit̄ patrimoniū. Unde consortes ⁊ cōsortia: qui aliqđ patrimoniū simul habent. Et sors summa est siue caput et prima pecunia que cōfertur in societatē: vt inde lucrū fiat. Teren. in adel. Hei mihi etiā de sorte nunc venio in dubiū: hoc est de pręcio quo empta erat fidicina. Inde cōsortes qui tantūdem sortis attulerāt ad societatē: quantum ille cum quo est societas. Item sors est fatalis necessitas siue parce: ꝙ ita vnicuiqꝫ sortitū sit vt ipse voluerunt. Virgi. Hic exitus illum sorte tulit. Item dicitur iudicium. Idem. Nec vero he sine sorte date sine iudice sedes. Tractum ex romano more. Non eñ audiebātur cause nisi per sortē ordinate: nā quo tempore causę agebantur: conueniebant omnes: ⁊ ex sorte dierum ordinem accipiebant: puta ꝙ post triginta dies causas suas exequerētur. Item Successio vt in hymno. Ut cum dies abcesserit: noctēqꝫ sors reduxerit: mūdi ꝑ abstinentiā ipsi canamus gloriā.

Sortilegus penul. cor. qui ꝑ sortes futura prenūciat ⁊ q̄ per sortē aliquid eligit. Hinc sortilegiū.

Sortior iris: sortes facio: siue ꝑ sortes aliquid recipio: ⁊ sorte aliquid consequor. Lactā. lib. vii. Uñ apparet hominē q̄ eo vtitur imortalē sortitū esse conditionē. Sueto. in Aug. Ex p̄tura macedoniā sortitus. Aliqñ Sortiri significat disponere: Virg. Sic fata deū rex sortitur voluitqꝫ vices sic vertitur ordo.

Sortito penul. ꝓdu. aduerbium qualitatis significat ex sorte Hor. li. car. Lupis ⁊ agnis q̄nto sortito obtigit

Sospes generis cōmunis: q̄uis Sospita femininū habeat. Et nō solum qui seruatur. i. saluus est sospes dicitur: sed etiam qui seruat. Unde Ennius sospitē pro seruatore posuit.

Sospitalis: q̄ sospitatē dat. Plau. in pseu. Quis est qui morā occupato molestā obtulit q̄ tibi sospitalis fuit.

Sospito as: penul. cor. incolumē seruo. Liuius. libro. j. Propicius suam semꝑ sospitat progeniē.

Sosia: nomen viri propriū apud comicos.

Sostratus fuit vir Aeginita Laodomantis filius.

Soter: vt Cice. in ver. acti. iiij. inquit vno verbo exprimi nō potest: cum eum significet qui salutem dedit. Soteria salus: soterion salutare dicitur

Sotularis: calceus. Hiero. contra Iouinia. Legimus quendam apud romanos nobilem cum eū amici arguerent quare vxorem formosam ⁊ castam ⁊ diuitem repudiasset protendisse pedem ⁊ dixisse eis: Et hic sotularis queȝ cernitis videtur vobis nouus ⁊ elegās: sed nemo scit pręter me vbi me pręmat.

S Ante P

Spado: ⁊ eunuchus grece dicti omnes sunt in nullo differētes: nisi ꝙ elegantius ⁊ magis atticū est eunuchū q̄ spadonem dicere. Fit autem Spado ab σπαω quod est aufero: euello: ꝙ ab eo pars maxima virilitatis auferatur.

Spadix teste Gel. lib. ij. est auulsus a palma termes cuȝ fructu: h̄ ē palmes. Est ⁊ color. Virg. li. iij. ge. Luxuriatqꝫ toris aīosuȝ pect⁹: honesti Spadices glaucique

Spadicus penultima ꝓducta color qui ⁊ phęniceus: id est coccinius: ꝙ non sit dissimilis fructui palme arboris nondum sole incocto.

Spera: latine globus: ⁊ id est qđ ex omni exteriore parte rotundum apparet. Nonnunq̄ etiā Sphera cuȝ ph. aspirato scribit̄. Nā grece σφαιρα dicta: vt Eusebius lib. ꝑpara. quasi sphera: hoc est corp⁹ ęthereū Manil. Ingēti sphera totū ꝑcingit olympū. Higi. Sphera est species q̄dā in rotūdo cōformata oibus ex partibus ęqualis apparēs. Huius diminutiuū est sperula ⁊ spherula: parua rotūditas.

Spartha: lacus in atropatia: in quo sales nascūtur ⁊ cōgelascunt.

Spargapises: fuit teste Herodoto fili⁹ Tomyris massagetarum reginę.

Sparta ę. ⁊ sparta es: eadē est que ⁊ Lacedemon vrbs Laconie in peloponeso: a Sparto Phoronei filio: q̄ eā cōdidit appellata Sparta. Fuit autē ciuitas grecię insignis: q̄ diu cū athenięsibus grauia bella gessit: q̄ Lycurgi legib⁹ optime istituta fuit. Ab ea dicti sūt Spartiate: sparte: ⁊ spartani: Spartiatas legim⁹ in lib. Machab. romanis fuisse confederatos. Virgil. Veloces sparte catulos acrēqꝫ molossuȝ Pasce sero pingui. Idē. Virginis os habitūqꝫ gerēs ⁊ virginis arma Spartane. σπαρτη latine filū: linea carpētariū siue rubrica trāsferri pōt. Suidas. σπαρτη σχοινιά σπαρτη η πολισ των λακεδαιμονιων ο απο του τησ σπαρτιατησ και σπαρτιητεων.

Spartacus famosus gladiator fuit ex thracia oriūdus. robore animi ⁊ corporis p̄stans: q̄ vna cuȝ Chryso et enomao effracto Lētuli ludo gladiatorio cū. lxx. gladiatoribus erupit capua manuqꝫ seruoꝝ cōgregata: quasi iusto exercitu cōparato bellū ingens excitauit. sed victus a Crasso fuit. De quo Luc. Ut simili causa caderes qua spartacus hostis.

Spartea sunt vtēsilia ad maioris sūme pecunias capiēdas. Nūmoꝝ eñ receptacula varus noibus appellata fuere. Nā vt sacci: sacculi: saccelli: crumene scortee ⁊ mātice ⁊ marsupia: ita fisci fiscine ⁊ fiscelle.

Spartum: genus herbę apud hispanos frequētis. Quidam latini hanc Genistam interpretant̄. A spartum fit sparteus a um.

Sparus seu sparum: telum rusticum in modum pedis recuruum. Virgilius libro. x. Agrestisqꝫ manus armat sparus. Sal. Sed ex omniū copia circiter quarta pars militaribus armis instructa: ceteri vt quosqꝫ casus armauerat sparis aut lanceis: alii p̄acutos sudes portabāt. Festus. Spars paruissimi generis sūt

facula a spargẽdo dicta: q̃ passim pugnãdo spergerẽt Lucil. Tũ spara: tũ murices portant tragula porro.

Spargo is si sum: passim aliquid iacto. Virg. Iam cornu petat: ⁊ pedib⁹ q̃ spargat arenã. Et spargere sternere. Idẽ. Spargite humũ folijs. Quãq; guttatiz infũdere. Idem Spargit rara vngula rores sanguinis. Quãq; madefacere. Vñ adspgere dicimus. Solebãt em̃ veteres vt nos quoq; facimus aqua corpus purgationis causa madefacere: dũs inferis sacrificaturi. Huius cõposita sunt Aspgo Conspgo. Col. libro. iii. Stercore vel palea cõspgito humũ ante brumã. i. ꝑfecte spgito. Dispgo diuerse spgo. Lactã. li. iiii. Vbi animus in multa dispsus: huc atq; illuc diuagaẽ. Circũspgo. Pli. li. xviii. Ibiq; se purificãtes solẽniter aq̃ circũspgi. Inspgo: intus vel valde spargo. Respergo satis bene spargo. Liuius li. i. Ne sanguine se nefando soceri generiq; respgerẽt. Col. li. i. deinde cuz ꝑdictũ tectoriũ inaruit: rursus amurca respergiẽ.

Spastici dicunẽ quib⁹ aliq̃d intus cõuulsum est. Pli. li. xxviii. Tremulis spasticis exilientibus.

Spaticus dicit quasi maligno spũ correptus: qui in aliquo loco neq̃t ꝯsistere sed subito moueẽ. Pli. li. xxiii Neq; expauescentibus repente: nec spaticis rursus torpẽtibus: nec sup somnos genitura effundaẽ.

Spata: a σπαζω scindo vel dilacero: vel ab σπαω qđ euello: siue euagino significat. Apuleius. Militaris ⁊ sacramenti geniũ ob amissam spatã verebaẽ.

Spatula: siue spataliũ diminutiuũ a spates: dicit ram⁹ vel folium palmę. Spates em̃ ramus palmę vocaẽ a quo pendẽt balani: hoc est palmule siue palma.

Spatiũ non solum de loco dicit: sed etiam de tempore. Cice. lib. ii. ad Herẽ. Spaciũ ita cõsideraẽ: satis ne longũ fuerit ad eã rem transigẽdã: scierit ne satis ad ꝑficiendũ spaciũ futurum.

Spatior: spatiatũ eo. Virgi. lib. i. Geor. Tũ cornix plena pluuiã vocat improba voce. Et sola in sicca secum spatiaẽ arena. Et spatiari est intra certũ spaciũ deambulare. Idẽ. Aut ante ora deũ pingues spatiatur ad aras. Festus. Spatiatorẽ ꝓ erratore posuit Cato.

Specio is: pictum apud antiquos in vsu fuit: qđ videre significat. Vnde Augures specere: hoc est inspicere aues dicebantur. Ennius. Vos ępulo postq̃ spexit. Eius cõpositis tñ vtimur. Aspicio: Cõspicio: Circũspicio: Despicio: dispicio: inspicio: ꝑspicio: ꝓspicio: pręspicio: respicio: introspicio: suspicio: ⁊ transpicio.

Specto as: frequẽtatiuũ significat sępe seu fixe intueor Lactã. lib. ii. Spectare nos cęlum deus voluit vtiq; nõ frustra. Et referẽ ad omia: sed ꝓprie ad voluntatẽ. Vñ spectacula dicta sunt. Interdũ Approbo. Cice. li. v. tus. Non igiẽ ex singulis vocib⁹ philosophi spectãdi sunt. Vñ ⁊ spectatores pecunię dicunẽ q̃ eã ꝓbãt. Interdũ caueo: inspicio. Plau. Spectãdũ ne tibi ãnulũ det neq; roget. Interdũ Tẽdo: ⁊ q̃si respiciẽdo tẽdo: vt apđ Cice. Ad extremũ si ad ꝑniciẽ patrię spectabit: patrię salutẽ antepones saluti pris. Quintilia. Et qđ ad pessimũ spectat cunctũ miserabilis sis oportet vt amator esse videaris. Interdũ Cõparare Virg. Si ad vitulã spectes nihil est q̃ pocula laudes

Spectatores qui ad ludos spectandi causa conueniunt Plau. Nũc spectatores iouis sũmi causa clare plaudite. Et spectatores ꝓbatores dicũẽ. Terẽ. i Eu. Cũ meipsum noris q̃ elegans formarũ spectator siem.

Spectabilis: spectatione dignus: ⁊ quasi admiratiõe dignus. Apul. Iubet ꝯstrui pulchrũ ⁊ spectabilẽ currũ

Spectatus ꝓbatus: cuius scilicet spectata iam virtus est. Virg. Sunt nobis fortia bello Pectora: sunt animi ⁊ rebus spectata iuuentus.

Spectaculũ dicitur id quod spectatur: hoc est ludi qui spectantur. Virgi. Nocte pluit tota: redeunt spectacula mane. Liuius lib. i. Indici deinde finitimis spectaculũ iubet. Aliquãdo dicitur ipsa spectatio. Cice. O graue acerbũq; spectaculũ. Aliq̃n locus vnde spectatur. Sue. De spectaculo exaratus descendit. Liuius. Tum primũ Circo qui maximus dicit designatus est locus: diuisa loca patrib⁹ eq̃tibusq; vt spectacula sibi quisq; faceret fori appellati.

Species: effigies: facies: vel imago. Cice. li. i. offi. Que autem specie quadam vtilitatis: hanc gręci ideam vocant. Et in top. In diuisione formarũ quas gręci ideas vocant: nostri si qui hęc forte tractant species appellant. Itẽ Cęsar in com. iiii. Auxiliaresq; quib⁹ ad pugnã non multũ Crassus confidebat telisq; subministrandũ: ⁊ ad aggerem cespitibus comportandum speciem atq; oppugnationẽ pugnantium pręberent id est demonstrationẽ siue simulationẽ pręteritum et quasi velamentũ. Quãq; species sumitur ꝓ aspectu ⁊ re visa. Virg. Non tulit hanc speciem furiata mente chorebus. Quandoq; ꝓ pulchritudine seu deformitate a speciẽdo. Vnde dicimus Speciosus forma ꝓ filijs hominũ. Et species vt diffinitur a dialecticis est que dicit de pluribus differẽtibus numero: vt homo est species: q̃m de Socrate ⁊ Platone: ⁊ alijs nõ specie: sed numero differẽtibus ꝑdicatur. Ob eã rationem ita appellata: q̃ multorum collectio vna quasi visione comprehendatur. Nam genus est qđ predicatur de pluribus differentibus specie: vt animal qđ de homine/equo/asino ⁊ huiusmodi dicitur: quę specie differant. Quandoq; species sumitur pro aromatib⁹. Macrobi⁹ libro vltimo fatur. Species ⁊ acres ⁊ calide superficiem cum apponunẽ exulcerant. Hieronymus in Cañ. Homelia dixit. Aromata quidez species esse: sed non simpliciter. Addidit em̃ species pigmentorũ. Martianus iureconsul. Species pertinentes ad vectigal: Cynnamomũ: piper longum: piper album. Sic dicitur vicus speciarius a speciebus arabis peregrinisq;.

Specialis ⁊ hoc speciale significat non tam particulare q̃ proprium: ⁊ veluti peculiare sicut ait Iul. Capi. Macrianorũ familiã id speciale sp habuisse vt Alexãdrũ magnũ in auro ⁊ argẽto exculptũ semꝑ haberẽt.

Speciatim aduerbiũ: significat particulariter.

Specificus a um: qđ est particulare.

Speciosus: pulcher. Semper enim in bonum accipiẽ q̃uis species medium vocabulũ sit. Virg. Neq; em̃ specie fama ve moueẽ: hoc est nec ꝑsenti deformitate nec rumore mox futuro: sic et Formosus licet forma indifferenter ponatur.

Specimen penul. cor. experimentũ: probatio: siue exemplar. Nam est illud parum qđ in mercibus emptori ostendi solet: vt in pannis: vel degustatio in ęsculẽtis. Cice. in Tusc. Quid illud num dubitas quin specimen nature capi deceat ex optima quaq; natura. Aug. li. xvi. de ciui. dei. Verũ ⁊ hoc eorũ suppliciũ futuri iudicij diuini specimen fuit.

Specula ę. accipitur ꝓ loco ędito ⁊ eminenti vñ aliq̃d longe videri ⁊ speculari possit: siue sit mons siue turris: siue lapis: siue arbor: siue q̃d aliud eminẽs. Virg. Specula de mõtis in altũ Deferar. Ouidi⁹. In speculis omis abydos erat. Est ⁊ specula diminutiuũ a spe: ⁊ significat paruam spem qđ fit blandimenti causa. Cice. Celio. Hac tñ oblectabar specula. s. tullia. Vt em̃ a res recula: ita a spes specula fit.

Speculum in quod aspicimus: ac speciem. i. imaginem nostram contemplamur quod datum nobis a natura fuit: vt nosmetipsos nosceremus: ⁊ formosi deuitaremus infamiam: deformes redimenduz sciremus esse virtutibus quicq̃d corpori deesset: sicut socrates monebat adolescentes.

Speculare: ⁊ per apocopen Specular ⁊ specularium: idem quod speculum. Interduz ponitur ꝓ vitreatu

siue pro ocularijs: vtpote olim facta e speculari lapide translucido: nunc autẽ e vitreis orbibus vel tessellis plumbo iunctis. Vlp. Specularia et vela que frigoris causa vel imbrium in domo sunt instrumento domus non contineri Cassius existimauit. Iuuena. Que vehitur clauso latis specularib⁹ antro. Specularis autem lapis dictus est: q̃ ad speculi similitudinem luceat atq; imaginem reddat. Finditur in tenuissimas crustas. Pli. Multi aluearia ⁊ e speculari lapide fecere: vt operantes intus spectarent. Idem li. xxxvj. In arabia quoq; esse lapidem vitri modo trãslucidũ, quo vtuntur pro specularibus. Iuba auctor est Speculariorum vsum clarum transmittẽtium lumen memoria sua prodisse scribit Seneca in epistolis. Qui item de Scipione ait: q̃ non in caldariũ suũ latis specularibus diem admiserit. Mar. Hibernis obiecta notis specularia puros Admittit soles: et sine fece dies.

Speculor a specula fit: quasi e specula prospecto vel vt videã intẽdo. Unde speculatores qui e specula aspiciunt: vel in bello ante exercitum explorandi gratia mitti solent. Per translationem speculari ponitur ꝓ scrutari ⁊ exacte cõsiderare. A quo compositũ Presperculor: qd̃ est ante speculor. Sueto. de Cesa. Exercitum neq; per insidiosa itinera duxit vnq̃: nisi prespeculatus locorum situs.

Specus a specio. Est enĩ vt in ꝓble. Plutar. inq̃t locus vnde despiciatur ⁊ inde spectacula dicuntur. Unde et specula dicta est. Et dicimus specus us: ⁊ specus ci. tam masculini q̃ feminini generis. Similiter specus oris. neutri generis ꝓ spelunca: que a grecis speleũ. Vñ Virg. ad imitationẽ grecorũ Spelea ferarũ dixit. Gel. lib. vj. Sole medio ⁊ arido ac flagranti specum quandã nactus remotam latebrosamq; penetro. Hora. lib. iij. car. Que nemora aut quos agor in specus. Inuenit̃ etiã hec speca: hoc specũ ⁊ hoc specu. ⁊ in plurali he spec⁹. Seruius docet specus apud maiores trium generũ fuisse quod hodie in numero singulari tribus tñ vtimur casibus. In plurali a genere mascu. habet omnes casus.

Specium. Instrumentũ teres ⁊ paruum quo medici ad tẽptandã vulnerũ ac fistularũ viam vel ꝓfunditatem vtunt̃. Pacu. Ut medici faciũt qui prius specio vulnus tẽptant. Fit autem a specio.

Specillum diminutiuũ: paruum specium. Cor. Cel. lib. v. Ante omnia specillum dimitti in fistulaꝫ conuenit vt quo tẽdat: ⁊ q̃ alte ꝑueniat scire possimus. Hinc auricularium specillum dicitur: quod curãdis aurib⁹ adhibetur. Est et specillum instrumentũ quo oculos inungimus. Pli. lib. vij. C. Iulius medicus duꝫ inungit specillum per oculum trahens. Cel. libro. vj. Specillo suꝑ oculum inducatur.

Speleum: a nostris dicit̃ spelunca. Virg. Certum est in syluis inter spelea ferarũ Malle pati.

Spectra: simulachra. Cice. Cas. His autẽ spectris etiã si oculis possent feriri. Imaginibus mentis.

Spera: vide supra: quia scribit̃ cum diph. sphera.

Sperma atis / grecum est ⁊ latine Semen dicitur: generale ad omnia semina.

Sperno is: spreui spretũ fastidio despicio. Antiqui etiã spernere pro separare posuerunt. Ennius. Ius atq; equũ se a malis spernit ꝓcul. Hinc fit compositum. Desperno: qd̃ est valde sperno. Var. Homo ridiculus ⁊ ab omni pube despretus.

Spes spei: ⁊ speres is: antiqui ꝓtulerunt. Var. Quib⁹ suam delectet ipse amicam ⁊ sese speribus iactet suis Unde aspere quasi sine spere: ⁊ ꝓspere ꝓ spere. In plurali habet omnes casus: ⁊ maxime spes: ⁊ speb⁹. Hiero. in li. Macha. Noli extolli vanis spebus. Est autẽ spes opinio futuroꝝ. Refertur q; tã ad mala q̃ ad bona. Hui⁹ diminutiuũ est specula: de quo supra. Et compositum Expes sine spe.

Spero speras: ad dolorem et ad voluptatem refertur. Virg. Hunc ego si potui tantum sperare dolorẽ. Et perferre soror potero. Sperare inquit id est futuruꝫ opinari siue timere. Pli. lib. xj. Sperator largior ꝓuentus. Hinc bene spero ⁊ male spero. Aliquando Sperare est existimare: seu credere. Et tam de p̃senti q̃ de preterito dicitur: De p̃senti. Quint. Facilis vt animaduertere vos spero defensiõis mee cursus est. De preterito. Idem. Et innocentiam quidem puelle satis vt spero defendimus. Hinc speratum veteres dicebant eum qui vxorem petit: ⁊ Sperataꝫ virginẽ que petitur. Afranius. Curre et nuncia venire ⁊ mecum speratam adducere vt videat puellam. Post q̃ ꝟo sponsio facta erat: nõ sperata sed vel dicta vel pacta: vel sponsa vocabatur. A spero fit compositum Despero: et insperatus.

Sperchius: fluuius Thessalie quẽ Pelion mons effundit: ⁊ velocissimo cursu defluit in sinũ Maleacũ.

Speusippus: philosophus atheniẽsis Platonis ex sorore nepos: qui octo annos Platonice schole p̃fuit. Ferũt hũc senio confectũ sibi mortẽ cõsciuisse merore impulsum. Plutarchus ꝟo scribit illũ pediculis efferuescentibus interijsse. Primus inuenit quo pacto ex gracilioribus lignis fierent vasa capacia.

Speusici panes dicti sunt a festinatione σπευδω enĩ grece significat festino.

Sphera: vide in dictione spera. Suidas. σφαιρα ασιβολοσ ιασ δεσφαιρασ ευρεσιν αναγαλισ η κερκυραια γραμματικη ναυσικααη αλκινοου θυγατριαν αιτιθησι ꝑ pila lusoria etiã ponitur spheristerion locus vbi luditur.

Spheristerium: locus balnei specie rotunda in quo varia exercitationũ genera veteres habuere. Pli. in epistolis. Apoditerio suppositũ est spheristeriũ: qd̃ plura genera exercitationis: pluresq; circulos capit. Sꝫ in p̃mis ad exercitiũ pile deputat̃⁹ q̃: quã greci σφαιραν appellãt. Nã σφαιριζω significat pila ludo. Lãprid. Post lectionẽ operã palestre: aut spheristerio aut cursui: aut luctaminibus mollioribus dabat.

Spheromachia: pile lusorie certamẽ: a spherica circularique figura dicta est.

Sphinx gis vel gos: ⁊ Sphingiũ: animal ethyopie prodigiosum ad hominis speciem accedẽs solo pilo quẽ fuscum habet et similitudine feram assimilat̃: habet geminas mammas in pectore: vt inquit Pli. lib. viij. a stringẽdo dictũ: hoc est απο του σφιγγειν. Hec cũ hoibus offert̃ si illũ p̃sentiat: saluat̃. Si ꝟo bestia prius hominẽ senserit: ꝑdit̃ homo. Albertus magn⁹ li. xxij. De aĩalibus inter simiarum genera enumerat sphinga insignẽ duab⁹ i maxilla maculis nigricãtib⁹ cauda coloris subnigri oblonga. Solinus. Inter simias habent̃ ⁊ sphinges villose comis: mãmis ꝓminentibus: dociles ad feritatis obliuionem.

Sphondyliũ: internodiũ seu vertebrum spine dicitur: ⁊ Sphondylus penul. ꝓdu. Sunt autem decem ⁊ septem spondyli. quoꝝ. xxij. spinam faciunt: reliqui ꝟo lumbos. Sunt ⁊ qui sphondylos dicant cubos. Seneca ⁊ Macro. videntur accipere ꝓ quodam piscis genere: quẽ iuniores Schinalũ dictitant. Sphondylus etiam verticulm dicitur appositum fusis: vt nendo melius vertãtur.

Spica ce. ⁊ spicus et spicum dicitur cum per culmi folliculum. i. extremum tumorem ariste adhuc tenues in modum spiculi eminent. Abusiue tamen ⁊ de maturis frugibus dicit̃: et de quocũq; acumine ad spice similitudinẽ facto. Dicta spica a spe: vt inquit Varro. Nam cũ fruges in spicam exit: spem p̃bet hoibus. Spica in hordeo ⁊ tritico tria habet cõtinentia gra-

num/glumā: aristā. Sciendū est a spicus vtrūq̄ numerū esse: a spicā tātū singularē. Cice. in aratro. Spicum illustre: terens insigni corpore virgo.

Spica mutica: que nō habet aristam. Ariste enim quasi cornua sunt spicarum.

Spiceus a um: qđ ex spicis est. Tibul. Flaua ceres tibi sit nostro de rure corona spicea.

Spicilegium: collectio spicarum. Varro. Ad corbem messe facta spicilegium venire oportet: aut domi legere stipulam.

Spico as: spicas emitto. Pli. lib. xviij. Grana in stipula crinito textu spicātur. Vñ suspico as: penul. ꝓdu. qđ est ad spicarū similitudinē incido vel fodio. Hinc spicatus a um: qđ habet spicas. Idē lib. xxj. Aliud rursus spicatarū genus herbarum.

Spiculum lancea breuis: seu vt Vege. ait: telum missile cuius ferrū est triangulū vnciarū nouē: hastile pedū quinq̄ ⁊ semis. Antiqui pilū neutro genere vocauerūt. Accipit̄ ⁊ ꝓ sagitta. Virg. Spicula ꝯuerso fugiētia dirigit arcu. Aliqñ dr̄ sagitte ferrū: seu cuspis ipsa ⁊ aculeꝰ: vt sunt spicula sagittarū ⁊ aculei apiū. Curtius. Alexander sagitta ictus est: q̄ in medio crure reliq̄rat spiculū. Virg. de Apibꝰ. Et spicula ceca relinquūt Affixe venis. Dictū spiculū a spicarū specie.

Spiculo as: cuspidē acuo. Pli. lib. xj. Telū ꝓ eo ꝑfodiendo tergori quo spiculauit ingenio.

Spiculatores dicti sunt satellites principū a spiculis q̄ gestāt. Cor. Tacitus Dilapsis spiculatoribus cetera cohors non aspernata concionantē. Quidā etiā accipiunt spiculatorē ꝓ carnifice.

Spinus: pyrorū seu prunorū arbor: q̄ spinis referta sit. Virgi. lib. iiij. Geor. Eduraq̄ pyrum et spinos iam pruna ferentis.

Spina: sentis qua pungimur. Hinc spineus a um: vt corona spinea: q̄ e spinis facta est. Spinosus a um: spinis abundās. Spina etiā dicit̄ a collo vsq̄ ad natiū flexū deꝑssa: q̄ q̄si vallis ē inter colles q̄s vocāt dorsa Pli. li. xj. Spina lūbus ossea sꝫ tereti structura ꝑ media foramina a cerebro medulla descēdēte: esse ei naturā quā cerebro colligūt qm̄ pretenui eius mēbrana mō incisa statim expiret. In spine igit̄ parte supiore scapule: a lateribus dorsaq̄ oia dicunt̄ terga.

Spinter: fibula in humeris: aut armilla vt inquit Pris. Plau. i Mene. Iubeas spinter nouū recōcinnarier. Hoc armille genere mulieres vtebāt̄ brachio sūmo sinistro: solisq̄ feminis decorā fuisse vestē lōge lateq̄ diffusam ad vlnas crurāq̄ ab oculis defendendas

Spintrie dicti sunt repertores monstrose libidinis noui.ꝙ concubitus. Sue. in Tiber. Monstrosiq̄ cōcubitus reptores quos spintrias appellabat.

Spitrillum: barba capre.

Spire sunt reuolutiones siue circuli qui in seipsos non recurrūt. Hinc in ornamentis capitis matronarū: et in serpētibꝰ ē spira cū se i girū voluāt. Vñ ⁊ ꝓ serpēte qñq̄ ponit̄. Pli. li. ix. Lolliā paulinā q̄ fuit Caij prin cipis matrona vidi smaragdis margaritisq̄ opertā alterno textu fulgētibus toto capite crinibus spiris auribus collo monilibus digitisq̄. Virg. li. ij. Geor. Nec rapit immēsos orbes ꝑ humū neq̄ tāto Squameꝰ in spirā tractu se colligit anguis. i. i circulū. Et li. ij. En. Spirisq̄ ligāt igētibꝰ ⁊ iā bis mediū Amplexi Ser. Spiris nodis. Vñ ⁊ bases colūnarū spirulas dicūt. Nā ꝓprie spira est volubilitas funiū puta cū funis nauticꝰ in orbē cōuolutꝰ ē. Itē spira dr̄ funis q̄ a pileo ad fauces distēdit̄ ⁊ sub mento alligat̄. Iuue. de faucibꝰ aurea cū se Porrigat: ⁊ lōgo iactet̄ spira galero. Itē dr̄ basis colūne vniꝰ tori aut duorū. Pli. In ephesie Diane ede primū colūnis spire subdite ⁊ capitella addita. Itē spira genus operis pistorij. Ennius etiā spiram hominū multitudinē vocauit.

Spiro as: exhalo. Pli. Hec duo genera fistulis spirātū q̄ ad pulmonē ꝑtinēt. Aliqñ spirare est emittere ⁊ sic construit̄ cū accū. Virg. Ambrosieq̄ come diuinum a vertice odorē Spirauere. Col. li. j. Reliquisq̄ immundicijs tetrū odorē spirantibus. Si autē de morte sit sermo: absolutū est. Huius verbi cōposita sunt Aspiro: Cōspiro: Exspiro: Inspiro: Interspiro: Prospiro: Respiro ⁊ Suspiro.

Spiritus halitus. Idem enim sunt spiritus: halitus et anime. Pli. Anime leonis virus graue: vsi pestilēs hominis tm̄ anima infici voluit pluribus modis. Aliquando etiam spiritus dicit̄ ventus.

Spirituale: ⁊ ꝑ syncopen spiritale: qđ est spiritus.

Spirabile: vitale quo spiramus. Virg. lib. iij. Eñ. Per sydera testor Per superos atq̄ hoc celi spirabile lumē Cicero tñ spiritabile dixit in libro de natura deorū.

Spiramentū est ꝑ qđ exit spiritus. Virg. lib. iiij. Geor. In tectis certatim tenuia cera spiramēta linunt.

Spiraculū idem qđ spiramentū. Virg. Seui spiracula ditis. Hiero. in Geñ. posuit ꝓ ipso spiritu. Et inspirauit in faciē eius spiraculū vite.

Spiracus: quasi primipilaris: aut cohortis ꝑfectus.

Spissus a um ꝓprie densum significat: a sepiū densitate. Virg. Scrobibꝰ supabit Terra spissus ager. Aliq̄ significat tardū. Plau. Spissum: hoc est amanti dicere veniet. Idem. Quia qđ bene ꝓmittūt haruspices: ꝑspisse euenit: id qđ male ꝓmittūt presentaneū est. Hinc Spissitas: ⁊ spissitudo.

Spisso as: spissum facio. Cuius cōposita sunt: Inspisso ⁊ Conspisso: quod est totum simul denso. Col. libro viij. Atq̄ vbi duratus est: vehemētius ꝑmitur: vt cōspissetur caseus.

Splen dicit̄ qui ⁊ lyen. Celsus lib. iiij. Splen in sinistra parte est intestino innexus: natura mollis ⁊ rarus longitudinis ⁊ crassitudinis modice.

Spleneticus: qui ex splene laborat.

Spleniū: vt Iul. pol. inquit: est caput splenis pinguis. Hinc splenia velut ꝑ similitudinē dicunt̄ facta ex pāno laneo vel lineo q̄ ad curā corporis supiponi solēt Pli. Supimponi oportet spleniū e melle decoctum

Splendeo es: dui. luceo. Vñ splēdesco is: splēdidus fio Apul. Cum iam aurora splendesceret. Huius compositum est Resplendeo.

Splendor: lux ꝑ translationē ponit̄ ꝓ decore dignitate gloria. Vñ splendor noīs: splendor familie splendor virtutū: hoc est claritas.

Splēdidus a um: clarus fulgens. Et splendidi dicuntur qui opas suas ad libertatē cōuertūt. Ecōuerso Sordidi auari. Hora. Quatinus id facis vt quidā memoratur athenis Sordidus ac diues. Et alibi. Obijciet nemo sordes: id est auariciā.

Spolio as: priuo. Tractū a militibus. Spolia em̄ dicunt̄ quecūq̄ hosti detrahunt̄. Terē. in Hecy. Quin spolies mutiles laceres. Huiꝰ cōposita sunt. Despolio Dispolio varie spolio. Amb. Hi autē dispoliāt q̄ accepimꝰ indumēta grē spūalis. Exspolio ꝑfecte spolio: vt apđ aplm̄. Expoliātes veterē hoiem idute nouū

Spoletium cū i ante um: ciuitas in vmbria q̄ nūc ducatus spoletinꝰ dicit̄ nō spoletanꝰ: sicut ab Aretio aretinus. Mar. De spoletinis que sunt cariosa lagenis Malueris q̄ si vina falerna bibas. Sic Cice. lib. de claris oratoribꝰ. P. Conutiū spoletinū dixit.

Sponda: latus lecti. Nā sponde sunt tabule q̄ vtrinq̄ lectū sustinēt. Mar. Nec nudi sponda grabati.

Spongia: apud antiquos in vsu erat tergēdarū mensarū: adhibebaturq̄ ad obscena emūdāda. Mar. Hec tibi sorte dat̄ tergēdis spōgia mēsis. Señ. li. x. epla. Vnus e germanis lignū id qđ ad emundanda obscena adherente spōgia totū in gulam farsit: ⁊ in preclusis faucibꝰ spm̄ emisit. Accipit̄ ⁊ spōgia ꝓ asparagi

fatius radice: vt apud Pli. & Col.

Spondeo es: spopondi sponsum: Vide in dictione Despondeo. Eius cōposita sunt Conspondeo. Unde veteres consponsos dicebant fide mutua obligatos: et Consponsores: sibi inuicem pmittētes. Cice. Lepte. De negocio tuo ꝙ sponsor es pro Pompeio: si Galba consponsor tuus redierit. Despondeo & Respondeo: de quibus alibi.

Sponso as: frequentatiuum: a quo Desponso as & Desponsor aris.

Sponsio: non solum pmissio dicitur: sed etiam actionis genus est. Caper. Religione sancitur fędus at sponsio pęna. Paulus iureconsul. sponsionem dici affirmat: non solum quę per sponsi interrogationē fit: sed etiam omnē stipulationē promissionēq; & sponsor p fideiussore quandoq; ponit.

Sponsus us. Sponsio: Ser. sul. Si post eas stipulationes vxor non dabat: qui stipulabatur ex sponsu agebat: iudices cognoscebant.

Sponsus a um: participiū. Terēt. in Eu. Scis sponsaz mihi? Et deest esse.

Sponsalis et hoc sponsale qđ ad sponsionem pertinet. Unde sponsalis dies dicit quo puella pmittit.

Sponsalia orum: pmissio siue contractus stipulationū futurarum nuptiarum. Sponsalia hoc modo fiebāt. Qui vxorem ducturus erat: ab eo vnde ducēda erat: stipulabatur eā in matrimoniū ductū iri. Qui daturus erat itidem spondebat daturū. Is contractꝰ stipulationū sponsionūq; dicebat sponsalia.

Spondeus: pes duabus syllabis longis constans. Legitimus pes qui in heroico versu omnē sibi vēdicat locuz: licet raro quinto loco reperiatur. Dictus ꝙ in sacrificijs & libamentis eo maxime vterentur. Nam σπονδη libamentū fedusq; ac sponsionē significat.

Spondylus est qui in ima parte fusi apponitur: vt fęmine melius nere possint: a cuius similitudine callus siue caro interior omniū ostreorum spondylus dicit. Mar. p aialiū osticulis in Sātra. lib. vij. Rosos tepenti spondylos sinu condit. Est & salsamenti genus spondyle apud athenięū: & nomē piscis apud Pli. insectū apud Aristotelē. Pli. li. xxvij. Nullū aial radices a nobis dictas attingit excepta spondyle q̄ oēs psequit. Genus id serpētis est. Atheneus id qđ in capite mugilū echinata specie conspicimus spondyluz tradit appellari. Sed & calculus ęneus quo suffragia sua iudices athenis dabant: spondylos vocabat: vt est apud Julium pollucem.

Sponte aduerbiū significat naturaliter: vt multe arbores sponte nascunt. i. naturaliter & nō ab hominibus sate. Aliqñ significat sine reqsitione: vt sponte ad te venio. Capit nōnunq̄ noialr & in ablīō tm̄: vt sponte mea: spōte tua. Virg. Spōte sua sandyx pascētes vestiet agnos. Hinc Spōtaneus a um: qđ est voluntariū: aut naturale. Amb. Terra aūt spōtaneos fructꝰ germinat: aut creditas vberiore cumulo refundit.

Sporos grece: latine semen dicitur.

Sporades: insulę quedā circa cretā in mari Carpathio sicut Stra. li. x. scribit: dictę ꝙ in mari sparse sint: sunt autē harū noia Hellene. Phocusa. Hecaria. Schimusa. Polegrados. Thera. Anaphe. astypalea. Lagusa. Jon: vbi sepultus fertur Homerus.

Sporta quę & sportula: aut a sparto herba que frequēs apud hispanos nascitur: aut ab asportando: vasis genus quasi fiscella. Sal. lib. ij. hi. E muris canes sportis dimittebant. Et qm̄ in sportis pecunia: qñq; etiaz cibus in quotidianū vsuz deferri solebat: mō p distributiōe ad ipsm: mō p ipsis cibis sumit. Sue. in clau. Exhibuit anniuersariū in castris ętorianis sine veneratione apparatuq; iustū atq; legitimū in septis ibidē extraordinariū & breue dierūq; paucoz. Qđq; appellare cępit sportulā: qr primū daturum se dixerat: velut ad subitā dictāq; cęnulā inuitare se populum. Idē dicit Nerone cęnas ad sportulas reuocasse. i. ad parua conuiuia. Juue. Nonne vides quāto celebret sportula fumo? Erat & sportula locus in atrio domꝰ: vbi pponebant eo die q̄ dono danda erāt. Dimiuutiuū a sporta est sportula: a quo fit sportella.

Spuma: sordes carū rerū a quibus eiicit. Virg. Spumas salis ęre ruebant. Hinc spumeus & spumosus.

Spumo as: spumā facio: a q̄ Despumo: de quo alibi.

Spuo is: spui: sputū saliuā emitto. Virg. lib. iiij. Geor. Nāq; alie turpes horrēt ceu puluere ab alto: Cū venit & terram sicco spuit ore viator Aridus. Huius composita sunt. Cōspuo simul spuo vel aliquē fędo. Lactā. lib. iiij. Post hec cōspuerūt in faciē eiꝰ. Plau. Ab oībꝰ derisus atq; ꝯsputꝰ. Despuo: Expuo: inspuo in aliquē spuo. Pli. lib. xxij. Traduntq; cōmanducata ea si inspuat mori serpētē. Respuo repudio: & quasi cuz sputo per contēptū reiicio. Lactā. li. j. Hāc totā opinionē quasi a poetis confictā Salustius respuit.

Sputo as frequentatiuū. Plau. Nam illic isti q̄ sputatur interdū morbus venit.

Sputū: saliua: qđ a pus descēdit. Dicitur & sputus us. Lactā. lib. iiij. Dabūt autē deo alapas manibus incestis: & impurato ore expuent venenatos sputus.

Sputamen: idē qđ sputum. Hiero. in lib. Judi. Quō si rumpat quis filū de stupa tortū sputamine.

Spudacten: quidaz interptant amatorē. Hiero. lib. de viris illust. Ubi de diuo Luca agit. Sed & Tertulianus vicinus eorū tēpoz refert presbyterū quendam in asia σπουδακτην. i. amatorē pauli cōuictū apđ Joannē ꝙ auctor esset libri: & confessum se hoc pauli amore fecisse loco excidisse.

Spurcus a um: qđ est impurū: obscenū: lutulētū: a spuēdo dictum: ꝙ tale sit vt de eo spuat. Plaut. Tot noctes reddat spurcas quot puras habuit. Aliqñ ponit p fętido. Apul. Tam multe res spurce & graues nares infestāt. Aliqñ p vehementi: aspro. Cice. Jactati tēpestate spurcissima. Col. Atq; in his ipsis haberet cognitū q̄d recusaret collis: q̄d cāpestris positio: q̄d humidꝰ & gramiosus: q̄d siccꝰ & spurcꝰ ager. Aliqñ p seuo & sanguiario. Var. Spurcꝰ gladiator & carnifex.

Spurcicia & spurcicies imundicia. Lucre. lib. vj. At cōtra nobis cęnante teterrima cū sit spurcicies eadem porcis hęc munda videtur.

Spurco as: fędo vitio. Celsus iurecō. Cum eo agi posse aquilia qui vinū spurcauit: vel effudit: vel acetū fecit vel aliquo alio mō vitiauit. Plau. Spurcat nasum odore illutibili. Antiq̄ spurcū vinū dicebant cū aqua mixtū: tanq̄ nō amplius purū foret: aut igne calefactum: aut mustū anteq̄ deferuescat. Hinc fit cōpositum. Conspurco. Col. lib. ix. Nam supsiliens auis pluuie ventris cibos & aquā conspurcat.

Spurius: incerto patre natus: ab σπειρειν. seminare: quia nihil habet a patre nisi semen. Unde spurios versus dicimꝰ alterius aut incerti auctoris. Ausoniꝰ. Quiq; notas spurijs versibꝰ apposuit. Ser. Spuriꝰ dicit qui ex muliere non nota ortus est. Sabini nāq; pudenda mulieris sporios dicunt.

S Ante Q.

Squallor: inquinatio: sordes. Gel. In corporibꝰ incultis squamosis alta cōgerie sordiū squallor appellabat.

Squallidus: sordidus: incultus. Unde ager nō aratus squallidus dicit. Aliqñ ponit p fulgēti. Virg. Alter erit maculis auro squallētibus ardens.

Squalleo es lui: a squāmarū crebritate & asperitate dictum. Unde & squallēs p fulgenti pleno diuite bono rato abundātiq; ponit. Quicq̄d enī nimis inculcatū obsitūq; aliqua re erat: ita vt incuteret visentibꝰ hor-

roꝝ squallere veteres dicebant. Virgi. li. xij. Per tunicam squallentẽ auro latus haurit apertum. Hinc postea tractũ est vt corpora inculta ⁊ veluti squãmosa alta congerie sordium squallere dicant. Idẽ lib. ij. Squallentẽ barbam ⁊ cõcretos sanguine crines. Et lib. j. Geor. Squallẽt abductis arua colonis.

Squãme: quibus corium piscis aut serpentis tegitur. Hinc desquãmo as: ⁊ exquãma as: qḋ est squãmas detraho. Plau. in au. Promo desquãma pisces. Ab harum similitudine loricarũ quoqꝫ catenule squãme dicunt. Virgi. Quem pellis ahenis in plumã squãmis auro conserta tegebat.

Squarosus: a squãmarũ similitudine dicitur: cuius cutis exurgit ob assiduã illuuiem. Lucil. Varonũ ac rapicum squarosa incondita rostra.

Squatina: ex planorꝫ pisciũ genere: ꝙ ꝓpter squalloꝝ: hoc est asperitatem cutis ligna ⁊ eborea poliunt.

Squille genus arboris. Var. li. j. de re rust. Alia in mari: vt palmas ⁊ squillas.

S Ante T

Stalagniũ genus inauriũ fuisse ostendit Nonius. allegãs Ceciliũ ꝗ ait. Ex auro et stalagniũ domi habeo.

Stadiũ latine curriculũ: siue locus in quo equi homines ve currũt ⁊ certant athlete. Nam ⁊ Domitianus inter cetera stadiũ extruxit. Dictũ stadium ἀπὸ τῆς στάσεως hoc ẽ a statione: ꝙ hercules eo spatio vno spũ confecto constitisset. Nam clarissimũ fuit curriculũ stadij olympij qḋ hercules suis pedib⁹ metatus fertur: continetqꝫ octauam mille passuum partem qḋ centum. xxv. nostros efficit passus hoc est pedes sexcentos vigintiquinqꝫ vt scribit Pli. Que mensura octies efficit mille passus.

Stadiodromi dicti sunt qui in stadio cursu certãt Firmicus Si mars respexerit leporẽ celestẽ in horoscopo: faciet stadiodromos. Stadiodromos etiã locus in quo ludi ⁊ cursus exercent. Plinius. li. xxxiiij. Eundẽ vicit: ⁊ leontius qui fecit stadiodromon astylon qui olimpie ostenditur.

Sto stas steti: statũ ꝓprie significat in se ⁊ sua mole consistere. Et nõ tantum de animatis: sed de inanimatis quoqꝫ dicitur: vt nauis stat: flumen stat: currus stat: sol stat. Unde solstitium. Item auis in aere stat. Arbor stat. Virgilius. Stabat acuta silex. Item Stare significat rectum esse. Seneca. Alios stantes/ alios genibus flexis vidisses: sedentem aut cubantem neminem. Item permanere: durare. Cicero. Facere promissa: stare conuentis: reddere depositum. Virgili⁹. Et bene apud memores veteris stat gratia facti. Itẽ horrere. Cecil. Stat ager sentibus. Item plenuꝫ esse Virgilius. Iam puluere celum stare vident. Iteꝫ prominere. Lucil. Hic corpus solidum inuenies hic stare papillas Pictor marmoreo. Item prestitutum esse ⁊ immobilem. Virgilius. Stat sua cuiqꝫ dies. Ouidius. Sic stat sententia: id est imobilis ⁊ fixa est. Item in animo esse. vt Virgilius. Omnis in ascanio chari stat cura parẽtis. Itẽ quiescere. Apul. Hos forte starent in taberna ludẽtes. Itẽ in pristino statu manere. Virgil. Troiaqꝫ nunc stares priamiqꝫ arx alta maneres. Itẽ constare in precio esse. Liuius. lib. xxiij Multoqꝫ sanguine ac vulneribus ea penis victoria stetit. Gelli⁹. Magno ei stet ea nocte absentẽ fuisse. Quintilianus. Neqꝫ ipse hoc periculũ ignoro expertus nõ leui documẽto quãti steterit mihi ꝙ semel impꝛata nõ feci. Stare firmũ esse nõ moueri: sed cõstantem esse. Liuius. Resistis aũt aduersus famã: rumoresqꝫ hominũ: si satis firmus steteris. Stare ꝑ me: ꝑ te: per illũ dicit: cũ nos ad aliquid aliud causa sumus ne qḋ fiat. Pli. lib. xviij. Non stat ꝑ me: quo minus celũ itelligas ⁊ celestia scias. Quint. Nõ ꝑ me stetit sed ꝑ illa. Cõposita huius verbi sunt. Absto adsto vel asto. Cõsto: Circũsto: Antesto: Cõtrasto ꝗ aduersor Nemius. Cõtrastat semꝑ: nec me sinit loquier. Exto s quo supexto. Insto: Intersto. Disto. Obsto. Persto Resto: Substo: Supersto. Et ꝓm aliquos Manifesto: qḋ est quasi ad manus foris sto. Preterea. Solstitium ⁊ iustitiũ a sto deducunt.

Stabilis: qui est aptus ad standũ.

Stabilio is: stabilem facio: firmo: Plau. in am. Regiqꝫ thebano Creonti regnũ stabiliuit suũ. Hinc Constabilio: qḋ est totũ stabilio. Idẽ in ac. Ego rẽ meã cõstabiliui cũ illum emi de preda a questoribus.

Stabulum: a stãdo locus dicit in quẽ longo itinere fessi succedere solent: ꝙ ⁊ diuersorium ⁊ hospitiuꝫ dici solet. Unde ⁊ prostibulę meretrices dicte ꝙ questus copiosioris gratia concurrẽtibus illuc aduenis mansiones ante stabula habuere. Petro. in satyr. Sed nec viam diligẽter tenebã: quia nec quo stabulũ esset sciebam. Hinc stabula dicunt loca generaliter in quibus armenta gregesqꝫ consistunt in agris ⁊ sub dio veluti quedam stationes animaliũ. Nam vbi equi tenentur specialiter Equile. vbi oues Ouile. Ubi sues haram dixere. Bobile quoqꝫ a bobus. Caprile a capris nomen traxerunt. Virg. Quattuor a stabulis prestãti corpore tauros Auertit. Idẽ. Interea cũ iam stabulis saturata moueret Amphitrioniades armẽta abuẽtqꝫ paret. Potest etiã presepe in hospitijs stabuluꝫ dici. Apul. Durissimo casui meo seruiens ad equũ illũ victorẽ meũ ꝓbissimũ in stabulũ cõcedo. Ubi aliũ etiã Milonis quõdã hospitis mei asinũ stabulantẽ inueni. i. quasi hospitantẽ. Stabulũ etiã sumit ꝓ qua cũqꝫ statione seu habitatiõe ⁊ loco vbi ꝗs stare consueuit. Virg. Ardua tecta petit stabuli ⁊ de culmine sũmo Pastorale canit signũ. A stabulũ fit ꝓstibulũ.

Stabulo as: neu. ⁊ stabulor deponens significat sto diuerto: ⁊ ꝗsi stationẽ habeo: siue etiã in stabulo guberno. Var. lib. j. de re rusti. Si prata sint ⁊ i fundo neqꝫ pecus dñs habet: dãda opa vt pabulo vẽdito alienũ pecus in suo fundo pascat ⁊ stabulet. Col. lib. vij. Si idoneis tẽporib⁹ ad presepia: ad aquã: ad exercitationẽ pecus duxerimus: cureqꝫ fuerit vt stabulent: sic in eo loco ne humore madescant vngulę: qḋ facile vitabimus: si stabula roboreis asserib⁹ cõstrata: aut diligenter subinde emundata fuerint hum⁹ ⁊ palea supiecta Sta. li. j. th. Geneqꝫ pec⁹ stabulare sб hemo. Oui. lib. xiij. met. Hoc pec⁹ omne meũ: multę stabulant in antris. Gel. Tubero in historijs scriptũ reliqt. Attiliũ consulẽ in Africa apud Bragadã flumẽ grãde fecisse aduersus serpentẽ in illis locis stabulantẽ preliũ Hinc stabulatio mãsio in stabulo. Col. li. vij. Calore boues sub dio: frigorib⁹ intra tectũ manere oportet. Itaqꝫ hiberna stabulatio eoꝝ preparãda est. i. locus stabuli: vel vbi stabulentur.

Stabularius hospes viatores precio recipiens. Apul. Sumo sarcinulã ⁊ precio mansionis stabulario persoluto capessimus viaꝫ. Ulp. Caupones ⁊ stabularios eos eque accipiemus ꝗ cauponã ⁊ stabulũ exercẽt: et stabularius dicit ꝗ stabulu: hoc est loci vbi aialia stãt curã gerit. Col. li. vij. Hic eñ recognosci grex poterit: numerusqꝫ cõstare si velut ex militari disciplina intra stabularij castra manserint.

Statio locus in quo naues aut milites tuto ad tempus stant: vel in quo frequenter consistitur. Curt. Cognitũ id ꝑ exploratores ꝗ statiões hostiũ tuerãt ingressi. Itẽ statio dicit loc⁹ ad custodiã assignat⁹: qñ milites stantes vigilãt. Virgi. Seruantqꝫ vices statiõe relicta. Ipse comes nyso gradit. Hinc stationarij milites. Itẽ officina in quã multi cõueniunt vt de aliqͣ re decernat: ⁊ ius dicat statio appellat. Gel. Quesituꝫ esse memini in plerisqꝫ vrbis stationibus ius publice

docttium. Iuue. Statiões omne theatrũ. Similr er rãtiũ ſtellaꝝ matutine q̃s p̃mas vocãt: ⁊ veſptine q̃s ſcđas cõſtare ſpectãtibꝫ videant̃ in oriẽte ⁊ occidẽte ſtationes vocant̃. Et ſtatio ipſe ſtandi actus: vnde et nomen accepit ſtatio. Hiero. Jeſus filius naue ſtationem impetrauit ſoli ⁊ lunę. i. vt ſtarent.

Statiuncula: diminutiuũ: id eſt parua ſtatio; ſicut a ratio ratiuncula.

Stationarij milites dicunt̃ quibus cuſtodie aut pręſidij gr̃a ſtatio aſſignata eſt. Itẽ q̃ in vrbibus aut ꝓuincijs tenent̃ ad ipſoꝝ q̃etẽ tuendã ſtationarij vocant̃.

Stationalis firmiter ſtans. Pli. de ſideribꝫ. Eadẽ ſtationalis ſenis mẽſibus cõmorat̃ in ſignis: alioq̃n bimeſtris cũ cetere vtraq; ſtationẽ q̃ternos mẽſes nõ ipleãt

Statiua ⁊ ſtatiue: quaſi ſtationes dicunt̃ ſiue munitiões in quibus vt ꝓpius pugnẽt milites conſident. Liuiꝰ lib. j. Tentata res ſi primo impetu capi ardea poſſet Ubi id parum proceſſit obſidione et munitionibus ſepti primi hoſtes. In his ſtatio vt fit lõgo magis q̃ acri bello ſatis liberi cõmeatus erant. Et lib. ix. Statiua noſtra munimento ſatis tuta ſunt.

Stata: ſacrificia que certis ac ſtatutis diebus fiebãt que nõ mutabant̃: ſed firma ⁊ ſtabilita erant. Cato. Sacra ſtata ſolẽnia ſancta ſeruaſti. Ennius. Modicaꝫ et modeſtã formã mulieris ſtatam vocauit.

Statarius a um: a participio ſtatus q̃ſi ſtabilis ſiue idoneus ad ſtandũ. Terẽ. in heau. Adeſte equo aio: date mihi poteſtatẽ ſtatariã agere: vt mihi liceat ꝑ ſilẽtiũ. Liuiꝰ. lib. ix. Statarius vterq; miles ordines ſeruãs

Stator qui apud magiſtratũ aſſidue eſt: a crebra ſtatione: quales ſunt nũcij: vel tabellarij: vel apparitores q̃ reos in ius vel in carcerẽ ducunt: q̃m apud magiſtratum dicati ſunt vt ſtẽt parati ire quo ab illo miſſi fuerint. Unde Plancus de ſtatore Lentuli conſulis ad Ciceronẽ ſcribit. Preſto mihi fuit ſtator eius cũ lr̃is q̃bꝫ ne venirẽ denũciabat. Et ſtator dictꝰ eſt Jupiter q̃m ſtare fecerit. Romanos in fugã a ſamnitibꝫ v̕ſos De quo in ſiſto dictũ eſt. Non eñ a ſiſto: ſed a ſto deſcẽdit: qđ patet ex eius cõpoſito Antiſtitor: qđ cõpoſitionẽ ⁊ ſignificationẽ habꝫ a ſto: ſicut ⁊ antiſtes. Et dicit̃ Stator iupiter: qui ſtare animo facit.

Status us: conditio habitus qđ lingua vernacula dicimus cõditione. Hiero. Nã corporis noſtri certus eſt ſtatus. vt omniũ animãtiũ. Sed q̃m apud deũ nõ de ſtatu corporis noſtri: ſed de vitę meritis iudicamur apparet omnẽ hominẽ mente ſua ſibĩpſi ſtatum nomenq; formare. Col. lib. viij. Quare ſtatus eius longior ꝓductiorq; ad hos caſus magis habilis eſt. Ci. Qui ſtatus rerũ? que conditio tẽpoꝝ. Do. Statꝰ ad habitum refertur. Statura corpori adſcribitur. Status eſt ſcenici ſtatura lõgitudo corporis. Quinq; apđ rhetores Status dicit̃ in quo cauſa maxime vertitur Cice. Status eſt in q̃ primo inſiſtis q̃ſi ad te pugnandum congreſſa defenſio. Quintil. Status eſt qđ ex prima conflictione naſcitur. Exempli cauſa. Intentio eſt. Feciſti homicidiuꝫ. Depulſio eſt. Non feci. Queſtio an fecerit. Hinc conſtitutio cõiecturalis q̃ et ſtatus dicitur. Tres aũt eſſe ſtatus quidã dixerunt. Coniecturalem: Juridicialem: ⁊ finitiuum: ſiue legalem. De quibus in rhetoricis.

Status a um: idem qđ firmus. Pli. lib. xviij. Jam primũ hanc iniuriã oĩbus annis accidere nõ poſſe propter ſtatos ſyderum curſus. Stati dies dicebantur q̃ iudicij cauſa cum peregrino inſtituunt̃. Plau. in cur. Status condictus cũ hoſte intercellit dies.

Staturus a um: participium eſt a Sto.

Statim aduerbiũ ſignificat conſtanter: ꝑſeueranter: continue quaſi inſiſtendo ⁊ vno ſtatu a ſtando. Plau. in amp. Nec recedit loco quin ſtatim rem gerat. Neq; veſpugo neq; vergilie occidũt iſta ſtatim ſtant. Terẽtius in phor. Bina talenta capiebam ſtatim. Aliq̃n mox illico: ꝙ ea q̃ mox fiunt cõtinenter fieri videant̃. Cice. in ver. Statim meſſanam lr̃as dedit.

Stagnum a ſtando dicit̃ aqua ſtans. Uirg. Stagnũ ꝓ parte maris ꝓfundiſſima poſuit ꝙ ea minime moueatur: ſemꝑq; ſtet. i. quieſcat. Emiſſamq; hyemen ſenſit neptunus ⁊ imis Stagna refuſa vadis. Stagnum etiam metallũ eſt: a quo Stagneus a um. Pli. li. xxx. Pyxide ſtagnea dixit: hoc ⁊ ſtagnuꝫ dicitur.

Stagno as: ſtagnum facio: aquã contineo. Uirg. li. iiij. Geor. Nam qua pelei gens fortunata canopi Accolit effuſo ſtagnantem flumine nilum. Et dicimus ſtagnare aquã cum non effluit: neq; ſorbetur. Pli. Ubi marini fluctꝰ effuſi ſtagnare ſolẽt. Et ſtagnare terraꝫ que nõ abſorbet: ſed cõtinet aquã. Idẽ. Agris humidis atq; ſtagnãtibꝫ. Huius cõpoſitũ eſt. Reſtagno: qđ eſt exundo: vt apud eũdẽ lib. ix. Idẽ tradit in paphlagonia effodi piſces gratiſſimos cibis terrenos altis ſcrobibus in his locis vbi nulle reſtagnẽt aque.

Stannum plumbum a ſtando dici videt̃ ꝙ in fornacibus primũ fluat ac per ſe ſtet: qđ ⁊ Stagnũ et gręce caſſiterũ ſiue Catiteron: ſiue Caſſiriton imutatis ab homero lr̃is. Nam plumbi ſunt duo genera nigrum ſcꝫ ⁊ albũ. Hinc Stãneus a um. Unñ vaſa ſtannea.

Stamen a ſtando: ꝙ eo ſtat in tela omne velamentũ eo ꝙ firme ſtat dũ texitur: non id qđ hincinde trahitur. Subtegmẽ qđ ſubit ſtamini. Dicit̃ etiã ſtamen q̃cq̃d in colo ad nendũ ponit̃. Hiero. ad Fabio. Ex quibus facta fila retorquent̃ cũ ſubtegmine triũ colorũ hyacinthi cocci purpure ⁊ cũ ſtamine byſſino.

Statilinus ⁊ Statanus: dij ꝑſides q̃ſi nobis adſtãtes.

Stater eris pe. corre. generis maſculini teſte Hiero. in Matth. dicitur qui duo habet didragmata. Idem lib. Regũ. Ecce inuẽta eſt in manu mea quarta pars ſtateris argẽti. Et in Hiere. Et appẽdi argentũ ſeptẽ ſtateres ⁊ decẽ argẽteos. Fit aũt a gręco ισтημι: qđ eſt pondero η in a cõuerſo: ſicut ⁊ ab ιστημι qđ eſt ſto fit στασισ ſtatio. Pari modo η in α mutato. A cuius actõ gręco στατηρα formauerũt. Quidã hoc nomẽ aſpirãt atq; ab σταθμιζω: qđ eſt trutino vel põdero deducũt. Suidas tñ στατηρτο εκχρυσου νομισματων βαλαυτιων η συνωριστο μεν ειχεν εβολουσ εκχαλκου του δεστατηρασ χρυσιου των ευμηλου ιππων πολυ μαλ λον αλληλοισ εοικοτασ.

Statera ę pe. pro. a ſtando dicta eſt: quia ſtante libra pẽſatur aurum vel argentũ. Eſt eñ inſtrumẽtũ quo res ponderantur ſine bilancibus.

Statuo is tui ſtatutũ. delibero: ordino: dedico: firmiter pono. Lactã. lib. ij. Abſtinere ꝑlio ſtatuiſſet. Et li. vj. Sed his omnibꝫ deus certos limites ſtatuit. i. ordinauit. Uirgi. Craterasq; duos ſtatuam tibi pinguis oliui. i. dedicabo. Terẽ. ꝓ Concutere poſuit cum ait Sublimẽ illum arriperem ⁊ caput primũ in terram ſtatuerem: vt cerebro diſpergat viam. Huius cõpoſita ſũt Cõſtituo: Deſtituo: Inſtituo: Preſtituo: Proſtituo: Reſtituo: ⁊ Subſtituo.

Statua a ſtatuo deduci videtur: et eſt imago alicuius q̃uis inter ſe differant: ꝙ ſtatuę ſint ęnee eboreę lapideę. Imagines cereę ⁊ pictę. Sue. in Tibe. Etiã ſtatuas atq; imagines niſi ꝑmittẽte ſe poni ꝓhibuit.

Statuncula diminutiuũ parua ſtatua.

Staticulũ diminutiuũ a ſtatua. Hiero. in trãſlatiõe homelie origenis. Sed vxor eius imemor ꝑcepti retrorſum reſpicit: impoſitã legẽ rupit: fit ſtaticulum ſalis. Staticulũ etiã dicit̃ i vehiculis ſicut Eſſedũ in equo ⁊ petoritũ in mula. Pli. li. vltio. Reddũt ſpẽs fluminũ nemoꝝ ⁊ iumẽtoꝝ ⁊ eſſeda ⁊ ſtaticula ⁊ equoꝝ ornamenta. Apud Plau. in ꝑſa. Staticulũ genus ſaltationis eſt.

Statuarius qui statuas fingit: seu qui imagines fundit. In qua nimirū arte excelluere Lisippus. Appelles Praxiteles Myron Polycletus.

Statuarius a um: qđ ad statuā ꝑtinet vt opus statuariū

Statuaria ę. ars ipsa faciendi statuas.

Staturosus qui statura. i. magno corpore est. Aug. Forte habens seruum formosum: staturosum: bene cōpositū: habens alium forte statura paruum.

Statumen pe. pro. dicit̄ id quo fulcit̄ vitis: vt pali ⁊ pedamēta et quicq̄d ꝓ monumento accedit. Statumē dici pōt: q̄si armamētū quo res stare possit. Ipsa q̄ꝫ pedamēta vitiū ob hoc armamēta q̄ꝫ nominant̄. Apud Vitrr. Statumē dicit̄ quicq̄d ꝓ strato adicit̄ Et statumina a statu arborū dicunt̄ ꝓ vt crescēdo statū accipiāt rami. Quo ad primū significatū. Col. li. v Posita vinea. i. tertio auctūno vehemētioribus staturninibus statim impedienda est.

Statumino as: statuminibus firmo. Pli. lib. xviij. In solutiore terra sępibus formari ora vtrinꝫ lapidibus statuminari: ⁊ alio semꝑ integi.

Stapedes pe. cor. machinulę ferreę in quibus pedes habere solemus dum equitamus.

Stachys latine spica. Unde nardi stachys. i. nardi spica ex qua vnguentū generosum concinnat̄. Nam vt scribit Pli. Unguētarij non solum folia: sed etiā spicas nardi in vnguēto celebrāt. A folio ꝟo nardi foliata nuncupātur vnguēta nardina.

Stactis myrrhe flos appellat̄. Hiero. Narrent ⁊ hi qui aromatū nouere virtutes stactē florem esse myrrhe. Hęc ⁊ Gutta alio nomine dicit̄ siue stilla ⁊ aloe. Vñ in euāge. legimus ꝙ Nicodemus centū libras myrrhe ⁊ aloes ad sepeliendū dñm p̄parauerit.

Staphylinus pastinaca agrestis. Col. lib. x. Tum agrestis pastinaca ⁊ eiusdē nōis edomita quā gręci σταφυλην vocant: hęc etiā staphis dicit̄. Palladius. Staphysagria perimit pediculos gallinarū.

Staphis. Vide in dictiōe Staphilinus de quo modo.

Statius nomen poetę comici fuit qui Cecilius dictus est. Statius autem appellatus fuit q̄m seruus fuit. Statius eñ nomē seruile est. Fuit ⁊ alius poeta hoc nōie qui heroico carmine multa conscripsit.

Stechades pe. cor. sunt tres insulę in rhodani ostio vicinę massiliēsibus sic dictę propter ordinē quo sitę sunt Gręci eñ sticon dicunt ordinem ⁊ versum. Luc. singulariter ꝓtulit. Venerat in fluctus rhodani cū gurgite classis Stechados ora tenens.

Stella a stando: ꝙ stare stelle videant̄. Sunt autē singulares stellę non admixte alijs: sydera vero siue astra sunt que ad aliquod signum compluriū stellarū composita sunt: vt aries taurus. Est ⁊ stella nomen poetę patauini lepidissimi.

Stello as: luceo: ⁊ quasi stellas facio. Mar. Et numerosa linunt stellantē splenia frontē. Pli. lib. xxxvij. Q̄m stellarū hyadum ⁊ numero ⁊ dispositione stellantur. Hinc stellatū stellis plenum: qđ est cęli epithetum cū serenum est. Interdū stellare est ad modū stellarum factum esse: qđ dicimus facto id ē stellę. Claud. lib. ij. Ducit̄ in thalamū virgo stat ꝓnuba iuxta Stellātes nox picta sinus. Idē lib. iij. Ut patuit stellata dom⁹ cōsidere iussi. Interdū inuidere a stellione aīali cuius natura est inuidiā habere. de quo Pli. lib. xxx.

Stele per simplex l. colūnę quas latini pilas vocant.

Stellio animal simile lacerte tergo depictū lucentibus guttis ad modū stellarū: vulgo Tarantula dicitur a grecis Ascalabotes ꝙ apud eos ασκαλοσ circulus est. Stellio autē circulis quibusdam depictus est Et veluti lucētibus guttis in modū stellarum. Morsus eius perraro interimit hominē eñ semistupidum facit ⁊ varie afficit. Est ⁊ alius stellio ex araneoꝝ genere lentiginosus in cauerniculis dehiscētis ꝑ estum terrę habitans. In apulia frequens visitur: ⁊ similiter Tarantula dicitur scorpionibus ita contrarius: vt visus ab eis pauorem ipsis afferat ⁊ torporē. Augusti. lib. x. cōfes. Quid cum me domi sedentē stellio muscas captās: vel aranea retibus suis irruētes implicans sępe intētū facit. Hinc stellare ꝓ inuidere. Sed ⁊ maledicta: hinc ⁊ stellionatus crimen: ⁊ Stellaturā accipere apud Spartianū qui ait. Tribunos qui stellaturas militibus tulissent capitali pęna afficit.

Stellionatus crimen apud iuriscon. a stellione nomen sumpsit. Qđ fit cum aliquid dolo factum est: vt si q̄s rem alij obligatā dissimulata obligatione per calliditatē alij distraxerit: aut si quis merces corruperit aut imposturā fecerit: cuius nulla ordinaria pęna est: sed extraordinarie plectit̄. Et ad pręsidē spectat.

Stemma atis: coronamentū quod ex multis floribus cōpositum est: dictum a gręco quasi στεφανωμα: στεφω corono: και στεφανοσ corona. Firmi. lib. iij. Magnos viros faciet Mercurius qui sacris ⁊ gloriosis stemmatibus coronentur. Quandoꝫ significat claram familiam: in qua insignes viri vt in sertis flores elucescunt: et que plerūꝫ ex victorijs ⁊ coronis maiorum cōtrahitur. Iuuenalis. Stemmata q̄d faciunt: quid prodest pontice longo: Sanguine censeri. Sueto. ꝙ in vetere gentiliū stemmate. C. Cassij ꝑcussoris cęsaris imagines retinuisset. Quoniā vero mos erat apud antiq̄s vt viri ob res bñ gestas coronis donarentur: et eedem statuarum capitibus imponerentur: inualuit consuetudo: vt stemma aliquando pro facinore accipiatur. Aliquando pro ipsis imaginibus maiorum que poni solebant in atrijs. Mar. Atria pisonum stabant cum stemmate toto. Seu ꝓ gradibus generis ⁊ ordinibus descendentium qui ramis quibusdam ⁊ velut intercurrētibus lineis distinguebātur. Plinius lib. xxxv. Stemmata vero lineis discurrebāt ad imagines pictas. Augu. Lucas euangelista sanctus cōmemorat generationes eius quo ordine: qua serie: quo stemmate ad illam generationeꝫ ventum fuerit qua natus est christus. Quin ⁊ pro inscriptionibus saxorū. Mar. Tristia saxorum stemmata delet herus.

Stentor ab homero inducitur vocalissimus cuius tantus erat vocis sonus quātus aliorū quinquaginta.

Stercus ab extergēdo deduci videtur: ꝙ vndiꝫ abstergi soleat.

Stercoro as: fimum agris fęcunditatis gratia adhibeo Pli. lib. xviij. Ager si non stercoratur alget: si nimiū stercoratus est aduritur. Colu. Lupinum vbi in florē verterit: nihil agruꝫ stercoraueris. Et Stercorare est pinguefacere. Idem libro. xij. Vicia ⁊ faba stercorare agrum dicuntur. Stercoratum stercore infectum etiam dicitur. Idem libro. j. Pomaria quoꝫ ⁊ hortos oportet septo circundari: ⁊ esse in ꝓpinquo atꝫ in ea parte qua possit omnis stercorata colluuies cohortis balneorumꝫ et oleis expressa amurce sanies influere.

Stercutius dictus est saturnus: ꝙ primus stercorandi agri rationem inuenerit.

Stercorarius a um: quod ad stercora pertinet. Varro. libro. j. de re rusti. Sic e ligno ⁊ ferro: vt plaustra maiora tria aratra cum vomeribus: sex crates stercorarias quattuor.

Sterquiliniū: locus stercoribus plenus: seu stercoris receptaculū. Col. lib. j. Sterquilinia duo sint. Unū qđ noua purgamenta recipiat ⁊ in annū conseruet. Alterum ex quo vetera vehantur.

Sterno is: straui stratū: de statu deijcio: ⁊ quasi in terrā extendo. Virgi. libro. x. Sternitur infelix alieno vulnere. Hinc Cesum exercitum: stratum dicimus. Inde Strages. Per translationē sternere ꝓ extendere

quãdoq̃ ponitur. Unde sternere humi tapetas frondes et hmõi dicimus. Et quoniã sternendo fit vt id supra quod sternimus: hoc est extẽdimus aliquid tegamus sternere etiã pro tegere: atq̃ implere sumit. Unde sternere equos dicimus: hoc est instratis tegere. Hiero. in Gñ. Habraã de nocte ꝯsurgens strauit asinũ. Sic sternere equos cooperire: sternere humũ floribus implere. Virg. Sternitur omne solũ iaculis. Item quoniã sternẽdo. i. extendendo: et id quod extendimus cõplanamus atq̃ cõponimus fit vt sternere quoq̃ ꝓ componere: ac cõplanare vsurpemus. Et stratum dicamus complanatum atq̃ compositũ Unde stratum mare dicimus quando nullo vrgente in fluctus vento equatum manet. Virg. Et om̃e tibi stratum silet equor. Et stratas vias: siue ꝙ cõplanate sint: siue ꝙ lapidibus tecte. Idem. Miratur portas strepitumq̃ et strata viarũ. Item quia iacẽdo quodammodo extendimur: fit vt eos etiã se sternere dicamus qui se ad iacendum collocant vt quiescant. Idẽ li. iiij. ge. Sternũt se somno diuerso in littore phoce. Huius verbi composita sunt Cõsterno: Exsterno: a quo supsterno: desterno: insterno: prosterno: et substerno: a quo substratus.

Sternax equus dr qui sessorẽ excutit: ac in terrã deijcit: hoc est ferox. Virg. Et sternacis equi.

Sternuo is. sternui sternutũ: a quo fit frequentatiuum Sternuto as. penulti. pro. Inde sternutatio inflatio que a pectore exurgens totũ caput cõcutit. Proper. Num tibi nascenti primis mea vita diebus Aridus argentum sternuit om̃e amor. Col. lib. viij. At si molesta pituita est cinile bubule vel surculi nepete silue stris lana inuoluti naribus inserunt versanturq̃ donec sternuat ouis.

Sterto is. tui. dormio. Terẽ. in eu. Fatuus insulsus tardus stertit noctes diesq̃. Hinc fit cõpositũ Disterto Persi. Cur iubet h ennij postq̃ destertuit esse Meonides: quintus pauone et pythagoreo.

Sterilis infecundus et fructũ non ferens sine prole στέρεω enĩ priuo dicitur seu careo. Et στερητικος sterile greci στέρησιν orbitatem dicunt. Hinc sterilesco is. sterilescere significat sterilẽ fieri. Palladius de gallinis loquens. Uinacie cibo sterilescunt. Hordeo semicocto et parere sepe cogunt et reddunt oua maiora. Plinius libro octauo. Capre pinguedine sterilescunt.

Stesichorus penulti. correpta nomen poete ex himera sicilie vrbe ex qua himereus est dictus. Alij ex Methauria vrbe natum dicunt. Alij ex palantio arcadie oppido ferunt inde profugum Catanam venisse: eoq̃ in loco: defunctum et extra portam vrbis sepultũ fuisse: portamq̃ ab eo stesichoriã nuncupatam. Floruit. xxxvij. olympiade sextaq̃ et quinquagesima obijt. Fertur lusciniam aliq̃n in ore stesichori infantẽ cecinisse mirabili auspicio summũ eũ poetam futurũ et cantus suauitate omnes qui ante eũ fuerunt superaturũ. Hor. Stesichoriq̃ graues camene. Fuit enĩ excellentissimus lyricus: a quo stesichorium carmen dictũ. Ideo autẽ dictus est stesichorus: ꝙ primus saltare ad citharã instituit: hoc est chorẽa ducere: antea Tisias vocabatur.

Stibadium accipitur pro sella et abaco quo fulti discũbunt cõuiue: quod primo herbidũ fuit. Postea inualescente luxuria marmoreum. hic Torus rectius appellatur quando a tortis herbis inflectat. Nã apud grecos stibades herbe sunt apte ad discumbendum. Hinc stibadion cubile ex stibade herba cõstructum. Pli. lib. v. epistola. Ex stibadio aqua velut expressa cubantiũ pondere siphunculis effluit. Sunt qui dicant stibadia esse paruas cenationes in quibus scriptũ esse solebat quot cõuiuas cenatio caperet. Ser. in pri. con. en. Stibadia antiqui non habebant: sed stratis tribus lectis epulabantur vnde et Triclinium sterni dicitur. Mar. Stibadium accipe lunata scriptum testudine sigma. Octo capit veniat quisquis amicus erit.

Stibium dicitur quo ad venustandos oculos peculiariter vtebantur. In argenti enĩ metallis inuenit lapis spume candide atq̃ nitẽtis: quem alij stibiũ: alij alabastrũ: alij turbasin appellant cuius vis principalis est circa oculos quos dilatat: quorumq̃ fluxiões exulcerationesq̃ inbibet. Ideo id greci platyophthalmon dixere ab oculorũ dilatatione. Unde in Hiere. pphe. Cum pinxeris stibio oculos tuos frustra componeris. Hieron. ad Furiã. Non habuit crispantes mitras nec stridentes calciolos: nec orbes stibio fuliginatos: et de paul. Turbanda est facies quã contra dei pceptũ purpurisso cerusa et stibio sepe depinxit. Hinc stibinus a. um. penultima producta quod stibij colorẽ habet: vt apud lib. j. Paralip. Hiero. Onychinos stibinos dixit.

Stichos latine versus siue ordo dicit. Unde distichus

Stigma atis. nota siue signum que inurãtur ab στίζω pungo. Mar. Frons hec stigmate nõ meo notanda est Per trãslationẽ quãdoq̃ ponitur pro suggillatione et infamia. Sue. Ual. Catullum a quo sibi versiculis de marmurra perpetua stigmata imposita non dissimulauerat satisfacientẽ eadem die adhibuit cene hospitioq̃ patris eius. Stigmata vt inquit Pli. delentur columbino fimo.

Stigmatici dicunt famosi et nocentes qui nota aliqua adusti sunt vt semp appareãt. Stigmatias dici voluerunt notis: et stigmate punctos.

Stigo as. stimulo irrito: a quo instigo: castigo: fustigo: q̃uis quidã ab ago cõposita esse velint.

Stilbo philosophus fuit qui capta patria: amissis liberis et vxore cum ex incendio solus et tamẽ beatus exiret. Interroganti Demetrio cui cognomẽ ab exitio vrbiũ polyocertes fuit: nunquid perdidisset? Om̃ia inquit mea bona mecum sunt. Quo dicto dubitare demetriũ coegit an vicisset. Nihil inquit pdidi: oĩa mea mecũ sunt: videlicet virtutes quas nulla vis hostilis eripere neq̃ quib' sapiens septus nullũ potest subire dispendium.

Stilpones dicuntur ab aliquibus hoĩes parui qui nani vocitantur.

Stimulus ἀπὸ τοῦ στίζω proprie dicit fustis acute cuspidis quo rustici boues subpungũt. Plau. in asi. Utinã nunc stimulus in manu mihi sit. Per translationẽ dicit om̃e illud a quo vexamur. Hinc stimulũ carnis et vitiorũ dicimus.

Stimulo as. pungo. Teren. in heau. Magis nunc me amice dicta stimulãt. Hinc extimulo: quod est valde stimulo. Col. lib. vij. Libidinis extimulat furijs.

Stingo et stinguo is. xi. ctum. eiusdẽ significationis est cũ extinguo. Cice. in progno. Ut cũ luna meãs hiperionis officit orbi Stingunt radij ceca caligine tectĩ Huius cõposita sunt Distinguo: extinguo: interstinguo: instinguo: et restinguo.

Stiria ppie est aqua frigore cõcreta pendẽs guttatim q̃ stillãs. Virg. Stiriaq̃ impexis induruit horrida barbis. Pli. Distillantes hiberno gelu stirias. Inde Stiricidiũ quod est quasi stirie cadiũ.

Stilla diminutiuũ a stiria vt inquit festus: et accipit ꝓ gutta: vt stilla olei: stilla aque. Apulei. Et sanguinis eruptionẽ vtriculo admoto excipit diligẽter vt nulla stilla compareat vsq̃. Uict. lib. ij. Fastigia facientes luto inducto proclinatis tectis stillicidia deducebãt per id stille decidũt in impluuiũ. Mar. Atq̃ olei stillam donaret opellicus vnctor.

Stillicidium quasi stillarũ cadiũ: ꝙ stillatim cadat vbi

e tectis guttę fluunt. Hierony. in ps. Sicut stillicidia stillantia super terram.

Stillo as. guttatim fluo: siue emitto. Plini. Frutex est resina stillans. Huius composita sunt Distillo deorsum stillo. Virg. li. iij. ge. Lentū distillat ab inguine virus. Et distillare est paulatim fluere. Unde fluxus humorū a capite dicit distillatio. Itē significat guttatim humorem extrahere. Unde distillare herbas est humorem ex his paulatim extrahere. Hinc distillatio liquamen quo vtimur cum pulmētariis. Et distillarius dictus est cōcinnator distillationū & venditor. Seneca. Iam libarij varias exclamationes & botularium & distillarium & omnes popinarum institores mercē suā quādā insignita modulatione vendentes. Extillo perfecte seu totū stillo. Terē. in phor. Hisce ego illam dictis ita tibi incensam dabo vt ne restinguas lachrymas si extillaueris. Instillo intro stillo. Plini⁹ libro. xx. Et aurium grauitati succum raphani instillant.

Stylus siue stylū cū y. grecum dici potest colūna. Unde epistyliū capitellū qđ sup colūnā locat. Stylus etiā dr modus dicēdi. Terē. in ꝓlogo An. Dissimili oratione sunt facte ac stilo. Do. Oratio in sensu stylus in vbis oratio ad res: stylus ad verbū.

Stylobate στυλοσ Τοκαμαξ λεγεται καὶ βαινω βαδιζω συντιθεται σχοινοβατησ. i. funābulus σχοινοσ funis et βαινω ꝯsuetudo sic στυλοσ palus lignum trabs per quā vadat aqua quasi canalis ligneus: et instrumentū ligneū quo aqua traijciatur: vt sub tegulis fieri solet. Var. lib. j. de re ru. Cohortes in fūdo magno duę aptiores: vna vt interdiu cōpluuiū habeat lacum vbi aqua saliat qui intra stylobatas cū venis sit piscina. Boues eni ex aratro ista te reducti hic bibunt: hic perfundūtur. Et lib. iij. Subtus columnarū stylobatem.

Stipes fustis terrę defixus: qui quoniā pullulare aliqñ consueuit putant aliqui stirpē ab eo dictā. Itē stipes dicitur torris lignum et quodlibet aliud quod facile incenditur.

Stips is. et stipis is. merces que stipatoribus & militibus dabatur. Et cum spondetur pecunia stipulari dicitur: id est stipem obligare. Pecunia quoqꝫ quā vel in ęrarium reponebant: vel dijs offerebant: vel mendicis porrigebant ad sustentationē vitę stips dicebatur a stipando propterea ꝙ in cella stipabant: id est componebant.

Stipendium ęs militare seu premium quod militibus datur. Cōpositū nomen ex stipe & pendo: quasi stips ponderata sit. Stips autē dicebatur ab antiquis ęs eo ꝙ antequā signatū esset non numerabat: sed pensabatur. Quod qui supra as: vt Var. inquit acceperāt sua necessitate maiorem numerum non in arca ponebant: aut in loculis sed in thesauris stipabant. i. in angustum ponebant: quo nimis loci occuparent. Ulp. Stipendiū a stipe appellatum est: ꝙ per stipes id est modica ęra colligatur. Sed quoniā stipendiū quod militi dabatur perpetuū erat quousqꝫ exauctoraretur diminueretur ve solideqꝫ dabatur tractū videmus vt dici ceperit illū militē ad solidū conduci cui ꝓmitteretur stipendiū licet annuū Cassiodorus Vegetius & Frontinus solidatū in militia fuisse scribunt eū cui stipendia ab imperatore ꝓmissa erant. Stipendiū etiā dicit qđ quis tenet soluere principi: aut reipu. Liui. lib. ij. Ut diuites conferent qui oneri ferendo essent pauperes: satis stipendij pendere si liberos educēt.

Stipendiale qđ ꝑtinet ad stipendiū. Sidonius. Possit sedere substipendiali.

Stipendiarius tributarius qui soluendo stipendio obnoxius est: qui alio noie vectigalis dicitur. Unde multi populi stipendarij erant reipu. romane. Hoc est qui soluebant stipendiū. Cęsar. cō. j. Reliquasqꝫ ciuitates stipendiarias haberent. i. tributarias. Uulgus perperā appellat stipendiarios milites qui stipendia faciūt cū tales mercenarij siue erarij milites sint nūcupandi: quos Vege. stipendiosos vocat: Quis & stipendiosi dicantur stipendijs pleni: hoc est qui stipendia plurima fecerunt.

Stipendiosus: de quo mox in dictione stipendiarius.

Stipendiariū: certū vectigal. Cice. in ver. acti. v. Inter siciliam ceterasqꝫ prouinciae in agrorū vectigalium ratione hoc interest: ꝙ ceteris aut impositū vectigal certū quod stipendiariū dicit.

Stipendiatus a stipendior aris. qui stipendiū recipit: & alio noie mercenarius dicit: vt sunt hi qui ad militiā adscribuntur. Pli. lib. vj. Regi eorū peditū sexcēta millia equitū. xxx. millia elephantorum nouē millia per omnes dies stipendiant.

Stipo as. rimas obturo / condenso: quia in hoc stupa vti solemus. Est eni deterius linum quod rimis maxime nauium claudendis adhibet. Unde stipatores dicti sunt qui in nauibus stipam hoc est stupam componunt. Hinc stipare pro claudendo coarctare densareqꝫ accipit sicut in nauibus fieri videmus. Virg. Stipatqꝫ carinis ingens argentū. Et stipare significat circūdare aliquē defendēdi causa. Liui. lib. j. Sed patus agmine armatorum in forū irrūpit. Hic cōstipo.

Stipatores qui in nauibus onera componunt & qui regum vel aliorum corpora custodiūt: a stipe quā accipiebant: vel ꝙ reges stipent & vndiqꝫ circūdent ac dādant pene constringentes instar apum circa ipsarum regem: aut ꝙ ipsi ferro stipati sint. Cice. libro. ij. offi. Premittebatqꝫ de stipatoribus suis qui scrutarent arculas muliebres: et ne quod in vestimentis telum occultaretur exquirerēt. Hos antiqui a latere latrones vocabant.

Stiparius a. um. quod ad stipendiū ꝑtinet. Pli. lib. xix. Hoc siccate in saxo tundunt stipario malleo.

Stipulor penulti. cor. a stipando significat ꝓmitto: seu pecuniā spondeo: stipē obligo: obligationem vel per obligationem habeo. Nam ꝓprie de pecunia dicit: Quis ad omnes rogationes quę solenniter fiūt trāslatum sit. Hinc stipulatores dicūtur qui per interrogationem obligant promissorem. Hęc enim duo stipulato opponuntur. Quod docēt Iurisconsulti de verborum obligationibus. Est autem stipulatio: vt inquit pomponius verborum conceptio quibus is qui interrogatur daturum facturum ve se id quod interrogatus respondet. Est autem stipulor ſm Pris. verbum cōmune: qđ tam in actiua ꝗ̄ in passiua significatione ablatiuo iungitur. Dicimus eni Stipulor abs te rogo te: peto abs te: et stipulor abs te: pro rogor abs te. Iuuena. Quantum vis stipulare et protinus accipe quod do: vt totiens illum pater audiat subauditur a me stipulare. Est eni actiue significātie. Sueto. vero passiue ꝓtulit: Pretorum lectoria quę vetat minorē annis. xxv. stipulari: id est interrogari. Plau. quoqꝫ passiue dixit. Nisi dolo malo instipulatus sis. Stipulator qui rogat & qui rogatur. Huius verbi composita sunt Adstipulor quod est cōsentio. Cice. lib. accad. Falsum esse stoici dicūt & eorū adstipulator antiochus. Instipulor. Plau. in pseu. Mensurę viginti salue et sane sunt tibi hodie quas abs te est instipulatus etiā pseudolus. Restipulor quod est contra sponsionē pecuniā obligo.

Stipulatus us. idē quod stipulatio. Pli. Iouis deorū summi stipulatu.

Stipula a stipa: hoc est stupa deducitur: siue ꝙ stipe instar vtatur: siue ꝙ ea quoqꝫ stipari tectorū rimę consueuerūt. Est autē stipula calamus frumenti puta tritici hordei: et similium: quod scꝫ continet spicam cuius

internodia genicula dicuntur: et aliquando genua: a similitudine genuũ animalis. Plin. Frumenta quedam in genu tertio spicam incipiunt concipere. Idẽ Genicula sũt tritico quaterna: farri sena: hordeo octona. Stipula etiã dicitur que remanet in campo demesso frumento. Itẽ ea pars que e frumẽto demesso contusa spica superstat: similiter stipula generali vocabulo appellatur.

Stirps cum de hoibus dicit generis fe. est & significat originẽ. Virg. Heu stirpem inuisam. Cum vero de arboribus pro trũco generis mas. Idẽ lib. xij. Cũ semel in siluis imo de stirpe recisum. Inuenit etiã feminini num. Hora. Cũ stirpesq raptas & pecus et domos.

Stirpo as. radices aufero: a qua exstirpo: p trãslationẽ Extirpari vitia dicimus quasi funditus tolli.

Stirpitus pe. cor. aduerbiũ significat radicitus. Cice. lib. iiij. tus. Hunc errorẽ quasi radicẽ omniũ malorũ stirpitus philosophia se extracturã pollicet.

Stirpices qui stirpes euellunt. Que tñ omnia a stipes incipiendo a quibusdã cũ y. ypsilon scribunt.

Stiua aratri manica que tenetur manibus cum aratur. Virg. Stiuaq que currus a tergo torqueat imos. Dicta stiua a stãdo: qz sup eã regula stat: et est quasi temo inter boues.

Stlata genus nauigij latum magis q̃ altum a latitudine sic appellatum: sed ea consuetudine quasi stlotum pro lotũ stlitẽ pro litẽ dicebãt antiqui qui dictionib⁹ ab l. incipientibus st. litteras pponere solebãt. A stlata Stlatarius dicit: sicut a scapha scapharius. Stlatarium quãdoq dicitur quod mari portatũ est quasi stlata aduectum.

Stlembus grauis & tardus. Lucil. Atq equum pedibus stlembum.

Stlopus sonus qui ex inflatiõe buccarum erumpitur. Persius. Nec stlopo tumidas intendis rũpere buccas. Postea sclopus & sclopetus.

Stoici philosophi appellati sunt ab στοᾶ: quod significat porticũ quo cõuenire ac disserere solebãt. Erat eñ porticus athenis dicta pecile ex varietate picture greci eñ ποικίλον variũ dicunt. Suidas noster στοὰ ἦν ἀθήναις διατριβὴ τοῦ ὁ μικροῦ στωικοὶ δὲ οἱ ἀπὸ αὐτῆς διὰ τοῦ ὠμεγάλου ἥττ ὡρομαζέτο πεισιαν ακτειος υστέρων δὲ ζῶν ῥαφηθεῖσα ποικίλη ἐκλήθη τὴν στοὰν τὴν ἐκ τοῦ ἐφέσου ἀπὸ τειρομένην εἰς τὸ ἱερόν. In hac porticu ceno philosophus discipulos docebat. Vñ et secta stoica: et philosophi stoici nuncupati sunt qui antea cenonij dicebant a cenone doctore. Hec est illa porticus stoicorũ memoratissima quam Chrysippus dictus est fulcire: quã pinxit polygnotus gratuito.

Stola apud veteres dicebat quicquid tegebat et apud grecos στολὴ indumẽtũ significat vnde stola deducitur. Postea ad honeste tantũ matrone vestẽ hoc nomen translatũ est que vsq ad imos pedes demissa erat. Tibull⁹. Impediat crines nec stola longa pedes. Hic stola p matrona et honesta muliere ponit Papi. Omnis plebeio teritur pterita tumultu. Hinc eques: hinc iuuenũ cetu stola mixta laborat. Et stolatum matronale atq honestũ dicimus. Var. Quis floralia vestit et stolatũ pmittit meretricib⁹ pudorẽ. Val. max. lib. ij. Sed quo matronale decus verecundie munimẽto tutius in ius vocando matronã corp⁹ eius attingere non permiserũt: vt inuiolata manus aliene tactus stole relinquerent.

Stolidus ponit p excordi tetro molesto atq illepido.

Stolones inutilis & quasi stolida fruticatio ex arborũ radicibus. Pli. Fuerunt ab arboribus cognomina antiquis: vt frondicio militi illi qui pclara facinora vulturnũ trãsnatãs fronde capiti imposita aduersus Annibalẽ edidit: stolonũ lacinie genti. Ita eñ appellatur in his arboribus fruticatio inutilis. Var. lib. j. de re rus. Nã stolonis illa lex que vetat plus quingenta iugera habere ciuem romanũ. Et qui propter diligentiã culture stolonum confirmauit cognomen q nullus i eius fundo reperiri poterat q effodiebat circum arbores radices que nascerentur e solo quos stolones appellabant.

Stomachus fistula per quã cibus descendit: sed ponit pro ventriculo. i. receptaculo ciborũ. Est eñ principium intestinorũ a septime spine vertebra incipiens circa pcordia cũ ventriculo cõnexus ab στόμα του στόμαχος ore & ἔχω habeo ηχεω: qz os sic habẽs vt effundat alio. Iuue. Si stomachus dñi feruet vinoq ciboq. Interdũ stomachus ponit p indignatione & ira odio & fastidio. Cice. lib. iiij. tus. Tractata diffinitione fortitudinis intelliges eã stomacho non egere. Sic dicimus Nõ possum sine stomacho dicere: hoc est cũ fastidio & indignatiõe. Interdũ in bonã partẽ capit p facilitate. Pli. in plogo. Argumentũ huius stomachi mei habebis. i. huius mee facilitatis et mansuetudinis & benignitatis.

Stomachor indignor ac turbor. Cice. Cas. Si eñ stomachabere & moleste feres plura dicem⁹. Hinc substomachor paulũ fastidio. Augu. lib. iij. cõ. Ille iam substomachans tedio. Vade inquit a me ita viuas fieri nõ potest vt filius istarũ lachrymarũ pereat.

Stomachicus qui ex stomacho laborat. Plin. lib. xxv. scribit helleborũ mederi stomachicis.

Stomachosus qui facile indignatur ac cunctã fastidit. Cice. Appio pul. Accipit p eo qui iniuriã contumeliã q facit: stomachosiores inqt meas litteras quas dictas non intelligo.

Storax genus aromatis: et arbor vnde fluit. Dicitur & Styrax. Pli. li. xij. Arabes ex syria reuehũt styracẽ. Ex hac fiebat oẽ vnguentũ.

Storea quã extendimus sup terrã. Pli. lib. xv. Colligi mala post equinoctiũ auctũnale neq ante sextã decimã lunã: neq ante primã horã cadiua separari stramentis storeis paleisve substerni. Dicta storea ἀπὸ τοῦ στορέννυμι: quod significat sternere. Hec alio noie & teges & matta vocat.

Stratum participiũ siue supinũ verbi sterno: et significat id quod sterni solet. Virg. Strata iacent passim sua quecq sub arbore poma. Stratum pro nomen ponitur pro lecto: vt in ps. Stratum lachrymis meis rigabo. Strata etiã dicuntur omnia vestimenta que sternũtur: vt vestes stragule & peristromata. Ouid. Strataq que membris intepuere tuis. Rursus strata seu instrata generaliter dicunt oĩa q̃ equis mulisve insternunt: et dicim⁹ equos stratos instratosq eis ornatos. Liui. lib. vij. Strata detrahi iubet. Et libro de secũdo bel. pu. Armatos deinde instratisq equis signũ expectare. Seneca ad Lucil. Stultus ẽ qui equũ emptur⁹ nõ ipsum inspicit sed stratũ eius & frenos. Strataq sine appositione vie: dicit via lapidibus tecta: vt sunt vie romane in oẽs italie vrbes silicib⁹ strate. Ideoq plus sceleris latro predo percussorq cõmittit si in via strata in viatorẽ grassat.

Stratus us. lectus. Hiero. lib. ij. Re. Accidit vt surgeret dauid de stratu suo.

Stratoriũ qd sterni solet. Idez in codẽ. Obtulerunt ei stratoria & tapetia.

Stramen quod solo quiescendi gratia sternit. Dicitur & stramentũ et proprie est stipula. Var. Tertio modo metitur: vt stramentum medium subsecent quod manu sinistra summũ pbendũt: a quo medio messem dictã puto. Infra manũ stramentũ qd terre heret postea subsequatur. Dictum stramẽtum a stando vel a stratu quod id substernatur pecori.

Stramineus a.um. qđ est ex stramine. Prop. Straminea posset dux habitare casa. Dopius edificij lutei inuentor fuit exemplo hirundinũ.

Stramentitius a.um. quod ex stramento fit.

Strages significat cladem depulsionẽ profligationem iacturã. Nam antiqui sterno et sligo in eadem significatione accipiebant.

Stragulũ genus vestis inquit Asco. Ulp. Stragulam vestem accipit pro vestimento quod iniicitur quale est grecorũ palliũ. sed Hiero. pro veste muliebri posuit cum inquit. Stragulatam vestem fecit sibi/byssus et purpura indumentũ eius. Alij accipiunt ꝓ lectorum opertorio: vbi et dormiebant antiqui et discũbebant vario delinimẽto figuraꝝ aut acu picto. Var. Quicquid insternebant: a sternendo stragulũ appellabant quicq̃d culcitre sternitur. Tibul. Nam neq; tũc plume nec stragula picta soporẽ. Et stragulas vestes aulea et tapetes intelligimus.

Stranguria difficultas vrine qñ guttatim micturiunt: ab στραγγαλεω constringo et το ουρος vrina: vel ab σταγξ γος :quod apud nos guttã significat ουρεω mingo latine. Substilliũ dicitur.

Strangulo as. stringendo gulam neco. Plini. lib. vij. Fabius senator pictor in lactis haustu vno pilo strãgulatus est.

Stratagemata astutie rei militaris: gesta militaria: exempla: siue consilia militaria: quib' hoies ad similia faciẽda ducuntur στρατος eñ exercitus αγω duco Stratia militia exercitus.

Strato nomen ꝓprium sidonis reguli: qui vt Hiero. scribit manu ꝓpria se volẽs confodere ne imminentibus Persis ludibrio foret: quorũ fedus egyptij regis societate neglexerat retrahebatur formidine: et gladium quẽ arripuerat circũspectans hostium pauidus expectabat aduentũ. Quẽ iamiãq; capiendũ vxor intelligens extorsit acinacem de manu et latus eius transuerberauit. Cõpositoq; ex morte cadaueri se moriens superiecit ne post virginalia federa alterius coitum sustineret.

Strena munus quod datur die festo ominis boni gratia qualia sunt que passim dantur die dominice natiuitatis et principio anni noui: a nũero quo significatur alterũ tertiũq; venturũ similis cõmodi veluti trena. que preposita s. littera dicitur strena vt in lite solebant antiqui dicẽtes stitem. Quidã a strenuitate strenam dici putant. Pompo. Aside si qua ventura est alia strena strene. Sue. de Cali. Et ne sordidus setidusq; imperator eam consuetudinis priscorũ liberalitatis gloriã conseruaret ineunte anno dixit se per calẽdas ianuarij strenas recepturũ stetitq; in vestibulo ediũ calendarũ die ad captãdas stipes quas plenis ante eũ manibus ac sinu omnis turba ferebat: tamẽ grece vulgo ita dicitur etiã versus subaudiam.

Strenu' fortis/celer/vigilans: et ad res gerẽdas promptus. Sal. Nã vt quisq; strenuus ceciderat in bello Col. li. viij. Magister pecoris acer durus strenuus: laboris patientissimus alacer atq; audax esse debet Hinc strenuitas. Ouid. Priscaq; strenuitas mansit.

Strepo strepis strepui strepitũ. vnde strepitus us. qui proprie pedũ ambulãtiũ manuumq; aliquid pertractantiũ sonus est. Appellatur et fastus et pompa diuitiarũ quasi a strepitu comitantiũ: vt apud Quintili. Hic cum me euocasset subito trepidũ: totoq; fortũe sue strepitu circũstetisset. Hinc cõponuntur Cõstrepo. Gel. lib. ij. At omniũ bonorũ et testimonijs et exemplis constrepebat. Circũstrepo. August. lib. iij. con. Ueni carthaginẽ et circunstrepebat me vndiq; sartago flagitiorum amorum. Instrepo contra vel valde strepo: aut cum strepitu nomino. Uirg. lib. iij. geor. Post valido nitẽs sub pondere faginus axis Instrepat. August. libro. viij. cõ. Omnes sibimet inuicem quisq; vt eũ nouerat instrepuerunt nomẽ in strepitu congratulationis. Interstrepo. Uirgili. Digna sed argutos interstrepere anser olores. Obstrepo cõtra aliquem strepitũ facio. Sal. Ad hec maledicta alia cum adderet obstrepere omnes hostem atq; parricidam vocare. Perstrepo: valde strepo. Teren. in eu. Foras simul prorũpũt se abeunt lauatũ perstrepunt: ita vt sit domini vbi absunt. Et omnia habent penultimã correptam.

Strepito as. penul. cor. sepe strepitũ facio. Uirg. lib. j. geor. Nescio qua pter solitũ dulcedine leti: Inter se folijs strepitant.

Strepitus us. Uide paulo ante in dictione strepo.

Strideo es. dui. et Strido is. di. Uirg. Striduntq; cauernis stricture chalybum. Et proprie stridere dicitur cum funes sonum faciunt. Idẽ. Stridorq; rudẽtum: Quis etiã ad alia transferatur. Hora. in ser. Stridere secreta diuersos aure susurros. Et in Euã. legitur stridor dentium.

Stridon oppidũ in agro Iustinopolitano: a quo diuus Hiero. ortum habuit. Quod a gothis euersum dalmatie quondã pannonieq; confiniũ fuit.

Stringo is. xi. ctum. arcto. Pli. Apprehensamq; manu stringit. Per trãslationẽ stringere qñq; pro pcutere ponitur. Uirg. lib. x. Atq; animũ patrie strinxit pietatis imago. Quandoq; ꝓ rarefacere/excidere. Idẽ in buc. Hic vbi densas Agricole stringunt frondes. Quãdoq; pro decerpere/colligere. Idẽ lib. ij. geor. Sed tamẽ et quernas glandes tunc stringere tẽpus et lauri baccas. Hinc strictiue oliue que manu legũtur ad differentiam caducarũ. Quãdoq; pro radere. Idem lib. viij. Ego sum pleno quem flumine cernis stringentẽ ripas. Quãdoq; pro vulnerare. Idem in eodem. Hunc primũ leuis hasta themille strinxerat. Qñq; pro attenuare/componere: quod stringendo fieri solet: vt et stringite remos. Stringere ensem est nudare. Idem lib. xj. Strictũ rotat acer lucagus ensem. Huius composita sũt Astringo: quod est iuxta stringo. Constringo simul totum stringo. Colu. lib. vj. Si eodẽ scrobe duas aut tres arbusculas voles constituere: curato ne pariter se constringãt. Distringo valde siue diuersis modis stringo. Destringo deorsum: aut valde stringo/excido. Col. lib. v. Iam ꝑo muscus qui more compedis crura vitium et vineta comprimit situq; veterno macerat ferro distringendus et eradendus est: atq; hoc in ima parte vitis. Extringo extra stringo. Hieron. ad Ctesi. Tamen in p̃senti epistola hoc breuiter extinxisse sufficit ꝙ iusti appellentur nõ quõ omni vitio careãt: sed ex maiore parte virtutũ. Obstringo Perstringo Prestringo Restringo et Substringo. Colu. lib. ij. Boues cum ab opere disiunxerit substrictos cõfricet: manibusq; comprimat dorsum.

Strictim aduerbiũ significat singula stringẽdo. Unde strictim referri dicimus ea que cum sparsa ac diffusa essent: breuiter et quasi summatim colliguntur.

Stricte significat arcte: a quo formantur strictius et strictissime.

Strictiue oliue: que manu colliguntur ad differentiam caducarum.

Stricture ꝓprie dicuntur scintille que de ferro candenti micant cuntq; cum massa malleis tũditur: aut ꝙ stricte emittuntur: id est celeriter: aut ꝙ oculos suo fulgore perstringũt. Uirg. lib. viij. Stricture chalybũ et fornacib' ignis anhelat. Ser. vero ait. Strictura est terra ferri in massam coacta: ibiq; ponitur strictura pro ferri massis.

Strigones densarum virium homines ꝙ in se constricti atq; arctati sint.

Strige ordines rerũ inter se continuate collocatarũ: q̃ vna sint stricte. Col. lib. ij. Utrumq̃ siccatũ coarctabimur in strigam: atq̃ ita manipulos vinciem⁹. Itẽ longitudo maior latitudine dicit. Striga: a quo strigatus ager vocat qui p̄ strigas crescit a septentrione in meridiem.

Strigosus a. um. quod est exhaustũ & macilentũ: quasi stringosum. Unde iumenta strigosa dicta sunt q̃ corpora eorũ restricta sint fame: aut alia vitij causa. Col. lib. vij. Eq̃ possit huic aliquatenus cõparari q̃ progenerat onager: nisi & indomitũ et seruire contumax siluestri more strigosum patri̾ p̄ferret habitũ. Et lib. viij. Placide aclente pabulet vt et largi sit vberis & non strigosissimi corporis.

Strigmenta: sordes que ex corporibus raduntur. Unde strigmenta olei dicimus ceromata. i. sordes olei q̃ ex vnctorũ athletarũ corporibus radunt. Pli. Notum est magistrat⁹ honoris eius octogenis sestertijs strigmenta olei vendidisse.

Strigil instrumẽtũ proprie e ferro dentatũ: a stringendo. i. radẽdo quo equos & id genus iumẽta expolire solẽt equisones e corpore sordes abradẽdo. Eo vtebant veteres ad radendas sordes corporis sudorẽq̃ tergendũ: precipue in balneis anteq̃ comederent ex auro argẽto ferro. Interdũ etiã lapidibus quibusdã vt nunc linteis. Persius. I puer et strigiles crispini ad balnea defer. Quidã strigiles accipiũt pro pectinibus fricatorijs quos indi ex hebeno faciebant. Legimus apud Stra. lib. xv. de moribus indorũ. Illos exercitium precipue frictionẽ probare & maxime strigilibus hebeni leuibus corpora expolire: reges q̃q̃ corpora strigilũ perfrictione curare. Strigiles etiã sũt velaria vnde athlete post laborẽ stringunt. Pli. de spongia. Cinis eius plurimũ proficit contra scabricies genarũ et quicquid opus distringere prestat et strigilum vicem linteorumq̃ affectis corporibus. Alij strigilẽ accipiũt pro quodã vasis genere. Stra. Inde strigilum & ampullarũ artifices mature euaserant. Plau. in persa. Ampullã strigulem scaphium soccos palliũ marsupium habeat. Cice. lib. iiij. de. fi. Si ad illam vitam que cũ virtute degatur ampulla aut strigilis accedat. Et in hispania strigiles etiã vocabãt auri paruulas massas. Itẽ strigil aluminis genus pumicosum & foraminum fistulis spõgie simile rotundumq̃ natura. Cor. Celsus. Medicamentũ in aurem p̄ strigilẽ instillari iubet. Strigiles etiã num sermõe vernaculo pisciculi quidã dicũtur: quorũ frequens fit captura p̄ hyemes. Hanc dictionẽ Pris. a stringo vel a greco στλεγγισ deduci existimat.

Strigilecula dimi. a strigil pro vase Apul. Strigilis & gutti speciẽ graphice describens sic inquit. Qui magno inceptu predicauit fabricatũ semet sibi ampullã quoq̃ oleariã quã gestabat lenticulari forma tereti ambitu pressula rotunditate: iuxtaq̃ honestam strigileculam recta fastigiatione clausule flexa tribulo ligule: vt et ipsa in manu capulo moraretur: et sudor ex ea riuulo laberetur.

Strigium vestis hispanica. Plau. Nudus est iurat se tribulo strigium oppigneraſſe.

Strix strigis: auis quedã nocturna & importuna a stridendo dicta. Luc. libro. vj. Et trepidus bubo q̃ strix nocturna querunt. Aggredit pueros nutricis egentes: et ex illorũ corpusculis vitalẽ sanguinẽ absorbet. A cuius auis nocumento striges appellamus mulieres puellulos fascinantes suo cõtactu & lactis munerumq̃ oblatione. Sere. Preterea si forte premit strix atra puellos. Virosa immulgẽs exertis vbera labris. Striges etiã sunt olera vilia: vt apud Plaut. in pseu. Hei homines cenas sibi coquũt cũ condiũt: non condimẽtis condiunt: sed strigibus. Iuuena. Et sonat vnctis strigibus. Legit & strigilibus.

Strie et striature: sunt quasi canalicule et sulci quibus quoddam columnarum genus excauatur. Uitru. lib. iij. Columnarũ strie faciende sunt. xxiiij. Ita excauate vt norma in cauo strie cum fuerit cõiecta circũ acta anconibus striarum dextra ac sinistra tãgat acumen. Hinc striatas columnas: dicimus que striis distincte sunt. Plini. li. xxj. Candor eius eximius foliis foris striatis. Apul. frontem striatam vocat cõtractam caperatamq̃ et quasi sulcos facientem pre tristitudine. Striare etiam videntur boues cum peracto aut non peracto priore versu alius initur. Hoc autem fieri dum boues adhuc in priore versu anhelant non conuenit.

Strimon fluuius thracie. Unde fit strimonius a. um. Uirg. li. j. ge. Strimonieq̃ grues: et amaris intyba fibris. De primitiuo idez. Rupe sub aduersa deserti ad strimonis vndam.

Strobilus nucleus pineus similiter & arbores nucleos pineos ferentes strobili dicũtur apud Dioscorum & Galenum.

Strophas adis. latine cõuersio vertigo.

Stropha: acumen subtilitas: ab στροφή conuersio. Hiero. cõtra Ruf. Uis scire totas argutiarũ tuarũ strophas vel specularũ insidias.

Strophos: dolor intestinorum: quos tormines latini vocant.

Strophius proprium nomen phocensis regis.

Strophium: fascia pectoralis que virginalẽ tumorem cohibet papillarũ. Turp. Me miseram q̃ inter vias epistola excidit mihi infelix quã iter tuniculã ac strophiũ collocarã. Strophia etiã corona ab insigni qd̃ imponebat capitibus sacerdotũ quod απο του στροφειν: hoc est vertendo. Pli. lib. xxi. Tenuioribus vtebant antiqui coronis strophia appellãtes. Huius diminutiuũ est strophiolum.

Strophades sũt due insule in mari Ionio quas antea plote vocabantur. Uirgili⁹. Accipiunt strophades graio sũt nomine dicte Insule ionio in magno. Dicte strophades ab στροφη conuersio. Suidas autem στρόφιον τοστρογγυλον ζωναριον: et subdit ωσ στρόφιον δια δηματι ωσ και οιιερεισ φορουσι.

Strongylos & strongyle es. penul. cor. Insula in mari egeo: vna ex eolijs sic dicta q: sit rotunda & globosa quod strongylon grece designat. Hec vt Plini. lib. iiij. scribit vinearum fertilis est cui⁹ ambitus patet. lxxv. milibus passuũ. Ea nunc Naxos: sed antea dia vocata. Syr. lib. xiiij. Mille agathina dedi pslataq̃ strongylos haustris.

Stroma stromat̃: omẽ qd̃ sternit: a quo fit peristroma.

Struo is. xi. ctum. ordino seu ordinate apto. Liui. lib. j. Postq̃ struxi vtrinq̃ stabant cum paucis procerũ in medium duces prodeũt. Composita huius verbi sunt Adstruo: construo: destruo: extruo: instruo: obstruo: prestruo: substruo: et superstruo: que p̄m vim prepositionum significant. Hieron. ad Terentiam. Hinc valles substructiõibus opplendo. Cypri. Ad certamen animus ante prestruitur quando se aduersarius confitetur.

Structilis & hoc structile pe. cor. vt structiles columne que nõ sunt ex vno lapide: sed ex multis.

Structor qui aliqd ordinat. Ponit et p cellario qui instruende mense & cibo curã habet a struendo. i. ordinando & cõponendo qui cultello scindit in frustula. Mar. Et que nõ egeat ferro structoris offelle. Qui vero cõuiuij princeps est architriclinus vocat.

Structura edificium siue compositio & ordinatio. Col. lib. j. Igit ad structure cũ primũ statim fundamenta iaciuntur: euitandum est.

Strues a struo ꝓprie lignoꝝ cõgeries est. Et strues dr genus libi quod addebat in sacris. Ouid. lib. i. fast. Hec adolet flammis cũ strue farra suis.

Struma tumor vel morbꝰ qui a scrophis que id morbi patiuntur Scrophula dicit. in quo subtus concrete quedam ⁊ pure ⁊ sanguinee quasi glandule oriũtur. Inde strumosi dicuntur qui id vitium patiuntur. At Cor. Cel. scribit Strumam extantia quedã in tergo. Gibbus vero in pectore. Alii strumã vitiũ gutturis esse putant. Catul. in opprobriũ dixit Sella in curuli struma nonius sedet. Inde strumosus. Iuuena. Nec pretextatum rapuit nero loripedem vel strumosum atq; vtero pariter gibboq; tumentem. Pli. lib. xi. Guttur homini tñ et suibus intumescunt aquarũ que potãtur plerũq; vitio: propter qð quedã tubera spongiosa p corpus aliqñ insperſa scrophule dicunt que etiã sub strume appellatione cõtinent: vt rectius strumule q̃si parue strume ꝙ̃ scrophule nominẽtur.

Struthius ⁊ pro fe. Struthio auis est corpore grãdis grauisq;. Hiero. in iob. Penna struthionis similis est penne herodiũ ⁊ accipitris.

Struthiocamelus: maxima auium est si tamen auis est dicenda cũ pennas duntaxat habeat vt adiuuent ad currendum cetero volucris non sit nec a terra tollatur. Vngulas habet ceruis similes bisulcas comprehendendis lapidibus vtiles quos in fuga cõtra insequentes pedibus ingerit. Concoquit quecũq; deuorat sine aliquo delectu. Mira in eo stoliditas. Etenĩ in tanta corporis altitudine: si colla frutice occultauerit latere se putat. Oua eius in pretio sunt ꝓpter amplitudinẽ: et penne quia galeas variis coloribus infecte adornãt.

Studiũ est vehemens applicatio animi ad aliquid peragendum. Accipitur quãdoq; pro exercitatione: vt cũ dicimus studia litterarũ. Colu. Et ne singula persequar ei studio: quod quisq; agere velit cõsultissimũ rectorem adhibeat: id est exercitio vel operi vel arti. Quãdoq; pro diligentia. Quãdoq; pro fauore seu amore. Sal. D. Syllanum certe scio q̃ dixerit studio reipu. dixisse. Quãdoq; pro volũtate: vt Scinditur incertũ studia in cõtraria vulgus.

Studiosus modo assiduum ac perseuerantẽ significat. Ci. ad heren. Ideoq; bonis viris et studiosis amicꝰ erat. Modo cupidũ ⁊ alicui rei debitum atq; additũ: vt studiosus laudis .i. cupidꝰ et studiosus cesaris: id est amator vel beniuolus. Cic. Cecinne: Viri sunt optimi ⁊ tui studiosi ⁊ mei necessarii. Hinc fit Perstudiosus. Idẽ in Cato. Attribuito lrĩs grecis quarũ constat eũ pstudiosum fuisse in senectute.

Studeo studes studui itum. studium adhibeo: do operam alicui rei. Cesar con .i. Cupiditate regni adductus nouis rebus studebat: id ẽ vacabat: construitur etiam cum ablatiuo mediante in vel etiã accusatiuo q̃sertim si aliquid studiosius legimus. Titi. in psal. Ferẽtinatis populꝰ greca studet. Et studere est amare: siue fauere. Sal. Neq; studere neq; odisse: sꝫ minime irasci decet. Ouid. lib. ix. me. Cui studeat deus omnis habet. Item Eniti. Cice. lib. i. offi. Quorum vero patres aut maiores aliqua gloria prestiterunt: hi student plerumq; in eodẽ genere laudis excellere. Lactan. lib. iii. duo significata eius comprehendit. Qui sapiẽtie studet vtiq; nondũ sapit: sed vt sapere possit studet.

Stupa linum vile quod lini cortici proximum est: vt inquitꝰ Plini. ab greco στυπειον quod stupam significat: vel a stipando ꝙ ea stipentur naues. Hinc Stupeus a. um. Virgilius. Subiiciunt lapsus et stupea vincula collo.

Stuprum est coitus lege vetitus qui duplex est. Vnus cum nupta quod adulterium dicitur: aut cum puero aut cum sanguine coniunctis: siue sacris virginibus aut cum vis affertur: cuilibet persone: etiã si ancilla sit. Aliquãdo stuprum ponit pro turpitudine. Neuius Perire malunt ibidẽ ꝙ̃ cũ stupro redire ad suos populares. Ennius. Fede stuproq; castigor quotidie turpiter.

Stupro as. vitio stupro. Plau. in aul. Is adolescentis illius est auũculus qui illam stuprauit noctu cereris vigiliis. Cic. lib. iiii. ad herẽ. Qui violasset ingenuã matrem constuprasset.

Stupeo es. pui. significat quodã modo sensum rerum nõ habere. Persius. Sed stupet hic vitio .i. insanus est factus vitiis. Iungitur et cũ accusatiuo. Cice. de fi. bo. Hec cũ loqueris varrones stupemus. Huius composita sunt Obstupeo et Substupeo: a quibus Stupesco: obstupesco: stupefacio: obstupefacio: stupefio: et obstupefio.

Stupor est alienatio quedam sensuum ꝙ scilicet sensus constipentur.

Stupidus quãdoq; pro stupefacto: qñq; pro insensato accipit. Vnde stupentia siue stupida dicunt quando vel paruũ vel nullũ habent sensum.

Stultus: imprudens / improuidus. Nam et multi non insipientes aliquãdo stulte aliquid vel agunt vel loquuntur. Fatuus plene insipiens. Afra. Ego stultũ me existimo fatuũ esse non opinor. Insanus qui abiecta ratione cũ furore ⁊ impetu oĩa facit. Rudis qui nunq̃ didicit. Stultitia quattuor modis dignoscitur. Aut cum non venerit in mentẽ quod oportet. Aut si venerit: non tenere: aut bonum consilum non admittere: aut malũ admittere. hinc Hesiodus e conuerso. Optimus ille quidem qui per sese omnia noscẽs Preceptor suus ipse sibi meliora peregit. Rursus et ille bonus monitus qui recta sequet. Qui non ipse sapit neq; credit recta monenti: Hic nullam in partem vtilis est.

Stypticus: idem quod strictus: ab στυφω obturo: stringo.

Stymma est spissamentũ et domitura vnguenti: vt indit Dioscorides.

Stymphalus lacus in arcadia in cuiꝰ ripis erat Stymphalũ oppidũ. Ouid. lib. ii. fast. Testis erit pholoe testes stymphalides vnde. A stymphalo lacu stymphalides aues appellate sunt tante magnitudinis: vt solis radios obumbrare dicerentur omnẽ arcadiam deuastantes. Hiero. Cerberũ et stymphalidas narrãt fabule poetarũ. A stymphalo oppido fit. Stymphalius a. um. et Stymphalis idis. Hieron. contra Ioui. Aristocles Orcomeni tyrãnus adamauit virginẽ Stymphalidẽ que cũ patre occiso ad templum diane concessisset: et simulachrũ eius teneret: nec vi posset auelli: in eodẽ loco confossa est. Ob cuiꝰ necẽ tanto omnis arcadia dolore commota est: vt bellum publice sumeret: et necem virginis vlcisceret.

Styx gis. generis feminini proprie mestitiam designat στυγνος enim tristis dicitur στυγναζω mereor vel dicitur ab στυγω timeo odi ꝙ terrori omnibus sit. Virgi. Stygiamq; paludẽ diĩ cuiꝰ iurare timent et fallere numen. Fingit a poetis ꝙ sit infernalis palus cum sit fons in arcadia exitiosus animalibus cuius aqua illico necat ex nimio frigore: vtpote cũ perfluens ipsa statim lapidescat. Tradunt hac aqua es ferrum erodi ⁊ omnia vasa in ea missa frangi preter cornea. Est et alia palus in egypto iuxta memphim quam veteres styga vocauere. Hinc stygius a. um. Seneca. Hic sceuus vmbras territat stygius canis Aristophanes autem in ea comedia: que βατραχοσ εγγραφεται ενταυθεν αυλων τισ οι περιεισι πνοη ηδεια τεφωσ καλλιστον ωσπερ ενθαδε καὶ μύρρινωνασ και θιασουσ αι

λαι μονὰσ ἀνδρὸν γυναῖκον καὶ κροτὸν χει ρων πολυν. Nā stix proxima est elysio.

S Ante V

Suauis dulcis: a quo suauitas ꝛ suauitudo pro dulcedine. Plau. Suauitudo mea. Quorū cōtraria sunt Insuauis/austerus/asper. Insuauitas insuauitudo. Aduerbia suauiter/insuauiter/suaue/ꝛ insuaue. Virgili. Et suaue rubens hyacinthus.

Suadeo es. si. sum. ſm naturā bisyllabū est: licet multi trisyllabū putent. Quod et si inueniatur solutio dicēda est a suaue et do pro dico. compositū esse quidā arbitrant̄: hoc est suaue dico. Est eīn suadere accommodatis ꝛ suauib⁹ verbis aliquē in opinionē nostrā inducere conari: hoc est hortari aliquem ad id quod intendimus. Cuius contrariū est dissuadere. De persuadeo supra habitū est.

Suadela pe. pro. suasio dicit̄.

Suasorius a. um. quod ad suadendū ptinet: vt suasoriū munus. i. officium suadendi. Et pars deliberatiua a rhetoricis suasoria dicit̄.

Suasum: color ex stillicidio fumoso in vestimēto albo. Sunt ꝛ qui omnē colorē suasum velint appellari: ꝙ quasi persuadat̄ in aliū colorē transire.

Suauiū qđ et sauiū dicit̄ ꝑ diminutionē. i. voluptas or. Terē. O thais meū suauiū.

Suauior aris. et sauior significat cū voluptate aut prę gaudio osculor. Catul. ad Vetaniū. Lucidū os oculosq̄ suauiabor. De hoc etiā in Dissauior.

Suapte sua ipsius natura. Et suopte suo ipsius: sicut meopte meoipsius. Cice. lib. i. tus. Terrena ꝛ humida suopte nutu et suo pondere ad pares angulos in terrā ꝛ in mare ferūtur.

Sub prępositio ꝛ separatur: et componitur. Separata aliquādo denotat tempus ꝛ accusatiuo iungitur: significatq̄ circa vel per. Virgi. Sub lucem exportāt calathis. i. per lucem: seu adueniente luce. Aliquādo ponitur pro in: vt sub idē tempus: sub eandem horā id est in eodem tempore/in eadem hora: ꝙꝙ et per idem tempus/et per eandem horam: vel circa idem tēpus/et circa eandē horā exponi possit. Liui. Vtrinq̄ legati fere sub idē tempus ad res repetēdas missi. Sue. de Augu. Sub horā pugne tam arcto repente somno deuictus vt ad dandū signum ab amicis excitaretur. Aliquādo pro statim post: vt sub hec verba. Cice. planco. Sub eas autē reddite sunt. Aliquādo significat ad locū et pro ante sumit̄. Virg. Postesq̄ sub ipsos nituntur gradibus. Aliquādo in loco et ꝓ subter capitur/construiturq̄ cū ablatiuo. Idem lib. viij. Arma sub aduersa posuit radiantia quercu. Itē cū ablatiuo accipitur pro in: vt apud eundē. Namq̄ sub ingenti lustrat dū singula templo. Itē prope: vt quo deinde sub ipso ecce volat. Itē significat cū: vt sub sarcinis. i. cum sarcinis. Composita ꝛ plerumq̄ localem significationē retinet que illi propria est: vt subeo suppono. i. subter. Interdum significat infra: vt Caudamq̄ remulcens subiecit pauitātem vtero siluasq̄ petiuit. Interdū diminutionem: vt subdubito/subirascor. i. aliquantulum. Est eīn vt Do. inquit. temperamentū plene pronunciationis. Interdū significat supra: vt Corpora saltu subijciūt in equos: id est supra iaciunt. Interdum prospere: vt succedit. Interdū post: vel ꝙ̄primū: vt subsequor. Interdum contra vel prope: vt subsisto. Cesar. Audacius subsistere: nōnunꝙ̄ et nouissimo agmine prelio nostros lacessere. Interdū prudenter/seu diligenter: vt subseruio. Interdum in promptu: vt quomodo ratio non subest. Interdū latenter: vt suppilo. Interdū sensim: vt surrepo. Interdum adbuc. Liui. Tanꝙ̄ spes subesset. Componitur autē fere cum omnibus litteris. A vt subaro. B vt subbibo. C vt succido. D vt subdo. E vt subeo. F vt suffero. G vt suggero. H vt subhasto. I vt subiūgo. L vt subleuo. M vt submoueo. N vt subnecto. O vt suborior. P vt suppono. R vt surripio. S vt subsanno. T vt subtraho. V vt subuenio. Sed quotiens subiungit̄ vocalibus vel b. d. h. l. n. s. t. remanet b. integra: in aliis mutatur b. in litterā sequētem: subrideo/subrogo/subruo. Sustineo vero suspiro/suspicor/suspicio/sustuli/sustollo: ꝛ huiusmodi sine b. scribenda sunt: quia non a sub: sed a susum siue sursum composita sunt.

Sub corona venūdari captiui dicebant̄: quia coronati vendebantur.

Sub iugū dicebant̄ hostes missi esse: quia duab⁹ hastis in terra defixis: tertiaq̄ superligata inermes sub ea transire cogebantur.

Sub manu vulgaris locutio: et significat statim temporisq̄ momentū quasi de manu in manū. Seneca libro. x. epistolarum ad Lucil. Consiliū nasci sub die debet et hoc quoq̄ tardū est nimis: sub manu quoq̄ quod aiunt consilium nascatur. Sueto. de Augu. Et quo celerius ac sub manu annūciari cognosciq̄ posset quod in prouincia quaq̄ gereretur: iuuenes primo modicis interuallis per militaris vias/ dehinc vehicula disposuit.

Sub vitem hastas iacere dicebatur veles: cū sub manū sursum hastam mittebat. Sub vitem prełiari milites dicebātur cum sub vinea militari pugnabant. Sub vineam iacere cum adstātibus centurionibus sudes iacere cogebantur.

Subactus a. um. vide in dictione subigo.

Subagito as. significat ineo. Plau. Dum ille meretricem subagitat: ego quiesco.

Subaquaneus a. um. quod sub aqua manet vt scopul⁹ subaquaneus.

Subalaris ꝛ hoc subalare: quod sub alis est. Unde scribit Lampri. Heliogabalū solitum fuisse in accubitis habere plumas subalares.

Subcerniculū farinariū cribrū: quod fit e setis equoruz quemadmodū excussorium et pollinarium fit e lino. Excussoria cribra sunt quibus furfur secernitur. Pollinaria quibus pollen: hoc est grossior puluisculus farine diuiditur.

Subcinericius a. um. qđ sub cinere coquitur. Vñ subcinericium panē legimus.

Subdo subdis suppono/ subijcio. Cato de re rustica. Ignem subdito: vbi bullabit vinum ignem subducito: ꝛ subdere subiungere. Quintil. His dictis ꝛ alia subdidit.

Subditus: qui alicuius imperio subiectus est: subditū etiā partum dicimus suppositū: hoc est sublatum ab eā muliere ꝙ̄ peperit: et alteri appositū. Itē apud iurisconsultos subditū testamentū dicit̄: cū vero testamēto occultato aliud clam fuit appositū. Subditus iudex qui loco mortui datur.

Subditiuus qui subditus est. Plau. in am. Subditiu⁹ eccum exit foras.

Subditius suppositius. vnde a Plauto iupiter dictus est subditius Amphitrio. Suet. Non modo versus censoria quadam virgula notare ꝛ libros qui falso viderent̄ inscripti tanꝙ̄ subditios summouere familia permiserint sibi.

Subdolus penul. cor. occulte decipiens.

Sub dio aliquid esse dicimus quod nō est sub tecto: sed in nudo et sub cęlo. Aliter dicitur sub Ioue ab eo ꝙ greci iouem τον Δια dicunt. Hora. lib. i. car. Vitāq̄ sub dio ꝛ trepidus agat: hinc subdialia pauimēta et subdiales deambulationes quas Vict. greco vocabulo vocat hypetras.

Subdiale quod sub dio permanet. i. subaere. Pli. Ille

super terrã ex subdialibus petris cecidit. Hec ex obru tis Subdialia a grecis primo habita quib⁹ cogerent domus ex tunsa testa et pedali crassitudine festucata. Terratium nũc appellat.

Subduco is. penul. pro. subter duco. Interdũ subtraho. Cato. Ignẽ subdito: vbi bullabit vinum: ignẽ subducito. Sunt enim contraria subdo et subduco. Iuue. Et nos ergo manũ ferule subduximus. Interdũ surripio. Virg. Et succus pecori et lac subducit agnis. Interdum sursum duco/leuo/extollo. Idẽ. Qua se subducere colles Incipiũt. Hinc subducere naues dicim⁹ in terrã trahere q terra mari altior sit: sic econtrario deducere in mare e terra ducere. Idem. Quassatam vẽtis liceat subducere classem. Plau. in cas. Ibo intro vt subducã nauim rursum in puluinariũ. Interdũ subducere cũ hoc noĩe ratio significat computare calculare. Ci. lentulo. Rationibusq subductis summã feci cogitationũ mearũ. Plau. in cap. Subducã ratiunculã quantillũ argentũ mihi apud trapezitam siet. Et subducere est furtim subtrahere. Idẽ in cur. Propino magnũ poculum: ille bibit: caput ponit: cũ dormiscit ego ei subduco inanulũ. Salu. Preterea ex gregariis militibus quemq armatũ in prima acie subducit. i. extrahit et alibi locat.

Subeo is. iui. vel subii itũ. ingredior. Cesar. cõ. ii. Qui intra annos quattuordecim tectũ nõ subiissent. Lac. Siue virtutes inseras vitia sua sponte decedẽt: siue vitia eximas virtutes vltro subibũt. Passiuũ protulit Iuuena. Cum si subeunt prospera castra. Et subire est suscipere aut pati: vt subeo periculũ: subeo crucem: mortem. Cice. lib. iii. offi. Qui retinendi officii causa cruciatus subierit vltro. Itẽ succrescere. Virg. Ne subeant herbe: neu puluere victa fatiscat. Itẽ in memoriã venire. Et modo cũ dtõ: modo cũ actõ cõstruitur: vt subiit mihi. Curtius. Sera penitentia subiit regẽ. i. in mentẽ vel in memoriã venit. Item subdere supponere. Virg. li. x. Aeneas subiit mucronẽ ipsumq morãdo Sustinuit. Itẽ extolli. Pli. Sed hi rationẽ afferũt q leuissima sit imbriũ cisternarũ aqua vt que subire potuerit et pendere in aere. Idẽ. Nec leuitatẽ in pluuia aqua argumentũ est subiisse eam in celum cum etiã lapides subiisse appareat. Item succedere. Var. In quarũ locũ subierũt inquiline impietas perfidia impudicicia. Itẽ respondere seu resistere. Cice. in ver. Diuinatiõe poterit ne orationem eius subire. Itẽ aggredi. Hier. Nunc deprecor desideri clarissime: qr me tantũ opus subire fecisti.

Subfibulũ: vide in dictione Fibula.

Subhastare: est sub hasta mittere: hoc est per auctionẽ vendere. Hasta enim erat virga q dabat cũ potestas alicui daret de aliqua merce.

Subigo is. penulti. cor. significat cogo. Sal. Ambitio multos mortales falsos fieri subegit. Quãq subigere est subiicere domare. Idem. Postea vero q in asia Cyrus in grecia lacedemonii et athenienses cepere vrbes atq nationes subigere. Quãq summittere: vt subige sub arbore pecus. Quãq acuere. Virg. li. vii. Pars leues clypeos et spicula lucida tergũt Aruina pingui: subigũtq in cote secures. Quãq attrectare: agitare. Cato. Farinã in mortariũ indito: aquã paulatim addito subigitoq pulchre. Quãq bene arare: bene colere. Virg. Ante iouẽ nulli subigebant arua coloni. Col. lib. ii. Sequit vt tẽpora quoq subigẽdi arui precipiamus. Cice. per translationẽ lib. ii. de ora. pro exercere posuit. Subacto mihi ingenio opus est: vt agro nõ semel arato: sed nouato et iterato. Quãq suffodere. Virgil. libro. ii. Geor. Tamẽ hec quoq si quis inserat aut scrobibus mandet mutata subactis. Quãq subagitare. Cic. Gallã subigo. Quãq sursum agere. Et tunc a sus: qd significat sursum cõponitur.

Virg. lib. i. ge. Nõ aliter q qui aduerso vix flumine lembũ remigiis subigit. A subigo fit aliud cõpositũ Prosubigo: de quo supra.

Subiicio is. pe. cor. suppono. Virgil. Et ramea costis subiciunt fragmenta. Et illud subiicientibus prunas insultat leuita christi. Aliqñ subigo. Cice. Tot sibi populis repẽte subiectis. Aliqñ sursum iacio. Virg. Et corpora saltu subiciũt in equos.

Subices penul. cor. dicunt subiecti. Ennius. Ergo deũ sublimis subices humidus vnde orit imber sonitu seuo et strepitu.

Subiecto as. sepe subiicio. Virgil. Nigramq alte subiectat arenam.

Subiacto as. sepe in altum iacto: quod fit cum in areis frumenta a paleis secernunt. Var. His tritis oportet e terra subiactari vannis aut vẽtilabris cũ vent⁹ spirat lenis. Ita fit vt quod leuissimum est in ea atq appellat acus euãnetur foras: ac frumentũ quod est ponderosum purũ veniat.

Subitus a. um. Subeo is. idem qd repentinus. Virg. Tum subito assurgens fluctu nimbosus orion. Hinc subito aduerbiũ. Mar. Nã subito collapsa ruit.

Subitarius a. um. repẽtinus: licet quãq pro extemporali sumat. Gel. Quid sibi vellet subitaria dictio.

Subitaneus a. um. eo modo dicitur quo subitarius: vt subitanea mors.

Subitatus a. um. qd est subito mutatũ. Cyprianus ad corneliũ. Steterunt fortes et ipso dolore penitentie facti ad preliũ fortiores vt appareat nuper subitatos esse et noue atq insuete rei pauore trepidasse.

Subinde cũ accentu in antepe. signifi. deinde vel statim post. Hora. Si recte dicet primũ gaudere subinde. Preceptum auriculis hoc instillare memento. Liui. Vno alteroq subinde ictu ventrẽ atq inguina hausit. Interdũ significat frequenter: siue vt proprie dicã identidẽ: hoc est crebro cũ quodã interuallo. Suet. Tibe. Seua natura ne in puero qdẽ latuit quã Theodorus Gadareus et prosperisse prim⁹ sagaciter et assimilasse aptissime visus est subinde in obiurgãdo appellãs eũ lutũ a sanguine maceratũ.

Subiugo as. pe. corre. debello et imperio meo subiicio qsi sub iugo pono. Lact. lib. iii. Totũ hominẽ aliene ditioni subiugauerũt.

Subiugalis sub iugo assuetus: et domitus. Vñ pullus subiugalis in euãgelio legit.

Subiũgo is. addo. Vñ subiũctiuus modus dictus est: qr subiũgit alteri vbo. Nã eget aliqua re vt impleat sentẽtiã: vt si dico Cũ clamẽ quare me tacere dicis? Ideo ergo subiũctiuus modus dictus est: qr ei coniungit aliquid: vt sententia locutionis plena sit.

Sublabor penulti. pro. significat pretereo siue latenter decurro/aut fugio.

Sublabro as. pe. cor. intra labra mitto. Neuius. Iam ego illis subiens sublabrabo esui illud synciput.

Sublego is. pe. cor. furto aliquid surripio. Virgil. Vel que sublegi tacitus tibi carmina nuper.

Sublego as. pe. prod. substituo. Iusti. lib. iii. Senatui custodiã legũ populo sublegandi senatũ vel creandi quos vellet magistratus potestatẽ permisit.

Sublesta infirma leuia friuola debilia. Plau. in persa. Grauior paup fides sublestior. Idẽ dixit vinũ sublestissimũ: qr infirmos facit vel corpore vel animo.

Tabulo as. tabulis aliqd cõstruo. Hinc Tabulatio: tabularũ coassatio et textura/sicẽ asserũ coassatio. Hinc et cõtabulo. Suet. in Cali. Qui nõ sine admiratione Helesponti cõtabulauerit.

Tabulata: q̃ sunt et tabulis facta. Hierony. Dispositoq; per tabulata milite. Accipiunt etiã ꝓ parietib⁹ sine ędificijs lapidib⁹ in tabulaꝝ modũ quadratis constructis. Idem. Vbi in ei⁹ honore fabricata est ecclesia miro lapideo tabulato. Rursus Tabulata dicũtur rami extenti in arborib⁹ in plana tendẽtes/nõ i altiora crescẽtes. Virg. lib. ij. Georg. Sũmasq; seq̃ tabulata ꝑ vlmos. Col. lib. vj. Cũ deinde adolescere incipiẽt vlmi: falce formãdę sũt ꝛ tabulata instituenda: Hoc em̃ noie vsurpãt agricolę ramos truncosq; prominẽtes: eosq; vel ꝓxi⁹ ferro cõpescũt/vel lõgi⁹ ꝑmittũt: vt vites lati⁹ diffundant.

Taberna: quasi trabea dicit a validioribus trabib⁹ inquit Dona. quib⁹ superiora sunt suspensa. Et accipit ꝓ omni ędificio qd̃ est vtile ad habitandũ: ex eo ꝙ taberna tabulis claudebat siue cooperiebatur. Hinc Contuberniũ et Contubernalis. Et Taberna dicit/ vbi opera ipsa cęterę q; merces vendicant. Officina: vbi fiũt opera. Et Tabernarũ quędam lanaria/ quędam vinaria/quędam olearia/et hmõi. Nonius scribit tabernas non tm̃ vinarias esse/sed et omnes quę sunt popularis vsus.

Tabernari⁹: q̃ in taberna venditat. Ci. L. Flacco. Opifices ꝛ tabernarios/atq; illã omnẽ fecẽ ciuitatũ quid est negocij cõcitare? Est et tabernari⁹ qui vinũ venditat: sicut aquari⁹ q̃ vendit aquã. Idem. Sed dici non potest quomodo hic omnia iaceãt/nisi ego cũ tabernarijs ꝛ aquarijs pugnarem.

Tabernarię fabulę: vide in dictione Togatę.

Tabernaculũ nõ est diminutiuũ/sicut nec Cęnaculum. Est aũt Tabernaculũ tectũ castrense/ꝙ veluti taberna quędã sit: ꝛ vt Hier. inq̃t: semꝑ mutat tabernaculũ/ꝛ huc illucq; trãsfert. Aug⁹. Tabernaculum bellires est. Vnde ꝛ contubernales milites dicti sũt tanq̃ simul habentes tabernacula. Est em̃ ꝓprie pugnãtiũ ꝛ q̃dãmodo militãtiũ/ꝛ aduersus hostem pugnãtiũ. Dom⁹ est vbi semꝑ manemus.

Tablinũ. loc⁹ hybernę statiõis atrio ꝓxim⁹: ꝙ fere ex tabulis cõstaret. Pli. lib. xxxv. Tablina codicib⁹ implebant/et monumẽtis rerũ i magistratu gestaꝝ. Apul. lib. vlt. floridoꝝ. Medici cũ intrauerint ad ęgrũ vti visant: nemo coꝝ ꝙ perpulchra tablina in ędibus visant/et lacuuaria auro oblita. Dicit aũt Tablinũ/ nõ tabulinũ/quemadmodũ et figlinũ/nõ figulinũ. Et videt esse qd̃ gręci pinacothecã dicũt: q̃uis in pinacothecis tabulę pictę: in tablino rerũ in magistratu gestaꝝ monumenta cõtinebant.

Tabes is. corruptio ꝓ morbo: a quo Tabid⁹ et Tabidũ corp⁹ dicit. Hui⁹ tres sunt species. Vna: cum corpus nõ alit: et ita summa orit macies: ꝛ nisi occurrat occidit: quę et Atrophia dicit a gręcis. Inde Atrophi: q̃ atrophia laborãt. Altera: vbi mal⁹ corꝑis habit⁹ est: ideoq; oĩa alimenta corrũpunt. Hanc gręci Cacesiã nominãt. Tertia: quã gręci Pthisin vocant cũ in pulmonem descendit: a capite pituita et freq̃ns tussis orit. Interdũ aliquid cruentũ significat: quod proprie Tabũ nominãt. Estq; sanies et sanguis corrupt⁹: qd̃ et aliquãdo dicit Tabes. Dicit tamẽ Seruius/Tabo nomen esse casus septimi tm̃/ vt Sponte. Qd̃ si velis declinare: Hęc Tabes/hui⁹ tabis dices.

Atrophia
Atrophi
Cacesia
phisis

Virg. Et terram tabo maculãt.

Tabidus: corruptus: qui tabem patit: et Tabidus: languid⁹/fragilis. Aug⁹ in expositiõe Psalmoꝝ. Quid tabidius aranea?

Tabificus: qui tabem inducit. Aug⁹ libro. v. Confessi. Easq; curas anhelaret cor meũ: ꝛ cogitationũ tabificaꝝ febrib⁹ ęstuaret. Vnde et a Cicerone ęgritudo et met⁹ tabificę perturbationes dicunt: qm̃ mentẽ lacerãt: tabem/cruciatũ et afflictionẽ inferũt. Tabificabile dicit a veteribus.

Tabefacio: corrũpo: ꝛ quasi in tabẽ verto.

Tabesco cis. tabui: significat lãgueo/deficio/tabid⁹ fio: a Tabeo es. Et ꝓprie in amore ꝛ mœrore tabescere dicimur: q̃uis et de alijs dici possit. Gell. Delphinus amãs desiderio tabuit/exanimatusq; est. Plau. in cap. Tuo mœrore maceror/macesco/cõsenesco et tabesco miser. Cato de re rusti. Id aliquotiẽs in die quotidie facito: vsq; adeo donec sal desierit tabescere. Cõposita hui⁹ verbi sunt: Contabesco. Aug⁹ libro. ij. Confess. Tristicia reb⁹ amissis cõtabescit/quib⁹ se oblectabat cupiditas. Distabesco: varię siue vehementer tabesco/absumor/corrũpor. Idẽ lib. iij. In quãtas iniquitates distabui: et sacrilega curiositate secut⁹ sum. Intabesco: valde tabesco. Col. lib. v. Ad vltimã reducit macitẽ: ꝛ sic intabescit/vt nullis deinceps impẽsis recreari possit. Extabesco: valde tabesco. Ci. li. ij. Tus. Sic corp⁹ clade horribili absumptũ extabuit: id est tabo ꝛ corrupto sanguine cõputruit.

Taburn⁹: mons Campanię oliuetis abũdãs. Virgili⁹. Iuuat Ismara baccho Conserere: atq; olea magnũ vestire taburnũ.

Taceo es. tacui tacitũ: nihil loquor: licet q̃nq; etiam dicat de his q̃ sine voce sũt. Virg. lib. iiij. Totũq; per errat Luminib⁹ tacitis. Et alibi. Quin tacet omnis ager. Tacere em̃ ꝓ quiescere capit. Vnde tacitũ mare dicimus cũ placidũ est: et nullis fluctibus agitat. Quoniã ṽo cũ aliquid laude dignũ est: laudamus et econtrario malefacta nõ laudam⁹: factũ est vt tacenda non laudãda: ꝛ nõ tacenda laudãda dicant. Quandoq; Tacere significat securũ esse: quoniã qui securi sunt/nullã quęrendi causã habent. Teren. in Adelp. Tace: egomet conueniã Pamphilũ. Hui⁹ composita Cõticeo/obticeo: qd̃ ꝓprie est de his q̃ nos pudet loq̃. Ter. in Phor. Hem nũquid obtices. Reticeo: ꝑfecte taceo/siue a locutiõe me cõtineo. Hiero. contra Heluidiũ. Vt discat aliq̃n reticere qui nũq̃ didicit loqui. Hinc Reticentia. Ci. lib. j. offi. Ex mœsticia et hilaritate/ex risu/ex locutione/ex reticẽtia. Subticeo: taceo. Habẽtq; ta syllabã correptã.

Tacitus: q̃ tacet: et q̃ scit tenere secreta. Actionẽ em̃ significat: q̃nq; etiã passionẽ. Virgil. Quis te magne Cato tacitũ aut te cosse relinquat?

Taciturnũ: qui natura facile tacet. Hinc taciturnitas: q̃ est obseruãtię gen⁹ in silẽtio constituta. Terenti⁹ in An. Sed his q̃s semꝑ intellexi in te sitas fide et taciturnitate. Hui⁹ dimi. est taciturnul⁹. Apulei⁹. Blanda mulier ꝛ taciturnula.

Tactici: a gręcis dicunt magistri ꝛ doctores armoꝝ: vt est apud Vegetiũ.

Tact⁹ ꝑticipiũ a tãgo. Et aliq̃n ponit ꝓ afflato/ et leuit fulminato. Ci. Tact⁹ etiã ille q̃ hãc vrbẽ cõdidit. Inde tact⁹ ꝓ intemerato/ ꝛ nõ tacto sumit. Tact⁹ us. nomẽ. vn⁹ est ex q̃nq; corꝑis sensib⁹: q̃ ꝛ tactio dicit. Ci. li. iiij. Tus. Qual ẽ hęc auriũ: tales sũt oculoꝝ ꝛ tactionũ ꝛ odorationũ ꝛ sapoꝝ: q̃ sũt oẽs vni⁹ generis ad ꝑfundendũ animũ/tanq̃ illę q̃ factę voluptates.

Tatius: nomen regis Romanoꝝ.

Tachonoso (teste Herodoto libro Histo. ij.) quędam Nili insula est.

Taddeus: nomen viri ꝓpriũ.

Tędiũ: angor mentis et animi/non corporis valitudo: inquit Seruius.

Tędeo es. tędui ⁊ tęsus sũ: sed non est in vsu sicut compositũ pertęsus: quis Seruius dicat esse ꝑticipiũ sine verbo. Sue. Pertęsus ignauiã suã. Gel. lib. j. Mas ille inanis cũ staret gloriis: iã ꝙ omnes sinẽ cuperent: verbis ꝙ ei⁹ fatigari ꝑtęduissent. Fit ꝙ tędeo ab τηλε l. littera in d cõuersa. Ideo cũ ę diph. scribit. Nã longitudo atꝙ ꝓlixitas actionis siue passionis alicui⁹ tędiũ generare solet. Tędet impꝑsonale facit ꝑteritũ teduit: ⁊ tęsum: vel magis pertęsũ est. Hiero in Ecclesiastico. Idcirco tęduit me vitę meę. Virg. lib. iiij. Aenei. Si nõ pertęsũ thalami tędęꝙ fuisset.

Tędulus penul. corre. dicit fastidiosus/senex: qui omnibus tędio est.

Tenar⁹ pe. cor. loc⁹ vmbrosus in radice malei ꝓmontorij Laconię iuxta Spartã ciuitatẽ: In quo q: hiatus magn⁹ est ⁊ strepitus/ ꝓgredi ꝑcipiunt: dixerũt veteres ꝑ hũc esse descensũ ad inferos. Virg. Tenarias etiã fauces alta hostia ditis. Ibi erãt latomię: hoc ẽ lapidicinę lapidũ ꝑciosoꝝ: qui et laconica marmora: ⁊ tęnarei lapides vocant. Proper. lib. iij. Quod nõ tęnareis dom⁹ est mihi fulta colũnis. Et in singulari generis masc. est/ĩ plurali neutri. Gręce ταιναροσ A quo tęnarũ oppidũ dictũ est. Suidas: ταιναρον ακρωτηριον λακωνικησ εν ωστομιον ην καταγονεισ αδου ενθα και ποσειδωνοσ ιερον ασφαλιου εκειντε δε τουσ τελωτασ ικεταισ καθεσθεντασ εν τω ιερω του ποσειδωνοσ ουδεν δε ισ ανεσ ανειλον οι λακεδαιμονιοι.

Tęnię: vittarũ extremitates: vt quę ab infulis pendent. Virg⁹. Fit longe tęnia vittę. Quãdoꝙ accipit ꝓ tota vitta. Idem lib. v. Puniceis tempora tęnis: a tęna nõ tęnia. Nã et tęna ⁊ tęnia dicit. Proprie tamen tęnia est fascia: vnde et lapides sub aquis cãdicãtes in longũ porrectos tęnias vocamus/a fasciaꝝ similitudine. Pli. Nec ꝓfunda altitudo miraculum minuit. Frequentes quippe tęnię cãdicãtis vadi carinas terrerãt. Est ⁊ tęnia pisciculi gen⁹ apud Aristotelẽ/a gracilitate ⁊ longitudine dictũ.

Tago gis. apud veteres ĩ vsu fuit. ꝓ tãgo: a quo etiã cõponit attigo ꝓ attigo. Plau. i Bac. Nec attigas puerũ ista cã qñ fecit strenue. Fest⁹. Tagit simpliciter dicit qd attigit cõtigit facit cõpositũ.

Tagax: furunculus: a tago qd est tango. Lucil. Proscribere posse tagacẽ mutonis manũ.

Tages is. fuit q ꝓm⁹ etruscis aruspiciũ disciplinã dedit.

Tag⁹: fluui⁹ Lusitanię/habẽs arenas aureas. Iuu. Quod Tagus ⁊ rutila pactolus voluit arena.

Tagrus: mõs in Lusitania: apud quẽ quędã equę dicuntur e vento cõcipere.

Tagasta: ciuitas Aphricę: ex qua pater me⁹ Augustin⁹ tagastensis appellatus est.

Talpa generis mas. ⁊ fę. aial captũ ocul' muri sile. Virgil. Aut oculis capti fodere cubilia talpę.

Talge: insula in mari hyrcano: vt Pompo. refert: sine cultu fertilis: omni fruge ac fructib⁹ abundãs.

Talus duo significat: scʒ partem pedis: id est os prope calcaneũ quod extuberat. Horaci⁹ in Ser. Ad talos stola demissa et circũdata palla. Est et talus ossis genus in articulo pedis/ventre eminens/cõcaua in vertebra: de quo in dictione Tessera. Aristo. et Pli. negãt in homine esse talos.

Talaris et hoc talare: vt Vestis talaris: quę ad talos vsꝙ descendit.

Talaria: calciamẽta alata Mercurij. Virgil. Pedib⁹ talaria nectit aurea.

Talipedo as. penul. corre. pedibus vacillo: ⁊ quasi supra talos insisto.

Talea: frustũ ligni ꝑcisũ ex vtraꝙ ꝑte vt in terra inseratur. Pręcisis eñ lignis vel pedali vel cubitali magnitudine nõnullę arbores serunt: idꝙ lignũ ita ꝑcęsũ greco noie generali ξυλον: latine talea dicit. Plin. libro. xvij. Seruandũ in eo ante omnia/vt taleę ex feracib⁹ fiãt arborib⁹: ne curuę ne ve scabrę aut bifurcę. Cato. Taleas oleaginas quas in scrobe saturus eris tripedaneas facito. Et sicut talea dicit lignũ quod in terra serit: ita quod inserit ramo calamus/⁊ tessera ⁊ tessella: ꝙ instar tesserę sit/vocat. Pli. Qꝫ si longius afferant pomorũ calami rapo infixos: optime custodire succũ arbitrant. A quibusdã etiam ponit ꝓ tessera: hoc est ligno complanato quo numeros notãt rustici idiotę. Quidã hoc nomen cũ h scribunt: ꝙ grecã originem habere autument: et vsꝙ adeo latinum factum: vt Taleare pro incidere vsurpet rustica simplicitas. Hinc et talea nũmaria sermone militari dicit. Quod genus cũ edicto principis vel reipubl. conceditur/Clarigatio dici potest. Li. li. viij. Veliterinis deiecti muri: ipsi vrbe abducti/iussi trãs tyberim habitare: vti ei⁹ qui cis Tyberim captus fuisset ad mille põdo clarigatio esset.

Talearı lignũ dicit dũ scindit. Intaliari dũ ꝑcisidẽdo formatur: ait Varro.

Talia ę. folliculũ ceparum.

Talio: vindicta/hostimẽtũ: vt si q̃s manũ alicui amputauerit: illi manus romanorum lege amputari debet. Hinc Retaliare Gel. formauit: qd significat talione hostem repercutere. Mar. Corrũpit sine taliõe celebs.

Talentũ apud priscos diuersi ponderis fuit. Nã Atticũ talentũ (vt docet Pli.) sexdecim sestertia valebat hoc est pondo. xl. ęgyptiũ pondo octoginta. Cleopatra põdo centũuiginti q̃nꝙ talentũ facit: hoc est sestertioꝝ quinquaginta. Aphricanus talentũ omne pondo sexagita tradit. Quia ꝑo librę: hoc est põdo: apud aliõs maiores/apud alios minores sunt. Hinc efficitur vt talenta quoꝙ nõ idẽ vbiꝙ valeãt. Pollux inquit ꝓ aureis nũmis tribus imputabat: nũmus aureus ꝓ drachmis duab⁹ atticis. Erãt ergo talentorum multa noia. Ptolomaicũ/Syriũ. Tyriũ/Antiochenũ/Atticũ: põdere quidẽ pari oĩa/sed ad nũmũ collata differunt. Atticũ tyrio ęquale/sed plus q̃druplo valẽs q̃ ptolomaicũ. sesquitertio q̃ syriũ Antiochenũꝙ. Babylonicũ talentũ duo milia et septuaginta minas atticas fuisse tradũt. Euboicum/quattuor milia denarioꝝ valebat. Rhodiũ q̃ngẽtoꝝ denarium. Neapolitanũ sex denariũ. Syracusanũ/trium denariũ. Aliũ minimũ libris. l. Mai⁹. lxxij. Maximũ. cxx. faciũt. Athene⁹ talẽtũ sex milib⁹ nummũ italicoꝝ permutari tradit nũmũ esse drachmã: hoc est denarium. Centũ drachmis: hoc est denarijs cẽtũ argẽteis ęq̃ri librã. Plutar. i Pompeio refert minã vocãs eã.

Tã ⁊ q̃ ꝓ Prisciani sentẽtia aduerbia sunt: ⁊ comparatiuo vel suꝑlatiuo adiũciunt: cũ duo vel plures comparatiui vl' suꝑlatiui diuersę significationis positi inter se ęquant/vel iidem geminant: vt tam iustior q̃ fęlicior ęneas hectore. Cice. ꝓ Deio. Istã inq̃ dexterã nõ tã in bellis neꝙ in ꝓliis q̃ in ꝓ. iussis ⁊ fide infirmiorẽ. Bis eñ infirmiorẽ intelligendũ est. Iungit ⁊ positiuo: vt tã bonus. Virgl. q̃ bon⁹ Homerus. Cice. Tã sũ amic⁹ reipu. q̃ qui maxime scʒ est amic⁹: hoc est tã amo rẽpublicã/q̃ ille q plurimũ amat. Et apud veteres tã ꝓ tamẽ ⁊ ꝓ modo ponebat. Cõponit tã cũ etsi: et significat q̃uis. Pli. Dedit quantũ maximũ potuit datur⁹ amplius si potuisset: tãetsi quid homini dari põt mai⁹/q̃ gloria/laus/ęternitas?

Tama: dicit cũ labore vię sanguis in crura descendit/et tumorẽ facit.

Tamarice penul. ꝓd. genus fruticis bis in anno florentis. A grecis Erice dicit. Vnde et Ericeum mel celebrat. Videt etiã recte dici Tamarix: ⁊ tamaricũ etiã

legitur. Hāc quidā candē esse quā myricā existimant licet Pli. lib. xxiiij. diuersa esse dixerit.

Tamarice: pe. pro. ppli asiatici nō lōge a Caspio mari.

Tamen significat nihilominus. Que vbi precedit q̃q̃ q̃uis τ alia huiusmodi dat principium constructiōis ipsa dictione tamen excussa. Quod ideo in ligatura et quasi iunctura orationis insertum est: quia oratio vnde non debuerat incęperat. Idcirco tamen abijcit tanq̃ functa officio suo. Aliquādo inceptiua ē. Cice. Peto. Tamen nō discedis a malicia. Aliquando ponitur pro statim. Virgi. Hic hedos depone: tamen veniemus in vrbem. Aliqñ pro tandem. Sal. lib. iiij. hist. Nā q̃ enare conati sunt icti fragmētis nauiū aut afflicti a suis vndarum vi mulctato fęde corpore τc. Plau. Ita faciā ita placet q̃d tū tñ? Aliqñ ꝓ dūtaxat Terē. in Hecy. Q̃ȯ potero faciā tñ vt pietatē colā. Do. Dūtaxat vel ita tñ vt pietatē colā. Hinc cōponūtur Attñ τ verūtamē eiusdē fere significationis.

Tānus herba est minutis folijs τ aculeata.

Tamino as: penul. cor. corrumpo licet nō sit in vsu. Cuius composita sunt Attamino. Contamino: τ Intamino. Vnde τ Intaminatus.

Tanas: oppidum non longe a Tana. τ venetis paret. Vnde et nobilissime pelles feruntur: τ mancipia que a scythis emunt quos appellant Carcasos.

Tanais: fluuius scythie qui diuidit Asiam ab Europa. Ferturq̃ a septētrione Nilo cōtrarius paulo tñ oriētalior: nō solū per scythas in Meotim defluens sed et per sauromatas. Originem eius incertam aliqui putāt. Prolo. ex mōtibus ripheis prodire putat qui magis haustrales sunt q̃ hyperborei. Alij aiunt esse paludē nō admodū magnā ex qua Tanais nascitur qui duobus ostijs Meotim ingreditur quę stadijs intra se circiter. lxx. distare feruntur. Alij ex Caucasijs montibus oriri existimant.

Tanager fluuius lucanię qui est inter campaniā et Calabriam. De quo Virg. lib. iij. Geor. Et sicci ripa tanagri. At tanagra persidis oppidū est.

Tanais: metropolis ęgypti vbi moyses mirabilia fecit

Tandē significat ad postremū. Virg. Iam tandē Italię fugiētis prendimus oras. Per interrogationem habet vrgēs quiddā τ accelerās. Cice. Quousq̃ tandē abutere Catilina patiētia nostra? Aliqñ est cōiunctio expletiua. Terē. in phor. Ita ne tandē vxorē duxit antipho iniussu meo? Interdū ponit̃ ꝓ Aliqñ vt apud eundē. Ita ne tandē sororē duxit? Nōnunq̃ ꝓ Vix. Ci. Tandē aliqñ quirites. Itē ꝓ saltē. Terē. in heau. Perfice hoc p̃cibus p̃cio vt hereā in parte aliq̃ apud Thaidē tandē. Item pro tamen. Cice. In qua ciuitate tandē arbitrare te viuere.

Tango is: tetigi tactū ꝓm consuetudinē. Lucre. Tangere enī τ tangi nisi corpus nulla potest res. Sed quoniam quodāmodo moueri videntur ea que tangunt̃ Tangere quandoq̃ ꝓ cōmouere ac ferire capit̃. Idē lib. j. Nec bene pro meritis capitur nec tangitur ira. Virg. De cęlo tactas memini p̃dicere querc⁹. Qñq̃ pro circūuenire. Turpil. At etiam ineptus meus est mihi pater iratus quia talento argenti tetigi veteri exemplo amantis: Aliquando pro Cernere intelligere. Cice. Postq̃ autē cōsilia eius oia tetigi. Aliquādo pro Peruenire. Idē. Verres simul ac tetigit prouinciā. Sunt qui velint Tango tanxi pręteritū facere. Tago tetigi sicut pango pxi. τ pago pepigi. Composita a Tango sunt Attingo. Contingo. Obtingo. Pertingo q̃ȯ est perfecte tāgo. Quod τ pro Consequor plerūq̃ poni solet.

Tantalus Iouis ex Plote nympha filius fuit: quē Eusebius regem phrygię cum Troo dardanię rege bellū gessisse scribit ꝙ Ganymedē rapuerit Agamēnonis τ Menelai auus. Vnde τ Tantalides dicti sunt Hic ob filium interfectū detrusus ad inferos siti torquetur τ famę. Plato in Cratylo scribit Tantalum dictum esse quasi Talantaton: hoc est infęlicissimum. Alius fuit tantalus corinthiorū rex ob pietatem deorum mensis dignatus. Alius thieste ex Merope filius interfectus et appositus ęsca patri. Hinc fit tantaleus a um. Proper. Tantalea poterit tradere poma manu. Suidas. επιπλεν ο λιθοσ επανων διψη δεικνυτο ταντάλου κυπουσ τρυγαριοσ αιου του ρητοροσ νεωτερου αστωτευομενου υστερον δε σωφρονησ αντοσ.

Tantus a um: a tam deduci videt̃: quātitatē significat. Et modo demostratiuū est. Virg. Tante molis erat romanam condere gentem. Modo relatiuū. Plau. Et tantū q̃truz potui pręstiti tibi. Huius diminutiuū est tantulus a quo tantillus.

Tantū aduerbiū significat solum. Q̃ȯ τ tantūmodo dicitur. Aliqñ significat vsq̃adeo.

Tantumnū non tam negare videtur q̃ affirmare: accipiturq̃ pro etiam. Sue. in Tibe. Tantumnū aduersis tempestatibus rhodū enauigauit. i. etiā aduersis tempestatibus. Alij exponunt quatenus a tempestatibus nō impediret̃. Similiter Syrius. Tantumnū strictis mucronib⁹. Videt̃q̃ ea figura dici: q̃ etiānū. Sic. Liuius lib. xxxvij. Vidit non posse ęquare ordinem romanos τ tantumnū iam circuiri a dextro cornu concidat naues.

Tanti τ quāti cum eorū compositis tantidē q̃tilibet q̃ticūq̃ similiter totidē pluris minoris iunguntur verbis pręcium significantibus qualia sunt Emo vendo veneo/ mercor/ comparo/ estimo: cōstat cōduco loco fęneror: paciscor pago pepigi: condemno: postulo τ si qua sunt alia. Et tñ in alijs a p̃dictis ablm̃ postulāt Terē. Quid agas nisi vt te redimas captū q̃ queas minimo. Et si nequeas paululo: at quāti queas. i. tāti te redimas quāti queas. Liuius li. xlviij. Mancipia minora annis viginti q̃ post proximū lustrū decē milibus ęris: aut pluris venissent: ea quoq̃ decez tanto pluris q̃ q̃ti essent estimarent̃.

Tantū abest significat non solum non est. Cice. lib. offi. Tantū abest ab officio: vt nihil officio magis possit esse contrarium: hoc est non modo officiū nō est: verūetiam nihil magis officio potest esse contrarium. Vel tantū abest vt officiū sit: vt nihil officio τc.

Tantisper aduerbiū significat tādiu postulatq̃ post se dum donec siue q̃diu: vel quoad. Cice. In carcerem ductus: vt ibi esset tantisper dum culeus in quem deiectus deferretur compararet̃. Terē. in heau. Ego te meū esse dici tantisper volo: dū q̃ȯ te dignum est facias. Sic cetera a per cōposita tēporis breuitatem significāt: vt quantisper parūper paulisper aliquātisp̃. Ponit̃ etiā Tātisper: sine dum: τ significat tantūmodo: siue interea. Hiero. Vñ de his ex quib⁹ certi sumus tātisp̃ loq̃mur. Liuius lib. j. Tamē id imperiuz ei ad puberē ętatē incolume mansit: tantisper tutela muliebri. Cice. li. v. tus. Sed videro q̃d efficiat tātisp̃ hoc ipsum magni estimo q̃ȯ pollicetur.

Tantopere τ tanto opere significat tantū: tam vehemēter. Terē. in adel. Ego hac in re nihil regio: quāobrē laudarer tantopere.

Tantūdem: quasi tantū idem significat ęque tm̃. vulgo alterūtantū. Aug. Aequati sunt omnes et facti sunt nouissimi primi: τ primi nouissimi quia tantundē acceperūt: primi τ nouissimi. Col. lib. vij. Tum parib⁹ cassię myrrheq̃ τ thuris ponderibus: ac tātundē sanguinis marinę testudinis miscet̃. Terē. in phor. in ea significatione: sed aliter dixit. Num tu? Nihil phed. Tantundē ego. Hoc nomen habet nisi gem̃ tantidez q̃ȯ significat ꝓ tāto pręcio solū. Terē. in adelp. Domino me eripuit verberauit: me inuito abduxit meā ob

malefacta hec tantidē postulat emptā sibi tradier.
Tapetuz. Tapes tis: ꝛ Tapete penul. produ. tegmen
mire pictū varijs coloribus quo equi: mense seu pa/
uimēta sternunt. Virg. li. ix. Qui forte tapetib⁹ altis
Extructus toto pflabat pectore somnū. Idē lib. vij.
Instratos ostro alipedes pictisqȝ tapetis. Declinat
eñ grece ταπης ταπητος. Sta. lib. j. th. Altosqȝ/
inferre tapetas: actūs grecus est a tapes tapet. Hie
ro. li. ij. Regū. Obtulerūt ei stratoria ꝛ tapetia. A ta
pete est Similr Plau. Vt ne peristromata qdē eque
sint. Cāpanica neqȝ Alexādria beluata ꝯsuta tapetia
Tapedogogia: oim tapetoꝝ suppellex intelligit.
Taphos latine sepulchrū dicit. Vñ Epitaphium.
Tapinosis: pe. pdu. latine humiliatio dicit. Est eñ rei
magne humilis expositio ταπεινος humilis: vt Ap
parent rari nantes in gurgite vasto.
Tapsus insula decem stadijs a sicilia distans versus sy/
racusas. Virg. lib. iij. Tapsumqȝ iacentē.
Taprobane: insula in mari indico satis ampla inter or/
tū occasumqȝ solis: vt Solinus refert. Patet in lon/
gitudine stadioꝝ septē milibus: in latitudine quinqȝ
milibus. Nulla in nauigādo sydeꝝ obseruatio. Ibi
septētriones nequaq̄ aspiciunt. Lucet ibi Canopos
sydus clarū ꝛ amplissimū. Hoies corpoꝝ magnitu/
dine alios antecellūt ceruleis oculis: atroci visu: ter/
rifico sono vocis. Viuūt vltra annos centū. Nascūt
in ea berylli ꝛ hyacinthi: vt Ptol. li. vij. refert. Pli.
li. vj. scribit quingēta oppida comperta fuisse in ea si
cut Geometre scribunt sunt due estates.
Tapyri populi in parthia vt li. xj. refert. Strabo quib⁹
mos est vt pprias vxores alijs viris nuptui cōcedāt
cū duos aut tres filios ex eis susceperint.
Taracon: penul. cor. Insignis hispanie ciuitas. Scipio
nū opus: a qua puincia ipsa Taraconia ꝛ taraconen
sis vocat: que vt Pompo. scribit lib. ij. altero capite
Gallias: altero bethycā lusitaniāqȝ contingens mari
latera obijcit: nostro qua meridiem: qua septentrionē
spectat oceano. Vrbiū e mediterraneis clarissime fue
runt Pallantia ꝛ Numantia. Nunc est Cesarea au/
gusta. Hinc taraconensia vina nobilitantur elegātia.
Mart. Taraco campano tantū cessura lyeo.
Tarchon nomen pprīū etrurie ducis ꝛ haruspicis.
Taracina: oppidū Volscoꝝ in Cāpania: ante Trachy
na. i. aspera a loci asperedine ꝛ lingua volscoꝝ Anxur
dicebatur prius: diuersā fortunā a rheginis expta a
ταραττω cōturbo. Liuius lib. iiij. Anxur fuit q̄ nūc
Taracine sunt ciuitas prona in paludes.
Tarchetius nomen fuit impij albanoꝝ regis.
Taras fuit Neptuni filius: quem tarentum edificasse
nōnulli autumant.
Tardus piger. Virg. Sepe oleis tardi costas agitator
aselli Vilibus aut onerat pomis. Per translationes
quandoqȝ pro rudi et stulto ponitur. Idem. Tardi
venere subulci. Terē. in heau. Fatuus ē insulsus tar/
dus. Qñqȝ pro pseueranti ꝛ diuturno. Virgi. Me/
dia fert tristis succus tardūqȝ saporē. Qñqȝ p denso
et crasso. Idem. Vdo sub robore viuit Stupa vo/
mens tardū fumū. Huius diminutiuū est tardiuscul⁹.
Tarditas tarditudo ꝛ tardicies pro pigritia. Plau. in
Penu. Prodigiosi estis ꝛ vicistis cocleas tarditudi
ne. Actius. Multa mittunt tardicie ꝛ socordie.
Tardo as: morior tardus sum: a quo Retardo morari
facio: retineo. Cice. in Catone. Ad quē fruendū non
modo se nō retardat verūetiā inuitat.
Tardigradus: pe. cor. qui tarde graditur.
Tarentum fuit inclyta Calabrie vrbs in vltimo Italie
circa salētinoꝝ confinia a tara Neptuni filio edifica/
tara. Deinde a Laconibus aucta: qui duce Pallan/
to illuc aduentantes expulsis incolis vti Justi. lib. iij.
scribit eam tenuerunt.
Tarentina nux fragili putamine est: ꝛ ita mollis vt vix
attrectata rumpatur. Vnde quidam tarentum appel
latum putāt ꝙ iuglandes nuces ꝛ pineas molles ha/
beat ac similr oues. Tarentū autē sabini vocant mol
le. Ad qd alludēs. Hor. scripsit. Et molle tarentum.
Tarmes genus vermiculi carnem exedens.
Tarpeius mons Rome a tarpeia virgine vestali sic di
ctus q̄ sabinis arcem prodidit ꝛ ibi necata sepultaqȝ
fuit. E cuius nomine monumentū relictum qd rupes
tarpeia ꝛ tarpeiū saxum vocitabat. Hic prius satur/
nius mons. Postea capitoliū dictū fuit.
Tarsus vrbs preclarissima ꝛ Cilicie metropolis quam
Perseus danaes nobilissima proles edificauit. Luc.
lib. iiij. Deserit taurīqȝ nemus perseaqȝ tarsus. Hec
fuit apostoli pauli patria. Dicta tarsus vt quidā exi/
stimant a siccitate: vel a parte pedis que tarsos dicit
vt in manu. Vel vt Josephus ait lib. j. a tarso nepo/
te Japhet. Tarsis vo lapidis genus est vt inde Hie/
rony. ad Marcel. vt est illud in Daniele. Et corpus
eiusdē vt Tarsis: qd aquila Chrysolitum: Symma/
chus Hyacinthū interpretant. Et apud Ezechie. Et
species rotarū sicut species tarsis. Est ꝛ tarsis regio
iudee ad quā Jonas ppheta se velle ire dixit. Et Sa
lomon ꝛ Josaphat naues habuerūt q̄ de Tarsis soli
te sunt exercere cōmercia. Ipsum quoqȝ mare: qr ce/
ruleū sit et sepe solis radijs pcussuz colorem supradi/
ctorū colorū trahat a colore nomen accepit. Porro
hebrei. Tarsis mare dici generaliter autumant. Fm
illud. In spiritu violēto cōstringes naues tarsis id est
maris. Et in Esaia. Vlulate naues tarsis. Tarsenses
adeo phie studiosi fuerunt: vt Atheniēses ꝛ Alexan/
drinos superarēt. Ex tarso fuerunt antipater. Arche
laus ꝛ Nestor ꝛ duo Athenodori: quoruz qui Cor/
dilion dictus est cū M. Catone vixit ꝛ apud eū mor
tuus est. Alter Canauita a vico quodā cesaris prece/
ptor ꝛ hi philosophi stoici fuere.
Tartarus: penul. cor. in singulari generis masc. in plu/
rali neu. locus infernalis a ταραττω cōturbo: qr il/
lic oia pturbata dicunt. Vel απο του ταρταριζειν
id est a tremore frigoris. Sole eñ caret. Suidas.
ταρταρος ο κατωτερος του αδου τοπος και
ταρταρουν τον περι ταυτην τοπον και περι ψυ
χης. Hic tartare⁹ a um. Tartaꝝ neu. gñe fex vini d̄r
Tartesus: vrbs fuit in littore ppe gades. vnde familia
Columelle emanauit: a Tartaro dicta (vt meminit
Strabo) pter subterraneas illic cauernas.
Tasium genus est vini a τασιος que ē dictio deductū
nomē vel vt Ser. ait a taso insula. Vñ ꝛ tasie vites.
Tatianus: nomen est viri proprium.
Taurus bos ad procreandum reseruatus sicut hircus.
Accipit et p quocūqȝ forti boue. Virgi. lib. j. Geor.
Ergo age terre Pingue solū pmis extēplo a mēsib⁹
anni: Fortes inuertāt tauri. Est ꝛ taurus celeste signū
Ideo eñ in celū translatus fuisse taurus existimatur
ꝙ Europā in Cretā insulā trāsuexerit incolumē. Le/
ge fabulā. Et taurus mōs q̄ ab indico mari exurgens
vaste satis attollit. dein dextro latere ad septentrio/
nē sinistro ad meridiē versus it in occidentē rectus et
ppetuo iugo magnarūqȝ gentiū qua dorsum agit ter/
minus sed pro gentiū ac linguaruz varietate diuersa
habet noia Mons ei oppositus Antitaurus dicitur
vbi in excelsissimam consurgit sublimitatem Cauca/
sus appellat q̄q̄ sint qui taurū a caucaso diuidant.
Taurinus a um: qd est ex tauro boue vt pellis taurina.
Sic dicunt oia a mutis aialibus deriuata: ꝛ i penul.
pro. seruāt. vt Leporinus/caprinus/Formicinus/hi/
rundininus. Plau. in ru. Ad hirundininū nidum visa
est mihi simia vt inascensionē faceret. Veruecinus:
Porcinus: Ouinus: Suinus ꝛ huiusmodi.
Tauri numero plurali ꝛ taurilia: ludi in honorez deoꝝ

inferorum facti quos et boalia et bupetias aliquãdo vocatos inuenimus. Sed proprie hi ludi sunt boum gratia instituti. Item tauri scarabei terrestres sunt ricino similes.

Tauram: vaccam dici existimãt sterilem ꝙ hec non magis pariat ꝗ̃ tauri.

Tauroscythe: ppl̃i scythaꝝ q̃ taurũ montẽ habitãt.

Taureus Neptũni Epithethon: qm̃ ei tauros immolabant: vel quia sit deus maris ꝙ sonum emittat similẽ voci taurinę.

Taurea scutica ex corio bubulo facta. Iuuena. Taurea punit cõtinuo flexi crimen facinusq capilli. Hiero. in lib. machabeoꝝ. ij. Contigit autem et septem fratres vna cũ matre apprehẽsos compelli a rege ędere carnes porcinas flagris ⁊ taureis cruciatos.

Taurica chersonesus peninsula prouincia est europe sicuti docet Ptolo. lib. iij. cuius fines sunt Isthmus Palus meotis: pontus ⁊ cimerius bosphorus. Ibi ciuitates sitę sũt Eupatoria ⁊ theodosia: nũc Capha. Eius ambitus. dcc. millia pass. cõplectit̃: et a meotidis populis q̃ margines ipsius habitãt nomẽ assumpsit. De hac Iuue. Aegyptus q̃ppe illa nefandi taurica sacri. Et ipsi etiã taurici imanes morib⁹ imanẽq famã habẽtes ꝙ solerẽt ꝓ victimis aduenas cedere.

Taurarij populi in taurica regione constituti.

Taurominiũ: mons sicilię multis bobus abundans: et supra eũ vrbs eiusdẽ nois quã ędificauerũt zanclei a quo taurominitanus ager: ⁊ taurominitani ciues: vñ est illud Taurominitanã vincunt feruore charybdim. Scribit Pli. hanc vrbẽ q̃nq Naxon apppellatam.

Tautologia latine dici potest eiusdem eloquiũ. Idem Virg. libro. j. Si fata virum seruant: si vescitur aura Etherea: neq adhuc crudelib⁹ occubat vmbris. Nã totũ qd̃ repetit̃ vnũ est: sed ad exprimendũ conceptũ crebro sermone denunciatur.

Taxillus diminutiuũ est a talus.

Taxus arbor abieti similis baccasq ferens quibus letale venenũ inest pręcipue in hispania. Ab ea toxicũ dicit̃ q̃si taxicũ. Virg. Sic tua cyrneas fugiãt examina taxos. Fumus eñ taxi mures necat. Taxus generis masc. aial est qd̃ ⁊ taxo dicit̃. ⁊ Melis ab audita te mellis. Est eñ aluearibus infestus.

Taxo as: significat p̃ssius crebriusq ꝗ̃ tãgo vñ id ꝓcul dubio inclinatum est: vt iacto: multo fusius largiusq est ꝗ̃ iacio. Taxare etiã pro pręcio estimare ponitur. Pli. li. xviij. Illos qui frugiferas tanti taxauerãt. Itẽ pro maledictis tangere. Sue. lib. ij. Sed etiã vt nummularij nepotẽ sic taxat augustũ. Festus. Taxatores a scenicis dicunt̃ qui alterutrũ maledictis tangunt.

Taxim aduerbiũ significat sensim. Põponi⁹. Adoptate clandestino tacitus taxim ꝑspectaui.

Taygete: vna ex pleiadibus. Taygetum est mons sub q̃ Sparta vt inq̃t Stra. Luc. li. iiij. Gelidiq inculta iuuẽtus taygeti. Hic mons cõsecratus est Bacho. et Homerus in hymnis sic ait. s. κασΤορα κὰι πὸλυ Δευκε αείσεο μουσ αλιγεια Τὺνδαριδασο Ζη νοσ ολυμπιου εξεγενον Τοτουσ υποΤαυ γε Τοῦ κορυφησ Τεκεποτνιὰ ΛηΔηλαθρη υ ποΔμηθεισ ακελεφεφει κρονίωνι χαίρε Τεΐυν Δαριδαῖ Ταχὲων επιβη Τορὲσ ἵππων.

T Ante E

Thearus fluuius Thracie ad cuius caput cuz Darius ad scythas ꝓficiscens applicuit castra: ibiq trib⁹ diebus se continuit cuius dulcissima aqua delectatus eo in loco columnã gręcis lr̃is inscriptã apposuit.

Techna gręce Τεχνη latine ars. Inde technites artifex. Plau. Qui technas hominis deprehendi solus. Vnde Galenus opus suũ technen. i. artẽ inscripsit. Hinc Calotechnius bonus artifex. Victr. libro. iiij. Callimachus ob elegantiam ⁊ subtilitatẽ artis marmoreę calotechnius est noiatus. Cacotechnius malus artifex. Technicus artificiosus.

Technophyon: gręca dictio qua significatur artis productio Τεχνην artem gręci dicunt ⁊ φυω ꝓduco. Sue. in Aug. Erat illi locus in ędito singularis quez syracusas ⁊ Technophyon vocabat.

Teda arbor e laricum genere que liquorẽ seu picem stillat abundans succo liquidiore: ⁊ ob hoc flãmis ac lumini sacroruz grata: vt inquit Plinius. Inde Tedas vocamus faces que optumę ex ea arbore fiebant. Et Cererem deam tediferam poete vocant: ꝙ tedas dicitur inflãmasse cuz inuestigare vellet filiam Proserpinam a plutone abreptam.

Tego is xi tectum: operio. Lactã. lib. ij. Non texit patris nuditatẽ. Per translationẽ tegere significat celare. Martialis. Qd̃ tegitur maius creditur esse malũ. Item defendere conseruare. Salustius. At romani domi militieq intenti: festinare parare: alius alium hortari hostibus obuiam ire: libertatem patriam parentesq armis tegere. A tego fiunt composita. Contego: totũ tego. Hiero. de Paulo eremita. Aduertit intus grande vestibulũ qd̃ aperto desuper cęlo patulis diffusa ramis vetus palma cõtexerat. Detego contrarium est suo simplici. Lactã. lib. ij. Nunc interim falsa vt cępimus detegamus. Intego int⁹ tego. Pli. Ventriculi atq intestina pingui ac tenui omẽto integunt̃. Obtego circũ seu supra tego. Col. lib. iiij. Monẽdo necubi scãna omittant̃: ⁊ qd̃ est durũ summis glebis obtegat̃. Pretego antetego. Lactã. li. iiij. Tamẽ vitia sua capillis ⁊ pallio ⁊ qd̃ maximũ est velamentũ diuitijs ꝑtegebat. Protego tueor. Pertego ꝑfecte tego. Plau. in Tri. Benefacta benefactis alijs ꝑtegito ne ꝑpluant. Retego nudo apio. Virg. Tectũq domus scelus omne retexit. Iuue. Si tibi zelotype retegantur scrinia meche. Supertego. Col. lib. x. Nihilominus congestu culmorum ⁊ frondium supertegemus: ꝗ̃tumq res patiet̃ a frigore ⁊ tępestate muniemus. Et oia habẽt penul. correptã.

Tegmen qd̃ ⁊ Tegimen ⁊ Tegmentum dicitur significat quicq̃d aliquid tegit.

Tegillũ paruũ tegmẽ. Var. Ob aquã e nubibus tortã indicat fore vt tegillũ pastor sibi sumat. Est ⁊ tegillũ cuculli vinculũ e sirpo. Plau. Tegillũ mihi aret: id si vis dabo. At tigillũ diminutiuũ a tignũ est.

Tegulum penultima correpta: idẽ qd̃ tegmen. Pli. Tegulo eñ aquaticarum harundinũ domos suas septẽtrionales populi operiunt.

Tegula tegulę ꝙ domos tegat. Tegulę autem que ad balneas adhibent̃ a lațitate dicuntur mammate alie coctiles vocantur.

Tectum ⁊ participium ⁊ nomẽ esse potest. Participiũ cum dicimus. Scelus tuũ tectũ est. Nomen cũ significat partẽ domus quę domũ tegit: a tegẽdo dictum: ꝗ̃uis etiã frequẽter pro domo poni soleat: ⁊ generaliter pro omni loco ⁊ pro tabulatis oibus q̃bus ⁊ triclinia ⁊ cubicula ⁊ huiusmodi tegunt̃: ⁊ in quibus tecti hoies habitare solent. Vnde architecti ⁊ Architectores dicti sunt qui ędificãdi scientiã habẽt. Tectũ etiam genus ouiũ est: sic dictũ ꝙ maiore lana opertũ sit: vel ꝙ operimẽtis tegeretur. Plinius. Ouiũ summa genera duo. Tectum ⁊ colonicum. Illud molli⁹: hoc in pascuis delicatius.

Tectorium illinimentũ qd̃dam est a tegendo ⁊ q̃si pauimentũ parietis atq incrustatio qd̃ fit cuz calce aut gypso ad maiorẽ spectantium gratiã ⁊ decorẽ. Iuue. Tectoria prima reponit. Pli. lib. xxxvj. Ideoq nulla tectoria eoꝝ rime fędauere. Vñ intunicata dicunt̃ tectoria. Tector q̃ opus tectoriuz facit. Varro. Quã nec pictor nec tector vidit vnq̃: ꝗ̃ in rosea q̃ est poli

ta opere tectorio elegãter. Albariũ qḋ supponiť tectorio nisi pingi tectoriũ oporteat. Nam cũ pingendũ est nõ illinitur albario.

Tectorius a um: qḋ ad tegendũ pertinet. Col. Sed ea tota materies oꝑe tectorio leuigatur ex vtraq; parte ne feles aut vipera ꝑrepat.

Teges straguli genus ex vlua siue sirpo: aut sparto in lodicis similitudinẽ: quo viliores vtuntur. Hãc vulgo storeã vocãt. Varro de re rust. Sicq; fiunt de canabi lino: iũco: palmo: sirpo: vt funes restes tegetes. Iuue. Ausa palatino tegetem ꝓferre cubili.

Tegeticula diminutiuũ parua teges. Varro. Sed pro columbariis in pariete mutulos aut palos in ordine. supra quos tegeticule canabine sint imposite. Ouiḋ. vocat tegetem mattam sirpeam. Sustulit in plaustro sirpea matta fuit.

Tégeum cum diph. in penultima: oppidum archadie a qua tegeus siue tegeaticus deꝰ Pan dictꝰ est. Prop. Fictilis ⁊ calami Pan tegeę tui. Virgi. vero nec primas syllabas produxit. Lateri atq; humeris tegeuz subligat ensem. A papinio vero Mercurius tegeaticus dictus est illo versu. Et cum menalia volucer tegeaticus vmbra. Olim lacedemonij bellum intulere tegeatibus ferentes secum compedes tanq̃ essent redacturi illos in captiuitatem. Sed congressi prelio ac fugati quicũq; viui sunt capti eisdem quas ipsi attulerant compedibus compediti campum tegeatem metiti fune coluerunt.

Teium vrbs in paphlagonia: vt Sal. scribit: in qua ortus fuit Anacreon. Vñ teius a um: trium syllabarũ. Ouiḋ. Quid nisi cum musto venerẽ cõfundere vino Precepit lyrici teia musa senis? In hac fuit tẽplũ apollinis. Vñ Apollo teius. Ex hac etiã Phileterus natus est auctor generis regũ Athalicorũ.

Telamones (vt inquit Seruius a nostris appellantur signa que sustinent: que greci atlantes vocitant. Vide in dictione athlas.

Teloboe etholie populi fuerunt.

Telephus penul. cor. mysiorum rex herculis filius qui a cerua nutritus fertur. Claud. Sanus achilleis remeauit telephus herbis.

Telos latine finis: honor: legio: tributum: vectigal: pensio. Est ⁊ nomen insule: a qua

Telina vnguẽta dicta sunt que a medicis cõmẽdantur. In ea est herba seu frutex teli: q̃ fenũgrecũ significat: quasi frutex insulę: vel insula frutici nomen dedit.

Teloneũ pe. cor. grece τελωνιον mensa publicanorũ vbi vectigal exigitur.

Telonarij siue telones publicãi ⁊ tributoꝝ collectores

Telonẽ agricole vocãt lignũ longũ: quo vtũť ad aquã e puteis hauriendam.

Telegonus nomen proprium viri: qḋ latine significat nouissimo loco natum. Unde pro humili ⁊ inglorio ponitur. Fuit etiã filius Vlyssis ex Circe: qui patrez interfecit rostro piscis illius qui xiphia dicitur qḋ est instar lamine magni ensis vt scribit Oppianus de piscibus: qḋ genus ensis a matre accepit.

Telum dicitur omne qḋ manu iaci potest: quo nomine lapis/lignum/plumbum/ferrum continetur. Dictuz ab eo ꝙ in longinquum mittatur. Nam apud grecos τηλε siue τηλου longe significat. Vergil. pro gladio posuit. At non hoc telum mea qḋ vi dextera versat Effugies.

Tellus luris: terre dea est. Terra vero elemẽtũ ipsuz q̃uis ⁊ pro ipsa terra accipiatur: a tolerando siue tollendo dicta ꝙ eius fructus tollamus.

Tellus telli nomẽ viri proprium: quem Solon Creso beatiorem putauit.

Telemachus Vlyssis ex Penelope filius

Telectus nomen ꝓprium regis laconie.

Telephus fuit herculis filius ex Auge nympha. Qui postea in lycia imperauit. Etiam multi alij fuerũt vt ostẽdit. Suidas dicens. τηλεφοσ εκ πεpιδιου ου τωσ πεpνησ και τηλεφοσ πεpγαμηνοσ γpαμματικοσ οσ πολλα γεγpαφε.

Temerarius dicitur non qui plus audet q̃ oportet: sed qui facile nullo adhibito consilio credit. Ouidius. Utinã temeraria dicar. Criminibus falsis insimulasse virũ. Itẽ temerarius metuendus. Plau. Sed qḋ ꝙ picus vlmum tundit: Haud temerarium est. Item audax. vnde ⁊ temeritas et temeritudo. Pacuuius. Egon tyrãni nõ noui temeritudinẽ.

Temere aduerbium significat male: stulte: inconsulte. Vide (inquit Terẽ.) ne quid temere agas. Hierony. Melius tñ deo cõmittimus q̃ aliq̇d temere definire velimus auctoritate nostra qḋ non probamus. Quidam etiam vsurpãt pro fere. Quintil. Illud ingeniorum velut precox genus nõ temere vnq̃ peruenit ad frugem. Et temere significat sine causa. Terentius. Haud temere.

Temero as: pe. cor. scelero: corrumpo: contamino. Ambro. Ne temerate virginitatis adureretur infamia. Idem. Quia nullius adhuc resurgẽtis fuerat temerata vestigio. Vñ intemeratꝰ integer/incorruptus/inuiolatus. Idẽ. Nam si intemerata q̃ sumpsimus indumẽta seruemꝰ plagas latronũ sentire nõ possumꝰ. Virgilius. Intemerata fides.

Temetum apud Hora. penul. produ. Apud Iuue. corripitur: accipiturq; pro vino: dictum ꝙ tẽptet: hoc est labefactet mentẽ. Virgilius. Tenuisq; lageos Tentatura pedes olim vincturaq; linguam. Hinc temulentus/vinolentus/ebriosus: Temulẽtia ebriositas. Pli. lib. xiiij. Cato ideo propinquos feminis osculuz dare iussit vt scirent an temetũ olerent. Hoc tũ vino nomen erat. Unde ⁊ temulentia appellata. Per contrarium Abstemius sobrius.

Temno is psi ptum: sperno: a τεμνω quod incido resecoq; significat: qm̃ que spernimus amputare ⁊ resecare consueuimus. Virg. Discite iusticiam moniti et nõ temnere diuos. Hinc contemno.

Temo temonis a tenendo dicitur. Est enim qui continet iugum.

Tempe neutro genere: ⁊ numero plurali proprie thessalię loca quinq; millium passuũ longitudine ⁊ ferme sex latitudine pulcherrimus ager amęnus gramine: refertus arboribus: canoris auium concentu: iugis dextra leuaq; leuiter sese tollentibus: media interfecat peneus amnis: cuius ripas arbores vestiũt. Ouidius libro. j. meta. Est nemus hemonie prerupta qḋ vndiq; claudit Sylua: vocãt tempe: per que peneus ab imo Effusus pindo spumosis voluiť vndis. Sunt ⁊ tempe in boetia que teumessia dicuntur a teumesso monte boetie ⁊ ab Ouidi. Cygnea dicta. Sunt in sicilia a nomine amnis heloria. Abusiue quecũq; loca amęna: nemora presertim atq; aquas habentia tempe vocamꝰ. Virgilius. lib. ij. Geor. Spelunce viuiq; lacus ac frigida tempe.

Tempero as: significat rem suo ordine ac mensura administro. Cice. in tus. iiij. Rem vero publicam nostri maiores certe melioribus tẽperauerunt: ⁊ institutis ⁊ legibus. Unde dicimus temperare vinũ adhibita aqua: tẽperare iram sedato animo: tẽperare ferrum flammis et ictibus. Temperamus stylum/calamum appetitum: ⁊ huiusmodi. Hiero. Sic narrationis stylum temperabo: vt non alia dicam q̃ que aut scripta sunt: aut consequenter scribi potuerunt. Et in Ecclesiastico inquit calamuz temperaui. August. Duo sũt abstinentię ⁊ crucis genera. Unum corporale: aliud spirituale. Unũ a potu atq; epulis temperare appetitum gulę. Huius composita sunt attempero: quod

est iuxta têpero seu côcordo. Hiero. Prudês lector caue semper superstitiosam intelligentiam: vt nô tuo sensu attêperes scripturas: sed scripturis iungas sensum tuû. Obtempero obedio.

Têperamentû modificatio. Pli. Tali adhibito têperamêto: vt nec laxet nimis: nec arctû esse patiaf.

Têperatura idem qđ têperamêtû. Idê ferrû a rubigine vindicatur cerusa ꝛ gypso ꝛ liquida pice. Hęc est est têperatura a gręcis antiphatia dicta.

Temperâtia vt Cice. li. ij. artis veteris ait. Est rônis in libidinem atq̈ in alios non rectos impetus animi firma ꝛ moderata dominatio. Aug. lib. j. de libe. arbi. Têperâtia est affectio cohercens ꝛ cohibens appetitum ab his rebus q̃ turpiter appetunf. Huius partes Continentia/ clemêtia/ modestia. Temperantia inquit Sene. voluptatibus imperat: alias odit atq̈ abigit: alias dispêsat ꝛ ad sanû modû redigit. Gręce σωφροσυνη ꝛ têperans σωφρων.

Temperies temperamentû. Pli. Junior. In quo saluberrima est aeris têperies. Pro hac qñq̈ temperaturam ponimus. Varro. Quero verum hoc adduxerit cęli temperatura: an terre bonitas? Quandoq̈ temperies dicitur temperantia. Sta. lib. ij. Syl. Tranquillaq̈ morum temperies. Quâdoq̈ têporis accômoditas ad aliquid agenduꝫ. Pli. Sic iudicaf anni têperies alibi tardius: alibi maturius.

Tempus vt Varro scribit est interuallum mundi ꝛ motus diuisum in partes aliquot ab solis ꝛ lune cursu a quorum tenore têperato têpus dictum est. Tria pro sunt têpora. Presens/ pteritû/ ꝛ futurû. Aliqñ têpus ponif pro têporis conditione. Cice. O mores: o têpora. Et tempus pars capitis est. Habet eñ caput duo têpora: vnum a dextra: alterum a sinistra sic dicta: qꝛ anni in eis cognoscantur. Virgi. libro. v. Ene. Temporibus geminis canebat sparsa senectus. Nam primo têpora canescunt: cauâturq̈ magna diuturnitate temporis. Colu. libro. vij. Decimo tamen anno tempora cauari incipiunt: supercilia nônunq̈ canescere/ ꝛ dentes prominere. Sciendû est q̄ cum dicimus p tempore aduerbialiter significat pro ratione temporis. Cum têpore cû mora ꝛ spacio temporis. In têpore opportune. Ex tempore subito: quasi extra temporis cômoditatem.

Temporius aduerbium deductuꝫ a tempori aduerbio qđ significat opportune/ tempestiue. Col. lib. ix. Esca bis diuidêda vt ꝛ mane nô ptinus a cubili latius euagenf: ꝛ ante crepusculû pp̄ter cibi spem temporius ad officinâ redeant. Ouid. lib. iiij. me. Modo surgis eoo Têporius cęlo: modo serius incidis vndis.

Têporarius a ûm: qđ nô est ppetuû: sed ad tempus durans. Unde legimus Scaurum olim fecisse in ędilitate theatrû têporariû. i. tam diu duratuꝫ: donec spectacula peragerenf. Pli. lib. xvj. Nec terrę tm̄ natura circa has refert: aut ppetua cęli: verû ꝛ quedâ temporaria vis imbriû. Têporariû etiâ dicif qđ ad têp⁹ pertinet. Unde extêporarium pro subitario capif: vt oratio extêporaria. i. subitaria ꝛ imp̄meditata. Temporarie significat ad tempus.

Têporaneus a um: qđ ad têpus ptinet: siue qđ subito ꝛ in tpe fit. Hiero. in Deutro. Dabit pluuiâ terrę vestre têporaneâ ꝛ serotinâ: vt colligatis frumêtû. i. pm̄ têporis exigentiâ. Uñ extêporaneum p subitario ac imp̄meditato. Contêporaneû qđ est eiusdê têporis ꝛ gręce synchorium dicitur.

Têporale qđ ad têpus durat. Opponitur eniꝫ ęterno. Leo pa. Intelligite dilectissimi quêadmodû sit nouû ac vetus: têporale ꝛ ęternum: corruptibile ꝛ incorruptibile: mortale ꝛ imortale: paschale mysterium. Interdû dicif qđ ad têp⁹ fit. Uñ dicim⁹ extêporalê orationê imp̄meditatâ. Têporaliter ad têpus. Extêporaliter imp̄meditate. Sueto. de Tito. Latine grecęq̈ linguę vel in orâdo: vel in fingêdis poematibus: ꝛ facilis ad extêporalitatê vsq̈.

Tempestas modo significat ipm̄ têpus. Sal. in Jug. Ea têpestate in exercitu nostro fuere côplures noui ꝛ ignobiles. Modo tranquillû ꝛ serenû têpus. Virg. Unde hęc tam clara repente Têpestas? Modo pcellâ. Pli. Hôc diê festû têpestatib⁹ lenizdis ferunt institutû. Idê. Têpestates vocamus in quibus grandines: pcelle/ cęteraq̈ similia intelliguntur: que cum acciderint vis maior appellatur.

Tempestuosum procellosum. Gelli. Mare seuû ac têpestuosum erat.

Tempestiuus a um: opportunuꝫ ꝛ qđ suo tempore fit. Virg. li. j. Geor. Aut têpestiuâ syluis euertere pinû. Hinc têpestiuitas p opportunitate: têpestiue opportune: ꝛ suo têpore: quorû côtraria sunt Intêpestiuus et intempestiue. Unde Cicero nos admonet irascamur aduersus eos: qui nos intêpestiue adeunt.

Tempestus a um: tempestiuus ꝛ intêpestiuus p intempestus. Unde nox intempesta: q̄ minime tempestiua sit rebus agendis.

Templû pprie locus vel in cęlo notatus ab augure vel in terra a tuendo. i. pspiciendo: dictû q̄ ex omni parte: vel ex quo omnis pars aspici possit. Primo autê cęlum ipm̄ dictû est templû: qꝛ ipsum primo tuemur. Ben. Contremuit templû magnû Jouis altitonâtis Eius partes quattuor esse dicunf. Sinistra ab oriente. Dextera ab occasu. Antica ad meridieꝫ Postica ad septêtrionem. In terris aût dictum têplum q̄ quibusdam conceptis verbis ab augure finiebatur: vñ tueri quâcunq̈ cęli partê cômode posset. Hinc contêplo siue contêplor: pro diligenter intueor. In hoc têplo per augures constituto senatusconsultuꝫ fiebat. Et nisi in eo fieret: nô erat iustum. Ab hoc templo nô solum ędes sacrę: sed ꝛ alia loca septa ꝛ vnum tm̄ introitum habêtia/ dici templa cępere. Quippe curia hostilia têplû erat: licet sacra nô esset. Itê têplû vocatur tignum qđ in ędificio transuersum supra câterios ponif: vt inqt Fest⁹ Vitr. li. v. Et câteriû pminêtes ad extremâ suggrûdationê: supra câterios têpla. Itê sepulchrû dicif têplû. Virg. lib. iiij. Preterea fuit in tectis de marmore templû Coniugis antiqui. A templum fit aduerbiû extêplo.

Tempsa fuit ciuitas brutiorû.

Tenasmus ꝛ tenesmus. Gręce τενεσμοσ cû frequêns est: sed irrita desidendi deijciêdiq̈ cupiditas cum inflâmatione ac tumore sedis mucosa ꝛ sanguinolenta quedam egerentis.

Tendo is: tetendi tensum ꝛ tentum: quasi tenue do. Est eñ tendere extendere: qđ vero extêditur attenuatur. Virg. Tendunt vela noti. Salu. Manus supplices ad cęlum tendere. Hiero. ad Juli. Et arbitraris senê diu posse viuere: cuius vt ętas longa tendatur. Per translationeꝫ sumitur interdû pro insidiari: q̄ in hoc laqueos extendere soleamus. Tereñ. in phor. Quia nec rete accipitri tenditur: nec miluo. Interdum pro conari. Virg. Ille simul manibus têdit diuellere nodos. Interdû pro tentoria ponere ꝛ habitare. Vale. maxi. li. ij. Ne quis eoꝝ intra castra tenderet. Virg. Hic dolopum manus: hic seuus tendebat achilles. Extendunf enim tentoria dum ponunf. Interdû pro offerre qđ p têdêdo man⁹ fieri solet. Idê. Paruûq̈ patri tendebat Julû. Interdû p pergere: Et nos ambulando iter videmur extendere: vt Per tot discrimina rerû Tendimus in latium. Interdû p ponere. Sal. Interea romę multa simul moliri: consuli insidias têdere. Huius côposita sunt attêdo: contendo: circuntendo. Pli. Circûtendit retia ꝛ omnis occupat saltus. Distendo: extêdo: extra seu vltra têdo. Lactâ.

lib.iiij. Extendit ergo in passione manus suas. Colu. lib.v. Quare cũ ad summũ palum recta vitis extenta est capistro constringitur. Intendo/obtendo/ostẽdo/pertendo/protendo/ꝛ substendo/quod est decipiendi gratia subdo aliquid aut machinor. Salu. Dum substendit insidias militi.

Tendicula le. laqueus est: quẽ auibus siue feris tẽdimus.

Tentigo pe. xdu. pruritus libidinis quo virilia extenduntur: vt illud in Priap. Turpe quidẽ dictu sed si tentigine rũpar. Falce mihi posita fiet amica manus.

Tentipellium genus calciamenti ferratum: quo pelles extenduntur.

Tentorium tabernaculum: ꝙ ibi vela aut aliquid velorum tenduntur: vel ipsa potius velamenta contra iniuriam cęli.

Tentum accipitur pro membro virili. Catul. Grandia te medij tenta vorare viri.

Teneo es: tenui tentũ apprehẽdo: detineo. Virg. Nec te teneo: nec dicta refello. Per translationẽ tenere capitur pro habitare/possidere. Idẽ lib.iiij. geor. Que gurgitis huius Ima tenes. Aliquando pro cõstringere. Idem. Texende sępes etiam ꝛ pecus omne tenendum. Aliquando pro tergere. Idem. Et obducto late tenet omnia limo. Aliquando pro dirigere. Idem Sed vos qui tandem quibus aut venistis ab oris. Quo ve tenetis iter? Aliquando pro intelligere. Terentius. Rem tenes. Aliquando pro morari. Virg. Hunc phenissa tenet Dido. Aliquando pro implere perficere. Idem. Ni teneãt cursus. Et tenere seruare tueri. Cęsar com.iiij. Sabinus ideo omnibus rebus loco castris sese tenebat. Idem. Eo absente qui summam imperij teneret. i. haberet administraret. Virg. Capitolia alta tenebat. i. defendebat. Unde ecõtrario: victos loco motos dicimus. Cice. Loco ille motus est. Item teneri est obligari: vt si quis furetur rẽ sacram de pphano tenetur ne furti: an sacrilegij. Itẽ tenere est possidere: occupare. Salustius in Iugur. Forte apud illum quem inhonesta ꝛ perniciosa libido tenet potentię paucorum decus atq; libertatem suam gratificari. Huius cõposita sunt Abstineo: attineo: contineo: detineo: distineo: obtineo: pertineo: retineo: ꝛ sustineo: que habent ti syllabam correptã

Tento as: quidam a tendo: quidam a teneo deducunt. Tendo autem tentum. Unde tentigo et tentorium. Et sic qui tentat quasi manum tẽdit aut aliam corporis partem: in id qđ experiri vult et exquirere. Qui autem a teneo deriuant ac ratione ducũtur: ꝙ tẽtare experiri sit vel inquirere: ꝛ verbo vel re quasi manu tenere. Col. lib.ix. Sępius digitis loca fęminarum tentanda sunt. Nam in promptu gerunt oua: quibus iam partus appropinquat. Cice. in parad. Tentare volui an ita dici possent vt probarẽ. Virgilius. Vix primi pręlia tentant. Tentare igitur est rem nõ intellectam: atq; incertam aggredi: hoc est experiri vel diligenter inquirere. Tentare ꝟo de pudicitia est cum id agitur vt aliquis fiat impudicus. Cum ergo vel a tendo vel a teneo deriuatum sit tento: constat simplici n scribendũ esse. Et sic tentatus: tentatio. Cicero libro.j. offi. Tentata res est ab omni genere hominum Virgilius libro.iiij. Tentaturum aditus ꝛ que mollissima fandi tempora.

Tentamentũ idẽ qđ tentatio. Virgi. libro.vij. Nec prima per artem tentamenta.

Tenax qui retinet vt glutinũ tenax. Aliquando dicitur parcus auarusq;. Apul. Homo diues: sed nimiũ tenax. Aliquando durus: constans/perseuerans. Horatius. Iustum ꝛ tenacem propositi virum. Hinc tenacior ꝛ tenacissimus. Colu. libro.j. Potest etiam illitteratus dummodo tenacissime memorie: rem satis cõmode administrare. Huius compositum est pertinax valde tenax.

Tenacia ꝛ tenacitas retẽtionẽ ꝛ parsimoniã: ꝛ duriciã pseuerantiãq; significat.

Tenor accẽtus: qui teneat id est dirigat sermonem. Interdum dicitur ordo vel forma continuatio. Vale. max. lib.j. Quo minus religionibus suis tenor suusq; obseruatio redderetur.

Tenite credebantur esse sortium deę: ꝙ tenendi potestatem haberent.

Tenebre pe. cor. priuatio lucis: ꝙ teneãt. i. impediant oculos ꝛ visum phibeant.

Tenebricosus a um: qđ tenebras inducit: tenebrosum tenebris plenum.

Tenebricor pe. cor. tenebras facio. Augusti. Accedamus ad eum vt illuminemur: nõ quo modo ad eũ accesserũt Iudei vt tenebrarentur. Hinc cõtenebro ꝛ obtenebro cõposita. Hiero. in lib. Numeri. At cõtenebrati ascenderunt in verticem montis.

Tenebresco obscurus fio. Unde Augu. Aer contenebrescat inquit. i. tenebrosus fiat.

Tenuis et hoc tenue: a teneo fieri videtur: ꝙ que tenuia sunt facile teneantur. Est eñ tenue paruum/exiguum. Cice. in Hort. Fundum non mediocri pecunia: sed etiam tenui pcipere possumus. Col. li.ij. Quo tenue linũ proueniat. Potest etiã ꝛ a tendo deduci: quoniã que extenduntur tenuia fiunt. Per translationem nõ nunq; ponitur pro paupe: ꝛ tenuitas pro paupertate. Cice. Tyroni. At possum ex meis angustijs illius sustentare tenuitatẽ.

Tenuiculus diminutiuũ a tenui. Cice. Peto. Tenuiculo apparatu significas Balbũ fuisse contentũ.

Tenuo as: tenuẽ/subtilẽ/macrum/debilẽ facio: siue minuo. Virg. lib.iij. Geor. Ipsa autẽ macie tenuant armenta volentes. Et in hymno. Ecce iã noctis tenuatur vmbra. Cõposita sunt attenuo ꝛ extenuo.

Tenedos penultima correpta insula in mari ęgeo inter Mitylenen ꝛ helespontũ contra troiam prope sigeũ ab ostijs. xx. pas. millibus distat. Abest a Lesbo. cvj. millia pas. Hęc prius Leucophrys appellabatur: quã alij Calydnam dixerũt. In hanc ex troade nauigauit cum nouis colonis tenes Cyeni filius: conditaq; ex se vrbe tenedon vocauit: a qua ꝛ insula denoiata est. Cice. Tenem ipm ex cuius noie tenedos noiatur. Hinc tenedi dicuntur eius incole.

Tenos insula vna ex cycladibus in qua est oppidũ eiusdem nois: quã ppter aquarũ abundantiam Aristo. Hydrusam appellatã dicit. Aliqui ophiusam.

Tenus teni laqueus. Seruius dici putat extremas partes arcus: vñ tractũ sit: vt hactenus: huc usq; significet: quasi vsq; ad finem. Apud Plau. in Bac. Tenus magis pro laqueo accipi videtur: q̃ p arcu: cum ait. Pendebit hodie ita pulchre intendit tenus.

Tenus prępositio significat propinquitatẽ ꝛ qđ dicimus vsq; ad. Nam qđ ppinquum est quasi tenere videtur id cui est propinquũ. Quidã a tendendo: ꝙ hec ppositio extensionẽ quandã significare videatur: ꝛ ablatiuo deseruit: semp q; in singulari postponitur ablatiuo: vt hactenus: eatenus: quatenus: verbotenus: oretenus: capulotenus. Aliqñ etiam accusatiuo iungitur. Flaccus in argo. Et tanaimtenus imerso descẽdit in euro. In plurali ponitur etiã cũ gtõ. Virgi. Cruritenus a mẽto palearia pendent. Et cumarũ tenus id est vsq; ad cumas. Curt. Pauci hostiũtenus exacti penetrauere ad portum. Hora. sine casu posuit tanq; aduerbiũ. Est quodã prodire tenus si nõ datur vltra Aliquando significat non vltra: vt gessit consulatum titulotenus non vltra titulum.

Tenontes sunt recti ꝛ valentes nerui: a rigore dicti collum continentes sine quibus sustinere caput nõ possent ceruicis vertebre. Si quidẽ horum inter omnes

flexus alter semper intentus prolabi superiora nõ patitur. In ipsis quoq; pedibus neruum quendam latũ qui a poplite demissus procumbit in calcez appellãt tenonta: vt inq̃t Iul. Pol. Sed ⁊ neruos q̃ ex vtraq; stomachi parte sunt τονους vocant.

Tener a um: quod est molle. Hinc tenera ętas puerilis Transfertur ad animum. Iuue. Cum tener vxorem ducat spado. Item tener dicitur qui facile commiseretur. Hinc teneritas et teneritudo: tenere et teneriter aduerbia.

Tenellus a um: diminutiuũ. vñ tenellã ętatem dicimus

Tenerasco tener fio: mitesco misericordia ducor. Lucil. lib. iij. Scilicet in tenero tenerascere corpore mẽtes.

Tentyri siue tentyrite genus animalis venenosi. Pli. libro. xxviij. In insula nili tentyri nascẽtes tanto sunt crocodyllis terrori: vt vocem quoq; eorum fugiant. Tentyra vero ciuitas inferioris ęgypti: vnde ⁊ pręfectura tẽteritica: vel vt Plinius ait: insula a nilo circundata: in qua habitant homines qui crocodyllos non timent.

Tepor ⁊ tepiditas idem significant. Colu. libro. ij. Si vero tepor cęli siccitasq; regionis suadebit februario statim ꝓscindendi sunt.

Tepidus a um: qđ est medium inter calidum ⁊ frigidũ Unde interdũ pro calido ponitur. Lucre. Tepidisq; caminis. Interdũ pro frigido pręsertim qñ transfert ad alia. Plau. Hic homo factus est tepidior. i. frigidior / segnior. Interdum ꝓ inutili siue nocuo. Virgi. Unde caue tepido sudant humore lacune. Hinc sub tepidus aliq̃tũ tepidus: tepidulus diminutiuũ.

Tepeo es pui: tepidus sum. Cato de re rust. Lenibus lignis facito calescat vbi temperate tepebit tum cuminum indito. Hinc tepesco tepidus fio. Leo papa. Feruor fidei nõ tepescat. Huius compositũ est intepesco: quod est valde tepesco. Colu. Nunc mitigato iam ⁊ intepescẽte frigore largissimis obliuitatibus liberisq; vindemijs exuberent.

Tepefio idem qđ tepesco. Ambro. libro offi. Quis neget verna temperie interiora terrarũ tepefieri: quos glacies hyberna constrinxerat. Fitq; a tepefacio.

Tepidariũ vas in quo aqua temperat: siue cella in quã ex balneis exeuntes ingrediunt.

Terapne Helene patria in lacedemone etiaz insula in mari ligustico: quam nostri corsicã vocant que ⁊ cyrnos dicta fuit. Hinc terapneus a um. Ouidius. Rure terapneo nata puella phryge. Hanc dictionez alij cũ aspiratione scribũt: alij sine p. terramne: sed male.

Tergeste oppidum ab aquileia stad. centum octoginta distãs: vt inq̃t Strabo. Hodie Trigestũ vocat. Sed nec mentiuntur: nam Τεγεσταιον λεγεται a Dionysio libyco. ⁊ Eustathio: sed inscũ tergestam vocant quasi ibi res ter gesta fuerit: sed aliqui de talibus scribunt: qui forsan quandoq; laudabunt. Etiã Suidas. Τεγεγαιοι ὀνομα ἐθνοις και θηλυκως Τεγεστη ὀνομα πολεως προς ακυλιαν.

Tero ris triui tritum: frico: tundo. Plau. in asi. Num me illuc ducis vbi lapis lapidẽ terit. Plinius. Dein refrigeratum teritur in farinam. Terere iter est: iter agere. Virgilius. Sępius e tectis penetralibus extulit oua Angustum formica terens iter. Terere tempus est consumere: similiter terere ocium. Liuius libro. j. Quas in conuiuijs luxuq; cum equalibus viderant tempus terentes. Idem in eodem. Regũ quidam iuuenes interdum ocium conuiuijs comesationibusq; inter se terebant. Huius composita sunt attero: quod est ad aliquid tero frico. Plinius libro. ix. Anguillę atterũt se scopulis. Tibul. Aut operi insuetas atteruisse manus. Aliquando significat vehemẽter tero: frango: ad terram traho: aut valde rodo. Columella libro. ij. Demergunt vngulas ⁊ atterunt scindunt q; radices herbarum. Et libro. vj. Nam demissum ex eo palmitem germinantem inferior atteret et fructum. Virgilius. Et grauis attrita pendebat cãtharus ansa: id est consumpta attenuata. Et libro. j. Georgicorum. Depresso incipiat iam tum mihi taurus aratro Ingemere: et sulco attritus splendescere vomer. id est rosus. Salustius. Per translationem dixit. Post vbi eorum famam attriuerat maiora alia impẽdebant: id ẽst oppresserat. Contero totum simul tero: tundo: consumo: frango. Plautus in Asi. Utinam mihi stimulus in manu sit: qui latera conteram tua. Lactantius libro. iij. Qui cum ętates suas nisi studio philosophie cõterãt. Columella libro. viij. Remedio sunt hysopus et sal equis ponderibus contrita. Terentius in Hecy. Cursitando atq; ambulando totum hunc contriui diem. Detero: distero: extero intero: intertero: obtero: protero: pertero valde tero Colu. Per lineum sacuz quod pertriuerãt exprimũt. Retero rursus tero: purgo: excerno. Colu. libro. vij. Pura deinde frumenta si in annos recondantur reteri debent. Nam quanto sunt expolitiora: minus a curgulionibus exedunt. Subtero subtus tero. Plautus asi. Eos asinos predicas vetulos claudos quibus subtrite ad fęmina iam erant vngule. Hierony. in Deutro. Et pes tuus non est subtritus. Semitero quasi medium tero. Colu. libro. j. Huic autem nubilarium applicari debet maxime in Italia propter inconstantiam cęli: quo collata semitrita frumenta protegantur si subitaneus imber incesserit. Et omnia habent penultimã correptã.

Terra elementũ per duplex rr. licet a tero is: deducat: ꝙ scz teratur. Ab hac locus cõmunis qui circa oppidum colonis relinquitur territorium appellatur: ꝙ maxime teratur. Et in singulari quidem terra totum elementum est: id est ipse orbis terre. In plurali terras aliquas significamus. Virgilius. Multum ille ⁊ terris iactatus ⁊ alto. Ponitur tamen quãdoq; terra pro territorio ⁊ pro prouincia seu regione. Cicero Eorum qui in hac terra fuerunt magnamq; greciam: que tum florebat institutis ⁊ p̃ceptis suis erudierũt. Unde conterraneus qui ex eadem terra est: id est prouincia: q̃uis hęc dictio apud neminem idoneum auctorem: nisi apud Pli. legatur: ⁊ vno dumtaxat loco vbi Catullum vocat conterraneum. Varro. lib. j. de re rust. scribit terram tribus modis dici. Cõmuni ꝓprio ⁊ mixto. Cõmuni vt cum dicimus orbem terre: et terram Italiam cum ⁊ lapis et arena ⁊ cetera ei⁹ generis sint in nominando comprehensa. Altero modo dicitur terra proprio nomine: que nullo alio vocabulo: neq; cognomie adiecto appellatur. Tertio modo dicitur terra que est mixta: in qua seri quid potest ⁊ nasci: vt argillosa: aut lapidosa. Terra etiam vocatur vesta: eo ꝙ rebus omnibus vestiatur: seu quia vi sua stat. Ouidius lib. vj. fast. Stat vi terra sua vi stãdo vesta vocatur: Dicitur mater. Colu. Tu penitus clatris eradere viscera matris Ne dubita. Pli. li. ij. Sequit terra cui vni rerũ naturę partiũ eximie ꝓpter merita cognomen indidimus materne venerationis Nos nascentes excipit: natos alit: semel ęditos sustinet: ⁊ semper nouissime complexa gremio iam a reliqua natura abdicatos tũ maxima vt mater operiẽs: ⁊ paulopost: Terra serpentem homine percusso amplius non recipit.

Territorium vt inquit Pompo. est vniuersitas agroꝝ intra fines cuiusq; ciuitatis: qđ ab eo dictũ est: ꝙ maxime terat: vel ꝙ magistratus ei⁹ loci intra eos fines terendi. i. sũmouẽdi ius habeat.

Terraceus terracea terraceum quod ex terra est: vt domus terracea.

Terreus a um: quod ex terra est: vt vas terreum. Colu.

libro.j. Horreum camera contectũ: cuius solum terreum prius q̃ consternatur perfossum.

Terrenus a um: qđ in terra natum est: vel in terra viuit vel aliquid cũ terra cõmune habet vt terrenũ animal Et terrenus pro terreo. Colu. Area quoq; si terrena erit: vt sit ad tecturã satis habilis.

Terrenũ campus dicitur. Col. lib. ij. Callidissimi rusticarum rerum genera terreni tria esse dixerunt. Campestre: collinum: montanum. Idem libro. j. Agrum habebimus salubri cęlo vberi gleba: parte campestri parte alia collibus vel ad orientem vel ad meridiem molliter deuexis: terrenisq; aliis atq; aliis syluestribus et asperis.

Terrestris ⁊ hoc terrestre: idem qđ terrenus: vt terrestre animal.

Terrigena penul. corre. qui ex terra natus est: terricola qui terram habitat.

Terręmotus dicitur cũ terrę incluso spũ contremiscunt magno sępe habitantiũ damno.

Terraneola cum accentu in antepe. auis alaude similis pręterq̃ ꝙ in capite apicẽ nõ habz sicut alauda: dicta terraneola ꝙ non in arboribus: sed in terra versetur atq; nidificet.

Terebra siue terebrum penultima correpta instrumentum quo ligna perforantur: a tero. Eius diminutiuũ est terebellum.

Terebro as: terendo perforo. Virgilius. Et terebrare cauas vteri ⁊ tentare latebras. Huius compositum est exterebro: qđ est extorqueo: ⁊ scrutor. Plaut⁹. Ex terebra prorsus atq; excute.

Teredo pe. pro. vermis in ligno nascẽs a terendo dict⁹ vel a sono. qui est τεριδων. Eadem et tinea dicitur licet sint qui distinguant vt teredines dicantur in mari: hoc est in nauibus: tinee terrestres sint. Columel. libro. v. Nam ⁊ teredinẽ formicasq; phibet.

Teres etis penultima correpta dicitur quicquid rotundum oblongũq; est: vt columna ⁊ arbor: quod quasi terendo sit rotundum. Virgilius. Incumbẽs tereti damon sic cępit oliuę.

Terminus proprie dicit̃ signũ qđ agrũ ab agro diuidit terendo: ꝙ he partes maxime terãtur. Nam vtrinq; ab hĩs qui agrum suum colerent fodiendo teritur. Hinc terminus pro fine accipit̃. Cicero. Cum nullũ tot calamitatibus atq; erumnis terminum inueniremus. Et apud antiquos terminorũ deus putabatur. Dialectici terminum definiunt esse signum orationis constitutiuum. Huius composita sunt Anterminus quod est quasi circũterminus: qui circa terminos prouincie manet. Conterminus qui est vicinus et finitimus. Columella libro. j. Priuatos quoq; memoria tradidit ⁊ in regionibus grecie: ⁊ in hac ipsa hesperia detestabiles fuisse vicinos nisi autolicus ille cuiq̃ potuit tolerabilis esse cõterminus: aut auentini mõte incola palatinis vllũ gaudiũ finitimis suis cac⁹ attulit.

Termino as: finio. Lactã. lib. ij. Iam vo illa conclusio qua sententiã terminauit Tullius multo absurdior. Huius composita sunt: determino qđ est definio delibero ⁊ quasi cogitationi terminum impono. Idem libro. iiij. Determinanda est nobis veritas breuiter et in suo proprio domicilio collocanda. Distermino diuido: dissipo. Extermino expello ⁊ veluti extra terminos mitto.

Terma atis: extremũ / termin⁹ / finis / meta / plãta pedis.

Termes ramus ex arbore decerptus cũ fructu: qui quoniam in diuisione agrorum anteq̃ mete ponerẽtur figi solebat: termino nomen dedit. Et proprie termes (vt ait Porphirio) est oliue: sicut palmes vitis. Horatius. Nunq̃ fallẽtis termes oliue. Gel. Termitẽ palme ramũ cum fructu auulsum dixit. Est ⁊ termes vermiculi genus carnem exedens.

Tergo gis: ⁊ tergeo es: si sum: ⁊ ẽm antiquos tersum significat mundo: nitidum facio. Iuuenalis. Vasa aspera tergeat alter. Plau. Ornantur / lauantur / terguntur / poliuntur. Huius composita sunt. Abstergo sordes remoueo. Liuius libro. j. Inspectum vulnus absterso cruore oĩa salubria esse. Per translationẽ significat aufero. Cice. Volo abstergere animi tui metum. Attergo. Cice. in Ver. Quod fanũ deniq; qđ nõ auersum: neq; attersum reliqueris. Detergo deorsum tergo: ⁊ sordes aufero. Hiero. ad dama. In cõmune deum deprecemur vt mihi quoq; de altari carbo mittat̃ vt omni peccatorũ labe detersa primo possim dei sacramenta conspicere: dehinc enarrare: que video. Columella libro. vij. Tum etiam spongia labra detergeri. Et lib. ij. Omnis humor sole vẽto vel detersus est. i. siccatus. Extergo perfecte tergo. Cato de re rust. Post diem omnino duodecimũ pernas eximito ⁊ salẽ omnẽ detergito: ⁊ suspendito in ventum biduum tertio extergito.

Tergus oris. corium. Virgi. Tergora diripiunt costis ⁊ viscera nudant.

Tergum dorsum. Virgi. Manibus post terga reuinctis. Ouid. lib. j. meta. Ossaq; post tergum mane iactata parẽtis. Et non tantũ animalium est: sed etiam aquarũ ⁊ aliarũ rerum. Unde a tergo dicimus a parte posteriore mẽbranę siue papyri aut alteri⁹ cuiusq; rei. Iuue. Scriptus ⁊ a tergo necdũ finitus orestes Hinc postergo gas: ⁊ tergiuersor. Aliquando tamẽ tergum pro tergore ponitur. Virgi. Mercatiq; solũ facti de nomine byrsam Taurino q̃tum possit circũdare tergo. Item pro scuto: quoniam scuta pellibus tegi solẽt. Idem. Et tergo decutit hastas. Et tam tergus q̃ tergum a terendo dici videnẽ: quoniam vehẽdis oneribus teruntur.

Tergiuersor fallo ⁊ dicta muto: Aliquãdo etiã cõtradico: quasi terga verto. Nã vertere terga fugere est: quod ⁊ terga dare dicimus. Plau. Quid expectas? quid tergiuersaris? Proprie tamen tergiuersari est eorũ qui terga vertentes: adhuc tamen pugnant: nec sese victos rõnibus volunt agnosci. Cice. lib. iij. tusc. Quid tergiuersamur epicurę? nec fatemur eã nos dicere voluptatẽ quã tu idem cum os perfricuisti soles dicere. i. dissimulam⁹ et subterfugimus. Antiqui tergiuersatorem dicebant bouinatorem. Iurisconsulti accipiunt tergiuersari pro in vniuersum ab accusatione desistere.

Terror timoris incussio. Cice. lib. iiij. tus. Que aũt subiecta sunt sub metu: ea sic diffiniunt. Pigricia metum consequentis laboris terrorem metum concutientẽ. Ex quo fit vt pudorem rubor: terrorem pallor: ⁊ tremor ⁊ dentium crepitus consequatur. Seruius inter terrorem ⁊ metum sic distinguit: ꝙ terror proprie sit qui aliis infertur: vnde ⁊ terribilis dicitur. Metus: quem habent timentes: licet aliquãdo terror pro metu ponatur. Virgilius. Qđ si tantus habet mentes ⁊ pectora terror.

Terreo es rui itum: timorem alicui incutio. Hierony. ad Helio. Nolo te antiquę peregrinationis terreat difficultas. Huius composita absterreo: conterreo. Columella in pręfa. Qui tam varie tanq; vaste scientie desperatione conterriti nollent experiri: qđ se asse qui posse diffidẽt. Deterreo: exterreo: perterreo eiusdem significationis.

Territo as pe. cor. frequentatiuũ. Terẽ. in. And. Dii te eradicent ita me miseram territas.

Terrefacio terrore afficio: a quo terrificus a um: qđ terrorem facit: cõpositũ est pterrefacio.

Terricrepus a um pe. cor. terribiliter seu cũ terrore increpans. Aug. lib. viij. confes. Que iste senex ore terricrepo tot annos defensitauerat.

Terribile formidabile atq horrendū.

Terriculamenta terrores sunt & formidamina.

Terebinthus arbor nigrū lignū cum splendore preferens: habensq soliditatē in buxi speciē. Virg. lib. x. Inclusum buxo aut erithia terebintho. Ex hac terebinthina resina: quā nos teremētinam appellamus. Pli. Terebinthinā in sartagine referuēti hāc ceterī preferentes. Terebinthus mascula & femina est. Mascula sterilis. Femina duplex est. Alteri rubet fruct⁹ magnitudine lentis. Alteri fructus pallet et cū vite maturescit resinosus.

Tereus: rex thracum Martis ex Bistonide nympha filius. Ouid. lib. vi. me. Et genus a magno ducente forte gradiuo. Lege fabulam.

Terpsichore penul. cor. fuit vna ex nouem musis: vide in dictione musa.

Terpsicerotes penul. pro. ductū nomen a modulatis: et quasi ad lyram compositis cornibus.

Terentū locus in cāpo martio ꝙ in eo ara ditis patris in terra occultaretur. Erat hic locus diti ac ꝓserpine sacer: in quo omniū qui nascerent aut morerent noia scribi solebant, quotiēs ciuitas lustrabat. Mar. Bis mea romano spectata est vita terento: Et nihil extremos perdidit ante rogos.

Ter aduerbiū nūerale: seu ordinale: vt bis/ter/quater. Hinc tertius a. um. a q̃ fiūt aduerbia tertio: & tertiū.

Tertio as. q̄si tertiā facio: siue diuido. Col. lib. ii. Sed iugerū talis ager q̄ttuor operis expedit. Nā cōmode ꝓscindit duabus: vna iterat tertiat dodrante: in lyrā redigitur quadrante opere.

Thessera latine quattuor dicitur: vnde & id dicit/quod omni ex parte q̄dratū est. Tessere etiā dicunt quib⁹ in tabula lusoria ludit. Sunt eīm quadrate et puncta habent: et cū iaciunt in quācunq partē incubuerint immotā habent stabilitatem. τεσσαρα .i. quattuor Cice. in Cato. Nobis senibus ex lusionibus multis talos relinquant & tesseras. Hę alio noie quadrātalia dicunt: grece cubi: vt Gellius & Macro. scribūt: inde cubicum corpus. Talus est quattuor laterum et concauus ad similitudinē tali qui est os in articulo pedis ventre eminens concaua vertebra ligatus quadratus forma: altera parte concauus: altera fere planus. Estq in posteriori suffragine dūtaxat: nūq̄ in prioribus pedibus: nec ē homini aut aliis animalibus habentibus digitos: nec solidas habentibus vngulas: sed tm̄ bisulcis. Ex iactu talorū varia puncta fiebant. Nam latus quo vnitas significabatur: canis siue canicula appellatur in quē conuerso talo deponebatur: ab eo qui iactauerat nūmus vnus sine aliquo lucro. Idcirco canis damnosa vocat. Ouid. Quid valeāt tali quo possis plurima iactu. Figere: dānosas effigiasq canes. Eius oppositū ven⁹ dicit: seu cous significans septenariū numeꝝ. Et is qui talorū iactu hunc numerū reddidisset sex lucrifaciebat. Preterea quicquid esset canicule iactu erasum. Alia duo latera Chius et senio dicunt. Ternariū ille: hic quaternariū significans. Nā binarius et quinarius numerus in talis non erat. Chius tris nūmos lucrabatur: senio quattuor. Ideo dexter hoc est felix et ꝓpitius dicebat. Persius. Quid dexter senio ferret: Scire erat in voto. Suet. de Augu. Talis iactatis vt quisq canem: aut seniōē iecerat in singlos talos conferebat in medium quos tollebat vniuersos qui venerem iecerat. Alie quoq in hoc ludi genere differentie fuere: nam & voltorios habebant & herculem basilicū. Plaut. Talos poscit sibi in manū ꝓuocat me in aleā: iacit voltorios quattuor. Talos arripio herculē iacto basilicum. Talus grece: Astragalus: a quo astragaliço talis ludo. Calculus est is quē latronem et latrunculū antiqui appellarunt: iuniores hoc scacum vocitant. Mar. Hic mihi bisseno numerat tessera puncto. Calculus hic gemino discolor hoste perit. Et item. Insidiosorum si ludis bella latronū: Iste tibi geminus miles & hostis erit. Est itē tessera signum bellicum: quod ad pugnam exeūtibus datur scʒ propter confusionē quod & symbolū dicitur: vt in bello Martiī Burdeus In fille Apollo delphicus: in Cesaris venus genitrix. Virg. lib. vii. It bello tessera signum. Liui. lib. vii. Ceteris omnibus tesseram dari iubet. Iteʒ tessera est belli & pacis future signū. Pompo. Q. Mutius missus ad cartaginēses legatus cū essent due tessere posite: vna pacis: altera belli: arbitrio sibi dato vtrā vellet deferre: vtrāq sustulit et ait. Carthaginenses petere debere vtruꝫ mallēt accipere. Ponit nōnunq̄ pro signo frumētario: quo exhibito vnusquisq frumētū pro portione accipiebat a principe: sicut ex more vetusto in patria nostra fieri solitum est ab his qui pauperū curā habent. Nam erogantur signa quedā plumbea quibus exhibitis sigillatim accipiunt certam mensurā farine vel panis vini ve. Sue. in Augu. Ac ne plebs frumentationum causa frequentius a negociis auocaretur ter in annum quaternorum mensium tesseras dare destinauit. Iuuenalis. Sūmula ne pereat: qua vilis tessera venit Frumenti. Hęc tessera etiā frumētatio dicitur presertim cum frumentum erogatur: sic etiā dicūtur tessere nummarie quibus exhibitis summa nummum pręscripta repensari solet. Preterea tessera seu tessella calamus est qui inseritur ramo: quod vero in terra seritur talea vocatur. Plinius. Quidā huic generi miscuere fissurā in viribus exempta cortice tessella surculo a latere plano adigēdo. Itē tessera est lignum vtrinq complanatum in quo numeri describuntur: quod & talea dicitur. Plautus Suam vterq tesseram habet ratio constat: hoc et tesserula dicitur. Pli. Frumenti rationē tesserulis ostēdebat: Et tessere seu tesserule lapilli sunt ad conficienda sternendaq pauimenta. Cic. lib. iii. de ora. Que lepide lexes synthesis cōposite: vt tesserule omnes arte pauimento atq emblemate vermiculato. Item tessera figura geometrica que cubus vocatur: cui⁹ meminit Macro. in primo som. scip. Est et in arithmetica numerus octonarius. Unde Martianus in arith. Si tessera tesseram metitur.

Tessella & tesserula dimi. sunt a tessera.

Tesserarius qui tesseram. i. preceptū ducis per contubernia militū nunciat.

Tesserarius a. um. quod ad tesseras pertinet: vt ludus tesserarius.

Tessellatus a. um. quod tessellis. i. paruis quadratis lapillis intextum est: vt pauimentū tessellatū: a tesseris: quarū forma quadrata est. Sue. de Cesa. Mundiciarū lautiniarūq studiosissimū multi ꝓdiderunt: Quis tenuē adhuc et oberatū in expeditionib⁹ tessellata & sectilia pauimēta circūtulisse. Vitru. lib. vii. Meminit pauimentorū tessellatoꝝ atq sectiliū: scribitq pauimēta sectilia & tesseris structa omēs angulos equales habere debere: et sectilia qm̄ in particulas secta sunt: vt quocunq velis possint circumferri. Erāt & tessellate quedā tunice. Pli. lib. xxxv. Zeusis aureis litteris in palliorū tesseris: intextum nomen suum ostentabat.

Tesseredecas cadis· q̄terdena dicit a tessera quattuor et decas decem. Quidam interponūt syllabam tesseresedecas dicentes.

Testa frustum vasis fictilis: et cuiusq lateris. Plinius lib. xxxvi. Si & teste tuse tertia pars addatur: melior materia erit: vnde & pro calculis ponitur: quos greci ostracos dicūt. Testa quoq dicitur vas figlinum in igne decoctū: quasi tosta: ꝙ e molli creta fabrefacta

torreatur: deinde coquatur. Tibul. Par aluit vites et succos cōdidit vuę. Fūderet vt nato testa paterna merum. Var. de lin. la. Testu indeclinabile pro testa posuit. A testa fit testaceus a. um. quod ex testa est. Pli. Insectorum omnium et quibus testacea operimenta oculi mouentur. Item teste intelliguntur omnes pisces qui duriori cortice tegūtur. Horatius in Ser. Sed non omne mare est generose fertile teste. Testeus a. um. idē quod testaceus: vt apud Hiere. prophetam. Vade et accipe lagunculā testeā a senioribus populi.

Testatim aduerbiū significat cōminutim.

Testus us. tegmen testaceum: sub quo placente ꝛ alia coquunt. Cato. In foco calido sub testu coquito leuiter. Dicit et testū: sicut testus testi. Pli. li. xxxij. Sub greco testo hoc greci vocāt clybanū. Vn̄ panis testuaceus dr apud nos quē illi clybanitin.

Testuacium quod in testu calido coquebatur. Condimentum ex varijs ęsculentis a testu: sub quo calido coquitur vt inquit Var.

Testudo animal quod tarde graditur: et phthysicis lienosis caducisq́ opitulatur: dicta testudo (Varrone teste) ꝙ testa tegatur. Earum genera sunt marine: palustres: terrestres: et lutarie: quę in dulci aqua diuersantur. Hieron. ad presidium. Testudo marina quę est grandis vt insula dum emergit de alto ostendit se in ipō mari tanq̄ petrā: nec se mouet inde quoadusq́ hoīes naues ligēt. Et cū hęc senserit trahit se in altū: sed cum esurierit aperit os et bonum odorem reddit ad quē pisces ceteri colligūtur. Terrestres limacas a limo dicimus. Testudo etiā dicit materia tabulatis contexta ꝛ corijs cilicinis aut centonibus ꝛ alijs quę difficulter comburi possunt contecta. Hęc intrinsecus habet trabem que vnco q̄figebat ferro: et falx vocabatur ab eo ꝙ incuruata esset ꝛ de muro extraheret lapides. Retro eī ducebatur trabs funiculis suspensa vt reducta impetuosius feriret. Ideoq́ et testudo dicta a similitudine reptilis: ꝙ caput nūc exerat: nūc reducat Syrius. Tandem condensis arcte testudinis armis. Subducto peni vallo cecaq́ latebra Pandūt ꝓlapsam suffossis mœnibus vrbē. Hoc etiā instrumentum arietem appellant: ab eo ꝙ aries fronte. i. capite pugnat. Rursus testudines dicūtur loca in ędificijs camerata ad similitudinē aquatilium testudinum que duris tergoribus sunt ꝛ incuruis: q̄ ideo in tēplis sic fiunt vt simulachri imago cęli reddat imaginem quod constat esse conuexum. Virg. Tum foribus diue media testudine templi. Hinc et scuta dicuntur testudines que sint in testudinum modum curuata. Nam in armorum generibus milites plerunq́ sumunt ab animalibus nomina. Item testudo lyra dicitur: quoniam mercurius citharam de testudine sicca meditatus est vt Hygi. refert. Hor. O decus phebi ꝛ dapib⁹ supremi grata testudo Iouis o laborū dulce lenimen.

Testudinatum tectū: quod est deuexum in. iiij. partes: sicut pectinatū in duas. Vict. lib. ij. Tecta recidētes ad extremos transtra traijciunt gradatim cōtrahentes et ita ex quattuor partibus ad altitudinē educūt medio metas quas luto ꝛ fronde tegentes efficiunt testudinata tecta.

Testis generis communis: qui testimonium profert: ab eo dictus ꝙ tueatur statum causę: vel ꝙ ante stet quasi antestis. i. ante stans. Hiero. ad Eusto. neutro generi iunxit: cū inquit. Nec vero inanis sopor: aut vana somnia quibus sepe deludimur teste est tribunal illud ante qđ iacui: iudicium teste est quod timui. Testis vō pro testiculo mas. ge. est: dictus ꝙ virilitatis testis sit. Iuv. Magnis testibus ista res agetur. Contestes qui idem testificantur.

Testiculor qđ et testillor dr: significat sumētis manib⁹ feminas vel feminis mares admoueo.

Testor aris. testimoniū dico. Virg. Testor in occasu vestro. Aliquādo testem facio: vel in testimoniū adduco: ꝛ alterius implorato testimonio assero. Virg. Vos ęterni ignes et non violabile vestrū Testor numen ait. Hier. in paulo: Quod ne cui impossibile videatur dominū Iesum chrūstū testor: ꝛ sanctos angelos eius in ea parte eremi quę iuxta syriā sarracenis iungitur et vidisse me monachos et videre e quibus vnus . xxx. iam per annos clausus ordeaceo pane et lutulenta aqua viuit. Interdū testari est precari quia precando solemus numina adhibere. Plaut. Ipsus tete p superos oīs testaf. Et testari testamentū facere: hoc est voluntatē supremā testificari: quia in eo testatus est quid velit. Unde apostolus. Testamētū in morte confirmatū est: Alioquin nondū valet dum viuit qui testat⁹ est. Sciendū ꝙ a testor quādo significat testimonium fit testificor: quādo vero significat testamētū condo fit testator et testatrix: qn̄ significat precor fit ab eo obtestor et detestor. Hutus vbi composita sunt Attestor quod est testimoniū adduco/ confirmo. Vn̄ attestata fulgura dicta sūt: que iterato fiebāt: videlicet significationē priorū attestātia. Plau. in persa. Nōne attestaris? tua ne ego causa carnufex cuiq̄ mortali libero aures atteram. Contestor: testē facio: testē inuoco: vel testificando certifico. Cice. L. Flacco. O nox illa quę pene ęternas huic vrbi tenebras attulisti: cū galli ad bellū catilina ad vrbē coniurati ad ferrū ꝛ flammā vocabant: cū ego te Falce celū terramq́ cōtestans. Idē Apio. pul. De me tibi sic contestans oēs deos ꝓmitto ac confirmo. Aliquādo contestari est ꝛ cōtra testari. Hiero. in exod. Qr si bos cornupeta fuerit ab heri ꝛ nudiustertius: et contestati sunt dominū eius. Lactā. lib. vij. Sacris litteris contestantib⁹ non resurrecturus esse impios in iudiciū. Et ratione ꝓpositionis con pōt significare simul testari sicut et cōtestes. Contestari litē quid sit vide in ordine litterarū. Detestor: obtestor vehemēter precor. Protestor qđ est cauendū ꝛ que fieri non debent manifeste denūcio.

Testatus qui testamentū cōdidit. Cuius contrariū est intestatus: qui testamentū non condidit. Unde et ab intestato dicim⁹ aliquē diē obijsse. Et in significatiōe passiua Testatus dr apertus vulgatus ab omnibus cognitus ꝙ id quasi omnes testenf. Cice. Curi. Aut certe testatū apud animū tuū reliquerā qđ senserim. Hinc testatior et testatissimus. Augu. lib. viij. con. Stupebamus audientes tā recenti memorię ꝛ ꝓpe nostris temporibus testatissima mirabilia tua in fide recta Hircius. Qua notior testatiorq́ virtus esset.

Testator qui testamentū fecit: vt est apud apo. Ubi testamentū mors necesse est intercedat testatoris.

Testatio ꝛ testimoniū ꝓprie sunt testium dicta.

Testamentū dictū est quod sit volūtatis nostre veluti testimoniū: vnde ꝛ vltima volūtas appellaf. Vlpia. Testamentū est volūtatis nostre iusta sententia de eo qđ post mortē fieri voluerimus. Et ꝓprie qđ pfectū est testamentum dicif: sed abusiue quoq́ testamenta appellam⁹ ea quę falsa vel iniusta vel irrita vel rupta: itemq́ imperfecta sūt. In sacris quoq́ lrīs oē pactū ꝛ placitū testamentū dicif: vt in ps. Aduersum te testamentū disposuerūt: sic Laban et Iacob testamentū fecerūt quod vtriq́ inter viuos valeret.

Testamentarius qui testamenta falsa conficit. Cic. lib. iij. offi. Non de sicarijs veneficijs: testamētarijs furibus peculatoribus hoc loco differendū est.

Testamentarius a. um. quod ad testamentū pertinet. Unde testamentarie tabellę.

Testo is. si. sum. i. spolio/ nudo. Plau. in am. Illic nos

vult me de vno pallio detexere. Virg. Dum texet imaona Alesus. Alii texit legunt enci. x.

Textiumlicũ: vide in dictione Licia.

Tetanotra eiusdem forme sunt: cuius & psillothra: sed psillothris ad pilos vellẽdos: tetanothris ad erugã/dam extendendamq; in facie cutẽ vtimur.

Tetanici a tetano morbo dicti sunt: cũ musculi qui pm spinam sunt: rigent ita vt se inflectere nõ possint. Id cuz anterior pars afficitur: vt si mentũ pectori anne/ctitur Emprosthotonus cũ posterior Opisthotonus vel caput scapulis: Cũ ṽo ambe rigent ex equo teta nos vocatur: vel ceruix recta & immobilis intendit: etiã si vt ait Celsus quidã min⁹ subtiliter et discrete his noibus vtuntur.

Teter a. um. dicitur quod est malũ/fedũ/ pollutũ/cru/dele/et insuaue: tum ad mentẽ ptinẽs: tũ ad ceteros sensus. Vt tetra belua: teterrimus hostis: teterrimũ facinus: teterrima mens. Item tetro aspectu: tetra voce: tetro tactu.

Tetro as. fedo: seu horridũ/obscurum ve facio. Pacu. Beluarũ ac ferarũ aduentus loca tetret.

Tetra grece latine quattuor: e qua dictione multa com ponuntur.

Tetradoron quattuor palmarũ. δωροσ (enim palmus. Plini. libro. xxv. Greci antiqui dorum palmam vocabant.

Tetragrammaton quattuor litterarum. Gramma enim littera dicitur.

Tetragonus penultima cor. quadrus/quadrãgularis: tetragonismus quadratio.

Tetrametrũ penul. cor. metrũ quattuor pedum.

Tetrarcha qui quartã regni partem detinet: grece τε/τραρχησ dicitur.

Tetraplasius quadruplus.

Tetrastichia ordo ex quattuor.

Tetraones inter genera anserũ. Pli. lib. x. enumerat.

Tetrici penulti. cor. hoies tristes ac seueri a sabinorũ mõte tetrico dicti: qui asperrimus est: Virg. lib. vii. Qui tetrice horrentis rupes montẽq; seuerum.

Tetrinnare propriũ est anatũ natantium: vt illud In fluuiisq; natans forte tetrinnat anas.

Tettigometra cicade mater. τεττιξ enim cicada μητρα mater.

Tethippobate teste Herod. sunt populi in Lybia.

Tethys tethys & tethyos: celi & veste filia coniunx ne/ptunni et nympharũ mater: vt inquit Sal. ad Oui/diũ libro. iiii. fast. Videtur sentire illam fuisse tytani filiam: qui fuit saturni frater natu maior. Ait enim: Duxerat oceanus quondã titanida tethyn: vnde et oceani vxorem illã fuisse constat. Que q̃nq; pro mari ponitur. Thetis cum h. in prima & i. latino facit gtm thetidis p Pelei thessalie regis vxore: nerei marini dei filia: et achillis matre. Tethys autẽ maior filia fuit terre et celi. Hesiodus in theogonia. τηθυν τε/ραιτειρην τουσ δε μεθο πλοτατοσ γενετοκρ/ονοσ αγκυλομητησ δεινοτατοσ παιδον.

Teucer qui & teucrus nomen pprium troianorũ regis quo etiã noie dictus est telamonis filius. Teucer a. um. idem qd troianus: vt est apud Virg.

Teuchos latine vas: instrumentũ: volumen liber: hinc pentateuchus.

Teuta regina illiricorũ que ob castitat. meritũ meruit vt longo tempore viris fortissimis imperaret: et ro/manos sepe frangeret.

Teutates pe. pro. lingua gallica dict⁹ est Mercurius: qui ab illis humano sanguine placabat. hũc Plato inuentorẽ fuisse geometrie & astronomie atq; talorũ scribit Luc. lib. i. Et quibus immitis placat sangui/ne diro. Teutates horrensq; feris altaribus hesus. Lactan. lib. vii. Galli hesum atq; teutatem humano cruore placabãt deos: qui sane feralis ritus diu simi liter apud Italos stetit qui latialẽ Iouem & saturnũ humana placabant hostia.

Teutrania vt inquit Plini. lib. v. Troadis pars est in mediterraneo.

Texo is. texui textum: proprie telam struo. Terenti. in heau. Texentẽ telã studiose ipsam offendimus. Per translationẽ texere ponit p cõponere/facere/fabrica re/scribere/ colligare: vt historiã/ tabellas: et hmõi. Hier. in plo. lib. Re. Et q̃ diuerso scribant metro tamẽ eiusdẽ nũeri texunt alphabeto. i. componũtur vel colligant. Aliq̃n p ornare/proferre: vt neglectũ crinẽ more texere: et alia hmõi. Huius cõposita sunt Attexo qd est appono. Aug. lib. xv. de ci. dei. Nam oĩa q̃ gesta narrant aliqd etiã significare putanda sunt sed pter illa q̃ aliquid significãt etiã ea q̃ nihil significãt attexunt. Cõtexo cõpono/coniũgo. Virg. lib. ii. Cũ iam hic trabibus contextus acernis staret equus. Detexo qd textũ erat destruo. Interdũ etiaz valde texo/finio/perficio. Virg. Viminib⁹ mollig; paras detexere iunco: nam de nõ minuentis est: sed augentis inquit Ser. Intexo intus texo/innecto/in/uoluo. Virg. libro. iii. Geor. Atq; purpurea intexti tollant aulea Britanni. i. intus texti. Et libro. ii. Illa tibi letis intexit viribus vlmos. i. innectit. Pretexo ante texo. Retexo & subtexo quod est iuxta: seu subt⁹ texo. Pli. lib. x. Quapropter vt ingeniorũ q̃dictorũ ita & reliqua subtexet dissertatio.

Teudamedus nomen patris pelagi: vt inquit Home. (libro. ii. Ili.

Textim aduerbium. i. texendo.

Textilis & hoc textile penulti. correpta: quod texendo factum est: vt textilis corona: et textilis vestis: ante cuius vsum fuit nexilis vestitus: vt docet Luc. Nexi lis ante fuit vestis q̃ textile tegmen: egypti primi in/uenerunt textilia.

Textor & textrix qui vel que texit. Textricula diminuti uum a textrix.

Textura opus siue actus ipse texentis.

Textrina penultima cor. locus in quo texitur: quod et textrinũ dicitur. vnde Cice. accusat Verrem q nulla domus in sicilia locuples fuerit vbi ille non textrinũ instituerit. Interdũ etiã textrina dicit ars: seu sciẽtia texendi. Pli. lib. xi. Quã nõ ad hoc videtur ptinere crebra tapetitas tele & quedam politura artis ipsa g se tenax. xx. textrine.

T Ante H

Thalamus penulti. cor. coniugis vtriusq; cubiculum: hinc epithalamium.

Thales fuit vnus ex septẽ grecie sapientibus: qui codẽ tpe in grecia fuerũt: hic obiit cũ certamen spectaret estu ac siti fatigat⁹: hic fuit geometrie penes graios primus repertor: et nature rerũ certissimus explora/tor & astroz peritissimus contẽplator qui reperisse fert tẽporũ ambitus: ventoz flatus: stellarũ motus: tonitruũ sonora miracula: syderũ obliqua curricula: solis annua reuerticula. Eius illud est cũ forte inter/rogaret quid esset difficile: seipsum nosse. Illud q̃q; cũ sciscitaret quomodo optime iustissime viueremus: si q̃ in aliis reprehendimus: ipsi nõ faciamus.

Thallassicus color: qui similis est fluctib⁹ marinis gre ci enim thallassan mare dicunt. Plau. Nescio quis te cũ incedit ornatu quidẽ thallassico.

Thalassometra dr maris mensor. Amb. lib. hexa. Geo metrã audiuimus thalassometrã nunq̃ audiuimus

Thalassio carmen nuptiale ita dictũ a voce: quã in nu/ptiis afferebãt: que erat thalassius: lege Liuiũ. Var/ro. scribit thalassionẽ in nuptiis signum esse lanificii thalassionẽ enim vocabant quasillum vas lanificiis aptũ. Pluta. ṽo hanc in nuptiis vocẽ primo habitã fuisse affirmat: q greci thalassion lanificium vocant

ea ratione vt prouocarentur virgines ad opera: et potissimum ad lanificia.

Thalia cum accẽtu in antepenul. a θάλλω germino: vel vireo: quoniã in lõgum tempus poetarum laus parta virescat: nam grece θαλια cum accentu in pe. vna gratiarum.

Thali dicuntur in porris ⁊ cepis ⁊ allio medij stipites θαλλειν: id est virescere: vnde et pro germine arborum ponitur

Thalestris regina amazonũ: quã alij minithea vocant. Hec cũ trecentis mulieribus occurrit. xxv. dierum inter confertissimas gentes/ itinere facto Alexãdro in hyrcania res gerẽti vt liberos ex rege susciperet: ⁊ vt visa est vterũ implesse discessit.

Thanatos latine mors: a quo athanatos immortalis. Est et thanatos insula in oceano gallico Britannie proxima (vt Solinus refert) frumẽtarijs campis felix. In ea nullus anguis viuere potest: quin asportata alicunde terra angues illico perimit dicta thanatos a morte serpentium.

Thasium genus vini a thasso insula maris egei vna ex cycladibus que a thaso phenicis filio qui eam incoluit dicta est: vel a thasone neptũni filio. Sic thasse vites. Virgili. libro. iij. geor. Sunt thasse vites sunt ⁊ mareotides albe. Et thasia nux q̃ amigdala a thaso thracie insula.

Thasij populi in thaso habitãtes: fuit hec insula aurea vocitata ꝓpter aurum: qđ illic effodiebatur.

Thauma apud grecos miraculũ et admirationẽ ſcat.

Theatrum latine visorium a Cassiod. speculatorium a Cipriano dicitur a θεαομαι: qđ est video ꝙ turba cõueniens eminus videat et videat. Est autẽ edificiũ in hemicycli speciẽ factũ ad videnda spectacula idoneũ. Aliqñ tñ ponit ꝓ spectaculo. Mar. Quicquid in orpheo rodope spectasse theatro: Dicit exhibuit Cesar arena tibi. Aliqñ ꝓ multitudine spectante: vt magno theatro hec acta sunt. i. multis spectãtibus.

Theatricus a. um. nomen possessiuũ. Augu. lib. iij. cõ. Rapiebant me spectacula theatrica plena imaginibus miseriarum.

Theatralis ⁊ hoc le. idẽ qđ theatricus: seu qđ ad theatrũ ptinet. Unde dicimus theatralia spectacula.

Theatridion dimi. forma greca a theatro. Var. lib. iij. de re rust. Inter has exteriores gradatim substructũ vt theatridion auiũ mutuli crebri in omĩbus colũnis impositis sedilia auium.

Thebe es. ⁊ theba e. ⁊ thebe arũ. Ouid. de fine. Quid referam asopon quam cepit martia thebe. Sta. lib. viij. the. Viue superstes ait direqꝫ ad menia thebe Solus abi. et lib. xj. Aut danais adũce rogos aut p̃lia thebis. Nomina quarundã vrbiũ: quarũ vna fuit in egypto: a busyride egypti rege condita: que grece heliopolis. i. solis ciuitas/ ãbitu. cxl. stadiorꝫ vt refert Herod. Urbs insignis publicis priuatisqꝫ edificijs: quã Plinius totam pensilem fuisse scribit: que centũ portas habuit: in quarũ singulis memorat. cc. custodes excelluisse equis et curribus: subter quam reges soliti erant maximos exercitus armatorum educere nullo ex oppidanis id sciente. Iuuena. Atqꝫ vetus thebe centũ iacet obruta portis. Ab hac (teste Pli. lib. xxxvj.) regio thebaica ethiopie contermina cognoiata est. A qua thebei cũ diph. et fructus palmarum eius thebaides ⁊ thebaice dicunt a Plin. Alia thebe fuit in boetia a cadmo agenoris filio condita quã amphion muris ornauit. Bacchi ⁊ herculis clarissima patria: ab Alexandro magno postea euersa: que et draconigera dicit: quia a cadmo cũ quinqꝫ viris ex dracone ab ipso interfecto natis ꝯstructa fuit. Var. tñ lib. iij. de re ru. scribit hanc vrbẽ ab Ogyge edificatã. Ab hac thebani dicti sunt. Hanc heptapylos vocat Apulei⁹ ab eo ꝙ septem portas habebat inclyta duobus ducibus Epaminunda ⁊ Pelopida. Hec etiam dicta fuit Dircea a dirce fonte. Unde et a statio dirceus ager thebanus vocat. Hinc pindarus poeta lyricorum princeps habuit ortum. Bacchus in aphrica vrbẽ condidit thebas. vñ Hiero. in con. epistole ad gala. Preterea thebas liberi q̃s in aphrica cõdidit: q̃ ciuitas nunc thebestis dicit. Alia in thessalia: a qua etiã thebani ⁊ thebei. Fuit ⁊ thebe in italia ciuitas. Fuit et alia thebe Homero teste in cilicia Andromaches vxoris hectoris patria. Unde Ouid. Nec cruciere minus ꝙ̃ cum thebana cruẽtũ Hectora thessalico vidit ab axe trahi. Alia fuit in lucania ab Ionijs colonis cõdita: quã interijsse auctor est Cato. Fuerunt ⁊ thebe corsice. Est ⁊ thebe nomẽ virginis e cuius gremio gemine columbe: vt est in fabulis cum euolassent: altera ad hãmonis fontẽ tetendit et ibidem respõsa dedit: altera ad siluã dodoneã vbi futura mortalibus ꝓcinuit.

Thebais idis. vel idos. Et hec thebaida de. ab accusatiuo greco formatũ nomẽ sicut persis ⁊ persida egypti regio thebe a denoiata. Quod nomẽ potest esse patronymicũ a thebe. Quo noie etiã appellatum est Statij opus: in quo de thebis tractat.

Thecla nomẽ ꝓpriũ mulieris sanctissime.

Theca vagina/ sepulchrũ/ loculus.

Thelphusa vrbs prope orchomenum archadie a thelphusa ladonis filia nomen habens. Telphussa vero sine h. et per duplex ss. alia vrbs in archadia telphusium: siue tilphossium est in boetia vbi laudatus bacchus est a pindaro.

Telphissa: fons cuius aque frigus tiresias vates cum senex potasset ⁊ ferre nõ potuisset extinctus est.

Thema atis. latine positũ seu positio dicitur.

Themistocles: nomẽ viri atheniensis clarissimi hic cũ ab ingrata patria exul factus esset ⁊ a xerse princeps exercitus aduersus athenienses magno cuꝫ honore creatus: cũ videret patrie sue ingentis cladis periculum imminere hausto tauri sanguine seipsum interemit: ne aut regi de se merito infidelis esset nõ pugnãdo viriliter: aut patrie sue hostis atqꝫ oppugnator videret. Vide plutarchũ.

Thense vt docet Asco. sunt sacra vehicula pompa ordinũ ⁊ officiorũ: sic dicte ꝙ ante eas lintea tendũtur que gaudẽt manu tangere qui deducat: vl̃ απο του θειχω: id ẽ are diuina. Et sic per th. scribitur. Cic. de haruspicũ responsis. Te appello lentule cui⁹ sacerdotij sunt thense curricula ꝓcentio ludi libationes. Liui. lib. v. Que augustissima vestis est thensas ducentibus triũphantibus ve ea vestiti medio edium eburneis sellis sedere.

Theoria cum accentu in penul. latine speculatio et intellectus dei. Hinc theoreticus speculatiuus. Grece enim θεαομαι considero/ cõtemplo. Ambro. libro hexa. Namqꝫ istarum artium alie sunt actuose: que sũt in corpor/ motu aut sono vocis. Alie theoretice: que vigorem mentis exercent. Idem ad simplicia. Ubi legis diuine precepta numerauit: atqꝫ annunciauit populo theoriam: postea intelligibilis illi⁹ arce testimonij: vel candelabri vel thymiamatis locutur⁹ immolauit hostias.

Theorema atis. speculatio.

Theoresis: contemplatio.

Theos deus. A quo multa per cõpositionẽ fiunt.

Theologia ratio siue sermo de diuinitate.

Theoleptus numine afflatus.

Theodectes nomen phi discipuli Aristotelis: cui oratorie artis libros donauit. Ut eos tãqꝫ suos ederet. Hic fertur multe memorie fuisse.

Theomachus penulti. cor. deo repugnãs latine dicit.

Theomenia ira diuina.

Theogonius genitus ex deo.

Theophrastus phs fuit ex cresso Lesbi oppido tyrtamus initio vocat᷑. Hic peripateticoꝝ eloquẽtissim᷒ doctissimusq̄ fuit: qui ex diuinitate loquendi nomen inuenit. Hic dicere solebat doctũ hominẽ ex omib᷒ solum neq̄ alienis locis peregrinũ esse: neq̄ inopem amicorũ. Dictus theophrastus: quasi diuina eloquẽtia: a theos deus: phrasis eloquentia.

Theophilus nomen propriũ: quo significat᷑ dei amor: theophiles pius amans deorũ.

Theosebia pietas cult᷒ dei: theosebes pius religiosus

Theotocos deũ pariens: genitrix dei.

Theodorus cũ accentu in penul. propriũ nomen viri: quasi donũ dei.

Theodosius nomẽ proprium duorũ Ro. principum.

Theopompus nomẽ ꝓpriũ tragici: et oratoris. Quo noie etiã dictus fuit vnus Spartanoꝝ. Cuius meminit Quintil. et etiã Ualerius maximus.

Theognis fuit poeta grecus: de quo Plato in libro de legib᷒: cui᷒ opus incipit. ω αναλητου υιε Διοσ τεκοσ ουποτεσιο λισομαι αρχομενοσ: ου δεαποπαυομενοσ.

Theon nomen pictoris samij: de quo Quintili. lib. xij. de insti. ora. Alter mathematicus qui scribit de spiritibus ad Ptolomeũ astrologũ. Alter etiã interpres Apollonij rhodij.

Thera insula sub euboea iuxta atticam. de qua Plini. libro. iiij. Protinus ab Io. abest thera. xv. millibus passuum. In ea est Eleusis ciuitas: vt lib. iij. Ptole. refert. ab Herod. thera ponitur insula lib. iiij. quam Iusti. putat therãnen: alij corsicam.

Theriace siue theriaca: a qua et theriaci pastilli nominantur quod e viperarũ carnibus constent: aut certe contra bestiarum venena ꝓficiant. Dicta απο του θηριακη: hoc est a feris siue beluis vocitata ꝙ hec cõpositio aduersus om̄es beluas venenatas instituta sit: admiscentur ei viperine carnes. Hanc vulgus tyriacam a tyro serpente appellat.

Theriotrophion locus vbi fere aluntur. Uarro libro. iij. de re rust. Silua erat supra quinquaginta iugerũ maceria septa quod non leporariũ sed theriotrophiũ appellabant falso.

Theristrum velamen vel vestis tenuis: qua vtebantur mulieres palestine. Hierony. in Gñ. Que depositis viduitatꝭ vestib᷒ assumpsit theristrũ. Et apud Esaiã. In die illa auferet dñs ornamenta calceamentorũ ⁊ palliola ⁊ linteamina ⁊ theristra.

Terme inuente sunt ad excutiendũ de toto corpore sudorem. Sunt eñi balnea ea certe loca: que aut calentibus aquis: aut ipso sine fornice igni calefacto lauãdi sudandi ve vsibus deputata thermas vocauere. Nam θερμον greci calidũ dixerũt a θεροσ estus. Que autem proprie ad sudandum loca habẽtur: ea Seneca i epistolis sudatoria nũcupat. Quid inquit cũ sudatorijs: om̄is sudor per laborẽ exeat. In quib᷒ vero descendimus vt lauemur balneas vocamus et balnearia. Est et therme ciuitas i thracia: vnde thermaicus sinus.

Termopyle penulti. cor. mons longissimus: qui incipiens a leucade in occidente ⁊ in egeũ mare haut lõge a demetriade protẽdẽs fauces habet angustissimas iuxta quas calide aque scaturiunt. Ideo a caliditate portarum nomen inditum est. Pylas enim portas greci nominant: et thermon calidum. Ibi enim sunt: vt inquit Stra. therme. i. calide aque herculi consecrate. Liui. lib. xxxvj. scribit iugũ thermopylarũ ita mediam greciam dirimere vt apẽnini dorso Italia diuiditur. Et quia calide aque in ipsis faucibus sunt: Ideo inquit: Thermopile locus appellatur nobilis lacedemoniorum aduersus persas morte magis memorabili ꝙ pugna.

Termopoliũ: locus vbi calida excitamenta ⁊ potoria venduntur. Plau. in Cur. Tum isti greci palliati capite operto: qui ambulant semper videas bibentes in thermopolio.

Thermifacio significat esculẽtis atq̄ poculẽtis ingurgitatis ⁊ exhaustis in thermopolio calefacio. Plau. in St. Me hercule vero eo q̄rum potest iam ne exta cocta sunt: quod thermifecerat.

Thermodoon siue thermodon cappadocie fluuius: q̄ est regio asiatica: vt Pli. Stra. et Iustinus tradũt. Iuxta quem olim Amaçones consederũt. Quarum regina: vt Diodo. refert in ostijs thermodoontis vrbem condidit. Themiscirã nuncupatã prius Onycacha: postea Cesaream. Est etiã thermodon oppidũ cappadocie. A thermodoon fiũt adiectiua thermodoõtius: thermodoõteus: et thermodoõtiacus. Uñ pugne amaçonũ appellant᷑ thermodoõtiace. Prop. Qualis amaçonidũ nudatis bellica mãmis. Thermodoonteis turba lauat᷑ aquis.

Theron nomen regis hispanie citerioris quasi ardẽs.

Therioma vlcus virilũ internoꝝ ⁊ sedis ⁊ partiũ aliarũ multo ac nigro sanguine mali odoris atra fit caro ⁊ corrodit᷑. Ex quo nasci quãdoq̄ solet herpes esthiomenos (ita vocat᷑ vlcus) q̄ñ serpendo corpus ossa vsq̄ deuorat inequale ac ceno simile.

Therpsicore vna fuit ex nouẽ musis: a τερπομαι: qđ est delector.

Thersilochus nomen viri ꝓprium.

Thersites penulti. pro. fuit grecus quidã vir: quo non deformior alter venerat ad troiã: lingua ve proteruior alter. Iuue. Malo pater tibi sit thersites dũ modo tu sis Aeacide similis.

Thesaurus et thesaurum dicitur. Et est vt Paul. Iurisconsultus inquit vetus quedã depositio pecunie cuius non extat memoria vt iam dominũ non habeat. Sic enim fit eius qui inuenerit: quod nõ alterius sit. Alioquin si q̄s aliquid lucri causa: vel metus: vel custodie condiderit sub terra nõ est thesaurus: cuius etiã furtum fit. Aliquãdo tamen thesaurus dicitur: cuius extat memoria et dominum habet: vt in Euã. Ubi est thesaurus tuus ibi et cor tuum erit. Ponit᷑ interdũ pro loco in quo aurũ vel alia preciosa reconduntur: vt est illud: Et apertis thesauris suis obtulerũt ei munera aurum: thus et myrrham. i. capsis vel vasis. Nonnunq̄ in malũ accipit᷑: vt Plau. in Amp. Qui domi vxorẽ meã impudicicia impediuit teneo thesaurũ stupri. Idem in ru. neutro genere pro auro seu argento posuit: Quicq̄d in est graue q̄dẽ thesaurum: hic ego inesse reor.

Thesaurariũ: locus in quo seruant᷑ thesauri. Aug. sup psal. Inueniũt nũmos ⁊ ponũt in thesaurario.

Thesauriço as. thesaurũ colloco / repono in deposito.

Theseus proprium nomen athenaꝝ regis egei ⁊ ethre filius. Hic virtutis herculee emulus post p̄clara edita facinora extorris patria factus in insulã syrum nauigauit: vbi perijt interemptus a Nicomede: vel vt quidã volunt ex loco edito post cenã deambulando delapsus. Primus istituit athenis panathenea: hoc est cõem celebritatẽ in honorẽ Minerue que grece athena noiat᷑. Idem in Isthmo funebres ludos instituit. Huius gesta natales ⁊ obitũ scripsit Plutarc. De quo scripta fabula ẽ nomine theseis. Hinc illud Iuue. Rauci theseide codri.

Thesis latine positio figura que distinguit sensus orationis per cõmata. i. subdistinctiones quas nos virgula signamus p cola. i. mẽbra: nos duobus pũctis per periodos: id ẽ terminos finita sententia puncto. Dicta positio vel positura: quia punctis positis con

uenientes denotat sensuum partee: vel quia ibi vox pro interuallo dictionis deponitur.

Thessalia regio grecie que sub attica olim cōprehendebatur ex vna parte Boetiam: ex altera macedoniam hñs. Prius hemonia ab hemone rege: et Pelasgis: et conargo atqꝫ hellas. Uñ reges Helenes: vt Pli. lib.iiij. refert. Dicta thessalia a thessalo emonis vel Jasonis ꝛ medee filio. hāc Homerus argopelasgicon nominat. et Stra.lib.x. scribit dictam fuisse priscis seculis pyrrheam a Pyrrha deucalionis vxore. In hac natus est grecus rex: a quo grecia. ibi Deucalion cum vxore pyrrha quorū tēpore (vt inquit Aristoteles) ingens imbriū illuuies maiorē partē populorum thessalie absumpsit paucis qui ad montiū culmina sese receperāt ꝯseruatis: inter quos deucalion parnasum petierat ratibusqꝫ ad se confugientes per summa parnasi iuga benigne fouebat. In thessalia sunt montes.xxiiij. quorū nobilissimi Pieria parens domusqꝫ musarum. Pelion et Ossa gygantū bello memorati. Itē Pindus ꝛ Othrys lapitharꝫ sedes: itē olympus. Flumina in ea vt scribit Herodo. sunt apidanus: enipeus: onochonus: pamisus: peneus: ꝛ phenix. A thessalia fit thessalus a. um. penulti. corr. et thessalicus a. um.

Tessalonica penulti. producta vrbs metropolis macedonie: a qua thessalonicenses dicti sunt populi. Hec fuit patria theodori gaze: qui etate nostra in vtraqꝫ lingua doctissimus habitus est: qui e greco in latinū librum de aīalibus aristotelis traduxit: et alia multa opera edidit.

Thesmophoria cerealia latine est sacra cereris q̄ grece dicit thesmophora: quasi legifera. Prima em̄ ceres leges inuenisse proditur: quia ante frumētū inuentū homines sine lege vagabant: et ex agrorū diuisione primo nata sunt iura. Ouid. Prima dedit leges cereris sunt om̄ia munus. Greci θεσμοφορον legislatorem appellant: et legiferū.

Thespie oppidū liberū in boetia ad radicē parnasi: vt inq̄t Pli. vel vt Stra. inq̄t heliconi ꝓximū: thespias nobilitauit Praxitelis cupido a glycerio meretrice ibi consecrata. Hinc thespiades dicte sunt muse: seu nymphe thespias incolentes.

Thespici populi sunt grecie.

Thestylis nomen propriū mulieris: de qua Virg. in buccolicis.

Thestor fuit vir troianus Calchantis pater.

Thesiphone: vide retro thisiphone.

Theta nomen est lr̃e grece: q̄ vim retinet th. aspirati.

Thetis nomen matris achillis: de qua supra in dictiōe tethys: de nuptiis huiꝰ Luci. facit pulcherrimū dialogū: cuius ꝟba greca ponā multorꝫ loco latinorum ειδεσ ω γαληνη χθεσ οια εποιησ εν η ερισ παρα το δει πνον et subdit μηλον τι παγκαλον φυσ ουν ολον ω γαληνη επεγεγραπτο δε η καλη λαβετω κυλιν δουμενον δε τουτο ωσπερ εξεπιτηδεσ ηκε ενθα ηρα τε και αφροδιτη και αθηνα κατεκλινοντο αη πειδη ο ερμησ ανελομενοσ επελεξετο τα γεγραμμενα.

Theuthras fuit cilicum ac mysorū rex: a quo theuthramia regio: et theuthrana vrbs iuxta pergamū.

Theumesus penulti. pro. mons boetie a quo leo theumesius dictus inaudite magnitudinis: qui omnibus terrore erat: quem Hercules adhuc pene puer occidit: eiqꝫ pellē detraxit: qua postea pro pallio semper vsus est. Est etiā hoc nomine fluuius ꝛ regio et paruum oppidum in thebanis finibus. Hic leo a Joue in celum translatus dr̄: vt glorie herculis cōsuleret: qui eum inermis occiderat.

Theutoni pe. cor. populi germanie qui ꝛ theutones ꝛ theutonici dicunt. Luc. lib. vj. Cantaber exiguis et longis theutonus armis. Hi vt Pomp. scribit loca incolūt prope mare aciacum. Hi duce itheutholoco Romanorū fines inuaserūt: quos Marius deuicit.

Thlasias dicit qui habet testiculos attritos.

Tholus greca dictio: qua significat veluti scutū breue qd̄ medio in tecto ponit in quo trabes coeunt: et ad qd̄ dona suspendi consueuerāt. Virg. lib. ix. Si qua ipse meis venatibus auxi Suspēdi ve tholo aut alta ad fastigia vexi. Quidā accipiunt tholū ꝓ testudine alicuius edificij: siue pro domo rotunda. Ouid. lib. vj. fast. Vox didici curuo nulla subesse tholo.

Thorax latine pectus: vnde ꝛ munimentū: siue laneū: siue ferreum: quo pectus protegit: thorax appellat. Sta. libro th. Propugnat pectora thorax. Julius Pol. scribit thoracem esse quicquid anterioris duntaxat partis colloqꝫ vsqꝫ in coxendicem protenditur quē conficiūt crates costarum. Qui et ολμοσ hoc est mortarium dicitur. Medici tamē in refectionibꝰ humani corporis thoracem accipiunt inane quiddā in pectore extremas costarum partes vtrinqꝫ contingens. Unde legimus Pliniū dicentē. Thoracis vitia purgat: que videlicet intra septa pectoris continentur. et Cor. Celsus docet thoracem tussi obnoxiū. Amb. lib. hexa. accipit pro ea parte in quā alimenta recipiuntur. ait em̄ Thorax vt suscipit alimenta ita superflua ciborum et succos salubres sanguinēqꝫ discernit. Juuena. pro tunica que tm̄ pectus tegit cuiusmodi infantes gestare moris est. Viridem thoraca iubebit. Sue. de Aug. Hyeme quaternis cū pingui toga tunicis: ꝛ subucule thorace laneo ꝛ femoralibꝰ et tibialibus muniebatur. Est etiā quādo thorax turrim significet: et est generis masculini: a cuius accusatiuo greco θωρακα: quidā hec thoraca ce. declināt: vnde thoracatus.

Thoracatus qui thorace indutus est. Plini. lib. xxxv. Parrhasius pinxit nauarchū thoracatū.

Thoa fuit vna ex nymphis filia Oceani: ꝛ tethyos.

Thoas antis. fuit rex in taurica regiōe: de quo Ouid. lib. iiij. de pon. Regna thoas habuit meotide clarus in ora. Nec fuit euxinis notior alter aquis. Alter rex lemni fuit liberi patris filius: et pater Jsiphyles. Fuerunt alij hoc noīe.

Thomas nomen hebraicū viri ꝓprium.

Thon thonos fuit primus: qui apud egyptios medicinā in artē redegit. Alter fuit rex canopi. Thoon ꝓ per geminū oo. fuit vir troianus.

Thoota phorci filia ex q̄ polyphemū neptūnus genuit.

Thous fuit vnus ex principibus troianis.

Thrace es. et thraca e. et thracia Europe regio inter partes scythie posita Macedoniam sequens: que a septentrione Jstrum habet: ab oriente pontum. A meridie egeum mare. Olim scython: postea thracia a thrace Martis filio seu ab asperitate dicta. Grece em̄ θραχυσ asperū dr̄. Est em̄ regio vt Pompo. scribit: nec celo: nec solo tractabilis: et nisi qua mari propior est infecunda frigidaqꝫ. Habet feros homines aspero cultu. In ea sūt vrbes celebriores Apollonia. Enos. Nicopolis. Byzantiū. Perinthos. Lysimachia. Calipolis. Amnes sunt hebrus ꝛ nestos. Montes hemus: Rhodope et orbelos. A thracia fiunt adiectiua thrax: thracus: thracius: et thracēsis. A thrax fit femininū thressa vel thraissa diuisa diphthongo: et adiectiuum thraicus et thraicius. Item a threix quod thracensem indicat fit femininū thressa: et threissa. Et adiectiua threicus: threicius: de quibus habent exempla apud poetas.

Thrasceas ventus qui ꝛ thracias ꝛ thrascias dr̄. Aristo. Post argesten ventū flat thrasceas spirat inter septentrionē ꝛ occasum solstitialem.

Thrasyllus nomen viri propriū: et latine dicitur temerarius audax.

Thrasybulus vir atheniensis: de quo emilius probus ait: ꝙ si per se virtus ponēda sit dubito an hunc primum oīm ponā. Illud sine dubio neminē huic ꝑfero fide: ꝯstātia: magnitudine animi: et amore in patriā. Hic athenas a triginta tyrannis oppressam in libertatem redegit. Fuit ⁊ alius Milesiorū tyrānus.

Thrasymedes fuit filius Nestoris.

Thrasus nomen viri quod apud nos fiduciā significat que grece θρασυσ dicit.

Thrasumenus penul. pro. lacus in agro perusino: quē semel totum arsisse scribit Pli. lib. ij. De hoc Ouid. libro. vj. fast. Sunt tibi flaminius thrasumenaq littora testes.

Thraso nomen viri ꝓpriū apud Terentiū.

Threnos generis neutri: latine dicit lamentū quod in funeribus fit: quo primū Symonides vsus est apud grecos. θρηνοσ enī planctus dr.

Threnodia cantus lugubris.

Thrips tinea: απο του θρηπτειν: qđ significat terere. i. frangere.

Thryus untis. vrbs in helide. A thryunte atheniensi conditore dicta. Est et fluuius helidis qui in alpheū decurrit: de quo Home. lib. ij. Ili. meminit.

Thronus a nostris sedes siue soliū dicitur: Quia in scripturis sacris throni quādoq non pro cathedris sed ꝓ virtutibus aliquib⁹ in cęlestibus: in quibus deus semꝑ sedeat: quasi in quadriga sua ponat.

Thyas bacchi sacrificula.

Thucydides is. et de ꝓpriū nomē historici gręci.

Thyasus saltatio ⁊ chorea dicit: quę baccho exhibebatur a θυω sacrifico. Virg. Instituit daphnis thyasos inducere baccho.

Thyestes fuit filius Pelopis ex hippodamia: et Atrei frater ac tātali nepos: de quo poete scripserūt. Inde thyesteus a. um. Ouid. li. xv. meta. Neue thyesteis cumulemus viscera mensis.

Thyella a nostris procella dr: ponitur q ab Homero pro vna harpyarum.

Thurinus genus est piscis marini. Thurinū oppidum inter duos amnes cratim et sybarim: vbi herod. condidit historiā. Taurini populi sunt: quos Plinius in tertia Italię regione collocat.

Thurion ciuitas fuit in sinu tarentino: que vt quidam putāt etiā thurana vocat

Thunnus per duplex nn. nomen piscis.

Thus ⁊ thuscia: vide in dictione thus.

Thymbra genus herbę aromatice abundātis in phrygia: quā thymalē vocamus. Virg. lib. iiij. geor. Et grauiter spirantis copia thymbre. Herba hęc est calida ⁊ sicca: ⁊ latine dicit satureia: a satyris: ꝙ sint in venerē nimis hęc aialia prona.

Thymbreus apollo dict⁹ est ab agro troie vicino tymbre pleno: in quo eius est nemus et templū. Sane ꝑ e scribitur: quia a θυμβρη. In deriuatione enī η in diphthongū sępius mutat vt αιτνη etneus. Διρκη dirceus. κρητη creteus: vel tymbreus: quasi τοομβραθειοσ: hoc est imbres excitans.

Thymele penul. cor. nomen mulieris: quę prima saltationē in scena docuit. Gręci thymelen scenā vocant: hoc ē eā theatri partē: vbi gestiūt histriones. Mar. Qua thymelen spectas derisorem q latinū. Suidas scribit fuisse aram in theatris thymelen.

Thymelici ludij histrionnes. vnde a Victr. dictum est Sceuici et thymelici grece seperatim nominātur in decretis dis. viii. de conse. sacerdotes admonent de cōuiuio surgere debere anteq̄ thymelici ingrediant

Thymiama atis. odor suauissimus thymi naturā referens. Hoc incendebatur in sacrificijs appellabant q gręci thymiateria vasa odorum: que maiores nostri acerras dixerunt.

Thymus ⁊ thymum herba apibus gratissima. Virg. Dūq thymo pascent apes: dū rore cicade. Macer. Si desit thymus pro thymo ponere thymbrā: Pręcipiunt medici. Sunt autē thymi duo genera albū: scz ⁊ nigrū. Vn̄ bithymū mel quod ex vtroq thymo collectū est. Et thymus vt inquit Iul. Pollux verrucula est ęgyptię fabę magnitudine scabra ⁊ subrubēs sanguine cui⁹ summa pars (vt Celsus inquit) florem thymi repsentat in genitalib⁹ sede feminib⁹ palmis et inferioribus pedū partibus.

Thymallus genus piscis preciosi: de quo Amb. libro hexa. Neq te inhonoratum nostra persecutiōe thymalle dimittā: cui a flore nomē inoleuit: seu ticini vnda te flūinis seu amęni athesis vmbra nutrierit flores. Quid specie tua gratius? quid suauitate iucundius? quid odore fragrantius? Quod mella fragrant hoc tu corpore tuo spiras.

Thyoneus cognomen bacchi qđ a θυω pro sacrifico deductū putant: quod illi adhuc inter humanos versanti sacrificia reddebant.

Thyre ciuitas messeniorū. sed diuus Augustus lacedemonijs ascripsit: ꝙ Messenij cū Antonio sensisse viderent. Papi. Et lacedemoniū thyre lectura cruorē Hinc thyreatice spartanoꝝ corolle quedā appellate. Sciendū est thyre numero plurali/ genere neutro ꝑ sineresin efferri. θηρεα και θυρη etiā si nūero singulari. Thyrea q̄q dici pōt. Stra. thuriā appellat. Est ⁊ thyreum oppidū in archadia: thyre etiā grece latine ostia dicunt. A quo thyridion ostiolum.

Thyrsis nomen pastoris propriū.

Thyrsus virga ⁊ caulis cuiuslibet herbę: presertim lactuce. Pli. Inuentū omnes thyrsos vel folia lactucarum prorogare vrceis conditos ac recentes in patinis. Idem. Folia lactuce tosta thyrsusq ex aceto bibuntur. Aliј accipiunt thyrsum pro hasta aculeata hederis obtecta: q̄s in orgijs bacchicis quatiebant. Tacitus. Messallina crine fluxo thyrsum quatiens. scribit Diod. Dionysium in exercitu habuisse mulieres thyrsis armatas. et Macro. ait Liberum patrē tenere thyrsum: quod est latens telum: cuius mucro hedera lambente protegitur. Vnde thyrsigerus dictus est bacchus. Seneca in Medea. Candida thyrsigeri proles. Lucretius accipit thyrsum pro furore seu ardore ⁊ instinctu: cū ait Percussit thyrso laudis spes magna meū cor.

Thysbe thysbes vel thysbe es. nomen puellę babylonice: de qua Ouid.

Thyssagete populi fuerēt in scythia vltra sauromatas. In horū agro sunt q̄ttuor fluminai videlicet Lycus: oarus: tanais: et syrgis.

T Ante I

Tiara generis feminini penultima producta ornamentum capitis persicaꝝ prius mulierum. Quo postea vsi sunt reges ⁊ sacerdotes. Iuue. Et phyrigia vestitur bucca tiara.. Virg. per vsurpationē dixit. Sceptrumq sacerq tiaras. Hier. ad Fabiolā. Quartū est genus vestimenti rotūdū pileolum: quasi sphera media sit diuisa: et pars altera ponat in capite. Hoc greci ⁊ nostri tiaram nonnulli galerum vocāt. Non habet acumen in summo: nec totum vsq ad comas tegit: sed tertiam partem a fronte inopertam relinquit: atq ita in occipitio vitta constrictus est: vt non facile labatur ex capite.

Tiatira: vrbs in mysia ad sinistrā caici fluminis partē: quę fuit vna ex septē ecclesijs: ad quas Ioānes apostolus scripsit apocalypsim.

Tibia ꝓprie os cruris oppositū sure. Itē instrumentū

musicum quo tibicines canunt: sic dicta q primo ex gruum tibus facta sit: a quibus nomen habet cum ex harundinibus facta sit. Hora. Tibia non vt nūc orichalco iuncta tubeq.

Tibialis ꝛ hoc tibiale: quod est idoneū ad tibias faciēdas. Plini. Tertia harundo est tibialis calami quā auleticon vocant.

Tibialia substantiuū dicunt velamēta tibiarum quin etiā arma quibus crura muniunt tibialia vocantur. Sue. de Augu. Hyeme quaternis cum pingui toga tunicis ꝛ subucule thorace laneo ꝛ feminalibus ꝛ tibialibus muniebat. Paulus Iurecō. Si tibiale vel humerale miles alienauit castigari verberib⁹ debet.

Tibicen penul. pro. qui tibia canit. Dicit et tibicina fe. genere. Gel. Feminas etiā tibicinas in exercitu habuit. Marti. Ebria nos madidis rūpit tibicina buccis. Et tibicines in edificijs appellant columnelle quibus rustici tecta sua fulcire solent a similitudine tibia canentiū: qui vt cātātes sustinēt: ita illi edificiorꝫ tecta: nec hꝫ in hoc significato nisi ablatiū in singlari. Iuue. Nos vrbem colimus tenui tibicine fultā. Quicquid etiā in sustentaculo alterius ponit tibicen dr. Ouid. lib. iiij. fast. Hec modo versabat stātem tibicine telā vnde Virg. per trāslationē sua hemistichia tibicines vocauit. Ipse quoq particule quib⁹ versus replent tibicines a grammaticis appellant. Virg. Sic forte precat. Nam forte vacat.

Tibareni vt Herod. lib. iij. testat: fuerūt ppli scythici in asia. De quibus Hier. Tibareni quos dilexerint senes suspendunt in patibulis.

Tyberius: nomē imperatorꝫ Ro. Augusti successoris. Tyberij autē ex eo dicti sunt q iuxta tyberim fluuiū nascerent. Unde ꝛ per y. scribi solet.

Tibisis fluuius in scythia: vt auctor est Hero. lib. iiij.

Ticinus fluuius insubrie in eridanū fluēs a quo ticinū vrbs: que nunc papia dicit: insignis diui patris Augustini corpore. Serenus penultimā hui⁹ nominis corripuit: cū ait. Alia ꝑcepit ticini sententia necti.

Tignus masculini generꝭ: et tignum neutri trabs qua varie disposita domus extruit. Et ꝓprie cui superponitur tectū a tegendo nomen deductum. Et tigni nomine omne genus materie: ex qua edificia constāt cōtinet. Sed et in vineis tigni appellatiōe oīa vineis necessaria cōtinent: vt puta pertice pedamēta. Hinc cōtigno as. quod est tignis tectum iungo. Plin. lib. ix. Alexandri magni classium prefecto prodidere in domibus fores maxillis beluarū scꝫ balenarū facere ossibus tecta cōtignare: ex quib⁹ multa quadragenū cubitorꝫ longitudinis reperta. Et cōtignatio textura ipsa trabiū ac tignorꝫ. Coassatio vero assium dicit.

Tignarius: faber non solū is qui tigna dolat: sed etiam qui solaria lignea hoc est qui trabes: ceteraq ad tabulata domus vtilia: et omnis qui edificat intelligit inquit Caius.

Tigillus diminutiuū est a tignus: tigillū a tignū: sicut sigillum a signum.

Tigranes is. et tigrane penul. pro. ꝓpriū nomen regis medorū: seu maioris armenie. Luca. lib. ij. Tigranē q meū: nec pharnacis arma relinquas.

Tigrana vrbs in Media regione.

Tigris animal velocissimū et truculētum a velocitate nomen trahit. Nam medi tigrim sagittā appellant. Abūdat hyrcania tigribus. Virgilius. Hyrcaneq admorunt vbera tigres. Arrhianus qui res gestas Alexandri condidit tigrim feram indicā nō eam esse voluit: q .ā vulgus tigrim noiet: sed hanc esse thoa. Tigrim vero equi magnitudine: flumenq magnum: tigris etiā appellat ꝓpter velocitatē: qui instar bestie nimia pernicitate decurrit. Hic de paradiso exiens iuxta scripture fidē: pergensq contra assyrios ꝛ post multos circuit⁹ Iosepho teste in mare rubrū defluit. Solinus tigrim fluuium in armenia caput attollere dicit in loco edito et lucido conspicuoq fonte. Nec ab exordio statim totum esse: primo pigre fluere nō cum suo nomine. At cum fines medorū inuectus sit tigrim statim vocari. Arctusam lacum influere grauia pondera sustinētem: cuius pisces nunq se alueo tigridis immisceāt: sicut nec amnici stagnū attingāt arctuse. Mox arabas preterfluens mesopotamiam amplectitur: et hidaspem accipiēs euphratemq defertur in sinum persicū. A tigri fluuio dicti sunt transtigritani: q trans tigrim habitāt sicut transpadani. Et tam pro fluuio q pro animali tigris vel tigridis genitiuum facit.

Tigurini fuerunt populi germanie: qui quartā partem heluetie continebant.

Tile nomen duarū insularum: quarū vna est in oceano inter septentrionalē et occidentalē plagā vltra Britanniā: q vltima fuit ex cognitis a romanis. Virgili. lib. j. Georg. Tibi seruiat vltima tile. In ea solstitio estiuo nullas esse noctes. Pli. tradit. Econtrario vt Solinus refert brumali solstitio null⁹ pene dies Ultra eam pigrum et concretū mare esse ferūt. Altera in aphrica contra sinum carthaginis: sunt tamē qui scribant thyle per ypsilon.

Tilos insula (vt scribit Plin. lib. vj.) cū oppido eiusdē nominis in mari Indico celeberrima plurimū margaritis. Ipsa refert palmas: oleas creat: vineis abūdat. In ea oīs arbor nunq folijs spoliat. Mons caucasus non longe ab ea incipit: qui maximā orbis partem perpetuis iugis penetrat. Eadē insula habet laniferas arbores: vt scribit Plinius libro. xij. Que cotonei mali amplitudine cucurbitas et maturitate rupte ostendūt lanuginis pilas: ex quib⁹ vestes preciose fiunt.

Tilia arbor: quam greci phylyra appellant: q̄uis ꝛ ex alijs arboribus tilie dicantur. Nam de interioribus corticis vlmi tunicis e quibus vincula tilie vocātur. vnde Plinius de vlmo differens. Corticis inquit interior tilia lepras sedat. De arbore tilia. Virg. lib. ij. Geor. Nec tilie leues: nec torno rasile buxum. Hinc tiliaceus a. um. vnde fascie tiliacee. Iul. Capitolin⁹ de Antonino pio. Cū senex inqt ꝛ lōgeu⁹ esset: incuruareturq tiliaceis tabulis in pectore fasciabat.

Tilium vrbs littoralis a latere occidētali sardinie.

Timauus penul. producta nomē fluminis iuxta aquileiam: qui e montibus delatus decidit in profundū: deinde infra terram absorptus stad. circiter. xx. et centū erumpit in mare.

Timeus nomē ꝓprium phi locrensis: cui diuinū illud opus Plato inscripsit: in quo de rerū creatiōe disseruit: quod Cice. postea latinū fecit.

Timarchides nomen viri ꝓpriū cōpositū ex τιμη qui est honor: et αρχοντος principis. Facitq in gtō timarchidis ꝛ timarchide.

Timātes nomē pictoris celeberrimi: parrhasij emuli: inter eius ꝓo ingenij monumēta Iphigenia oratorꝫ laudibus celebratur.

Timor (vt Cicero libro. iiij. tus. inquit) est metus mali appropinquantis.

Timeo es. mui. varijs modis construit. Dicimus eñ timeo te tanq inimicū: timeo tibi tanq amico / ne qd mali tibi accidat. Teren. Pamphili vite timeo. Timeo mihi abs te. Idē. Hei mihi timeo a Chryside. Inuenit etiā cū ablatiuo mediāte de. Ouid. lib. iiij. fasto. Nec timui de morte tamē metus abstitit. Itē dicimus timeo furem tauro. Iuue. Cū furem nemo timeret Caulibus: aut pomis. Et timeo mihi abs te mortem. Sciēdū est hoc verbū timeo idem efficere: vel cum negatione: vl sine ea: vt timeo vt moriatur.

⁊ timeo ne moriat̃. Hoc idem facit metuo vereor ⁊ hmõi. Composita sunt extimeo: qd̃ est valde timeo. Plau. in cis. Extimuit tũ illa. Hinc extimesco. Cice. in Ca. Qd̃ igit̃ adolescẽtes ⁊ hi quidẽ nõ solũ indocti/sed etiã rustici cõtẽnũt: id docti senes extimescũt. Pertimeo siliter valde timeo. Idem lib. ii. ad herẽ. Defensor si pertimuerit magnitudine periculi/nõ cõsciẽtia peccati cõmotũ se esse dicet. Si nõ ptimuerit: fretũ innocẽtia negabit se esse cõmotum. Hinc pertimesco. Lactã. li. iii. Quare nõ est ꝙ phis tantũ honoris habeamus: vt eorũ eloquentiã pertimescamus. Hiero. Huic verbo addidit valde. Ex quo timeo et valde pertimesco. Pretimeo/ante tẽpus timeo. Lactan. lib. vj. Nam parcere. i. mediocriter vti pecunia q̃si q̃dã animi pusillanimitas est: aut ꝑtimẽtis ne sibi desit. Plau. in am. Humana matre natus/humano patre mirari non est ęquũ sibi si prętimet. Et habent ti syllabã correptã.

Timens ⁊ timidus sic differunt: q2 timens ex causa ad tempus timet: timidus semper timet.

Timotheus pe. cor. nomẽ propriũ cononis athenięsis filij q̃ acceptã a patre gloriã multis auxit virtutibus. Fuit eñ disert⁹ impiger laboriosus/rei militaris peritus: ⁊ qd̃ sup omnia est ευτυχησ. i. fortunatus imperator habebat̃: cui statua publicitus in foro athenis posita est: ob victoriam qua victis lacedemonijs imperiũ atheniensiũ auxit. Post huius obitũ nõ fuit quisꝙ fere athenis dign⁹ memoria. Fuit alter timotheus in arte tibiarũ clar⁹: quẽ ferũt duplices ab his quos alius instituisset solitũ exigere mercedes: ꝙ si rudes traderent̃: geminatũ sibi op⁹ dicebat dedocẽdi prius mox docendi. Dictus timotheus ex τιμη honor ⁊ θεοσ deus.

Timon appolloniates phus/qui apud calcedoniã philosophiã ⁊ oratoriã exercuit/charus Ptolemeo philadelpho. Scripsit tragedias ⁊ comedias ⁊ satyras. Dictus amarulẽtus ⁊ mordax syllorũ. i. dicacitatum scriptor: de quo Gel. Timon amarulẽtus librũ maledicentissimũ cõscripsit: q̃ syllos inscribit. Fuit ⁊ ali⁹ timon atheniensis qui ob naturę asperitatẽ inhumanus ac inhospitalis appellat⁹ est ⁊ misantropos: id est osor hominũ. Fugiebat eñ hominũ congressus atꝙ colloquia pręter vnius Alcibiadis. In ei⁹ sepulchro hoc erat epitaphiũ: qd̃ ipse sibi fecit. Hic sum post vitam miseramꝙ inopemꝙ sepultus. Nomẽ nõ q̃ras dij lector te male perdant.

Timoniacus fuit pictor byzantius Cęsaris dictatoris ętate qui aiacẽ Cęsari pinxit.

Timoleon/vir corinthius clarissimus omniũ iudicio: q̃ oppressam a tyrãno patriã liberauit: de quo Plutarchus multa scripsit.

Tinea/vermiculus est qui de carne editus vestes aut libros arrodit. Hora. ad librũ. Aut tineas pasces taciturnus inertes. Aut fugies vticã/aut vinct⁹ mitteris ilerdã. Et in ecclesiasti. De vestimẽtis ꝓcedit tinea ⁊ a muliere iniquitas viri. Item tinee vẽtris animalia sunt. Elminthes grẹci dicũt in intestini recti extremo repẹtẹ. Has Cel. lũbricos apppellat. Item tineę sunt vermes in aluearibus apibus noxij. Col. lib. x. Preterea vt tineę si apparuerint euertant̃: papilionesꝙ enecent̃ qui plerũꝙ inter alueos morãtes apib⁹ exitio sunt. Nã ⁊ ceras erodũt ⁊ stercore suo vermes ꝓgenerant quos aluearũ tineas appellamus. Hinc tineosus a. um. vt aluei tineosi. apud Col. lib. x.

Tinia/vasa vinaria apud antiquos fuere: vt inq̃t Fest⁹ Nonius tinias appellauit: apud quos grãdiora nõ erãt: veluti apud nos sub hoc vocabulo habẽtur: nec ad eos vsus parata. His nãꝙ e ligno fabricatis musta cũ vinaceis nostra ebulliũt: apud veteres autẽ inter epitrapezia numerant̃.

Tinnio is. iui. itũ. ꝓprie de metallis d̃r: cum ex eorum pulsatione sonus efficit̃. Tinnit eñ aurũ/argẽtũ/ęs ferrũ/stãnũ/orichalcũ ⁊ hmõi.

Tinnulus a. um. pe. corr. qd̃ est acutũ: vt vox tinnula: ⁊ sonus tinnulus q̃ reddit ex ęneis vasis cũ pulsantur. Ouid. Tinnulaꝙ ęra sonãt ⁊ olẽt myrtheꝙ crociꝙ.

Tintino as. pe. cor. vt tintinat̃ apud Catul. in carmine sapphico. Dicit̃ ⁊ tintinno is. iui. Afra. Tintinnire janitoris impedimenta audio.

Tintinnabulũ ⁊ tintinnale instrumentũ ęneũ: vulgo cãpanellus/nomẽ factitiũ a voce quã facit tintin. Iuue. Et tintinnabula dicas pulsari nemo tubas.

Tingo is. xi. ctũ. vel tinguo significat inficio/madefacio/imergo. Mar. Mẽtiris iuuenẽ tinctis lentine capillis. Lac. lib. iiij. Cũ primũ cępit adolescere/tinct⁹ est a Iohãne ꝓpheta in iordane flumine. Virgi. Quid tãtũ oceano ꝓperẽt se tingere soles. i. imergere. Huius cõpositũ est intingo. Pli. Omnib⁹ q̃ cõdiũt̃ q̃ꝙ intingunt̃ desideratũ fętorẽ tollit mãducatũ.

Tinctura/infectio. Pliñ. lib. xxxvij. Adulterat̃ maxime tinctura: idꝙ in gloriã regis ęgyptij adscribitur/qui primus eam tinxit.

Tinctile pe. cor. qd̃ intinctũ est. Ouid. de tris. Et tinctile virus. s. qd̃ intinctũ est spiculo sagittę.

Tiphernũ/ciuitas vmbrię: q̃ nũc ciuitas castelli d̃r nobilis alũno Gregorio: grecis/latinisꝙ lr̃is apprime docto: sicut ei⁹ opa eloquẽter elucubrata manifestant.

Tiphis vir arte carpẽtaria celebris: q̃ prim⁹ gubernandi naues adminicula instituit. Senec. in medea. Tiphis in primis domitor ꝓfundi. Apolonius in principio. Τιφυσ δὲ αγνιαδησ συφεαυ αλλιπε δημον. Ibi autem. θεων ⁊ alij interpretes αγαθοσ μεν και η μερασ τω ηλιω νυκτοσ δε προσ τινα των αστερων τον καιρον του πλουτεμη/ρασθαι.

Tipula. pe. cor. vermis sex pedes habẽs/sed tãtę leuitatis: vt super aquã currẽs nõ desidat. Plau. Neꝙ tipulę leuius pondus est ꝙ fides lenonia.

Tirynס tis. generis mas. fluui⁹ est in argo. Tiryns generis fę. nomẽ est patrię herculis in pelopõneso q̃ ꝓxima argo: a Pli. tirynthia vocat̃. Vñ ⁊ hercules tirynthi⁹ appellat⁹ est: ꝗuis theban⁹ quoꝙ dicat̃.

Tisiphone pe. cor. vltricẽ cedis significat. Est eñ vna ex furijs a cedib⁹ plectẽdis dicta τισισ vltio vel pena φονοσ vł φόνη cedes aut mors cui cura sit mortis vltio. Hora. in ser. Seruilib⁹ vtꝙ iam peritura modis hecatẽ vocat altera seuã. Altera tisiphonẽ.

Titan ⁊ titan⁹ pe. ꝓ. saturni frater: cęli ⁊ vestę fili⁹ qui etiã pro sole ponit̃: quoniã a titanibus duxit originẽ. tradũt titanas sex fratres fuisse ⁊ quinꝙ sorores a titea matre dictos: vt auctor est Diodo. Ex quib⁹ vn⁹ fuit Iapet⁹ pat̃ promethei hiperionꝙ ex titanũ numero q̃ solis ac lunę stellarũꝙ motus obseruasse atꝙ demonstrasse primus fert̃. Ideo solis parẽs ⁊ astrorum fertur. Hinc sol titan: luna titanis a poetis dicũtur. Ser. sic habet. Ferũt fabulę titanas ab irata cõtra deos terra in eius vltionẽ creatos. Vñ ⁊ titanes dicti sunt απο τησ τισεωσ. i. ab vltione.

Titan⁹ saturni frater. Quo etiã noĩe dict⁹ est mõs thessalię a cãdore dict⁹. Titanis idis. dicta est Luna.

Titio/lignũ adustũ: qd̃ ab igne extrahitur: vt est apud Esaiã: Noli timere ⁊ cor tuũ ne formidet a duabus caudis titionũ fumigantiũ istorũ.

Titillo as. per blãdimẽta ingero/prouoco/cõmoueo: vt fit cum quis carnis pruritũ sentit. Nã titillari dicuntur sensus q̃ñ mouent̃ gestiũtꝙ voluptatis dulcedine. Verbum translatũ a titillatu alarũ vbi dulcedo scalpẽdi est: sicut scribit Pli. lib. xj. Lactã. li. vj. Ergo illecebre iste voluptatũ arma sunt illius cui⁹ vnus opus est expugnare virtutẽ/iusticiãꝙ ab hoĩbus ex/

cludere. His blandimẽtis & susuitatib⁹ titillat aias. Scit eñ q: mortis fabricatrix est voluptas. Cice. in Cato. At nõ voluptatũ tãta q̃si titillatio in senibus.

Titus p̄nomẽ romanorũ est: a τιω honoro.

Titulus index cuiuscũq; opis. Vñ in statuis siue picturis titulũ dicimus litteras: que vel artificis / vel eius cui⁹ statura vel imago est nomẽ demõstrat / vel tẽpus quo factũ est declarat. Sue. Plurima & amplissima opera incendio consumpta restituit: sed omnia sub titulo tñ suo ac sine vlla p̄stini auctoris memoria. Itẽ titulus libri dicit q̃ vel qualitatẽ opis vl nomẽ auctoris vel numez ostẽdit. Mar. Primus vbi est inquis cum sit liber iste secũdus. Quid faciã si plus ille pudoris habet? Tu tamẽ hunc fieri si mauis regula primũ Vnũ de titulo tollere iota potes. Ouid. li. de re. amo. Legerat hui⁹ amor titulũ nomẽq; libelli. Dict⁹ titulus a tuẽdo quasi tutul⁹ / q tueat factũ; auctoris & si quis alterius opus esse contẽdat: veri opificis indicet nomẽ. Per trãslationẽ q̃nq; ponit p laude & dignitate. Ouid. li. ii. de fas. At tua p̄seqmur studioso pectore Cesar Nomina: p riculos ingredimurq; tuos. Aliqñ pro monumẽto. Apul. Auorũ & proauoz titulus clarus. Tituli etiã dicti sunt milites: quasi tutuli / q patriã tueant. Vnde & Titi p̄nomẽ est ortũ. Persi. Hic neq; more probo videas nec voce serena. Ingentes trepidare titos.

Titulo as. titulũ impono. Hiero. in prolo. super Ps. Sciẽdũ est cẽtũquinq̃ginta psalmos Dauid cecinisse: Quis aliorũ nominibus titulẽtur.

Titubo as. peñ. cor. p̄prie pedib⁹ insistere nequeo qua les sunt ebrii / aut infirmi. Quinti. Sed iugulasti vulneratũ / titubantẽ strauisti. Transfertur ad animũ: vt apud eundẽ. Neq; vlla vnq̃ tanta fuerit dicendi facultas: que nõ titubet aut hereat quotiens ab animo verba dissentiũt. Titubare quoq; lingua & dentes dicuntur. Lactã. de ira dei Arescant oculi / os tremat / lingua titubet / dentes cõcrepent.

Tithymalus pe. cor. generis fruticis: que a nostris lactuca marina dicit. Col. lib. x. Tithymalus maiorũ q̃q; animaliũ ventrem soluit. Idem paulo supra: Maximusq; vel minimus annuus earũ labor est initio veris: quo tithymali floret frutex.

Tityrus pe. cor. nomen pastoris. Virg. in buc. Tityre tu patule &c. & apud nos aries maior dicit.

Ticyus / Iouis filius. De quo Virg. li. vi. Necnon et ticyon terre oĩpotẽtis alumnũ Cernere erat. Hic vt fert in fabulis cũ latone vim inferre vellet ab Apolline sagittis cõfossus apud inferos magno cũ cruciatu demersus fuit. Ouid. li. i. de pon. Sic inconsumptum ticii semp renascẽs: Non perit vt possit sepe perire iecur. Hui⁹ magnitudinẽ corpis poete dixerunt fuisse nouẽ iugez. Vñ Tibul. Porrectusq; nouẽ ticyus p iugera terre: Assiduas atra viscere pascit aues.

Tithonus pe. pro. fuit Laomedõtis filius. Qui (vt fabule ferũt) cũ iuuenis esset & decorus ab aurora dilectus & raptus fuit. Ex qua Mennonẽ genuit / sed tandem post longissimã vitã audita Mẽnonis filii morte in cicadã versus dicit: Dicente Horatio: Lõga tithonũ minuit senectus.

T Ante M

Tmolus pe. p. mons lydie: vt scribit Pli. lib. v. Croco florẽtissim⁹ & vitib⁹ p̄sit⁹. Ser. scribit eũ esse cilicie: de q̃ Oui. Riget ardu⁹ alto Tmolus in ascensu cliuoq; extẽsus vtroq; Sardibus hinc: illinc paruis finit hippepis. Est ergo iuxta sardis: que vrbs ex Herodoti Pliniiq; testimonio in lydia est. A quo nomẽ flumini datũ est. Plini. lib. xxxiii. Nõ solitum inueniri nisi in flumine Tmolo. Apud Col. li. iiii. Tmolus videtur esse genus arbuscule: cui⁹ flores sint crocei. A poetis tñ q̃nq; supaddi. i. post. t. inuenim⁹. Ouid. li. vi. me. Deseruere sui nymphe vineta timoli.

T Ante O

Tocos a ticto pario est id qd corrupte dicimus focus p̄posito f sicut fenus a fetu.

Toga / vestis cõmunis omniũ romanorũ: tam feminaz q̃ mariũ: sed p̄texta honestiorũ / toga viliorũ. Dicta toga a tegẽdo q corp⁹ tegat. Hec laxa erat & in sinũ multis crispulis subtracta succingebatur. Tibul. Et fluit effuso cui toga laxa sinu. Hinc romani togati dicuntur. Virgi. Romanos / rerũ dños / gentẽq; togatam. Qm̃ vo in pace tãtũ toge vsus erat (nã in bello deposita toga chlamydẽ sumebãt aut lenã) factũ est vt toga p pace: sicut arma pro bello ponat Pli. Vt dubiũ sit toga ne an bello p̄stãtior fuerit. Togarum vo varia erant genera. Vt toga p̄texta / toga virilis / toga picta / toga regia q̃ erat auro & purpura intexta qua reges vtebant q̃ a Liuio inter insignia triũphantis numerat purpura añ vocitata: & erat sine pictura. Tunica palmata a latitudine clauorũ dicebat q̃ nũc a genere picture picta appellat. Interdũ toga accipit p peculiari habitu clientũ & salutatorũ q̃ togati ibant salutatũ vt sportulã consequerent. Mar. Mane vel a media nocte togatus ero.

Togati / togis induti. Vñ romani togati dicti sunt: qm̃ toga romanorũ p̄pria erat. Sic hi q̃ principes ciuitatis officii gratia in foz deducebãt: ac deinde domũ reducebãt: qm̃ togis amicti erãt / togati vocabãt. Iuue. Turbe rapiẽda togate. Hi etiã per diminutionẽ togatuli dicebantur.

Togate comedie: q̃ scripta sunt ꝫm ritus romanoz: sic grecas fabulas ab illoz habitu palliatas appellam⁹. Nam greci supra tunicã palliũ ferebant. Togate tabernarie dicũtur comedie in q̃bus non magistratus / sed humiles persone inducũtur. Dicte tabernarie q olim tabulis domus cõmuniter tegerẽtur.

Tolero as. verbũ est male patiẽtis: a cuius participio fit tolerãter tolerãtia & toleratus tus. vt hoc est difficile toleratu. per simplex l sem p scribit.

Tollo is. sustuli. & ꝫm antiquos tetuli sublatuz / significat eleuo / sublimo. Plau. Tolle caput. Vlpiañ. Ius vicino nõ esse alti⁹ edes tollere. Aliqñ tollere est capere. Virg. li. iiii. geor. Et sepe lapillos vt cimbe instabiles fluctu iactãte saburrã. Aliqñ suscipe. Suet. de Neronis parẽte. Decessitq; p pyrgis morbo aque intercutis: sublato filio Nerone ex agrippina germanici genito. Aliqñ nutrire. Teren. Quicq̃d peperisset decreuerũt tollere. Aliqñ auferre. Cicero in Le. Solem eñ de mũdo tollere videnẽ: qui amicitiam e vita tollunt. Aliqñ differre. Plau. Omnes tollo ex hoc die in aliũ diẽ. Aliqñ inferre. Virgi. Tollentẽq; minas & sibila colla tumentẽ. Cõposita huius verbi sunt: Attollo / qd est in altũ eleuo. Cõtollo / cõtra tollo. Plau. in aul. Contollã gradũ: Extollo / in altũ eleuo / exalto / magnifico. Plau. in am. Deuolãt angues iubati deorsum im pluuiũ duo maximi cõtinuo extollunt ambo capita. Sal. Ita eorũ qui ea fecere tanta habent quãtũ ea verbis potuere extollere p clara ingenia. Interdũ differo. Cecil. Abi intro atq; isthec ausfer: tamen hodie extollat nuptias. Protollo & sustollo. de quibus locis suis.

Tolles dicũtur q tollantur & tumeant. Cuius diminutiuũ Tonsille q̃ sunt in boie: sicut glandule in sue cũ tumor fauces occupat.

Tolutim peñ. p. q̃si volutim: hoc est volubiliter. Var. Vt equ⁹ q̃ ad vehẽdũ est nat⁹: tñ tradit magistro: vt equiso doceat tolutim incedere. Adequitatio hec ex δρομος a Iulio polluce dr: q: carpat in cursu terrã & tollat volubiliter ac modice vestigia.

Tolutarius siue tolutaris/equus quasi volutarius a pedū volubilitate qui alio noie asturco ab asturia hyspanię oppido appellat. Hos gradarios vocam⁹ q molli gradu ⁊ sine succussatura gestāt. Unde Mar. Hic breuis ad numeꝝ rapidos qui colligit vngues. Uenit ab armigeris gētibus astur equus. Seneca in epłis: Asturconibus inquit ⁊ tolutaribus mannis.

Toluitiloquentia/volubilis locutio. Neuius. O pestifera trux acerba toluitiloquentia.

Tomacula vel per sincopam tomacla/ędulia sunt q̄ fere ex iecore porcino minutatim cōciso ⁊ iam semicocto/infusis ouis crudis ⁊ caseo optimo ⁊ liquamine pipere aniso gingibere fieri cōsueuerunt/teguntur ꝙ omēto suillo. Pli. Tomacine appellant q̄ tomacula insubres galli nostris tribus tomacellas. Juue. Cādiduli diuina tomacula porci. Uar. Quotānis e gallia apportant Romā pene tomacine ⁊ tomace ⁊ petasones.

Tomices.pe.cor.greco noie appellant ex canabi spoli to ⁊ sparto leuit torte restes: ex qb⁹ funes fiūt. Pli. lib.xvii. Tomice moris spinarū circūlita. Uictru.li. vii.docet asseres tomice religādos. Pululli ꝙꝫ qs in collo habēt aialia ne reste lędant/tomices vocant.

Tomentū/lana breuis ac concisa q̄ ex vestib⁹ a fullone poliendo detrahit: ⁊ quicq̄d farciminis ex quacunꝙ re siue ex fęno ⁊ palea siue ex pluma fuerit quo culcitrę farciunt. Uar. Postꝙ trāsierūt ad culcitras ꝙ in eas fagos aut tomētū aliud ve calcabāt: ab inculcando culcitra dicta. Uidet aūt tomētū deduci a τεμνω qd significat incido sicut ⁊ tomos ⁊ tomic⁹. Seneca Nihil miserius ero si sup tomētū circēse incubabo. Sue. in Tiber. Adeo alimēta diuiso subducta vt tomentū ex culcitra extrauerit mādere. Tomentorū aūt aliud leuconicū dicebat qd fiebat ex lana alba cōcisa. Aliud circēse ex harūdinibus cōcisis factū. Idꝙ stramētū habebat plebeioꝝ dictū circense ꝙ in circo romano/sternebat illicꝙ egestosi desidebant. Sene. lib. de btā vita. Nihilo miseri⁹ ero/si lassa ceruix mea in manipulo ferri acquiescat si super circense tomentuꝫ per sarcinas veteris lintei effluens incubabo. Mar. Tomentū/concisa palus circense vocat. Hec pleu conico stramina pauper emit.

Tomos/ciuitas in pōto ab eo dicta/ꝙ illic medea Absyrti fratris mēbra frustulatim concidit. Ouid. Inde tomos dictus locus hic: q: fert in illo. Membra sororꝫ fratris cōsecuisse sui. Item tomos/fracgmentuꝫ libri abscissum. Qd tamē ⁊ pipso libro seu volumine impfecto accipit. Uñ Origenes tertiū librorū suorū genus tomos inscripsit: quos vt ait Hieronym⁹ nos possum⁹ appellare volumina. Idcꝫ ait: Edidit innumerabiles cōmētarios quos ipse appellat tomos.

Tomyris pe.cor. fuit regina nobilis Massagetarū in scythia que cyrū debellauit ⁊ interemit. De qua Herodo. ⁊ Justinus scripserūt.

Tondeo es.totondi tonsum: licet eius cōposita nō geminent syllabā pteriti ⁊ significat lanā siue capillos ⁊ hmōi incido. Hiero in lib. Reg. Accidit vt tonderetur grex eius in carmelo. Cice.lib.v.tus. Regię virgines vt tōstriculę tondebāt barbā ⁊ capillū patris. Et tondere/pascere ⁊ aliqñ secare. Uirgi.lib.j.geor. Ter cētū niuei tondent dumeta iuuenci. Idem: Nocte arida prata tondent.i.secant. Huius verbi composita sunt. Attondeo/qd est perfecte tondeo. Hiero.ad Marcellā. Et curua attondens vitem falce vinitor aliquid dauidicū cantat. Plau. in ca. Sed vtꝫ strictim me attonsum esse dicā: an per pectinē nescio. Detondeo. de quo supra.

Tonso.as frequētatiuū. vnde ⁊ detōso. Gel. Capillos dialis nisi qui liber homo est nō detonset.

Tonsus a.um. participiū/qd est coma abscissa: vt tonsus homo: sicut intonsus capillatus. Hinc tōsi montes qui syluis carēt/intonsi syluosi. Uar. Intōsi mōtes ⁊ feris pleni. Aliqñ tōsus ponit p minuto. Uir. Tonsisꝙ ferūt mātilia villis. Tonsa oliua dicit que minutis frondibus cō pta est: quasi a tonsore cōposita. Uirg. lib. v. Ipse caput tonse/ folijs euinct⁹ oliue. Idem: Tōsisꝙ ferūt mantilia villis. Tonsus us. nomen. idē qd tonsio ⁊ tonsura. Tonsor ⁊ tonstrix nomina verbalia.

Tonsę dicunt oues. Hiero. in canticis. Dētes tui sicut greges tonsaꝝ q̄ ascēderūt de lauacro. Et tonsę dicūtur remi a circūcidendis fluctibus. Uirgil. lib. vij. Et in lento luctantur marmore tonsę.

Tonsorius a.um. qd ad tondēdū ptinet: vt culter tonsorius. Uide in dictione candeo.

Tonsilis ⁊ hoc tōsile/qd tōsum est: ac in orbem ⁊ comā putatū: vt Tonsiles oleę ⁊ tōsilis buxus/habetꝙ penultimā correptā.

Tonsilla lę. palus dolatus in acumine ⁊ cuspide pręferratus q̄ nauis religādę causa in littore figit. Acciusc Lacete ⁊ tōsillas in littore ędite. Tōsillę etiā diminutiuū a tole. Toles autē vt inqt Festus/ est tumor faucū. Et pprie fiūt circa vuaꝫ ex vtraꝙ parte infra fauces/vocātur ꝙ glādulę ob quādā glandis silitudinem. Possunt etiā dici Tonsillę tāꝙ loca in qbus fistulę ⁊ cibalis ⁊ spiritalis religatę sunt: vel q: hmōi morbus tam vehemēs/acutus ꝙ est: vt non minus q̄ acutiores pauilli pungat.

Tōstrina pe.pro.loc⁹ in q̄ tōderi solet. Plau. in asi. Libanū in tōstrinā iusserā venire: is null⁹ venit.

Tono.as.aui.atū.⁊ Tono is.tonui itū. Uar. in eu. Sonitus matris deū tonimus tibi semiuiri. Et a tonatū fit tonatio: a tonitū fit tonitus. Est autē tonare tonitum reddere/sonare/alte loqui. Huius cōposita sunt Attono. Unde attonitus/stupefactus. Uirgi. Talibus attonitus iussis. Contono/simul tono. Hiero. ad Helio. Diuinis vocibus euangeliū contonat/nō potestis duobus dñis seruire. Circūtono/circūstrepitum facio. Hora. in Ser. Hunc circumtonuit gaudens bellona cruētis. Detono. Intono/valde tono: vt Intonuit de cęlo dñs. Hora. in epo. Intonata p/tulit. Pertono/perfecte tono/resono. Hiero. contra Heluí. Qñ ho vox illa ptonuit/tēp⁹ breuiatū est/reliquū est: vt qui habēt vxores sic sint quasi non habētes. Et omnia habent penul. corre.

Tonitrus us. ⁊ tonitru declinari potest. Oui. libro. ij. me. Uñ solet tonitrus ⁊ flumina mittere terris. Juue. Et facient optata tonitrua cęnas. Est autem tonitrus vt in questionibus docet Seneca nubis icte sonus qui ⁊ tonus dicitur.

Tonescit/tonus fit. Uar. Tonitrib⁹ tēplū tonescit.

Tonitro as. tonitrū facio. Hiero. in Ps. expositione. Qñ tonitruat deus silem vocē facit rotę.

Tonus/gręca vox est. Nam gręci τονον dicunt sonū. Unde accentū quoꝙ tonon appellāt quos veteres nostri imitati tenorē quasi tonorē accentū vocauere. Et tonus qui ⁊ tonitrus. Item: Tonus/ neruus q̄ ex vtraꝙ parte stomachi est. Item Tonus spaciū id q̄nto abest a terra circulus cęli citim⁹ hoc est lunaris: cētum scꝫ vigintisex milia stadiorū: vt inquit Martian⁹ quoniā vt in sonis interuallū cum legitima q̄ntitate minimū ex duobus sonis inter se diuersis: ita in cęlo minimū a terra spaciū ad lunā tonū appellare placuit. Hui⁹ mēsurę dimidiū hemitoniū. Ton⁹ ho cū hemitonio pportionē facit sesqplā: hoc est sesqalterā.

Tophus/ genus lapidis asperi q̄ de facili in arenam resoluitur. Ouiđ. Et leuibus tophis. Hinc Tophinus Et tophace⁹ adiectiua. Sue. Que tophina ac lignea antea erāt. Pli. Est alba rufa columbina argyllacea tophacea/arenacea.

Topos/latine locus. Topicus localis. Unde Aristo. & Cice. Topica libros appellarũt: .i. locorũ sedes in qbus hmõi loci demonstrant. Dicitur. Non topica: id est locales sedes argumentorũ.

Topiariũ dicit op⁹ ex arbore/aut frutice/aut herba factum ad decorẽ: vt sunt testudines camere/naues auicule & hmõi: que ex buxo vel hedera & hmõi: qua ꝑ natura sequax est & flexibilis fieri cõsueuerunt. Dictum topiariũ ἀπὸ τῶν τόπων hoc est a locis que in his varia constituũtur. Que & topia ab idoneis scriptoribus nuncupant. Vitru. lib. vii. Habẽtes deorum simulachra seu fabularũ dispositas explicationes: nõ min⁹ troianas pugnas seu vlyssis errationes ꝑ topia/ ceteraq̃ que sunt eorũ similibus rationibus ab rerũ natura procreata. Quidã a funiculis quos in oleo terendo circũligatos instrumentis illis: topia greci vocant. Cice. ad. Q. fratrem. Topiariũ laudaui ita oĩa conuestiuit hedera. Pliñ. Accedit in topiario opere lauri genus que taxa dicit: ramos spargit a radice topiarij ac coronarij operis. Hinc Topiarij dicunt qui topiaria faciũt: sicut coronarij q̃ faciũt coronas. Idẽ statiue myrti genera topiarij faciunt. Et ars ipsa topiaria dicit vt argentaria. Cice. Ut deniq̃ illi palliati/topiariã facere videantur.

Topothesia/dici põt loci positio vl' descriptio nam topos locus thesis positio.

Tornus/instrumẽtũ fabrile quo ligna polita reddunt.

Torno as. ad tornũ polio. Pli. lib. xxxvi. Lapis est qui cauatur tornaturq̃ in vasa coquẽdis cibis vtilia. Itẽ tornare est circũagere. Idem in eodẽ. Quarũ in officina turbines ita vibrati ꝑpenderũt vt puero circũagente tornarent. Hinc Detorno/qd est de aliq̃ torno. Pli. lib. xiii. Lignũ grande intus firmeq̃ duricie ex quo velares detornant annulos.

Tornatile pe. cor. qd torno factũ est.

Toreuma atis. & toreumatiũ/opus politum celatũ τορεύω enim sculpo & cęlo significat. Sunt autẽ toreumata opera delicate & eleganter sculpta siue cęlata. Sal. Tabulas signa toreumata emunt τορευτὴν celatorẽ greci dicũt. Toreutices ars ipsa que & anaglyptices sculptor & celator. scribit Pli. lib. xxxiiii. Primũ phidiã artẽ toreuticen aperuisse & demonstrasse quã polycletus. Sicyonius mox erudiuit ac cõsummauit. Mar. Artis phidiace toreuma clarũ.

Torus/lectus ab intortis herbis dictus. Virgil. Inde toro pater eneas sic orsus ab alto. Toros etiã appellamus pulpã carnis musculosam: in qua est robur et valentia: vt sunt partes membrorũ neruose callosęq̃ & in se prope modũ collectę. Unde Torosus a. um. Scribit Col. parandos esse boues nouellos ceruice longa & torosa. Val. Flaccus: protulit horrẽdosq̃ toris informibus artus: qd & de venis quoq̃ dicitur cum varicũ in morẽ quibusdã in locis turgescũt. Cor. Celsus. lib. vii. Ac per ipsos venarũ toros inequale est in herbis Plinius vtitur hoc verbo de Inula scribens: Breuioris est/sed torosior amariorq̃ inula. Col. lib. iii. Arbustiuã vitem q̃ putare tam alligare diligẽter oportet. Nam in ea fructus maxime vis cõsistit: diutiusq̃ perẽnat que firmis toris & idoneis locis religata est.

Torulus dimi. a tor⁹. i. paru⁹ lect⁹. Plau. in am. Tum meo patri torulus inerit aure⁹ sub petaso.

Torale & per apocopẽ toral a toro: Mappa lõga quã super linteola ponimus & omnia lecti stragula toralia dicũtur. Hora. Nec turpe toral ne sordida mappa. namq̃ super toros sternũtur vestes stragulę purpureę seu virides aut versicolores. Idem in Ser. Et tyrias dare circũ illota toralia vestes.

Torniamen/ludus erat q̃ troia dicebat/ quasi ꝓ troiano agmine dicatur troiamen.

Torqueo es. si. sum. & tortũ significat inflecto. Plini⁹ Nectũ binas per diuersos cõgllatiões substerni capiti earum pręfigi clauiqʒ ne torqueant. Virg. lib. ii. geor. Ityreos tan toquẽtur in arcus: id est torquendo fiunt. Teren. Vide vt ille sibi os contorsit carnifex. Hinc aliquãdo torquere ponitur pro eo q̃ celeriter rotare. Virg. At illum ter fluctus ibidem torquet agens circũ. Aliquãdo pro torquendo iacerẽ. Idem In medias telum torsisti primus achiuos. Aliquando pro gubernare: vt Cęlũ & terras qui numine torquet. Aliquãdo pro sustinere: vt Ubi maxim⁹ atlas Axem humero torquet. Aliquãdo pro tormentũ inferre. Lactan. lib. iii. Beatus est igitur sapiẽs in tormentis. Sed cum torquetur pro fide/pro iusticia/ ꝓ deo: illa patientia doloris beatissimũ faciet. Donat⁹ Torquemus hominẽ/extorquemus veritatẽ. Hinc tormentũ & tortura. Aliquãdo pro filare: vt est illud Iune. Penelope melius/leuius torquentis arachne. Aliquãdo pro trahere: vt Virg. Torquetq̃ sonãtia saxa. Huius composita sunt: Abstorqueo/qd est torquendo aufero. Contorqueo. Virg. lib. i. geor. Proluit insano contorquens vertice syluas Fluuiorũ rex Eridan⁹. i. euertẽs. Detorqueo/distorqueo/extorq̃o/intorqueo/ intertor/obtorq̃o/contratorqueo/ retorqueo/retrotorqueo/iacco/remitto. Cicero in Cato. Quo quidẽ me proficiscentẽ haud sane quis facile retraxerit/nec tanq̃ pilam retorserit. Et retorquere est rursus flectere. Col. lib. v. Id vt scite fiat meminerit alligator ne torqueat sarmentũ/sed tantũ inflexũ deuinciat. Prętorqueo/ante flexo. Idem lib. iiii. Sʒ Iulius Atticus ꝓtorto capite & recuruato me pastinatum effugiat ꝓdictũ semen dimersit.

Tortus a. um. qd non est rectũ sed flexum. Augu. Habes vnde corrigas qd in te tortũ est.

Tortum/machina ad torquendum saxa. Pacu. Nam in te tenebras sępe lacerabo fame clausum & fatigãs artus torto distrahãm.

Tortuosus a. um. qd est tortũ. Cice. in Lel. Neq̃ enim fidũ põt esse multiplex ingeniũ & tortuosum.

Tortile pe. cor. qd retortũ & replicatũ est. Ouid. Tortilis a digitis excidit ansa meis.

Torto as. frequentatiuũ/significat vehementer torq̃o. Pomponius. Ibi insilui in coclearum eculeum: vbi tolutim tortor.

Tortor/qui torquet. i. cruciat: vel ad questionẽ ponit: vl' qui lapidẽ tormẽto iacit. Unde ab Ammiano tortores ballistarũ appellati sunt: qui ex ballistis tela cõtorquent & iaculantur.

Tortura/suppliciũ: vt in sacris litteris. Seruo maliuolo tortura & cõpedes.

Tortiuũ/vinũ est nouissime expssum: vt apud Cato.

Torculũ/qd vsu torculare & per apocopẽ torcular. pe. pro. ędificiũ vinariũ & machina a torquẽdo: quo vue torquet. Prelũ a preluendo/pro trabe accipi solet q̃ vuę calcant. Lacus qui continet mustũ prelo ex vinaceis expressum. Improprie autẽ lacus/prelũ & torcular: pro eodem accipiũtur.

Torcularius a. um. quod ad torcucular pertinet. Var. Si sit centum iugerum habere oportet vasa torcularia instructa trina.

Tormina/genus morbi a torquẽdo: cũ dolore torquentur intestina exulceratione. Grece dysenteria: vt lib. iiii. scribit Celsus. Ex his cruor manat: frequens deiciendi cupiditas dolor in ano est. Pli. Mentastrum torminibus cholericis efficacissimum. Hinc Torminosi qui eũ morbum patiuntur: quos & dysentericos greco vocabulo appellant. Cice. Ita dicimus grauedinosos: quosdam torminosos. Nonius. Tormines masculino genere protulit. Hyppocrates mortiferũ esse signũ in dysenteria si carnes egerãtur. Galenus

scribit dysenteriā fieri quādo materia exuberans calore estatis inficitur ⁊ fit salsa.

Tormentū/suppliciū qđ datur alicui ad perquirēdā veritatem vł ad cruciatū inferendū: vt est illud: Om̄es sancti quanta passi sunt tormenta. Var. Messis trituram tormentū appellat/ꝙ ibi frumentū teraẗ. Et tormentū generale vocabulū est omniū machinarū sata tela: ⁊ id genus varia torquentiū. Cesar. ij. con. Ad extremas fossas castella constituit: ibiq; tormēta collocauit. Dicitur autem tormentū a torquendo ελλεγιστι δε βασανος και βασανισμος και το ρημα βασανιζω.

Torques ⁊ torquis tam masculini ꝙ feminini generis ſm probū/significatq; circulū aureū/flexilē/ obtortū: colli ornamentū ⁊ summi pectoris. Properti⁹: Torquis ab incisa decidit vnca gula. Gellius: Caput galli precidit: torquem detraxit eāq; sanguinolētā in collum posuit. Refert Plinius torquibus aureis auxiliares externos donatos fuisse a romanis. At ciues nō nisi argenteis. Scribit Vegetius lib. ij. Quibus aureus torquis/ob virtutis premiū dabaẗ: ⁊ hi duplas consequebantur annonas.

Torquatus/cognomen Titi Manlij qui ad Anienem occiso gallo/torquem detraxit. Hic est ille Torquatus Manlius cuius iniussu cum filius aduersus hostem a quo prouocatus fuerat pugnasset: eoq; occiso equestria spolia victor ad patrē tulisset: subito eū ꝙ aduersus edictū suum ⁊ rei militaris disciplinam fecisset/iussit occidi.

Torris/lignū teres cum ardet. Titio torris extinctus. Lactan. Titionē vulgus appellat extractū foco: torrem semiustū extinctū.

Torreo es. torrui tostū/sicco atq; arefacio. Qđ etiā de frigore potest intelligi. Var. Frigore torret. Sz vsurpatur quādoq; pro vrere. Virgil. Iam rapidus torrens sitientes syrius indos. Quandoq; pro assare. Pli. lib. xix. Si radicem bete in pruna tostam superederint ardorē extigui. vnde carnes tostas appellat vulgus/si mutas t in r: qđ dicam/ intelliges. Quandoq; pro vertere/miscere. Luc. Ingentes fato torrēte ruinas. Quidā hoc verbū απο τουτο ρευειν deriuant/qđ est sculpere/celare.

Torresco/torrid⁹ fio. A quo retorresco/rursus coquo/ vel rursus vro. Col. li. iiij. Deinde sata nō ita nutriūt vt asi cōualescāt/ꝙ retorrescant.

Torridus a. um. qđ est aridū. Vnde estas torrida dicitur. Hinc retorridus. Col. lib. iij. Nisi eū recideris/ arbor tota fiet retorrida. Et nde torrida zona que an sit habitabilis vel non: nunc campū disputādi nō amplum habeo/sed als dicemus.

Torrefacio/comburo/coquere facio aut multū calefacio. Colū. lib. ij. Et subinde oportunis solibus torrefacta proteritur.

Torrido as. pe. cor. significat comburo.

Torrens nomen generis masculini /significat fluuium qui non de fonte neq; de viua aqua/sed a pluuijs vel de montibus in valles descendit ⁊ in mare vadit: et estate siccaẗ: aquis ꝟo hyemalibus inundatur ⁊ currit. Interdū sumitur pro fluuio. Hieroñ. in psalmis: Inebriabuntur ab vbertate domus tue: ⁊ torrēte deliciarum tuarū potabis eos/non siccabitur. Torrēs vero participiū posuit. Virgi. Hic tantū boree curamus frigora quantum Aut numerū lupus/aut torrētia flumina ripas .i. que torrentis more fluunt. Hinc torrentior ⁊ torrentissimus. Iuue. Et Hypsco torrētior: id est volubilior.

Torpeo torpes torpui/piger sum. Virgil. lib. iij. geor. Cōfertoq; agmine cerui. Torpēt mole noua ⁊ summis vix cornibus extant. Hinc Torpesco/ piger fio. Salu. in Iug. Ceterum ingenium quo neq; melius/ neq; amplius in natura mortaliū est incultu atq; socordia torpescere sinunt.

Torpor/animi ⁊ corporis debilitatio: a Torpedine pisce cuius cōtactu corpus hebescit.

Torporo as. penulti. produ. torporem induco. Turp. Stupidus astac: ita eius aspectus torporauit hominis amore.

Torpedo/piscis gen⁹ qui limo mersus occultat se ⁊ pisces supranatātes torpentes facit: postꝙ ꝟo obtorpuere deuorat. Poniẗ ⁊ ꝑ pigritia.

Toruus a. um. a terrēdo e in o mutata: vt ait Ser. Vel a tauris qui irati cum quadā truculentia respectant. Nam toruitas proprie taurorū est: vel a torto aspectu. Hinc aduerbia Torue/toruum ⁊ torua. Plau. Quid me torue aspectas? Apul. Cum toruū in eos intueretur. Virg. Talibus eneas ardentē ⁊ torua tuentem lenibat dictis.

Totū ⁊ omne sic differunt/ꝙ totū dicimus vnius corporis plenitudinē: omne de vniuersis vt totum auditorium habet scholasticos: id est plenū est auditoriū scholasticis. Omne auditoriū habet scholasticos: id est omnia auditoria. Poete tamen ista confundunt. Fit autē totus a tot: ꝙuis tot breue sit: totus ꝟo ꝓductū. Quotus ꝟo remanet breue. Sciendū ꝙ si totum est pluralis numeri partes quoq; pluraẗ numeri esse debent: vt binas litteras a te suscepi: quarū alteris mihi gratularis: alteris significas te esse incolumem. Si ꝟo totū licet pluralis sit numeri/singulare habeat: tum partes singulares esse debent: vt delector duobus poetis/altero greco/altero latino.

Totidem/significat tot similiter seu plane tot/nec plures /nec pauciores.

Toxicum dictū est quasi taxicū: vt inquit Pli. Quoniā taxos arbor est veneni presentissimi adeo vt si iumenta taxi folia comederint emoriaẗ. Hāc quidā Similacem dixere ⁊ esse in arcadia tā ꝑsentis veneni: vt si qs sub ea dormiat: cibū ve capiat/moriaẗ.

T Ante R

Trabea nomē poete cui inter comicos octauus locus assignatur. Huius meminit Cicero libro. iiij. tusc. Et de finibus. Est ⁊ trabea gen⁹ vestis. Cuius tria sunt genera: vt Sueto. lib. de genere vestiū inquit: Vnū qđ dijs sacratur/tantū de purpura. Aliud purpureū quod habet aliquid albi. Tertiū augurale ex purpura ⁊ croco mixtū. Erat autem vestis togata purpura circūducta subtegmine piniceo quā auree fibule annectebant. Virgi. de trabea regali ait: Ipse quirinali lituo paruaq; sedebat: Succinctus trabea: leuaq; ancile gerebat Picus equū domitor. Hinc Trabeati/qui trabea sunt induti. Ouidi. lib. de fastis. Hoc igitur vidit trabeati cura quirini Cum rudib⁹ populis annua iura daret.

Trabs ⁊ trabes trabis vtroq; modo dicitur genere feminino. Dicta a trahēdo/ꝙ in altum trahatur. Proprie trabs vt Festus ait: sunt duo tigna edificij gratia simul compacta. Nam cū simplicia sunt non trabes sed tigna dicuntur: ꝙuis abusiue pro vno ligno quādoq; dicatur.

Trabica/nauis dicta est/ꝙ sit trabibus confixa. Pacu. Labitur trabica in alueos.

Trabales/species tormentorū a trabibus. Hora. libro car. Te semꝑ anteit seua necessitas clauos trabales.

Trachea vel trachia/arteria pulmonis: ꝗ ⁊ spiritalis physstula diciẗ. Vide in fistula.

Trachelus penul. pro. collum spina a vertice ad finē.

Trachys/latine asperum. Hinc Trachino trachinas/ asperum facio.

Trachina/oppidū Campanie: que nunc interposita a tarachina vel tarachyne arum: tm̄ pluraliter: quod

etiã anxur antea dicebatur. Nunc autẽ taracina vocatur. vide supra. Est et trachina ciuitas thessalię quę heraclea ab hercle cognominata est. Hinc ab Ouidio trachynius dictus Ceix coniunx Halcyones. Gręci trachyna vocãt aspera. Unde taracinã quasi trachynam ab asperis dici autumat Strabo. Et a trachyna thessalię Sophoclis tragedia/trachina dicta est. Unde Cice. lib. ii. tusc. Quas hic voces apud Sophoclem in trachiniis edit.

Trachoma penul. prod. Gręce enim τράχωμα vocatur scabricia palpebrarum interior/sicut in eadẽ parte glabritas: hoc est defluuium pilorum vadrosis et milphosis.

Trachonitidis regio/pars iudeę quã ferunt inter montem Libani et lacũ tiberiadis sitã esse. Cuius tetrarches fuit Philippus iuxta euangeliũ Lucę. Et est vt Hiero. inquit trans bosrã Arabię ciuitatẽ in deserto cõtra haustralem plagã quasi ad damascum respiciens. Hanc gentẽ instituit Cis filius Aram: vt scribit Iosephus lib. i. antiquitatis.

Trado is. tradidi traditũ ex trans et do m et s abiectis/ significat in potestatẽ do. Teren. in phor. Verũ sciẽtem tacitũ causam tradere aduersariis/etiã ne id lex coegit. Tradere etiam est docere. Augu. Quicquid de arte loquendi et differendi quicquid de dimensionibus figurarum et de musicis et de numeris sine magna difficultate nullo hominũ tradente intellexi. Itẽ significat dicere. Gel. Demosthenẽ tradũt et vestitu cęteroque cultu corporis nitido venustoque/nimisque accurato fuisse. Item Mandare: vt cum dicimus: Memorię traditũ est. Itẽ fidei alicuius cõmittere: vt Nuper mihi tradidit ego. Item quasi vẽdere. Hiero. in Gen. Pecunia digna tradat eã mihi coram vobis in possessionẽ sepulchri. Item permittere: nam in sacris litteris dei a quoius secessio siue destitutio nominatur. Unde apostolus ad Romanos: Tradidit illos deus in reprobũ sensum: id est a deo permissi sunt deferri in reprobũ sensum.

Traduco is. penul. produ. ex trans et duco: in quo n et s similiter abiiciuntur/significat de loco ad locũ duco. Cęsar. i. com. Heluetii per angustias et fines Sequanorum suas copias traduxerãt et in heduorũ fines peruenerũt. Ambro. Transduco visus est. De profundo ad lumen extrahũt fluctuãtes de infimis ad superna transducunt. Aliquãdo traducere est ad vlteriora ducere. Plau. Traduce adhuc lineã plusculã. Aliquando transferre. Mar. Traducta est getulis. Unde et traducere librũ ex vna lingua in aliã quidã dicũt: hoc est interpretari. Aliquãdo agere siue pręterire. Cice. Ser. Sulpitio. Qua ratione nobis traducẽdum sit hoc tẽpus. Aliquãdo deridere et infamia afficere et velut in exemplũ proponere: vt est apud euangeliũ. Ioseph cũ esset vir bonus et nollet eã traducere. Mar. Multosque traducere aper. Et traducere/nutrire/fouere/sustinere. Iuue. Altera quos nudo traducit gallia tallo.

Traduces. in vitibus dicũtur qui aliunde tracti ac propagati sunt. Var. lib. i. de re rust. Arbusta vbi traduces possint fieri vitiũ vt mediolanenses faciũt arboribus quas vocant opulos. Varro appellat traduces rumpos vbi ex arboribus in arbores traductis vitibus vinea fit. Huius singularis noĩatiuus est Tradux. Col. lib. xi. Si tradux ducẽ non contingit media virga inter eas deligetur.

Tragos/latine hyrcus. Unde tragedia: Rursus tragos herba quam aliqui scorpion vocant semipede alta foliis pusillis: racemis rubentibus/grano tritici. Hinc Paratragedo verbũ. Tragus/cõche genus mali saporis. Suid. τράγος παρὰ τὸ τραχὺ δρεμὲ ... χεῖν τὰ χόρτα ἴσως ἢ παρὰ τὸ τραχεῖαν φορεῖν ἔχειν ἢ τρέχειν καὶ τραγᾶν ἀμπέλοις.

Tragum neutri generis/genus piscatorię retis: quod et verriculũ dicitur.

Tragedia penul. corre. Quis apud grecos producatur ἀπὸ τοῦ τράγου καὶ τῆς ὠδῆς. Hoc est ab hyrco et cantu: quasi hycĩ cantus. Nam hyrcus dabatur in pręmiũ tragicis auctoribus qui rustici et pastores erant. Vel ab hyrco vinearum hoste: et a cantilena cuius ipsius rei apud Virgiliũ plena. Vel quod vter eius musti plenus solenne pręmiũ cantoribus erat. Horatius: Carmine qui tragico vilem certauit ob hyrcũ. Alii a fece putãt: quã grecorũ quidã Trigan et triga vocãt appellatã/quod ora sua fecibus perlinebãt scenici ante vsum personarũ ab eschylo repertũ. Idem: Ignotũ tragice genus inuenisse camene Dicitur et plaustris vexisse poemata thespis. Quę canerent/agerentque infecti fecibus ora.

Tragicus quasi hyrcinus qui tragediam scribit. Tragice aduerbiũ/significat crudeliter/quasi more tragico.

Tragedus/qui tragediã canit et recitat.

Tragelaphus penul. corre. species ceruis/qui hyrco et ceruo similis est barba et villo distãs ab aliis dicitur hyrcoceruus τράγος hyrcus ἔλαφος ceruus de quo in Deute. habetur.

Tragopagus. pe. cor. herba in acetariis laudata quę a quibusdã Barbula hyrcina ab aliis come: quia folia habet instar croci in rotundũ sparsa. Vulgo barba petrę dicitur in gallia transpadana.

Tragonia/herba quę adalligata triduo dicitur cõsumere lyenes.

Tragion siue trogonis/herba quę nascitur in Creta iunipero similis.

Tragopa/auis in ęthiopia quę cornibus arietinis pręfert caput armatũ.

Tragemata bellaria. secundum Macrobiũ: id est omne mensę secundę genus.

Tragea siue tragia/insula vna ex cycladibus. Ex qua theogiton paripateticus Aristoteli familiaris.

Tragula/genus teli hasta dicitur/quod scuto infixa trahatur. Salustius libro quarto histor. Auidissimis atque pręparatis ducibus et metellus ictu tragulę sauciaretur. Plau. in epidico: Tragulã in te iniicere adornat nescio quam fabricam facit. Et tragula rete quod vulgo nunc tractam vocant. Plinius: Usus suberis anchoralibus maxime nauium piscantiumque tragulis et cadorum obturamentis. Dicta tragula/quod ex vndis vt plurimum trahatur.

Tragurium/insula in mari adriatico/adiacens dalmatię in qua est ciuitas eiusdem nominis. Auctor Ptolomeus libro. ii.

Traho is. xi. ctum. per vim duco. Trahimur inuiti/ducimur volentes. Virgil. Altaria ad ipsa trementem traxit. Aliquãdo simpliciter ducere. Lactan. libro. ii. Nec quicque possit esse omnino quod non originẽ a deo traxerit. Aliquãdo leuare. Cicero. Atque etiã ex puteis iugibus aquã calidã trahit. Aliquãdo pro trahere. Salu. in Iug. Adherbal: vbi intelligit omnes fortunas suas in extremo sitas/hostẽ infectũ auxilii spẽ esse nullam penuria rerum necessariarũ bellum trahẽ non posse. Aliquãdo remouere. Salustius: Nisi ea res longius nos ab incepto traheret. Aliquãdo extẽdere. Virg. Ille horridus alter desidia latamque trahens inglorius aluũ. Alter idem visus est. Noctem et vario noctem sermone trahebant: id est terebant vel consumebãt. Huius verbi cõposita sunt Abstraho/attraho/ad me traho. Cicero Treba. Me qui te nõ Romam attrahã te qui non huc aduoles. Contraho detraho/distraho/extraho/intertraho/pertraho/perfecte seu ad finem traho. Protraho/differo prolongo. Teren. in an. Impetrabo: vt aliquot saltem nu

ptiis protrahat dies. Retraho/retro seu rursus traho. Idem: Postq̃ poeta poetã non potest retrahere a studio. Salu. Fuere tamen extra coniurationẽ cõplures qui ad Catilinã in initio profecti sunt. In his erat fuluius senatoris filius quem retractũ ex itinere parens necari iussit. Hiero. in Exo. Retrahe manus tuã in sinũ tuũ. Subtraho proprie significat sub siue de medio aufero. Lactan. lib. ij. Qui vel morte subtracti vel absentia fuerant separati. Hiero. ad Julia. Audio faustinam tibi subita dormitione subtractam. Quãq; surripio/furor. Plau. in cas. Nã peculij probam nihil habere addecet clã viro & quę habet partem eius haud cõmodi est: quin viro/aut subtrahat/aut stupro inuenerit.

Tracto frequẽtatiuũ est/quasi frequẽter traho vel sursum traho. Terentius in heau. Hęc arte tractabat virum vt illius animũ cupidum inopia incenderet. Et tractare est mereri: vt bene tractasti me: id ẽ bene meritus fuisti de me. Item Disserere/q̃ ea de quib⁹ disserimus/frequenter tangere videmur. Hinc tractatus. Item frequenter tangere. Columella libro. vij. Talis notulę vitulos oportet cum adhuc teneri sunt consuescere/manu tractari. Juue. Per puppim & duros gaudet tractare rudẽtes. Item exercere: vt Quõ medicorum est promittunt medici/tractant fabrilia fabri. Item Gubernare. Cicero Bruto. Fuit in Cilicia mecum tribunusmilitũ: quo in munere ita se tractauit: vt accepisse ab eo beneficium viderer non dedisse. Huius composita sunt Attrecto. Hieronym⁹ in Gen. Si attrectauerit me pater meus & senserit timeo ne putet sibi voluisse me illudere: Cõtrecto/detracto/retracto/obtrecto: quasi aduersus aliquẽ tracto. Pertracto/perfecte tracto.

Tractus us/spaciũ/regio/plaga. Virg. Indicio est tracto surgens oleaster eodem.

Tractim aduerbiũ/significat trahendo in longum sine intermissione/longo tractu diutine. Plau. in Amp. Quid si ego tractim tangã vt dormiat. Virg. Tum sonus audit grauior tractimq; susurrat.

Traha/genus vehiculi sine rotis quo coloni vtuntur a trahendo dictum. Hierõ. in libro Paral. Et fecit super eos tribula & trahas & ferrea carpenta transire. Virgil. libro. j. geor. per epenthesim trahę dixit/sicut nauita pro nauta. Tribulaq; traheęq; & iniquo pondere rastri.

Trahax/auidus/rapax/ola ad se trahens. Plau. Eho lutũ lenoninũ: eho sterquiliniũ publicũ/impure inhoneste/iniure/illex/labes populi/pecunię accipiter auide atq; inuide/procax/rapax/trahax: trecẽtis versib⁹ tuas impuritates loqui nemo potest.

Traijcio is: ex trãs & iacio/remotis n & s/significat traduco/transporto/transueho. Nã proprie nautę quę traijciunt/transportare seu transuehere aut traducere dici possunt. Alij vo traducunt tantũ: cum traijcere dicuntur/sicut lib. j. docet. Liui. Prę se armentũ agens nando traiecerat. Plancus: Exercitũ ad kalẽdas maias rhodanũ traieci. In his exemplis non capitur traijcio pro transporto: vt quidã volũt/dicentes. Traijcio exercitũ: id est transporto exercitũ trãs mare/aut trans flumen. Traijcio mare vel flumen. i. transeo. Liuius de secũdo bello punico. Amnẽ vado traiecit. Aliquãdo coniunctim. Idem: Traiecit copias iberũ. Aliquãdo traijcere est transfigere/transuerberare. Idem lib. ij. Contra quẽ & ille concitat equũ tantaq; vis infestis venientiũ hastis fuit: vt brachium Ebutio traiectũ/manilio percussum pect⁹. Hinc traiectio/trãsitio. Cice. lib. j. de diui. Cum cęlũ ex omni parte patens atq; apertũ intuerent traiectiones motusq; stellarũ obseruauerunt.

Trallis/vrbs lydię non longe a Magnesia sita in vertice quodã qui promõtoriũ natura munitũ habet ab argmis & thracibus quibusdã condita. Sunt & alię trallis in phrygia vbi sunt Carię fines hęc alijs nominibus dicta est & Seleucia & Anthiochia. Hic Trallian⁹ a. um. Cice. in phil. Trallianũ aut Ephesinum dicere putem. Ex trallibus fuit Menodor⁹ vir doctus. Hoc nomẽ trallis ſm Priscia. tñ pluraliter declinat & tam accusatiuũ q̃ nõiatiuũ in is tñ mittit sicut alpis/sardis & syrtis.

Traluadã/qd p medium lucet. Pli. Suauiores albę vitẽ e traluadido facilius accipiat aer.

Trama/subtegmen. Persius. Mihi trama figura sit reliqua.

Trames generis mascu. semita transuersa. Liui. lib. v. Obliquis tramitibus egressi.

Trans prępositio est/quę significat vltra: vt cum de loco ad locum & de vno ad alterũ/& de vna ad alteram transitionem facimus. Separatur quãdoq;: vt trãs mare/trans mõtes. Sed plęrũq; cõponit pręsertim cũ his lřis. A. vt transalpinus. C. vt trãscurro. D. vt traduco. E. vt trãseo. F. vt trãsfero. G. vt transgredior. J. vt traijcio. L. vt translego. M. vt transmigro. N. vt trano. P. vt transpono. S. vt transcribo. T. vt transtigritanus/qui habitat trans tygrim. V. vt transueho. Sed sciendũ est q̃ composita cum n vel i consonante vel d amittit n & s. vt trano/traijcio/traduco. In reliquis manet integra/ nisi cum s. in quo s tñ abijcimus: vt transcribo. Apulei⁹ tamen docet q̃ si trans ponatur cum eo duco/pugno/potest retinere & perdere ns. vt transduco/traduco/trãspono/trapono/transeo & traeo. In alijs retinet ns. nisi in trano/trado/traijcio.

Tranare/significat vltra nare: id est natare. Liui⁹ libro ij. Multisq; super incidẽtibus telis incolumis ad suos tranauit. Virgilius: Superant montes & flumina tranant.

Tranquillo tranquillas/quietũ facio. Aug. lib. viij. cõ. Tranquillatur cęlũ & mare & exultant nimis quoniã timuerunt nimis.

Transactus participium/idem est qd pręteritus. Cice. lib. ij. ad heren. In consequenti tempore spectabitur nunquid re transacta relictũ sit/qd indicet aut factam esse maleficiũ: aut a quo sit factũ.

Transcendo ex trans & scando/significat ascẽdẽdo trãsgredior.

Transcurro/vltra curro. Teren. in eu. Tu abi atq; obsera ostiũ intus dũ ego transcurro ad forũ.

Transcribo/idem quod exscribo: hoc est ab exemplaris quicq; describo. Quandoq; tamen ponitur pro trado. Virgilius libro. vij. Et tua dardaneis transcribi sceptra colonis.

Transeo is. iui. & transij itũ/vltra eo. a quo transitio et transitus. & cõpositũ pertranseo.

Transitorius transitoria transitorium/qd cito transit. Leo papa: Hęc ergo non transitorie/sed cum ingenti tremore debemus attendere.

Transeunter aduerbium a transiẽs trãseũtis formatũ. Augu. lib. iij. de ciui. dei. Quod vitium. Salu. magis transeunter attigit: hoc est in transitu siue transeundo.

Transenna/per quam aspectus transire potest. Cicero libro. j. de oratore pro fenestra seu cãcello posuit cũ ait: Nunc petis a Crasso vt illam copiã quã constructam vno in loco quasi per transennã/ prętereuntes strictã aspeximus in lucem proferat. Transenna etiã funis extentus dicit. Sal. lib. ij. histo. Transenna demissum victorie simulacrũ cum machinato strepitu tonitruũ coronam capiti imponebat metello. Quandoq; ponit pro decipulo/laqueo & funiculo ad decipiendũ concinnato. Plau. in bac. Nunc e transenna

hic tardus lumbricũ petit. Et in Ru. In ęstate agẽda
hominũ plurime sunt transenne: vbi decipiuntur do
lis atq; edipol in eas plerumq; esca imponit̃ quam si
quis auidus poscat escam auariter decipitur: vt tran
senna sua auaricia.

Transfero penul. corre. transferri dicitur res cum nõ re
manet apud eos/a quibus transfertur. Cice. libro. i.
offi. Quõ ab Ennio positũ in vna re transferri in mul/
tas potest. Hinc translatio quę fit quotiens: vł deest
verborũ proprietas vel vitatur iteratio. Cicero au/
tem translationẽ verbor̃ maxime probat lib. de opti
mo genere dicendi/cum inquit. Sed. Phalerius De/
metrius meo iudicio pręstat cęteris: cuius oratio cũ
sedate placideq; loquitur/tum illustrant eã quasi stel
lę quędam translata verba atq; immutata. Translata
dico vt sępe iam quę per similitudinẽ ad aliã rem aut
suauitatis/aut inopię causa transferuntur. Quintili.
autem quę sint verba propria queq; trãslata: quo mo
do transferantur: quę sit vitiosa translatio: ⁊ cur rep/
ta sit translatio diffuse tradit. lib. i. insti. dicẽs: Pro/
pria sunt verba cum id significant/in quod denomina
ta sunt. Translata cum aliũ natura intellectũ aliũ lo/
co prębẽt. Usitatis tutius vtimur: noua non sine pe
riculo quodã fingimus. Et lib. viii. Transfertur igit̃
nomen aut verbũ ex eo loco in quo primũ erat in cũ
in quo aut propriũ deest: aut translatũ proprio meli⁹
est. Id facimus/aut quia necesse est/aut quia signifi/
cantius est/aut vt dixi decentius. Ubi nihil horũ pręs
stabit qõ transfertur in propriũ. Asco. scribit. Trans
latiua dicta esse non noua/nec nuper inuenta/sed ali/
unde translata. Translatiuũ grece μεταφορα id est
promiscuũ: vulgare publicũ/indifferẽs. Translatitia
sunt ⁊ verba per metaphorã in alienũ migrãtia. Se
neca. Translatiuas siue translatitias sententias quę
sua orator̃ suppellex est pro locis cõmunibus intelli
git. Sunt ⁊ sacra trãslatitia apud Macrobiũ.

Transfugio/de loco ad locũ fugio. Liui. li. ii. Magna
clientiũ comitatus manu transfugit.

Transfuga penul. corre. qui transfugit. Idem in eod̃.
Deinde metuens ne si consulũ iniussu ⁊ ignarus om
nibus iret deprehensus forte a custodibus romanis
retraheretur/vt transfuga fortuna tum vrbis crimen
affirmante senatum adit. Nec solum vt inconsultus
inquit transfuga is accipiẽdus est qui aut ad hostes/
aut a bello transfugit: sed ⁊ qui per induciarum tem
pus ad eos/cum quibus nulla amicitia est: fide suspe
cta transfugit.

Transfigo. penul. pro. transfodio seu transuerbero. Li
uius libro. i. Stricto itaq; gladio simul verbis incre
pans transfigit puellam.

Transfundo is. de vase in vas fundo. Cato. Ubi dies
triginta pręterierint trãsfunditor: ita relinquitur vsq;
ad vindemiã. Cice. per translationem Dolobellę scri
psit: Libentius omnes meas laudes si modo sint ali
quę meę laudes ad te transfuderim.

Transgredior/transeo/a pedũ gressu pprie dicit̃: sȝ au/
ctoritas vetusta liberiorẽ loquendi vsum dedit. Sal.
lib. i. histo. Et de his qui nauigassent ⁊ de ipsis naui
bus eo verbo vti voluit: in quibus gradus nõ sit de/
ceptio. Nactus obscurã noctem ęstu secũdo: ac inde
transgressus omnes recepit mons hceptus a lusita/
nis. Sic ⁊ transgressus us. pro trasfretatiõe.

Transigo is. penul. corre. ex trans ⁊ ago/significat trãs
eo seu vltra traduco. Salu. Sed multi mortales de
diti vẽtri atq; somno indocti incultiq;: sicuti peregri/
nantes transegere. Hiero. Et immolantes deo sacri
ficium laudis/noctem totam transegere. Aliquando
significat tracto. Terẽ. in An. Intus transiget siqd
est qõ restat. Aliqñ cõuenio/cõcordo/paciscor. Cice.
Trebo. Puto cũ Auiano transigere possemus.

Transilio is. penul. corre. ex trans ⁊ salio: sed a abiicit̃/
significat vltra salio. Col. lib. vii. si fossam sine cũcta/
tione transilit.

Transiego penul. cor. legẽdo trãscurro siue vltra lego.
Plau. in asi. Age queso mi hercle translege.

Trãsmigro trãsmigras pe. cõmuni significat habitatũ
eo siue transeo vel in longiorẽ locũ domiciliũ habita
tionemq; cõmuto. Hiero. Et persecuti eos sunt de ci
uitate in ciuitatẽ expellentes de iudęa: vt ad gentiũ
populũ transmigrarent.

Transmitto is. vltra vel de loco ad locũ mitto. Plini⁹
lib. xviii. Item cribraria quę simili modo in tertio re
mansit cribro angustissimo ⁊ tñ arenas trãsmittẽte.
Aliquãdo celeriter transeo. Uirgi. Alia de parte pa
tentis Transmittũt cursu campos.

Transpicio/vltra aspicio. Lactan. de opi. Per eas igi/
tur membranas sensus ille qui dicitur mẽs ea q̃ sunt
foris trãspicit.

Transtra/sunt loca vel tabulę super quas sedent remi/
ges. Uirgi. Transtra per ⁊ remos. Et apud Ezechie
lem. Quercus de basan dolauerũt in remos tuos et
transtra tua fecerũt tibi ex ebore indico. Hęc etiã iu/
ga dici solent. Uirgi. Inde alias animas quę per iu/
ga longa sedebant Deturbat/laxatq; foros. Et tran/
stra tigna quę transuersa a pariete in parietem porri/
guntur. Uitruuius libro. v. Trabes etiã supra co/
lumnas ⁊ parastata ⁊ antas ponunt̃ in contignatio/
nibus tigna ⁊ axes sub tectis si maiora spacia sunt ⁊
transtra ⁊ capreoli si commoda columen et canterii/
sed ⁊ sedilia in nauibus.

Transuador ⁊ transuado as. penul. corre. per vadũ tra
iicio. Hierõ. ad Helio. per translationẽ. Sed quo/
niam scopulosis locis enauigauit oratio ⁊ inter cõ/
nas spumeis fluctibus cautes fragilis in altũ cimba
processit/expendenda vela sunt ventis ⁊ quęstionum
scrupulis transuadatis lętantiũ more nautarũ epilo
gi celeuma cantandũ est.

Transueho/vltra veho. Sal. in Iug. Ex eo nũero Me
di ⁊ persę ⁊ armeni cum nauibus in Aphricã trãsue/
cti proximos nostro mari locos occupauere. Augu.
Caro Iesu est marię quã transuexit honorans omnẽ
humanã naturã ⁊ multo magis maternã.

Transuerbero as. transfigo. Cice. Martio. Sed q̃ po
test esse homini politico delectatio/cũ aut homo im/
becillus a valentissima belua laniat̃/aut pręclara be
stia venabulo transuerberat̃.

Transuersus a transuerso esse debet/qõ est in obliquũ
verto: licet nõdũ legerim. Col. li. ii.. Sed in arando
maxime obseruandũ est: vt transuersus mons sulcet̃.
Cice. li. iiii. ad herẽ. Ecce ibi iste de trãsuerso Heus
inquit adolescens pueri tui modo me pulsarunt/sa/
tisfacias oportet.

Transuolo as. pe. corre. ad aues pertinet: sed per trans
lationem ponitur pro transcurro vel pro repente ac/
cedo. Hiero. ad Damas. Meq; dubiũ ⁊ quid facerẽ
nescientẽ ita festin⁹ exterruit: vt omnibus prętermis/
sis ad scribendũ transuolarẽ. Plau. in epi. pro trans
fugio posuit. Transuolauerũt ad hostes.

Transsumo is. ex alio sumo. Unde quę ex primis tabu
lis transcripta sunt/solẽnitate iuris adhibita dicũtur
transsumpta/⁊ actus ipse transsumptio. Itẽ trãssum
ptio figura est quã greci μεταληψιν vocant/cum
rem ex alio ad aliud transmouemus.

Transuo is. ex trans ⁊ suo: sed s abiicitur. Col. li. viii.
Media pars descripti orbiculi eodẽ fibula trãsuit̃.

Trapetes vel trapetũ penul. prod. mola olearia a τρε
πω voluo seu verto. Uar. a terendo deducit. Uirg.
li. ii. geor. Teret̃ sycionia bacca trapetis.

Trapeza/mensa seu tabula qua argentarii vtunt̃.

Trapezite penul. produ. mensarii pecuniarum campso

res. Plau. in ca. Subducā ratiunculā quātillū argēti mihi apud trapeçitā fiet. Hier. cōtra Ruf. Quasi bonꝰ trapeçita adulterinę monetę pecuniā reprobet.

Trauli/qui maiori difficultate loquūtur. Unde ⁊ traulis. Lucre. li. iiij. Magna atq; manifcata cataplexis plenaq; honoris balba loqui non quit traulis muta pudens est.

Trebia/fluuius extra placentiā/apud quem Annibal romanos vicit. Est ⁊ trebia Celtiberorū ciuitas: quę pars est hyspanię.

Trebula/oppidum fuit haud longe ab vrbe: vt scribit Pli. Et olim trebulanis ciuitas data fuit. Hinc Casci trebulani dicti sunt: de quibꝰ Mar. Trebula nos genuit cōmēdat gratia duplex. Siue leui flāma: siue domamur aqua. Prope trebulanos fūt ⁊ aliū populi nomine Trebiani auctore Plinio. lib. iij. Sue. in tibe. Iterū eo censente vt trebianis legatā in opꝰ noui theatri pecuniā ad munitionē vię transferre concederetur/obtinere non potuit.

Tremo is. a similitudine vocis quę tunc cum valde tremit/apparet. Quo etiā in corpore pili vt arista in spica hordei horrēt. Et tremere quidē cōmoueri seu agitari significat. Plau. in asi. Non placet pro mōstro est: quādo qui sudat/tremit. Interdū ponit̄ pro timere. Virg. lib. ij. Hic aliud maius miseris multoq; tremēdū. Huius cōposita sunt Contremo/intremo/intus seu valde tremo. Virg. lib. iij. Et fessum quotiēs motat latus intremere omnē Murmure trinacriā. Pertremo/valde tremo. Et habet penul. cor.

Tremisco is. tremore cōcutior. Virg. lib. iij. Sonitūq; pedū vocēq; tremisco. Hinc ꝯtremisco ⁊ ꝑtremisco. Lactā. li. vij. Itaq; trepidabāt oēs ⁊ ad luctuosum illū sonitū cōtremiscēt. Hiero. cōtra Vigilantiū. Ita totus ⁊ corpore ⁊ animo ꝑtremisco.

Tremefacio sicut sonat. Virgi. Tū ꝓo tremefacta nouus ꝑ pectora cūctis Insinuat pauor.

Tremor/modo ipsam cōmotionē seu agitationē/modo timorē significat. Virg. lib. ij. geor. Unde tremor terris. Et alibi: Cur ante tubā tremor occupat artꝰ: venit tū ex greco τρέμω ⁊ illa quę deducunt̄.

Tremebundus. abunde tremens. Cice. lib. iij. ad herē. Sin erit sermo in locutione leuiter ⁊ tremebūda voce cum parua significatione risus.

Trepidus a. um. idem qd̄ pauidus. Cuius dimi. est trepidulus. Gel. Pulli trepiduli circūstrepere. Et trepidus Festinus. Virg. lib. iij. Hic me dū trepidi crudelia limina linquūt: Immemores socij vasto cyclopis in antro deseruere. Ser. Trepidi festini vt per timorē/non per odiū relictus fuisse videat̄.

Trepido as. pe. cor. timeo. Amb. Trepidare virginum est ad omnes ingressus viri pauere/omnesq; viri affatus vereri. Et trepidare/festinare. Virgil. lib. iiij. Dum trepidant ale saltusq; indagine cingūt.

Treueri/populi Gallię inter belgas in cōfinibꝰ germanię Neruijs finitimi.

Tressis/tres asses. Persius. Non tressis agaso.

Tris a greco. Nā greci τρεῖς dicūt. Unde trias adis. trinitas. Aliquādo significat valdę. Hinc trifur/trismegistus.

Triangulus/figura tres angulos habens: quam greci τρίγωνον vocāt. Hinc triāgularē ⁊ hoc triāgulare.

Triarchꝰ/nauis triremis ꝓpositus ab archon ꝓnceps.

Triarij/erant milites fortissimi qui in legione romana vltimi erāt. Hi si quādo res fuisset in periculo in frōte acierū poplitibus flexis stabant ita vt potius animam amitterent q̄ de loco decederent. Unde ortū est illud prouerbiū/cum res sunt dubię: Uentum est ad triarios. Var. Triarij dicti ꝙ in acie tertio ordine extremis subsidio ponerētur. Plau. Agite nūc subsidete omnes quasi solent triarij.

Tribus us. a tributo dando: vel ꝙ ager romanus primo diuisus in tres partes fuerit: ⁊ tres partes populi facte/vna tatiēsiū a tatio Sabinorū rege iam amico post federa: alia Rannniū siue ramnensiū a Romulo: tertia Lucerum a Lucomone. Varro eum scribit Romulū dimicantem contra Titū tatiū a lucumonibus: hoc est thuscis auxilia postulasse. Unde quidam venit cum exercitu cui recepto iam tatio pars vrbis est data. Unde in vrbe thuscus dictus est vicus. Siue vt aliqui volunt a Luco/quem Asylū vocauerat romulus. Ergo in tres partes diuisus erat populus adeo: vt qui etiā vni pręerat parti tribunus diceret̄ ⁊ sumptus dati populo tributa vocantur. Sed postea alię quoq; partes vrbis facte/quę similiter tribꝰ appellatę sunt. Nam in sex partes fuit distributa ciuitas in primos/secundosq; tatienses Ramnes/Luceres. Quęlibet ex tribubus decem curias continebat: q̄ de nominibus Sabinarū appellate sunt. Varro: Festus/Plutarchus ⁊ Asconius. Dissentit paulum Liuius scribens a Romulo Centurias equitum tres fuisse conscriptas ramnenses ⁊ tatienses ⁊ luceres nec videt̄ existimare totū populū in hos fuisse distributū/sed solos equites. Aug. in psal. interpretatione sic scribit. Tribus alio nomine dici possunt curię: sed non proprie. Nam proprie si diximus curias non intelliguntur nisi curię quę sunt in ciuitatibꝰ singulis singule. Unde Curiales ⁊ decuriones: id est ꝙ sunt in curia vel de curia. Et nostis q̄ tales curias singulas habent singulę ciuitates. Sunt autē vel erant aliquādo in istis quoq; ciuitatibus curię etiā populorum: ⁊ vna ciuitas multas curias habet: sicut Roma. xxxv. curias habet populi. Hę dicit̄ tribꝰ. Has populꝰ israel duodecim habebat ꝑm filios Iacob. Pli. refert quattuor solas vrbanas tribus fuisse appellatas a partibꝰ vrbis in quibus habitabant. Nā Suburrāna Palentina/Collina ⁊ exquilia dicebātur.

Tribulis penul. prod. qui ex tribu est. Hora. in episto. Et cum pileolo soleas cōuiuia tribulis. Cice. Ser. Lucio/Cossino amico ⁊ tribuli tuo valde familiariter vtor. Hinc contribulis qui ex eadē tribu est. Hieroñ. lib. ij. Machabeorū. Qd̄ cū rex annuisset statim ad gētilē ritū cōtribules suos transferre cępit.

Tributim aduerbiū/significat ꝑ singulas tribus.

Tributū a tribubus. Var. dictū ostendit ꝙ ea pecunia quę populo imperata erat tributim soluebat̄. Festꝰ: Tributū dictū: q̄ ex priuato in publicū tribuit̄. Sumi postea hoc vocabulū cępit largius pro omni munere/quod a subditis soluitur.

Tributarius qui soluendo tributo obnoxius est. Iusti. lib. j. Sed ciuitates quę medorū tributarię fuerant.

Tribuni dicti ꝙ tūc in tres partes populꝰ diuisus erat ⁊ ex singulis creabant̄: vel quia tribuū suffragio crearentur: vel quia vt Uege. inquit/ꝙ tribuebāt iura militibus. Tribuni etiam vocati sunt qui magistratum gerebant: vt regū tempore tribuni celerū: qui centurijs pręerāt: postea facti sunt tribuni militares in castris qui parem cum consulibus haberent potestatē qui imperatori opponebantur pro militibus. Tribunorum militariū sicut docet Asco. duo sunt genera. Alij rufuli dicunt̄ qui in exercitu creari solēt. Alij sunt Comitiati qui Romę comitijs designant̄. Tribuni militaris officiū est: vt miles veste indutus: armis bene munitus/exercitandis vsu ⁊ disciplina eruditus incedat. Olim tribuni militū cōsulari potestate promiscue ex patribus ac plebe creati sunt. Alij fuerunt tribuni plebis qui in defensione plebis a patribus facti sunt ānno fere decimoseptimo post exactos reges. Alij tribuni ęrarij dicti ab eo ꝙ his attributa erat pecunia quā militi reddebant.

Tribunitius/qui tribunus fuit.

Tribunitius a.um.quod ad tribunos pertinet. Salu. Nam postq̃. C. Pompeio. ⁊. M. Crasso consulib⁹. tribunitia potestas restituta est.

Tribunatus us.ipsa tribunorũ dignitas. Cice. Lel. de Caij aut Gracchi tribunatu quid expectem nõ libet augurari.

Tribunal pe.pro.locus excelsus in quo residebat q̃ ius tribubus redderet.

Tribuo is,bui.butũ.quasi tributum do/concedo. Sed hoc beniuolentię eius tribuendũ est. Aliquãdo capitur sicut vendo. Hiero.in Deutro. Aquã pecunia tribue ⁊ sic bibemus. Aliquãdo capit̃ pro assumo vt tu tibi multũ tribuis. Aliquãdo pro fauere. Cice. Crassipedi. Cum vniuerso ordini publicanorũ semꝑ libẽtissime tribuerim. Cui⁹ cõposita sunt Attribuo/cõtribuo/simul tribuo:hoc est alijs partẽ facio. Distribuo/diuersis modis tribuo. Terẽ.in Adel. Argentum annumerauit/illico dedit:p̃terea in sumptum dimidiũ minę id distributũ est sane ex sententia. Retribuo/quasi retro tribuo:hoc est remunero.

Tribulus pe.cor.spinę genus a semine triangulari dictus vel qui cuspidatus trifariã feriat. Ouid.libro.v. me. Loliũ tribulicꝫ fatigãt triticeę messes.

Tribula ę.⁊ tribulum/ genus vehiculi quo frumenta in area terũtur a tribus lateribus sic appellatur. Aug. libro de ciui.dei. Nam sicut sub vno igne aurũ rutilat ⁊ palea fumat:⁊ sub eadem tribula stipulę cõminuuntur/frumenta purgantur. Virg.li.i. Geor. Tribulacꝫ trahecꝫ ⁊ iniquo pondere rastri. Var. E spicis in area excuti grana:qđ fit apud alios iumẽtis iũctis ⁊ tribula.

Tribulariũ a tribula fieri videt̃/⁊ significat locũ vbi tribulę recondunt̃:vt est apud Col.

Tribulor/verbũ factũ ab angustia ⁊ dolore illorũ q̃ tribulũ ferri vel tribulũ herbam calcauerit q̃ orit̃ in lacubus ⁊ paludibus trigoli vel ferrarie/vulgarẽ etiã murex/angulata est:iacit̃ vt vis semꝑ cuspis est erecta/bellicũ ferramentũ est.

Tribrachus penult.cor.pes ex tribus breuib⁹ syllabis constans a τρεισ ⁊ βραχυσ qđ significat breue:vt Te corydon o alexi. Ubi dono a tribrachus est cum vocalis ante vocalẽ breuis fiat.

Trica/apulię oppidũ. Uide in dictione apina.

Tricę/capilli pedibus pullorũ gallinaceorum inuoluti. Qui ꝗ̃o gressum illorũ impediãt:factũ est vt oia impedimenta tricę dicant̃. Plau.in Cur. Qđ argentũ tu mihi?quas mihi tricas narras? Inde extricare et intricare pro expedire ⁊ impedire.

Tricephalus pe.cor.qui habet tria capita.

Triceps/triũ capitũ. Seneca. Tricipitẽ secũ beluã moribus trahens.

Tricliniũ/latine discubitoriũ dici põt. Est eñ locus in quo discumbe bant ⁊ cęnabant p̃cipue in cõuiuiũ accepti a tribus lectis quos sternebant contignis. Nã tris mensas in cõuiuio apponere veteres solebant ⁊ iacendo cęnare sicuti turci faciunt. τρισ eñ tres κλινη lectus dicitur. Hinc Hora. Sępe tribus lectis videas cęnare quaternos. E quibus vn⁹ auet quauis aspergere cunctos:preter eũ qui prębet aquã. Iuue. Ergo duas post Si libuit mensas neglectũ adbibere cliẽtẽ. Tertia ne vacuo cessaret culatra lecto Una simus ait. Uirgil. Inde toro pater Aeneas sic orsus ab alto. Quintil.locũ intellexit dũ ait: Uix eo limen egresso tricliniũ illud supra conuiuas corruit. Apul. lib.x. Iam denicꝫ cęnaui e triclinio dñi decesseram⁹. Hũc locũ Cicero appellat Cõclaue. Cuius hęc sunt verba. Nec inter conclaue illud cecidit. Proprie tamen conclaue dicit̃ quicũcꝫ locus secretior vbi collo quia fieri solent. Habetcꝫ vnã clauẽ cõmunẽ domesticis:nec est omnibus ad eũ eundi potestas. Uitruui⁹ In tricliniarijs/cęterisꝫ cõclauibus maxim⁹ est vsus luminũ. Constat igit̃ tricliniũ ⁊ lectos discubitorios ⁊ ipsas cenationẽ.i.locũ vbi semꝑ lectis cęnaturi discumbebant significare. Sed postea tricliniũ ꝑ abusionem apparatus ad mensam factus dici cõsueuit:et coacta in locũ vnũ parãdę paucorum cęnę suppellex necessaria. Hinc Architriclinus qui huic ministerio p̃est. Unde Cice. Sterni triclinia ⁊ in foro sterni iubebat. Sic Bicliniũ locus attributus cõuiuio a duplici ordine discũbẽtiũ. Plau.in bac. Aduortite nescio che ⁊ tu pistoclere ias facite in biclinio cũ amica sua vtercꝫ cubitũ eatis.

Triclinarius/minister qui in triclinio ministrat.

Triclinarius a.um.⁊ triclinaris ⁊ hoc triclinare quod ad tricliniũ pertinet:vt mappę triclinares ⁊ lecti triclinarij. Triclinariũ. Pli.lib.ix. Qua purpura quis non inquit triclinaria facit?

Tricolon.pe.pro.latine trimembre dicit̃.

Tricones/morosi ⁊ ad ridendũ duri.

Triduũ/spaciũ triũ dierũ.a quo Triduan⁹ a.um. Unde triduanas inducias legimus.

Tridens/ Neptuni sceptrum:⁊ quicquid habet tres dentes tridens dicitur.

Triemeros/latine triduanus pe.cor.

Triẽnis/triũ annorũ. Nã triẽnis/trim⁹/⁊ triũ annorum idẽ significãt. Unñ Hiero.i testamẽto veteri. Sume mihi vaccã triẽnẽ ⁊ caprã trimã ⁊ arietẽ annorum triũ. Hinc triẽniũ spaciũ triũ annorũ.triẽnale adiectiuũ.

Triẽs/nõmi gen⁹ tertia pars assis. Iuue. Nec habet infelix quẽ porrigat ore triẽtẽ. Itẽ sumit̃ ꝓ calice. Proper. Cũ fuerit multis exacta triẽtib⁹ hora. Apđ Uitru. Triẽtes siue qđ idẽ est triẽtalis materia nomen habent a mẽsura ꝙ asseres instrumẽti eius trientales hoc est crassitudine quattuor vnciarũ essent.

Trientalis/herba a mensura dicta est.i.quę folio trientem ęquet amplitudine.

Triental/vasis gen⁹ tertiã partẽ sextarij capiens. Persius. Calidũcꝫ triẽtal Excutit e manibus.

Trieris penul.pro.nauis magna quę grece Durachõ a tribus sessionibus. Latine triremis/aut pene idem Hierony.in lib. Numeri. Uenient in trieribus de italia superabunt assyrios.

Trierarch⁹/p̃fectus trieris. Cice.in ver.actio.iij. Qua de re charidemũ chiũ testimoniũ priori actione dicere audistis sese cum esset trierarchus.

Trieteris peñ.pro.spaciũ triũ annorũ. Sta.lib.iiij.th. Ludus ⁊ atra sacrũ recolet trieteris opbetẽ. Mar. Aspicis vt paruus nec adhuc trieteride plena. Regulus auditũ laudet ⁊ ipse patrem.

Trietericus/triennalis a τρεισ ⁊ ετοσ ann⁹. Hinc trieterica appellata sunt sacra bacchi:qr triennalia q̃ tertio quocꝫ anno sumptuosiora annuis ei⁹ orgiis agitabant̃. Instituta sunt eñ cũ ex india victor redisset a triennio quo peregrinatus est. Ouid. lib.ix .meta. Utcꝫ tuo moto proles semeleia thyrso/ Ismarię celebrant repetita triennia bacchę.

Trifaux/tres fauces habens. Unde Cerberum trifaucem vocant.

Trifax vel triforũ/telũ lõgitudine triũ cubitorũ.

Trifariã aduerbiũ/significat tripertito.

Trifer a.um.qđ ter fructus producit.

Trifidus a.um.pe.cor.qđ in tres partes diuidi põt.

Trifiniũ/dicitur vbi triũ agrorũ terminus est.

Trifoliũ simoniamũ/herba est quę inuenit̃ fragosis locis efficacissima tradit̃ contra viperę venenũ/odoris grauis/necꝫ absimilis bitumini. Et idcirco greci eũ ασφαλτιον appellãt:nostri aũt propter figurã acutam trifoliũ vocant. Nam longis ⁊ hirsutis folijs viret/caulẽcꝫ rubustiorẽ facit q̃ prateñse.

Trifur/trifurcifer/tricerberus/plus q̃ fur/plus q̃ fur/

cifer/magnus cerberus. Nam eris pro valde quandoq̄ accipit a grecis. Plau. Non fur/sed trifur.

Triga quasi triaga a tribus equis iunctis. currus qui a tribus equis trahitur. Unde trigarium dictum triga rum curule certamen. Plinius libro.xxviii. Ferūt neronem principem hac potione recreari solitū/cum sic quoq̄ se trigario approbare vellet. Et lib.xxi. diges. Et si triga venierit/retinenda erit rota: ⁊ si quadriga redhibeatur. Trigarius locus iuxta campū martiū. Pli.libro vltimo. Ne equos quidem in trigariis p̄ferri vllis vernaculis animaduerto. Apud Martianum quoq̄ Capellā.libro.ix.qui de musica inscribit: Trigariū inquit supplicantis semper germanitatis adueniet: hoc est trigemina inde illa mulier/siue tres in vnius nominis vocabulo conspirantes. Trigam etiā humū veteres vocabant.

Trigamus pe.cor.qui tres duxit vxores. Hiero. contra Iouit. Currit ad Abraā/Isaac ⁊ Iacob: ex q̄bus prior trigamus/secundus monogamus/tertius quattuor vxorū est: Lie/ Rachel/Bale ⁊ zelphe.

Trigo as.stringo. Unde obtrigo/quod est iureiurando astringo.

Trigon/pile genus ⁊ turtur.

Trigonia/etas tertia.

Trigonus pe.pro.triangulus/triangularis. Hinc Trigonalis/forma q̄ tribus lineis cōstat Δ.

Trigemmis quid significet/declarat Columella lib.iiii. cum ait: Uallis ⁊ vliginosi campi situ serimus eū trigemmē quē est paulo minor dodrante/longior vitis semipedeq̄ne non ab eo trigēmis dictus est q̄ oīno triū oculorū est: cum fere circa plagam qua matri abscisus est plenus sic gemmarū: sed q̄ his exceptis quibus est frequens in ipso capite tres deinceps articulos: totidemq̄ gemmas habet.

Trigeminus/idem qd̄ tres. Colu.lib.viii.de Capella. Parit autē si est generosa proles frequēter duos nō nunq̄ trigeminos.

Trigla/gen⁹ piscis q̄ a nostris mulus dicitur ⁊ barbō. Hinc trigles/lapillus q̄ multi colorē habeat.

Trilices/vestes q̄ ex tribus licijs constant. Interdū tamen trilicem triplicem dicimus.

Trimus a.um.qd̄ est triū annorū: a quo trimulus diminutiuū ⁊ Trimatus tus. ⁊ trima dies.

Trimetrum penultima corre.carmen ex tribus pedib⁹ constans.

Trymma/dicit vinū ex aromatis/in quod iunc⁹ ⁊ myrrha ⁊ calamus misci solebat.

Trimorion/a tribus signis dictum est. Tria ꝟo signa partibus nonaginta constāt. Erit ergo trimorion pars ab horoscopo geniturę nonagesima. Itēq̄ a situ lunę altera nonagesima vnde vaticiniū vitę substantiarumq̄ sumatur.

Trimestris/trium mensium.

Trinundinū. Uide in dictione nundinę.

Trinacria/insula q̄ ⁊ sicilia/sicania ⁊ triquetra appellat a tribus ꝓmontorijs dicta est trinacria pachyno/scz lilybeo ⁊ peloro ⁊ ακρα summitas. Hinc Trinacris. Ouid.in fas. Terra tribus scopulis vastū ꝓcurrit in equor. Trinacris a positu nomē adepta loci.

Trinepos penul. cor.abnepotis filius/q̄ sit post tres a nepote.

Triobulus pe.cor.quasi homo parui pretij a trib⁹ obolis. Plau. Non ego homo triboli sum. Hinc fit triobolaris vilis ⁊ pretij triū obolorū.

Triodos/latine triuiū dici potest.

Triones quasi teriones/boues aratorij. Unde septem stelle septētriones nostri: veteres a bobus iūctis appellarunt ex quibus figurantur.

Triparcus/valde parcus. Unde triparcos homines vetulos.

Tripertior in tres partes diuido. A quo Tripertito aduerbium.

Triplex/quod est trium plicarū. Unde triplico as. Interdum triplex sumitur pro quodam tabellę genere quo scribi epistolę solebant. Martia. Tūc triplices nostros non vilia dona putabis Cum se venturā scribet amica tibi. Uide supra in dictione duplex in alio significato.

Triplus tripla triplum/eius significationis est quo et triplex.

Triplaris numerus dicitur cum ex duob⁹ minor ter in maiore numerat: vt sunt tria ad vnū.

Tripolis/oppidū trigeminum/quoniam tyrij/sidonij ⁊ arabij illud obtinent. Hinc tripolitana regio dicta est. Sunt autem duę hoc nomine: Africana scz ⁊ Siriaca in phenice. Oppida tripolis africanę sunt Abrotonum: tophia ⁊ leptis magna. Pompo. Locus ex numero tripolis dicit.

Triptota nomina sunt quę tribus tm̄ casibus declinātur. penul.produ.

Tripus tripodis ⁊ tripoda dę.penulti.cor.dicit omne qd̄ habet tres pedes. Usi sunt veteres tripodę/tum ad delicias/tum ad edendi necessitatem. Tripodes erant mensę in templo Apollinis delphici: quib⁹ superponebant Phebades quę ⁊ Cortinę dicebantur vt vaticinabantur. Pli.li.xxxiiii. Ex ęre factitauerūt ⁊ cortinas tripodū nomine delphicas: greci viros fortes tripodibus donabant: quia non facile succūbūt. Uirgil.libro.ix. Et tripodas geminos auri duo magna talēta. Hora.libro.i.car. Donarē tripodas pręmia fortium Greiorum.

Tripudiū quasi terripauiū. Sic enim primo dictuz est post terripudiū: deinde tripudiū est dictū a pauio/ferio. Unde tripudia solistima dicebant auguria q̄ fiebant quotiens offa q̄ pullis dabat aliquo modo cadebat in solū. Ita enim a solo solistimuz: vt a medio mediastimū dicit. Cum igit offa ex ore pulli ceciderat: tum auspicanti tripudiū solistimū nunciabatur. Tripudiū etiā saltatio dicit similiter a pauienda terra q.s.saltādo terra pauit. Liui. Ferre ac per vrbem ire cum tripudijs solenniq̄ saltatu iussi.

Triquetra penulti.prod.figura triangularis. Quo nomine dica est sicilia. Hora. Quid militibus promissa triquetra: Inde triquetrus triquetra triquetrum. Syrius lib. v. Hunc ethnca cohors triquetris quas miserat oris.

Triremes pe.pro. dictę sunt quas vulg⁹ galeas vocat licet duos tm̄ remoꝝ ordines habeat in laterib⁹. Nā biremes naues duorū ordinū sunt. triremes triū quadriremes quattuor. Greci trieres vocant. Triremes inquit Amodes corinthius.

Trismegistus Mercurius quasi ter maximus dictus. vel valde maximus.

Tristega pe.indifferente/significat tricameratū nomē cōpositū a stega qui est locus nauis. Stega ꝟo a sto stas sic. Plau.in bac. Forte vt assedi in stega.

Tristis proprie mestus dicit. Uirgi. Tristis at ille tamen cantabitis inquit. Sed quia tristitia in frōte hominis crudelitatis/grauitatis/irę/minarum/studij/difficultatis indiciū est: fit vt tristis aliquādo pro seuo accipiatur. Uirgili. Illi meā tristia facta Degeneremq̄ neoptolemuz narrare memento. Aliquando pro graui. Cice. Qui numero optimatū ⁊ principum reliquit grauitatis suę illū tristem ⁊ plenū dignitatis. Aliquādo pro irato. Lucil. Timeo certe ne mihi sit tristior. Aliquādo pro minaci. Hisq̄ adytis hec tristia dicta reportat: inquit Uirgil. Aliquādo ꝓ duro. Lucili Addo eosdem tristis ac seueros philosophos. Cice. Iudex tristis ac integer. Aliquando pro amaro. Uirgil. Tristisq̄ lupini Sustuleris fragiles

calamos. Aliquãdo pro difficili. Cice. in Cato. Facilius in morbos incidũt adolescẽtes: grauius egrotãt tristius curantur. Aliquãdo pro horrido. Mar. Amator ille tristiũ lacernarũ.

Tristo as. tristẽ facio. Unde et contristo. Virgi. Et pluuio contristat frigore celũ. Est et tristor deponẽs. Unde et cõtristor: vt cõtristatus est rex propter iusiurandũ.

Triptolemus/nomen propriũ viri qui fert in attica regione vsum frugũ primus inuenisse.

Tribades mulieres dicte sunt fricatrices/que portẽtuoso coitus genere in sexũ suum libidinẽ exercẽt ἀπὸ τοῦ τρίβειν: quod significat fricare.

Triticũ/dicit quod tritum est ex spicis. Hinc Triticeus a. um. vt panis triticeus.

Trito as. frequentatiuũ est a tero teris/et significat minutim tero.

Trituro as penul. pro. significat tero et ad segetes pertinet. Et habet primã syllabã longã quasi ab tero triui tritũ. Hinc tritura. Virg. Magnaque cum magno veniet tritura calore.

Tritonia dicta est minerua quod tẽporibus Ogygũ regis ad lacũ tritonis virginali primũ habitu apparuerit: triton autẽ fingit esse maris deus Neptuni et Salacie marine dee filius quod primũ in tritone africe palude visus fuerit: vbi ait Herod. virgines annis singulis se purgare lãpadibus et lignis in veneratione palladis. Diodo. scribit dictã tritoniã a Crete filio tritone.

Triumuir/nomẽ magistratus quẽ tres collegę administrant. Triũuiri triplices fuere. Capitales/Mensarij/Nocturni. De capitalibus sic habet Pompo. de ori. iuris. Triumuiri capitales cõstituti sunt qui carceris custodiã haberẽt: et cũ aiaduerti oporteret interuẽtu eorum fieret. d Mẽsarijs Liuius cõmemorat. Triũuiri mensarij creati sunt. Hique nummularijs et monete omnis generis et forme cusoribus preerant. De nocturnis meminit Cor. Tacitus. Triumuiri nocturni quod ad incendiũ in sacra via ortum tarde venerãt: a tribuno plebis die dicta damnati sunt.

Triuiũ et quadriuiũ/dicuntur pro loco in quo tres vel quattuor sunt vie poni cõsueuerint: sumit tamen quãdoque pro loco frequenti quo antiqui cõuenire solebant Catul. Omnibus in triuijs vulget fabula passim. Iuuc. Nõne libet medio ceras implere capaces quadriuio? Erãt etiã rusticorũ sacris attributa. Nam illic oues cedebantur et serta appendabant. Tibul. Nam veneror seu stipes habet desertus in agris. Seu vetus in triuio florida serta lapis.

Triuialis et hoc triuiale a triuio fit. Unde triuialis scientie magistri a Quintil. dicunt qui in triuijs docẽt. Hic triuialiter aduerbiũ/quod significat passim: vulgo vbique. Grãmatica dicit triuialis sciẽtia: quia in triuijs docebatur. Triuialis pro lingua vulgaris qua in triuijs pueri grãmaticã discẽtes vtebant.

Triuia/dicta est diana quod triuijs preesset propter quod tris facies habere fingebat. Virgi. Tria virginis ora diane. Ouid. Ora vides hecates in tris vergentia partes. Seruet et internas cõpita secta vias.

Triumphus quidã grecum putãt. Nam θρίαμβον appellant greci: nos aspiratione ex prima in nouissimã syllabã translata et b mutata in p/dicimus triumphũ. Var. a Baccho huius rei inuẽtore. tranquillus dici existimat triumphũ: quia qui triumpharet/triplici iudicio honoraret. Primo enim exercitus de triũpho discernendo duci iudicabat. Secundo senatus. Tertio populus. Erat autẽ triumphus omniũ honorũ qui a populo romano dari solebãt maximus. Nã illa põpa solẽnis erat que fiebat redeũtibus in vrbẽ cum victoria Michalus autẽ in etymologicis ait: τρίαμβος ἡ πομπὴ ἐν ταῖς πόλεσιν ὅταν ἠγῆται στρατηγὸς ἀγαθός καὶ παῖδες περιτρέχοντες αὐτῷ τοῖς θριάμβοις ἐπεζον προφερομένοις ἰάμβεια τετράμετρα καὶ στίχους φασίν ἐν ἀλλῷ ... ταῦτα πολλαγράφει.

Triumpho as. triumphum ago. Cice. in Cato. Mar. Curius cum de sannitibus triũphasset. Qui autem triumphabãt apud romanos equis albis vehebant curru inaurato/capite coronato lauro et ante ipsum triumphantẽ victus hostis oneratus collo catenis et sequente senatu capitoliũ ascendebãt ad templũ Iouis optimi/maximi/vbi mactato tauro albo domũ redibant. Lege Plutarchũ et Liuiũ. Aliquando tamen triũphare ponit pro exaltare. Cesar: Quod euenisse nobis gaudeo et triumpho. Huius passiuũ est Triumphor.

Triumphatus a. um. de quo triumphatũ est. Virgi. iij. geor. Bisque triũphatas vtroque ab littore gẽtes.

Triũphatus us. ipsa triumphatio. Pli. Ne triũphatu suo nimis superbiat Antonius.

Triũphator/qui triũphat vel qui aliquando triũphauit.

Triũphale/quod ad triumphũ pertinet. Unde triũphales corone: quibus imperatores in triũphis coronabant. Triumphalis vir qui triumphauit. Sicut cõsularis qui consul fuit. Sue. de Aug. Solos triũphales: hos et socios expeditionũ et participes victoriarũ suarum nunquam donis impertiendos putauit/quod ipsi quoque ius habuissent tribuẽdi ea quibus vellẽt. Triumphalis porta romę dicta est/quod per eã triũphi agerent. Triũphale territoriũ etiã romę quod nũc Vaticanũ dicitur. Ubi Damasus papa scribit beatũ Petrum sepultũ fuisse in vaticano iuxta triumphale territoriũ.

Tros/nomẽ viri propriũ et nomen adiectiuũ a troia formatũ et facit geni. trois et troos: quia vt inquit Ser. Omnia nomina monasyllaba greca que in latinũ sermonẽ trãsferũtur tertię tamen sunt declinationis: et tam latine quam grece declinari possunt: vt Tros is. oos. Pan. panis panos.

Troas vt inquit Hieronymus. lib. de. xi. questionibus/ciuitas est que prius troia appellabat. Est et regio quam Prole. minorẽ phrygiã appellat. Adiacet hellesponto: vt Pli. lib. v. scribit. Alij mysię tribuũt: que ad occidentem subiacet tota mari exposita. Homerus ab Esapo vsque ad Caici fluminis ostia eius fines produxit. i. ea Ilion: que et troia mille quingentis passibus a portu distans omniũ que sub sole sunt insignissima. Ciuitates troadis nobiliores/Dardanũ/Simoentis fluminis ostia. Antandrus/Smirna/Claçomene/Ephesus/Miletus/Pergamus/Tyatira Philadelphia Laodicia/Antiochia/Montes clari/Ida et Tmolus A troas fit Troadensis.

Troia vt Ser. scribit regio minoris Asię in qua Ilion vrbs et regia Priami: que etiã Troia dicebat a Troe rege: antea Teucria a Teucro: et Dardania a dardano. Scriturque greca diphthongo. nec diuidit i cõsona adiectiuũ pro o et i vocalibus et diuisis. Et cũ prouinciã significat principale nomẽ est: et breuis est tro. Quãdo autẽ non est principale et deriuatio est tro/longa est. Vir. Et troia gaça per vndas. A troia fit tros. Idem Tyriusque mihi nullo discrimine aget. Est et tros nomẽ viri propriũ. Troianus a. um. vt Troianas vt opes Troicus ca. um. vt Troica castra apud Virgilium. Troius a. um. vt Troia gaça. Troiugenas. Ennius: Troiugenas bello claros Sane troiugena et Graiugena cũ gemino ij scribi debuerint mutarunt i sequens in u alternitatis causa: vt pro troiigena et graiigena troiugena et graiugena factũ sit. Troia etiã ludus puerilis equestris ab enea cõstitutus. Sue. de Cesa. Troiam lusit turma duplex maiorum minorumque puerorum. Virgi. Troiaque nunc pueri troianũ dicit agmen. Et troia locus est in agro Laurente in quo primũ eneas cõstitit. Asc. Semper autẽ prima longa est.

Trochus/rota/reuolutio/que rota vt inquit Acron a ludentibus pueris scutica agitabat et rotabat.

Trochiscus dimi. parua rota. Vñ cõpositiões q̃dã medicorũ in formã rotulę trochischci dicunt.

Troche⁹ pes celer volubilis q rotatim ⁊ celeriter dicetur. Nam τροχὸς latine rota d̃r a Mercurio repertus tenet locũ vltimũ: cõstatq; ex duab⁹ syllabis prima lõga/ vltima breui. Vel d̃r ἀπὸ τοῦ τρέχειν id est a currẽdo: q2 cursum suũ habet de lõga syllaba in breuẽ ⁊ a grecis τρόχαιος appellat.

Trochũ neutro genere est genus sellę.

Troclee siue trochalia/ instrumẽta cũ orbiculis ad subleuãda ⁊ deprimẽda onera. Vel rotulę striatę sunt e ligno vel ere q̃bus aquas haurimus sunt ductario ⁊ hydria. Lucr. Multaq; per trocleas ⁊ tympana põdere magno cõmouet atq; leui sustollit machina nisu. Et interpretatiõe Diogenis Laertii sic scriptũ est. Ego ita hisce iampridẽ assuetus sum ac si sonũ iugiter troclearũ hauriã. Nam dum saxa aquę ligna marmora ⁊ id genus cetera per trocleã sursum ductario fune trahuntur/ crepitus concitat.

Trochilos pe. pro. parua auis/ rexq; auiũ d̃r: q̃ alio nomine Regulus: siue vt Sue. inquit Regaliolus: Ab Aristotele πρεσβυς quasi rex ⁊ senes auiũ. Vide supra in dictione regaliolus.

Troglodytę/ populi ethiopię/ cauernas incolẽtes. De quibus Pli. ⁊ Hiero. contra Iouia. Nomades ⁊ troglodytę ⁊ scythę ⁊ hunorũ noua feritas semicrudis vescũtur carnibus.

Trophęũ cũ ę diph. a τροπή: hoc est ab hostiũ cõuersione: vbi in fugã versi sunt hostes. Nam qui hostes fugasset/ merebat trophęũ. Est eñ trophęũ qd in testimoniũ victorie publico in loco statuit: vt apud Cice. li. ij. ad herẽ. Qui thebani equũ eneũ in monumẽtũ victorię cõtra lacedemonios statuerãt tropheã.

Troezen fuit oppidũ atticę regiõis: a quo troezenij populi sunt appellati.

Troizenus/ fuit thrax vnus ex his qui venerũt in auxilium troianũ apud grecos fuerunt arbores amputatę in eo loco vbi hostes vicissent atq; in fugã vertissent. Amputabant enim ramos arborũ: ac deinde spoliis hosti detractis ornabãt: vt essent posteris monumẽtum victorię in eo loco partę. Deinde etiã cepta sunt poni in montibus ⁊ locis eminẽtioribus. Hinc Salusti. de Pompeio ait: q deuictis hyspanis trophea in iugis pyrenei montis posuit. Et Romę in arcub⁹ figebantur exedificatis. Quę vero spolia in tropheo figerentur docet Virgi. libro. xj. Mezenti duci exuuias tibi magne trophęũ Bellipotẽs aptat rorantes sanguine cristas: Telaq; trunca viri ⁊ bis sex thoraca petitũ Perfossũq; locis clypeũq; ex ere sinistre Subligat atq; ensem collo suspẽdit eburnũ. Accipitur et trophęũ p victoria seu p virtute qua parta est victoria: vt in hymno: Trophea sacra pangimus.

Tropei dicũtur quasi versarij qui alios vellicant/ infestantq; ⁊ ne deprehendant conuertunt se. Sueto. in Claud. Et quotiens cibũ obdormisceret olearum ac palmarũ ossibus incessabatur. Interdũ ferula/ flagro vel velut per ludũ excitabat a tropeis τρέπω eñ grece/ significat verto ⁊ τροπή versionẽ. Inde ⁊ tropei venti vocant cum e mari redeũt.

Tropus dici potest modus/ figura conuersio. Et diffinitur a Quintiliano/ q sit verbi vel sermonis a propria significatione ad aliã cum virtute mutatio. Inde sit Tropicus a. um. pro figuratiuo. Augu. Qd ea locutione dictũ quã greci dicunt hyperbolen q̃ vtiq; tropica est/ non propria.

Trophimus grece/ latine alumnus dicit.

Tropologia/ figurata locutio latine dicit.

Trossulũ/ oppidũ thuscię dictũ q sine peditũ adiumento equites cepissent: a quo trossuli dicti sunt ei⁹ incolę. Trossuli eñ dicebant equites cuz antea celeres a Celere Remi interfectore: postea flexumines a flectendis animis: qñ iudices erãt: siue a flectẽdis equis. Iuue. Qd ad equestrẽ ordinẽ pertinet antea/ trossulos vocabant: nũc equites vocant.

Trua/ vasis genus a terẽdo d̃r quasi terua: quã nos diminutiue trullã dicimus. Siue vt Var. docet a traiciendo/ traiiciẽdo ve q per eã aqua traiicit.

Trulla diminutiuũ a trua. Var. Trulla ad similitudinem truę: q̃ q magna ⁊ hec pusilla: vt trulla truę q̃ e culina in lauatrinã aquã fundũt. Hinc detrullare de quo alibi. Fuit etiã trulla vas quo ventris onus deponit. Mar. Cluuicus herodes trullã subduxerat egro: Itẽ capit p vase lato/ pfundoq; qd in mẽsam inferri pigrũq; solet. Qd licet potui ineptũ videat tñ vsurpatũ fuisse legimus. Hora. Qui veientanũ festis potare dieb⁹: Cãpana solit⁹ trulla vappãq; pfestis. Iuue. Si trulla inuerso crepitũ dedit aurea fũdo. Vbi bibacẽ arguit q in trulla bibat: ineptũ q crepit⁹ inter bibendũ edat. Pliñ. Sunt ergo vasa tñ corinthia q̃ isti elegãtiores nũc ex sculpẽdo transferunt modo in lucernas: modo in trullas nullo mũditiarũ dispectu. Est ⁊ thrulla cũ aspiratiõe cementerij instrumentũ q̃ fabri murarij tectorijs linendis cõplanandisq; deluare solent: vt nõ solũ parietes pulchritudinẽ accipiant/ sed ⁊ fortitudinẽ cõtra iniuria imbriũ ⁊ crebrerrimas tempestates. Inde Thrullissare apud Victruuium legitur. Scribunt quidã Thrullam esse felicis Arabię portum.

Trulleũ/ vasis genus quo man⁹ perluitur simile trullę nisi q latius erat. Var. de vi. pa. Itaq; ea sibi nõ ponere ac suspendere q̃ vtilitas postularet trulleũ matellionẽ peluim nasiternam.

Truo/ auis q̃ alio noie onocrotal⁹ d̃r. Ceci. Irrides magnitudinẽ nasi p dij imortales vñ pcessit truo.

Trudo is. si. sum. pprie significat violẽtiã quãdã expello. Plau. in asi. Ille exactor hinc trudet. Aliquando Trudere est obducere seu pducere. Idem in epi. Quę te intemperie tenent? quas tu mihi tenebras trudis? Terẽ. in an. Fallacia alia aliã trudit. i. insequit. Huius cõposita sunt Abstrudo/ cõtrudo/ detrudo/ extrudo/ intrudo/ obstrudo/ obtrudo ⁊ retrudo: que habẽt primã productã.

Trusatilis pe. cor. vt mola trusatilis. i. mola manuaria q manibus trudat. i. pellatur.

Trux/ ferox crudelis/ a quo trucidas/ crudelitas.

Truculentus/ qui vultu crudelitatẽ prefert/ aliosq; terret. Teren. in adel. Ego ille agrestis seuus parc⁹ tristis truculentus tenax.

Trucido as. pe. pro. crudeliter neco. Lactã. li. j. Liberos pplos aut trucidare aut subijcere seruituti. Vir. Fit via vi rapiũt adit⁹ pmosq; trucidãt. Hui⁹ cõppsita sunt Obtrucido/ qd est auide trucido. Retrucido/ iterũ trucido. Liui. Offerre se corpa ira retrucidaret

Truncus/ pars arboris q̃ ramis trũcatis supstat. Col. li. iiij. Ut ex his partibus trunci sumant/ quę ⁊ genitales sunt ⁊ maxime fertiles.

Truncus a. um. qd est truncatũ. Ouid. Trunca manu. Col. li. iu. Cum deinde truncã reddideris: acuto ferramento plagam lenito.

Trunco as. amputo. Cuius composita sunt detrunco/ distrunco/ obtrunco/ pertrunco/ qd est perfecte trunco. Plau. in cap. Arripuit gladiũ pertruncauit trib⁹ tergoribus. glandia. i. colla. Et a trũcus fit trũco: qa veteres plerũq; truncũ pro vno quoq; genere interẽptum dixerunt: vt inquit Ser.

Trutina pe. cor. statera. Hora. Trutina ponetis eadẽ. Victru. lib. x. Id autem ex trutinis q̃ ⁊ staterę dicũtur: licet ɔsiderare. Per trãslationẽ ponit p iudicio. Cice. lib. ij. de ora. Ea probando quę nõ artificis/ sed populari quadã trutina examinant. Cornutus tamẽ

ſcribit trutinā foramē eſſe: intra qđ eſt lingua bilācis ad qđ eſt examinatio: qđ alij ęquamentū/alij libramētum/alij ęquilibriū vocant.

Trutino as.pe.cor.examino/penſiculo. Hiero.ad Damaſ. Sint alij diſerti: laudenť vt volūt: ꝛ inflatis buccis ꝟba ſpumātia trutinent. Eſt ꝛ trutinor deponentale. Perſi. Atq₃ ex porrecto trutinanť ꝟba labello. Apu. trutinatā ſciētiā vocat grauē ꝛ recte examinatā

T Ante V

Tuatim aduerbiū/ſignificat tuo more.

Tuba/inſtrumētū muſicū: vulgo notum: a tubo canali ſic dicta. Nā ex lignis tubę fiūt ꝛ ex cornibus. Et quę ex ęre ſunt/tubę ductiles appellanť. Quę ex ligno vł cornu/ligneę vel corneę. Tuba vtunť milites ad excitandos aīos in ꝑliū. Hinc tubicen/q̄ tuba canit.

Tubuluſtrū/dictū ꝙ eo die in atrio ſutorio ſacrorū tubę luſtrabanť.

Tubus ꝛ diminutiuū Tubulus/cāna ſeu phyſtula maior fictilis: qua aqua deducíť a tumore. Hinc etiam tubos viſcerū dicimus: tubulū vocamus auenā que ꝛ cicuta appellať. Gręci ſiphon. Hinc Iuue. tubū ꝑ quē vrina deſcendit ſiphonē vocat. Effigieq₃ deę longis ſiphonibus implent. Tubulos. Pau. iurecōſul. diffinit eſſe per quos paries calore torreť. Non erat tunc ignis vſus in cubiculis: nec ędes ſpiracula habebant vnde fumus exiret.

Tuber generis neutri/gen⁹ cibi collectū ex tumentibus ꝛ quaſi ꝑgnantibus arenis/a tumore dictū. Puto id eſſe qđ vulgo tartufus dr̄. Tubera enim vndiq₃ terra circūdata/nulliſq₃ fibris nixa aut ſaltē capillamētis: nec vtiq₃ exuberāte in quo gignunť loco aut rimā ingerēte/ neq₃ ipſa terrę cohęrētemec etiā includunť: vt plane/nec terrā eſſe poſſimus dicere/nec aliud q̄ terrę callū. Cum fuerint imbres auctūnales ac tonitrua crebra naſcunť: ꝛ maxime e tonitribus: nec vltra annum durāt. Naſcunť aūt ex pituita arborum. Mar. Rūpim⁹ altricē tenero de vertice terrā Tubera boletis poma ſecunda ſumus. Sue. ſubſtantiuū fecit ꝛ genere maſ. Pridieq₃ periret cū oblatos tuberes ſeruari iuſſiſſet. Sunt etiā tuberes poma peregrina ex africa in italiā deportata. Mar. Non tibi de libycis tuberes ꝛ aporina ramis. Propter tamē tumor q̄dā rotūdus in quocūq₃ corpore. Vñ in facie ꝛ quacūq₃ corporis parte tubera dicunť: ſiue per diminutionē Tubercula. In arboribus duricies illa extans ad nodi ſilitudinē tuber dicíť. Pliñ. Reperíť ꝛ in alno tuber/tanto deteri⁹ quāto ab acere alnus ipſa diſtat.

Tubero as.pe.cor.tubera facio ſeu profero.

Tubercinor aris.raptim comedo. Ti. Tuburcinari ſine me vultis reliquias. Plau. in perſa. Tuburcinari de ſuo ſi quid eſt domi.

Tuceta/cibaria cum carne: ſeu vt quidā interpretantur cibi regij.

Tudertū ꝛ tuders tis.oppidū in ducatu ſpoletano. Silius lib.iiij. Et gradiculam celſo de colle tudertē.

Tudites pe.cor.mallei a tundēdo dicti. Vñ ꝛ cuidam cognomē tuditano fuit ꝙ caput malleo ſilē haberet.

Tudicula/inſtrumentū ſiue ſtil⁹ quo vaſis ſigna imprimūtur. Quidā etiā accipiūt tudiculā ꝓ chocleari maiori q̄ ad carnes ꝛ iuſcula/e cacabis extrahēdo vtūť.

Tudiculo as.pe.cor.imprimo ac ſculpo. Et ꝑ trāſlationē Tudiculare poníť pro cōmouere. Var. Heccine nobis carnis hāc mala tudiculaſſe vetulā.

Tudito as.pe.cor.ſignificat lucri grā negociū ago. Enni⁹. Nec tuditātes rē ceſſant extrinſec⁹ vllā Tractuꝫ a fabris q̄ malleis ſępe ꝑcutiēdo opa faciūt.

Tueor eris.pro defendo ſecūdę coniugatiōis eſt: a quo Tut⁹: Quis tuit⁹ eius participiū ſit: quo vſum Quintilianū in decla.ceci legi. Tuitus ſum adoleſcētis miſerrimi cauſam: quem nemo imitatus eſt niſi Laurētius Valla. Qui in raudenſem ſcribit. Quis narrat verrem ſuperaſſe dacos? Tantū ſiciliā contra piratas fortiter tuitū eſſe accipimus. Hiero.ad Dāma. Qđ leges publice/qđ hoſtes tuentur/qđ inter bella ꝛ gladios ſanctū eſt: hoc nobis inter monachos ꝛ ſacerdotes chriſti intuitū fuit. Et quideꝫ pro participio verbi tueor tuitus accipiendū cenſeo/nō tutus ꝛ tuitio nomen verbale/non tutio. Aug.lib.iij.de ciuita. dei. Nimis multos deos grandi fumo ſuo tanq̄ ſigno dato ad tuitionem cōgregauerat. Et ſimiliter in compoſitis intuitū/non intutuꝫ. Non enim dicim⁹: Tutus ſum illū: quippe cum magis nominis q̄ participij vim habeat: licet actiuā ꝛ paſſiuā in ſe gerat ſignificationē: vt Valla docet: vt Tutus portus/tuta vrbs/ꝙ tueatur alios/non ꝙ ab alijs defendatur: tamen ſępe paſſiue in hominibus: vt Tut⁹ ſum ab hoſtibus/ꝙ munitus ꝛ ſine periculo ſum. Nec vllū cōpoſitum habere legi in hac ſignificatione niſi contueor: quo vſus eſt Cice.in Clodiū: Videant hi qui illū Pompeij inimicū/ob eāq₃ cauſam tot tantiſq₃ ſceleribus cōtuebātur ꝛ nōnūq̄ eius indomitos furores plauſu etiam ſuo proſequebantur q̄ ſe cito inuerterit. Tuor vero tueris/pro video tertię coniugatiōis eſt. et tria compoſita habet: Contuor/intuor ꝛ obtuor: a quibus contutū/intutū ꝛ obtutuꝫ fiunt infinita. Plau.in aſi. At hercle ipſum adeo contuor quaſſanti capite incedit. Et iterum: Nam ego illud argentū tam paratum filio ſcio eſſe q̄ me hunc Scipionē contui. Et in Muſ. Profecto nullam equidem illic cornicem intuor. At tu iſtac ad nos obtuere: quoniā cornicem nequis conſpicari/ſi vulturios forte duos poſſis contui. Cice.pro ſe ad quirites: Qui excellenti tumulo ciuitatis: ſedem capitolij in ſaxo incolitis conſtitutam: vt non ſolū cunctā intui/ſed etiā tueri poſſitis ciuitatem. Leo papa: Hanc deferendorū munerꝫ ſeruauere rationem niſi ꝙ pręter illā ſtellę ſpeciē quę corporeū incitauit obtutū. Ex his patꝫ aliud tuor aliud tueor ſignificare: qđ eſt cōtra Priſci. quia tuor ſemꝑ pro video capíť: ſicut contuor ꝛ intuor indicāt. Tueor vero pro defendo: licet quandoq₃ pro video capiatur. Lactā.lib.vj. Si hac de cauſa ſunt homines cōgregati/vt mutuis auxilijs imbecillitatē ſuam tuerētur: id eſt defenderēt. Virg. pro video poſuit cum li. iiij. ait: Talia dicentem iamdudū auerſa tuetur: id eſt huc illuc voluens oculos: Et in hoc ſignificato tm̄ hꝫ intueor. Sal.in Iug. Preterea nr̄ę pręclaros viros ciuitatis ſolitos ita dicere cum maiorū imagines intuerentur ſibi animū ad virtutē accendi. Item contueor cum tamē contuor ſit in eodē ſignificato: qđ contui infinitū facit: vt ſupra in Plau. oſtēſum eſt. Cice. vero contueri dixit lib.j.tuſ. Qđ tandē ſpectaculū fore putamus cum totam terrā cōtueri licebit. Quintili. ꝛ Plautus ipſo verbo vſus eſt in cap. Videntur hunc q̄ inimico vultu contueť? Illud vero Tuitus quo Valla vſus eſt a tueor pro defendo ſumendum puto ſicut ꝛ obtuitus pro aſpectus ab obtueor. Cic. lib.j.offi. Ex oculorū obtuitu ex eleuatione aut remiſſiōe ſupcilioꝝ. Tuor igíť/cōtuor ꝛ intuor ſi q̄ alia forte reperiātur a tuor cōpoſita iam pene obſoleta ſunt fortaſſe ꝙ priſca ſunt nimis: vel non adeo plena ſicut tueor cum compoſitis. Idcirco pro eis tueor/contueor ꝛ intueor in ſignificatiōe vidēdi ſupplere videm⁹.

Tugurium dictum eſt quaſi tegurium a tegendo e in u mutata ruſtica habitatio tecta ex vlua paluſtri. Et tugurij appellatione omne ędificiū qđ rei ruſticę magꝭ cuſtodiende cōuenit/q̄ vrbanis ędibus ſignať. Quę autē ędificanť: vt nec parietes habeāt: nec luto cruſtata ſint: ſed ſi ramētis vel harundinibus alio ve ſimili genere tuguať/tuguria appellant.

Tuguriolū cū accentu in antepe. paruū tuguriū. Qđ si angusti⁹ sit/gurgustiū noiaẽ a gurgulione verme.

Tulit/modo attulit significat. Terē. in an. Nā si illum obiurges qui vitę auxiliū tulit: quid facies illi qui dederit damnū aut malū? Modo pertulit. Virgi. Nō tulit hāc speciē furiata mēte chorebus. Modo sustulit. Vide in dictione fero.

Tum. Vide in dictione Cum. Tumdemū. i. nouissime Vir. lib. xii. Tumdemū mouet arma deo.

Tumba/locus concauus infra terrā. Unde ꝛ ꝓ sepulchro poni consueuit.

Tumeo es. tumui/influor: a quo tumesco/tumidus fio. Virgi. lib. i. geor. Cōtinuo vētis surgētibus aut freta ponti Incipiūt agitata tumescere. Hinc contumesco/extumesco ꝛ intumesco. Aug. Videt in ea contumescētes venas in gutture. Plau. in tru. Eādē vteri illi qđ sciā nūꝗ̄ extumuere: ꝗ̄si extra vł valde tumuere. Lact. li. iiii. Sine vllo attactu viri repēte vter⁹ intumuit. A tumeo fit ꝯtumax: a ꝗ̄ ꝯtumacia.

Tumor/inflatio. Per translationē poniẽ pro superbia. Tumidus/inflatus.

Tumulus/terra tumenẽs. i. collis. Virgi. lib. ii. Est vrbe egressis tumulus. Aliquādo diciẽ sepulchꝝ: q2 ibi coaceruari terra consueuit. Idem lib. iii. O fęlix vna ante alias priameia virgo Hostilē ad tumulum troię sub mœnibus altis Iussa mori.

Tumulo las. sepelio/tumulum facio. Vñ ꝛ attumulo/ qđ est quasi iuxta tumulū facio. Pliñ. lib. xix. Dein si terrā fugiētes cauliculos feces: a terraꝙ ꝓceritate luxuriosa attollētes se emaggerādo aliā attumules.

Tumultus vt auctor est. Hieroñ. vox plurimorū est ꝛ nimię multitudinis clamor ꝛ pariter missus. Cicero: Quid aliud est tumult⁹ nisi perturbatio tāta vt maior timor oriaẽ: vnde est nomē dictū tumultus quasi timor mixtus. itaꝙ maiores nostri tumultū noiabāt. Tumultū gallicū ꝙ erat italię finitimus: ꝓterea nullum tumultū nominabant.

Tumultuosus/qui turbas excitare solitus est.

Tumultuo as. in perturbatione sum.

Tumultuarius a. um. qđ sine ꝓmeditatione factuꝫ est. Unde tumultuaria oratio diciẽ.

Tūc aduerbiū tpis/significat eo tpe. Et de oib⁹ tpibus dr. De ꝓterito. Virgi. Tūc decuit cū sceptra dabas. De ꝓ̄senti. Plau. Tunc eā accede cū potes. De futuro. Idē: Ego tūc adero cū tui vidēdi mihi copia erit. Addiẽ qñꝙ tpis: vt apud Iusti. Tūc tpis persarum Cambysi mediocri viro.

Tundo is. tutudi tunsū ꝺm Priscia. licet eius cōposita ipm n nō habeāt: vt Obtundo obtudi obtusum. Virgi. lib. iiii. geor. Profuit ꝛ tunsum galle admiscere sapore. Pli. tamē li. xxi. tusum sine n posuit. Hęc tusa cribrataꝙ vino quantū poscit excellenti. Diome. docet habere duplex ꝓteritū ꝛ duplex supinuꝫ. s. tutudi tusum ꝛ tunsi tunsum. Significatꝙ tundere percutere/pulsare ꝛ in vase aliꝗ̄ quippiā cōminuere. Plau. in asi. Sed quid hoc ꝙ picus vlmū tundit? Col. li. ii. Ipse autē spice melius fustibus tunduntẽ. Et lib. vii. Quibus in vnū tunsis. Refertur interdū ad verba. Teren. in Ecy. Tundendo atꝙ odio effecit senex: id est sępe dicēdo siue iterādo. Et est translatio sumpta a malleo fabrorū sępe percutiente. Huius composita sunt: Contundo/extundo/obtundo. Pertūdo/valde percutio/aut percutiēdo frango. Colu. lib. vii. Si forte sarculū calcauerit/acuta testa vel lapide vngulam pertuderit. Idem lib. ix. Sępe euenit vt alu⁹ exitum non habeat. Itaꝙ pinna pertundiẽ ꝛ iter digestis cibis prębetur. Hinc pertusa vasa dicimus ꝗ̄ nō sunt integra. Protūdo/vltra tundo. Gel. lib. i. Hau stri ꝟo ꝛ africi ad meridianū orbis circulū: ꝛ ad partem axis infimā depressi inferiores ꝛ humiles per supprema ęquoris euntis protundūt magis fluct⁹ ꝗ̄ eruunt. Retundo/repercutio/rursus frango/hebetē facio/redarguo. Lactā. lib. iii. Cū fortiter inimicoꝝ impetus retudisset. Et li. iiii. Necesse est verā esse hanc religionē ꝗ̄ ꝛ rationē dęmonū nouit ꝛ astutiā intelligit ꝗ̄ vim retundit. i. confringit. Col. lib. v. Qđ euenit in retuso ꝛ crasso ferramēto.

Tunetū siue vt quidā dicunt Tunitiū Scipionis tempore tumul⁹ erat editior/vnde Scipio spectauit carchedonios ad romanā classem exurendā ꝓficiscētes nostra tēpestate regis libyci ciuitas metropolis est: in qua veluti ampliore ꝛ magnificētiore cōsueuit habitare: ꝛ Tuniseus rex appellaẽ. Tunetū nō sane ob hanc causam habitarūt/ꝙ carthagine carerēt a Scipione diruta: cum denuo amplificata surrexerit: ex ꝗ̄ velut ex equo troiano manarūt litterarū ꝓceres. Ad cuius celeberrimū gymnasiū Aug. profiteẽ contēdisse. Hanc Eutro. lib. iiii. Cōtinuis sedecim diebus arsisse perhibet. Hęc septingentesimo anno postꝗ̄ condita erat/dclata est. Hęc vt idem auctor ait. L. Cecilio metello ꝛ Tito flaminio consulibus in africa iussu senat⁹ reparata est: quę nūc manet annis. xxii. euolutis postꝗ̄ a Scipione fuerat euersa. Abest Tunetū a Carthagine. xii. milia ferme passuū. A tunero tunetei dicti sunt: quos Sidoni⁹ Tuniseos appellat.

Tunica/vestis erat apud romanos breuior ꝛ sine manicis: ꝗ̄ proprie viris cōueniebat. Lōgas ꝟo tunicas fęminis cōuenire existimabāt. Virgi. Et tunice manicas ꝛ habent redimicula mitrę. Plau. Manuleataꝫ tunicam habere hominē decet. Dicta est autem tunica a tuendo corpore.

Tunico as. peñ. cor. tunica induo. Var. Hęc lanigeras detūderi docuit tunicareꝙ humulū. Vñ tunicati dicunẽ tunicas vestiti. Et aliqñ etiā expediti ꝛ nullā aliam supra tunicā vestē habētes ꝗ̄les nobiles incedere solēt cū ruri sunt. Iuue. Tunicati fucina gracchi. Ad opulentiā latine linguę augēdā nihil impedit: vt ait Priscia. formarę ꝟba. Tunico tunicor tunicatus.

Turba ꝛ rixa idem significāt. Est eñ turba ꝑturbatio. Vlpi. Turbā appellatā eē labeo ait ex genere tumultus. Si duo rixā cōmiserint vtiꝙ nō accipim⁹ in turba id factū: q2 duo turba ꝓprie nō dicunẽ. Si ꝟo fuerint decē aut ꝗ̄ndecim holes/turba diceẽ. Turba ergo multitudinis/rixa duorum. Sed quia multitudo vere nō vacat ꝑturbatione factum est vt eā quoꝙ appellemus turbā. Cice. Cecinne. Exponerē etiaꝫ quēadmodū hic ꝛ quāta in turba viueremus. Terē. Hui vestrā fidem quid turbę est apud forū.

Turbella diminutiuū/parua turba. Plau. Hanc mihi ancilla turbellā fecit.

Turbidus/cōturbatus/confusus/non clarus/tumens. Hora. lib. car. Qui vidit mare turbidū.

Turbulēt⁹/cōmotus/iratus/turbidus/cōtētiōe plen⁹.

Turbo as. cōfundo/cōmoueo. Plau. in ca. Aduenicēs turbauit totū cū carne carnariū. i. cōmouit. Teren. in Eu. Nescio ꝗ̄d ꝓfecto absente nobis turbatuꝫ est domi. i. innouatū. Huius cōposita sunt Conturbo. Teren. in Eu. Neꝙ edepol ꝗ̄d nunc consiliū capiam/ scio: ita cōturbasti mihi rōnes oēs vt eam nō possim suis: ita vt ęquū fuerat atꝙ vt studui tradere. Deturbo deorsum violēter deiicio. Exturbo/e loco deiicio/ extra turbo expello. Plau. i cur. Si recte facias phedrome auscultes mihi: atꝙ istā exturbes ex aio ęgritudinē. Col. lib. ix. Et in tranꝗ̄llo cōsistēs piscis sedibus suis non exturbaẽ. Disturbo/varie turbo seu dissipando deiicio. Teren. in. an. Ne esset nobis spaciū ad disturbādas nuptias. Quintil. Non eñ discusso alicui⁹ opis angulos aut disturbatos parietes obiicimus. Interturbo/obturbo/ab oñi pte turbo. Terē. in an. Ita ne ꝟo obturbat? Perturbo/valde turbo.

Turbo/turbinis vẽtus cũ frigore maximo: obiecta q̃q̃ deturbans ꝓsternensq̃ ex depressę nubis specu. Virgi. Et terras turbine versat. Est ⁊ turbo genus instrumenti lusorũ pueros maxime delectãs: a cuius fastigiata ⁊ ꝑacuta cuspide/fit turbino nas. Tibul. Nãq̃ agor vt ꝑ plana citus sola verbere turbo: Quẽ celer assueta versat ab arte puer. Item vasculi genus quo pruna ⁊ coctana inter saturnalia xeniola missitabantur cui⁹ effigies turbinis in imo angustissima erat: in sũmo latissima qualis est figura pyrorũ. Item turbo dicitur quicq̃d forma acuta est. Pli. de Aloe. In turbinibus cadorũ. Ouid. Caua buccina sumitur illi Tortilis in latũ quę turbine crescit ab imo.

Turbo onis. propriũ nomen gladiatoris. Hora. lib. ij. Ser. Corpore maiorẽ rides turbonis in armis.

Turbino as. pe. cor. acutũ facio. Pli. lib. xxxvij. Siquidem ⁊ colore trãslucido non differt ⁊ laterũ sexanguli leuore turbinatus in mucronẽ aut duab⁹ contrarijs partibus q̃ magis miremur: vt si duo turbines latissimis suis partibus iungantur magnitudine etiã auellani nuclei. Idem: Turbinatior pyris figura q̃ malis.

Turci/populi. Vide in dictione Tuisagete.

Turdus. auis nota. ⁊ inter primas a saporis bonitate collocata. Hora. Nil melius turdo: vulua nil dulci⁹ ampla. Turdariũ locus quo turdi aluntur ad saginaz.

Turduli/populi hispanię eius quã beticã nunc Granatam vocant. Et ab incolis Turdetania dr. Hi etiam turdetani appellãtur: q̃uis sint q̃ eos diuersos asserãt.

Turgeo es. tursi inflor. Virgil. Tornida iã lęto turgẽt in palmite gẽmę. Hui⁹ cõposita sunt Deturgeo/ qd̃ est cõtrariũ suo simplici: significat enim decresco. Pli. Deturgẽte nilo musculi reperiuntur. Obturgeo/ circũ turgeo. Lucil. Obtursi ebri⁹. A turgeo fit turgesco. Persi. Nõ equidẽ hoc studio bullatis: vt mihi nugis Pagina turgescat dare pondus idonea.

Turgidus/inflatus tumẽs. Aug. lib. iij. con. Per trãslationẽ dixit. Ego dedignabar esse cũ paruul' ⁊ turgidus fastu/mihi grãdis videbar. Hinc fit dimi. Turgidulus. Catul. Flẽdo turgiduli rubẽt ocelli.

Turiones/dicũtur teneritates arborũ vel arbustorũ.

Turia nomen fluuij: ꝑm aliquos generis masculini: ꝑm Prisci. ⁊ Aug. gen. neu. vide in dictiõe duria.

Turris a terrẽdis hostibus dicta est/sicut ara ab arcẽdis. Vel ꝙ aspectu torua sit: hoc est terribilis. Fiũt etiã turres ambulatorię. de quib⁹ Vege. lib. iiij. Hec scribit: Turres dicunt machinamẽta ad ędificiorum speciẽ tabulis tabulatisq̃ cõpacta. Et ne tantũ opus hostili cõcremetur incendio: diligẽtissime ex crudis corijs vel centonibus cõmunitur q̃bus ꝓ modo latitudinis additur altitudo. Nam interdũ tricenos pedes per quadrũ: interdũ quadragenos vl' quinquagenos late sunt: ꝓceritas autẽ ipsarũ tanta sit vt non solum muros sed etiã turres lapideas altitudine superent. His plures rotę mechanica arte subduntur quaz lapsu volubili magnitudo tam alta moueatur. Pręsens aũt periculũ ciuitatis est si ad murũ fuerit turris admota. Plures enim accipit scalas ⁊ diuerso genere conatur irrumpere. Nã in inferioribus habet arietẽ cuius impetu destruit muros. Circa mediã ṽo accipit pontẽ factũ de duabus trabibus septũq̃ de vimine quẽ subito ꝓlatũ inter turrem murũq̃ cõstituũt ⁊ per eum egredientes de machina bellatores in ciuitatẽ transeunt ⁊ occupant muros. In supioribus aũt turris illius partibus cõtati ⁊ sagittarij collocantur q̃ defensores vrbis ex alto contis saxis missibusq̃ ꝓsternãt.

Turritus a. um. altus ⁊ excelsus vt dom⁹ turrita. i. alta ⁊ sublimis ⁊ ad turris similitudinẽ facta. Aliq̃n turritus dicitur turribus plen⁹. Vñ ⁊ turritę vrbes. Et mater deũ cognoiatur turrita: q2 terra est quę vrbes sustinet. Virgi. Qualis berecynthia mater Leta deũ partu phrygias turrita per vrbes.

Turriger/gerens turres: Pli. Sed turrigeros elephãtorũ miramur humeros.

Turricula diminutiuũ/parua turris. Est ⁊ vasculi genus a turris similitudine quo iactari tali ludendo solent. Eadem pyrgus ⁊ orca dicitur.

Turarius/vicus Romę. Asco. Signũ vertũni in vltimo vico turario est sub basilica se flectẽtib⁹.

Turma ordo militaris ⁊ equitũ est dicta quasi terdena ꝙ terdeni equites ex tribus tribubus tatiensiũ/rãnensium ⁊ lucerũ fiebãt. Cõstabat enim ex triginta duob⁹ equitibus: ⁊ q̃ illi ꝑerat/decurio dicebatur: vt Varro ⁊ Vege. tradiderũt. Vel dicitur quasi terma e in v mutata. Vel per onomotopeiã a strepitu vngulaz equinarũ terrã pulsantiũ: vel a terẽda terra.

Turmales dicti qui in turma sũt. Turmatim aduerbium per turmas.

Turnus/nomen viri propriũ apud Virgi. Est ⁊ nomẽ piscis palustris ⁊ nomẽ fluuij.

Turtur/pro aue generis tam mascu. q̃ fę. Plau. Obtostos turtures tibi. Virg. Nec gemere aeris cessabit turtur ab vlmo. Pro pisce est generis mascu. q̃ abo noie pastinaca ⁊ trygon a gręcis dr. In huius cauda stat radius presentissimi veneni. Auso. Letalisq̃ trygon ⁊ bina trygoria corui.

Turunda/lineamẽtũ ⁊ tenta: alioq̃n significat id quod grece ψωλον appellant: quasi buccea siue bolus dicatur quẽ nutrices ingerũt infantibus. Turunda hodie vocatur ab acolis padi etiamnũ placẽta focacea.

Turpis/deformis: est enim cõtrariũ pulchro. Transfertur etiã ad animũ: vt turpe est doctori cũ culpa redarguit ipsum. Interdũ ponitur pro magno. Virgil. Forma bouis cui turpe caput cui plurima ceruix. Et turpes pascit sub gurgite phocas. Item pro crudeli vt sępe apud Salustiũ.

Tus incensum libamen quo deũ veneramur: a tundendis glebis: q2 glebe tundũtur cũ q̃bus fluẽs ex arboribus coalescat: auctoribus Prisci. ⁊ Varrone et Seruio sup primũ. Ge. Alij cũ h scribũt απο του θυω deriuãtes/qd̃ est sacrifico. Nascitur i fęlici arabia ⁊ duplici vindemia colligitur: quarũ prior est circa canis ortũ. Secũda est verno tẽpore. Inciditur enim cortex arboris turifere qua maxime videtur esse ꝑgnans: ⁊ vbi tenuissimus tenditur cortex laxatur hinc plaga: inde ꝓsilit spuma pinguis q̃ cõcreta densatur. Probatur tus candore/amplitudine/fragilitate/carbone: vt statim ardeat ⁊ frietur potius q̃ dentẽ recipiat. Quidã tus nabatheũ vocãt ꝙ nabathea regio est ab Arabia incipiens. Huius arbor Libanotus dicitur.

Turcus a. um. Colu. lib. iiij. Iam turcã plantã mature ampliatã florentisq̃ hortos myrrha ⁊ croco.

Turibulũ/vas quo tus adoletur.

Turifico as. ture suffio.

Tusculũ dimi. a tus. Plau. in aul. Hoc tusculũ emi et hasce coronas floreas. Et tusculũ oppidũ latij sic appellatũ/ꝙ aditũ difficilez habeat/quasi τοσκυλον hoc est fatigans/vexans: quoniã in ꝑalto atq̃ arduo monte erat situm. Hinc tusculani homies ⁊ tusculanus ager. Hęc ciuitas a telegono vlyssis ⁊ Circes filio fũdata est qui per ignorantiã patrez occidit. Ex tusculo Cato Censorinus ortũ habuit.

Tuscia italię regio celebris a sacrificijs: vt q̃dã arbitrãtur dicta. Gręci enim θυειν sacrificare dicũt: vel a thure quo maxime in sacrificijs vtimur. Vl' a tusculo herculis filio: qd̃ veteres grãmatici ꝓbant: vnde ⁊ sine h ab eis scribitur. Hęc tyrrhenia dicta fuit a tyrrheno Athys filio qui e meonia discedens in italiã venit ⁊ eã partẽ occupauit: quę ad mare inferũ sita est: qd̃ et tyrrhenũ dicitur. Hęc a liguribus/romanisq̃ finib⁹ distingitur: iugis inaccessis ⁊ difficilibus referta. Eius

fines macra ꝛ tyberis amnes centum ꝛ septuaginta q̃ttuor. M. inter se distātes. In ea sciētia faciēdoꝝ sacroꝝ ita floruit: vt romani q̄ nō seruāde tm̄: ſꝫ etiā amplificāde religionis cupiditate incēdebanẗ: decē principū filios senatuscōsulto singulis tuscię populis pcipiēde sacroꝝ discipline grā traderēt. Longior est illa ꝓuincia q̄ lata. Ab oriētali plaga in occidētalē porrigiẗ. Nā si ab aquilonari in haustralē pambulemus arctis finib⁹ ꝯtēta est. ab occidēte q̄ ligurię ꝓxia ē habet pisas. Senas ꝛ lucā ꝛ florētiā inclytas ciuitates Ad septētrionē hꝫ vrbē veterē. In meridionali vero littore pesaurū: aretiū: ꝛ asisiū. Et tyber roman⁹ inde labiẗ ex apēninō effluēs. Septētrionalis regio cum flaminia iungitur.

Tusc⁹ nomē possessiuū a tuscia. Vñ tusci q̄ tusciā hītāt.

Tuscus vicus romę: in quo habitauerunt tusci a Porsena ex obsidione relicta: de quo Hora. in ser. At tusci turba impia vici.

Tuscania oppidū tuscię ꝓpe tarq̄nios: a quo tuscanēses

Tussis quę gignitur vel ex frigore: vel ex pituita in pulmonem descendente. Que si continue vexet a Seneca pertussis nuncupatur.

Tussio is iui itū. Plau. in asi. Forte si tussire occeperit sic tussiat: vt cuiq̄ linguā in tussiendo nō ꝓferat. Pli. lib. xx. Semen eoꝝ cum cumino tritum potumq̄ in vino tussientibus auxiliatur.

Tussilago herba que tussim sedat.

Tute tu ipse: a tu formaẗ per epenthesim: te correpta. Nam te magis additio est q̄ compositio: additurq̄ dūtaxat nīō: nō etiam alijs casibus. Et hoc fit cū pronomen ad eā reuocaẗ ꝑsonā a qua sumiẗ: vt cum dico Tu lege: ille respondeat. Cur tute nō legis.

Tutus a um: ꝛ actiuā et passiuam significationē habet: vt tuta vrbs q̄ nos defendit: tutus sum ab hostib⁹. i. munitus ꝛ sine ꝑiculo suꝫ. De hoc vide in dictione securus. Huius cōpositū est intutus de quo alibi.

Tuto aduerbiū significat sine periculo.

Tuto as ꝓtego defendo. Plau. in merca. Inuoco vos lares diales vt me tutetis. Hiero. in lib. Sap. Et a seductoribus tutauit illum. Tutor aris: deponens: qd̄ Prisci. docet esse cōmune. Hora. in episto. Res italas armis tuteris: moribus ornes

Tutor nomē verbale: quo is significatur qui vim ac potestatem habet in capite libero ad tutanduꝫ eum qui per ętatē nondū tueri potest. Hęc autē ętas ſm iuriscōsultos est vsq̄ ad pubertatē. i. ad. xiiij. annum Nā inde vsq̄ ad. xxv. danẗ curatores: qui etiam furiosis ꝛ mentecaptis dari solent.

Tutela ipsa potestas a iure ciuili data ac ꝑmissa ex qua ipsi tutores nomen acceperunt: quasi tuitores atq̄ defensores: sicut ędituí qui ędes tueñt.

Tutelaris diuus quē aduocatū dicimus.

Tutorius a um: qd̄ ad tutorem pertinet.

Tutanus pe. pro. deus q̄ hoies tueri putabaẗ. Varro. Tutanū deū romę oēs qui laborāt inuocant.

Tutilina dea. Idē. Tuā fidē tutilina inuoco q̄ adesse mortalib⁹ soles. Hanc Aug. lib. iiij. de ci. dei. preesse frumētis collectis atq̄ recōditis scribit vt tuto seruarēẗ

Tutulus ornamentū capitis flaminearū: ꝛ vitta purpurea innexa crinibus ꝛ in altitudinē erecta: ꝙ ꝑ eā flaminica a ceteris mulieribus discernebaẗ.

T Ante Y

Tyana gręca ciuitas: a qua tyaneus dictus est. Apollonius philosophus.

Tyber eris: ꝛ tybris is fluuius italię: e media fere longitudine Apennini a retinoꝝ finibus defluens duobus ꝛ quadraginta fluuijs augetur. Primo ab aquarum colore albula dictus. Deinde tybris appellatus vel a rege tuscorū huius nominis qui piraticam exercens iuxta eum in bello periit. Quod etiaꝫ sensisse videtur Virgilius cum inquit. Asperq̄ imani corpore tybris. A quo post itali fluuium cognomine tybrim Diximus amisit verum vetus albula nomē. Ouidi⁹. lib. ij. fast. Albula queꝫ tyberim mersus tyberinus in vndis Reddidit hybernis forte tumebat aq̄s. Sunt qui hoc nomen trahāt a gręco υβρισ que est iniuria Aiunt eñ hunc eundē tuscorū regē circa huius ripas latrocinari cōsueuisse qui transeuntes crebris afficiebat iniurijs: ex quo tybrim cognomiatū fuisse asserūt: quasi esset fluuius υβριοσ id est iniurie. Ex q̄ rōne cū υβρισ aspireẗ: tybrim quoq̄ cū aspiratione annotari volūt. Alij volūt eos q̄ de sicilia venerūt tybrim dixisse ad similitudinē fosse syracusane: quem fecerūt afri ꝛ athenięses iuxta ciuitatis murū. Nā qd̄ Liui⁹ dicit ab albano rege tyberim dictū nō ꝓcedit: q2 etiā ante albā tybris dictus inueniẗ. Sciēdū est ſm Ser. ꝙ hic fluuius in sacris tyberinus dicitur: in ęnolexia id est in cōmuni sermone Tyberis: ꝛ in poemate tybris. A tyberis fit tyberinus a um vt piscis tyberin⁹ ꝛ tyberina ostia trans tyberim trāstyberinus.

Tybur siue tyburtū vrbs ad sextūdecimū lapidē distās ab vrbe roma. Hanc Cato Solinus ꝛ alij quidam a Catillo arcade classis Euandri pręfecto conditā scribunt. Pli. ꝓ tyburis originē ipsius antiquiorē esse docet q̄ vrbis romę: ꝛ extare adhuc tēpore suo memoriā ilices tres etiā tyburto ei⁹ vrbis cōditore vetustiores: apud quas inauguratus tradiẗ fuisse tyburtus dū vrbem esset cōditurus. Sextius gręcus historicus sic habet. Catillus Amphiarai filius fuit: Hic post ꝓdigialē patris apud thebas ante Iliacū bellū interitū iussu dei cū omni suorum cętu ꝛ sacris missis tris liberos in italia ꝓcreauit tyburtū coracem ꝛ catyllū qui expulsis ex oppido haud longe ab vrbe roma posito veteribus sicanis a noie tyburti maximi filij oppidū vocauerūt. Priscia. tñ cū i latino scribit.

Tyburs tis generis ois: vel hic et hęc tyburtis et hoc tyburte: qd̄ est ex tybure. Sue. Inchoauit autē aqueductū regione tyburti. Hora. Picenis cedunt pomis tyburtia succo.

Tiburtinus a um pe. pro. qd̄ est ex tyburto.

Tycha fuit (Hesiodo teste) nympha filia oceani ꝛ tethyos.

Tydeus cū accētu in prima fuit filius Oenei regis Calydonię ꝛ eurybeę vir fortissimus q̄ thebanos omnes ad quodlibet certaminis genus vicit. Inde fit patronymicū tydides. Nā Diomedes tydides dictus est qui fuit filius tydei.

Tymetes fuit regis priami filius.

Tympanū instrumentū ex vna parte planū membrana clausum: intus vacuū: qd̄ baculo pulsaẗ. Fo. vti solebant in sacrificio matris deū. Est ꝛ tympanū vehiculū tectū: vt inquit Ser. siue vt aliqui putant testudo super radios. Radij dicunẗ in media parte rotarum Virgi. Hic radios triuere rotis: hinc tympana plaustris. Item tympanū accipitur pro machina tractoria: que rota vocatur: vt Victr. ait ad hauriēdā aquā celeritate qd̄ hominibus calcātibus versatur ad hortos irrigandos ꝛ salinas vtile. Plinius lib. xxxiij. accipit pro vase ęscario.

Tympanista: qui tympanū pulsat: tympanistria ꝓ muler tympanū pulsans. Sido. lib. j. epistolarū. Tympanistria psaltria canit.

Tympaniso as: tympana pulso. Sueto. de Aug. Et assensu maximo cōprobauit versum in scena nunciatū de Gallo matris deū tympanizāte: Videsne vt cinedus orbem digito temperet.

Tympanites pe. cor. genus hydropisis est.

Tymber nomen viri: ꝛ nomen fluminis.

Tymbra troadis cāpus ꝑ quem fluit tymber fluuius in scamandrū. Ibi ꝛ templū tymbrei Apollinis est At

thymbra cũ h herba aromatica. Virgili⁹ li.iiij.geor. Grauiter spirantis copia thymbre.

Tyndarus fuit œbalie rex pater castoris ꝛ pollucis Clytemnestre ꝛ helene. Hinc tyndarides ꝛ tyndaris patronymica.

Typhon onis: ꝛ typhos typho et typhoeus ei: dictio trisyllaba: eu. diph. in vltima habens. Inde typhois idis: vnus e gygãtibus terre ꝛ titani filius: cui⁹ pͥma corripit. Sen. Non tã ferũ typhone neglecto Ioue irata tellus edidit quondã parẽs. Luca. Cõditus inarimes eterna mole typhoeus. Qñ ͣo deriuatiuum est diuisa diph. pnunciat. Virg. Nate patris summi qui tela typhoea temnis. Est ꝛ typhon vẽtus turbulẽtus a typhone dict⁹: ꝛ capit ꝑ fulgure. Typhonas etiã vocãt fumigãtes globos ꝛ figuras quasdã nubium metuẽdas: ꝛ ibi prima pducit.

Typus latine dici potest forma: figura: adũbratio: exẽplar. Hinc protypa dicta sunt opera que ante typos facta sunt. Ectypa: que ex ipsis sunt formata. Archetypus prima ꝛ pncipalis forma. Plini⁹. Dibutades prim⁹ psonas tegularũ extremis imbricib⁹ iposuit: q̃ inter initia ꝓtypa vocauit postea idẽ ectypa fecit.

Tyrãnus ꝑ duplex nn apud veteres in bonã partẽ dicebat dñs q̃ plenã habebat in subditos potestatẽ. Vñ Trogo teste. Queq3 ciuitas ꝛ gẽs rerũpu. iperiũ ab initio penes se reges habebat quos ad hmõi fastigiũ maiestatis nõ ambitio popularis: sed spectata inter bonos moderatio ꝓuehebat qui ꝛ tyranni ob fortitudinẽ vocabant. Vñ Virg. Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni. Sed crescente malitia cu3 supbe reges regnare cepissent tyrãni nomen ad illos solũ restrictũ est q̃ ꝑ insolentiã imperij viribus abutebantur. Quidam etiã tyrannos dici putant a tyrrhenie gentis pcipua crudelitate.

Tyrãnis idis seuũ ac violentũ imperiu3. Iuue. Quid nero tam seua crudaq3 tyrãnide fecit.

Tyrãnicus a um: qd est tyrãni. tyrãnice crudelit̃ violẽt̃

Tyrãnoctonus latine dicit tyranicida: qui tyrannũ occidit a tyrãno et κτειγω interficio: quẽ an liceat interfici legat. Cice. lib. iij. officiorũ: nã nomen ipm declarat q̃d mereat cũ a tyrijs supbissime ꝛ iniquissime dominãtibus sit deductu3: vel a verbo per metathesin litterarum: quod significat lacero: tero: interimo. De bonis nõ loquimur si reperiantur.

Tyros quonda3 vrbs phenicie que est in syria Iulius pollux libro. j. Τυριοι λεγουσιυ ωσ ηρακλησ ηρασθηυ υυμφησ επιχωριου Τυροσ δεευ τηυυμφη τουυομα ειπετο δε αραιω, ηρακλει καi κυωυ κaτα δη τoυ πaλaιoυ υoμoυ. Ideo tyrus dicta est. Quo etiã nomine dicta est insula Alexandri magni operibus continẽti annexa clara vrbibus Leptiutica. Gadibus et Carthagine: nunc oĩs eius nobilitas conchylio ꝛ purpura ꝯstat olim sarra nuncupata: vt ait Gel. Vnde sarranum ostrum dicitur: ꝛ ostrum tyrium: ꝛ purpuram tyriam dicim⁹ Phenices acole fuerũt mar͛ rubri dicti a palma: cui⁹ regio plena erat. Palma eñ phenix dicit. Hinc terremotu pulsi in maritimam syrie se contulere condita vrbe: Sidonem a pisce appellarunt Eam syrij vocabãt sarram lingua syra piscis sear dicitur. Postea condidere tyrum in ipso mari propter merces. Tyros etiã grece latine cascus.

Tyrius a um: qd est a tyro insula. Et ponitur ꝓ purpureo. Tibul. Quid tyrio recubare toro

Tyrianthina vestis violacea purpurea: ab Ianthino: id est violaceo colore ꝛ tyrio: hoc est purpureo.

Tyrrus nomen propriu3 pastoris: cui vt ait Virg. Regia parent armẽta ꝛ late custodia credita campi.

